

# IOANNIS
# A TVRRE CREMATA
## ORDINIS PRAEDICATORVM
## SABINENSIS EPISCOPI

*AC S. R. E. PRÆSBITERI CARDINALIS doctorisq; eminentissimi, iuris pontificij ac sacrosanctæ theologiæ interpretis accuratissimi.*

IN TRACTATVM DE CONSECRATIONE DOCTISSIMI COMMENTARII.

## Tomus Quartus.

*Quid verò hac postrema nostra editione præstiterimus vt longe emendatiores alijs antehac impressis in lucem prodirent facile dignoscet qui cum veteribus exemplaribus contulerit.*

Accessit præterea Index locupletissimus.






*VENETIIS,*
Apud Hæredem Hieronymi Scoti.

*M D L XXVIII.*

# REVERENDI IN CHRISTO PATRIS DOMINI IOANNIS DE TVRRE CREMATA ORDINIS FRATRVM PRAEDICATORVM SABINENSIS EPISCNPI,

*Ac Sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ Presbyteri Cardinalis, Tituli Sanctæ Mariæ trans Tiberim vulgo dicti Cardinalis Sancti Sixti:*

## COMMENTARIA SVPER TERTIA PARTE DECRETI,

*Quæ inscribitur de consecratione domini Gratiani, feliciter incipiuntur.*



CVpiens olim. Beatissime pater Nicolae pōtifex maxime librū decreti qui innumeris Sāctorū patrum authoritatibus rutilantibus splēdet lucernis proficiēdi causa percurrere, qui cū quāto sentētiarum profundior est, rārò eius cōmentatores in pluribus passibus mihi nō placuissent librum ipsum iuxta illustrium theologorum[a] maxime sententias studiose decurrens, multis me amicis astringentibus, quam uis supra vires esset pondus, quod petebatur, expositionis præfati libri sub spe illius qui pater luminum est & dominus scientiarum. fonsq; veritatis, onus studij mei brachijs complexus sum, vt etiam sanctitati tuę rē gratam efficerem. Exordiens igitur à distinctionibus, & vsque ad octauam lucubrando perueniens, tandem confectus vt videor malis, ac senio rebusque multis implicitus extimui metam operis tanti posse contingere, quare omisso quem comperam ordine persuasus quoque amicorum consilio ad scribendum super tertiam ipsius partem libri, quæ dr̄ de consecratione me contuli. Quod quidē nec absurde feci. Est.n. tractatus iste & congruentior ecclesiasticis, & mihi ad scribendum facilior affinitate scientiæ, quā profiteor. quibus efficiendis vt essent quæ dicerem cōia omnib. ab altitudine rerum theologicarum multarum abstinui. igitur labore hoc defunctus non quantum debui, sed quansum potui pro viribus meis, vt essem qui prodessem nonnullis, ecce iam completā sanctitati tuæ pro summa ipsius apostolicæ sedis amplitudine corrigēdam emēdandāq. trado. Nec vt Pōtifici solum, sed vt alteri arbitro, qui maximam in his studijs propter & ingenij perspicacitatem & sapientiam singularem vendicas autoritatem id ipsum subijciens. dignetur igitur beatitudo tua, quousque opus totum opitulante Deo absoluam hanc partem tanta gratulatione suscipere, quanta deuotione sanctitati tuę offertur, quam clementissimus Deus ad sanctum selixq; ecclesię suæ regimē longæuo cōseruare dignetur. amen.

a ¶ Illustriū theologorum. Theologia vnde dicatur vide gl. in cl. 1. in pri. de magi & dicit Bal. i. l. 1 in fi. pri. C. de iu. de lib theologos nō cōsiderare i° ciuile.

### ¶ Proemium.

1 *Hō non potuit reparari, nisi Deus ad hominē venisset de cœlo.*
2 *Samaritanus interpretatur custos.*
3 *Christus dicitur apothecarius siue vnguentarius.*
4 *Sacramentum quid sit.*
5 *Sacramenta ecclesiastica comparantur turri triplici de causa.*



VBera mea sicut turris. canticorum. 8. verba sunt ad literam sanctæ matris ecclesiæ, quæ in sacramentorum suorum cōmendationem decenter assumuntur, de quorum summis atque pręcipuis in hac tertia parte decreti magister Gratianus

1 agit tanta profecto fuit humani generis labes, & grauitas ęgritudinis, quam ex lugubri præuaricatione protoparētis inuidia diaboli instigantis incurrit, vt nullum salutis remedium, nisi medicus ipse ac curator Deus ad hominem veniret de cœlo. inde Dauid prophetarum eximius in humani generis persona clamans inquit psal. 6. miserere mei domine quoniam infirmus sum, sana me domine quoniā conturbata sunt omnia ossa mea, quare omnipotēs ac clementissimus ipse Dei filius oīa implens, ac oīa continēs, æqualis per omnia patri, & in vna ex ipso & cum ipso, cō sempiternus essentia omnē solitę benignitatis superabundantiam excedens, venire in terrā dignatus est, & per assumptionem nr̄ę humanitatis languēti homini approximans, medicamenta illi efficacia confecit, præstititq; salutis, huius autem cęlestis medici inenarrabilis gratia, & ineffabilis affluentia pietatis erga ægrotum hominem in figura Luc. 10. scribitur vbi ipse medicus in parabola loquens ait. homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones, qui etiam expoliauerunt eum, & plagis appositis abierunt semiuiuo relicto, quem videns Samaritanus quidā misericordia motus & appropinquans, alligasse dr̄. vulnera eius fundens oleum desuper &c. homo iste vt dicit gloss. plane Adam intelligitur, humani generis pater, qui ab Hierusalem descendisse describitur, qui ab innocentiæ & iustitiæ originalis statu, in quo fuerat creatus à tranquillitate pacis, à conuersatione angelica, à gaudiorū sublimitate p̄uaricationis suæ merito depulsus descēdit in Hierico. i. in multiplicē defectū ac miserias quibus præsens vita agitatur, qui demum à Deo derelictus ac tutelæ præsidio destitutus incidit in latrones, in potestatem angelorum noctis, qui se transfigurant in angelos lucis, in quos non incidisset nisi mandati cœlestis deuius sponte se fecisset obnoxium. Qui spoliantes eum indumentis gratiæ spiritualis, innocentiæ ac immortalitatis, quibus in sua creatione dotatus fuerat, vulnera intulerunt, quibus integritas humanæ naturæ est violata, & abierunt semiuiuo relicto, quia miser homo diuina spoliatus[b] gratia & priuilegio, quo potiebatur immortalitatis exutus statim mortem incurrit animæ, & moriendi pertulit necessitatem in corpore. Hunc itaque spoliatum & miserabiliter vulneratum sacerdos & læuita præterijsse dicuntur, quia sacerdotium & ministerium veteris legis licet per legis secreta mundi languentis vulnera cognoscere potuerit, non tamen curare, quia impossibile erat vt ait apostolus ad Hæbræos quarto. Sanguine hircorum aut taurorum auferri peccata † Samaritanus autem qui custos interpretatur Dei filius est, qui solus potenter custodit iuxta illud prophetæ in psalm. vigesimo sexto. Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam, qui adueniente tempore in quo diuini consilij altitudo curandum humanum genus disposuerat, ad hunc sanandum ægrotum veluti medicantium omnium ope destitutum, ex illa quæ de sursum Hierusalē descendit, & iter vitæ p̄ntis arripiēs

b ¶ Spoliat. Spoliari q... dicatur vi de Petr. de An. in tra. cum ecclesia nu. 22. de cā pos. & proprie.

venit ſecus eum qui vulneribus inflictis tabeſcebat, id eſt
in ſimilitudinem hominum, & habitu inuentus vt homo.
Philip. ſecundo· Compaſſionis noſtræ ſuſceptione ſimilli
mus & miſericordiæ ſactus eſt colatione vicinus. Et ap-
propians alligauit vulnera eius peccata remittendo oleũ
ſupereffundẽs & vinum ſacramentorum illi medicinam
conficiens ſalutarem de quo eccleſiaſt. trigeſimo octauo
3 dicitur † vnguentarius ſiue apotecarius profecto Dei fi-
lius eſt Ieſus Chriſtus dominus noſter, qui omni gra-
tia pleniſſimus atque vniuerſarum virtutum odoramen-
tis redolentiſſimus, vtpote in quo habitat omnis pleni-
tudo diuinitatis Colo. 2. Et quem Deus pater præ cõſorti
bus ſuis oleo ſanctitatis ꝙ gratiæ perunxit pſal. 20. Confe
cit pigmenta ſuauitatis & vnctiones ſanctitatis ſalutaria ſa
cramenta inſtituendo, quæ eo ꝙ ſunt placantia Deum pig
menta ſuauitatis dicũtur. Eo autem ꝙ medicamenta ſunt
ad ſanandum ęgrotum vnctiones appellantur ſanitatis, vn
de propheta qui ſanat cõtritos corde, & alligat contritio
nes eorum. pſa. 66 vbi gl. inquit, alligamenta Dei ſunt tpa
lia ſacramenta, quibus interim conſolationem habemus.
Quare cum ſacramenta ſub tegumento rerum ſenſibiliũ
inſtar vberũ lac conſolatricis diuinæ gratiæ contineãt, nil
profecto rectius per vbera eccleſię, q̃ ſalutifera ipſa eiuſdẽ
ſacramenta accipiẽdũ venit in verbis ꝓpoſitis. cũ ex eius
perſona dr̃. Cant. 8. vbera mea ſicut turris in quibus qui-
dem verbis pars hæc de ſacramẽtis, quã cęleſtri magiſtro
chriſto Ieſu ſaluatore noſtro, in quo ſunt omnes theſauri
ſapientiæ & ſcientiæ Dei, ad Coloſ. 2. nos adiuuante expo
nendam aggredimur, à duobus commendatur. primo à cõ
mendatur. primo à continentia ſalutaris influentiæ, eo ꝙ
ſacramenta ipſa vberum nomine deſcribuntur, ſecũdo ab
eminentia ſingularis excellentiæ in hoc, ꝙ turri cõparan-
tur. Continentia autem ſalutaris influentiæ ipſorum ſacra
mentorum eccleſiæ ex ea nobis parte clare mõſtratur, qua
ipſa vtpote vaſa medicinalia gratiã ac virtutem continent
Augu. animas ſanctificantem. Nã iuxta B. Aug. ſnĩam & habetur
.j. in c. ſignum di. 2. † Sacramentum dicitur inuiſibilis gra-
4 tiæ viſibilis forma, ita vt ipſius imaginem gerat, & cauſa
exiſtat. diffinitur inſuper ſacr̃m iuxta eundem Augu. ſacra
mentum eſt in quo ſub tegumento rerum viſibilium diui
na virtus ſalutem ſecretius operat̃. merito ergo mater ec
cleſia ſacramẽta ipſa vbera ſua vocat. Quare ſponſus ſpon
ſam ab vberibus commendans ait Cant. 4. Quam pulchræ
mammæ tuæ. gl. pulchre ad cõſolationem infirmorum &
ſuſtentationem paruulorum. Et ſequitur pulchriora ſunt
vbera tua. i. vtiliora vino. i. quibuſcunque terrenis, ſiue car
nalibus medicamentis. Secundario commendantur ipſa ſa
cramenta ab eminentia ſingularis excellẽtiæ in hoc, ꝙ tur
ri comparantur cum dr̃ vbera mea ſicut turris, vbi conſide
5 randum † ꝙ triplici de cauſa ſacramenta eccleſiaſtica com
parantur turri. ¶ Primo ratione dignitatis, & eminentiæ,
qua præferuntur ſacramentis legalibus. hæc quippe gra-
tiam non conferebant iuſtificantem, vnde apoſtolus ad
Gal. 4. ea egena & infirma vocat, eo ꝙ, vt dicit gl. non per-
fecte iuſtificabant. ſacramenta autem nouæ legis gratiam
continent, vnde efficere dicuntur qđ figurant vnde Aug.
Augu. de differentia horum ſacramentorum loquens ſuper pſa.
.ſ. ita inquit ſacramentorum alia ſunt ſacramenta dãtia ſa
lutem, alia promittentia ſaluatorem, ſacramenta noui te-
ſtamenti dant ſalutem. ſacramenta veteris teſtamenti pro
miſerunt ſaluatorem. ¶ Secundo ſacramenta ipſa merito
turri comparantur, qm̃ non ſolum medicamenta ſunt qui
bus animarum morbi curantur. verum etiã propugnacu
la ſunt fortiſſima, quibus hoſtilia iacula viriliter repellun
Augu. tur. ſacramenta. n. iuxta Hug. ſnĩam ſunt arma cœleſtis re-
gis, quibus ſancti milites præcincti ſ tyrannum ſuperant, ci
ues ſui proteguntur, & ab hoſtium impugnationibus filij
defenduntur eccleſiæ. Quare merito eccleſia can. 4. terribi
lis vt caſtrorum acies deſcribitur. Et de Chriſto à quo no
bis talia in defenſionem & protectionẽ arma donata ſunt
dr̃ pſal. 60. turris fortitudinis à facie inimici, ſuper quo be.
Augu. Aug. ait Chriſtus turris nobis factus eſt, qui & petra ſupra
quam facta eſt eccleſia. Caue ne feriaris à diabolo, fuge ad
turrim, nunquam in te ad illam turrim diabolica iacula ſe
cutura ſunt ibi ſtabis munitus, & fixus, hęc ille. ¶ Tertio re
cte vbera eccleſiæ. ſ. ipſa ſacramenta turri cõparantur, qm̃
per ipſa mens humana quæ per peccatũ obnubilata ad di
uinorum cognitionem aſſurgere nõ valet, manu ducitur,
& erigitur ad contemplanda diuina. hæc profecto ratio in
ter alias à doctoribus inſtitutionis ſacramentorum ponit
propter eruditionem. ſ. propter eruditionem inquam inſti
tuta ſint ſacramenta ait magiſter ſententiarum in prin. 4.
ſententiarum, vt per id quod foris in ſpecie viſibili cerni-
tur ad inuiſibilem virtutẽ quæ intus eſt cognoſcenda mẽs
humana erudiatur. hõ. n. qui ante pctm̃ ſine medio obum
brante Deum videbat, per peccatum adeo hæbuit, vt ne-
queat Deum capere, niſi humanis exercitatus, merito er-
go eccleſia ſancta Chriſti ſponſa ſacramenta ſua commen
dans ait, in verbis propoſitis vbera mea ſicut turris.

### ¶ *Diſtinctio prima.*

1 *Pars iſta tertia quare de conſecratione intituletur.*
5 *Deus quare noluit quod Dauid ædificaret ei templum.*
6 *Neceſſitas ſumma quæ dicatur.*



E eccleſiarum conſecratione. Hic incipit ter-
tia & vltima pars huius operis, in qua de
eccleſiaſticis ſacramẽtis tractatur, verum
quia primo de conſecratione tractatur,
1 † ideo hæc pars à ſui principio nomen aſſu
mens de cõſecratione intitulatur, Et quia
in ſacramentis errare periculoſum eſt, ideo magiſter Gra
tian. nihil de ſuo influere voluit, ſed ſanctorum patrum au
toritates & ſententias de ſacramentis eccleſiaſticis loquen
tes ſimpliciter ſine propoſitione thematum, ſiue quæſtio-
num, ſine magno præludio allegationum in medium pro
poſuit, dictorum intelligẽtiam & contrarietates (ſi quę vi
derentur ineſſe) ſolertiæ lectoris relinquẽs, tractaturus er
go magiſter Gratianus de ſacramentis eccleſiaſticis, tra- Diuiſio. libris.
ctatum ſuum quinque diſtinctionibus comprehendit. in
quarum prima agit de eccleſia, altaribus, & vtenſilibus, &
ornamentis, quæ ſunt præparatoria ad dignam aliorum ſa
cramentorum celebrationem. In ſecunda de ſacramento
euchariſtię. In tertia de feſtiuitatibus domini, & ſanctorũ.
In quarta de ſacramẽto baptiſmatis. In quinta de ſacramẽ
to confirmationis, vnde verſus. Conſecrat eccleſias dei di.
1. Panis ſacratis fert ſacramenta ſecunda. Tertia fert ſerias
ieiunia fertque ſecundo, Baptiſmique docet tempus diſt.
4. Cõfirmat, ſacrat officijs, ieiunia laudat. Pneumate dona
to concludit fine beato. ſecunda diſtinctio incipit ibi, in
ſacramentorum oblationibus. tertia ibi, pronuntiandum.
quarta ibi neceſſarium eſt. quinta ibi, omnes fideles. Licet
autem baptiſmus ſit ianua ſacramentorum, & ob id vide
retur prius agendum eſſe de eo, veruntamen quia eccleſia
cæterorum ſacramentorum locus eſt. Non. n. rite niſi in ec
cleſia & præſertim conſecrata conficiuntur vel conſecran
tur, ideo rationabiliter primo de eccleſiarum conſecratio
ne agit in qua diſtinctione in ſumma magiſter Gratian. Diuiſio. diſtinction.
oſtendit, eccleſias eſſe cunſecrandas, & à quo, & qualiter,
& cuius authoritate, & ꝙ conſecratio iterando non ſit niſi
in caſu, & quo ordine miſſæ celebrandæ ſint, & quoties in
die, diuiditur autem hæc diſtinct. in viginti partes. prima
autem pars in hoc primo capituto contenta diuiditur in
quatuor. In prima ponit pro concluſione fundamentali, ꝙ
miſſarum celebratio non alibi, quam in locis conſecratis
domino abſque neceſſitate magna fieri debeat. In ſecũda
inducit ad hoc exempla veteris legis. In tertia ex illo exẽ-
plo arguit, ꝙ hoc magis obſeruandum ſit in lege noua, vbi
ſacrificia potiora ſunt & pręſtantiora ſacramenta. In quar
ta inducit aliqua teſtimonia ad hoc ex concilio Leodicen
ſi, ex quibus arguit à minori ad maius, quia ſi minora
ſunt prohibita, multo magis maiora. ſecunda ibi, ta-
bernaculum. tertia ibi, ſi enim Iudei. quarta ibi, ſi autem
vt legitur, pro pleniori autem intelligentia eorum quę in
principio capituli ponuntur quæruntur tria.
1 ¶ Primum vtrum liceat ſacramentum euchariſtiæ celebra
re in locis non conſecratis.
3 ¶ Secundum vtrum aliquo eorum quæ in hoc primo cap.
ponuntur, ſcilicet de ſanctis locis, altaribus, veſtibus, &
huiuſmodi ad hoc altaris miniſterium pertinentib. omiſ-
ſo, fiat conſecratio.
4 ¶ Tertium eſt ratioxe eorum quæ dicit gloſſator exponen
do literam vtrum conuenienter fieri prohibitus. Dauid·

propter effusionem sanguinis ab ædificatione templi cum Deus dixit sibi, non ædificabis mihi &c.

1 **Ad primum** sic ꝓceditur. † Arguitur ꝙ liceat hoc sacrm̄ celebrare in locis non sacris.

Primum argum. ¶ Primo sic, hoc sacrm̄ est repræsentatiuū dn̄icæ passionis, sed Xps nō est passus in domo sed ext. portā ciuitatis iuxta illud Heb. 40. Xps vt per suum sanguinē sanctificaret populum ex. portā passus est, ergo vr̄ ꝙ hoc sacrm̄ non debet in domo celebrari sed magis sub dio.

Secundum argum. ¶ Scd̄o sic, ī celebratione hm̄oi sacri debet ecclesia imitari morē Xp̄i, & apostolorum, sed domus in qua Xps hoc sacrm̄ primo confecit nō fuit cōsecrata, sed fuit quoddā cōe cenaculū à quodā patre familias pparatum, vt hr̄ Luc. 22. legit̄ et Act. 2. ꝙ apostoli erāt vnanimiter perdurātes in tēplo, & frāgentes circa domos panē sumebāt cibum cum exultatione, ergo nec mō oportet domos esse cōsecratas in quib. hoc sacrm̄ celebratur.

Tertium ar. ¶ Tertio sic sacrm̄ cōfirmationis qd̄ est in maxima veneratione habēdum & à solis ep̄is celebrādum, vt in c. manus, de consᷓ. di. 1. in locis non sacratis ministratur, ergo similiter vr̄ dicendum de sacro altaris.

Opponit in cōtrarium. ¶ In oppositum sunt authoritates sanctorum patrum, quæ ponuntur in præsenti distinctio. maxime in 1. c. in quo ꝓ hac parte sic arguit, si iudæi qui vmbræ legis deseruiebant loca in quibus dn̄o sacrificabant habebant consecrata, nec in alijs quā in Deo dicatis locis munera Deo offerebant, multo magis nos, quibus veritas & gratia data est per Iesum Christum. Io. 1. non debemus nisi in templis Deo sacratis missam celebrare, & sacrificia Deo offerre.

Respondet. ¶ Respondeo dicendum sub hac conclusione quod regulariter non licet sacrm̄ eucharistiæ celebrare, nisi in locis sacratis quę conclusio nedum ex præsenti capitulo habetur, sed ex multis alijs sequentibus vt ex. c. missarum, & ex. c. nullus presbiter.

S. Tho. ¶ Pro cuius conclusionis conuenientia plenius intelligenda notandū cum S. Tho. in tertia parte, ꝙ in his quæ circunstant hoc sacramentum duo considerantur quorum vnum pertinet ad repræsentationem eorum, quæ circa dn̄i passionē sunt acta. Aliud aūt pertinet ad reuerentiā huius sacramenti, in quo Christus ſm̄ veritatem continetur & non solum sicut in figura, vnde & consecrationes adhibentur his rebus, q̄ veniunt in vsum huius sacramenti. tum pp reuerentiam huius sacramenti, vnde oīa quæ ad consecrationem huius sacramenti pertinent sunt consecrata, sicut ipsi sacerdotes, & ministri, & vestes, & vasa, & domus, & altaria, tum ad repræsentandum effectum sanctitatis, quæ ex passione Christi prouenit ſm̄ illud ad Hebr. vl. vt sanctificaret per suum sanguinem populum, tum etiā ad designandum sanctitatē quæ requiritur in his, quæ hoc sacramentum in quo continetur Christus sanctus sanctorum, & qui totius sanctitatis causa est, recipere debent, quare merito non debet hoc sacramentum regulariter celebrari, nisi in domo cōsecrata, & in altari consecrata, dico regulariter, quia si necessitas adsit vel pp destructionē ecclesiarū in aliqua terra vel quia in itinere sunt constituti, tunc. n. licet in locis non cōsecratis consecrare dn̄o, dum modo habeatur altare portatile consecratum, & alia quæ ad consecrationē huius mysterij requiruntur, alias non licet nisi episcopo concedente sicut. j. c. cōcedimus. e. di. concordat per oīa magister Alec. de Hal. in 4. d. hoc etiā requirere videtur sanctitas rei tractandæ, cum. n. illud quod ibi tractatur. s. dn̄s Iesus sit sctūs sanctorum, non debet nisi in loco sacro & Deo dedicato consecrari.

Ad primum argu. ¶ Ad rōnes in oppositum. Ad primā dicendū ꝙ licet hoc sacramentum repræsentatiuū sit passionis Xp̄i non tamē est eadē rō de loco passionis, & de loco celebrationis huius sacri. Pro quo notandum ꝙ domus consecrata signat ecclesiā ſm̄ illud 1. ti. 3. vt scias quō te oporteat in domo dn̄i conuersari, quæ est ecclesia Dei viui. ex. ecclesiam aūt non est locus veri sacrificij. vt Aug. dicit, & ideo

Aug. hoc sacramentum regulariter non est celebrandum, nisi in domo consecrata. Sed quia ecclesia non est concludēda sub finibus gētis iudaicæ, sed erat in vniuerso mundo fundanda & extendenda, ideo passio Christi non est celebrata infra ciuitatem iudæorum, sed sub dio vt sic totus mundus se haberet ad passionē Christi, vt domus, & nihilominus vt dr̄. j. hac di. in c. concedimus. in itinere positis, si ecclesia defuerit, sub dio vel tentorijs si tabula cōsecrata cæteraq; sacra misteria q̄ ad illud offim̄ pertinentia sunt, ibi affuerint missarū solēnia celebrari cōcedimus.

Ad secundū ¶ Ad scd̄m dicendū negādo assumptū, nisi quo ad ea q̄ essentialia sunt sacro, in alijs vero quæ ad solēnitatē & nō ad essentiā sacramētorū pertinēt multa obseruat ecclesia, q̄ à Xpo vel eius ap̄lis cōstituta nō leguntur, aut obseruata sed à sanctis patribus spū sctō dictante rationabiliter postea sunt ordinata.

Ad tertium ¶ Ad tertiā dicēdū ꝙ nō est simile de sacro cōfirmationis, & de sacro eucharistiæ quia hęc cōtinet Xpm̄ sctm̄ sctōrū, & non illud, & ideo sanctificatio non requiritur in sacramento confirmationis, sicut in sacramento altaris.

3 **Ad secundum** sic procedit̄. † Et arguit̄ ꝙ omisso aliquo pdictorū nō fiat celebratio.

Primum ar. ¶ Primo sic. dicit Diony. 3. celestis hierarchiæ, operationes hierarchiæ ordinant̄ ſm̄ diuinas leges, sed ille q̄ ptermittit ritū ab ecclesia institutū, nō sequit̄ diuinas leges, q̄ p patres nobis positæ sunt, ergo talis nō obseruās hm̄oi leges non cōsecrat, cū cōsecrare sit actus hierarchicus, qa est actus ordinis.

Scd̄m ar. ¶ Scd̄o totus ritus sacri suā habet significationē, sed significatio ē eentia sacri: ergo & ritus cōsecrādi. ergo si ptermittit̄ nō erit vera cōsecratio.

Tertium ar. ¶ Tertio sic, dispēsatio sacrorū & eorū ordinatio ad ministros eccl̄iæ ptinet, sicut dispēsatio rerū tp̄aliū subiacet ordinationi principū seculariū. vn̄ Ap̄s 1. Cor. 7. Sic nos existimet hō vt ministros Xp̄i, & dispensatores ministeriorū Dei. Sed si circa dispēsationē rerū tp̄aliū aliqd fieret ꝯ statuta principū, haberetur inane, ergo si hęc q̄ dicta sunt, cōuenienter p platos eccl̄æ instituta sunt omissis illis nō fiet cōsecretio.

Opponit in contrarium ¶ In oppositū est tex. pn̄tis cap. & aliorū sequētiū, in quib. satis patet, ꝙ ista q̄ dicta sunt nō ad essētiā sed ad solēnitatē requiruntur.

Respondet. ¶ Rn̄. dicēdū cū S. Th. in 3. & Alb ma ꝙ omissis illis de quib. fit hic mētio, videlicet sacris locis, aut sacris altaribus, aut sacris vestib. aut hora determinata, aut ornamētorū & vasorū qualitate cōstituta, nihilominꝰ fit cōsecratio, dummō adsint q̄ sunt de essentia sacri. s. ordo, & intētio ex parte cōsecrātis. & materia & forma ex pte cōsecrati, grauiter tñ peccat q̄ aliter facit & degradādus esset. patet cōc. ista sic. illa nō sunt de essētia sacri, sed de solēnitate, ergo si omittūtur nihilominus cōsecratū est sacrificiū. patet cōsequentia. antecedēs ꝓbatur 1. sic. Quæ sunt de essentia sacri sunt eadē apud oēs, sed ritus sacri nō sunt idē apud oēs nec ſm̄ oe tempus, vt patet. ergo ritus talis non est de essentia, & p ꝯns sine hoc ritu pōt fieri cōsecratio. scd̄o ꝓbat̄ cōc. à simili sic. In baptismo sunt q̄dā à sanctis patrib. instituta, q̄ si omittātur nō reputatur sacrm̄ irritū, qa sunt tm̄ ad solēnitatē sacri. ergo & hic si omittātur illa q̄ ptinēt ad solēnitatē cōsecrationis vera cōsecratio erit.

Ad primū argu. ¶ Ad rōnes in oppositū. Ad primā dicēdū, ꝙ leges diuinæ q̄ ptinēt ad essentialē institutionē sacri si mutent̄, nihil fit, vt si alia materia esset aut alia forma. secus aūt de legib. q̄ ptinēt ad solēnitatē sacri cuiusmodi sunt istæ.

Ad scd̄m. ¶ Ad scd̄m rn̄det ꝙ significatio rei sacramētalis est de essentia sacri, & hoc sufficiēter hr̄ p materiā. significatio aūt q̄ superaddit̄ in ritu est de solennitate, non de essentia sacri, & ideo si ista mutetur & non prima non oportet, ꝙ mutatio fit in sacro.

Ad tertium ¶ Ad tertiā dicendum, ꝙ dispēsatio sacrorum pertinet ad ministros ecclesiæ, sed cōsecratio eorundem est ab ipso Deo, & ideo ministri ecclesiæ nō habēt aliud statuere circa formā consecrationis, sed circa vsum sacri & modum celebrandi, & ideo si sacerdos verba cōsecrationis proferat super materiam debitā cum intentione consecrandi, sine oīb pdictis. s. domo, & altari, calice, vestib. & corporali, & hm̄oi ab ecclesia institutis, cōsecrat quidē in veritate corpus Christi, peccat tñ grauiter ritum ecclesiæ non obseruās, vel pōt formalius rn̄deri

S. Thoē vt idē S. Tho. dicit in 4. ꝙ sacra originē hn̄t ab institutione diuina; & ideo omissio alicuius ꝙ fit ab ecclesia institutū non potest impedire quin verum sacramentum fiat, impediret autem si sacramenta ex institutione humana efficaciam haberent, sicut actiones seculares ex institutione principum ratificantur, ideo &c.

4 **Ad tertium** sic ꝓcedit̄. † Et vr̄ ꝙ incōuenienter ꝓhibitus fuit dauid ab ædificādo tēplū dn̄o pp effusionē sanguinis. Et arguit̄ triplici rōne q̄ facit gl. in pn̄ti ca.

Primū arg. ¶ Primo sic. quilibet homicida pōt tēplū construere, ergo incōuenienter Dauid fuit ꝓhibitus ab ædificādo tēplū pp effusionem sanguinis, cōsequētia patet & antecedēs.

Secūdū ar. ¶ Scd̄o Moyses fuit homicida, vt hr̄ 24. q. 3. nō inferēda, & consecrauit ecclesiā vt hic dr̄, ergo Dauid potuit.

Tertiū arg. Tertio quia olim fuit licitū sacerdotib. interficere 2. q. 7. §. itē cū Balaā, ergo pp effusionē sanguinis non debuit Dauid prohiberi ab ædificatione templi. ¶ In oppositum est

sacra scriptura, quæ inducitur in præsenti ca. ¶ Rñdeo di cit hic gl. rñdendo ꝙ licet Dauid fuerit in veteri testō. fuit tñ pfignator noui 32. q. 8. qđ autē, & iō in figura istius tpis dictum est ei. non ædificabis mihi &c. & est argumētum à minori, si. n. propter homicidium repulsus fuit à constru-

Contra gl. ctione multo potius à ministerio. Sed in hoc loco glos. ista non videtur rationabiliter loqui, nec in argumētis nec in solutione quā dat. Nō quidē primo, quia nō dr̃ hic Dauid prohibitus ædificare tēplum dñi pp̃ sim plex homicidiū, sed pp̃ multum sanguinē effusum per eum, & ita gl. nō vr̃ notasse illā circunstātiā, ꝙ prohibitus erat pp̃ multā effusionē sanguinis qđ maxime tñ notat textus. Secundo quia aliud est de ædificatione illius tēpli famosi qđ erat tm̃ vnū in tota ecclesia tunc, & aliud de ædificatione tēplorū seu ecclesiarum particularium nunc, respectu. n. illius ædificādi pp̃ aliquā significationē & singularitatē excellentiæ poterat quis pp̃ homicidium prohiberi, qui nō phiberetur de ædificādo aliquam domū particularē ecclesiæ. vñ licet Dauid ædificare tēplum pceperit, & expensas in magna parte exposuerit, veruntñ pp̃ mysterium dñs noluit ꝙ ipse illud cōsummaret. † Et pñt de hoc assignari duæ misticæ rōnes, vna est, quia ecclesia cuius figura fuit tēplū materiale maxime in vnitate charitatis, & pace fraternæ societatis cōsistit, ſm illud ad Eph. 4. solicite seruate vnitatē spūs in vinculo pacis. vñ vna est columba mea, vna est columba pfecta mea. Cā. 6. Et de primitiuis lapidib. ecclesiæ primitiuæ dr̃. erat eis cor vnum, & aīa vna in dño. act. 4. Et in ps. 67. Qui habitare facit vnanimes ī domo, vñ in huius rei signū Deus voluit ꝙ prima structura tēpli fieret in Hierusalē, q̄ interpretatur visio pacis, & ꝙ fieret per virum nō effusorē sanguinis, nō bellatorē sed pacificum, & quietū, cuiusmodi fuit rex Salomō. Et ista rō assignatur in tex. 1. Par. 22 vbi inquit Dauid, factus est sermo dñi ad me dicēs. multū sanguinē effudisti, & plurima bella bellasti, nō poteris ędificare domum nomini meo, sed filius tuus qui nascet erit vir quietissimus, faciam. n. eum quiescere ab oībus inimicis p circuitum & ob hāc cām pacificus vocabitur, sequitur ipse ædificauit tēplum noī meo. ¶ Scđa rō pp̃ quā Dauid qui multum sanguinē effuderat tēplum dñi ædificare prohibitus fuit capitur ex gl. ordinaria in eodē loco videlicet ad significādum ꝙ sanguinolēta opera nō pñt spūale ędificium dño pparare, & ita prima rō nō procedit. Qđ vero ſnr glo. decreti dicit ꝙ Moyses fuit homicida quia occiderit egyptium vt habet Exo 2. sane intelligendum est, quia Moyses non aliter dicendus est homicida, quā iudex dicatur, q̄ legis authoritate occidit malefi cos. Moyses. n. vt dicit Ni-

Nico. de ly. col. de lyra super illud Exo. 2. percussum Aegyptium abscondit in sabulo, ex diuina electione qua ad liberationē hebræorum erat electus, habebat authoritatē iudicādi iniurias factas illis, & hoc faciebat p reuelationē diuinā. Et hoc est quod dr̃ act. 7. c. existimabat autē fratres cognoscere, ꝙ per manum ipsius Deus daret salutem illis. vñ cum ergo Moyses fecit tāquā publica persona & autoritate diuina, nō pprie dicēdus homicida, & ita scđa rō de Moyse non pcedit. Qđ vero glossator dicit de sacerdotib. veteris legis, ꝙ fuerit eis licitum interficere non valet, quia non est simile de illis & sacerdotib. nouę legis, illi quidē erant sacerdotes veteris legis, ſm quā pœnæ corporales infligebātur, iō eis ēt occidere propria manu congruebat. Clericis autē cōmittitur ministerium nouæ legis in qua nō determinatur occisionis vel mutilationis corporalis pęna, & iō vt sint idonei ministri nouę legis debent à talib. abstinere, & ita tertia rō ēt non pcedit. Qđ vero in rñsione ponit, ꝙ Dauid fuit figura noui testī, dicēdum, ꝙ ēt Moyses imo ēt figura Xpi de pnīa. di. 1. §. inter hæc, & iō rō illa p gl. assi-

Exponit litteram. gnata nō pcedit. Le. ¶ De ecclesiarum cōsecratione &c.] qđ missa siue sacrificiū altaris nō nisi in sacris locis fieri debeat ostēdit magister Gratianus in hoc c. multiplici rōne, primo argumēto sumpto à veteri lege. Et 1. de Moyse 2. de Dauid & filio suo Salomone [tabernaculū] 2. pars [pcipiete]. s. Exo. 22. vbi dñs ait ad Moysem. loquere filijs Israel, vt tollāt mihi primitias &c. sequitur faciāt mihi sanctuarium & habitabo in medio eorum iuxta ordinē tabernaculi, ꝙ ostendā tibi. & oīum valorum in cultū eius, &. ꝯ. inspice & fac ſm exēplar ꝙ ibi in monte ostensum est tabernaculū ita fiet & c. [sancti olei vnctione] Exo. 11. vbi dicit ad Moysem assumpto vnctionis oleo vnges tabernaculū cum vasis & sanctifica altare hol caustī, & oīa vasa eius [reperit]

. s. locis iā dictis [pijssimus] psal. 131. Memento dñe Dauid, & oīs mansuetudinis eius, quæ à necessitate patuit, vt ēt tā git gl. in hoc ꝙ Saul ipsum ad mortē persequētē bis à morte pepercit, cum posset eum occidere, & quod plus est, de manib. virorum suorum Saulem occidere volentium liberauit ipsum, vt hr̃ 1. Re. 24. & 26. [ampliauerit cultum Dei] ordinando de 24. generationib. 24. sacerdotes qui successiue seruirent per hebdomadam in templo dñi vt hr̃ 1. para. 17. Sed pp̃ multum sanguinem, quem effuderat prohibitus est, sicut habetur in locis iam allegatis [Et Salom. quoque filius eius quod ipse facere optauerat iubente & auxiliante dño perfecit] de quo 1. Paral. 22. sic hr̃, vocauit filiū suum, & præcepit, vt ædificaret domum dño Deo Israel, dixit quoq; Dauid ad Salomonē, filij mi voluntatis meæ fuit vt ędificarē domum nomini Dei mei, sed factus est sermo dñi ad me dicens. multum sanguinem effudisti, & plurima bella bellasti, non poteris ædificare domum nomini meo tanto effuso sanguine coram me, filius qui nascet tibi vir quietissimus ipse ædificabit domū nomini meo. hæc ibi. Quod autem dicit hic gl. Arguendo mirum esse ꝙ cū dñs ei. s. Dauid dixisset. Non ædificabis mihi domum. Dauid nondum interfecerat aliquem falsum est, qm̃ antequam prohibitus fuisset Dauid ab ædificatione domus dñi quæ prohibitio legitur ei primo facta per Nathā prophetam 2. Re. 7. multa bella legitur prius egisse, in quibus ipse Dauid multos occiderat, & sanguinem multum effuderat, sicut colligitur ex 1. li. regum c. 7. & 18. & 23. & 27. & 30. & ex. 5. c. 2. li. reg. Alia autem quæ hic dicit gl. circa prohibitionem istā iam improbata sunt in tertio articulo [& festiuitatem]. s. dedicationis templi, vt hr̃ 2. Paralip. 7. 18. [diebus & in die 8. dimisit populum] hæc litera habet duplicem intellectum vt deducit magister historiarum, primus est, ꝙ quinque diebus continuis celebrata est dedicatio, in sexta vero die quæ fuit 15. mensis septimi ſm legem occurrit scænophægia, quæ interposita est 7. diebus, qua terminata iterum celebrata est per duos dies, qui intermissi fuerant & in die octauo. i. post duos septenarios dimisit rex populum, secundus intellectus est quem ponit Raban. In glo. 2. Parali. 7. ꝙ dedicatio continuis septem diebus facta est, & post 15. dies inchoata est scænophægia & terminata est in 23. & sic vtrisque festiuitatibus rite peractis & scænophægiarum octaua die functa post Salomon dimisit populum ad propria lætantem & gaudentem super bono quod fecerat dominus Dauid & Salomoni & populo suo [ſi. n. Iudæi] 3. pars. Ioan. 1. i. lex noua quæ respectu veteris dicitur veritas, quia illa fuit figura & vmbra istius, dicitur etiam gratia respectu eius, quia quamuis lex vetus ex liberalitate diuina illi populo data fuerit, propter quod dicit potest gratia large eo modo quo quodlibet donum gratis datū dr̃ gratia, non tñ conferebat gratiam iustificantem. Nemi nem. n. ad perfectum ducit lex, ad Hebre. 7. sicut fecit lex noua [Et non à corepiscopis] de quorum prohibitione di.

6 68. corepiscopi [summa necessitas] † si quæratur quæ sit necessitas summa siue tanta, dicendum ꝙ illa determinatur in c. concedimus. ꝯ. e. dist. vbi dicitur. Concedimus etiam vt sicubi (quod peccatis nostris exigen tibus per plurimū factum est) à Normandis, & à Sclauis, ab Vngaris, & malis christianis seu aliquo qualicunque modo ecclesiæ fuerint incensæ, & combustæ, in capellis cum tabulis consecratis missas interim celebrari permittimus. in itinere vero positis si ecclesia defuerit, sub dio, seu in tentorijs, si tabula altaris consecrata, cæteraque sacra mysteria ad idem officium pertinentia, ibi affuerit missarum solennia celebrari concedimus, hæc ibi. Nota ꝙ dr̃ concedimus, vbi notatur licentia generalis celebrandi missam tali vrgenti necessitate, non autem existenti tali necessitate non licet nisi concedente episcopo loci, de voluntate enim. & concessione episcopi loci sine tali necessitate licet missam celebrare in loco non cōsecrato, vt. ꝯ. eo. dist. c. missarum, debent ergo canones vt dicit Alexa. de Halis in 3. 4. quibus dicitur ꝙ non licet consecrare, nisi in locis consecratis sic intelligi. s. nisi necessitate vrgente vel episcopo loci concedente vel superioris authoritate [in domibus] dum tamen ibi sit altare portatile consecratum, alias non licet ibi missas celebrari, licet alia officia, ibi fieri possint, vt dicit Hug. licet non sit locus cōsecratus nec altare portatile. Exemplum huiusmodi dari potest de officio mortuorum ꝙ dicitur sæpe cantādo in domibus mortuorum. Et qnq; ēt baptismus in domibus dari

Cōtra glo.

Rabanus.

Quæstio. Respondet.

Ale. de Ha.

bus dari pueris pōt vrgēte necessitate[si aūt vt legit] quarta pars[in concilio].s.di.69.non oportet[ministeria].i.officia[gradus].i.ordinis[qbus].s.gradibus[fungi debent officia].i.officiales[psone vl.clerici,qui sunt talis officij.simile.s.dis.59.h officia.Hu.[sacrificia offerri].i.corpus & sanguinē Christi cōsecrari,vel missam cātari[oblationes].i.celebrationes missarū,in quib.oblatio facta Deo patri offertur.s.corpus & sanguis Iesu Chri, pro peccatis nostris[ab episcopis vel psbyteris]dicit Archi.ꝙ in sermone Leonis papæ qui incipit.fratres præsbyteri & sacerdotes domini &c.inter alia continetur sic.nullus extra ecclesiam per domos nec in locis non consecratis missam cantet sine licentia nostra & c.hodie tñ indultū est episcopis,vt altare possint habere viaticum & in eo celebrare, vel facere celebrari vbicunque absque interdicti transgressione,vt ext.li.6.de priuilegijs,qm episcopi,Et hoc etiā videlicet cum altari viatico celebrare vbicunq; fuerint concessum est prædicatoribus & minoribus,vt habetur ext.de priuil.c.in his.

Arch.

2 *Diabolus & eius potestas expelluntur ab ecclesia propter consecrationem.*

4 *Ritus qui sit qui seruatur in consecratione ecclesiarum.*

5 *Circuitus triplex quem facit episcopus aspergendo ecclesiam in consecratione quid significet.*



Mnes basilicæ. Hic incipit secūda pars huius distinctionis.in qua postquam magister Gratianus posuit ꝙ missæ non essent celebrandæ nisi in loco sacro.Nunc subiungit qualiter ecclesiæ sunt consecrandæ,& est conclusio sua,ꝙ ecclesia non est consecranda sine missa,diuiditur hoc capitulum in duas partes. In prima facit quod dictū est. In 2.dicit,ꝙ si aliquæ ecclesiæ destructæ fuerint aut alias reformandæ fuerint prouidentiæ episcopi incumbit inuenire modū qualiter persistere possint.2.ibi, & ecclesiæ destructæ, pro pleniori intelligentia huius capituli quærūt tria.

Diuisio.

1 ¶ Primo vtrum conueniat ecclesiam consecrari.

3 ¶ Secundo vtrum ritus consecrationis qui obseruatur sit conueniens.

6 ¶ Tertio vtrum missæ celebratio sit de ecclesia consecrationis.

Primum argum.

1 Ad primum sic proceditur†. Et videtur ꝙ nō sit conueniens ecclesias cōsecrari.¶ Et primo sic. Nihil fieri debet frustra in ecclesia, quæ spiritu sancto regitur,sed frustra fieri vr̄, ꝙ adhibeatur consecratio ecclesiæ,vel altaribus,& huiusmodi rebus inanimatis, quæ nō sunt susceptiuæ gratiæ, vel alicuius spiritualis virtutis,inconuenienter ergo hmōi cōsecrationes ecclesiarū aut altarium fiunt in ecclesia.¶ In oppositum est textus pñtis capituli. ¶ Respondeo dicendum ꝙ conuenienter in ecclesia institutū est, vt ecclesiæ consecrentur, quæ quidem conuenientia ex quinque causis colligitur pp quas templum dñi siue ecclesia consecratur†primo quidē diabolus & ptās eius inde penitus expellatur, vnde refert Grego. in dialog.li.3. ꝙ cum quædā ecclesia arrianorū fidelibus reddita consecraretur,& reliquiæ S.Sebastiani & Beatæ Agathe illuc delatæ fuissent,populus ibidem congregatus porcum repente inter pedes huc illud discurrentem senserūt, qui fores ecclesiæ repetens à nullo videri potuit,omnesq; in admiratione commouit, quod idcirco dñs ostendit, vt cunctis patefaceret, quia de loco eodem immundus habitator exiret, sequenti autem nocte magnus in eiusdē ecclesiæ tectis strepitus factus est ac si aliquis in eis errando discurreret,secunda vero nocte grauior sonus insonuit.tertia vero nocte tantus strepitus insonuit,ac si tota illa ecclesia à fundamētis fuisset euersa,statimque recessit nec apud illā diutius antiqui hostis inquietudo apparuit,sed per terroris sonitū quē fecit innotuit à loco quē diu tenuerat quē coactus exibat,hęc Grego.¶ Secundo cōsecratur ecclesia vt ad eā confugientes saluentur,vnde aliquæ ecclesiæ post dedicationē à principib.priuilegiātur,vt qui ad eas confugiunt saluētur. vnde 23.q.5.in c.reos vbi dicit canon. reos sanguinis defendit ecclesia,ne vitā perdāt.Et ob hanc rōnem Ioab in tabernaculū legitur fugisse,& cornu altaris apprehendisse.3.reg.2.¶ Tertio consecratur ecclesia vt ibidem orones exaudiantur,quia figuratū est 3.re.8.vbi Salomon dedicato tēplo ait ad dñm,quicūq; rogauerit in loco isto exaudietur in loco habitaculi in cœlo, & cū exaudies

Opponit & Respondet.

a ¶ Saluent. Adde ꝙ tali immunitati renūntiari nō potest iia Ba. in l.vniue. C de les li. 10. Ale. 3 l. 2.ff.de iure immunit.

propitius eris.itē in orone que in missa dr̄ dedicationis ita cantatur.Concede vt oēs qui deprecaturi cōueniūt ex quacunque tribulatione consolationis tuæ beneficia cōsequātur.¶ Quarto consecratur ecclesia,vt in ea laudes Deo soluātur,quod fit in septē horis canonicis,de modo aūt quo exsoluendæ sint laudes Deo,quia alio cōuenientius loquēdum erit,sufficiat nunc audire,quod B.Bernard.in quodā sermone dicit fratris mei immolantes hostiā laudis iungamꝰ verbis sensum sensui affectū,affectui exultationē, exultationi maturitatē,maturitati humilitatē, humilitati liberalitatē.¶ Quinto ecclesia cōsecratur vt ibidē digne ecclesiastica sacra ministrentur. Et hæc rō assignatur quasi per totā istā distinctionē.¶ Ad rōnē vero in oppositū factā dicendū iuxta S.Th.in 3.parte,ꝙ ecclesia,& altare & alia huiusmodi inanimata cōsequunt non quia gratiæ sunt susceptiua,sed ex consecratione adipiscuntur quādam spūalem virtutē,per quā apta redduntur diuino cultui, vnde hoīes deuotionē quandā participāt vt sint parationes ad diuina, nisi hoc pp irreuerētiā impediatur.vñ ēt 2.Mac.3.dr̄,vere virtus Dei erat in loco,nā ipse qui habet in cœlis visitationē & habitationē visitator & adiutor ē loci illius. Et inde est ꝙ hmōi loca ante consecrationē emundātur & exorcizantur,vt exinde virtus inimici pellat̄. Et eadē rōne ecclesiæ q̄ sanguinis effusione,vel cuiuscūq; semine pollute fuerint,recōciliant̄, qa p pctm̄ ibi cōmissū apparet ibi aliqua operatio inimici, ppea ēt.j.e.di.3.c.ecclesias.pcepit Io.dicēs, Ecclias Arrianorū vbicūq; inueneritis catholicas eas diuinis præcibus & orationib.absq; vlla mora consecrate.

Benard.

Ad argu S. Thoma.

3 Ad secundum sic procedit.†Et vr̄ ꝙ ritus obseruatus in cōsecratione ecclesiarū non sit conueniēs sic.nihil ridiculosum esse debet in ecclesia,sed multa vidētur esse ridiculosa in ritu cōsecrationis ecclesiarū,qui obseruatur,vt ꝙ pontifex circumeat ter ecclesiā,ter cū baculo percutiat super limē ecclesiæ dicendo attollite portas, itē ꝙ chrismate perūget in pariete cruces depictas,& hmōi.ergo vr̄ ꝙ talis ritus nō sit cōueniēs.¶ In oppositū est text.præsentis cap.¶ Rñdeo dicendum, ꝙ ritus qui obseruat̄ in consecratione ecclesiarū est cōueniēs, probatur sic.Ea q̄ per ecclesiā statuuntur ab ipso Xpo ordinantur,qui dicit Mat.18.vbicūque fuerint duo vel tres in noīe meo in medio eorū sum, sed ista in cōsecratione ecclesiarū ab ecclesia ordinata sunt, ergo ista accipiēda sunt ita ac si à Xpo forent instituta, & per consequens cōueniēter sunt ordinata.¶ Vbi notādū†ꝙ ritus qui obseruatur in
4 consecratione ecclesiarū est qui sequitur, & plenus mysterijs,oībus.n.de ecclesia eiectis solo diacono ibidē remanēte recluso eps cū clero ante foras ecclesiæ aquā non sine sale bñdicit,& interim intrinsecus ardēt 12.luminaria añ 12. cruces in ecclesiæ parietib.depictas,postmodū vero clero & populo insequēte ter circuēdo ecclesiā exterius cū fasciculo Hisopi parietes cū aqua iā benedicta aspergit, & qualibet vice ad ianuā ecclesię veniēs pcutit sup liminare cum baculo pastorali dicēs.Attollite portas &c.Et diaconus de intus rñdet,quis est iste rex glo. Cui pontifex dñs fortis & potēs &c.tertia vero vice,referato ostio ingredit̄ pontifex ecclesiā cū paucis ex ministris clero & ppl̄o foris manētibus dicens,pax huic domui.Et ānr̄ psequit̄ litanias deinde in pauimēto ecclesiæ fit crux de cinere & sabulo,vbi l̄ris græcis & latinis totū scribit alphabetū,& i̇dē aliā sanctificat cū cinere & sale & vino,& altare cōsecrat,deinde duodecim cruces in pariete depictas chrismate vngit sane q̄cūque in hac ecclesiæ visibiliter fiūt cōsecratione, figura sūt eorū q̄ Deus per inuisibilē virtutē in aīa operat̄,q̄ veri dei tēplū est. s̄m illud 2.Cor.6.vos tēplū Dei viui estis,in quo fides fecit fundamētū spes erigit.charitas cōsummat,qđ p ordinē sic ostenditur,aqua.n. cuius aspersione ecclesia cōsecratur baptismū significat quo aīa abluit̄ à sordib. oīm pctōrū & Deo tēplū cōsecrat̄. Eze.36.Effūdā sup vos aquā mundā,de qua aqua dicit dñs Io.3.nisi quis renatus fuerit ex aqua,& spū scto,nō pōt introire in regnū dei.fit aūt ista aqua ex quatuor rebus.s.ex aqua,vino,sale, & cinere,quia videlicet quatuor sunt,q̄ maxime inimicū expellūt de corde hoīs,s.lacrimarū fusio,q̄ per aquā signatur,spūalis exultatio,q̄ per vinū,matura discretio,q̄ p salē,& profunda humiliatio, q̄ p cinerē intellig̃. fit aūt ista aspersio pp duo. primo pp demonū expulsionē. Nā aqua bñdicta hēt virtutē dæmones expellēdi,sicut patet.j.dis.3.c.aquā sale,& hoc idē colligit̄ i exorcismo eius,i quo dr̄, fiat aq.exorcisata ad

Secundum argum.

Opponit & Respondet.

effungandum omnem inimici potestatem &c. secundo propter ipsius ecclesiæ purgationem & expiationem, omnia namque ista terrena propter peccata corrupta sunt, & fędata, hinc est etiam ꝙ omnia in lege mundabantur per aquam. triplex vero circuitus quam episcopus aspergēdo facit significat triplicem circulum, quē Christus facit pp ecclesiæ sanctificationem. Primus fuit quo de cœlo venit in mundum. secundus quo de mundo descendit in limbū: tertius quo de limbo rediens & resurgens ascendit in cœlum, vel triplex circuitus fit ad ostendendum, ꝙ illa ecclesia consecratur ad honorem sanctæ trinitatis, vel triplex circumitus significat tria, quibus anima cōsecratur Deo. s. contritionem cordis, oris confessionem, & operis satisfactionem, vel triplex circumitus signat triplicem eorū statum, qui saluantur de ecclesia qui sunt virgines, continentes, & coniugati. Qui etiam designātur in dispositione materialis ecclesiæ sicut dicit Richardus de sancto Victore. Nam vt inquit sanctuarium signat ordinem virginū. Chorus ordinem continentium, corpus vero ordinem coniugatorum, strictius est sacrarium quā chorus, & chorus quā corpus, qa pauciores sunt uirgines q̄ cōtinētes, & isti q̄ cōiugati. sanctior est ēt locus sanctuarij, quā chorus & chorus quā corpus, qa dignior est ordo virginum, quā continentium, & continentium quam coniugatorum, hæc Richardus. terna vero super liminare ostij percussio significat triplex ius, quod Christus habet in ecclesia sua, propter qđ sibi debet aperiri, videlicet ius creationis ius redemptionis, & ius promissionis supernæ glorificationis, de quo triplici iure sic loquit beatus Anselmus. Certe domine quia me fecisti debeo amori tuo me ipsum totū quia redemisti me debeo amori tuo me ipsum totū, imo tm̄ debeo amori tuo plus me ipsum, quantum tu maior es me ipso, pro quo dedisti teipsum, pontifex [a] vero Christū signat. virga autem eius siue baculus pastoralis quo ostium percutit eius potestatem designat, quam habet super cœlestia, terrestria, & inferna, de quo ad Philip. 2. propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, & in nomine eius omne genu flectatur cœlestiū, terrestrium, & infernorum. consequenter ostio aperto intrat episcopus, & ingrediens dicit pax huic domui, quia Christus mundum ingrediens pacem inter Deum & hominem fecit. venit. n. vt nos Deo patri reconciliaret, sicut dicit apostolus ad Ephe. 2. ipse est pax nostra qui fecit vtraque vnum, vel ideo quia Deus animæ templum ingrediēs pacem ei donat ſm illud Io. 13. pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis, post hoc dum dicitur litania prostratus orat pro sanctificatione ecclesiæ, nam & Christus humiliatus ante passionem pro discipulis & credituris omnibus orabat dicens, pater sanctifica eos in veritate. Io. 17. quod vero diaconus in ecclesia inclusus interrogat. Quis est iste rex gloriæ, designat mysterium incarnationis fuisse paucis cognitum, vnde ad ephe. 3. dicit apostolus dispēsatio sacramenti absconditi à seculis gl. i. celati ab omnib. seculorum creaturis in Deo. i. in sola notitia Dei existētis, vnde in persona angelorum dr̄ Esa. 63. quis est iste, qui venit de Edom tinctis vestibus &c. quod vero tertio loco aperuit ianuam, designat quod post peccatum primis hoīs in solo tertio statu puta lege gratiæ introitus regni cœlorum hominibus patuit, vnde Luc. 22. scitote qm̄ appropinquabit regnum celorum, surgens vero ab oratione pontifex populum non salutat dicendo, dominus vobiscum, in quo significatur ꝙ his qui nōdum sanctificati sunt per baptismum sicut energuminis, & cathecuminis, ecclesia non applauit, sed tm̄ orat pro eis, descriptio autem alphabeti simplex est doctrina fidei, scribitur autem sic alphabetū in pauimento, fit. n. crux de cinere & sabulo ex transuerso ecclesiæ, super quam crucē pulueris alphabetū scribitur in modū crucis literis græcis, & latinis, non autē hebraicis, quia istæ duæ linguę Deum laudāt, græca. s. & latina. tertia autem adhuc silet. s. hebræa. Et scribitur cum baculo pastorali. Sane alphabetum super crucem scriptū tria signat. primo quidem scriptura sancta ex græcis & latinis literis in modum crucis repręsentat cōiunctionem & vnionem in fide christi vtriusque populi Iudei. s. & gentilis, per crucem christi factam, ipse vero versus ductus à sinistro angulo orientalis in dextrum occidentis formam crucis exprimit, quæ mentibus hominum per fidem euangelicam imprimitur. Et quia primum fides in iudæis fuit, & postea adhentes transiuit, & rursum in finem cum plenitudo gentiū intrauerit oīs Israel tunc saluus erit ad Ro. 11. recte collectionem vtriusque populi hi duo versus significant in crucis effigie compacti, hoc est, ꝙ Iacob filios Ioseph benedicens cancellatis manibus formam crucis exprimens dextram manum suā super caput Effraim, sinistrā super caput Manasse posuit, quia priori populo abiecto minor collectus est ad dextram. secundo scriptura alphabeti designat paginam vtriusque testāti, quod per crucē Christi adimpletum est. in passione namque eius velū scissum est, quia tunc scripturæ apertæ sunt, & reuelata sunt sctā sanctorū, vnde ipse Christus moriens dixit. cōsummatū est. in his q̄ dē paucis literis oīs sciā continetur, & tunc crux ex aduerso ducitur, quia vnū testm̄ in alio cōtinetur. rota Eze. 1. gl. Greg. i. nouum testamentū in veteri. Tertio repręsentat articulos fidei ecclesiæ pauimentū est fidei fundamentū. elementa ibi scripta sunt fidei articuli quibus rudes de vtroque populo in ecclesia erudiuntur. cæterum 12. cruces in parietib. depinguntur, & chrismantur, quod fit triplici rōne, primo pp dæmonū terrorem, vt. s. dæmones qui inde expulsi sunt videntes signū crucis terreantur, & illuc ingredi non ꝑsumant. Timent. n. valde signū crucis. vnde Chry. vbicunque dæmones signum dn̄icum viderint, fugiunt timentes baculum. quo plagā acceperunt. secundo pp triumphi ostensionē: cruces. n. sunt vexilla Xp̄i, & signa eius triūphi, merito ergo vt ostendatur, ꝙ locus iste Christi dn̄o subiugatus est ibidē cruces depinguntur. nam & apud imperialē magnificentiā hoc obseruatur, vt qn̄ aliqua ciuitas ei traditur, imperiale signum in ea erigitur, in huius figurā dr̄ Gen. 28. ꝙ Iacob lapidē quē supposuerat capiti suo erexit in titulū præconialē, memorialē, & triumphalē. tertio vt fideles illas respicientes Xp̄i passionē q̄ ecclesiā suā consecrauit ad memoriā reducant. vnde can. 8. dicit, pone me sicut signaculum super cor tuū, duodecim vero luminaria ante cruces posita, signāt duodecim apostolos, qui per fidē crucifixi totum mundum illuminarūt, & quorū doctrina tenebre infidelitatis effugatę sunt de mundo, vnde dn̄s ait illis, vos estis lux mundi. Matt. 5. cruces ergo per quatuor parietes illuminantur, & chrismate vnguntur, qm̄ apostoli crucis mysteriū prædicantes fide passionis Xp̄i quatuor mundi climata illuminarunt ad cognitionem, inflāmarūt ad amorem, vnxerunt ad conscientiæ nitorem, quod per oleum & ad bonæ famæ odorem quod per balsamum designatur. Consequenter post chrismationem altaris ipsum altare & ecclesia ornantur lampades incenduntur, pontifex alijs vestibus indutus q̄ fuerat vsus in aspersione basilicæ inchoat missam, in hoc sequens pontificem legalē qui in lineis vestimētis expiabat sanctuarium, & post locus in pontificalibus in holocaustum arietē offerebat. missæ aūt introitus est, terribilis est locus iste. Quod sumptum est de Gen. c. 28. vbi Iacob vidisse dr̄ in somnis per scalā ascēdentes & descendentes angelos, & dixisse, quam terribilis est locus iste &c. Terribilis est certe ecclesia demonib. vnde Cant. 6. dr̄ terribilis vt castrorum acies ordinata. legitur epistola de Apocaly. vidi ciuitatem sanctam Hierusalem, & in fine dicitur. Ecce noua facio omnia, quod bene congruit. Nam per consecrationem ecclesiæ signatur innouatio, quam habebimus in futurum quando renouabitur vt aquilæ iuuentus nostra Psalm. 102. euangelium legitur de Zacheo quia ibi dicitur, hodie facta est salus huic domui. in generali quippe resurrectione (quæ per dedicationem significat) habebit ecclesia salutem in re, quam modo habet in spe, in quibusdam autem ecclesijs legitur euangelium de Nicodemo, quia ibi dicitur, nisi quis renatus fuerit denuo non intrabit in regnum cœlorum. ¶ Ad rationem in oppositum respōdetur quōd falsum est, ꝙ aliquid ridiculosum sit in rutu consecrationis. omnia. n. ibi facta fiunt ad aliquid repręsentandum, vt visum est.

Ad tertium in quo quæritur † vtrum celebratio misse sit de substantia cōsecrationis ecclesiæ. respondetur quōd celebratio missæ non sit de substantia consecrationis, vnde Hugut. in apparatu suo super illud cum missa, dicit sic. Non tamen missa est de substanti consecrationis, sed de solennitate, & sic quamuis missa ꝑtermittatur, non minus esset ecclesia cōsecrata si forma cōsecrationis debita obseruata fuerit, ꝙ cōfirma arguēdo à simili sic. pbr̄i diacon & subdiaconi habēt determinata tēpora, in quibus debeant ordinari, & nihilominus si

Margin notes: Richad. de S. victore. — Anselmus. — a ¶ Pōtifex. Quis dicatur pontifex, & quare vide te. in c. cleros 21. di. Arc. in c. 1. de cōst. in 6. car. Za in clem. 1. in pri. de pœnis. — Greg. — Chrys. — Ad arg. — Respondet Hug.

nus si alio tempore ordinentur ordines recipient, sed debebunt deponi. vt supra di. 77. Subdiaconus ita in proposito. Lege. ¶ [Episcopi prouidentia] quia vt habetur ex Aurelianensi concilio in c. omnes Basilicæ 16. q. 7. omnes Basilicæ quæ per diuersa loca constructæ sunt vel continue construuntur in episcopi potestate consistant, in cuius territorio positæ sunt [cõsistere] supponendo. s. eas alijs ditionibus, vel duas vel plures in vnum coniungẽdo, vel vni cõmittẽdo, vt di. 70. sanctorum 10. q. 3. vnio & 16. q. 1. & temporis. & 26. q. j. clericus qui plures. Quid si adeo sunt remotæ, ꝙ non possit vni committi vel alij supponi, videtur dicendum secundum Hu. ꝙ non deberent destrui, sed debẽt sic, dimitti quousque prouideatur eis, nisi locus sit solitarius & desertus, & nulla spes sit ꝙ de cætero habitetur:

Exponit literam.

Quæstio Respondet.

1 *Authoritas episcopi an sufficiat sola ad consecrationem ecclesiæ sine licentia papæ.*

DE locorum. Incipit hic tertia pars huius distinctionis, in qua magister Gratian. probat per quinque capitula, ꝙ ecclesia sine licentia papæ consecrari non debet: capitulum hoc breue est & non diuiditur. ¶ Pro cuius pleniori intelligentia q̃-
1 ritur† vtrum sine licentia papæ sola autoritas episcopi sufficiat ad consecrationem ecclesiæ. Et quod nõ videtur ex præsenti c. ¶ In oppositum est consuetudo, quæ in ecclesia obseruatur, & inducit ad hoc Host. c. bonæ 12. q. 2. ¶ Respondeo dicẽdum ꝙ textus præsens potest intelligi dupliciter, vno modo indistinctè. s. de qualibet ecclesia siue oratorio, alio mõ de ecclesia episcopali. Si primo modo dicẽdum, ꝙ iam non habet locum statutum hoc, & si fortasse, in primitiuo tempore ex causa locum habuerit, tunc. n. nouo germine pullulabat ecclesia, & paucæ erant ecclesiæ, & ideo, quia sine difficultate poterat papa consuli, statutũ est, vt eius licentia in consecratione exigeretur. Et eadem ratione, quia raro fiebant ecclesiæ statutum est, vt sine licẽtia domini nostri papæ non ædificarẽtur vt infra eo. dis. ecclesia. sed postea crescente multitudine fidelium cum plures ecclesias necesse esset fundari, & consecrari, cum valde laboriosum esset ꝓ singulis ędificãdis & cõsecrandis apostolicæ sedis licentiam exigere, consuetudine obtentũ est, vt qlibet eps in diocesi sua fundaret & dedicaret ecclesias absq; licẽtia domini papæ Hu. Si vero textus intelligẽdus veniret de ecclesia episcopali tunc respondetur, ꝙ etiam nunc capitula ista locum obtinent, quia non debet talis ecclesia sine speciali mandato papæ fundari. Nam si non potest episcopus mutari de loco ad locum sine licẽtia papę c. mutatione 7. q. 1. multo minus de nouo institui, siue fieri, & fundari episcopalis ecclesia 16. q. 1. felix. Sed cũ sine c. dicta ecclesias & oratoria primus intellectus est magis literę conformis. Ex his patet responsio ad rationes factas. Leg. ¶ [Superius]. i. superiori parte capituli, quæ hæc non est [nonnulli] absque præcepto vel saltem licentia:

Opponit in cõtrarium. Respondet.

Exponit literam.

Diuisio.

PRæcepta. Sequitur secundum capitulum eiusdem partis. Et diuiditur in tres partes. In prima repetit, ꝙ sine licentia papæ non sit ecclesia consecranda, siue ędificanda. In secunda commendat vnũ epm, qui interdixit ne officiũ diceretur in vna ecclesia, in qua sine licentia papæ officiabat. In 3. qa locus ille iam dedicatus erat Deo, non decebat vt à diuino rum officiorum siue ministeriorum officio vacuus remaneret, præcepit vt illum authoritate apostolica consecret. secunda ibi, teque. tertia ibi, sed quia deuotus. Hic nihil disputandum venit. Lege. ¶ [In vtraque parte]. i. per vtrãque partem. s. tam per synodalia pręcepta, quam per sacros canones [non posse]. i. non debere [taliter]. i. sine licentia papæ [adducta]. i. perducta, quia erat perducta ad hoc, vt populus ibi conueniret ad diuina officia, sed hoc olim non licebat, vt infra e. ecclesia, sicut nec modo sine licẽtia episcopi, vt infra e. nemo [deuotus]. i. deputatus [relatio] id est scriptum nobis transmissum [consecrabis] quia nondum erat consecrata [integrum] quo ad officia ecclesiastica [firmata religione] id est facta consecratione [conuentum]. s. clericorum, & laicorum.

Exponit literam.

BAsilicas. Sequitur tertium capitulum ꝙ est eiusdem quæstionis. Diuiditur autem in duas partes. In prima præcipit Gelasius papa, quod nullus episcopus debeat consecrare ecclesiam sine licentia papę, vel sibi vendicare clericos alterius iurisdictionis, & hoc continetur in canonibus. In secunda probat argumento per locum à maiori ad minus, ꝙ ipsi debeant cũstodire canones sic. Si papa qui est dominus & institutor canonum & superior omnibus episcopis tãquam caput & princeps eorum pio ac deuoto studio canones ipsos obseruare laboret, quanto magis vos qui estis inferiores. secunda ibi, cum. n. decreta. Hic nihil venit amplius disputandũ Lege. ¶ [Non petit à sede]. s. apostolica [vendicare] vt eos ordinent, vel iudicent, vel ligent uel absoluant, vt d. 73. per totum & 9. q. 2. per totum & 21. questione. 2. capi. 1. & 2. [dispendio]. i. præiudicio, licet. n. ex causa quandoque relaxetur & mitigetur ius commune, non tamen præiudicat ei, quin in suo permaneat statu, & obtineat cum illa cessante, vult dicere ꝙ ius commune non abrogatur dispẽsatione 1. q. 1. maximum 9. q. 1. ordinationes [docere] hoc ideo addditur. dicit gl. quia Romana ecclesia quædam sequitur quæ non docet sequenda, & ea sequi non cogimur, ut d. 11. nolite [temere]. i. sine causa sine ratione [superior his oĩb.]. i. episcopis & ceteris inferioribus ordinibus [refutare] 24. q. 1. rogamus [concordet] 12. d. c. 1. 8. q. 1. q̃ cõtra in princ. & infra e. d. 3. [posuit] Mat. 16. tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.

Diuisio.

Exponit literam.

1 *Furtiuum quid dicatur.*
2 *Papa derogat gradibus statutis quando ex speciali causa vult concedere beneficium quod in statutis gradibus prohibetur.*

CErtum est. Sequit̃ quartũ ca. eiusdẽ. diuidit̃ ĩ duas partes. In prima ponit prohibitionem generalẽ, ꝙ in ecclesijs vel oratorijs nulla celebrentur diuina sine licentia papæ. In secunda ponit specialem prohibitionem, vt in certa ecclesia pro mortuis fiant officia mortuorum. & hæc ex causa, non causa viuorũ secunda ibi, sed quia. pro intelligentia capituli est notandum ꝙ quædam spectabilis domina nomine Megãtia in quadam sua possessione oratorium quoddam fecit sine autoritate Romani pontificis, in quo sepeliuit corpora suorum parentũ, & cognito, ꝙ hoc non licebat. misit ad Romanum pontificem prædicta domina supplicans, vt dignaretur sanctitas sua dispensare, qui super hoc respondens episcopo Sorano in cuius diocesi præfatum oratorium fuerat fabricatum, ꝙ quia præfata domina spectabilis erat, & potens humanitatis & pietatis intuitu dispensatoriè concedit, vt ratione mortuorum sepultorum in eodem oratorio officia mortuorum ibidem celebrentur, sed non officia viuorum, & hoc in pœnam videtur eorum, qui præfatum locũ sine licentia summi pontificis fabricarunt, & dedicarunt, dicit glo. Lege. ¶ [Dedicatum] vel fabricatum supra ꝑcepta. [ꝑcessione]. i. frequentationẽ popularẽ [fur-
1 tiuis] † furtiuũ dicit Hu. & Arc. nõ dr̃ solũ, id quod fit occulte, sed etiam id, ꝙ fit ꝑter authoritatẽ vel spreta authoritate eius, qui illud impertitur, vel concedit. vnde concubitus illicitus dr̃ furtiuus siue palam siue occulte fiat vt 28. di. de his. Et sacramentũ illicite pręstitũ dr̃ furtiuum, & sumptũ contra ius, à quo non debuit, vt d. 64. supra. Sed etiam vsurpatio dr̃ furtiua. i. præter authoritatem eius, qui potest concedere facta d. 93. illuc sic: Et hic talis surreptio ędificandi vel consecrandi ecclesiam sine licentia papæ dr̃ furtiua id est occulta quo ad dominum papam, quia eo nesciente id factum est [oblatione petitionem] id est in petitorio nobis oblato vel supplicatione [non maculet] id est non præiudicet, quin permaneant in suo statu, licet dispensati-
2 ue hic agimus. Et est argumentum† ꝙ papa derogat gradibus statutis quando ex causa speciali beneficium vult concedere, quod in statutis gradibus prohibetur, vt di. 22. priscis & 9. q. 1. ordinationes [funeribus & sepulchris]. i. mortuis & sepultis [incomprehẽsis]. i. nominatis in petitorio nobis oblato [pro solennitate] quasi dicat hoc pro magno beneficio reputet, cõcedit hoc pro refrigerio animarum defunctorum, vult tamen vt sic fiat, ne occasione illa fiat ibi populi frequentatio &c.

Diuisio.

Exponit literam. Archi.

2 Fideles

3 *Fideles colliguntur in ecclesia multipliciter.*
5 *Catholicum, hoc nomen tribus attribuitur.*
6 *Ecclesia dicitur catholica multiplici ratione, & nu. 8.*
7 *Ecclesia quare dicatur vniuersalis.*
10 *Capella quid sit, & quare ita dicatur.*
12 *Collegium institui non potest sine superioris authoritate.*



Ecclesia. Sequitur quintum capitulum præsentis partis breue est. Nõ diuiditur. in quo sententiam precedentium capitulorum videtur confirmare tali ratione arguendo negatiue à minori ad maius. Si non licet sine licentia summi pontificis ędificare ecclesiam, multo minus licebit sine eius nutu consecrare ecclesiam. cum cõsecrare ecclesiam multo maius sit quam ædificare. si ergo nõ licet quod minus est, quomodo licebit quod maius est. ar. 34. q. 1. mirãdo 21. dist. inferior. pro intelligẽtia eorum quæ solẽt dici circa hoc capitulum per doctores, circa hoc nomen ecclesia, & eius interpretationem assignatam in litera. interpretatur. n. collectio catholicorum, veniunt quærenda quinque.

1 ¶ Primum est cum ecclesia, & sinagoga vnam & eandem rem significent, quare post aduentum Christi mansit apud fideles magis nomen eccclesiæ, quam sinagogæ.

2 ¶ Secundo quare ecclesia interpretatur collectio catholicorum.

4 ¶ Tertio quare dicitur ecclesia nostra catholica.

9 ¶ Quarto quæritur de ratione nominum quibus varie nominatur ecclesia materialis. s. ecclesia, basilica, templũ & c.

11 ¶ Quinto quæritur quomodo ecclesia materialis in suis partibus significat partes principales ecclesiæ militantis.

1 Ad primum †Respõdetur ꝙ recte post aduentũ Christi tempore gratiæ fideliũ collectio est ecclesia nominata, & non synagoga licet. n. tempore legis veteris collectio fidelium vtroque nomine appellaretur. s. nomine ecclesiæ, & synagogę, tempore tamẽ gratiæ non nisi nomine ecclesiæ est appellata, cuius ratio est, quia licet ecclesia, & synagoga vnam & eandem rem significent, puta conuentum plurimorum adinuicem, nihilominus distinguuntur ratione, quia ecclesia conuocatio, synagoga congregatio interpretatur, quia autem vox & conuocatio proprie est rationabilis creaturæ, congregatio vero etiam irrationalis esse potest. vnde Gen. 1. Cõgregentur aquæ, quæ sub cœlo sunt. Et gallina dr̃ congregare pullos suos. Matt. 23. Cumque inter homines soli rationales habeneri sint fideles, verbum rationale fidei audiẽtes, & intus percipientes vetus Hæbreorum populus quãdiu in vnius Dei fide & cultu permansit, vtroque nomine vocabatur, sicut patet in multis locis sacræ scripturæ. vnde Num. 16. populus ille uocatus est synagoga. vbi dr̃. insurrexerunt contra Moysem 250. proceres synagogæ. Item in eodem li. c. 20. ecclesia dictus est vbi Moysi dictum est. Cur eduxisti ecclesiam Dei in solitudinem. post aduẽtum autem Saluatoris nostri populo Iudæorum paucis exceptis in Christum credentibus infidelitatis tenebris excęcato gratia diuisionis partita sunt nomina. vt pars illa Iudęorum qui lumen fidei non receperunt quasi irrationabilium animalium brutorum congregatio synagoga tãtum dicta sit. pars vero Hebræorum, & aliorum (qui in Christum crediderunt) ecclesia & nunquam synagoga sit appellata. Quod Beat. Augustinus super psal. sexagesimo primo attestatur qui tractans illud, Deus stetit in synagoga Deorum. i. populorum Israel. Ita dicit ipsorum. s. populorum Israel proprie synagoga dici solet, quanuis & ecclesia dicta sit, sed nostram apostoli nũquam synagogam dixerunt, sed semper ecclesiam, siue discernendi causa, ꝙ inter congregationem, vnde synagoga, & cõuocationem, vnde ecclesia nomen accepit distet aliquid, ꝙ. s. congregari vt pecora solent, ac ipsa proprie quorum & greges proprie dicimus, conuocari magis est vtentium ratione, sicut sunt homines. hæc Aug. Et sunt verba etiam Isidori 8. Etymo. in c. 8. vt ergo notetur Iudæorum infidelitas dictus est eorum conuentus synagoga quasi congregatio pecorum, & indiscretorum, & vt fidelitas nostra ipso vocabulo designaretur dicta est nostra ecclesia. i. conuocatio rationabilium & discretorum. vnde de ecclesia dicitur psal. 34. confitebor tibi in ecclesia magna, in populo graui laudabo te. Populus. n. ecclesiæ dicitur esse grauis maturitate virtutis, & illi soli sunt qui rationem colunt & rationales Dei voces intelligunt & audiunt vocationem Christi. Et hoc de nomine ecclesiæ.

Respondet

Augu.

Isidoro.

2 Ad secundum In quo quæritur. †quare ecclesia interpretatur collectio. Respondetur quod hoc sit propter vnitatem qua vniri, & colligi intelliguntur fideles adinuicẽ. Ratione cuius dicitur Can

3 ti. 6. vna est columba mea & c. †vbi notandum ꝙ fideles intelliguntur in ecclesia multipliciter. Primo quidem vt mẽbra in vno corpore 1. ad Cor. 10. vnus panis, & vnum corpus multi sumus. vt dicit gl. typicè vnus panis, & vnũ corpus ecclesia dr̃, pro eo, ꝙ sicut vnus panis ex multis granis & vnum corpus ex multis membris componitur, sic ecclesia Christi ex multis fidelibus a charitate copulante cõnectitur. & gl. super illud apostoli ad Colosse. 3. super omnia charitatem habete, quę est vinculum perfectionis dicit sic. Charitas omnes in vnum colligit. charitas omnia ligat, ne abeant. secundo colliguntur fideles in ecclesia sicut lapides viui in vno ędificio vt puta quæ cõstruitur viuis ex lapidibus. vnde ad Ephe. 2. dicit apostolus. in quo & vos coedificamini in habitaculum Dei in Spũ sancto gl. vt sitis habitaculum Dei. tertio colliguntur adinuicem fideles sicut milites in vno exercitu sub vno duce, quare de ecclesia Cãtic. 6. dr̃ vt castrorum acies ordinata. castrorum acies dr̃ ait gl. quia in terris militat. Iugiter in castris contra hostes aduersatur. ordinata vero, quia licet diuersos propugnatores habeat, sub vno tamen duce charitatis vnitate adunantur. quarto colliguntur fideles in ecclesia sicut domestici familiares sub vno patrefamilias psal. 67. Deus qui habitare facis vnanimes in domo. Glo. Deus est qui inabitare hoĩes facit vnanimes in domo. i. vnanimes vnum sentiẽtes colligit in vnum. Et ideo apostolus ad ephe. 2. fidelibus scribẽs dicit. iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici Dei. glo. i. familiares Dei. quinto colligunt fideles in ecclesia tãquã discipuli in schola sub vna doctrina & vna fide vnius magistri. hæc ẽ collectio in vna fidei doctrina, de qua dr̃ ad Eph. 4. vnus Deus, vna fides gl. vnum & idem est quod creditur à cunctis fidelibus. sexto fideles colligũtur in ecclesia sicut operarij in vna spe retributionis, de qua apostolus ad Ephe. 4. sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ gl. i. ad vnam spem seu ad vnam rem speratam quæ est effectus vocat. septimo colliguntur fideles in ecclesia sicut conuiuæ ad cœnam, siue refectionẽ amplissimam. de qua dominus dicit Lucæ 14. homo quidam fecit cœnã, & vocauit multos, & in psal. 1 7. dr̃ filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ. gl. i. sicut filij Christi qui & vxor. i. ecclesia. ipsa. n. est cõrux Christi, & ipsa & hi filij sunt sicut nouellæ oliuarũ, quia pacifici sunt in circuitu mensę tuę, quia satiantur in mensa cęlesti mẽsa ẽt ista potest intelligi mensa eucha. in qua simul colligũtur fideles ad cõicandũ & participãdum cęlestem panem nobis in sacramento propositum. de quo Io. 6. Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi, si quis comederit ex hoc pane viuet in æternum. Octauo colligũtur fideles in ecclesia sicut grana colliguntur in horrea, quibus etiam admiscentur paleæ de quo j. e. di. 4. est vnitas & 32. q. 4. recurrat.

Respondet.

2 ¶ Fidelib⁹. Fidelis sine culpa aliquando priuat iure suo Pet. de Anc. in ca. quanto num. 9. de diuor.

4 Ad tertium In quo quęritur †quare ecclesia catholica dr̃ nostra. ¶ Pro quo notandum ꝙ hoc nomen catholicum quod apud Græcos vniuersale

5 interpretatur †tribus consueuimus attribuere. ¶ Primo ecclesiæ. vnde dicimus in simbolo Niceno. & in vnam sanctam catholicam. secũdo fidei. vnde in simbolo Athanasij dr̃, hæc est fides catholica. tertio cuique fideli. vnde in cap. hæc est fides 24. q. 1. dicit Hierony. in fine se non catholi

6 cum sed hæreticum approbauit. ¶ Secundo notandum est †ꝙ ecclesia dr̃ catholica multiplici ratione, sicut diffusius ostendimus in libro nostro de ecclesia. Primo quo ad locũ qui est in toto orbe diffusa, sicut dicit Aug. in lib. de simbolo, diuersorum autem hæreticorũ ecclesiæ ideo non dicuntur, quia per loca atque per suas quascunque ecclesias continentur. hæc vero à solis ortu vsque ad occasum vnius fidei splendore diffunditur, ꝙ Ambrosius ait per orbem ter

7 rarum sancta confitetur eccl̃ia. ¶ Secundo †dr̃ vniuersalis quo ad omne tempus, nõ. n. defectiua est ecclesia vt quidã hæretici arbitrati sunt, sed à primo iusto Abel incipiens vsque ad finem seculi permanebit Matth. vlt. Ego vobiscũ

8 sum vsque ad cõsummationem seculi. ¶ †Tertio dr̃ catholica vniuersitate omnium gentium secũdum illud psal. 21. omnes

August.

Ambros.

omnes gentes quascunque fecisti venient & adorabunt te domine,& Act. 10. dicit Beatus Petrus. in veritate comperi ꝙ non est personarum acceptor Deus sed in omni gente qui timet Deum & operatur iustitiam acceptus est illi. ¶ Quarto dicitur catholica ab vniuersitate conditionum hominum, nulla. n. conditio hominum excipitur. vnde ad Colos. 3. dicit apostolus. vbi non est masculus & fœmina gẽtilis & Iudæus seruus,& liber, sed omnia & in oĩbus Christus. gl. nullus vt indignus excipitur. Et infra, in nouo homine nulla exterior diuersitas alicui præiudicat. s. nec sexuum, nec nationum, nec obseruationum, nec linguarũ, nec conditionum. ¶ Præterea fides dicitur catholica propter duas rationes. primo fides dr̃ catholica quia prædicata & plantata est per vniuersum orbem & apud omnẽ gentem. secundum illud psal. 18. in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. secundo fides dr̃ catholica, quia ita vera est, ꝙ nullam exceptionem patitur, aut instantiam, quia fidei non potest subesse falsũ sicut sectis pharisæorum gentilium aut hæreticorum, quę & si in aliqua sui parte verum dicant nihilominus multa falsa & erronea continẽt. hoc autem de fide nostra, quæ à spũ sancto veritatis magistro reuelata ẽ,& ab ipso æternæ sapientiæ verbo edocta & prædicata dici non potest, vnde propheta ait. inæternum domine permanet verbum tuũ. Et in euangelio Lucæ 21. cœlum, & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Cæterum quilibet Christianus dicitur catholicus sicut in presenti c. dicitur, ꝙ ecclesia .i. collectio catholicorũ &c. pro eo ꝙ ea quæ fides catholica docet,& prædicat credit & vera esse tenet. vnde Aug. li. 3. de quęstionibus euangeliorum, q. 11. distinguẽs de duplici genere catholicorum. s. bonorum & malorum. ita dicit. illi soli catholici mali putantur qui quanuis verba credant quæ ad fidei doctrinam pertinent tamen flagitiose viuunt, boni catholici, sunt qui & fidem rectam sequunt̃, & bonos mores,& hoc de tertio.

9 **Ad quartum** In quo quæritur† de ratione aliquorum nominum quibus variè repetitur nominata ecclesia materialis. Respondet. ꝙ locus ipse Deo dedicatus vbi laudes Deo persoluuntur, & sacrificia offeruntur multiplici ratione inuenitur nominatus vario & multiplici nomine. nominatur. n. ecclesia vt hic, quia in ea conuocatio est populi christiani, secundum illud Iudi. 2. in ecclesia populi Dei conuenerunt ad audienda. s. diuina præcepta. ad percipienda diuina sacramenta ad laudes persoluẽdum diuinas. secundo nominatur Basilica. id est regalis, sicut supra in ca. 2. Basilicas quia in ea regi regnum exhibetur ministerium laus & benedictio, Basileus .n. rex interpretatur. tertio dicitur Kiriaca, quia ibi domino dominorum seruitur, Kyrios. n. dominus interpretat̃ vnde Kyrie Eleyson. i. domine miserere. quarto nominat̃ domus à domate, quod Græce dicitur tectum, quia in vna domo habitant vel communiter sub vno tecto viuunt. vnde domus dr̃, quasi dans manere vnanimes in se, dicitur autem domus Dei, quia Deus eam specialiter inhabitat: vnde psal. 67. Deus in loco sancto suo Deus qui habitare facit vnanimes in domo. quinto dr̃ oratorium, quia in ea populus ad orationem conuenit qua ratione domus orationis dr̃ Matt. 21 sexto templum dicitur secundum illud psal. 47. Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui. tectum n. dicitur quia tectum habet amplum, in quo regi domino sacrificia offerũtur, vel quia in eo sub vnius tecti amplitudine ad exhibendum cultum Deo adiuuantur fideles, secundum illud psal. 28. in tẽplo eius omnes dicent gloriam. septimo dicitur tabernaculum, quasi habitaculum militare, cõtinet. n. fideles qui in hac vita militant secundum illud militia est vita hominis super terrã. Iob 7. de quibus dicitur Zachar. 9. circundabo domũ meã ex his quæ militant mihi. octauo nominatur sanctuarium quia Deo est locus dedicatus siue consecratus, de qua dicitur in psal. Domum tuam decet sanctitudo. Nono dicitur aula, quia est palatium æterni regis, vbi conuiuium solenne celebratur. decimo dicitur monasterium. i. solitarium vel solitariorum habitaculum, sicut est locus monachorũ siue religiosorum, qui præ cæteris clericis magis remoti esse debent à conuersatione laicorum, vndecimo dicit̃ Cœnobium à cœnon, quod est commune, quia ibi in communi viuere debent iuxta formam eorum, de quibus dicitur

10 Act. 4. erant illis oĩa cõmunia &c. † duodecimo dicitur capella minores. n. ecclesiæ hoc nomine solẽt nominari à capellarum vsibus vt quidam dicunt, fertur. n. ꝙ antiquitus nobiles in expeditionibus, in tentorijs habebãt factas do mũculas de pellibus caprarum supertectas, in quibus missæ celebrabantur,& inde capellæ nomem tractum esse, & inde custodes & ministri capellani dicuntur.

11 **Ad quintum** In quo quæritur† per partes ecclesię materialis significantur & repręsentantur partes principales ecclesiæ militantis. Respondetur, pro quo notandum est, ꝙ templum materiale habet inter partes principales 15. partes per quas in ecclesia militante cuius figura est, diuersi ordines in ecclesia ac virtutes quibus ipsa fideliũ collectio spũaliter adornatur, designãtur. habet. n. materiale templum fundamẽtum, habet quatuor parietes laterales ex quadratis & politis lapidibus cõpositos, habet longitudinem, latitudinem, & altitudinem suam, habet pauimentum, habet tectum, habet colũnas, habet fenestras, habet sacrariũ, habet chorum, habet corpus, habet altare, habet pulpitum, habet hostium, habet cãpanile, siue turrim, habet claustrum, habet cryptas subterraneas. fundamentum in ecclesia est fides Iesu Christi, de quo dicitur 1. Cor. 3. fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod præordinatum est quod est Christus Iesus gl. i. fides Christi. Muri siue parietes sunt fideles, ex quibus veluti ex lapidibus viuis quadratis & solidis. i. sanctis & mundis,& charitatis cœmẽto fortissime coadunatis ecclesia sancta Dei construitur, psal. 121. Hierusalẽ quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum longitudo ecclesiæ est longanimitas, quæ patienter aduersa tolerat donec ad patriam perueniat. latitudo est charitas, q̃ etiam vsque ad inimicos extenditur. altitudo vero spes est futuræ retributionis, quæ prospera & aduersa contemnit, donec videat bona domini in terra viuentium. pauimẽtum vero quod pedibus calcatur sunt fideles, qui virtute humilitatis singulariter refulgent psal. 118. adhæsit pauimento anima mea, vel pauimẽtum designat vulgum cuius laboribus Dei ecclesia sustentatur. Tertium vero est ipsa charitas, quæ multitudinẽ operit peccatorũ 1. Pe. 4. colũnæ vero repsentãt plátos ecclesię siue doctores, q doctrina sua totam ecclesiam sustinent. vnde de apostolis Petro & Iaco.& Ioan. dicitur ꝙ columnę esse videbantur, ad Gala. 2. hi nempe ecclesię doctores pro sonoritate diuini eloquij quo fulgent dicuntur columnæ argenteę, iuxta illud Canti. 1. columnas fecit argenteas. fenestræ autem sunt diuinę scripturæ, per quas lux diuinę sapientię ad ecclesiam deuenit,& claritas veri solis fidelium corda perlustrat. sacrarium ordo est virginum. Chorus vero ordinẽ designat continentium. corpus vero ordo est coniugatorum. Altare Christus est, sine quo nullum sacrificiũ nullum munus patri ęterno est acceptũ, vnde ecclesia solet orationes suas ad Deum patrem per Christum dirigere. pulpitum vero est vita perfectorum, per quod datur intelligi, ꝙ qui in eo legit, docet, aut pdicat, in perfectione vitę debet alios præcellere. Ostium est ipse Christus. qui ait Ioan. 10. ego sum ostium per me si quis introierit saluabitur, campanile siue turris sunt pdicatores, quę sono prędicationis alios excitant & conuocant ad laudandum Deum & constantia infatigabili doctrina veritatis in tutelam & defensionem sunt fidelium vt dicitur Cant. 4. sicut turris Dauid collum tuũ. gl. turris inexpugnabilis est prędicatorum cõstantia, quę ad defendenda fidei ędificia & ad repellenda hostium tela à forti manu & desiderabili rege est constructa. Claustrum vero sunt viri contemplatiui, quià terrenarum cogitationum tumultibus separati sola cęlestia contemplãtur. Cryptę subterraneę in ecclesia sunt reclusi eremitę secretioris vitę cultores. Et tantum dictum sit de isto quinto art. Lege. ¶ [Ecclesia]. i. catholicorum collectio. sed videt̃ ꝙ non sit ad propositum textus pręsens, quoniam hic, loquitur magister Gratianus de ędificatione siue consec. eccl. materialis, quæ magis dicenda est collectio lapidum, quam catholicorum, non autem fit hic sermo de ecclesia, quæ est collectio fidelium quia est in ipso nascentis principio ab ipso Abel iusto dicitur suæ ædificationis initium suscepisse. Ad hoc respondetur, ꝙ ecclesia capitur dupliciter, vno modo ꝓ domo materiali in qua fideles cõueniũt ad diuina officia audienda secundum illud apostoli 1. Co. 11. cõuenientibus vobis in ecclesia audio scissuras &c. Alio modo ecclesia dr̃ sine ipsi fideles in vno collecti. itaq; vno & eo-

Respondet. Exponit litteram. Opponit in cõtrarium. Respondet.

& eodem nomine & continens & cõtentum designatur. Et secundum hoc dupliciter exponi potest litera præsens: vno modo de ecclesia materiali. Alio mõ de fidelibus conuenientibus in ea, de ecclesia materiali exponitur sic. [Ecclesia] .i. catholicorum [collectio] .i. in qua conueniunt & colliguntur catholici ad diuina officia audiendum [instituetur] .i. consecrabitur. Et sicut dictũ est in principio huius c. est argumentum à minori ad maius negatiue, quia si non licet sine nutu Romani pontificis ecclesiam ędificare multo minus licebit sine eius nutu ecclesiam consecrare, cum consecrare sit maius, quam ædificare. Ista est sententia

Hug.

Hug. de ecclesia vero prout dicit fidelium collectionẽ exponendo hanc literam tunc talis est sensus iuxta Arch. [Ecclesia] .i. catholicorum collectio [non instituitur in parochiam] .i. sine apostolicæ sedis licentia. vnde hic, vt inqt

12 ipse Arch. colligitur argumentum: ꝙ corpus vel collegiũ sine superioris authoritate institui non potest ar. ff. de collegiis l. 4. C. de mon. l. vnus. Et est arg. à maiori secundum dignitatem, dignior est. n. ecclesia viuis ex lapidibus constituta, quam ex mortuis 12. q. 2. aurum. secundum autem hanc domini Arch. expositionem videtur textus sic, arguere. si ecclesia quæ est collectio fidelium non potest institui in parochiam, corpus autem collegium aliquod sine apostolicæ sedis licentia multo minus locus aliquis materialis ex mortuis lapidibus collectus poterit institui, vt sit ecclesia quæ ipsam fidelium cateruam contineat ad diuina officia audienda. sed prima expositio mihi plus placet [sine nutu] .i. sine voluntate.

2 *Orationes publicæ puta canonicæ ad quid sint institutæ et quid operentur.*
3 *Locus determinatus eligendus est ad orandum multiplici ratione.*
7 *Adorare debemus versus orientem propter tres rationes.*
9 *Dos ecclesiæ debet esse de legitimis acquisitis.*
*Et quanta debeat esse. nu.* 13.
11 *Ministrorum numerus debet esse ad minus duorum.*



Nemo. Hic incipit 4. pars huius distinctionis. in qua ostendit cuius authoritate debeat fundari ecclesia. quod quidem c. diuiditur in tres partes. In prima ponitur, ꝙ nullus sine licentia episcopi præsumat ecclesiam fundare. In secunda qualiter ædificanda est ecclesia. In 3. ꝙ non ædificetur vel saltem consecretur, nisi primo fuerit dotata. 2. ibi, crucem figat. 3. ibi, antequam. Pro pleniori intelligentia huius c. quo ad eius omnes partes quærenda veniunt septem.

1 ¶ Primo vtrum aliquis determinatus locus requiratur eligendus, vel ædificandus ad orationem.

4 ¶ Secundo vtrum domus prophana possit ædificari & cõsecrari in ecclesia.

5 ¶ Tertio vtrum alius quam episcopus possit designare locum ædificandæ ecclesiæ crucem figendo.

6 ¶ Quarto quæritur quis sit ritus siue forma designandi locum ecclesiæ ædificandæ.

8 ¶ Quinto vtrum ecclesia sine dote sit ædificanda.

10 ¶ Sexto quæ sit competens dos ædificandæ ecclesiæ.

12 ¶ Septimo vtrum episcopus teneatur ad dotem dandam ecclesiæ, si illam sine dote ædificauerit, & consecrauerit.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ nullus locus determinatus requiratur vt ædificetur ad orationem. ¶ Et primo sic, dr Io. 10. venit hora,

Primũ ar.

quando nec in monte hoc, nec Hierosolymis adorabitis patrem eadem autẽ ratio videtur de alijs locis, ergo determinatus locus non est quærendus, & per consequens nec ædificandus ad orationem.

Secundũ ar.

¶ Secundo sic, ad Ti. 2. dr apostolus volo viros orare in omni loco, leuantes puras manus &c. ergo id quod primus.

Tertium ar.

¶ Tertio dicitur, Ioan. decimo. spiritus est Deus, ergo cum Deus sit spiritus & non corpus non requirit corporeum locum, vel templum in quo quis illi oret.

Opponit & Respondet. Prima cõc.

¶ In oppositum est textus c. præsentis. ¶ Respondeo dicendum sub duabus conclusionibus. Prima est, ꝙ nullus locus ad laudem Dei & orationem secundum se excluditur, vnde in omni loco oratio ad Deum fieri potest. quod patet per illud psal. 102. In omni loco dominationis eius benedic anima mea domino, vbi glo. inquit, sicubi nõ dominatur ibi nõ benedicatur vbique est, vbique benedicatur nullus excusatur, sicut ergo nulla creatura sic, nullus locus ad laudem Dei excipitur. ¶ Secunda

2 conclusio. † orationes publicæ puta canonicæ sicut psalmodia & huiusmodi quæ ad ecclesia sunt instituta quæ faciũt ad consolationem & excitandam deuotionem fidelium, & maxime oblationes sacrificiorũ conuenientissime fiũt in aliquo loco determinato, quem ecclesiam siue templũ dicimus. Patet cõclusio ex 1. c. huius distinctionis, vbi dicitur, ꝙ præcipiente domino Moyses tabernaculum & Salomon templum ædificarunt. Item secundum illud psalm. 25. in ecclesijs benedicite domino, super quo verbo dicit

Damascen.

Damascenus li. 1. c. 115. dr ecclesia locus dei, hoc. n. in glorificatione eius, velut quoddam templum determinamus. In quo & eas quæ ad deum sunt intercessiones facimus. Ratione sic, probatur conclu. si esset indifferenter in omni loco orandum, frustra consecrarentur ecclesiæ ad orãdum. Cum spiritu sancto dictante ecclesiæ consecrentur, patet ꝙ eodẽ dictante locus aliquis determinatus est eligendus ad orandum. Est autem hic notandum vt dicit

S. Thomas.

S. Tho. 2. 2. q. 84. ꝙ in omni oratione vel ad oratione principalius est interior deuotio mentis. secundariũ vero, quod pertinet exterius ad corporalia signa, mens autem interius apprehẽdit deum quasi non cõprehensum aliquo loco, sed corporalia signa necesse est, ꝙ in determinato loco sint, & ideo determinatio loci non requiritur principaliter, quasi sit de necessitate ipsius orationis, sed secundum quandam cõ
3 gruentiam, sicut & alia corporalia signa. † locus ergo deter
a minatus eligendus est ad orandum: & hoc propter multiplicem rationem.

a ¶ Locus ad orandũ. ad de an talis locus possit fieri sacer sine authoritate epi Pet. de Anc. in ca. inter dilectos nu. 9. de donat.

primo propter formæ generalis obseruationẽ Mat. 21. domus mea domus orationis vocabitur. Secunda propter mutuam multorum ad orandum inuitationem. ad Col. 3. commonentes vosmetipsos in psalmis, & canticis spũalibus cantantes in cordib. deo. Tertio quia talis locus excitat deuotionẽ. Quarto propter angelorum maiorem frequentiam ob dominici corporis reuerẽtiam & honorem, quod figuratum Gene. 28. vbi Iacob lapidem erexit in titulum, de quo dixit lapis iste vocabitur domus Dei, vbi vidit angelos ascendentes in scala & descendẽtes. Quinto propter faciliorem impetrationem, quo satis datur intelligi 3. reg. 8. Sexto propter loci consecrationẽ ex qua spãlem deuotionem percipiunt orantes vt magis exaudiãtur, sicut patet ex adoratione Salomonis 3. reg. 8. Septimo propter sacra mysteria & alia sanctitatis signa, quæ ibidẽ continentur. Octauo propter concursum multorum orãtium ex quo fit oratio magis exaudibilis secundum illud Matt. 18. vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum ego in medio eorum, & ita in eo Deus inhabitat secundum illud Exo. 25. faciant mihi sanctuarium, & inhabitabo in medio eorum.

Ad primum arg.

¶ Ad rationes in oppositum respondetur ꝙ Deus per illa verba non prohibet se adorari in aliquo loco determinato, sed tantum pronuntiat cessationem adorationis tam secundum ritum Iudæorũ adorantium in Hierusalem, quam etiam secundum ritum Samaritanorum adorantium in monte Garizim, vterq; n. ritus cessauit veniente spiritualis euangelij veritate, secundum quam in omni loco deo sacrificatur vt dicitur Malach. 1.

Ad secũdum

¶ Ad secundam patet respõsio ex dictis. verum est tñ. ꝙ simpliciter ad orationem non requiritur locus determinatus.

Ad tertium

¶ Ad tertiã respondetur ꝙ locus determinatus exigitur ad orandum non propter deum qui adoratur vel oratur, quasi loco concludatur, sed propter ipsos adorantes, quibus prouenit multiplex inde commoditas, vt dictum est.

4 Ad secundum In quo quæritur † vtrum domus prophana possit ædificari & cõsecrari in ecclesiam.

Respondet. Hugut.

Rñdetur ẽm Hu. ꝙ sic, vnde oratoria sic fiunt, vt infra e. dist. c. vnicuique, & ca. clericos. Beatus etiam Bonifacius ad honorem virginis & omniũ sanctorum pantheon, id est templum omnium idolorum romæ consecrauit.

5 Ad tertium In quo quæritur. † Vtrum alius quam eps possit designare locum ædificandæ ecclesiæ crucem figendo.

Primum arg. Respondet.

Et videtur, ꝙ non, quia nullus alius quam episcopus potest ecclesiam consecrare, vt colligitur ex præsenti c. ergo nec hoc. ¶ Respondetur ꝙ sic, dũ tamen sibi ab episcopo sit commissum, sicut videmus fieri in alijs vt dist. 25. perlectis vbi ipse vice eius missarũ &c. & 30. q. 6. episcopus, vbi aut eius misso & de consuetudine ita fit

ita fit sæpe Hug. Huius sententiæ est dominus Host. qui ita dicit in summa Ti. de ecclesijs ædificandis. licet honestum fit, ꝙ episcopus in propria psona hoc faciat, nõ tamẽ est necessarium, imo per alium presbyterum de licentia episcopi hoc fieri potest, sicut intellexerunt Hug. & Io. ¶ Et ad argu. respondetur negando cõsequẽtiam. Aliud est. n. designare locum ecclesiæ ædificandæ & aliud est ecclesiã cõsecrare. hoc. n. solus episcopus potest, nec potest alteri quã episcopo delegare, nec ẽt reconciliationem ext. e. ti. aqua, quia ea quæ sunt ordinis & dignitatis alteri inferiori delegare non potest, de quo infra e. dist. nullus.

Isidoro.

Ad argu.

6 **Ad quartum** In quo quæritur† quis sit ritus siue forma designandi ecclesiæ ædificãdæ locum. Respondetur ꝙ communiter talis modus obseruandus est in ecclesia. Primo episcopus vel alius sacerdos iussu episcopi si ipse non vult, vel non potest adesse, debet designare locum ecclesię, & atrium, & ibi crucem figere, & locum fundamenti debet aspergere aqua benedicta ad abigendas dœmonum fantasias. Similiter & locum ecclesiæ & atrium designatũ, & primũ lapidem cruce impressa in fundamento ponere decãtans duos psal. illos videlicet. ps. 50. & 86. Miserere mei Deus, & fundamẽta cũ precibus & oratione congrua siue competenti vt est illa emitte domine Deus pater oĩpotens angelum tuum de cœlis qui custodiat, foueat hunc locum, & omnes orantes & oraturos in eo &c. habet etiam ille lapis suam propriam benedictionem & debet fundari ecclesia ad oriẽtem† quia vt secundum quandã dicẽtiam adorare debemus versus orientem. Et hoc propter tres rationes quas ponit S. Tho. in 2. 2. primo quidem propter diuinæ maiestatis iudicium, qđ nobis manifestatur in motu cœli, qui est ab oriente. Secundo propter paradisum in oriente constitutum, vt legitur Ge. 2. secundum literam 70. interpretum quasi quæramus ad paradisum redire. tertio propter Christum qui est lux mundi, & oriens nominatur Zacha. 6. & qui ascendit super cœlum cœli ad orientem, & ab oriente expectatur etiam venturus secundum illud Matthæi. 24. sicut fulgur exit ab oriente & pergit vsque in occidentem. Ita erit aduentus filij hominis &c.

7

8 **Ad quintum** In quo quæritur † vtrum sine dote ecclesia sit ædificanda? Respõdetur ꝙ non. Nam vt habet in præsenti c. institutum est, vt dos deputetur ecclesiæ quæ ædificatur. Quod factum est conuenienter triplici ratione. prima est quia cum locus ille Deo deputatur quasi ecclesia Deo desponsatur. In prima autem desponsatione dos debet sponsæ designari sicut apparet in carnali desponsatione. vnde sine dote ecclesia nõ debet fieri, sed si aliquo casu hoc omissum fuerit in ipsa ecclesiæ fundatione, sicut continet in c. dũ sicut. ext. de cõsec. eccl. postea in consecratione fieri debet alias eps nõ debet eam cõsecrare, vt 1. q. 2. placuit. & 16. q. 7. pie. & c. si plures. †Est aũt hic attẽdendũ ꝙ dos ista debet esse de licite acquisitis 1. q. 1. non est putanda. Legitur. n. ꝙ cum quidam episcopus ecclesiam de vsuris & rapinis ædificatam consecraret, vidit post altare diabolum stantẽ in cathedra in habitu pontificali, qui dixit episcopo. cessa ecclesiam consecrare. ad meam. n. iurisdictionem pertinet, cum sit ex vsuris, & rapinis facta. Episcopo vero & clero territis & inde fugientibus continuo ipsam ecclesiam cum grandi strepitu destruxit. Secunda vero ratio quare dos est assignanda ecclesiæ antequam consecretur est ad designandum ꝙ nullus debet Deo cõsecrari, nisi dotem virtutum habeat. Tertia ratio quæ in litera tangitur est ad sustentationem luminarium & ministrorum ecclesiæ. Custodum. i. clericorum qui pro tempore ibi seruierint.

9

10 **Ad sextum** In quo quæritur† quæ dicenda sit cõpetens dos, vnde dicitur vt dicit gl. super c. cum sicut extra de consecratione eccl. ꝙ sit monasterium, ꝙ dos debet esse tanta ꝙ presbyteri diaconi cantores lectores possint ibi esse, prout traditur in Aut. vt determinatus numerus sit clericorum. §. 1. Collo. 1. si vero sit alia ecclesia ad minus dos debet esse sufficiens ad luminaria & ad vitam ministrorum 16. q. 7. piæ mentis. & ꝙ sufficiat ad hospitalitatem & ad iura episcopalia persoluenda,
11 vt extra de præben. de monachis & extra de supple. negli. præla. c. 2. Numerus autem ministrorum debet ad minus esse duorum ar. de vi. & Ho. cler. vt vnusquisque, & extra de fili. pres. proposuit, & 7. q. 1. illud vel trium, vt infra eo. dist. hoc quoque. Sed notãdum ꝙ hodie sufficit ꝙ pro dote assignetur vnus mansus. i. vnum prædium siue quãtitas terræ, quantum duo boues arare possunt in vno anno, vt extra de censi. c. 1. talis tamen ecclesia dum in hac paupertate fuerit nõ tenebitur ad hospitalitatẽ seruãdam, nec ad persoluendum aliquid episcopo, nisi quantum potest donec perueniat ad pinguiorem fortunam. extra de consuetudin. dilectus.

12 **Ad septimum** In quo quærit. † si episcopus ædificat vel consecrat ecclesiam non assignata dote quis tenebitur ecclesiam dotare. vnde dicit & glo. videtur tãgere ꝙ Basianus dixit, & videtur ꝙ rationabiliter episcopus tenebitur ecclesiam dotare, sicut tenetur prouidere illi qui eam ordinat sine titulo, vt extra de præb. capit. 2. & cap. episcopus &c. cum secundum apostolum, & hoc videtur tenendum & maxime si habet propria. si vero non habet tunc secundum Hostiẽ. de redditibus episcopatus sui dotabitur. Quod si fieri non posset propter tenuitatem redditiuum episcopatus, vel alias, tunc fiet de bonis ecclesiæ, dummodo sine læsione ecclesiæ hoc facere possit, alias non, quia delictum personæ in dannum ecclesiæ non est conuertendum 16. q. 6. si episcopum, & tunc fundator illam dotabit, & posset compelli arg. 16. q. vlt. c. piæ mentis ar. ad hoc. ff. de iur. do. nuper. l. qui liberam, & hæres fundatoris ad hoc tenetur in auct. de eccle. Ti. 2. si autem, & §. si quis ędificationem. coll. Le. ¶ [Episcopus] vel alius ab eo ad hoc officium delegatus [diffiniat] diffinite tradat, vel ad tradendũ per publicum instrumẽtũ se obliget solenniter [quæ ad luminaria] † dos debet esse tãta ꝙ sufficiat ad luminaria, & ad vitam ministrorum 16. q. 7. piæ mentis. debet autem episcopus numerum clericorum & mensuram aliorum determinare, vt in aut. vt nullus fabricet oratorij domum. §. 1. coll. 5. ꝙ si ad hoc nõ sufficiat dos iuxta arbitrium episcopi detur ad comparationem aliarum ecclesiarum, dicit Host. ar. in aut. de eccle. titu. §. si quis voluerit.

Respondar

Exponit literam.

13

1 *Ecclesia constructa in alieno solo si sit consecrata quid iuris.*
2 *Patroni ratione sui patronatus nihil iuris habent in ecclesiis, vel in rebus ecclesiarum quarum sunt patroni.*
3 *Ecclesia an teneatur soluere tributum.*



I quis. Sequitur 2. c. eiusdem partis. breue est. nõ diuiditur. In quo c. ostẽditur qua de causa ecclesia ædificanda est, vt. s. fideles ibi conueniant ad laudes deuotas Deo persoluendas, & vt sanctorũ patrocinio adiuti obtineãt ꝙ ad salutem obtinere desiderant. Et prohibet ne cupiditatis pretextu aut aliqua alia illicita pactione intermedia ędificetur ecclesia. dicit ergo ꝙ si quis nõ hac de causa. s. ꝓ deuotione fidei sed pro quæstu cupiditatis ędificat nullo modo ei consentiat, nec talem ecclesiam pręsumat episcopus consecrare.
1 Sed circa hoc queritur† quid si ecclesia cõstructa sit in alieno solo consecrata. Respondet Host. in summa, ꝙ si dominus soli laicus erat, & hoc sciuit, & non cõtra dixit sibi imputabit ar. 54. distinct. si seruus sciæ. Si vero hoc ignorauit vel contradixit tenetur constructor dominum fundi conseruare indemnem, vel episcopus in subsidium si in culpa fuit, puta quia hoc sciuit & non prouidet ecclesię. ar. de ꝓben. extra. c. cum secundum apostolum & 14. q. si. comperimus. si vero solũ erat alterius ecclesię debet ei subesse quo ad ius patronatus 12. quæstio. 2. apostolicos & 17. questio. 4. quæstio. & ca. 1. Lege. ¶ [Oblatione] vel de alio redditu ecclesiæ vel quãtulancunque partem. ar. † ꝙ patroni ratione sui patronatus nihil iuris habent in ecclesijs, vel in rebus ecclesiarum, quarum sunt patroni, vt 10. q. j. nouerint, & 16. q. 7. pię Fulgẽtius. vnde non debent exigere vel accipere encenia vel huiusmodi ab ecclesijs ar. 18. q. vlt. Euterius. possunt autem prouidere vel defendere, ne res ecclesiæ lapidentur, & eligere rectorem 15. q. 7. filijs, [sub tributaria.] Hic quæritur† nunquid ecclesia tenetur soluere tributum, videtur ꝙ non ex præsenti textu. Respondetur, ꝙ sic, vt 11. q. 1. si tributum, & 23. q. 8. conuenior. hoc autẽ loco nõ prohibetur nisi illicitũ tributum siue illicitum pactum. puta aliquis vult facere ecclesiam eo pacto ꝙ annuatim sibi aliquid reddatur. Item vult conferre prædium, vbi fundetur ecclesia. & eius officinæ construantur cum medio hortulo eo pacto, ꝙ inde sibi aliquod tributum annuatim

Exponit literam.

tim reddatur non debet recipi. talis n. locus ex toto debet esse liber à tributo, nisi ecclesiastico. Sed de exterioribus prædijs licite in ipsa collatione vel ante tributum vel census annuus imponitur ecclesijs, & exigitur, & valebit talis conditio apposita, vt 23. q. 8. secundum canonicam. & extra de censi. licitum.



Sicut non alij. Hic incipit 5. pars huius dist. in qua repetit, ꝙ in primo c. huius distin. posuit, videlicet ꝙ missa non est celebranda nisi in sacratis locis quod etiam continuauit per quatuor capitula sequentia. Et diuiditur in tres partes hoc c. In prima facit quod dictum est. In secunda excipit casum necessitatis. In 3. dicit, ꝙ etiam necessitatem vrgente missa non est celebranda in locis non consecratis, si ibi non habeatur saltem altare portatile consecratum. 2. ibi, sanctus. est ergo. 3. ibi, domibus tamen. Pro pleniori intelligentia huius cap. quæruntur tria.

1 ¶ Primum est vtrum sacrificium siue oblatio eucharistiæ conuenienter offeratur in pluribus locis etiã consecratis.

2 ¶ Secundum est vtrum liceat etiam in mari in naui occurente necessitate quæ in terris occurrit missam celebrare.

3 ¶ Tertium est vtrum sit peccatum audire diuina in ecclesia non consecrata.

1 Ad primum sic proceditur. † & videtur ꝙ sacrificium corporis Christi nõ conuenienter offeratur in pluribus locis sed ꝙ in vno loco tantum offerendum sit. dicitur. n. Deut. 12. & inducitur in præsenti c. ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris, sed in omni loco quem elegerit dominus Deus tuus, sed vnus locus in tempore Moysi erat tãtum electus à Domino, in quo fiebant tantum sacrificia, ergo etiã nunc in vno tantum loco esset sacrificandum. probatur consequentia, quia veritas debet respondere figuræ. ¶ In oppositum est c. præsens, & sequens, quæ semper pluraliter loquuntur de locis consecratis, in quibus sacrificia offerre debeamus.

Opponit in cõtrarium

Respondet.

¶ Respondeo dicendum ꝙ tempore gratiæ sacrificiũ corporis Christi conuenientissimè in multis locis fit. Tum ꝓpter diuinam scripturam, dicitur. n. Malach. 1. in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum est nomen meum in gentibus. Tum propter amplliationem diuini cultus. Ad augmentum. n. diuini cultus pertinet, ꝙ fiant multa altaria, & multa loca & templa. Tũ propter multitudinem fructuũ huius sacramenti & sacrificij. magnum. n. dispendũ consequerentur fideles ex raritate consecrationis huius sacramenti siue oblationis huius sacrificij. Tum propter multitudinem populi Christiani, qui nullo modo posset in vno loco conuenire ad oblationem huius sacramenti. ¶ Ad rationẽ in cõtrarium dicẽdũ, ꝙ non oportet, ꝙ veritas semper in omnibus correspondeat figuræ, verum ꝙ sacrificia veteris legis fuerunt figura Christi offerentis se in sacrificium Deo patri pro nobis, quod factum erat in vno loco tantum, & ita in hoc veritas conuenienter correspondet figuræ, vt dicit Alex. de Halis in 4. Ratio autem vnitatis templi vel tabernaculi in antiqua lege vt dicit S. Tho. in prima secundæ potest esse ratio literalis & figuralis. literalis quidem ẽ ratio ad exclusionem idolatriæ, quia gentiles diuersis dijs diuersa tẽpla constituebant, & ideo vt firmaretur in animis hominũ fides vnitatis diuinæ, voluit Deus, vt in vno loco tãtum sibi sacrificium offerretur. Et iterum vt per hoc ostenderet quod corporalis cultus non propter se erat ei acceptus, & ideo compescebantur ne passim & vbique sacrificium offerrent. Sed cultus nouæ legis cuius sacrificio specialis gratia continetur, est secundum se Deo acceptus, & ideo multiplicatio altarium & templorũ acceptatur in noua lege, quantum vero ad ea quæ ponebantur ad spiritualem cultum Dei, qui consistit in doctrina legis & prophetarũ erãt & in veteri lege diuersa loca deputata, in quib. cõueniebãt ad laudem Dei, quæ dicebantur synagogæ, sicut & nunc dicuntur ecclesiæ. in quibus populus christianus ad laudẽ Dei congregatur, & sic, ecclesia nostra succedit in locum & templi, & synagogę, quia ipsum sacrificium ecclesiæ spirituale est, vnde non distinguitur apud nos locus sacrificij à loco doctrinæ. Ratio aũt figuralis esse potest, quia per hoc significatur vnio ecclesiæ vel militantis, vel triumphantis.

2 Ad secundum In quo quæritur. † Vtrum liceat in mari celebrare in naui etiam occurente necessitate. ¶ Respondetur iuxta dominum Petrum de palude in 4. dist. 13. quod nulla necessitate in naui in mari vel super flumina liceat celebrare, vbi ꝓbabiliter timetur de effusione sanguinis ꝓpter agitationem nauis. Et ita nõ est simile de necessitate occurrẽte in loco vbi imminet periculum commotionis sacramenti, aut effusionis sanguinis, & vbi non imminet talẽ periculum. sicut in terra firma, & ideo hic. s. in terra firma non habentibus ecclesias licet potius celebrare sub dio, aut ĩ domibus priuatis, vel capellis, dum tamen alia necessaria habeãtur antequã missa perderetur quando non põt licẽtia haberi ab episcopo. in tali. n. necessitate papa dat licentiã, vt infra in c. nec concedimus. in mari autem non conceditur huiusmodi licentia ratione subradicta.

3 Ad tertium † respondetur iuxta Arch. in c. præsenti. ꝙ vs ꝙ sic. Ait. n. videtũ sumi argm̃ quod si duæ ecclesiæ sunt quarum vna est cõsecrata, pecco audiendo diuina in non cõsecrata cõmittẽdo cõsecratam, quod intelligendum est cessante necessitate & vbi non habetur licentia episcopi, aut superioris iuxta c. sequenti missarum. verum hic non immerito considerandum veniet, quanta discretio habenda esset in dandis altaribus portatilibus, cum tanta fuerit apud patres sanctos cura prohibendi, ne missarum solennia alibi, quam in locis sanctis celebrarentur, quanta ex leui huiusmodi portatilium altarium concessione proueniat irreuerentia circa hoc venerabile & adorandum sacramẽtum, cum etiam in cameris, & aulis vbi fiunt dissolutiones scelera plurima committũtur, iam altaria eriguntur, quantave paruipensio & damnificatio ecclesiarum etiam ex hoc proueniat non est nostrũ hic narrare. Lege. ¶ [Sacrati.] 69. di. quoniam [delibatis]. i. consecratis [nisi summa necessitas] hæc exceptio est intelligenda etiam non apposita in omnibus cap. quæ loquũtur de huiusmodi Hu. [necessitas legem non habet]. i. in necessitate positus non subest legi. nec dr̃ legis trãsgressor. i. reus transgressionis, licet aliter faciat quam lex præcipiat, vt infra di. 5. c. discipulos. multa. n. causa necessitatis fiunt aliter quam ius commune præcipiat, vt infra dist. 4. sanctum. extra de reg. iu. quod non est Hu. vel sic, [legem non habet] i. cessat lex vbi necessitas venit sic, exponitur. ff. de offi. cõsu. l. 1. in glo. licet. Et est ratio huius regulæ, quia necessitas est contraria voluntati. ff. quod me. causa l. 1. & nullum peccatum nisi voluntarium 15. q. 1. §. sed hæc not. Arch. [scriptum est]. s. Deu. 12. [in omni loco] sicut gentiles, qui in oĩ loco sacrificabant idolis suis ponentes plures Deos sicut dictũ est. [sed in loco quem elegerit]. i. in loco determinato, secundum voluntatẽ Dei, determinatio aũt quę fit per ministros Dei intelligit facta voce dñi [oblationes]. i. immolationẽ, & cõsecrationem corporis Christi [in domibus] hæc videtur contradicere primo c. & premissæ parti huius ca. ibi. n. dictum est quod in necessitate non sunt prohibita offerri in domibus, & hic prohibentur offerri oblationes in domibus. Respondetur non est cõtradictio, quoniam hoc accipiendum est, cum in occurrente necessitate non habetur tabula consecrata. i. altare paruum consecratum quo casu nulla necessitate cogente debet missa cãtari in domo non consecrata, vel in alio loco non consecrato Hug.

Respondet. Arch.

Exponit literam.

Opponit in cõtrarium.

Respondet.

*Necessitas sola an sufficiat sine licentia episcopi, aut sola licentia episcopi sine necessitate vt celebretur in loco non consecrato.*



Missarum. Sequitur 2. ca. huius partis. breue est, non diuidit. Et est eiusdẽ conclusionis cum præcedẽti. ¶ Pro cuius pleniori intelligẽtia hic venit quærendũ. † Vtrũ sola necessitas sufficiat sine licẽtia epi, aut sola licẽtia epi sine necessitate vt celebret in loco nõ cõsecrato. Rñdetur quod sola necessitas cum licẽtia episcopi haberi non possit, sufficit. Tunc. n. papa videtur indulgere vt j. c. concedimus, non autem qñ haberi potest vt apparet infra ex c. hic. ergo licentia aut epi sine necessitate, patet in hoc c. vbi sub disiunctione ponitur, quod missarũ solennia non vbique, sed in locis consecratis vel vbi ipse episcopus permiserit hoc etiam dicit Alex. de Halis vt inductum est circa primum c. huius distinctionis. vnde episcopis &, prælatis superioribus conceditur in itinere celebrare & celebrari facere vbicunque. extra de priui. quoniã lib. 6.

Quæstio.

Respondet.

Alc. de Ha.

li.6.idem conceditur prædicatoribus & minoribus sine tamen præiudicio parochialis ecclesiæ.vt in c.in his.e.ti.in antiquis.Lege.¶[Permiserit puta in domo consecrata religiosa tamen, de licentia enim episcopi potest missa cantari in loco non consecrato dumtamen habeatur altare viaticum consecratum.

Exponit literam.

ECclesias. Sequitur.3.cap.eiusdem partis & eiusdem conclusionis cum præcedenti hoc c. etiam habetur.16.q.17. ecclesias & inde hæc.Litera plana est.

1 *Clerici debent disponi in offficiis & in aliis secundum prudentiam & discretiorem episcopi.*

HIc ergo. Sequitur.4.ca.eiusdem partis, & eiusdem conclusionis cum præcedentibus.vnde nihil occurrit dicendum.Lege.¶[Agnoscere].s.in qbus locis vult Deus sacrificiū & ecclesiastica officia agi siue celebrari, qa cū vbi ipse vult celebrauerimus acceptabiliora essent ei nostra sacrificia. Hæc est cōueniētia sensus huius literæ iuxta Hug.[iusserit vel pmiserit]ita tñ, ꝙ habeat tabula consecrata.† clerici.n.ſm prudentiam & discretionem episcopi in officijs & in alijs debent disponi & gubernari,aliter acephali dicuntur.vt.63.di.nulla ratione[regulariter].i.canonice[tenente].i.possidente.i.qui nō sit hereticus,aut intrusus, aut irregulariter ordinatus.facta.n.a talibus non habent vigorem.12.q.2.alienationes.7.q.1.factus.& 25.q.1.omne quod.

Exponit literam.

Hugu. 1

1 *Pontifex solus potest ecclesias vel altaria consecrare.*

NVllus. Sequitur.5.c.eiusdē partis & idem dicit cum precedentibus.leg.¶In sacratis vel in alijs locis de licentia episcopi cum habetur tabula consecrata ad tale officium necessaria infra.e.concedimus.Hug.[ab episcopo]not.† ꝙ solus pontifex potest ecclesias vel altaria consecrare. quoniā gerit imaginem & figuram summi pontificis i.episcopi spiritualiter dedicantis,sine quo non possumus in gratia stabiliri.vnde ipse ait.Io.15.sine me nihil potestis facere.& psa.226.Nisi dominus custodierit ciuitatem &c. vnde concilium Carthaginense prohibet hæc facere sacerdotem.26.q.6.c.3.nec potest hoc alicui inferioris ordinis demandari: vt extra de consecra.ec.vel altaris.c.aqua.

Exponit literam. 1

1 *Celebrationes ecclesiarum an debeant cum solennitate recoli ab ecclesia.*
2 *Ecclesia præsumitur consecrata quando apparet de hoc aliqua scriptura, vel instrumenta dotationis.*
3 *Ecclesia si constat esse consecrata,dubitatur tamen an qui cō secrauit fuerit episcopus consecratus, est consecranda. Et quid si dies consecrationis ignoretur.nu.4.& 5.*

SOlennitates. Hic incipit.6.pars huius distinctionis,in qua magister Gratianus postquam de cōsecratione ecclesiarum locutus est. consequenter de solennitate fienda cōsecrationis ecclesiarum & episcoporum pertractat, & hæc per duo.c. vnde talis notula hic habetur de anniuersario festiuitatis dedicationis ecclesiarum & episcoporum. Et diuiditur in duas partes,in prima ostendit ꝙ solennitates.i cōsecrationes dedicationum.i.cōsecrationum ecclesiarum & sacerdotum.i.episcoporum per singulos, annos sunt celebrandæ.debent.n.episcopi anniuersarium diem consecrationis suæ celebrare & solenizare:sed minores sacerdotes hoc nō faciūt. Hug.sed nec iam episcopi,sed solus papa vt dicit gl. in 2.ibi,ecclesiarum. ostendit ꝙ quando dubitatur an ecclesia sit consecrata debeat ecclesia consecrari. ¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli. Circa primam partem quæritur† vtrum celebrationes ecclesiarum debeant cum solennitate recoli in ecclesia. Et videtur quod non. quia sola diuina operatio debet recoli cum quadam solennitate, secūdum illud psal.91.In operibus manuum tuarum exultatio:sed ecclesia vel altare opere humano consecratur, sicut & calix & ministri,sed horum consecrationes non recolūtur in ecclesia.ergo nec celebrationes ecclesiarum vel altarium cum solennitate recoli debent. ¶ In oppositum est textus præsentis & sequentis cap. quorum primum est Felicis papæ.secundum vero beati Greg. ¶ Respondeo dicendum secundum S.Thomam in tertia parte quod celebrationes dedicationum ecclesiarum conuenienter solennizantur, & recoluntur in ecclesia annuatim . tum exemplo veteris legis, tum exemplo obseruationis Christi,de quo in sequen.capitulo tum ex constitutione ecclesiæ,vt hic infra e.dist.3 pronuntiandum.¶Ad argumentū in contrarium respondetur dupliciter,primo ꝙ non est simile de ecclesia & alijs ministerijs ecclesiæ,quoniam consecratio altaris repræsentat sanctitatem Christi. Consecratio vero domus sanctitatem totius ecclesię, ideo conueniētius recolitur cum solennitate consecratio ecclesiæ vel altaris quam aliquod aliorum . Agitur autem octo diebus solennitas dedicationis vt dicetur in seq.capitu.ad significādum beatam resurrectionem Christi & mēbrorum ecclesiæ ¶Secundo respondetur negando minorem,consecratio enim non est opus solius hominis, cum habeat spiritualem virtutem,quam non ab homine:sed a Deo habere potest.Lege. ¶[Sacerdotum].i.episcoporum[ecclesiarum] hic est.2.pars.[scripturam]vbi no.† ꝙ præsūmitur ecclesia consecrata quando apparet de hoc aliqua scriptura, vel instrumentum dotationis,vel in libr.ecclesiæ:vel in columna vel in tabula marmorea, & huiusmodi.vel etiam si maneat vnus testis de visu vel auditu, hoc tamen intelligēdum vbi non esset contentio vel res agitetur in iudicio , vt quia fieret inde alteri preiudicium, tunc non reciperetur vnus testis,nec crederetur vni testi soli ad decisionem 33.q.2. admonere.¶Sed quæritur† quid si constet omnia quæ solent fieri in consecratione rite,& solenniter, esse acta, dubitaretur tamē an consecratus fuerit episcopus. Respōdet Hug. ꝙ est reconsecranda vt di.pſbiteri 68.¶ Itē qritur.† quid agendum sit si constet ecclesiam consecratam,& anniuersarius dies consecrationis ignoratur. Respondet Hugu.qđ in illo casu eodem die quo celebratur festiuitas dedicationis episcopalis ecclesiæ celebranda venit festiuitas dedicationis illius.†Sed quid si illius dedicationis dies anniuersarius ignoretur. Tunc videtur dicendum quod episcopus, & clerici illius ecclesiæ eligant diem, quo talis festiuitas celebretur.Si vero plura altaria sunt in aliqua ecclesia, & nō sunt consecrata cum ea si de alicuius eorum die anniuersario dubitetur in illius ecclesię anniuersario illa festiuitas celebretur.Hugut.

Diuisio.

Quæstio. 1

Primum ar.

Opponit & Respondet

Exponit literam.

2

Quæstio. Respondet

3 Quæstio . Respondet.

4 Quæstio. Respondet

5

1 *Encenia quid dicantur.*

SOlennitates. Sequitur secundum c. eiusdem partis, in quo inducit ad conclusionem præcedentis capituli exemplum Christi quia eius actio nostra est instructio,ar.2.q.v.Deus in hoc capit.nihil aliud dicendū venit præter ea quæ dicta sunt. Lege.¶[Sicut scriptum est]scilicet Io.10.[encenia† encenia dicuntur initiationes,vel innouationes,ab en:quod est in.& cenon quod est nouum, quod fit quando aliqua res a suo communi vsu ad celebrem & diuinum vsum applicatur.qđ Latinus dicit dedicationem,Hebreus vocat inchoationem huius nouæ rei:vnde enceniare idem est ꝙ initiare.i.aliquid primo exercere, vt vulgo solet dici. iste enceniat mantellum suum,cum primo portat nouum,enceniat domum cum eam primo inhabitat, & sic de similibus. Et sic etiam ecclesia enceniatur cum primo nouiter dedicatur,& tunc primo in nouum vsum accipitur. quia ex tunc primo in ea sacrum officium celebratur festum autem dedicationis dicitur encenium.l.in intratio nouæ rei in nouū vsum assumptio. Est autem hic notandum, ꝙ, vt inquit magister historiarū,quem Nicolaus de lyra superius adducit, quod hoc festum dedicationis cui Christus interfuisse dicitur.Io.10.non erat festum primę dedicationis,quæ facta ē a Salomone.qa illa facta est.10.die sept̄ebris in autūno,vt habet.3.Reg.8.nec ēt secūdę dedicationis,q̄ facta ē sub Zorobabel tēplo reedificato , quia illa facta est in Martio tpe vernali,sed festū illius dedicationis,seu innouationis,facta est sub Iuda machabæo.Cum.n.Antiochus epiphanes polluisset templum sordibus idolorum & prophanasset, vtēsilia eius,Iudas machabæus de genere sacerdotum mundauit,& dedicauit illud,vt habetur.1.macha.4. quæ purificatio facta fuit.25.die mensis decembris.& ad hoc denotandum additur[& hyems erat porticus Salomonis] nomine templi

Exponit literam. 1

Nic.de lyr.

templi intelliguntur atria,& loca ad domum domini pertinentia,Erat aũt ibidem quidam locus ædificatus,vbi Salomon stabat ad orandum,quod dicitur regis oratorium, & dicitur hic porticus.Sed contra hoc videtur quia omnia quæ ædificauerat Salomon in templo fuerunt combusta p Caldæos:vt habetur.j.reg.vlti. respondet Nicolaus de lyra. ꝙ alia porticus sit ædificata in templo ad similitudinem, prioris:& ideo retinuit nomen præcedentis,sicut frequenter fit in ædificijs reparatis[in lib.reg.]scilicet.3 reg.8.

Respondet

1 *Consecratio ecclesiæ in quibus casibus sit iteranda.*



Ecclesiæ. Hic incipit.7.pars. In qua postquam magister Gratinus docuit,ꝙ ecclesiæ sunt consecrandæ,nunc ostẽdit quando & in quibus casibus sint reconsecrãdæ,& hoc septem ca.diuiditur autem hoc ca.in duas partes.in prima facit quod dictum est.in secunda præcipit vt altaria superflua destruantur.2. ibi.& superflua.Pro primæ partis maiori intellectu quæritur.†In quibus casibus est ecclesię consecratio iteranda.Ad hoc respondetur vt tangitur in gl.& Hu.& Host. inducũt antiqui doctores assignabant sex casus in quibus iteranda erat consecratio.versus.Ignis adulterium,destructio,mensa remota,mors,dubium:faciunt iterato templa sacrari.sed nunc tantum tres casus assignantur. Primus est cum dubitatur de eius consecratione vt hic. Secundus quando ecclesia sic comburitur quod parietes sint combusti, vel diruti, vel notabiliter decrustati in toto vel in maiori parte.vt.infra in c.ecclesijs.Secus si solum tectum exustum fuerit.extra de conse.eccle.c.ligneis. tertius casus si tota ecclesia vel maior pars destructa vel diruta est vel simul vel successiue ante reedificationem, tamen extra istos casus ecclesia non debet reconsecrari. Et si legatur quod sic ibi consecratio large accipitur pro reconciliatione. Ecclesia enim violata reconsecratur,vel reconciliatur.Reconsecratur in supradictis tribus casibus,reconciliatur in alijs. Si vero particulatim restauratur ante destructionem alterius,non consecratur,quia semper eadem ecclesia intelligitur. sed sufficit,ꝙ reconcilietur cum aqua exorcizata,& cum solennitate missæ:secus si ecclesia tota fuerit destructa etiam si ex eisdem lapidibus reedificata fuerit consecranda,est.vt infra.eo.dis. c.de fabrica.Lege.¶[Quę ambigua sunt]-i.de quorum cõsecratione ambigitur [superflua]-i.cum plura sint, quam necesse est.vt.supra e.di.c.oẽs[vel quæ passim] per agros & villas sine reliquijs sunt constructa. vt. infra e.disti.placuit.

Diuisio.
1 Quæstio.
Respondet Hostiensis.

Exponit literam.

3 *Ecclesia non debet reconsecrari:sed reconciliari in pluribus casibus.*



Si motum. Sequitur.2.c.eiusdem partis. & diuiditur in 2.partes.in prima tangit casus contingentes ex parte ipsius materialis ecclesiæ, propter quas ecclesia esset reconciliand a,vtputa si altare mutetur.in 2. casus prouenientes ex parte hominum.2. ibi:si ex homicidio. Pro pleniori intelligentia ca.præsentis quæruntur duo.

1 ¶Primum circa primam partem vtrum hoc sit verum, ꝙ si altare moueatur ecclesia veniat reconsecranda.

2 ¶Secundo circa secundam partem quæritur vtrum si aliquis sanctus occidatur in ecclesia talis ecclesia iterum sit reconcilianda.

1 Ad primum Proceditur sic.† Et videtur quod ꝓpter motionem altaris ecclesia non veniat reconsecranda,quia alia est & distincta consecratio altaris ad consecrationẽ ecclesiæ. ergo propter execrationem altaris non venit ecclesia consecranda. ¶ In oppositũ videtur textus præsentis.c. Respondeo dicendum ꝙ cũ dicitur si motum est altare consecretur ecclesia,non est sic accipiendum,quod propter altare execratum ecclesia sit reconsecranda, nec econuerso,quod propter ecclesiam execratam altare sit reconsecrandum, quia vt dictum est, alia est ecclesiæ consecratio, & alia altaris,& sæpe fit hæc sine illa, & econuerso. & sæpe execratur ecclesia, & non altare, & econuerso.& ideo ꝙ hic dicitur. ꝙ si motũ &c. consecretur ecclesia debet exponi.i. altare:vt nomine ecclesiæ intelligatur altare,sic econuerso nomine altaris, quãque intelligitur ecclesia.vt.1.q.3.quæsitum altare.¶Sed ꝓ qua motione intelligitur altare execratum, nonne altare

Primum ar.

Opponit in contrariũ.

viaticum de loco ad locum mouetur.& tamen non reconsecratur.vt infra e.di.concedimus.Ad hoc rñdetur ꝙ motio altaris pro qua intelligitur execratũ hic sequendo Hos. & Hug.accipiẽda est in quinq; casibus.Primus est,qñ altare ex toto destructũ est,& tunc reedificatur, tũ,n,recõsecratur seu debet recõsecrari.Scd's qñ superior tabula q̃ dr̃ mẽsa,& in qua fit principaliter cõsecratio mota vel in sua forma mota,vel enormiter vltra medietatẽ fracta sit,sed enormitas tñ ad arbitriũ episcopi referẽda est. Tertius casus assignari põt,qñ ptracta mẽsa in angulis, & cornibus altarijs, in quibus pcipue solet fieri altaris consecratio fuerit enormiter destructa. Quartus qñ motus fuerit aliquis de lapidibus principalibus stipitis mensam contingentibus. nam in illa coniunctione præcipue intelligitur esse altaris cõsecratio,extra.e.ad hoc.& c.quod in dubijs.quod quidem intelligitur, qñ sup quatuor colũnas est altare, & vna mota sit secus de alijs lapidibus parietis siue stipitis, quæ nõ tãgunt mẽsam.qa pp illorũ motionẽ nõ est altare reconsecrandũ. Quidã dicunt hoc ẽt intelligẽdũ esse de altari portatili qđ tãdiu durat eius consecratio, quãdiu cõiũctio eius integra materialiter nõ est recõsecrandũ si tota mẽsa cũ sibi adhærentibus lapidibus trãsferatur de loco ad locũ, vel in codẽ loco in circuitu sursum vel deorsum sicut nec recõsecratur altare portabile. Quintus casus est, qñ sigillũ altaris.i.lapis quo sigillãtur reliquiæ fractũ sit,vel diminutũ fuerit,recõsecrãdũ est altare,vt in pręsenti capitulo,& extra eo.cuius & c.quod in dubijs. Sextus casus,ꝙ qñ altare sic augeretur ꝙ amittit superiorem formã, quia forma dat esse rei,tunc .n.consecrandum est.ar.5.q.2.hoc ius propter autem modicum additamentum non execratur,sed tunc sacrum dicitur.extra.e.quod in dubij.

Quæstio.
Respondet.
Hostiensis.

2 Ad secundum Sic proceditur. Et videtur,quòd ecclesia in qua ẽ occisus martyr sicut fuit occisus Beatus Thom.cantuarien.propter talem sanguinis effusionem non sit reconcilianda. quia ecclesia non est reconcilianda si non est polluta, sed sanguis sanctus sicut est sanguis martyris ecclesiam non polluit, sed ornat,ergo propter talem sanguinem non est reconciliãda.¶In oppositum vr̃ te.præsentis.c.vbi dr̃ ꝙ pp homicidiũ,& in c.sequenti dr̃.ꝙ pp sanguinis effusionẽ est re cõcilianda,nõ aũt distinguit inter homicidium & homicidium,& inter sanguinẽ & sanguinẽ. ergo qualitercunq; fuerit sanguis effusus semper ecclesia est recõciliãda. ¶ Respondeo dicẽdũ.ꝙ circa hãc quæstionẽ est duplex opinio. vt Hu.not. in apparatu huius.c.qui mouet hãc quæstionẽ. & specialiter mouet eã de Beato Thoma,quorũdã opinio est.ꝙ ecclesia in tali casu non sit reconciliãda,pp rõnẽ positã in arguẽdo,quia.s.effusio talis non polluit,sed sanctificat.¶Aliorũ opinio est,ꝙ sit reconciliãda.rõ,q̃a si rõne delicti recõciliãda est ecclesia vbi iniquus occidit, multo magis vbi iustus.cum criminosius sit occidere iustum quã iniquũ.23.q.5.si nõ licet:& huic opinioni adhæret ipse Hu.addit tñ ꝙ locus ille vbi est effusus sanguis martyris non est recõciliãdus ibi est transeundus cooperiendusq;,sed reliqua ecclesia tota est reconciliãda,vr̃ aũt hæc positio multũ aliena,quia si ꝑ effusionẽ sanguinis est ecclesia reconcilianda; ergo illa pars ecclesiæ,vbi est sanguis effusus est magis recõcilianda q̃ alię partes. Propter ꝙ sciendum ꝙ in effusione sanguinis est etiã actio persecutionis,& passio martyris, vt idem Hug. & no.& licet passio martyris sit Deo grata, & accepta,actio tñ persecutionis est Deo & displicẽs,& odiosa;imo magis vr̃ esse per se, ꝙ actio persecutoris displiceat, q̃ ꝙ passio martyris placeat.nam actio persecutoris est displicens formaliter.quia est formaliter mala.passio martyris est placens materialiter, inquantũ martyr bene vtitur malo,ꝙ aũt formaliter tale est magis est tale, quam quod est materialiter. polluta est ergo ecclesia & si non ratione passionis martyris, q bene vtit malo rõne tñ actionis psecutoris,q agit actionẽ ꝑ se malã.ponamus ergo ꝙ aliqs occideret in ecclesia,ita tamẽ ꝙ totus sanguis eius reciperet, in vestimẽtis suis, vt nulla gutta sanguinis eius remaneret in ecclesia,vel puta si occideretur ibi aliquis per suspendiũ sine effusione sanguinis, constat ꝙ talis ecclesia reconciliãda esset,& diceretur ecclesia polluta esse pp iniuria factã ecclesiæ.quia esset in ea homicidiũ perpetratũ sic est in proposito,quia facta est iniuria ecclesiæ, eo ꝙ effusus est ibi sanguis innoxius,dicet ecclesia illa polluta pp scelus ibi cõmissum,& ꝑ cõsequens recõciliãda esset & pp effusoris, ergo sanguinis

Primũ ar.

Opponit in cõtrarium.

Respondet.

Primum ar.

Secũda op

Ad arg. sanguinis actionem, non propter effusionem, & passionē, est ecclesia reconcilianda. ¶ Ad arg. in contrarium patet

Egidius de roma. responsio, quia ecclesia polluta est, quia effunditur ibi sanguis martyris non propter martyris passionem, sed pp persecutoris actionem. Concor. dominus Egidius de Roma. Quolibeto primo, & dñs Pet. de palu. in 4. dist. 18. s. aliquo

Exponit literam. modorum assignatorum. Lege. ¶ [Si motū si parietes mutantur]. i. mouentur à fundamento, vel si à fundamēto nō per totum, sed per aliquam partem vel si per totum non simul, sed sicut particulatim, & successiue destruuntur, ita particulatim & successiue restaurantur, ante destructionē alterius partis [salibus tantum exorcizantur]. i. aqua cum sale exorcizata aspergant̄, quo ad parietes. nec oportet totam ecclesiam in circuitu aspergi, in hoc casu non consecratur ecclesia sed sicut superius dictum est, si parietes vndique à fundamētis ex toto, & simul, vel successiue ante re ædificationem destruerentur, & postea renouarentur tūc quasi esset alia ecclesia, consecranda [a] veniret necessario.

a ¶ Cōsecrāda. adde q̄ ecclesia nō consecrata eo. iure regit, sicut si eēt cōsecrata P. de Anch. ī c. si ecclesia n. 1. de cōs. ecc. vel alta. Host.

Hu. [si homicidio] hic est. 2. pars, vbi ponuntur casus in quibus reconcilianda venit ecclesia contingentes seu prouenientes ex parte hoīm. Circa quam partem no. † q̄ sunt plures casus in quibus ecclesia non debet reconsecrari sed reconciliari, & verbum [reconsecrentur] exponendum. i. reconcilientur. primus casus est, ꝓpter homicidium, vel ēt enormen, vel violētam sanguinis effusionem ibi commissum. extra de conse. ecc. vel allegatione proposuisti. secus si absque violentia, vel iniuria in naso, vel ore, vel cicatrice, vel minutione, aut etiā ex emorrhoydis vel menstruo vel aliter naturaliter ī ecclesia fluxerit, aut forte ludo, vel casu fortuito eliciatur, aut si quodcunque animal ibi occideretur. secundus propter adulterium, & seminis effusionem extra de adulterio. significasti. tertius si excommunicatus sepultus fuerit in ecclesia infra e. di. c. ecclesiam. extra c. consuluisti. quartus si ecclesia ab episcopo publicæ excommunicato consecrata fuerit. nam secundum Ho. si corpus excommunicati mortui ecclesiam polluit, multo fortius vbi ipsa consecratio perficitur per os, & manus excommunicati. secus in sacramentis quę intrinsecus in operantur, vt idem dicit Hos. [in homicidio]. s. manifesto [vel adulterio]. i. fornicatione. i. illicito coitu publico, & manifesto. Hu. & generaliter effusione cuiuscūque seminis studiose, & cum voluntate peccandi facta sicut infra in c. sequenti plenius dicetur. hoc tamen secundum doctores accipiendum est, quando publicum saltem per famam existit, sicut plenius in c. sequenti dicetur.

2 *Character sacerdotalis, est quædam participatio sacerdotij Christi.*

5 *Ecclesia an sit reconcilianda, si aliquis est interfectus in ecclesia sine sanguinis effusione.*

*Et quid si quis extra ecclesiam percussus intra ecclesiam fugiat & ibi multum sanguinis effundat & ibi moriatur. numero. 6.*

*Et quid si vulneretur in ecclesia, & extra ecclesiam moriatur num. 8.*

9 *Ecclesia an sit reconcilianda si aliquis occidatur in cella, camera vel spelunca ecclesiæ.*

*Et an si sane mentis si occidat in ecclesia, vel vulneret animo irato. nu. 10.*

*Et quid si quis casu in ecclesia moriatur per se. nu. 11. Et quid si quis moriatur in ecclesia ligno vel lapide cadente. nu. 12.*

14 *Ecclesia quare magis execretur ex pollutione seminis illicita siue ex homicidio, quam sacerdos.*

17 *Baptismus semel datus in forma ecclesiæ non est reiterandus propter quatuor rationes.*



Diuisio. Ecclesijs. Sequit̄ tertiū c. eiusdē partis. Et diuidit̄ in duas partes. In 1. ponit̄, q̄ ecclesia semel cōsecrata, iterum nō est recōsecrāda. In 2. excipit tres casus. ¶ Primus casus est, si ecclesia sit ab igne cōbusta. ¶ Scd'us si in ea est sanguis effusus ꝑ violentiā. s. ¶ Tertius si fuerit sanguine polluta. 2. ibi, aut ab igne. Pro pleniori intelligentia præsentis capituli circa singulas partes aliqua dubia mouebuntur.

1 ¶ Quæritur primo circa primam vtrū ecclesia semel consecrata possit iterum consecrari.

3 ¶ Secundum est circa primum casum, vtrum quæcunque exustio ecclesiæ reddat ecclesiam reconciliandam.

4 ¶ Tertium est circa secūdū casum vtrum quelibet effusio sanguinis execret ecclesiam.

10 ¶ Quartum est circa tertium casum, vtrum quælibet pollutio seminis videlicet vtrum concubitus cōiugalis, & nocturna pollutio execret ecclesiam.

12 ¶ Quintum est circa idem, vtrum pollutio secreta aut tātum publica siue diuulgata.

13 ¶ Sextum est, vtrum per aliqua peccata puta furtum, sacrilegium, vel alia peccata reddatur ecclesia execrata.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur q̄ ecclesia semel consecrata iterum consecrari possit, quia ecclesia materialis (cum sit res inanimata) non recipit in sua consecratione characterem indelebilem, cui fieri iniuria videtur, si iterato cōsecratur, sicut fit si aliquis bis baptizaretur, aut ordinaretur in eodem ordine. ¶ In oppositum arguitur ex c. præsenti quod est concilij Niceni. ¶ Respondeo dicendum, q̄ ecclesia semel cōsecrata nisi in casibus datis consecrari non debet, ratio iuxta sententiam S. Tho. in tertia parte. q. 64. ar. 5. † character sacerdotalis, est quædam participatio sacerdotij Christi, sacedotium autem Christi est æternum secundum illud psal. 109. Tu es sacerdos inæternum secundum ordinem Melchisedech. & inde est, q̄ omnis sacrificatio, quæ fit ꝑ sacerdotium est perpetua reconsecrata manente, nedum in rebus animatis, sicut cum quis ordinatur per episcopū qui amplitudinem habet sacerdotij, sed etiā in rebus inanimatis. nam ecclesiæ, vel altaris manet consecratio semper nisi destruatur. ¶ Ad rationem in oppositum, respondetur iuxta eundem S. Tho. vbi supra q. 83. ar. 3. negando consequentiā, qa ecclesia in consecratione sua licet nō recipiat characterem, recipit tamen virtutem quandam per quā apta redditur diuino cultui, vt. s. homines deuotionē quandam exinde participent, vt sint paratiores ad diuina nisi propter irreuerentiam impediantur. vnde dicitur. 2. Macha. 3. vere Dei virtus quædam in loco. est. n. ipse qui habet in cœlis habitationem visitator, & adiutor est loci illius, & cum hic virtus semper maneat in loco, ipso manēte consecratio iteranda non est.

Primum argum.

Opponit & Respondet. S. Thom.

Ad argu. S. Tho.

3 Ad secundum Respondetur † iuxta Hu. & Hos. vbi supra de conse. ec. q̄ nō quælibet adustio ecclesiæ reddit reconsecrandam ecclesiam. Sed tantum si ecclesia combusta ita fuerit, q̄ parietes sint combusti, vel diruti, vel notabiliter decrustati in toto, vel in maiori parte. Secus si solum tectum exustum fuerit, vel aliqua pars eius combusta & remaneant parietes integri, vt extra de conse. eccle. c. ligneis.

Respondet. Hugu. Host.

4 Ad tertium Respōdetur † q̄ non quælibet sanguinis effusio execrat ecclesiam, sed illa tantum, quæ in ecclesia violēter & iniuriosè facta sit. Qđ tamen intelligendū est de enormi sanginis effusione, non de modica vel leui, vt si quis forte cum cōtēdit cū aliquo in ecclesia impetu facto offendat in nares eius vel in eum vngue aliquantulum excoriet eum, & inde aliquantulum sanguinis effluat, maxime vbi ille qui hoc facit nō habet propositū effundēdi sanguinē. Pro tñ huius partis pleniori intelligētia veniunt octo dubia soluenda, ad q̄ concors

Respondet.

5 est rñsio doctorum. † Primum, qd si interfectus est, qui est in ecclesia in eadē ecclesia sine sanguinis effusione videlicet suffocatus, vel suspensus. Dicendum q̄ nihilominus venit ecclesia reconcilianda pp horrorem facti criminosi.

6 ar. c. ꝓximos supra ibi. Si homicidio. ¶ Scd'm † qd si qs ext. ecclesiam percussus intra ecclesiam fugiat, & ibi multum sanguinis effundat, & ibi moriatur. Dicendū q̄ non est ꝓpterea ecclesia reconcilianda, qa non est factū homicidiū

7 in ecclesia. ¶ Tertiū † qd si in ecclesia vulneret, & ex. ecclesiam moriat̄. Dicēdum q̄ ecclesia reconcilianda est, quia

8 est factum homicidium in ecclesia. ¶ Quartum est † quid si quis supra tectum ecclesiæ occidatur. Dicendum q̄ nō videtur ecclesia reconcilianda, quia ext. ecclesiam factū est

9 homicidiū. ¶ Quintū † quid si sub ecclesia occidat̄ in cella camera, vel spelunca. Dicendū q̄ nō est reconcilianda, qa ex. ecclesiam factū est homicidiū. vt no. Io. And. in c. 1. de Io. Andr.

10 conf. ec. vel al. li. 6. sup gl. 3. ¶ Sextū † quid si sane mētis seipsum occidat ī ec. vel vulneret aīo irato. Dicēdū q̄ si publicū est recōciliāda ē ec. qa talis sanguis iniuriosus est, & horribilis, vt patet; qa clericus seipm aīo irato feriēs excōicatus est.

tus est, vt no. Io. An. in c. contingit. de sent. excō. super ver.

Io. Andr.

11 excommunicetur. ¶ Septimum † quid si quis casu in ecclesia moriatur per se. Dicendum, ꝙ non est propterea recō cilianda ecclesia, quia non est in hoc casu homicidium.

12 ¶ Octauum † quid si quis ligno vel lapide cadente in ecclesia occidatᷓ. Dicendum ꝙ non est reconciliāda, quia ibi ꝓprie non est factum homicidium. vnde Host. in glo. super c. si ecclesia dicit simpliciter, ꝙ in huiusmodi casibus fortuitis & vbi non est mala voluntas hominis ad aliquā violentiam non est necessaria reconciliatio. Sequitur, aut cuiuscunque semine. Cuiuscunq; maris, vel fœminæ clerici vel laici heretici vel pagani naturaliter siue innaturaliter studiose cum libidine peccandi semine suo emisso pollutæ fuerint.

Hostiens.

13 Ad quartum In quo quærebatur † vtrum per cō cubitum coniugalem, & per emissionem seminis factam in somnis siue per nocturnam pollutionem polluatur ecclesia. Rñdetur quo ad primum dicūt aliqui vt Hug. ꝙ per concubitum coniugalem ecclesia non polluatur, quia vt inquit, ibi non est adulteriū, nec fornicatio, & ita gl. vr̄ sentire & Arc. Alij vero vt Goff. & Guilielmus in rationali & Host. in summa dicunt ꝙ sic. quia licet alias concubitus vxoris cum marito sit licitus, non tñ in ecclesia, vnde quædam secundum se sunt licita, quæ rōne loci illicita fiunt, vnde Deus eiecit omnes ementes, & vendentes de templo. Mat. 21. & 2. q. 7. accusatio. & tamen vt dicit Au. nulla alia vendebant, nisi quæ necessaria erant in temmplo, & hoc nobis videtur rationabilius dictum. licet enim concubitus coniugalis in ecclesia non sit adulterium, aut fornicatio, loquendo de specie peccati, nihilominus ex loci circunstantia est illicitus. vnde talis polluit ecclesiam, & per consequens talis ecclesia indiget reconciliatione. ita tenet glo. ordinaria in cap. 1. de cons. eccl. li. 6. ¶ Ad idem est Petrus de palude in 4. di. 18. ita dicens. Si vero vir vxori debitum reddit, vel causa prolis debitum ibi petat, nihilominus tamen ratione loci fit sacrilegium, ꝙ alibi esset licitum, & violatur locus, & polluitᷓ, siue ibi sint inclusi tempore guerræ non audentes exire siue alias.

Respondet Hugu. Archi. Goff. Guiliel. Host.

Pe. de pal u

14 ¶ Sed quæritur circa hoc. † quare ex pollutione seminis illicita siue homicidio magis execratur ecclesia, quam sacerdos ipse, qui polluitur adulterio vel homicidio. ¶ Ad hoc dicit Hu. ꝙ ideo, quia, vt inquit, ecclesia, & altare possunt execrari, sacerdos autem nō, cuius ratio est ſm eum, quia consecratio ecclesiæ vel altaris maxime consistit in coniūctione, & dispositione lapidis, & exteriori vnctione, & iō per disiunctionem vel læsionem vel remotionem execratur. Sed non sic, in homine, quia eius cōsecratio est in aīa, à qua non potest auferri, nisi per mortem. Sed ista responsio non videtur nobis satisfactio, maxime in hoc quod videtur dicere. ꝙ consecratio sacerdotis auferatur in morte. Ideo videtur nobis aliter dicendum, ꝙ simile est quodammodo de sacerdote, & ecclesia, tam in consecratione quam in execratione. In consecratione quidem, ꝙ tātum durat consecratio in vtroque, quandiu res ipsa integra ma a net,[a] in hoc est differentia, quia aīa sacerdotis quæ subiectū est characteris cōsecrationis est immortalis, & iō eius cōsecratio durat perpetuo. Ecclesia vel altare sunt res corruptibiles, & ideo nō possunt ꝑpetuo retinere cōsecrationē, in execratione vero, quā incurrit ecclesia in præfatis casibus, est etiā simile, quia sicut ecclesia per peccata in ea commissa dr̄ execrari. i. minus apta reddi ad celebrationē diuinorum fiendam in ea, & ideo indiget reconciliatione quæ fit cum aqua benedicta, ita sacerdos pollutus fornicatione vel homicidio redditur minus idoneus ad celebrandum diuina, & ita quodammodo execratur, & indiget reconciliatione antequam ad altare accedat, quæ fieri debet cum aqua lachrimarum. saltem cordis, quia vt ait apostolus 1. Cor. 5. qui manducat, & bibit indigne iudicium sibi manducat, & bibit. ibi dr̄ gl. indigne manducat, & bibit, q in crimine est vel irreuerenter tractat. ¶ Ad secundā partem de pollutione nocturna, respōdetur communiter ab omnibus quod per pollutionem nocturnam non polluitur ecclesia, quia in tali casu magis animus pertulisse quā fecisse dolendus est.

Quæstio.

Respondet Hugut.

a ¶ Integra manet. ad de quod iō consecratio eccles. vel altaris nō cōsistit i reliquijs quæ sunt ext. altare Pet. de An. in c. quæcū que. n. 2. de iure pa.

15 Ad quintum † Respondetur iuxta dominum Patriarcham dominum Pet. de palude in 4. di. ꝙ propter occultam seminis effusionem quantumcunque illicitam etiam innominabilem quandiu occulta est ecclesia reconcilianda non est, vnde sicut solennis, penitentia nunquam pro occulto crimine imponenenda est, ita cum reconciliatio ecclesiæ semper fiat cum solennitate nunquam facienda est, nisi pro pollutione solenniter diuulgata. extra de adult. significasti. si autē sciat sacerdos tantum per confessionem ecclesiam pollutam non debet etiam in occulto abstinere à celebrando ibidem, nec episcopo debet dicere, vt dicunt quidam, ꝙ reconciliet ecclesiam causa non expressa, quia ex his quæ scit tanquā deus non prohibetur ipse, vt homo nec arctatur ad aliquid faciendum vel omittendum. hæc Petrus. ad idem est Ho. vbi supra de consecra. ecclesia. & Arch. in c. præsenti. qui ita dicit, quidam intelligunt hoc tantum, quando est famosum & forte non male, secundum id quod dixi supra in ca. proxi. fit autem reconciliatio hæc, vt loca habeantur in maiori reuerentia, & vt peccatores de peccatis suis confundantᷓ & corrigantur. quæ causa ex quo nescitur locum nō habet nisi quo ad illos qui peccauerunt, quia ecclesia nō iudicat de occultis. extra de simo. sicut. in fi. & c. tua. in fi. hæc ille.

Respondet Pet. de Pal.

Host. Arch.

6 Ad sextum Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ ꝓpter furtum aut sacrilegium in ecclesia cō missum sit ecclesia reconcilianda, quia sacrilegium maius peccatum est quam fornicatio, vt 17. q. 4. sicut qui, ergo videtur ꝙ sicut fornicatione execratur ecclesia, ita etiam sacrilegio. ¶ In oppositum videtur, quia hoc non reperitur iure cautum, sicut de fornicatione. ¶ Respondeo dicendū iuxta Hu. videtur ꝙ non execretur ecclesia propter sacrilegium sicut propter fornicatationem. & ad hoc Hug. assignat duas rationes. Prima quia cętera peccata solum animam maculant. vnde apostolus 1. Cor. 16. inquit. Omne. n. peccatum quod facit homo extra corpus est, qui autē fornicatur in corpus suum peccat. gl. quia fornicatio nō modo animam, sed etiam corpus contaminat propter ꝙ videtur magis ecclesia violari fornicatione quam sacrilegio. Secunda ratio, quia ecclesia per consecrationem dedicata Deo facta est sponsa, & vxor Christi, ex qua causa tenetur ipsa quasi sancto spiritu seruare castitatem. nihil. n. sic, displicet viro, sicut adulterium vxoris, cum ergo ecclesia debeat seruare castitatem viro cui per conserationem est copulata cum adulterio violatur videtur venire contra consecrationem suam, quia ergo adulterium magis videtur esse contra cōsecrationem ecclesiæ, quam sacrilegium, ideo propter illud execrari ecclesia dr̄ non ꝑ istud. Le. ¶ [Ab igne exustæ] in toto, ita saltem ꝙ quasi ex toto sunt decrustatæ, sicut infra concedimus, alias non sunt consecrandæ. Hu. [aut effusione sanguinis]. i. humani violenti etiam facti, quod intelligitur de effusione per irā vel contentionē vel vulnerationem, quanuis homicidium non sit secutum [de cuiusquam semine] maris, vel fœminæ clerici vel laici hæretici, vel pagani, naturaliter, siue innaturaliter, studiose, cum libidine peccādi semine ibi emisso [non debet iterum rebaptizari] licet de hoc circa c. non licet. 4. di. sit ple-

7 nius loquendū inducunt tamen ad hoc plures rōnes. † quare baptismus semel datus in forma ecclesiæ reiterādus nō est quas ponit dñs Bonauen. Prima est rōne morbi, quem curat baptismus. s. peccati originalis, quod non potest iterari. Secundo rōne eius, ꝙ principaliter signat vt passionē & resurrectionem, quā modo impossibile est iterari. Tertio rōne efficaciæ in curādo, quia absoluit à pœna & à culpa, tunc. n. mali non esset puniti, si semper cum peccarent possent baptizari. quarto rōne characteris quē imprimit, quia cum sit indelebilis semel impressus non pōt amplius imprimi [si tñ fidē trinitatis]. i. formā ecclesiæ quæ fidē trinitatis exprimit [tenuerint]. i. obseruauerint in baptizādo.

Primum ar.

Opponit & Respondet.

Exponit literam. Hugut.

Bonauentu.

Ecclesias. Sequitur quartum c. huius partis in quo continuat de consecrādis ecclesijs. breue est. non diuiditur, item et̄ nihil noui habet disputandum. Lege. ¶ [Catholicas] propter populum catholicum [cōsecratæ] quia ab illis hæreticis vel nullo modo erant consecratæ, vel non erant cō secratæ in forma ecclesiæ. nam Arrianorum, sicut & aliorum hæreticorum quidam ministrabant ecclesiæ sacramēta in forma ecclesiæ [quidam vero] vt 1. q. 1. Arrianos. Hu.

Exponit literam.

Arrianorum. Sequitur 5 c. eiusdem partis, & ad idem breue est, & nihil habet disputandum. Lege. ¶ [In fide catholica]. i. in forma ecclesiæ, in qua fides catholica habetur. Hugu.

Agapitus.




Agapitus. Sequitur sextum capitulū eiusdem partis tendit ad eandem sententiam, nihil plus quam narrationem facti consecrationis habet, quam fecit ipse Agapitus papa, qui commendatur multipliciter in hoc capitu. Lege. ¶ [Præco] præconis officium suscipit quisquis ordinem sacerdotis suscipit vnde super illud Exo. 28. vbi dicitur, ꝙ tunica sacerdotis deorsum ad pedes mala punica, & tintinabula debeat habere in circuitu, vt audiatur sonitus, quādo ingreditur, & egreditur sanctuarium in conspectu domini, & non moriatur dicit S. Gregorius, Sacerdos ingrediens, & egrediēs moritur, si de eo sonitus non audiatur, quia iram contra se occulti iudicis prouocat, si sine prædicationis sonitu ince dat [infecta fabulis]. i. orationibus, quas dicit fabulas, quia formam ecclesiæ non contineant, & ita inanes erant. [Abluit]. i. consecrando in forma ecclesiæ purgauit &c.

Exponit literam.

Greg.

1 *Altare proprie quid dicatur.*
2 *Ara proprie quid dicatur.*
3 *Missa a quo debeat cantari in reconciliatione, vel consecratione ecclesiæ, vel altaris.*



De fabrica. Sequitur septimum capitulum eiusdem partis, quod diuiditur in duas partes secundum ꝙ duabus rebus conueniunt, vt patebit in expositione literæ, quæ immediate sequitur. Pro quo notandum, ꝙ duæ consuetudines siue duæ consultationes factæ fuerunt Iulio papæ. ¶ Prima est an ecclesia quondam consecrata, denuo debeat consecrari, si eius fabrica damnata fuerit, & iterum reparata. Secunda an, ecclesia consecrata, si reliquiæ de altari ablatæ fuerint, iterū debeat consecrari. primæ quæstioni respondetur ibi, nihil iudicamus. secundæ ibi, si vero. Primæ autem quæstionis respondens, dicit primo, ꝙ non debeat reconsecrari. vnde dicit, ꝙ nihil officit, si talis ecclesia aqua exorcizata non aspergatur, licet bonum, & honestum sit, vt talis aqua ibidem aspergatur, vt supra e. c. Si motum. vt dicit Hu. Et rōnem subdēs dicit. [quia ad consecrationem]. i. reconciliationem cuiuslibet talis ecclesiæ sic, dirutæ, & reparatæ, celebrationem missæ scimus sufficere, licet honestū sit vtrūque fieri. [Ara]. i. reliquiæ per quas certū est spiritum sanctum esse habitatorem basilicarum, & custodem. [non ponitur]. i. non collocatur in altari, quod si fieret, oporteret, a saltem altare consecrari [vel ara non ponitur]. i. altare a de nouo non exigitur, quia non fuit motum, ꝙ si fuisset, recō 1 secraretur. Hu. ¶ Hic notat ꝙ ara, & altare quandoque indifferenter ponunt, sed proprie altare est Dei cœli, ara vero Deorum falsorum, & infernalium altare componitur, de altus alta altum, & ara aræ quasi alta ara, in qua sacerdotes incensum adolebant. 2 †Ara vero dicitur quasi area. i. plena, vel dr̄ ab ardere, quia in ea sacrificia ardebant [à fundamentis] non per totum, & si totum, non tamen simul, sed particulatim, qa secus si parietes simul funditus corruerēt, tūc reconsecrāda esset ecclesia sicut superius dictum est in c. si motū. [Sine motione altaris] tali. s. quæ inducat cōsecrationem, si. n. sit motum tunc oporteret illud consecrari [implebitur] hoc ipso, s. celebratione missæ, quia sufficiet celebratio missæ, ad ecclesiæ reconciliationem, &, vt ita veneranda sit, ac si, tota consecrationis solennitas, esset adhibita. [Si vero] hic respondetur secundæ quæstioni. q. d. ꝙ in prædicto casu ecclesia non debet reconsecrari, quia reportatione & collocatione reliquiarum ablatarum in eodem loco vbi prius erant, facta celebratione missarum ecclesia ipsa quo ad illud, vñ reliquiæ sumptæ fuerant, reconciliationis gratiam accipit. Quando vero ex reliquarū ablatione desecratur altare quod fit, quando inde subtrahunt cum motione altaris, ita ꝙ sigillum lapidis quo sigillantur reliquiæ fractum sit, vel diminutum, tunc altare denuo cōsecrādum est, vt ext. de conse. c. 1. & c. ꝙ in dubijs & supra ea. di. c. si motum. Et ita reducuntur ad concordiam diuersi modi exponendi hunc locum ꝙ videtur habere gl. quā ponit Lauren. ex vna parte, & Hu. ex alia vt tangit Arc. verum sicut superius notatum est propter altare execratum siue maius siue minus, non execratur ecclesia, vel econuerso. Alia est. n. consecratio huius & alia illius [ablatæ] de altari consecrato [ablatæ] dico, vel timore hostium, vel per p dam, vel rapinā, vel aliquo alio modo. [depositione]. i. repositione, vel collocatione in eodem altari [reuerentiam sanctificationis]. i. plenam, & integram solennitatem consecrationis accipiat. ¶ Cæterum quia hic de missa fit men 3 tio. Quæritur à quo missa debeat cantari in reconciliatione, vel consecratione ecclesiæ, vel altaris. Respondeo ꝙ cū consecratio ecclesiæ, vel altaris non possit fieri, nisi per episcopum, vt supra di. 25. perlectis, & di. 21. quanuis. ideo ipse eps̄ qui consecrat cātare missam debet: verum quia missa non est de substantia consecrationis, si magna viget necessitas Archipresbyter vel alius sacerdos iussu epi, pōt illā missam cantare ar. di. 25. perlectis. de missa reconciliationis similiter dico, ꝙ pōt cantari ab alio iussu epi, quia in missa ipsa reconciliatio de mandato epi fieri potest ab Archipresbytero, vel alio presbytero, vt supra dixi. hæc Hu.

Diuisio.


Hugu.

a¶ Altare. Quō altare cōsecretur, & erigatur vide per Pet. de Anc. in c. 1. nd. 2. de consecr. eccle. vel altar.

Laur. Arch.

Quæstio. Respondet.

1 *Fingentes se habere ordines, quos non habent qualiter sint puniendi.*




Nullus. Hic incipit. 8. pars huius distinctionis, in qua postquam hactenus magister Gratianus egit de consec. ecclesiarum. Nunc agit de altaribus sine quibus ecclesiæ esse non possunt, ostendens cuius authoritate altaria sunt erigenda in ecclesia & cōsecranda, & qualia esse debeant, & quas ecclesias. vel altaria non liceat consecrari, & qualiter officia ecclesiastica extra, vel propter ecclesias ī necessitate possint celebrari. Diuiditur autem capitulū in tres partes. In 1. præcipit, ꝙ nullus presbyter in ecclesia consecrata aliud altare erigat, nisi ꝙ ab epo loci vel sanctificatum, vel permissum fuerit sanctificari. In 2. præcipit, quod nullus fingat aliquod altare esse dedicatum, quod non est. In 3. apponit pœnam contra secus agentes. secunda ibi. Nec dedicationem. Tertia ibi, quod si fecerit. Lege. ¶ [Sanctificatum]. i. consecratū [permissum] ab epo illius loci, per alium epm sanctificari. Nullus. n. eps debet consecrare ecclesiam, vel altare alterius absq; licentia illius epi, vt 9. q. 2. epm. Hug. [discretio inter sacrum]. i. inter consecratum, & non consecratum in hoc in quam sit discretio, quod in loco consecrato de licentia epi debent fieri altaria, in loco vero nō consecrato alij presbyteri possunt facere altaria Hu. [vt fingat]. 2. pars. vt dicat dedicatū esse, quod non est dedicatum, vel reliquias esse, quod non sunt. [Quod si quis] tertia pars. [fecerit]. i. præter voluntatem epi, altare in ecclesia consecrata erexerit, vel consecra 1 tionem finxerit degradetur. ar. †illos esse deponendos ab ordinibus, vel anathematizandos si sint laici, qui fingunt se habere ordines, cum non habeant, vel maiores quā habeant. di. 50. ex pœnitentib. & 51. solitudo. & extra de presbytero non ordinato mi. c. 2.

Diuisio.

Exponit literam. Hugu.

1 *Altare an possit consecreri sine reliquijs.*
2 *Altare non debet execrari, vel destrui nisi ab episcopo.*
3 *Postponendum aliquando est aliquid propter tumultum, & scādalum.*



Placuit. Sequit̄ 9m c. eiusdem partis. Diuiditur aūt hoc c. in quatuor partes. In 1. n. præcipit, vt altaria, quæ p agros passim constituta sunt in qbus nullę reliquię sanctorū sunt, euertant̄ ab epo, vbi hoc sine scandalo, & sine tumultu populi fieri poterit. scđo vbi fieri nō poterit pcipit, vt talia loca aliqua superstitiōe nō frequentent̄. In 3. pcipit, vt nullibi habeatur aliqua memoria solēnis, nisi vbi aut corpus, aut reliquiæ tectæ sunt, aut vbi origo alicuius habitationis, vel possessionis fidelissima origine tradit̄. quarto phibet, ne altaria per somnia, & inanes reuelationes erigantur. 2. ibi, si aūt. 3. ibi, & oīno nulla. 4. ibi, nam q̄ p. ¶ Pro aliqua intelligentia maiori hu 1 ius c. quærit̄. †vtrum altare possit consecrari sine reliquijs. quam qōnem mouet Hu. s. in c. de fabrica. Et vr̄ ꝙ non ex isto c. de fabrica. ¶ Ad hoc rn̄det idē Hu. ꝙ nō debet altare cōsecrari sine reliquijs, si fieri pōt. sed credo, ꝙ religæ non sint de substātia cōsecrationis ecclesiæ, vel altaris, & ideo nō minus cōsecrabit̄ ecclesia, vel altare si illa non hn̄tur. Quidā loco reliqarum apponunt corpus dn̄i, ꝙ laudat̄, & debet fieri et̄ si habeant̄ reliquiæ sed sine hoc consecratur ecclesia vel altare. hæc ille. Host. vero in summa dr̄ ꝙ hoc c. sequentia intelligenda sunt de altarib. infixis. secus de tabula, siue altari portatili, licet alij dicant idē esse in tabula inducentes

Diuisio.

Quæstio Respondet. Hugo.

Host.

inducentes orationem quæ consueuit dici in missa. suscipe sancta Trinitas &c.vbi dicitur & omniũ sanctorũ, quorum nomina,& reliquiæ hic habentur.sed verius videtur ꝙ proxime iam dictum est,& huiusmodi sentẽtiæ est Gu- Gilbertus lielimus in rationali ita dicens.sane sine reliquijs, aut vbi illæ haberi non possunt sine corpore.Christi non fit consecratio altaris fixi.bene autem viatici siue portatilis.Alij autem doctores,vt dicit Ho.vbi supra dicũt sufficere corpus Christi loco reliquiarum,quod videtur innuere liber põtificalis.dicit tamen ꝙ Inn.consultus super hoc habito cõsilio peritorium dixit contrarium,& fuit bona responsio, dicit Arch.cuius ratio est quia cum corpus Christi cibus Archi. sit animæ,vt infra di.2.c.non iste.& c.panis,non debet seruari,nisi ad opus infirmorum,vt infra e.di.2.tribus gradibus.non debet poni ad alium vsum,quam ad quem institutum fuerit,puta ad refectionem animarum,vnde Christus dixit,accipite & manducate ex hoc omnes,non dicit reser- Matt.27. uate siue recondite.Lege. ¶ [Placuit],s.ꝙ altaria quæ pas- Exponit literam. sim per agros constituta sunt in quibus nullę reliquię martyrum esse probantur euertantur si fieri potest.[ab episco-
2 pis]ab eis tantum hoc fieri debet,†quia sicut altare consecrari non debet nisi ab episcopo,sic nõ debet execrari,vel destrui nisi ab episcopo,vel ab aliquo eius mandato.Hug. Hug.
3 [tumultus]ar.†ꝙ aliquid est post ponendum propter tumultum,& scandalum,vt di.50.vt constitueret de his[origine]origo.n.& principium rei inspiciẽdum est,vix.n. bono fine peraguntur quæ malo inchoata sunt principio 1. q.j.principatus,& 16.q.3.sacerdotes.[reprobetur]ꝙ.n.à iusta causa non est ab initio statim stirpandum est ar.di.11. omnia,& dist.68.coepiscopi.

1 *Ecclesia in qua fuit humatus aliquis infidelis consecranda nõ est,nisi primo corpora infidelium portentur extra.*
2 *Mulier prægnans,si moritur ante partum,an sit sepelienda in cemiterio,& poni in ecclesia,aut celebrari pro ea diuina.*



Ecclesiam. Sequitur tertium c. eiusdem partis.breue est vnam simplicem habens conclusionem,videlicet.† ꝙ ecclesia in qua fuit humatus aliquis infidelis cõ-
1 secranda est nisi primo corpora infidelium exportentur extra cuius constitutionis ratio duplex assignari potest.Tum quia illa nec sancta sunt,nec sanctificari possunt.2.quia quibus ecclesia viuis non est cõmunicanda,mortuis etiam communicari non debet. 25. q.1.c.2.Cum ergo ecclesia debet consecrari prius pauimẽtum est mundandum,& si sint corpora infidelium euellantur Hu.¶ Sed pro pleniori intelligentia huius partis†quæ- Quæstio.
2 ritur vtrum mulier prægnans,si moriatur ante partum,sepelienda sit in cemiterio,& poni in ecclesia,aut celebrari pro ea diuina,vt puta missa pro defunctis. ¶ Respondeo. Respondet. dicendum ꝙ vt dicit Hu.& Host.in summa ad quæstionẽ Hugut. diuersa diuersi dixerunt.Quidam.n.dixerunt ꝙ talis fęmi- Prima op. na sepelienda non esset in cemiterio,nec poni in ecclesia, nec ꝓ eadem debet missa defunctorũ decantari,nisi prius fetus eius extrahatur de ventre ipsius, qui si fuerit viuus baptizandus est.Si vero non fuerit viuus sepelietur extra cemiterium,& tunc corpus fœminæ potest poni in ecclesia,& exhiberi sibi possunt alia suffragia funeralia,alias, vt dicunt non debet poni in ecclesia,nec in cemiterio sepeliri.Alij vero dicunt,ꝙ talis mulier sepelienda sit in ecclesia, & sine incisione,tum quia periculũ fœtoris imminere posset si scinderetur,tum quia fœtus pars viscerum est. ff. de ven.inspi.l.1.§.1.ideo potest cum matre sepeliri.Cõtra pri- Cõtra primam opi. ma opinionem est,quia si illa opinio esset vera,sequeretur pari ratione,ꝙ nec mulier prægnans fœtu viuificato posse intrare ecclesiam,nec recipere eucharistiam,& cætera alia,quæ paganis denegantur,tamen paganum.i. nõ fidelem habet in vtero.quod tamen constat esse falsum, quoniam videmus ꝙ mulier prægnãs licite facite hæc omnia non propter hoc dicitur non fidelis intrare ecclesiam, vel audire missam, vel recipere sacramenta.Non.n.in hoc mater participat infanti, vt quod mater facit infans dicatur facere,nec econuerso.quare sicut viua admittitur ab ecclesia cum fætu in vtero.ita & in morte ar. extra de sepul. ex parte in fine.¶ Scda õpi.si intelligat,ꝙ talis mulier,ẽt cum fœtu viuo sepelienda sit in ecclesia,siue cemiterio approbanda non est, quia proculdubio committeretur homicidium,si cum fœtu viuo mulier sepeliretur,quare dicendũ ꝙ si constet fœtum esse mortuum non scindatur mulier, sed cum partu sepeliatur.nec obstant iura quæ allegantur pro prima oponione,ꝙ paganus nõ sit sepeliendus in cemiterio,quia talis fętus in aĩatus cum nondum sit hõ non dr̃ paganus & ita proprie loquendo nõ sunt ad propositũ iura illa.Si vero certum sit,ꝙ fętus siue partus viuat,vel dubitatur in hoc casu fœmina scindenda est,& fœtus baptizãdus.vnde S.Tho.in.3.par.q.78 ar.11.dicit,quod cum mater mortua fuerit viuẽte puero in vtero aperiri debet, vt puer extrahatur,& inde baptizetur.Litera plana est,& nõ indiget expositione.



Ecclesiam. Sequitur.4.c.eiusdem partis.Et diuiditur in tres partes.In 1.dr̃,ꝙ ecclesia in qua cadauera mortuorum infidelium sunt sepultura non consecrat.In 2.ponit,ꝙ si talis sit q̃ apta sit ad cõsecrationem consecretur eiectis tamen primo cadaueribus infideliũ.In 3.ponit,ꝙ si ecclesia illa fuerit prius consecrata,poterit in ea fieri consecratio missarum eiectis tamen infidelibus,si ibi sepulti sunt.2.Sed si.3: ibi.Sed si his nihil dicendum venit.Lege.¶ [Reedificetur] .i.reaptentur.non.n.fabrica destruenda est,sed dicitur reædificari per abrasorum parietum superficiem,qui in pristinam formam restaurantur,& reaptantur,& post consecrantur[si fideles]quia si fuerint infideles sepulti,nõ licet ibi missas celebrare,donec eijciantur.Hu. Diuisio. Exponit literam.



Non oportet. Sequitur quintum capitulum eiusdẽ partis, ponit Martinus papa duas nouas cõsuetudines. Et secundum hoc diuiditur hoc c.in duas partes.pro quo sciendum,ꝙ erat mos quorundã laicorum singulis annis tertia die offerre epulas super tumulos suorũ mortuorũ, & clerici illuc euntes celebrabant super tumulos missas,& communicabant qñque ibi aliquos.in prima ergo parte reprehendit consuetudinem illam inquantum tangit clericos.in 2.parte inquãtum tangit laicos.2.ibi,nec liceat.hic nihil aliud est dicendum.Ex historia.n.quæ legitur in cathedra sancti Petri ẽt plenior notitia hr̃ de ista praua cõsuetudine.Lege.¶ [Ignaros].i.imperitos[Ministram]corporis & sanguinis Christi vel missam celebrare super sepulchra[aut]. 1. & distribuere hoĩbus[nec].2.pars[sacrificare mortuis]quod non licet.Est.n.genus idolatriæ immolare creaturæ. Diuisio. Exponit literam.

1 *Vestes consecrantur propter multiplicem rationem.*
4 *Capellæ quæ dicantur.*
5 *Missa in nulla necessitate estcelebranda in naui,aut in flumine.*




Concedimus. Sequitur c.sextum eius dem partis.Et diuiditur in duas partes ẽm ꝙ duo conceditur. Primũ est ꝙ si ecclesiæ sunt cõbustę,ꝙ celebrare possint sup altare cõsecratũ vel portabile.2.est,ꝙ in itinere cõstitutis cõcedit ꝙ si ecclesia defuerit subdio vel in tentorijs celebrari possint dũ tñ habeatur altare portatile & alia requisita,vt vestes &c.2.ibi,in itinere.omnia plana sunt.Circa hoc pro pleniori intelligentia huius capituli quæruntur duo. Diuisio.
1 ¶ Primum est vtrum conuenienter institutum sit vt nõ sine vestibus sacris,& altari missa celebretur.
3 ¶ Secundum est vtrum sine vestibus & altari consecrato possit sacerdos conficere.

1 Ad primum Sic proceditur.†Et videtur,ꝙ inconuenienter institutum sit,quod nõ ꝓprijs vestibus sed alienis puta in ecclesiasticis consecratis, & supra altare missa celebretur.¶ Et arguitur argumentis quib.hæretici valdenses impugnant ordinationem Ro.ecclesiæ.Et primo de vestibus sic,Christi actio est nostra instructio,sed Christus non in alijs quam in proprijs vestib. celebrauit hoc sacramentum ergo non conuenienter institutũ est ĩ ecclesia quod in alijs vestibus quam in ꝓprijs celebreť. ¶ Secũdo ad idem sic,in primitiua ecclesia Apostoli non leguntť vti talibus vestibus qbus nũc ecclesia vtiť in celebratione missarum.ergo inconueniens vr̃ earum institutio.¶ Tertio sic, ista singularitas, & varietas ornatus vestiũ ecclesiasticarũ vr̃ quandã ostẽtationẽ & inanẽ gloriã protendere, ergo inconueniens institutũ est,ꝙ in talib. vestibus Primum ar. Scdum ar. Tertiõ arg.

stibus celebretur sacramentum quod maximæ est deuotionis, & virtutis. ¶ Quarto arguitur, ꝙ nō debeat celebrari super altare, quia nec Christus nec apostoli leguntur super altare aliquod spirituale hoc sacramentum celebrasse, nec instituisse vt in posterum celebretur, ergo videtur ꝙ incōuenienter est taliter ordinatum. ¶ In oppositum arguitur ex textu capituli præsentis, & ex. c vestimenta ea. di. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ vtrunque conueniēs institutum est videlicet, vt missa non celebretur in vestibus cōmuni vsui deputatis, sed in specialibus puta sacris. Et quod non nisi super altare aliquod consecratum celebretur. † De vestib. autem potest multiplex ratio assignari. ¶ Primo quia hoc in veteri lege ita obseruatum legitur. præcipit. n. dominus Moysi, vt faceret Aaron sacerdoti, & filijs suis vestes sanctas in gloriam & decorem, vt non nisi loti, & sacris vestibus induti sacerdotio fungerentur, sicut habetur Exo. 28. & 31. Et hoc quia per vestes sacerdotales virtutes quibus ornari debent Sacerdotes designantur, quæ in ipsis ministris reperiuntur ad digne peragendum tātum ministerij officium. Cum autem sacerdotes nouæ legis maioris debeat esse perfectionis, quam sacerdotes veteris legis cum potiora sint sacramenta quæ per ipsos tractantur, merito institutum est, vt sacerdotes nouæ legis non nisi vestibus sacris induti debeant celebrare hoc præstantissimum sacrificium. ¶ Secundo institutum est, vt non cum vestibus communis vitæ vsu pollutis diuina celebrentur mysteria vt detur intelligi ꝙ cum conscientia munda, & virtutum vestibus adornata domini sacramenta tractāda sunt. ¶ Tertio ad designandum, ꝙ minister altaris singulariter ꝑ alijs debet splendere cum aliquo exemplo sanctæ conuersationis. ideo ait Hierony. habet religio Christiana alterum habitum in ecclesiasticis officijs. Alium in communi vsu, vt clericus cuncto populo exemplum præbeat bonæ conuersationis. ¶ Quarto ad ornatum & decorem ecclesię hoc institutum est, vnde Dauid qui plurima disposuerat ad decorem ecclesiæ dicit in spiritu. psalm. 25. Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Quod vero etiam conuenienter institutum sit, vt missa nō nisi super altare celebreť. Ex hoc patet quia omnia sacrificia tam ante legem quam in tempore veteris legis figuratiua huius sacificij. s. corporis & sanguinis Christi oblata leguntur super altare aliquod. vnde Genesi. 8. dicitur. Aedificauit Noe altare, domino, & tollens de cunctis volucrib. & pecoribus obtulit super altare Abraam, etiam, vt habetur Genesi. 12. ædificauit altare domino, qui apparuit ei. Idem legitur de Moyse Exo. 25. idem de Salomone. 3. reg. 7. merito ergo ecclesia instituit missa in qua sacrificiū offertur, quod erat signatum per sacrificia primitiua non nisi super altare aliquod celebraretur. Nunc dicendum est ad rationes. ¶ Ad primam respōdetur negando cōsequentiā, licet. n. bene arguat ratio illa, sicut dictum est superius circa primum capitulum & dicetur infra in sequenti c. ꝙ huiusmodi vestes sacræ, & altare non sint de substantia consecrationis, nihilominus non arguit ꝙ non faciant ad solēnitatem decorem ratione quorum in processu temporis ecclesia ita instituit fiendum, vnde licet Christus instituēdo hoc sacramentum non fuerit vsus alijs vestibus, quam suis, non sequitur tamen propter hoc, quod ecclesia non conuenienter instituerit, quod alij ministri missam celebraturi alijs vestibus. s. sacris ministerium hoc peragant, sicut licet Christus hoc sacramētum instituerit & assumpserit post cœnam, nihilominus conuenienter ecclesia ordinauit, vt hoc sacramentum non nisi à ieiunis celebretur, vt infra ca. liquet dist. 2. præterea licet Christus ita fecerit, non tamen prohibuit aliter fiendum ab alijs rationibus supra assignatis. ¶ Ad secundā dicendū simili modo negādo consequētiam, quia dato quod apostoli vsi nō fuerint nec altari nec vestibus sacris in celebratione missarum, non sequitur, quod quæ post per prælatos ecclesiæ ordinata sunt ad ornatum ecclesiæ & decorem non sint cōuenienter instituta sicut est de vsu sacramentorum, vestium, & altariū, quemadmodum enim apostoli tempore suo potuerunt instituere aliqua quæ à Christo constituta non leguntur. ita eorum successores potuerunt alia circa cerimonialia & solennitates sanctorum ordinare, quæ prius obseruata aut non fuerunt, aut non leguntur. ¶ Ad tertiam respondetur negando assumptum, quoniam iste vsus vestium sacrarum in celebratione missæ non fit ad ostentationem & inanem gloriam, sed in signum qualis debet esse ille, ꝙ vult celebrare missam digne sicut dictum est, vnaquæque .n. illarum vestium significat virtutem necessariam aliquā sacerdoti, qui vult illi ministerio se dignè exhibere, vel ad decorem ecclesiæ, sicut dictum est in sacramentum tamē interioris decoris & pulchritudinis eius. ¶ Ad quartam respondeť negando etiā cōsequentiā ratione dicta superius.

3 Ad secundum Sic proceditur. † Et videtur ꝙ si ne vestibus sacris & altari sacrato non possit sacerdos consecrare sic, dispensatio sacramētorum & ordinatio eorum ad ministros ecclesiæ pertinet sicut dispensatio rerum temporalium subiacet ordinationi principum seculariū, vnde apostolus dicit. 1. Corint. 7. sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei, sed si circa dispensationem rerum temporalium aliquid fieret contra statuta principū, haberetur irritum, ergo si conuenienter statutum est per prælatos ecclesiæ, ꝙ non nisi cum vestibus sacris, & consecrato altari, & huiusmodi celebreť, videtur ꝙ sine his confici non possit. ¶ In oppositum arguitur, quia si non posset cōfici sine vestibus sacris & altari sequereť, ꝙ verba Christi non essent sufficientia ad hoc sacramentum conficiendum, quod est inconueniens, ergo sine vestibus aut altari consecrato potest sacerdos consecrare, & conficere hoc sacramentum. igitur & c. ¶ Respondeo dicendum, quod sine prædictis potest hoc sacramentum cōfici, iuxta ea, quæ dicta sunt superius in quæstione 2. mota circa primum capitulum huius partis. vnde Christus sine his confecit, talia .n. non sunt de substantia sacramenti, sed ad solennitatem & in figuram & ob reuerentiam sacramenti statuta sunt. Nihilominus grauiter puniendus veniret qui cōtrarium præsumeret. ¶ Ad argumentum igitur oppositum respondetur secundum S. Tho. in 3. parte. q. 83. art. 3. ꝙ non est simile de dispensatione rerum temporalium facta per principes, & dispensationes sacramētorum per prelatos ecclesiæ, quia dispensatio sacramētorum pertinet ad ministros ecclesiæ, sed consecratio est ab ipso Deo & ideo ministri ecclesiæ non habent aliquid constituere circa formam cōsecrationis, sed circa vsum sacramenti & modum celebrandi & ideo si sacerdos verba proferat super materiam debitam cum intentione consecrandi absque omnibus prædictis. s. domo, & altari, & calice, & corporali, & vestibus, cōsecrat quidem in rei veritate corpus Christi, peccat tamē grauiter ritum ecclesiæ non seruans. vnde Zacharias papa ob reuerentiam sacramenti instituit, & sub anathemate ꝓhibuit, ne quis missam celebraret absque sacerdotalibus vestimentis sacris & libro. Et in concilio Rhemēsi statutū est ꝙ nullus presbiter absque amictu & alba stola manipulo & casula præsumat missam celebrare. Patet ergo, ꝙ ista non sunt de substantia sacramenti, sed de solennitate & reuerentia sacramenti: quare licet sine illis vere sacerdos cōficere potest iustissime tamen arguendus veniret, qui sine talibus conficere aut celebrare præsumeret. Lege. ¶ [Concedimus] de iure, permittimus de dispensatione quod dē de capellis videtur esse de iure communi, quod de dio & sub tentorijs videtur esse ex dispensatione Hug. [in capellis] † Capellę hic dicuntur paruæ ecclesiæ non consecratæ,
4 sed ad hoc videtur necessaria permissio, nisi in hoc quod in nulla ecclesia non consecrata liceat celebrare diuina sine licenta episcopi, vt supra e. dist. Missarum. vel capellas, vocat qualiacunque tuguria siue domunculas factas in ecclesijs combustis vel iuxta eas coopertas vndecunque vel de pellibus caprarum secundum antiquam consuetudinem, & hoc melius [in itinere] No. ꝙ † in naui aut in flu
5 mine nulla necessitate est missa celebrāda ne effusio fiat sanguinis Hu. [Tabula cōsecrata]. i. altari viatico cōsecrato [sub dio]. i. sub aere nudo Hu. [Cæteraq; sacra ministeria] .i. vtensilia. s. vasa, vestes, libri, corporale, calix, & similia.

1 *Altare in quo consecrandum est corpus Christi an debeat esse lapideum, vel possit esse de alia materia.*



Ltaria. Sequitur. 7. c. eiusdem partis. Et diuiditur in duas partes. In 1. præcipit, vt altaria non cōsecrentur, nisi sint lapidea. In 2. vt in diuinis comprouinciales ordinem obseruent, quem metropolitani tenent. 2. ibi, ad celebrādū. ¶ Pro intellectu pleniori
1 huius c. querit. † vtrū altare, in quo consecrandū est corpus Christi,

Quartū ar. | Opponit & Respondet. | Hieroni. | Ad primū argu. | Ad secundū | Ad tertium | Ad quartū. | Primum argum. | Opponit & contrarium | Respondet. | Ad argu. S. Thomas. | Exponit literam. | Hugu. | Diuisio. | Quæstio.

Primum ar. Christi, debeat esse lapideũ, vel de alia materia esse possit. Et arguitur, ꝙ non oporteat esse lapideum. Primo exo. 30. habetur, facias altare de lignis Sethim. altare autē illud fuit altare holocausti, quo significatur altare, in quo repræsentatur oblatio veri holocausti, quod fuit oblatum pro humani generis redemptione, si ergo veritas debet responderere figuræ, videt̃, ꝙ altaria ecclesiæ lignea esse debent. ¶ Secũdm ar. Secundo sic. 3. reg. 7. legitur, quod Salomõ fecit altare aureũ, ergo videtur, ꝙ hoc metallum maxime conueniret altari, in quo consecratur corpus domini propter sui pretiositatem. ¶ Tertium ar. Tertio sic, legitur Exod. 20. ꝙ dominus præcepit, ꝙ fieret altare de terra. Item ibidem legitur similiter, ꝙd fieret de lapidibus insectis, sic ergo videtur ꝙ tempore gratiæ possit altare fieri de multis materijs. ¶ Quartũ ari Quarto in ecclesia Lateranensi est altare ligneum in quo B. Petrus, & alij sancti patres dicuntur celebrasse, ergo videtur ꝙ in primitiua ecclesia non erant altaria lapidea. ¶ Quintũ ar. Quinto nunc etiã altaria portatilia siue lapidea super quibus conficitur corpus Christi sunt lignea, pro maiori parte, & non lapidea ergo nõ oportet, ꝙ semper obseruetur quod dr̃ hic. ¶ Opponit & Respondet In oppositum est c. præsens quod factum est in concilio Hipponensi. ¶ Respondeo dicendum ꝙ conuenienter ordinatũ est, ꝙ altare cõsecrationis sit lapideum siue petrinum magis, quam de alia materia. duplici ratione vt S. Tho. ponit in tertia parte. primo quia competit, significationi huius sacramenti, Tum quia altare signat Christum: dr̃ autē 1. Co. 10. petra autem erat Christus. Tum ẽt quia corpus Christi in sepulchro lapideo reconditum fuit. Secũda rõ quia hoc cõpetit quo ad vsum sc̃ri, q̃a lapis habet cõitatẽ ex qua habet ꝙ sit facilis ad habendum, vnde non potest esse dispendium multum ex eius carentia. Tum ꝑꝑ durabilitatem ex qua habet aptitudinem ad hoc ꝙ consecretur, non. n. conueniret ꝙ aliquid vnctione sacra cõsecraretur, nisi esset solidum & durabile. Et quia oĩa ista expressius representant̃ in materia lapidea, quam in alijs ideo congruentius institutum est vt altaria sint lapidea quam de alia materia. ¶ Ad primum & scundum Ad rationes in oppositum. Ad primam & secundam simul respondet dupliciter. primo iuxta glo. & Hu. ꝙ illud de Exo. c. 30. ꝑpter figuram potius dictum est, quam ꝑꝑ aliud. Nã altare de lignis Sethim ibi per figuram dr̃ vita iustorũ mũda, firma, & incorrupta ad offerrendum sacrificia bonorũ operum præparata. ꝑ altare vero aureum, quod Salomon fecit, significatur conuersatio perfectorum, qui sunt in fide firmi, sapiẽtia fulgidi, & virtutibus ornati, quales debẽt esse Deo offerentes. Secundo respon. ꝙ non est simile de altari veteris legis, & de altaribus in tẽpe gratiæ, quia cum vbique terrarum celebretur mysteriũ corporis, & sanguinis Christi, necesse fuit, vt altare fieret de materia, quæ facilis esset ad habendum. hoc autem non erat necesse in veteri lege, cum in vno loco tantum altare fieret. ¶ Ad tertium. Ad tertiũ dicendum ꝙ vt dicit S. Tho. illud mandatum fuit ad idolatriam remouendum, siue, vt dicit̃ in 1. parte. 2. ad detestandum idolatriæ cultum, gentiles. n. idolis construebant altaria ornata, & sublimia, in quibus credebant, quid sanctitatis numinis esse. ¶ ad quartum Ad quartam & 5. simul respondetur hic ex hoc c. ꝙ altaria esse nõ possint nisi lapidea, sed bene hoc institutum ibi est ꝙ altare consecrandum non sit nisi lapideum. Cuius ratio assignata est iam ante in corpore quæstionis. Quod vero ligneum fuerit qñq; altare cõceditur, sed ex causa qua cessante institutum est. vnde Alexander Ale. de Halis de Halis in. 3. de hoc loquens dicit, ꝙ quia ab episcopatu apostolorum principis vsque ad tempora beati Syluestri seuiente persecutorum rabie certa non erat Statio episcopalis, sed vbicunque necessitas compulit siue in cryptis, siue in domibus religiosorum, siue in alijs locis quibuscunque, missam celebrabãt super altare ligneũ in modum arcæ concauum, quod ponebatur à sacerdotibus vbicunque episcopus Romanus latitabat, super quo die cenæ, & sabbato sequenti à summo pontifice ministerium peragitur sacerdotale. Lege. ¶ Exponit literam. [Metropolitani] vt infra dist. 2. institutio, & dist. 12. de his [debebunt] per hæc iura probatur, ꝙd quando subditi deuiant à cõsuetudine Metropolitanæ ecclesiæ in diuinis officijs, tunc Archiepiscopus est ordinarius iudex subditorum suorum suffraganeorum, quod dicit Hostiensis. Hugu. intelligendum, quando non habent certam consuetudinem, vel habent turbatam. Nam tunc recurrendum est ad consuetudinem metropolitanæ ecclesiæ, extra de censi. super eo. extra de spon. tuas alioqui nõ sunt vnius ecclesiæ consuetudines aliorum cõtraria cõsuetudine subuertendæ 12. dist. illud Arc. Arch.

3 *In altaris consecratione plura concurrunt.*
4 *Episcopus quare aspergat altare septies.*


Ltaria. Sequitur. 8. ca. eiusdem partis, in quo de consecratione altarium prosequitur, in quo tam materiam tangit consecrationis quam ministrorum eius. Breue est. pro pleniori intelligentia huius capituli duo veniunt discutienda.

1 ¶ Primum est, vtrum, postquã ecclesia est consecrata, conuenienter altaria consecrentur.

3 ¶ Secundum est, vtrum, forma, siue ritus consecrationis altaris solitus fieri in ecclesia, sit conueniens.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ ecclesia consecrata, non sit opus altaria cõsecrari. Prima q. Nihil. n. in ecclesia debet fieri frustra, quæ spiritu sancto gubernatur. sed consecrata ecclesia videtur omnia in ea consecrata, ergo videtur, quod frustra altaria per se seorsum consecrent̃. ¶ Opponit & Respondet. In oppositum est tex. præsentis capituli. ¶ Respondeo dicendum, quod conuenienter non solum ecclesia sed etiam altare consecratur. Et hoc triplici ratione. Prima est ad sacramentum domini ibi offerendum Gen. 8. ędificauit Noe altare domino, & tollens de cũctis volucribus, & pecoribus, mundis obtulit super altare, hoc autem significabant sacramentum corporis, & sanguinis domini, quod in memoriam passionis domini immolatur, iuxta illud ꝙ nobis dominus pręcepit Lu. 22. dicens, hoc facite in meam commemorationẽ. Secundo ad nomẽ Dei inuocandum Gen. 12. ędificauit Abraham altare Deo qui apparuit ei, & inuocabit ibi nomen domini. hæc autẽ inuocatio nominis domini, quę fit super altare, proprie dr̃ missa, eo quod, ibi cœlestis missus. s. Christus, à patre mittitur, qui ipsam hostiam consecrat, & per eundem à nobis patri mittitur, vt pro nobis intercedat. bene ergo ipsa hostia sacra missa vocari põt. Tertio consecratur altare ad reuerentius Deo decantandum, secundum illud Ecclesiast. 47. dedit illi contra inimicos potentiam, & stare fecit contra altare cãtores, & in sono eorum dulces fecit modulos. Ad arg. ¶ Ad rationes in oppositum respondetur, quod falsum est quod ecclesia consecrata, intelligãtur omnia alia in ea cõsecrata. vnde alia est cõsecratio ecclesię, alia altaris, & ideo vna sine altera, fieri potest.

2 Ad secundum Sic proceditur. † respondetur videlicet ꝙ virtus, siue forma quæ Respondet. obseruatur in consecratione altaris in ecclesia est conuenientissima, vt puta ordinata per sanctos patres, secũdum canonum statuta, in qua plura continentur mysteria designantia tam sanctitatem eius, qui in altari cõsecratur, quã 3 eorum, qui ad altare accedere debent, vbi notandum † ꝙd ad consecrationem altraris plura concurrunt. Primo quidem incipit pontifex, Deus in adiutorium. Et hoc quia ipse Deus ait. Sine me nihil potestis facere Ioan. 15. Et quia hæc dedicatio significat baptizandos, qui per perceptam fidem ad pugnandum se præparant, & qui adhuc sunt inter suspiria, & in certamine constituti, ideo nõ dicitur alleluya. Qui. n. baptizati non sunt laudibus Angelorum digni non sunt. post completam vero altaris consecrationẽ cantatur alleluya, quoniam exclusa dœmonum fantasia, Deus ibi laudabitur. Secundo aqua benedicitur, cuius aquæ exorcizatio fit ad effugandum inde inimicum. Tertio pontifex quatuor cruces cum ipsa aqua benedicta facit in qeatuor cornibus altaris, & vnam in medio, quatuor cruces in medio sunt ad designandum, quod Christus quatuor partes orbis per crucem saluauit. Secundo, quod, qui accedunt ad altare, debent ad quatuor referre, siue extendere charitatem suam scilicet ad Deum, ad seipsos, ad amicos, & inimicos. de quibus quatuor cornibus charitatis potest exponi illud Gene. 28. dilataberis ad oriẽtem, & occidentem, & septentrionem, & meridiem Tertio ad designandum quod quatuor modis crucem domini portare debemus, scilicet in corde per meditationem, in ore per confessionem, in corpore per mortificationem in facie per assiduam impressionem. Quarto loco pontifex septies altare circumit, ad designandum, quod ipse debet

a ¶ In cõsecratiõe altaris. altaria si non sunt mota, an debeãt recõsecrari exusta eccl'a. vide per Pet. de Anc. in ca. ꝓposuisti. nu. 6. de cõsecra. eccl. vel alta.

debet pro oĩbus puigilem curam impendere, q̃ p circuitũ designat.vnde de platis dr.Canticorũ.3. inuenerunt me vigiles qui circumibãt ciuitatẽ.debet.n.prælatus solicite vigilare super greges sibi commissos.Nam vt ait Gilbertus. ridiculosa,an magis periculosa res est speculator cœcus,p̃cursor claudus.negligens prælatus,[b] doctor inscius,præco mutus.Quare seruator noster ait.Si cœcus cœcum ducat ambo in foueam cadunt.Matt.21.vel per septem circumictus circa altare significantur septem meditationes & considerationes quas circa septemplicem virtutem, humilitatem Christi debemus habere,& per ipsas frequenter circuire.Primo virtus est ꝙ cum diues esset pauper factus est.Secundo ꝙ in præsepio fuit positus.Tertio,ꝙ parẽtibus fuit subditus.quarto,ꝙ sub manu serui caput illi inclinauit,quinto,ꝙ discipulum furem,& latronem & proditorem sustinuit.sexto,ꝙ ante iniquum iudicem mãsuetus stetit.septimo,ꝙ pro crucifigentibus clementer orauit.Quare,p hos septem circuitus, septẽ viæ Christi possunt designari.prima fuit de cœlo in vterum virginis.2.de vtero virginis in præsepium.3.de præsepio in mundum.4.de mundo in patibulum.5.de patibulo in sepulchrũ.6.de sepulchro in lymbum.7.de lymbo in cœlum.¶ Cõsequenter 5.loco episcopus spargit altare septies†septem.n.aspersiones aquæ sunt septem sanguinis Christi effusiones.Prima fuit in circuncisione 2.in oratione,quando sudor eius fuit sicut guttæ sanguinis.3.in corporis flagellatione.4.in capitis coronatiõe. 5.in manuum perforatione.6.in pedum cruci affixione.7.in lateris apertione.fiunt autem insuper hæ aspersiones cum aspersorio de Hysopo facto,per q̃ herbam quę humilis est Christi humilitas congrue designatur.fuerũt aũt prædictę sanguinis effusiones factæ cũ Hysopo humilitatis Christi & inextinguibilis charitatis, qua aspersa ecclesia catholica mundatur ad Heb.6.Sanguis Christi, qui per spũm sanctũ seipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis,ad seruiendum Deo viuenti.Et apo.1.dilexit nos,& lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.¶Sexto ponuntur reliquiæ.& capsella cum tribus granis thuris,& sic reconduntur in sepulchro, quia sine sanctorũ reliquijs,aut vbi illę haberi non possunt sine corpore Christi,non est facienda altaris consecratio fixi, sicut diximus superius,reliquiæ vero huiusmodi significãt exempla patrum vtriusque testamenti. reconduntur aũt hmõi reliquiæ sanctorum cum tribus granis thuris in capsula, quia exempla sanctorum cũ fide trinitatis.s. patris, & filij & spiritus sancti,debemus in memoria nostra figere.Supponitur autem,& adaptatur ipsi sepulchro tabula signo crucis ex chrismate roborata,si quidem per chrisma intelligitur spiritus sancti donum,quia cor nostrum ad obseruanda cœlestia secreta spũs sancti dona gratia roborat. Septimo loco incensum in ipso crematur,per quod significatur,ꝙ cor nostrum debet habere orationem feruentem & deuotam,quod signatur per cremationem thuris. Adoletur autem in quinque locis videlicet in quatuor angulis & ĩ medio,per quod significatur,quod quinque corporis nostri sensus sic, exercere debemus, vt fama boni operis nostri vsque ad proximos extendatur.secundum illud apostoli 2.Cor.2.Christi bonus odor simus in omni loco.& illud Mat.5.sic luceat lux vestra &c.Octauo loco altare vngitur chrismate,episcopus.n.super infundit oleũ, & chrisma.& cantatur.Et erexit Iacob lapidem in titulum fundẽs oleum de super, per oleum designatur spũs sancti gratia, quam Christus summus põtifex diffundit super altare nostrum,quod est cor nostrum.per chrisma vero quod conficitur ex balsamo,& oleo significatur,ꝙ debemus habere nitorem conscientiæ,& odorem bonæ famæ secundum illud apostoli.2.Cor.1.Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ.Chry.Clerici nullam debent maculã nec in verbo nec in cogitatu nec in facto nec in opinione habere,quia ipsi sunt pulchritudo,& virtus ecclesiæ,& si mali fuerint totam deturpãt ecclesiam. Nono loco altare mundis pannis operitur, per quod designatur cãdor & puritas,qua vestita est humanitas saluatoris nostri,vnde spõsa in canticis de eo ait.dilectus meus candidus & rubicundus Cant.5.primo mundus,& sanctus venit in mundum, postmodum passione cruentatus exiuit de mundo. præterea quod altare mundis vestibus operitur,designatur, q̃d cor nostrum,debet mundis operibus,adornari,secũdum illud Apoc.3.mũdis vestimentis induaris,ne appareat confusio nuditatis tuæ.Et eccle.9.Omni tempore vestimenta tua sint candida.i.opera sint munda,ideo super altare hoc ordine consecrato missa celebratur,quia vt dictum est supra e.dist.in c.omnis.Non debet fieri consecratio sine missa.Et hoc de 2.Lege.¶[Altaria consecranda chrismatis]large accipitur,quia vtroque oleo.s.sancto, & chrismate vnguntur altaria[Sacerdotali]id est episcopali Hugu. vtrunque præmissorum puto esse de substantia consecrationis. vnde Hispa.

Gilberuts

[b] ¶ Negligẽs prælatus. adde ꝙ talis est ab officio remouendus.Pe. de Anc. in c. 1.nu. 2. de offi. cust.

4 (margin, at "pus spargit altare")

Chryso.

Exponit literam.

1 *Oratorium proprium priuatum an liceat vnicuique habere in propria domo.*




VNicuique. Sequitur nonum c.eiusdem partis.Breue est.¶Pro pleniori intelligẽtia eius quæritur†vtrum liceat
1 vnicuique in domo sua habere propriũ oratorium priuatum.¶Ad hoc respond. de oratorio siue loco specialiter deputato ad orandum,loqui possumus dupliciter.vno modo de sacro siue consecrato,aut de non sac.Si primo modo non licet alicui habere sine consensu,& authoritate episcopi,vt supra e.di. c.Nemo.Si vero loquatur de loco orationi deputato non sacro vnicuique iuxta hoc c.habere licebit,& ibi orare. Missas vero celebrare non licebit nisi in gratia instante necessitate.& de licentia episcopi,vt in c.sequenti Clericos. Lege.¶[Oratorium]id est locum destinatum specialiter ad orandum supra eo.c.nisi & c.Sicut.in fin.Archid.[Missas]præsertim in festiuis diebus.Hug.[Non licet]vt ca.proximo c.clericos.

Quæstio. Respondet. Exponit literam.



CLericos. Sequitur c.decimum eiusdem partis.Breue est,& eiusdẽ quasi sententiæ,cum præcedenti.Lege.¶[Ministrant materia].i. officia in diurnis,vel nocturnis horis exercent[in oratorijs].s. priuatis,de consensu episcopi vt infra e Hu.

Exponit literam.



SI quis. Sequitur 11.c.huius partis,ꝙ diuiditur in tres partes. In 1.concedit fidelibus septima synodus, vt in oratorijs priuatis p̃pfatigationem familiæ possint missas audire.2.prohibet hoc diebus p̃cipuarũ festiuitatũ præcipiẽs,vt in illis in ciuitatibus aut parochijs missas audiant.3.imponit pœnam clericis,qui in p̃fatis solennitatibus in oratorijs sine licentia episcopi præsumpserint celebrare.2.ibi,Pascha vero.3.ibi,clerici vero hic nihil venit notabile discutiendum Notabitur autẽ aliquid infra e.di.c.missas.ibi vide.Lege.¶[Oratorium] priuatum.s. in domo, vel in proprietate siue possessione sua [proter fatigationem]nota propter difficultatem loci aut itineris aliquid temperari vel relaxari, quod alias generaliter obtinet.extra de ecc.ædi.ad audientiam di. 64.c.1. & videlicet cum longe permittimus.

Diuiso. Exponit literam.



TRibus. Hic incipit nona pars. in qua loquitur magister Gratianus de translatione ecclesiarũ, & reliquiarum, quia.n.superius dictum est ꝙ propter difficultatem ad parochiam accedendi, oratorium posse fieri extra parochiam, quia hac, vel simili necessitate ecclesiæ transmutantur de loco, ad locum, ideo hoc capit. subiungit, in quo ostendit ex authoritate Augu. quibus ex causis loca sanctorum ecclesia.intitulatæ nominib. sanctorum de loco ad locum possunt transferri. Et potest diuidi in tres partes secundum ꝙ tres assignat causas, propter quas ecclesiæ transferri possunt patent omnia.Lege. ¶[Loca sanctorum].i.ecclesiæ nominibus sanctorum intitulatæ.hic assignantur tres causæ.Prima de necessitas 7. p̃secutio,& infestatio eorũ,pro qua necesse est, illa loca, relinqui,vt 7.q.1.temporis.2.est difficultas locorum. s. quia difficile est illuc ire, vel ratione grauitatis intollerabilis itineris, vel ratione inundationis aquarum frequentissimæ, vel propter sublimitatem loci, vel infestationem ferarum, vel serpentum, & similium nociuorum animalium. tertia est societas malorum, de quorum conuersione, & pœnitentia desperatur. 7.quæstione 1.ca.aduersitas. circa fi.ibi Hugu.propter malitiam populi transfertur sedes episcopalis 25.q.2.ita nos.Et propter malitiam populi episcopus renuntiat dignitati. extra de renun.nisi cum pridem.sed etiam causa meliorationis monstratur. locus, vt 16.q.7.si quis vult.

Diuiso. Exponit literam.


Corpora. Sequitur 2.c.eiusdem partis,qa superius c.proximo dictũ est ꝙ ecclesię transferri possunt,ne crederet eas aliquis posse trasferri authoritate propria, subiungit hoc c.in quo ostendit ꝙ ecclesia non potest transferri sine consensu papæ vel episcopi.Sed verum est ꝙ nõ loquitur expresse de trãslatione ecclesiarum,sed reliquiarum per quas intelligitur per consequens de translatione ecclesię,quia in translatione ecclesiarum corpora sanctorum,siue reliquię solent trãsferri.vnde hic consueuit notula esse talis,cuius autoritate ecclesiæ debent transferri secundum Hu.Breue est.Pro pleniori intelligentia huius capituli quæruntur tria.

1 ¶ Primum,vtrum corpora sanctorum possunt transferri ad locum sine authoritate papæ,vel episcopi.

2 ¶Secundum,vtrum per hoc prohibeatur, ꝙ reliquiæ aliquæ,quæ sunt in aliqua ecclesia,non possint concedi alicui sine consensu papæ,vel episcopi.

3 ¶ Tertium,vtrum reliquiæ sanctorum possint furtiue recipi de loco,vbi sunt causa deuotionis,sine peccato.


Respondet, 1. Ad primum †Respond.iuxta glo.Aut tale corpus est in loco aliquo positum tanquam traditum perpetuę sepulturæ,aut non.Si primo modo dicendum est,ꝙ sine licentia papæ non est transferrendum .C.de reli.l.vlt.Nisi necessitas immineat puta ignis aut depredationis.tunc.n.sufficere videtur authoritas præsidis prouinciæ.C.e.ti.l.1.Si vero non est traditum perpetuæ sepulturæ,bene potest transferri sine auctoritate alicuius ad alium locum.C.e.tit.sed nec dum.

Respondet 2. Ad secundum †Respon.ꝙ non.vt dicit Hu. sed prohibetur, ꝙ corpora sanctorum quæ in aliqua ecclesia tanquam sepulturæ perpetuæ tradita sunt sine consensu papæ,aut episcopi,non transferrantur ad alium locum.

3. Ad tertium Sic proceditur.†Et videtur,ꝙ reliqæ sanctorum furtim recipi possunt de loco vbi sunt causa deuotionis sine peccato. ¶ Primo sic, sancta & diuina virtute sacrata humana iniuria violari nõ possunt, sed corpora sanctorũ diuina virtute sacrata sunt, ergo nulla violentia possunt violari, & per consequens sine peccato sacrilegij possunt subtrahi,& asportari. ¶ Secũdo sic. Corpora sanctorum quandoque sunt sepulta indecenter,puta,quia in terra infidelium sunt recondita, ergo videtur,ꝙ in tali casu liceat illa subtrahere sine peccato sacrilegij.¶ Tertio sic,quod,sit causa deuotionis, non videtur esse peccatum sacrilegij,sed talis subtractio corporum & reliquiarum sanctorum fit deuotionis causa, ergo non inuenitur peccatum sacrilegij.¶In oppositum est textus præsens. ¶ Respõdeo dicendum,ꝙ talis subtractio corporum sanctorum,siue reliquiarum fieri non potest sine peccato sacrilegij,nisi cum essent apud infideles recondita, quoniam talis subtractio furtiua non potest fieri sine iniuria ipsorum,quorum reliquiæ sunt.vnde peccatum sacrilegij committitur auferendo sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro.Non posset etiam fieri sine iniuria sanctæ sinodi Maguntinensis quæ hoc c.instituit,& apostolicæ sedis,quæ illud confirmauit.¶ Ad rationes. ¶ Ad primam. respondetur negando consequentiam. quia,licet ille, qui irreuerenter pertractat res sacras non noceat ipsis sacris rebus,peccat tamen,illas irreuerenter tractando,ꝙ facit, quando sine licentia superioris præsumit sanctorum reliquias furtiue suscipere.¶ Ad secundum dicitur, ꝙ in illo casu iuxta c.præcedens.tribus licite possunt de terris infidelium,qui illas iniuste possident, & de eorum dominio, auferri,& ad loca Christianorum transportari. ¶ Ad tertiũ dicendũ,ꝙ deuotio est exercenda sine iniuria alterius: talis aũt furtiua sublatio reliquiarum non potest fieri. primo sine iniuria papę,cuius authoritas contemnitur 2.nec põt fieri sine iniuria sanctorum,quia ex quo corpus [traditum est perpetuæ sepulturæ sine iniuria eius inde ferri nõ põt.Si vero perpetuæ sepulturę traditũ non est, tunc absq; alicuius licentia vt dr̃ mag. Au.de Anchona ad locum aliũ transferri potest,vbicunq; maiori reuerentia transferẽtiũ possit venerari.Le.¶Principis].i.papæ 18.q.2.diffiniuit vel principis.i.regis,vel Imperatoris,sed tunc localiter intelligendũ est,vbi.s.nõ posset fieri hmõi trãslatio,sine scãdalo, siue sine cõsilio principis fieret,& spãliter de ecclesijs, quorũ est patronus ẜm Hug.[Synodi].i.clericorũ maioris ecclesiæ,qui aliqñ dicuntur concilium,vt 12.q.2.placuit.


[Left margin: Primũ arg. / Secũdũ ar. / Tertiũ arg. / Opponit & Respondet / Ad primum arg. / ad scd̃m. / Ad tertium. / Augu. / Exponit literam. / Hugu.]

1 *Vestimenta,& ornamenta,quæ non sunt consumpta cum reparantur,an debeant iterum benedici.*


Ligna. Hic inipit decima pars huius distinctionis,in qua probat magister Gratianus per sex capitula,quod ligna vetusta ecclesiæ,& alia vestimenta & ornamenta ecclesiæ non debeant redire ad humanos vsus. Breue est.Non diuiditur.ratio huius capituli est,vt dicit S.Tho.in 3.parte q.83.quia ipsæ ecclesiæ consecratæ aliquam spũalem virtutem adipiscuntur per consecrationem,ob reuerẽtiam ergo ecclesiæ talia ad humanos vsus redire non debent.Lege.¶[Aliam ecclesiam]faciendam vel reficiendam Hu.[profectum]non tamen indifferẽter,sed in capitulo,vel dormitorio,vel claustro,& huiusmodi locis religiosis,nõ in coquina,vel stabulo,vel vineis pastinandis,aut latrina,vel reliquis hmõi vsibus[laicorum opera].i.vsus honestos,siue inhonestos ar.7.q.2.quę semel cõsecrata sunt,.non debere amplius redire in vsus laicorũ c.Semel Deo.de re iudic.lib.6.19.q.3.quæ Semel &c.¶Sic surgit hic duplex q.1.†vtrum vestimenta, & ornamenta,q̃ sunt consumpta,cum reparantur,debeant iterum benedici.Ad hanc respondetur iuxta dominum Albertum,quod non,etiam si per partes plures reficiantur,dum tamen tota forma simul non soluatur.¶ Secunda quæstio,vtrũ idẽ est de lignis,& ornamentis ecclesiæ consecratæ.ad hanc respondetur ẜm Hu.in hoc c.ꝙ si ibi diuina officia sunt celebrata idẽ est dicendũ,qđ dicẽdũ est de lignis ecclesiæ cõsecratæ,eo excepto qđ ad plures vsus clericorũ honestos põt cedere plura in hortulo vel vinea iuxta ecclesiam & Hu.

[Right margin: S.Tho. / Exponit literam. / Prima q. / Secunda q.]

1 *Ignorantia iuris non excusat.*
2 *Laici mortui aliqua veste induti dandi sunt sepulturæ.*
3 *Homines post diem iudicij an erunt induti,vel nudi. & num.5.*
4 *Homines fuissent nudi in statu innocentiæ sicut Adam.*
6 *Negligentia aliquando est punienda vt factum.*


Nemo. Sequitur 3.c.huius partis,quod diuiditur in quatuor partes.In 1. prohibet mortuos inuolui ornamentis,aut vestimẽtis altaris.In 2.imponit pęnam circa hoc se negligenter habentib.In 3.docet qualiter vela,& alia altaris ornamenta debeant lauari cũ sordidari contingat.In 4.incantat ostiarios, vt diligenter obseruent ne quis manus suas tergat ad cortinas,siue velũ altaris.2.ibi,qui hæc fecerit.3.ibi,Quod pallę.4. ibi, cura etiam sit.de quibus in expositione literę plene videbitur.

1 Lege.¶[Nemo per ignorantiam]iuris†quia talis ignorantia non excusat dist.38.c.quando,& ne illi[mortuum] vult dicere,quod cadauera mortuorum non sunt inuoluẽda palla,quę fuit in altari.[Aut certe quę Diacono data est in mensa dñi].s.cum qua calix inuoluitur,seu in qua sacerdos post consecrationem manus tergit, quod salua gratia Hu.& glossatoris,& Arch.non tam de laicis, quam clericis venit accipiẽdum. quia licet clerici maxime epi,& sacerdotes in morte sacris vestibus induantur sui ordinis,p quas dicuntur signari virtutes,& bona eorum 44.di.ca.1. Cum quibus prę cęteris sunt domino pręsentandi,nihilo minus non sunt inuoluenda palla altaris.Quod vero solẽt laicorum cadauera cooperiri palla altaris vsque ad sepulchrum,licet non inuoluantur,vt dicit Hu.non est laudabilis consuetudo.Considerandum tamen†quod laici mortui

2 aliqua veste induti dandi sunt sepulturę.Tum in figurã, ꝙ in indumentis virtutum,& sanctorum, operam repræsentandi sunt domino secundum illud apost. 16.beatus q custodit vestimenta sua,ne nudus appareat siue ambulet. Et maxime videntur mortui induendi vestibus pœnitentię. s.Cilicijs,in signum ꝙ contriti,& vere pœnitentis exierint de vita pręsenti,pœnitentiã agite appropinquabit regnũ cœlorum,inquit saluator Mat.3.Tum 2.pp honestatẽ qua rõne ẽt Christus inuolutus syndone legitur Mat. ¶ Circa quam partem eo ꝙ tam Hu.quam Arc.mouent hic qõnẽ

3 †vtrum hoĩes post diem iudicij erunt induti vel nudi.ideo eãdem disputemus. videtur ꝙ debẽt esse vestiti. Primo ex eo ꝙ iã dictũ est ꝙ mortui vestiti tradẽdi sunt sepulturę.in quo vr̃ ꝙ in alia vita vestiti nõ nudi esse debẽt.¶ Scd̃o arguit sic,ex eo,ꝙ Angeli hoĩb.apparentes vestiti apparent. ¶ Tertio ideo,qa Christus in trãsfiguratione ẽt vestitus apparuit,

[Right margin: Diuisio. / Exponit literam. / Contra H. & Arch. / Hugu. / Matt.27. Quæstio. / Primum ar. / Scd̃m ar. / Tertium ar.]

Opponit in contrarium. paruit, vt legitur Mat.17.& Mar.9.¶ In oppositum est, qa in ea forma erimus in qua fuit Adã ante pctm̃.s.añ pctm̃ nudus fuit, vt legitur Ge.2. ergo post diẽ iudicij nudi erũt homines. ¶ Respondet, dicendum ꝙ loquendo de vestibus istis corporalibus quibus homines in præsenti vita vtuntur ad tegendum & protegendum se post diem iudicij non erunt induti. ratio est quia vt ait S.Th.in 2.2.q.12. vestitus necessarius est homini ꝫm statum præsentis miseriæ propter duo. primo quidem propter defensionẽ ab exterioribus nocumentis, puta intẽperie caloris, & frigoris. Secundo ad tegumentum ignominię, ne turpitudo appareat. in quibus præcipue manifestatur rebellio ad spiritum carnis. Ex isto accipiuntur duæ conclusiones. ¶ Pri-

Respondet.

Prima cõc. 4 ma † ꝙ in statu innocentiæ hoĩes fuissent nudi sicut Adã, & Eua nudi creati sunt, ratio quia illa duo propter quæ vestitus est necessarius non erant in statu innocentiæ, plane in statu illo corpus hominis non poterat per aliquod extrinsecum lędi manente anima sub obedientia Dei. Nec etiam erat in statu illo aliqua turpitudo in corpore hoĩs, quæ confusionem induceret, vnde Gen.2. dr̃, erant autem vterque nudus Adam & vxor eius, & non erubescebant quia nullam legem senserant in membris esse refrenãdã.

Secunda cõc. 5 ¶ Secunda conclusio † ꝙ in statu vitæ futuræ non erit vsus huiusmodi vestimentorum, quæ conclusio tanto clarior redditur, quanto in illo mortalitatis statu sanctorum corpora impassibilitate decorata, & omni vitio, & deformitate, ac turpitudine semota lucis pulchritudine vestientur, fulgebunt.n. iusti sicut sol in regno patris eorum dicit Mat.13. Et sapientię 4. dr̃, fulgebunt iusti, & tanquam scintillę in arundineto discurrent, de quibus gloriæ vestibus, dicit Beatus Augus. super psalm.31. Non tunicas inspectu ri sumus in regno cœlorum dicit Christus de bonis ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt.s. vt ait gl. innocentia & immortalitate vestiri. ¶ Ad argumenta autem inducta in contrarium respondet, ꝙ non procedunt. Nõ primum, quia mortui traduntur sepultura vestiti. Tum propter honestatem, tum propter significationem, vt dictum est, in signum, ꝙ virtutibus, & sanctis operibus vestiti & ornati diuinæ maiestatis conspectui præsentandi sunt, quoniam in illo iocunditatis conuiuio nõ admittitur quisquam qui veste nuptiali quę charitas dicitur nõ comparuerit vestitus, vt colligitur Matt.22. ¶ Secundum etiam non militat de Angelis, quia ex hoc ꝙ angelis in assumptis corporibus non nudi appareant hominibus sed vestium figuras habentes, non sequitur ꝙ ipsi, aut alij sancti, huiusmodi corporalibus vestimentis indigeant, aut vtantur in alia vita. similiter ad tertium dicendum est negando consequentiam [hoc fecerit] secunda pars [vel leuiter] quasi pro nihilo reputauerit, & sic neglexerit & non correxerint, qđ fecit. dicit.n. ꝙ in hoc casu [diaconus triennio sexque mensibus à dominico erit remotus altari graui percussus anathemate] .i. suspensione à ministerio altaris, & forte omni officio ecclesiastico. Hu.1.q.1. reperiun-

Ad primum argu.

Ad secundũ

Hugu. 6 tur. † Argu. ꝙ negligentia vt factum quandoque punienda est. 18. dist.c. nulli fas ẽ. generali c. Si compromissarius glo. in verbo negligenter de elec. li.6. [presbyter 10. annis quinque mensibus, vel sex sit excommunicatus] .i. à communione remotus [ministeria sibi subiecta] .i. ministros sibi subiectos. Notat Hug. ꝙ iste propter hoc non est excõmunicandus, vel diaconus anathematizãdus, nisi vbi nollent cessare, hæc pęna est facientiũ, & cõsentientiũ, siue negligentiũ. [Quod pallę] 3. pars.i. panni altaris benedicti, ꝑ quas, ẽt corporalia, & sindones sup quas corporalia extendunt̃, accipiunt̃. [Et ministeria vasa] .i. vasa ad ministeriũ altaris ꝑtinentia lauanda sunt cũ sordidari cõtingat [à diacones siue humilibus ministris] humilibus.i. deuotis. Est autẽ differentia in lauando, qm̃ corporalia quæ dicuntur velamina super quibus ponitur corpus Christi, lauanda sunt in sacrario, & in pelui specialiter ad hoc deputata. Cuius rationem adiungit dicens [Ne puluis] .i. minutæ particulæ corporis domini sacri male decidat ad locum.s. vbi pedibus posset conculcari [Sindonem] .i. ornamentum altaris [foris] non dico extr. ecclesiam, sed extra sacrarium, vel foris.i. ꝑ se seorsum separatim à corporali quasi in alio vase [& non erit peccatum] alicui operanti hoc.s. ablueti. Est autem considerandum, vt dicit Hu. ꝙ hæc, quę in hoc capitulo dicuntur de lauandis palijs velaminibus, & cortinis, & reliquis non obseruantur hodie generali consuetudine obtinente saltem in istis nostris partibus in contrarium. Nam præter corporalia omnia alia lauantur extra ecclesiam, & fœminis indifferenter vbicunque in flumine, vel riuo, vel in domo, vel extra [cura sit] 4. pars [velum] ianue vela sunt cortinæ quæ in ecclesijs extenduntur præsertim in festiuitatibus, & in quadragesima [incongrue] .i. improuide.



IN sancta. Sequitur c.4. eiusdem partis. Et diuiditur in duas partes. In prima dicit statutum esse in apostolica sede, vt sacra vasa non nisi à sacratis contrectentur hominibus. In secũda assignat rationem huius.s. cunda ibi, ne pro talibus. Circa hoc capitulũ pro huius ꝑeniori intelligentia. Quærũtur duo. Diuisio.

1 ¶ Primum, vtrum vasa sacra possint vendi, vel obligari laico.


2 ¶ Secundum est, vtrum à monialibus sacratis, & Deo dicatis liceat dominica vasa contingere, & contrectare.

1 Ad primum dubium. † Quantum est ad vendendum respondetur. ꝙ propter necessitatem in eadem forma vendi possunt alteri ecclesiæ, vt colligitur ex c. ligna. s.e. dist. conflata vero possunt vendi cuilibet etiam laico, vt 12.q.2. Aurum. Quantum vero ad obligationem rñdet. Hu. ꝙ si vasa obligata remaneant apud ecclesiam bene possunt obligari. Si vero debeant deferri ad laicũ, & ille vellet ea tenere in loco honesto siue consecrato tolerabile est. Secus si vellet cõtractare vel habere aliquem alium vsum. Respondet. Hugu.

2 Ad secundum † Respondet idem Hugu. ꝙ non possunt cõtractare moniales vasa sacra.s. ministrãdo quod est officium virorum, dicit ꝙ de hoc rependuntur quia virilia officia exercebant in ca. sacratas dist.14. alias liceat eas illa tangere, & honesta contractare. Sed vr̃, ꝙ nec in ministrando, nec alias, vnde in præfato capitulo sacratas, non tantum, ꝙ incensum offerebant, ꝙ erat virorum officium, sed ꝙ vasa sacra, & sacratas pallas contingebant, & hoc idem patet in capitulo sequenti. Leg. ¶ [Vasa sacra] .s. calix, & patena [dicatis] .i. clericis [contractentur] .s. in ministrando, vel etiam alias vtẽdo, nec etiam in tangendo, nisi ex certa causa, & de licentia ecclesiæ. Hu. Sicut in casu vbi calix reparãdus venit ab aurifabro, vel auferendus de manu latronis, vel eleuãdus de loco inhonesto [Ne pro talibus] 2. pars [pereant] .i. puniantur pœna temporali, & corporali. talibus.n. quandoque vnus punitur pro peccato alterius, sicut pro peccato principis, vel patris, nõ autem spirituali, & ęterna, de quo .s.1.q.4. in summa. Respondet. Exponit literam.



VEstimenta. Sequitur 5.c. eiusdem partis. Et diuiditur ĩ duas partes: In prima præcipit vt vestimenta ecclesiastica non in alijs vsibus quã in eis ad quos sunt deputata, & ꝙ non nisi à sacratis hominibus contingantur. In 2. assignat causam. 2. ibi, ne vltio, nihil hic aliud dicendum occurrit &c. Lege. ¶ [Frui] .i. vti [contingit] tamen est in c. pręcedenti [ne vltio] secunda pars [pereant] .i. puniantur pœna temporali, & corporali [Balthazar] legitur Daniel.5. ꝙ Balthazar fecit conuiuium grande optimatibus, & fecit asportari vasa quæ Nabuchodonosor auus eius asportauerat de tẽplo domini, & biberunt in eis rex, & optimates, & vxores, & concubinæ eius ratione cuius prophanationis perdidit vitam & regnum eius, & successit ei in regno Darius rex Medorum &c. Diuisio. Exponit literam.



AD nuptiarum. Sequitur 6.c. eiusdẽ partis. Et diuiditur in duas partes. In prima dicit, ꝙ ministeria diuina.i. ornamenta ecclesiæ non prestentur ad nuptiarum ornatum. In 2. assignat rationẽ ibi. Secunda nedum nihil hic discutiendum occurrit. Lege. ¶ [Ministeria] .i. ornamenta, quod vero dicit gl. argumentum ꝙ de veste alicuius dominæ, vel domini, non debeat fieri casula, vel aliquis ornatus ecclesię, nõ vr̃ verum ꝙ ex litera hoc arguitur. arguit autem, si ornamenta facta ex talibus vestibus mulierum, aut virorum non benedicerentur, antequam ministerijs deputarentur diuinis, hoc autem non sit, sed prius benedicuntur, per q̃ benedictionem digna ad officium sacri mysterij redduntur, quare quod dicit Io. de Deo vt ait Arch. ꝙ illi qui de vestibus Diuisio. Exponit literam. Cõtra glo. Contra Io. de Deo & Archi.

vestibus mulierum, vel virorum faciunt planetas, & alia ornamenta ecclesiæ faciunt contra Deum, & sacros canones non videtur verum.



VAsa. Hic incipit vndecima pars in qua magister Gratianus postquã de vasis, & vtensilibus ecclesiæ reuerenter tractãdis generaliter perdocuit. Nunc, quæ sint, & qualia debeant esse vasa, & corporalia, in quibus conficitur eucharistia in tribus subiectis capitulis annectit, vnde talis notula hic habetur, quæ sint, & qualia debeant esse vasa, & corporalia in quibus cõficitur eucharistia, diuiditur autem hoc c. in 4. partes. In prima proponit quæstionem, an in vasculis ligneis liceat consecrare. In secunda ponit responsionem. In tertia narrata vera consuetudine hactenus obseruata circa hoc statuit cõcilium Ilerdense, vt nullo modo quis in vasculis ligneis conficere præsumat. In quarta assignat causam. secunda ibi, vt quondã. 3. ibi, nostris diebus. quarta ibi, ne vnde. Quæ disputanda hic veniunt in sequenti cap. discutientur. — Diuisio.

1 *Consecrare an liceat in calice de alia materia quam de auro argento, vel plumbo.*



VT calix. Sequitur secundo c. eiusdem partis quod diuiditur in tres partes. In prima statuit concilium Rhemẽse, vt calix cum patena, aut de auro, vel de argento, vel saltem de stanno fiat. In 2. prohibet, ne fiat de ære, vel auricalco. In 3. ne fiat de ligno, vel de vitro. 2. ibi, de ære autem. 3. ibi, nullus autem. &c. ¶ Pro pleniori intelligentia præsentis capituli. Quæritur. † Vtrum liceat in calice de alia materia quam de auro, argento, vel plumbo cõsecrare. Et videtur ꝙ sic. primo ꝙ in calice de petra liceat, quia calix significat sepulchrum domini, quod excisum est in petra, sicut dr̃ numeri. 51. dicit autem Hug. quòd calix sepulchrum significat, patena vero lapidem suppositum, ergo videtur ꝙ nõ de auro, vel argento, vel stanno, sed de lapide esse debeat. — Diuisio. Quæstio. Primum arg. 1

¶ Secundo sic, videtur ꝙ in calice de ligno esset consecrãdum per hoc, ꝙ antiquitus quando pauperiores fuerunt ecclesiæ sacerdotes vtebantur calicibus ligneis, sicut. s. habetur c. vasa. ¶ Tertio sic, videtur ꝙ in calice de vitro, per hoc quod in præcedenti ca. dr̃. ꝙ Zepherinus 16. Romanus pontifex patenis vitreis missas celebrare instituit. ¶ Quarto ꝙ non in calice aureo sit celebrãdum, per hoc ꝙ Ambrosius dicit in lib. de officijs, & habetur 12. q. 1. aurum vbi dicit aurũ sacramenta non quærunt. ¶ In oppositum est tex. præsentis capituli, in quo ponitur aperta determinatio præsentis quæstionis, & fuit hæc diffinitio facta in concilio Rhemensi, vbi prohibetur, ꝙ calix nõ fiat de ære, siue de aurichalco, quia ob vini virtutem eruginẽ parit, & vomitum prouocat, de ligno vero prohibetur calix fieri, quia cum lignum sit porosum absorberet sanguinem: de vitro etiam prohibetur propter fragilitatẽ, quia cum vitrum sit fragile, si de illo calix fieret periculum effusionis immineret. quare in supradicto capitulo vasa Vrbanus papa omnia mysteria fecisse dicitur argẽtea. in hoc .n. sicut in reliquis cultibus magis, & magis per incrementa temporum decus succreuit ecclesiarum, & ita propter reuerentiam sacramenti, vt dicit S. Tho. in tertia parte ordinatum est, vt de dictis materijs calix fiat, vt dictum est in capit. præcedenti. ¶ Ad rationes. Ad primã respondeẽ ꝙ nõ licet in calice lapideo celebrare. Et ad ꝓbationẽ r̃ndetur negando consequentiam, vnde licet calix significet sepulchrum Christi non sequitur propter hoc quod significans & significatum debeant in materia conuenire. ¶ Ad secundam & tertiam dicendum est negando consequentiam, quia licet aliquo tempore hmõi calicibus de ligno, & vitro sacerdotes vsi fuerint, postea tamen propter periculum, quod imminebat, etiam propter vasorum inutilitatem aliter statutum est, vt ex dictis patet, ¶ Ad quartam respondeẽ, iuxta magistrum Alex. de Hal. in 4. ꝙ vt ex dictis ibidem colligitur Ambrosius, & canon loquuntur in casu quo res ecclesiarum distrahendæ sunt pro alimonia pauperum, & pro redemptione captiuorum, vnde dr̃ ibidem nonne dicturus est dominus. Cur passus es tot inopes fame mori, & certe habebas aurum de quo ministrasses alimoniam. Cur captiui in captiuitatem ducti nec redempti ab hoste occisi sunt, quod dices, timui ne templo — Secundũ ar. Tertium ar. Quartũ ar. Opponit & Respondet. S. Thomas. Ad primũ argu. Ad secũdum Ad tertium. Ad quartũ. Alex. de Ha.

Dei ornatibus deesset, respondebit aurũ sacramenta non quærunt ornatus sacramentorum redemptio est captiuorum. Aliqui exponunt sic. Aurum sacramenta non quærunt, quantum ad sui efficaciam. Non .n. minorem efficaciam habent si in alterius modi vasis conficiantẽ, vel non quærunt quo ad hoc vt inde magis placeant Deo. Non .n. ex eo ꝙ in auro conficiuntur magis placent Deo, sed ex conficientium sanctitate, & virtute, litera patet ex dictis si ne aliqua alia expositione.

1 *Corporale in quo celebrandum est, an conuenientius fiat de serico, quam de lineo panno, & de albo quam de intincto.*



COnsulto. Sequitur tertio capitu. eiusdem partis, in quo postquam magister Gratianus ostendit, de qua materia calix formandus sit, hic idem ostendit de corporali dicẽs, quod corporale super quod sacrificium altaris celebrandum est, non de serico panno, aut intincto, sed de puro linteo ac ab episcopo cõsecrato debet esse. Breue est, sed pro pleniori intelligentia præsentis capituli. ¶ Quæritur † vtrum corporale in quo celebrandum est conuenientius fiat de serico, quam de lineo panno, & de albo, quam de intincto. ¶ Et videtur primo, ꝙ corporale deberet esse de panno serico, quia sicut aurum est prætiosius inter materias vasorum, ita sericum inter alios pannos. ergo sicut calix fit de auro ita corporale deberet esse de serico. ¶ Secundo hoc idem probatur, quia cum corpus Christi consecrandum sit maxime nobilitatis, videtur ꝙ corporale sup quod celebrandum est tantum sacrificium debeat esse de nobiliori materia panni cuiusmodi est sericũ. Tertio ꝙ nõ tm̃ debeat esse de pãno albo sed etiam rubeo, aut tincto, arguitur sic. in hoc ministerio repræsentatur sponsus ecclesiæ, sed in statu passionis non tantum fuit candidus, sed etiam rubicundus iuxta illud Cant. 4. amicus meus candidus & rubicundus. ergo. ¶ In oppositum est c. præsens. ¶ Respondeẽ dicundum † ꝙ institutum hoc sanctorum patrum ꝙ corporale debeat esse non de serico, aut panno tincto, sed de panno lineo, puro fuit conuenientissimum, & hoc triplici ratione. Primo propter repræsentationem sepulturæ Christi, quia corpus Christi in sindone linea sepultum fuit, & hoc ratio assignat in litera. Secundo propter maiorẽ munditiam, quoniam inter omnia genera pannorum illa quę sunt de lino puro ad candorem perspicuũ perducta mundissima sunt, & melius possunt mundari. Tertio conueniẽtia ista colligitur ratione mysterij profundioris. profundius .n. significant panni huiusmodi albi ea quæ Christo contingebant, quod ex verbis canonicis etiam colligitur. dicit .n. ꝙ sacrificium celebrandum est. Primo in puro lino, in quo notatur puritas, & innocentia omnimoda sine macula aliqua ipsius saluatoris, purum .n. est, cui nihil est admistum alterius naturæ. Secundo additur terreno, in quo notatur corpus ipsius saluatoris passibile, & mortale de corpore terreno virginis assumptum. Tertio subiungit canon procreato, atque contexto .i. panno lineo multiplici tunsione ad candorem perducto, in quo significatur Christi passio, in qua Christus cruciatibus, & doloribus ad gloriam peruenit immortalitatis, & ita sancti Dei per multas tribulationes perueniunt ad regnum Dei Act. 14. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam, quoniam pannus sericus licet sit prætiosior panno lineo non tamen propinquitate tanta corpus domini repræsentat. per idem patet respondet. ad 2. ¶ Ad tertiam etiam pariter respondeẽ, ꝙ nec pannus tinctus ita repræsentat omnia supradicta, quæ fuerunt in Christo, sicut pannus non tinctus. Præterea ratio non militat, quia sicut dr̃ in litera pannus in quo sacrificium, altaris celebratur repræsentat sindonem, in qua inuolutum erat corpus domini in sepulchro. Et dicit Hug. quòd corporalis palla sindonẽ, qua inuolutum fuit corpus Christi significat, hanc autem significationem non ita faceret pannus tinctus, quare pannus lineus albus per totum conuenientior materia est corporalis altaris Lege. ¶ [Consulto] .i. consilio omnium astantium, qui super hoc sunt consulti. Hug. [puro] non alia materia commisto, vel mundo vel candido Hug. Ad hoc concordat concilium Grangense, vt ait Brochardus lib. 3. vbi sic dicit corporale super qđ sacra oblatio immolatur ex mundissimo linteo sit, nec in eo al — Quæstio. Primum argum. 1 Secundum argum. Tertium ar. Opponit & Respondet. 2 Ad primum & secundũ argu. Hugu. Exponit literam.

Io. de Deo. eo alterius generis materia prætiosior, aut vilior misceatur &c. vnde dicebat. Io. de Deo, quòd illi grauiter offendunt, qui mittunt in confectionem farinæ ad hoc quòd stet rigidum super calicem [Sindone sepultum fuit] Mar. 10. aut serico sed lineo puro obuoluendum est, moraliter autem ille in sindone mūda Iesum inuoluit, qui eum pura mente suscipit hinc ecclesia sacrificium altaris, non serico nec panno intincto, sed lineo terreo celebrat, sicut corpus domini in sindone munda sepultum est, sicut à Papa Syluestro institutum est hæc gl. Mar. 15.

2 *Missa capitur multipliciter.*
3 *Antiphona quid dicatur.*
4 *Kyrie eleison, christe eleison, quare dicantur nonies. Et quare in græco, & non in latino. nu. 5.*
6 *Sacerdos quare dicat dominus vobiscum, magis quam Deus, vel Iesus vel Christus sit vobiscum.*
7 *Populus quare resalutat populum differenti modo.*
8 *Ministerium verbi Dei est triplex.*
9 *Verba quare sint in tribus linguis in sacrificio missæ.*
10 *Instructio est duplex.*
12 *Manuum ablutio fit in celebratione missæ propter duo.*
13 *Turificatio pertinet ad duo.*
14 *Sacerdos quare se vertat quinquies ad populum.*
15 *Hostiæ fractio tria significat.*
16 *Calix duo significat.*
17 *Iacobus Alphæi quare cognominatus sit iustus.*
18 *Fratres dicuntur quatuor modis in diuina scriptura.*
19 *Christus dicitur primus celebrasse missam.*



Acobus Hic incipit secūda pars huius distinctionis. Superius magister Grarianus multa de altari erigendo, consecrando, & vasis eius, & præsertim in quib. eucharistia conficitur hucusq; disseruit. Sed quia altare non ob aliud erigitur nisi vt ibi missarum solennia celebrentur. Nec eucharistia est conficienda, nisi in missę celebratione, nunc consequenter ostēdit à quibus missæ celebratio edita sit & à quibus sumenda, quia à ieiunis, & quo tempore, siue hora missa celebrāda sit, & hoc per septem capitula sequentia. In hoc autem primo capitulo in quo tantum agit de his à quibus missæ celebratio quantum ad apparatum huius solēnitatis processit, dicit quòd Iacobus frater domini secundum carnē, & Basilius Cesariensis episcopus ediderunt missæ celebrationem. Breue est. Quia autem in celebratione missæ multa dicuntur, & plurima peraguntur. Pro ampliori intelligentia huius capi. duæ quæstiones veniunt hic explicādæ.

1 ¶ Prima est, vtrum conuenienter ordinentur ea quæ circa missæ celebrationem dicuntur.

11 Secundum, vtrum ea, quæ in celebratione missę aguntur, sint conuenientia.

1 Ad primum sic proceditur. † Et videtur ꝙ non conuenienter ordinata sint ea, quæ circa hoc sacramētum in missa dicuntur. ¶ Et primo sic. hoc sacramentum verbis Christi consecratur, vt Ambrosius dicit in libr. de officijs & habetur in c. forte. ỹ. di. 2. ergo non debent aliqua alia verba in missa circa hoc sacramentum dici, quam verba Christi. ¶ Secundo sic. verba, & facta Christi nobis per euangelium innotescunt, sed ꝙ dicuntur circa consecrationem huius sacramenti, quæ in euangelijs non ponuntur. patet. non. n. legitur in euangelio quod Christus in institutione huius sacramenti oculos ad cœlos leuauerit. Similiter in euangelijs non dr̄ accipite & comedite, nec ponit omnes. in celebratione autem huius sacramenti dicitur, eleuatis oculis in cœlum. Et iterum accipite, & manducate ex hoc omnes. ergo inconuenienter huiusmodi verba in celebratione huius sacramenti dicuntur. ¶ Tertio sic, omnia sacramenta ordinātur ad salutem omnium fidelium, sed in celebratione aliorum sacramentorum non fit communis oratio pro salute omnium fidelium, & defunctorum. ergo inconuenienter fit in hoc sacramento. ¶ Quarto baptismus spiritualiter fit seu dr̄ fidei sacramentum, ergo ea, quæ pertinēt ad instructionem fidei magis debent circa sacramentum baptismi tradi, quam circa hoc sacramentum, sicut doctrina apostolica & euangelica. ¶ Quinto in omni sacramento exigitur deuotio fidelium. Non ergo magis in hoc

Primum ar. | Scdum ar. | Tertiū arg. | Quartū ar. | Quintū ar.

sacramento quam in alijs debet deuotio fidelium excitari per laudes diuinas, & admonitiones, puta cū dr̄. Sursum corda. ¶ Sexto sic. Minister huius sacramenti est sacerdos, omnia ergo, quæ in hoc sacramēto dicuntur à sacerdote, dici debent, & non quædam à ministris, quędam à choro. ¶ Septimo hoc sacramentum per certitudinem operitur virtus diuina superflue, ergo sacerdos petit huius sacramēti perfectionē cū ait. Quam oblationem tu Deus in omnibus &c. ¶ Octauo sacramentum nouæ legis multo excellētius est, quam sacrificium manti quorū patrū. incōueniēter ergo sacerdos petit, ꝙ hoc sacrificiū habeatur acceptū, sicut sacrificiū Abrahæ Abel & Melchisedech. ¶ Nono. Corpus Christi sicut non incipit esse in hoc sacramento per loci mutationem, sed per translationem panis, & vini in substantiam corporis, & sanguinis Christi, vt. ỹ. c. an benedictionem & c. nos & c. ego Berengarius di. 2. ita etiam, nec per loci mutationem esse desinit in hoc sacramento. ergo inconuenienter sacerdos petit, iube hæc ueri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum. ¶ In oppositum est textus præsentis capit. in quo habetur, ꝙ Iacobus frater domini secundnm carnem, & Basilius Cæsariensis ediderunt missæ celebrationem ex quorum authoritate, & aliorum summorum pontificum qui etiam vt. ỹ. dr̄ aliqua ad missæ solennitatem addiderunt, patet ꝙ conuenienter singula quæ de eiusmodi sacramenti, & missæ celebratione dicuntur conuenienter sint ordinata. ¶ Respondet notandum in primis, ꝙ sicut. s. in ca. vasa. e. dist. habitum est. non solum circa vasa altaris, sed etiam in reliquis cultib. magis ac magis per incrementa ipsum decus subintrauit ecclesiarum, quod maxime apparet in cultu, & forma celebrationis missæ. Nam, vt doctores[a] tam theologi, quam iuris canonici professores ponunt missa olim non cum tāto apparatu nec cum tanta solennitate cantabatur. primo .n. ab apostolis tantum dicebātur illa verba in celabratione missę, quę Christus dixit in institutione huius sacramēti videlicet, hoc est corpus meum, sed postea apostoli addi derunt dominicam orationem, vnde in chronica summorum pontificum dr̄ S. Petrus in Antiochia legitur primā missam celebrasse, & ex ordinatione Christi instituit sic celebrandam cum sanctificatione crucis quem morē alij apostoli imitati sunt. Et hic ritus celebrādi siue cōsuetudo repræsentatur singulis annis in sancta die veneris, eo excepto ꝙ illo die non consecratur. 2. idem apostoli vel eorum successores instituerunt, vt epistola, & euāgelium, tertio domini oratio. 4. loco dicebantur verba domini, & tunc officium missæ inchoabatur à lectione, qui mos in sabbato paschæ, & Penthecostes adhuc retinetur. Postea sancti patres & apostolici viri illas solennitates, quas nunc habet missa, addiderunt. sicut Clemens primus, Alexā. primus, Sixtus, Thelephorus, Damasus, Celestinus, Gelasius, Gregorius primus, Sergius, Gregorius tertius, sicut videbitur per singulas partes, quæ diuersis temporibus additę sunt à summis pontificibus, vt autem ratio, & intelligētia habeatur eorum, quæ in laudem, & solennitatem missæ instituta sunt. Est primo sciendum, ꝙ quædam præcedūt missarum solennia, de quibus primo dicetur. Quædā sunt de integritate ipsius missæ, de quibus secundo prima sunt tria. s. Confessio, altaris osculatio, & turificatio quibus significantur tria, quæ reddunt fideles dignos ad celebrandum missarum solennia, & assistendum celebrationi. primum est purgatorum purgatio. 2. est membrorum cum capite vnio. tertium est celebrantis & assistentium deuotio siue deuota oratio. Nota ergo ꝙ quia iustus prior. i. in principio sermonis accusator est sui, prouer. 18. Sacerdos sacris indumentis ornatus antequam sacrum ordiatur officium coram astantibus peccato sua confitetur. in qua confessione attendendum est, ꝙ peccati in genere non in specie, vt quam q̄nque minus prouide faciunt confitenda sunt, quia hæc confessio manifesta est, non occulta. Similiter assistētes peccata sua confitentur, vt purgati à peccatis, mereantur secundum illud. psalm. 31. dixi confitebor aduersum me iniustitiam &c. pectora sua tam assistentes quam sacerdos percutiunt illius exemplo publicani, qui percutiebat pectus suum dicens, domine Deus propitius esto mihi peccatori. Luc. 8. vt iustificati in domos suas descendant. Deinde 2. accedens sacerdos ad altare osculatur illud, significans ꝙ Christus qui est sacerdos in æternum sanctā sibi copulauit ecclesiam. Can. 1. Osculetur me osculo oris su.

Sextum ar. | Septimum arg. | Octauū ar. | Nonum ar. | Opponit in contrarium | Respondet.

a ¶ Doctores. Adde ꝙ doctores iuris canonici debent præcedere legum doctores, etiā si sint laici. Pe. de An. in c. clerici num. 2. de iudi.

sui. Osculum quidem os ori coniungitur & in Christo nõ solum est humanitas vnita diuinitati, verum etiam sponsa sponso est amoris vinculo copulata, secundum illud Esaię 61. quasi sponsa decorauit me corona, quasi sponsam or nauit me monilibus suis. Et Ioã. 3. dr̃ qui habet sponsam sponsus est. per altare significatur ecclesia Exo. 10. Si altare lapideum feceris mihi non ædificabis illud de sectis lapidibus, per lapideam sectionem diuisio significatur, vnde dominus sectionem lapidum in altari prohibens. diuisionem fidelium in ecclesia reprobat, diuisionem dico per errores, & schismata. Tertio sequitur thurificatio per quam significatur deuotio siue oratio celebrantium, & assistentium directa ad Deũ iuxta illud. psa. 140. oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. ¶ Consequenter dicẽdum est de his quæ sunt de integritate missæ pro quo in primo videndum est, de ratione nominis missæ. Pro quo notandũ ꝙ August. in sermone de corpore Christi, & habetur seu
August. inducitur à magistro sententiarum. In. 4. dist. 13. missa. n. dr̃, eo ꝙ cœlestis medicus missus ad consecrandum, & viuificandum corpus adueniat, iuxta dictum sacerdotis. Oĩpotens Deus iube, hæc perferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuum. Qui cœlestis missus, vt exponit, Inno. est magni consilij Angelus. Angelus iste inquam mit
Innoc. titur ad consecrandum, quia est sacerdos inuisibilis, qui consecrat, & conficit hoc sacramentum vbicunque conficiatur. Præter hanc rationem nominis missæ. Hug. de sancto victore tres alias rationes ponit, vt inducit S. Thom.
Hugo. de S. victore. S. Thom. in 4. dist. 13. Prima quia missa dr̃ quasi transmissa, eo quod populus per ministerium sacerdotis qui meditatoris vice fungitur inter Deum, & hominẽ, præces vota, & oblationes Deo transmittit. Secũdo ipsa hostia sacra missa vocari põt, quia transmissa est prius à patre nobis, vt. s. nobiscũ esset postea à nobis ad patrẽ, vt apud patrẽ pro nobis esset. Tertio missa ab emittẽdo dr̃, quia vt sacerdos hostiã consecrare incipit per manum diaconi, & ostiarij cathecuminos & non communicantes foris ecclesiam mittit. ¶ Secũdo notandum cum Ale. de Hal. in 4. ꝙ missa capitur mul
Ale. de Ha. 2 tipliciter, quandoq; enim dicit missa totum quod dicitur ab introitu vsque ad ita missa est, quandoque dr̃ pars quę primo cãtatur. s. introitus, & dr̃ missa qm̃ Angelus ibi mittitur. Quandoque dr̃ missa ab introitu, vsque ad offertorium quæ dicitur missa cathecuminorum. Cathecuminus dr̃ nouiter instructus in fide nondum baptizatus c. Cathecuminus. j. dist. 4. Et dr̃ missa ab emittẽdo, quia tunc emittebatur foras. Tunc. n. diaconus solet dicere. Cathecumini exeant foras Isidorus, inde missa quia sacramentis altaris
Isidorus. interesse non possunt, qui nondum regenerati nascuntur. Amalius. n. non licet nec iudæis, nec paganis nec cathecuminis interesse. Quia non sunt membra ecclesiæ. Quandoque dr̃ missa illud tantum quod sub silentio dr̃, quandoq; missa dr̃ illa verba solummodo, quibus dominicum corpus conficitur. ¶ Quo notato consequenter notãdum venit cum S. Tho. in 4. ꝙ cum omnis nostra operatio à Deo
S. Thoma. inchoata in ipsum debeat terminari. Missa secundum ꝙ dr̃ primo mõ prout dicit totũ quod dr̃ ab introitu vsq; ad ita missa est, in tres partes principales diuiditur, prima videlicet in principium orationis, quod durat vsque ad epistolam, in medium. s. in celebratione ipsius, quæ durat vsque post communionem, & in finem in quo gratiarum actiones fiunt, quæ durat inde vsque in finem. Prima pars duo continet. s. populi præparationem ad orationem, de qua ecclesiastici 28. ante orationem, præpara animam tuã. præparatio autem populi ad orationem, & celebrationẽ debitam huiusmodi sacramenti tribus perficitur. Primo per deuotionem, quæ excitatur in introitu missæ, dr̃ autẽ
3 hic introitus Antiphona, quæ in principio cantatur. † Et dicitur antiphona græce vox reciproca latine, & componitur ab an græce, quod est circa, & phonos sonus quasi re
Isidorus. ciprocus sonus, vnde Isidorus sexto etymologiarum dicit. Antiphona ex Græco interpretatur vox reciproca, duobus. s. choris alternatim psallentibus ordine commutato, siue de vno ad alium cuiusmodi genus psallendi græci inuenisse dicuntur. dr̃ autem introitus, quia sacerdos tunc primo ministraturus ad altare debet intrare. in cuius rei signum sacerdos antequam ad missarum solennia celebrãda accedat dicit illud psal. 42. Introibo ad altare Dei. &c. Excerpti autẽ sunt, vt pluries introitus de psalmis, & gradualia, & alleluya offertoria, & etiam communiones. Cu

ius ratio est, quia, vt dicit beatus Dionysius in 3. capitulo Diony.
ecclesiasticæ Hierarchiæ, psalmi comprehenduntur per modum laudis quicquid in sacra scriptura continetur. Hanc etiam rationem assignans Beatus Rhemigius, dicit Rhemigius
notandum, hanc scripturam. s. psalmorum plus cæteris in ecclesiasticis frequẽtare officijs, quod ideo fit, quia in hoc libro est consummatio totius theologicæ paginæ. hic. n. describuntur præmia beatorum, supplicia malorum, rudimenta incipientium, progressus proficientium, perfectio peruenientium, vita actiuorum, speculatio contemplatiuorum, hic etiam docetur quid auferat peccatum, quid pęnitentia restituat, quid pœnitens peccati conscius dicat, introitus ipse in voce clamoris desiderantium sanctorum patrum suspirãtium Christi præsentiam insinuat in quorum persona dicebat Esaias. Anima mea desiderauit te in nocte plane omne tempus qđ fuit à tenebris peccati primorum parentum, vsque ad lucem, qua exortum in tenebris lumen rectis corde in ortu saluatoris, quãdo sicut dicitur Malachiæ 2. timentibus nomen domini ortus est sol Iustitiæ Christus Deus noster, nox fuit tam densarum tenebrarum, ꝙ lumen veritatis Euangelicæ non luxit, nisi in vmbris figurarum legis, & lumen gratiæ, & bonitatis caligine peccati fuit obnubilatum, ita, vt omnes sederent in tenebris, & vmbra mortis, de hoc etiam ardentissimo desiderio de aduẽtu Christi apud antiquos patres ipse dominus saluator apostoli loquitur dicens Luc. 10. multi ꝓphetæ & reges voluerunt videre quæ videtis & non viderunt, & audire quæ auditis, & non audierũt. Horum ergo clamorem patrum Christi aduentum affectantium spiritu sancto afflata repræsentat ecclesia in eo cantu, qui dicitur introitus, quoniã subito interiori affectu mota vocẽ extollit à clamore inchoans missam, in qua celebrat Christi aduentus in sacramento, quare vt dicit Alber. Magnus Albe mag.
in tractatu suo de missa introitus dr̃ nõ tã ab introitu celebrationis, quæ in hoc cantu inchoatur, quam ab introitu salutis æternæ gratiæ, cuius initium clamore sanctorum patrum commemoratur, & repræsentatur, vnde ad Hebr. 10. habentes itaque fratres fiduciam in introitu sanctorũ, & sanguine Christi quo initiauit nobis viam nouam, & viuẽtem per velamen. i. carnem suam, & sacerdotem magnũ super domum Dei accedamus cum vero corde, & plenitudine fidei aspersi corda, & cõscientia mala, & abluti corpus aqua munda, hic autem introitus repetitur, vt geminatio, & reciprocatio superius repetiti clamoris patrum, & commemoretur, & repręsentetur ab ecclesia, sicut dicitur Esa. 52. qui reminiscimini dñi, nec taceatis, & ne dederitis silentium ei. Et quia ardor suspirantium cõpulit ad amorem potius quam ad orationem, ideo, vt ait Albertus ma Albertus.
gnus missa non incipit à præcibus, sicut aliæ horæ canonicæ, vt dicatur domine labia mea aperies, vel Deus in adiutorium meum intende, vel cõuerte nos Deus salutaris noster &c. Sed subito chorus prorupit in clamorem ad desiderium aduentus domini. Hunc autem introitum dr̃ Celestinus papa instituisse, vt habetur in chronica summorũ pontificum. Præterea interponitur versus alicuius psalmi consonans solennitati. Cum gloria patri. Et ipse quidem versus profectum significat in merito, quia ipse psal. bonã significat operationem vt dicit Cassiodorus. Gloria autẽ Cassiodor.
pãtri, quod interponitur gloriam dandam Deo pro profectibus nostris significat, hoc autem gloria patri Beatus Hieronymus fecit, & Damaso papæ misit, vt singulis psal Hierony
mis faceret annecti, cui papa ipse Damasus addidit sicut erat &c. vt æternitas in præteritum, & in futurũ illius gloriæ esse crederetur, vt inquit Albertus contra Arrium qui filium ponebat in gloriã, & cõtra Nestorium, & Euticem, & Paulum Samosatenum, qui spiritum sanctum dicit patris, & filij seruum, & nullam habuisse gloriam in præterito, sed in futuro consecutos esse gloriam, quam seruiendo patri promeruerunt. ¶ Hic autem obijcet aliquis, ꝙ non omnis introitus missæ desiderium patrum repræsentat, sed tantum illi introitus qui sunt in aduentu, sicut, Ad te leuaui animam meam &c. Et populus Sion, ꝙ alij qui desiderium patrum significant. in alijs autem missis tam de tempore quam de festis sanctorum nullum significatur patrum ad Chisti aduentum desiderium. Ad hoc sunt duę responsiones, vna breuis quæ est Innocentij, qui vt inducit magister Alex. de Hal. in 4. dicit, ꝙ introitus missę non semper intellectu literæ repræsentat desiderium patrum suspi-

suspirantium Christi aduentum, sed modulo cantilenæ. ¶ Secunda respondet. quæ subtilior est, est magni Alberti vt. s. dicendum ergo est s̃m eum, ꝙ Christus à patrib. non expectabatur, vt homo priuatus, sed potius, vt Christus omnibus promissus, qui in seipso gẽtes infinitas afferret, & cum cetu sanctorum vallatus veniret rex, in cuius curia omnes sancti facerent curiæ regalis frequentiam & hoc modo suspirauerunt patres aduentum suum, quare Esa. 35. dr̃ videbunt regem in decore suo, vnde nos gaudemus eum in bonis & granis quæ per totum annum celebrantur venisse. Sic in eo authoritas resultat apostolorũ & cãtamus psal. 138. Nimis honorati sunt amici tui Deus. Similiter coram eo extollimus victorias martyrum. Et cantamus. in virtute tua letabitur iustus. Sic in eo resultat sanctitas confessorum & cantamus. Sacerdotes tui domine induantur iustitia. Sic coram eo exultat chorus virginum & cantamus. Adducentur regi virgines &c. Sic ad salutem electorum, ministrat chorus agelorũ, & cantamus benedicite domino omnes Angeli eius. Sic in eo requiem accipiunt animæ post virtutum. & meritorum laborem, & cantamus requiem eternam. Sic. n. rex venit cum decore suo. Sic regina astitit ei eum omni decore varietatis sanctorum adornata. psalm. 44. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Et ita omnes de toto anno introitus inquit Albertus clamorem patrũ significat. Secundo præparatur populus ad orationem per humilitatem, quę fit per Kyrie eleison quod in missa dicẽdum beatus Gregorius papa dicitur instituisse quod interpretatur domine miserere, quia misericordiam petentes miseriam profitentur. dicitur autem nonies, vel propter no-
4 uem ordines Angelorum, quibus petimus associari beneficio aduentus Christi, vel nonies dr̃ propter nomen generale peccatorum. s. originale actuale, mortale, quod diuiditur in septem & veniale, dr̃ autem ter Kyrie eleison ad patrem ter Christe eleison ad filium, & ter Cy. ad spiritum sanctum, ad significãdum vt dicit S. Thom. in 3. parte, ꝙ omnes tres personæ sunt in se inuicem, patri autem & spiritui sancto dr̃ sub eadem forma vocis sub diuersa filio quod fit propter duas naturas coniunctas in eo. s. diuinam, & humanam, vnde apud prophetam Gigas substantiæ geminæ est appellatus. ¶ Sed quæritur hic quare in greco & non in latino clamatur. Ad hæc vt dicit Albertus magnus quatuor rationes à patribus assignãtur. Quarum prima quia summa sapientia mundi sonuit vel floruit in Grecia 1. Cor. 2. Iudei signa petunt græci sapientiam quærunt, vt ergo ostendatur ꝙ ista inuocatio à summa sapientia procedat in græco clamatur Secunda ratio quia græci primi inter omnes gentiles iustitiam legis cognouerunt, & coluerunt. Tertia quia grecus primo ab apostolis accepit hanc fidei inuocationem, sicut patet in epistolis Pauli quæ excepta prima & vltima omnes græca sunt scriptæ. Similiter omnia euangelia excepto euangelio Mat. Similiter actus apostolorum, & Apocalipsis. Septem. n. ille ecclesiæ quibus scripsit Beatus Ioannes quæ vniuersitatem ecclesiæ significant fundatæ sunt in Asia quæ græcia vocatur. Quarta quia à græcis latinis deriuata est fides, quia Petrus, & Paulus à Græcis ad latinos venerũt, & ita ipsi fuerunt nobis fons, & origo salutis, vt ergo reuerentiam exhibeamus sapientiæ, & vt honorem demus cultui iustitię à græcis exortis in eisdem syllabis, & vocibus quibus à populo primo inuocata est misericordia cõseruamus adhuc verba clamoris illius. hæc. n. reuerentia patribus debetur, ꝙ traditiones eorum sicut ipsi instituerunt obseruentur, in huius rei signum adhuc in ecclesijs solennibus leguntur in gręco prophetiæ, & euangelia in quibusdam festis. Sicut omni anno in die natiuitatis domini fieri videmus in curia Romana. huius etiam signum est ꝙ solennia concilia Constantinopolitanum. Nicenum, Antiochenũ, & Ephesinum celebrata sunt in Græcia, in quibus ea quæ sunt de missa maxime primitus sunt instituta, quamuis à beato Gregorio resecatis quibusdã superfluis postea sint ordinata, & ad modum quem tenet nunc ecclesia sint reducta vt dicit Albertus magnus. Tertium per quod præparatur populus ad orationem est recta ratio quæ ad cœlestem gloriam, quæ omnem humanam rationem excedit, dirigenda est. Et hæc fit per gloriam in excelsis Deo, qđ in missa decantari consueuit prout instituit papa Thelesphorus, incipit autẽ ab eo in missa qui loco Dei stat in altari. Et loco eius q nobis ẽ magni cõsilij Angel⁹, in cuius figurã vnus angelus gloria in excelsis Deo cãtauit cũ nobis saluator Christ⁹ fuit exhibit⁹, vñ Lu. 2. Euãgelizo vobis gaudiũm agnum, ꝙ erit omni populo &c. Quia vero mox cũ Angelo facta fuit multitudo cœlestis exercitus laudantiũ Deum, ideo episcopo uel sacerdote incipiente, Gloria in excelsis Deo. statim in commemorationem illius incipit chorus. Et in terra &c. Et cantat ea quæ sequuntur alta voce, & solenni cantu, ista autem secundum veritatem composuit & addidit Beatus papa Thelesphorus, qui à Beato Petro fuit nonus. Et instituit, ꝙ in nocte natalis domini decantaretur in prima missa vt. e. di. c. nocte sancta. ob memoriam eius ꝙ tunc ab Angelo præcinente, & angelis cõcinentibus in consolationem humani generis est primo decantatum. Ex quo patet, ꝙ nõ sit verum, quod quidam dicunt, ꝙ hoc ꝙ dicitur laudamus te &c. à Beato Hilario pictauensi episcopo sit compositum, & additum. Postmodum Symmachus papa instituit, ꝙ gloria in excelsis Deo in festis apostolorum, & martyrum, & virginum quando non esset tempus pœnitentiæ, luctus, & in diebus dominicis decantaretur ad augmentum diuinæ laudis, quæ ostenditur in gloriosis festis sanctorum, Sic ergo, & hac de eam inductum est in missa gloria in excelsis &c. Præterea notandum, ꝙ hic hymnus non dicitur nisi in solennitatibus cuius ratio secundum S. Thom. in 4. est, quia ille nobis solennitatem cœlestem repræsentat. in officijs vero luctus omnino intermittitur, quia vt idem dicit in tertia parte illa ad cõmemorationem nostræ miseriæ pertinent. ¶ Deinde sequitur secũdum primæ partis principalis quod est oratio ad Deũ pro populo fusa à sacerdote, vt dignus habeatur tantis ministerijs, nota ergo ꝙ sacerdos vel episcopus in dextro cornu altaris stans conuerso vultu ad populum salutat illum dicens si est episcopus, pax vobis. Si sacerdos vero simplex dicit dominus vobiscum. ¶ Sed cur ita differenter episcopus, & sacerdos populum salutant. respondet, vt dicit Alber. ꝙ quia episcopus superior est fungitur officio loco Christi, & ideo voce Christi vtitur ad subditos. prima. n. salutatio quam Christus habuit ad apostolos fuit pax vobis. Et ideo qui loco Dei est primam salutationem ad subditos habet. pax vobis. Sacerdos vero, qui est inferior officio non audet eisdem verbis vti, sed vtitur verbis sanctorum patrum, qui dixerunt dominus vobiscum, sicut boom dixit messoribus suis, Ruth. 2. postmodum vero episcopus ad modum ceterorum sacerdotum dicit dominus vobiscum, vt vnum ex illis se esse ostẽdat, vt dicit Alex. de Hal. in 3. Obijcitur autem contra hũc modum loquendi, quia quandocunque vnus cum alio esse dr̃ principalitas notatur esse in ablatiuo, & ministeriũ in nominatiuo. Sicut miles dr̃ esse cum rege, & non econuerso rex est cum milite, videtur ergo, ꝙ cum principalis sit Deus ad nos habens authoritatem, ꝙ non debeat dici dominus vobiscum sed potius sic. Sitis vos cum domino, maxime cum dicat Apostolus primo Cor. 3. Dei. n. adiutores sumus. ¶ Ad hoc dicendum est iuxta Albertum magnũ ꝙ in veritate hæc propositio cum associationem dicit. Et hæc societas potest esse duplex. s. simpliciter, vel in associatione duorum ad tertiũ, quando vero notat associationẽ simpliciter tunc reuera notat principalitatem in ablatiuo sicut obiectum est, sicut quando dicitur miles est cum rege, quia in talibus ablatiuus supponitur personam principalem, quæ mouet & continet personas alias sicut rex. Si autem duorũ notatur associatio ad tertiũ tunc præpositũ nota profectum societatis sicut dicitur rex est cum milite in bello, quia tunc fortitudo regis militem pugnare & vincere. psal. 90. Cum ipso sum in tribulatione erripiã eum, & glorificabo eum, & sic sumitur hic dominus. n. notatur fore nobiscum ad expugnandum hostem, & perficiendum sacramentum. ¶ Quæritur consequenter quare sacerdos ait dominus vobiscum magis, quam Deus, vel
6 Iesus, vel Christus sit vobiscum. ¶ Respondet, secundum Alber. magn. ꝙ huius ratio est, quia hoc nomen dominus potestatẽ significat, vnde omnis potest suppleri defectus populi, ꝙ non dicit nomen Deus, vel Iesus, vel Christus, & ideo dicit dominus sit vobiscum, iuxta illud Gen. 27. Si dominus Deus fuerit mecum in via, qua ego ambulo, & reuocauerit me cum salute, & dederit mihi panem ad edẽdum, & vestimentum quo operiar erit mihi dominus in Deum. Præterea in chorus & populus respondens. Et cum spiritu tuo

S. Thom. — Quæstio. — Respondet. — Thelesphor. — Symmach⁹. — S. Tho. — Albertus. — Ale. de Hali. Opponit in contrarium — Respondet. Albertus — Respondet. Albertus.

spiritu tuo, ꝙ sumptum ex epistola ad Ti. vlt. vbi dr̄ dominus Iesus Christus cum spiritu tuo. Huiusmodi.n. mutuæ salutationes notant, ꝙ sacerdotis, & populi vnus debet esse affectus.

Quæstio. 7 ¶ Sed quæritur.† Cur differenti modo populus resalutat sacerdotem. Non.n. dicit dominus sit tecum, vel aliquid huiusmodi, sed, & cum spiritu tuo. Respondetur secūdum Albertum magnum ꝙ huius sunt tres rationes. (Respondet. Albe. mag.) ¶ Prima est, ꝙ sacerdos stans ad altare totus debet esse absorptus, nihil de corpore, aut solicitudinibus seculi se intromittens. Ideo populus dicit, & cum spiritu tuo. ¶ Secūda causa est, quia spiritus hominis errat frequenter, vt autem non erret spiritus sacerdotis in hoc sacramento, sed dominum habeat se dirigentem, ideo dicit populus, & cū spiritu tuo. ¶ Tertia est, quia totum quod in altari fit, est opus virtutis spiritus, vnde Io. 6. dominus de hoc sacramē to loquens ait. Spiritus est, qui viuificat, caro autem non prodest quicquam. merito ergo populus resalutans sacerdotem dicit, & cum spiritu tuo. ¶ Secunda pars principalis ipsius missæ dicitur ipsa celebratio, & ita continet tres partes, & distinguit eam S. Tho. in quarto. (S. Thom.) Prima est populi instructio vsque ad offertorium. Secunda est materiæ oblatio vsque ad præfationes. Tertia est sacramenti consummatio vsque ad post communionem. Instructio autē populi fit per verbum Dei, ꝙ quidē à Deo per ministros suos ad populum peruenit, & ideo ea, quæ ad instructionē plebis pertinent non dicuntur à sacerdote sed à ministris.

8 †Ministerium autem verbi Dei est triplex. Primum est authoritatis, quod competit Christo qui dr̄ minister. ad Ro. 15. Erant.n. in potestate docens. Mat. 7. Secundum est manifestæ veritatis, ꝙ competit prædicatoribus noui testamenti, de quo dr̄ 2. Cor. 2. qui idoneos nos fecit ministros noui testamenti. Tertium ministerium verbi Dei, est figurationis, ꝙ competit prædicatoribus veteris testamenti. Et ideo doctrinā Christi ꝓponit diaconus. Et quia Christus non solum est homo, sed Deus, ideo diaconus præmittit, dominus vobiscū, vt ad Christum quasi ad Deum homines attentos faciat. Doctrina vero testamenti proponitur per subdiaconos. Nec obstat, ꝙ aliquando ab eis legitur loco epistolæ aliquid de veteri testamēto, quia prædicatores noui testamenti etiam vetus prædicant. Doctrina vero veteris testamenti per inferiores ministros.s. per lectores legitur. Non tamen semper sed in diebus quibus ꝑcipue figuratio noui, & veteris testamenti designatur, vt in ieiunijs quatuor temporum, & quando aliqua celebrantur quæ in veteri lege figurantur, sicut passio, & natiuitas baptismus & huiusmodi. Et quia vtraque doctrina ordinatur ad Christum, & eorum, qui præibant, & eorum, qui sequebantur, ideo doctrina Christi quæ in euangelio continetur postponitur quasi finis. ¶ Ex doctrina autem ordinante ad Christum duplex effectus in populo prouenit. Primus est effectus virtutum, qui per graduale insinuatur ꝙ instituisse in missa dr̄ papa Celestinus, (Celestinus.) dicitur autē graduale à gradu quo ascenditur de virtute in virtutem, secū dum illud psal. 83. Ibunt de virtute in virtutem, & videbūt Deum deorum in Sion, vel dr̄ à gradibus altaris ante quos dr̄. Secundus effectus prouenens ex doctrina Christi est exultatio habita de æternorū spe ꝙ insinuat alleluya quod interpretatur laudate dominum, vel laudatio domini, ꝙ Gregorius (Gregorius.) primus dr̄ instituisse cantare in missa extra septuagesimam. Replicatur autem propter duplicē stolam animæ, & corporis: in diebus vero & officijs luctus intermittitur & loco eius. Tractus interponit qui asperitate vocum & prolixitate verborum præsentis miserum incolatum insinuat. Tēpore autem resurrectionis duplex alleluya dicitur propter gaudium resurrectionis capitis, & membrorum. Effectus autem euangelicæ doctrinæ est fidei confessio, quæ & supra rationem est à sacerdote inchoatur symbolum fidei, & chorus prosequitur. Nec dicitur nisi in illis solennitatibus, de quibus fit mētio in symbolo sicut de natiuitate, de resurrectione, de beata virgine, & de apostolis, qui fidei fundatores extiterunt, vnde dicitur primo Corint. 3. vt sapiens architectus fundamentum &c. ¶ Deinde sequitur secunda pars partis secundæ principalis, quo ad materiæ consecrandæ oblationem. Et hæc tria continet. Primo.n. præmittitur offerentium exultatio, quasi præparatoria in offertorio, quia hilarem datorem diligit Deus. 2. Corinth. 9. Secundo exprimitur ipsa oblatio[a], quia cum dicitur suscipe sancta trinitas. Tertio petitur oblationis acceptatio, & hoc per orationes secretę dictas, quia hæc sacerdotis tantum est Deū oblationibus placare. Ad quam orationem sacerdos per humiliationem se præparat dicēs. In spiritu humilitatis, vnde 1. Para. 29. dicit Dauid. Ego in simplicitate cordis mei obtuli vniuersa, & populum tuum, qui hic repertus est, vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria. Et postea orat dicens, domine Deus custodi hanc voluntatem. Et quia hæc tria prædicta exigunt mentis erectionem ad Deum, ideo omnibus tribus præmittitur dominus vobiscum. ¶ Tertia pars secundæ partis principaliter, quæ ad sacramentum pertinent, tria continet. primo præparationem secundo sacramēti perfectionem. tertio sacramenti sumptionem. præparatio autem populi & ministrorum, & sacerdotis ad tantum sacramentum fit per deuotam Dei laudem. vñ in præfatione in qua fit huiusmodi præparatio tria continentur. primo populi excitatio ad laudem, vbi sacerdos præmisso dominus vobiscum, ad mentis erectionē dicit. Sursum corda. Et ad gratiarum actionem dicit, gratias agamus domino Deo nostro. Secundo Deum implorat ad laudem suscipiendā ostendens quam debitum sit eum laudare.d. vere dignum, & iustū est. Tertio populus cum deuotione laudat diuinitatem assumēs angelorum verba. Sanctus sanctus sanctus &c. Esa. 6. Et humanitatē Christi assumens benedictus, qui venit &c. Mat. 21. præfationes vero dicitur ordinasse Gelasius papa. Beatus vero Sixtus papa dicitur instituisse in missa decātari Sāctus &c. ¶ Pars autem illa quę perfectionem sacramenti continet in tres diuiditur. In prima parte continetur benedictio oblatæ materię, ibi. Te igitur clementissime pater. In secūda corporis, & sanguinis Christi consecratio ibi, quā oblationē. In tertia effectus sacramenti postulatio ibi supra quę ꝓpitio. ¶ Circa primum consequens cōmemorat eos pro quorum vtilitate offertur hostia, scilicet pro vniuersali ecclesia, & pro his qui in sublimitate sunt constituti. 1. Ti. 2. & specialiter pro his qui offerunt vel pro quibus offertur in memento. ¶ Secundo commemorat sanctos in quorū offertur reuerentia, & quorum patrocinia implorat pro prædictis ibi, comunicantes. & ponitur virgo beatissima quæ Christum in templo obtulit. Item apostoli, qui ritū offerendi nobis tradiderūt. Et martyres qui seipsos Deo obtulerunt. Non autem cōfessores, quia de eis antiquitus non solennizabat ecclesia, vel quia non sunt passi sicut Christus cuius passionis memoriale est hoc sacramentū vt dicit S. Tho. in quarto. ¶ Tertio concluditur expresse quid per oblationem hostię impetrādum petatur ibi, hāc igitur oblationem. In quarta parte quę continet corporis & sanguinis consecrationem, etiam continentur tria. primo imploratur consecrantis virtus, siue consecrationis effectus ibi, cum ait. Quam oblationem tu deus. Secundo perficitur sacramentum per verba saluatoris, ibi, qui pridie. Tertio exprimitur rei consecratæ commemoratio, ibi, vnde & memores. Tertia pars, quæ est effectus sacramenti postulatio continet duo. primo enim petit acceptari sacramentum, ibi. Supra quæ propitio. Secundo petit huiusmodi sacramenti effectum. Primo quidem quantum ad ipsos assumētes, ibi supplices te rogamus. Secūdo quantum ad ipsos mortuos, qui sumere non possunt ibi. Memento etiā domine. Tertio quantum ad ipsos sacerdotes offerentes ibi. Nobis quoque. ¶ Tertia vero pars secūdæ partis principalis quæ est ipsius sacramenti perceptio continet etiam tria. primo quidem præmittitur præparatio populi ad percipiendum sacramentum. præparatur autem primo per orationem cōmunem totius populi, q̄ est oratio dominica, in qua petimus panem nostrum quotidianum nobis dari, & etiam per orationem priuatam quam specialiter sacerdos pro populo offert dicēs. libera quæsumus dñe. ¶ Secundo præparatur populus per pacem quæ datur dicendo. Agnus Dei. Et sic habemus quod tria à sacerdote incepta prosequitur chorus scilicet. Gloria in excelsis Deo, quod pertinet ad spem. Credo in vnū Deū, quod pertinet ad fidē. Pax domini, quod pertinet ad charitatem. Dicitur autem ter agnus Dei, quia populus misericordiam Dei petit, quantum ad tria, videlicet quantum ad amotionem mali culpæ. secundo quantum ad amotionem mali penę, & quantum ad consecutionem omnis boni. vnde in fine dicit, dona nobis pacem, quę bonū est cunctis mortalibus adoptatū vt dicitur Hester. 15. In missis aūt

a ¶ Oblatio Adde quod oblatio est tripiex. Pet. de an. in c. quāuis. nu. 8. de deci. Et q̄ dicantur largæ oblationes & quæ strictæ. idē in ca. causa. num. 1. de ver. sig.

sis aūt defunctorum, in quibus hoc sacrificiū offertur nō pro pace pñti, sed pro requie mortuorū pax intermittit. Dr autē Sergius papa instituisse in missa decantari Agnus Dei. Deinde sequitur pceptio scri, primo percipiente sacerdote & postmodum alijs dãte. quia vt dicit Dion. 3. ecclesiasticæ hierarchię. Qui alijs diuina tradit primo debet ipse particeps esse. ¶ Sequitur tertia pars principalis missæ, & vltima, quæ est gratiarum actio, quæ pars duo continet. Primo rememorationem accepti beneficij & hoc in cantu antiphonæ post communionem. Secundo gratiarū actionem, & hoc in oratione quam sacerdos facit gratias Deo offerens. Sicut & Christus celebrata cœna cum discipulis hymnum dixit, vt dicitur Mat. 26. ¶ Est autem vltimo notandum† ꝙ in officio missæ in qua passio Christi representatur, quædam continētur verba gręca sicut Kyrie eleison. i. domine miserere. Quædam hębraica sicut alleluya. i. laudate Deum. Sabaoth. i. exercituum. Osanna. i. salua obsecro. Amen. i. vere, vel fiat. Quædam latina sicut cætera. Cuius ratio est. Tum quia his trib. linguis scriptus est titulus crucis Christi. Io. 19. Tum secundo propter excellentiam illarum linguarum, istæ. n. tres linguæ omnes alias præcellunt. Hæbraica propter legem. Græca propter sapientiam. Latina propter regnum. Tum tertio ad denotandum vniuersalitatē virtutis sacramenti eucharistiæ, extenditur. n. in omnes gentes, quæ in illum credunt, quæ illis tribus linguis principalibus comprehendi videntur. Ipse. n. est propitiatio pro peccatis nostris, nō pro nostris autem tantum sed pro totius mundi j. Io. 2. ¶ Quibus habitis ad rationes respondendum est. Ad primam respondetur negando consequentiam, quia licet consecratio solis verbis Christi conficiatur, alia tamen necesse fuit addere ad præparationem populi sumentis, vt dictum est. ¶ Ad secundam dicendum, ꝙ sicut dicitur Ioā. vltim. multa sunt à domino facta vel dicta, quæ euangelistæ non scripserunt, inter quę fuit hoc, quod oculos in celū leuauit in cęna, quod tamē ecclesia ex institutione apostolorum habuit, rationale autem videtur, vt, qui in suscitatione Lazari, vt habetur Io. 9. Et in oratione, quam pro discipulis fecit. Io. 17. oculos leuauit ad patrē, in huius sacramenti institutione multo magis hoc fecerit, tanquam in re potiori vt in c. cū necessitate. §. cæterum. vbi Ioannes. extra de cele. mis. Quod autem dicitur manducate, & non comedite non differt, quantum ad sensum nec multum refert, quod dicatur præsertim cum verba illa non sint de forma. vt supra dictum est. Quod autem additur omnes intelligitur in verbis euāgelij, licet non exprimatur quia ipse dixerat. Io. 6. Nisi māducaueritis carnem fi. homi. nō habe. vi. in vobis. ¶ Ad tertium respondetur negando consequentiam. non. n. est simile de hoc sacramēto, & alijs quia cum eucharistia sit sacramentum totius ecclesiasticæ vnitatis spāliter in eo magis quā in alijs debet fieri mentio de oībus quæ pertinent
10 ad salutem totius ecclesiæ. ¶ Ad quartum dicēdum† ꝙ duplex est instructio. Vna quę fit nouiter imbuendis. s. cathecuminis, & talis instructio fit circa baptismū. Alia est instructio in qua instruitur fidelis populus, qui communicat hunc ministris, & talis instructio fit in hoc sacramēto. & tamen ab hac instructione non repellūtur etiam cathecumini, & infideles. vnde supra e. d. Episcopus nullum prohibebat ecclesiam ingredi, & audire verbum Dei, siue gētilem, siue hæreticum, siue Iudæum, vsque ad missam cathecuminorum, in qua. s. continetur instructio fidei. ¶ Ad quintum dicēdum ꝙ in hoc sacramēto maior deuotio requiritur, quam in alijs sacramentis, propter hoc ꝙ in hoc sacramento totus Christus continetur, & etiam communior, quia in hoc sacramēto requiritur deuotio totius populi, pro quo sacrificium offertur, & non solum percipientium sacramentum, sicut & in alijs sacramentis. Et ideo sicut Cyprianus dr. Sacerdos præfatione præmissa parat fratrum mentes dicendo. Sursum corda, vt dum respondet plebs, habemus ad dominum, admoneatur se nil aliud diligere, quam Deum, neque cogitare. ¶ Ad sextum dicendū quod in hoc sacramento (sicut dictum est) tanguntur ea, q̄ pertinent ad totam ecclesiam. Et ideo quædam dicuntur à choro, quæ pertinent ad populum, quorum quædā chorus totaliter prosequitur, quæ. s. toti populo inspirantur. Quædam vero populus prosequitur sacerdote inchoante, qui personam Dei gerit, in signum quod talia peruenerunt ad populum ex reuelatione diuina, sicut fides, Gloria in excelsis. Et ideo sacerdos inchoat symbolum fidei, & gloria in excelsis Deo. Quædam dicuntur per ministros sicut doctrina noui, & veteris testamenti, in signum, ꝙ per ministros à Deo missos est hęc doctrina populis nūtiata. Quædam vero, sacerdos solus, prosequitur, quæ. s. ad proprium officium sacerdotis pertinent, vt. s. dona, & preces offerat pro populo, sicut dr Hæb. 5. In his tamē quædā dr publicè, quæ. s. pertinent ad sacerdotem, & populum sicut sunt orationes communes. Quædam vero pertinēt ad solum sacerdotem, sicut oblatio, & consecratio. Et ideo, q̄ circa hoc sunt dicenda, occultè à sacerdote dicuntur, in vtrisque tamen excitat attentionem populi dicendo dominus vobiscum. & expectat assensum dicentium. Amen. Et ideo in his quę secrete dicuntur publicè præmittit dominus vobiscum. Et subiūgit, per omnia secula seculorū. vel secrete aliqua sacerdos dicit in signum, ꝙ circa Christi passionem discipuli non nisi occulte Christum confitebantur. ¶ Ad septimum dicendum ꝙ efficacia verborum sacramentalium impediri potest per intentionem sacerdotis, nec tamen est inconueniens, ꝙ à Deo petamus id ꝙ certissime scimus ipsum facturum sicut Christus Ioan. 17. petijt suam clarificationem, non tamen videtur ibi sacerdos orare, vt consecratio impleatur, sed, vt nobis fiat fructuosa. vnde signanter dr, vt nobis corpus, & sanguis fiat, & hæc significant verba, quæ præmittit dicens, quam oblationem facere digneris benedictam secundum August. i. per quam benedicimur. s. per gratiam. Adscriptam. i. per quam in cœlo ascribimur. Ratam. i. per quam visceribus Christi censeamur. Rōnabilem. i. per quam à bestiali sensu exuamur. Acceptabilem. i. vt q nobis ipsis displicemus per hanc acceptabiles eius vnico filio simus. ¶ Ad octauū dicendum, ꝙ licet hoc sacrificiū ex seipso præferatur omnibus antiquis sacrificijs, tamen sacrificia antiquorum fuerunt domino acceptabilia, imo acceptissima ex eorum deuotione. Petit ergo sacerdos, vt hoc sacrificium acceptet à Deo ex deuotione offerentium, sicut illa accepta fuerūt Deo. ¶ Ad nonum dicēdum, ꝙ sacerdos non petit ꝙ spēs sacramentales deferantur in cœlum, neque corpus Christi verum quod ibi esse non desinit, sed petit hoc pro corpore mystico, ꝙ. s. in hoc sacramēto significatur, vt. s. orationes, & populi, & sacerdotis angelus assistens diuinis misterijs Deo repręsentet. secundum illud Apoc. 8. Ascendit fumus incensorum de oblationibus sanctorum de manu angeli. Sublime autem altare Dei dicitur, vel ecclesia triumphās, in quam transferri petimus, vel ipse Deus cuius participationem petimus de hoc autem altari dr Exod. 20. Non ascendes ad altare meū per gradus. i. in trinitate gradus non facies, vel per angelum intelligitur ipse Christus qui est magni consilij angelus qui corpus suum mysticū Deo patri coniungit, & ecclesiæ triumphanti. Et propter hoc missa nominatur, quia per angelum sacerdos preces ad Deum mittit sicut populus per sacerdotem, vel quia Christus est hostia nobis missa. vñ & in fine missæ Diaconus in festis diebus populum licentiat dicens. Ite missa est, s. hostia ad Deum per Angelum vt. s. sit Deo accepta.

11 Ad secundam Quæstionem, † in qua quæritur, vtrum ea, quæ in huius sacramēti celebratione aguntur, sint conuenientia sic, proceditur. ¶ Et arguitur primo ꝙ non. Hoc. n. sacramentum ad nouum testamentum pertinet, vt ex forma ipsius apparet. In nouo autem testamento nō sunt obseruandæ cerimoniæ veteris testamēti, ad quas petebat, ꝙ sacerdos, & ministri aqua lauabantur, quando acceptabant ad offerendum. legitur. n. Exod. 29. lauabunt Aaron, & filij eius manus suas ac pedes, quando ingressuri sunt ad altare. Non est conueniens ꝙ sacerdos lauet manus suas inter missarum solennia. ¶ Secūdo ibidem dominus mādauit, ꝙ sacerdos adolerit incensum suaue fragrans super altare, ꝙ erat ante ꝓpitiatorium quod etiam pertinebat ad cerimoniam veteris testamenti. inconuenienter ergo sacerdos in missa thurificatione vtitur. ¶ Tertio ea, quę in sacramentis ecclesię aguntur, non sunt iteranda. Inconuenienter: ergo sacerdos iterat cruce signationes supra hoc sacramentum. ¶ Quarto apostolus dicit Hæb. 7. sine vlla contradictione quod minus est, à maiori benedicitur, sed Christus, qui est in hoc sacramento post ascensionem, est multo maior sacrificante. Inconuenienter ergo sacerdos post consecrationem benedicit hoc sacramentum cruce signando.

¶ Quinto

Ad primū argu.

Ad secundū

Ad tertium

Ad quartū

Ad quītum

Ad sextum.

Ad septim

Ad octauū

Ad nonum

Primum ar.

Secūm ar.

Tertium ar.

Quartū ar.

Quinto ar. ¶ Quinto in hoc sacramento ecclesiæ nihil debet fieri qđ ridiculosum videatur, videtur autem ridiculosum gesticulationes facere, ad quas pertinere videtur, ꝙ sacerdos quandoque brachia extendit, manus iungit, digitos complicat, & seipsum incuruat. ergo hoc nō debet fieri in hoc sacramento. Sextum ar. ¶ Sexto ridiculosum esse videtur, ꝙ sacerdos multoties se ad populum vertit. multoties etiam populū salutat, non ergo hoc deberet fieri in celebratione huius sacramenti. Septimum arg. ¶ Septimo Apostolus 1. Cor. 1. pro inconuenienti habet, ꝙ Christus sit diuisus, sed post consecrationem Christus est in hoc sacramento. inconuenienter ergo hostia frangitur à sacerdote. Octauū ar. ¶ Octauo ea, quæ in hoc sacramento aguntur passionē Christi repræsentāt, sed in passione Christi corpus fuit diuisum in quinque locis vulnerum, ergo corpus Christi in quinque partes frangi debet magis quam in tres. Nonum ar. ¶ Nono. Totum corpus Christi seorsum consecratur in hoc sacramento à sanguine, incōueniēter ergo vna eius pars sanguini miscetur. Decimum argu. ¶ Decimo. Sicut corpus Christi proponitur in hoc sacramento, vt cibus, ita, & sanguis Christi, vt potus, sed sumptioni corporis Christi non adiungitur in celebratione missæ alius corporalis cibus. Inconuenienter ergo sacerdos post sumptionem sanguinis Christi, vinum non consecratum sumit. Vndecimū arg. ¶ Vndecimo veritas debet respondere figuræ, sed de agno paschali qui fuit figura huius sacramenti mandatur, ꝙ nō remaneat ex eo quicquam vsque mane. ¶ Inconueniēter ergo hostię sacratæ reseruantur, & non statim sumuntur. Duodecim. argu. ¶ Duodecimo. Sacerdos pluraliter loquitur audiētib. puta cum dicit dominus vobiscum, & gratias agamus, sed incōueniens videtur pluraliter loqui vni soli, & maxime minori. ergo inconueniens videtur ꝙ sacerdos vno tantum ministro præsente celebret missam. Sic ergo videtur ꝙ inconuenienter aliqua agantur in celebratione huius sacramenti. Opponit & Respondet. ¶ Sed in contrarium est ecclesiæ consuetudo, quæ errare non potest, vtpote spiritu sancto instructa. ¶ Respōdet dicendum, ꝙ ea quæ aguntur in celebratione huius sacramenti siue in missa conuenienter fiant. ¶ Pro quo notandum ꝙ sicut supra dictum est in sacramentis, aliquid dupliciter significatur. s. verbis, & factis, ad hoc ꝙ sit perfectior significatio. Signantur autem verbis in celebratione huius sacramænti quædam pertinentia ad passionem Christi, quæ repræsentantur in hoc sacramanto, vel etiam ad corpus mysticum, quod significatur in hoc sacramento. Et quædam pertinentia ad vsum huius sacramenti, quæ debent esse cum deuotione, & reuerentia. Et ideo in celebratione huius mysterij, quędam aguntur ad repræsentandum passionem Christi, vel etiam dispositionem corporis mystici, & quędam aguntur pertinentia ad deuotionem, & reuerentiam vsus huius sacramenti.

Ad primum argum.
12 ¶ Ad primum ergo dicendum † quod ablutio manuum fit in celebratione missę propter reuerentiam huius sacramenti. Et hoc dupliciter. Primo quidem quia aliqua pretiosa tractare non consueuimus, nisi manibus ablutis, vñ indecens videtur, quod ad tantum sacramentum quis accedat manibus etiam corporaliter inquinatis. Secundo ꝓpter significationem, quia, vt Dionysius dicit 3. ca. ecclesiasticæ hierarchiæ. Diony. Extremitatum ablutio significat emūdationem etiam à minimis peccatis, secundum illud Ioā. 13. Qui lotus est, non indiget nisi, vt pedes lauet, & talis emundatio requiritur ab eo, qui accedit ad hoc sacramentum, quod etiam significatur per confessionem quæ fit ante introitum missæ. Et hoc idem significabat ablutio sacerdotum in veteri lege, vt ibidem Diony. dicit. Nec tamen hoc ecclesia seruat tanquam cerimoniale veteris legis pręceptum, sed quasi ab ecclesia institutum, sed est quidem secundum se cōueniens, & ideo non eodem modo obseruatur, sicut tunc, prætermittitur. n. pedum ablutio, & obseruatur ablutio manuum, quæ pōt fieri magis in prōptu, & quæ sufficit ad significandū perfectam mūdiciā. Cū. n. manus sit organum organorum, vt dicitur in tertio de anima, omnia opera attribuuntur manibus, vnde & in psalm. 25. dicitur. Lauabo inter innocentes manus meas

Ad scđum ¶ Ad secundam dicendum, ꝙ thurificatione non vtimur quasi cerimoniali præcepto legis, sed sicut ecclesiæ statuto, vnde non eodē modo vtimur sicut in veteri lege erat
13 statutum, † pertinet autem thurificatio ad duo. Primo quidem ad reuerentiam huius sacramenti, vt. s. per bonū odorem depellatur si quid corporaliter praui odoris in loco fuerit ꝙ posset prouocare horrorem. Secundo pertinet ad repræsentandum effectum gratiæ, qua sicut bono odore Christus plenus fuit. secūdum illud Gen. 27. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, & à Christo deriuatur ad fideles officio ministrorum 2. Cor. 2. odorem notitiæ suæ spargit per nos in omni loco. Et ideo vndique thurificato altari per ꝙ Christus significatur thurificantur omnes ꝑ ordinem.

Ad tertium ¶ Ad tertium dicendum ꝙ sacerdos in celebratione vtitur crucis signatione ad exprimendam passionē Christi quæ est ad crucem terminata. Quid autem per singulas istas cruci signationes repræsentet de passione Christi explicabitur. ỹ. di. 2. circa capitulū semel Christus mortuus est. Potest autem ad rationem breuius responderi, ꝙ consecratio huius sacramenti, & acceptio sacrificij, & fructus eius procedit ex virtute crucis Christi, & ideo vbicūque fit mentio de aliquo horum sacerdos crucis signatione vtitur.

Ad quartum ¶ Ad quartum dicendum, ꝙ sacerdos post consecrationem non vtitur crucis signatione ad benedicendū & consecrandum, sed solum ad commemorandum virtutem crucis, & modum passionis Christi, vt ex dictis patet,

Ad quītum ¶ Ad quintum dicendum ꝙ ea, quæ sacerdos in missa facit, non sunt gesticulationes ridiculosæ, sunt. n. ad aliquid repſentādū, ꝙ. n. sacerdos brachia extēdit post cōsecrationē, significat extēsionē brachiorū Christi in cruce. leuat ēt manus orando ad designandum, ꝙ oratio eius pro populo dirigitur ad Deum, secundum illud Treno. 3. leuemus corda nostra cum manibus ad Deum in cœlum, & Exo. 17. dicitur, ꝙ cū leuaret Moyses manus vincebat Israel. Quod autem manus interdum iungit, & inclinat se suppliciter, & humiliter orans, designat humilitatem, & obedientiā Christi, ex qua passus est. digitos iungit post consecrationem. s. pollicem cum indice quibus corpus Christi consecratum tetigerat, vt si qua particula digitis adhæserat ne dispergatur quod pertinet ad reuerentiā sacramēti.

Ad sextum ¶ Ad sextum dicendum † ꝙ quinquies vertit se sacerdos ad populum ad designandum, ꝙ dominus die resurrectionis
14 quinquies se manifestauit. Salutat autem septies populum. s. quinque vicibus quando vertit se ad populum, & bis qñ se non conuertit. s. ante præfationem, cum dicit, dominus vobiscum. Et cum dicit pax domini sit semper vobiscum, ad designandum septiformem gratiam spiritussancti. Episcopus autem celebrans in festis, in prima salutatione dicit pax vobis, quod post resurrectionem dixit dominus cuius personam præcipue repræsentat episcopus.

Ad septimū ¶ Ad septimum dicēdum † ꝙ fractio hostiæ tria significat. primo quidem ipsam diuisionem corporis Christi, quæ facta est
15 in passione. ¶ Secundo distinctionem corporis mystici secūdum diuersos status. Tertio distributionem gratiarum procedētium ex passione Christi, vt Dionysius dicit 3. c. ecclesiasticæ Hierarchię, vnde talis fractio non inducit diuisionem corporis Christi.

Ad octauum ¶ Ad octauum dicendum, ꝙ sicut Sergius papa dicit, & habet. ỹ. di. 2. Triforme est corpus Christi, pars oblata in calice missa, corpus Christi, ꝙ iam resurrexit, demonstrat. s. ipsum Christum, & beatā virginem, vel si qui alij sancti cum corporibus sunt in gloria. Pars comesta, ambulantes adhuc super terram, quia. s. viuentes in terra sacramento vniuntur, & passionibus conteruntur, sicut panis comestus atteritur dentibus. Pars in altari vsque ad finem missæ remanens est corpus Christi in sepulchro remanens vsque in finem seculi, quia corpora sanctorum in sepulchris erunt quorum animæ sunt, vel in purgatorio, vel in cœlo, hic tamen ritus non seruatur modo, vt. s. vna pars seruetur vsque ad finem missę, manet tamen eadem significatio partium, quam quidam expresserunt metrice, dicentes. Versus. Hostia diuiditur, pars intinctaq; beatos. Plene sicca notat viuos. seruata sepultos. Quidam tamen dicunt, ꝙ pars in calice missa significat eos, qui viuunt in hoc mundo, pars autem extra calicem seruata plene notat beatos, quantum ad animam & quantum ad corpus, pars autem comesta significat eos, qui sunt in purgatorio.

Ad nonum ¶ Ad nonum dicendum † ꝙ per calicem duo possunt
16 significari. Vno modo ipsa passio, quæ repræsentat in hoc sacramento, & secundum hoc per partem in calicem missam significantur illi qui adhuc sunt participes passionis Christi alio modo potest significari fruitio beata, quę ēt in hoc sacramento præfiguratur, & ideo semper illi, quorum corpora sunt in plena beatitudine, significantur per partem in calicem missam. Et est notandum, quod pars in calice

Ad decimum. intinctũ nõ porrexerit Christus nisi Iudæ proditori. ¶ Ad decimum dicẽdum, ꝙ vinum ratione suæ humiditatis est ablutiuum, & ideo sumitur post perceptionẽ huius sacramenti ad abluẽdum os ne aliquæ reliquiæ remaneãt, quod pertinet ad reuerentiam sacramenti, vnde extra de celeb. mis. c. ex parte. sacerdos vino os perfundere debet postquã totum percepit sacramẽtum, nisi cum eodem die missam aliam debuerit celebrare, ne si forte vinum perfusionis acciperet, celebrationem aliam impediret, & eadẽ ratione.

Ad vndecimum. ¶ Ad vndecimum dicendum, ꝙ veritas quantum ad aliquid debet respõdere figuræ, quia. s. non debet pars hostię consecratæ, de qua sacerdos, vel minister, vel etiam populus communicat, in crastinum reseruari. Vnde, vt habetur j. di. 2. Clemens papa statuit, ꝙ tanta holocausta in altario offerantur, quanta populo sufficere debeant, quia si remãserint in crastinum non reseruẽtur, sed cum timore, & tremore clericorum diligentia consumantur, quia tamẽ hoc sacramentum quotidie sumendum est, non autem agnus paschalis quotidie sumebatur. Ideo oportet alias hostias consecratas pro infirmis cõsecrare, vnde in eadem distinctione legitur. Presbyter eucharistiam semper habeat paratam, vt quando quis infirmatus fuerit, statim eum communicet, ne sine communione moriatur.

Ad duodecimum. ¶ Ad duodecimum dicendum, ꝙ in solenni celebratione missæ plures debent adesse. vnde Sother papa dicit & habetur j. e. dist. hoc quoque statutum est, vt nullus presbyterorum missarum solennia celebrare præsumat, nisi duobus præsentib. sibi quoque respondentibus ipse tertius habeatur, quia cũ pluraliter ab eo dr̃ dominus vobiscum, & illud in secretis orate pro me, apertissime conuenit, vt ipsi respondeatur salutationi, vnde ad maiorem solennitatem ibidem statutum legitur, ꝙ episcopus cum pluribus missarum solẽnia peragat In missis tamen priuatis sufficit habere vnum ministrum qui gerit personã totius populi catholici, ex cuius persona sacerdoti respondet. Le.

Exponit literam. ¶ [Iacobus]. s. Alphei,
17 & Mariæ sororis matris domini filius. † Hic merito suæ pfectionis cognominatus est iustus, ex vtero. n. sanctus fuisse dr̃, vinum, & sicerã non bibit, nullam carnem comedit, nunquam tonsus, nec vnguẽto vnctus nec balneo est vsus, & genibus defixis orabat intantum, vt genua eius camelorum transisse duriciem crederetur, hic est Iacobus minor, sic dictus ad differentiam Zebedei qui dictus est maior, non sanctitate, vel tempore, quia ille posterius est natus, sed dicitur maior, qa prius vocatus est à domino, & prius adhæsit ei, & hic dicitur minor, quia posterius vocatus est, & posterius adhęsit Christo, vnde in ecclesia hoc idẽ seruatur, vt ille dicatur prior qui prius est ordinatus, vt distinctione 74. episcoporum, & cap. placuit. §. verum, & ext. de maio. & obe. c. 1. [frater domini] quia consobrinus .i. filius matris domini. Nota ꝙ Anna mortuo Ioachim genero suo, Cleophę fratri ipsi Ioseph, de quo susceperat matrem domini, data est in vxorem à Ioseph, suscepit filiam dictam Mariã, quam dedit in vxorem Alpheo, de qua nati sunt Alpheo alij cõsobrini domini, Iacobus Simon, & Iuda, & Ioseph iustus. Et hi quatuor præ cæteris consanguineis dicti sunt fratres domini, quia non solum cognati, sed etiam agnati eius putabantur tanquam ex duobus fratrib. Ioseph, & Cleopha descendentes, inter quos quasi anthonomaticè Iacobus dictus est frater domini, quia ei præ cæteris simillimus fuit in facie. Iterum mortuo Cleopha Anna nupsit tertio viro. s. Salomoni, & ex eo habuit filiã, quã vocauit Mariam, & hanc duxit Zebedæus, & ex ea habuit Iacobum maiorem, & Ioannem, hæc autem omnia fertile, & aperte cognoscuntur, & intelliguntur, ex his versib.

Versus. Ters tribus Anna viris fertur peperisse Marias, Anna viro Ioachim peperit re virgo Maria. De qua processit fine semine vera sophia. Post hanc Cleopha peperit sibi virgo sororem. Quæ parit Alpheo Iacobumq́ue minorem. Hæc etiam peperit Iudam Simonemq́ue zelotem. Hoc quoque defuncto cuidam Salomoni copulatur. De qua natorũ Zebedæi genetrix generatur.
18 † Notãdum etiam, ꝙ frates in diuina scriptura quatuor modis dicũtur. natura, gente, cognatione, & affectu. Natura, vt Iacob, & Esau. Gen. vt oẽs Iudæi dicuntur fratres inter se. cognatione, vt, qui sunt de vna consanguinitate. Affectu, vt omnes Christiani [Cui] fuit. n. episcopus illius ecclesiæ. [Missæ celebrationem] a .i.
a ordinem celebrandi, qui tunc erat, redegerunt in scriptis, quia tunc forte in scriptis non erat redactus, & fortassis ali qua addiderunt, sicut, & alij postea ad decorem, & solennitatem missæ fecisse leguntur 11. di. ecclesiarum, & extr. de
19 celebratione mi. cum Marthę. † Missam vero Christus qui est sacerdos inęternum ẜm ordinem Melchisedech, dr̃ celebrasse, primo cum sacramentum hoc instituit panẽm in corpus suũ, & vinum in sanguinem diuina potestate transsubstantians, dicens, hoc est corpus meum & c. Mat. 26. Itẽ missam celebrãdam instituit cum ait, hoc facite in meam cõmemorationem. Lucæ. 22. postea vero apostoli sicut s. diximus, aliqua addiderunt. Et alij maxime summi põtifices sine quorum authoritate nihil in canone addendũ est.

a ¶ Missę celebrationẽ. Missę suis tẽporibus sunt cãtandæ. Pet. de An. in c. q. dãnu. 3. de celeb. mis.

2 *Missa solennis siue publica quæ dicatur.*
3 *Missæ tres quare celebrentur in nocte natiuitatis.*
4 *Missam an liceat celebrare antequam sit dies artificialis.*



# Nocte sancta natiuitatis.

Hic incipit 13. pars huius distinctionis, in qua magister Gratianus ostendit quo tempore missa sit celebrãda. Et diuiditur hoc c. in duas partes. In 1. dicit ꝙ in natiuitate domini de nocte missa decantanda est, quia. s. illa hora saluator noster natus est. In secũda ꝙ in alijs temporibus hora tertia. Ad quod assignat duas rationes. vna est, quia illa hora Christus crucifixus est. secunda est, ꝙ illa hora spiritussanctus super apostolos legitur descendisse, secũda ibi, reliquis vero. Dicit præterea, quod in dicta nocte natiuitatis hymnus, Gloria in excelsis Deo, solenniter est decantandus. Pro maiori intelligentia huius capituli, duæ quæstiones occurrunt hic declarandæ. Diuisio.

1 ¶ Prima est, vtrum conuenienter in hoc capitulo sit declaratum tempus celebrationis missæ.

5 ¶ Secunda est de conuenientia propter quã præfatus hymnus angelicus sit nocte natiuitatis Christi decantandus.

1 **Ad primam** quæstionem sic proceditur. † Et arguitur primo ꝙ de natali domini incõuenienter ordinatum sit, ꝙ in nocte, & ꝙ ter celebretur, & hoc sic. ¶ Passio Christi commemoratur sexta feria in ecclesia ante pascha, nõ aũt in natali, cum ergo sacramẽtum sit commemoratiuum passionis dominicæ, non vr̃ cõueniens, ꝙ die natalis domini ter celebretur hoc sacramẽtum. In parasceue autem totaliter intermittitur. Primum ar. ¶ Secũdo sic. hoc sacramentum pertinet ad tempus gratiæ quæ per diem signatur, ẜm illud ad Ro. 12. Nox præcessit, dies aũt appropinquauit, ergo videtur, ꝙ nunquam sit celebrandũ nocte. Scd̃um ar. ¶ Tertio arguitur ꝙ liceat illud celebrari omni hora sic. licet corpus Xp̃i sumere oĩ hora in necessitate, ergo hora 13 celebrare in necessitate, q̃nia patet a simili. Tertiũ arg. ¶ Quarto arguit, ꝙ hora vespertina liceat sic in celebratione hui' sacramenti ecclesia debet imitari institutionem Christi, quia Christi actio nostra est instructio, sed Christus consecrauit hoc sacramentum in cæna hora vespertina. ergo videtur ꝙ tali hora debeat hoc sacramẽtũ celebrari. Quartũ ar. ¶ Quinto sic, ẜm canones ordines supremi sunt celebrandi circa vespertinam horam dist. 75. q̃m, & c. ordinationes, sed ordines sacri non celebrantur sine missarum solennijs, ergo illa hora licitum est missas celebrare. Quintũ ar. ¶ Sexto arguitur Et videt̃ ꝙ post mediam noctem liceat, quia dies ẜm iudiciũ ecclesiæ inchoat tẽpore mediæ noctis, vt habetur in computo, & ex. de offi. dele. c. consuluit, & ff. de ferijs. l. more romano. sed habetur in c. nocte. e. di. licet missas celebrare in prima parte diei, ergo & c. Sextum ar. ¶ Septimo arguitur ꝙ tantum liceat celebrari hora sexta sic. Illa hora domin' passus est, sed hoc sacramentum memoriale est diuinæ passionis. ergo illa hora est celebranda. Septimum arg. ¶ In oppositum ex tex. cap. pręsentis, & ecclesiæ consuetudo. ¶ Respondet. dicendum, ꝙ conuenienter determinatum est in c. præsentis tempus celebrationis missæ. Opponit & Respondet. Pro quo notandum cum sancto Tho. in 3. parte ꝙ in celebratione huius mysterij attenditur & repræsentatio dominicæ passionis, & eius fructus participatio, & secundum vtrunque oportuit determinare tempus aptum celebrationi huius sacramenti, quia. n. fructu dominicæ passionis continue in ecclesia egemus propter continuos defectus quotidie in ecclesia regulariter hoc sacramentum offertur, vnde & dominus petere nos docet. Lucæ vndecimo. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, quod exponens Beatus Augustinus in libro de verbis domini dicit. Si quotidianus est panis, cur post annum S. Thomas. Augu.


illum

illum sumas quemadmodum græci in oriente facere consueuerũt. Accipe quotidie quod quotidie tibi prosit, quia vero dñica passio celebrata est à 3. hora vsq; ad nonam, iõ regulariter in illa parte diei solenniter celebratur hoc sacramentum in ecclesia. Et dicit notanter S. Th. solenniter celebratur, quia non obseruatur hæc temporis determinatio in oĩbus missis, missarum.n. quędam est ꝓ defunctis, & ista licite cantatur qualibet hora diei, duntaxat ante nonam, vt colligitur ex c. sequenti vt dicit Hu. Quedã est particularis vel priuata seu votiua, & dr̃ illa q̃ sacerdos priuatim .i. populo non vocato celebrat ex deuotione sua, vel alterius puta pro pc̃ĩs pro periculis remouendis vitandis pro pace. In honorem sanctæ trinitatis vel sanctæ Mariæ, & hmõi, & hoc licite cantatur qualibet hora diei duntaxat ante nonam, ita tñ ꝙ eius occasione populus non abstrahatur à solenni missa diei, vt. j̃. e. di. in c. & hoc attẽdendum. vnde S. Tho. in 4. dicit priuatæ missæ dici possunt à mane vsque ad tertiam, vel etiam vsque ad nonam in diebus ieiuniorum.

S. Thoma. Hugo. S. Thom.

2 † Missa vero solennis siue publica, dr̃ quæ cantatur de die illo vel festo illius diei. Et dr̃ solenniter debet cantari, & populus per solita signa .s. campanarum cõuocari. Et de talibus missis solennibus accipiendum est, quòd dictum est ꝙ regulariter cãtantur in tribus horis, s. tertia sexta, & nona, vt dicit S. Tho. Hu. & Host. in summa. Instituta aũt est solennis missæ celebratio, vt dicit S. Tho. fieri illis tribus horis. s. in 3. diebus festis, sexta in diebus ꝓfestis, nona in diebus ieiuniorum, quia in missa recolitur mors Christi, qui quidẽ hora tertia crucifixus est linguis Iudæorum clamantium. crucifige crucifige eum, etiam à militibus verberatus. Marc. 15. & eadem hora spiritussanctus descendit super apostolos. Hora sexta crucifixus est manibus militũ, vt habetur Io. 9. hora nona voce magna clamans emisit spiritum. Mat. 29. Verum diebus ieiuniorũ potest missa retardari, vt etiam post nonam cantetur maxime qñ sunt ordines celebrandi, & præcipue in sabbato sancto. Tum propter prolixitatem officij, tum etiam quia ordines pertinent ad diem dominicum, vt habetur distinc. 75. c. quod à patribus. Preterea hoc, quod dictum est de tempore celebrationis, intelligendum est regulariter, quia occurrente necessitate possunt missæ celebrari prima parte diei, vt. j̃. e. distinctio. cap. necesse. ¶ Quibus notatis dicendum est ad argumentum. Ad primum dicendum negando consequentiam, quoniam, vt inquit S. Tho. non est simile de die natalis dñi. & feria sexta in parasceue, qm cũ adueniente veritate cessare debeat figura, & hoc sacramentum figura sit dñicę passionis, conueniens est, vt in die qua ipsa passio Christi recolitur prout realiter gesta est non celebretur consecratio huius sacramenti, ne tñ ecclesia eo ẽt die sit sine fructu passionis, per hoc sacramẽtũ nobis exhibitum etiam corpus consecratum in die præcedenti reseruatur sumendum in illa die, non autem sanguis pp periculum, & quia sanguis specialius est imago passionis dominicæ. In die aũt natiuitatis Christi non est hoc, quare non est simile.

S. Thom. Hugu. Host. Ad primum argu. S. Thomas.

3 † ¶ Prætetea in die natiuitatis domini plures missæ celebrantur, a propter triplicem Christi natiuitatem, quarũ vna est æterna, quę quo ad nos est occulta. vnde Esa. 53. generationem eius quis enarrabit. Et ideo vna missa cantatur de nocte, in cuius introitu dr̃. dominus dixit ad me filius meus es tu &c. Alia autem est temporalis, sed spiritualis, qua. s. Christus oritur tanquam lucifer in cordibus nostris vt dr̃ 2. Pet. j. & ꝓpter hoc cantatur missa in aurora, in cuius introitu dr̃, lux fulgebit super nos. Tertia est natiuitas temporalis, & corporalis, ꝯm quam nobis visibilis processit ex vtero virginali carne indutus, & pp hoc cantatur tertia missa in plena luce, in cuius introitu dr̃. puer natus est nobis, licet econuerso posset dici, vt dicit S. Tho. ꝙ natiuitas ęterna ꝯm se est in plena luce, & propter hoc in euãgelio tertiæ missæ fit mẽtio de gñatione æterna, vñ dr̃ euãgelium Ioannis. In principio erat verbum. Secundum aũt natiuitatem corporalem ad literam natus est de nocte, in signum ꝙ veniebat ad tenebras infirmitatis nostræ vnde, & in missa nocturna dr̃ euangelium de corporali natiuitate. ¶ Ab alijs autẽ assignantur aliæ causæ, vna propter tres in vna persona Christi substantias, vt illa de nocte significet corpus, illa de aurora animam, illa de die diuinitatem. ¶ Alia causa ratione mysterij, quoniã per illas tres representatur triplex status ante legẽ, sub lege, & in lege seu status gratiæ. Illa quæ cantatur de nocte repræsentat primũ, quia tunc omnes erant in tenebris, vnde dicitur in missa illa prophetia populus gẽtiũ qui ambulabat in tenebris &c. ¶ Secunda, quæ dr̃ in aurora repræsentat statum sub lege, in quo iam incipiebat clarescere cognitio saluatoris per scripta legis, & prophetarum, licet nõ plene, & ideo missa illa cantatur inter noctem, & diem. Et dr̃ officium, lux fulgebit. ¶ Tertia quæ dr̃ in die repræsentat statũ gratiæ ꝯm illud apostoli ad Ro. 13. Nox præcessit, dies aũt appropinquauit, vnde dr̃ officium, puer natus est nobis. Alia causa signatur ab alijs quæ designatur his versibus quos ponit Hostien. in summa. Tres in natali debẽt missæ celebrari. Quarum prima sacram Christi signat genituram. Altera venturi designat gaudia Christi. Tertia iam natũ, ꝙ lex sacra sorte figurat. Verum ꝙ plures missę aliquando celebrantur in vna die etiam contingit in alijs diebus, quam natiuitatis, in quibus occurrũt plura Christi beneficia, vel recolenda, expectanda, vnde tunc plures missę celebrantur in die, puta vna pro festo, alia pro ieiunio, vel pro mortuis. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. licet.n. verum sit, ꝙ regulariter hoc sacramentum de die celebrandum est, & non in nocte, quia ipse Christus est præsens in hoc sacramento, qui dicit Io. 9. me oportet operari, quãdiu in mundo sum, lux sum mundi. Ita tñ ꝙ principium diei sumatur non à media nocte, nec ab ortu solis. i. quando solis substantia apparet super terram, sed quando incipit apparere aurora, tunc.n. quandoque dr̃ sol ortus inquantum claritas radiorum eius apparet, vnde & Mar. 16. dr̃ ꝙ mulieres venerunt ad monumentum orto iam sole, tamẽ venerunt cum adhuc tenebræ essent ad monumentum, vt dr̃ Io. 20. Sic.n. hanc contrarietatem soluit Aug. in li. de consensu euangelistarum. Specialiter tñ in nocte natalis missa celebratur propter hoc, ꝙ in ea natus est Christus, vt habetur in c. præsenti, & similiter in sabbato paschæ circa noctis principium propter hoc ꝙ dominus nocte surrexit cum adhuc tenebræ esset ante manifestum solis ortũ. vnde in oratione dr̃. Deus qui hanc sacratissimam noctem quãuis hoc vt dicit S. Tho. in 4. non oporteat semper obseruari. Sic ergo propter priuilegium harum noctium est ꝙ celebratur in his noctibus missa quod nõ est fiendũ in alijs. ¶ Ad tertium respondetur negando consequẽtiam, & negatur etiam, ꝙ sit simile de sumptione corporis Christi, & de celebratione eius, quia vnum istorum. s. sumere corpus Christi omni tpe in necessitate est concessum ab ecclesia, alterum vero. s. cõsecrare, non. sed contrarium, sed contra institutionem ecclesiæ nihil est præsumendũ 7. q. 2. ¶ Ad quartum rñ. negãdo cõsequentiã. Non.n. tenemur Christũ imitari in omnibus vt patet. Specialis quædam causa fuit quare tempore illo sacramentum hoc Christus consecrauit. Nam, vt sacramẽtum hoc cordibus, discipulorum fortius imprimeretur, ideo vltimo post cænam, & in fine diei hoc sacramentum consecrauit, & discipulis tradidit, vnde sicut non imitamur eum in celebrãdo post cęnam, ita nec in tempore diei. ¶ Ad quintum dicendum ꝙ hoc singulariter est in diebus ordinum ratione iam dicta. ¶ Ad sextũ respondetur, quòd media nocte secundum ecclesiam incipit dies naturalis, vt in allegato c. consuluit. extra de offic. deleg. Non autem artificialis, de quo loquitur capitulum præsens, quòd in eo solo liceat celebrare. ¶ Quæritur autem hic Alexander de Halis in quarto.

a ¶ Celebratur. Adde pulchre per de An. in c. cõsuluisti, nu. 3 de celebra. miss.

S. Thomas.

Versus. Ad secũm. August. S. Thomas. Ad tertium. Ad quartum. Ad quĩtum. Ad sextum.

4 † vtrum liceat celebrare missam antequam dies artificialis sit. i. in illa parte diei quæ nox dicitur. Et respondetur quòd non licet, cum generalis consuetudo teneat tali hora non esse celebrandum, dicit tamen, quòd quidam dicunt quòd in aliquo casu de nocte liceat celebrare, vnde si aliquem vel aliquos ante diluculum infirmari ad periculum mortis contingeret, & non posset eucharistia haberi prę manibus nisi cõficeretur in hoc casu per episcopum, vel alium qui posset in casibus dispensare, posset tali hora dispẽsatorie celebrari, non tamen sine vrgentissima causa contra consuetudinem dictam generalem faciendum est.

Quæstio. Respondet.

5 Ad secundam quęstionem † in qua quæritur, q̃ conuenientia aut quæ ratio sit quare præcipiatur, quòd in nocte natiuitatis Christi hymnus angelicus, videlicet, gloria in excelsis deo, iubeatur cãtari: Respondetur quòd multum conuenienter hoc fit. Tum primo, quia angelus in natiuitate domini hũc hymnum primo cantauit quem multitudo exercitus angelorum persecuta est laudantium, & benedicentium Deũ. Tum

Respondet.

Tum secundo ad designandum gaudium, & gratulationẽ, tam angelorum, quam hominum de restauratione deperditorũ, & de multiplicis pacis reparatione. Ante nanq; natiuitatẽ Christi tres erant inimicitiarum partes, prima inter Deũ, & hoĩem. scd̃a inter angelos, & hoĩes. tertia inter hoĩes, & hoĩes, hõ nanque per inobedientiam creatorẽ offenderat per suum casum, restaurationem angelicã impediuerat, pariter se homo ab hoĩe separauerat. Iudæus nãq; cerimonias extollebat, gentilis idolatriã exercebat, vtriq; ritus alteri displicebat. Sed veniens pax nostra fecit vtraq; vnum. Eph. 2. destruxit inimicitiarum materias, & concurrentes parietes in se angulari lapide collocauit, vt de cetero esset vnũ ouile, & vnus pastor. Io. 10. Abstulit ergo peccatum, & reconciliauit hominem Deo. Reparauit casum, & reconciliauit hoĩem angelo, detraxit ritus & recõciliauit hominem homini. restaurauit ergo, quæ in cœlis, & q̃ in terris sunt, & ob hoc hæc illa cœlestis militiæ multitudo cãtabat. Gloria in excelsis. i. in angelis Deo & in terra &c. Hinc est etiã, ꝙ angelus loquitur, & congaudet pastoribus, quia pax est inter angelos, & hoĩes reformata. Nascitur Deus & hõ, quia pax est inter Deum, & hominem restaurata. Nascitur in ꝑsepio bouis, quia pax est inter homines, & hoĩes restituta, per bouem. n. iudaicus populus, & per asinum gentilis figurãtur ſm illud Esa. 1. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe dñi sui. per bouẽ ſm gl. significantur credentes ex iudeis, & per asinum gẽtilis populus. Lr̃a. ¶ [Hymnũ angelicũ] quẽ angeli primo cantauerunt tali nocte, hunc hymnũ solus sacerdos incipit in medio stans altaris, quia dum medium silentium tenerent oĩa, natus est Iesus in medio in. i. pro oĩbus. Et postea chorus reliqua prosequitur, quia solus angelus in natiuitate hũc hymnum incepit, post quẽ facta est multitudo cęlestis exercitus laudantium Deum Lucæ. 2. In cuius memoriam (vt dictum fuit) ecclesia cantat. Iste hymnus compositus est ex duobus. s. ex hoc ꝙ est angeli præcinentis, & ex hoc ꝙ additum est à beato non Hilario, vt dicit gl. sed à papa Thelesphoro additum est in memoriam exercitus angelorum cõcinẽtium. Dr̃ aũt totus hymnus angelicus, ꝑꝑ principium, vt dicit Hu. Cui Alb. consonans ita ait. Dr̃ hymnus angelorum, quia primã partẽ eius cantauit angelus, residuum quidem factum est ab hoĩe, sed in memoriã concinentium angelorum, cum angelo præcinẽte. Dan. 3. benedicite angeli dñi dño, lau. & super ex. eum in secula. Incipiens aũt sacerdos hunc hymnum, vertit se ad oriẽtẽ, quia angelus ab oriẽte venit in Bethleẽ, vel quia ad orientem adorare Deũ debemus [nuntiatus]. i. decantatus [celebrationes]. i. missæ solennes in festiuis diebus, de quibus loquitur. [ante horam]. i. ipsa hora diei tertia licite celebrantur eadem Mar. 15. [descendisse] Mat. 3.

Exponit literam.

Cõtra glo.

Albe. mag.

1 *Cibus, vel potus præassumptus, an impediat susceptionem sacramenti altaris.*
2 *Sacramenti altaris sumptionem aliquid impedit dupliciter.*
3 *Ieiunium est duplex.*



Acramenta altaris. Hic incipit 14. pars in qua magister Gratian. ponit ex instituto cõcilij Carthaginensis, ꝙ non nisi à ieiunis sunt altaris sacrameta celebranda. Breue est. ¶ Pro huius c. pleniori intelligentia habenda q̃rit 1 ꝟtrũ cib⁹, vel potus ꝑassumptus ĩpediat susceptionẽ sacri altaris, siue vtrũ semꝑ ieiuno stomacho debeat qs sumere hoc sacramentum. Et arguitur ad partes. Primo arguitur ex tex. pręsentis ca. vbi ab ista institutione excipi videtur anniuersarius dies quo cæna dñi celebrat̃, & ita vr̃, ꝙ post alios cibos licite põt quis sumere corpus Christi. ¶ Secũdo sic, hoc sacr̃m est à dño institutum in cena, sed dñs postquam cęnauit hoc sacramentum discipulis tradidit, sicut patet Lu. 23. & 1. ad Cor. 11. ergo vr̃ ꝙ etiã post alios cibos assumptos nos debeamus sumere hoc sacramẽtũ. ¶ Tertio 1. ad Cro. 11. dr̃. Cum venitis ad mãducãdũ (. s. corpus dñi) inuicem expectate. Si quis autem esurit domi manducet, & ita videtur, ꝙ postquam quis domi manducauit possit in ecclesia Christi corpus manducare. ¶ Quarto. sumptio aquæ vel medicinæ, vel alterius cibi, vel potus in minima quantitate, vel etiam reliquiarum cibi in ore remanẽtiũ, neque ieiunium ecclesiæ soluit, neq; sobrietatẽ tollit, quæ exigitur ad hoc, ꝙ aliquis reuerenter hoc sacr̃m sumat. ergo per prædicta non impeditur aliquis à sumptione huius sacramenti. ¶ Quinto, quidam de nocte profunda bibunt, & comedunt, aut forte totam noctem insomnem ducentes de mane percipiunt sacra mysteria nondum plene digesti, minus autẽ impeditur sobrietas hominis, si in mane parum comedit, & postea circa nonã sumeret hoc sacramẽtum, cum etiam sit maior distantia tp̃is. ergo videtur ꝙ talis cibi præassumptio non impediat hominem ad hoc sacramentum sumendum. ¶ Sexto. non minor reuerentia debetur huic sacramẽto iam sumpto, quam ante sumptionem, sed sumpto sacramento licet cibũ, aut potum sumere. ergo, & ante sumptionem. ¶ Sed contra est primo tex. præsentis capituli. Secundo quod Aug. dicit in lib. rõnum ad Ianuarium. Placuit spiritui sancto, vt in honorẽ tanti sacramenti prius in os Christiani dominicum corpus intraret, quam cæteri cibi. ¶ Respondet. dicendum † ꝙ aliquid 2 impedit sumptionem huius sacramẽti dupliciter vno mõ ſm se, sicut peccatum mortale, quod habet repugnantiã ad significatum huius sacramenti sicut supradictum est. Alio modo ꝑꝑ prohibitionem ecclesiæ, & sic impeditur quis à sumptione huius sacramẽti post cibum vel potum, de qua prohibitione loquitur tex. huius capituli, quæ prohibitio facta est ſm S. Th. in 3. parte triplici ratione. Primo quidẽ (sicut Aug. dicit) In honorem huius sacramenti, vt. s. in os hoĩes intret nõdum aliquo cibo, vel potu infectum. Scd̃o propter significationem, vt. s. detur intelligi, ꝙ Christus, qui est res huius sacramenti, & charitas eius, debet primo fundari in cordibus nostris, ſm illud Mat. 6. primum quærite regnum Dei. Tertio propter periculum vomitus, vel ebrietatis, quæ quandoque cõtingunt ex hoc, ꝙ hoĩes inordinate cibis vtunt̃, sicut, & apostolus dicit 1. Co. 11. alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Ab hac autem generali regula excipiuntur infirmi, qui statim communicandi sunt, etiã post cibum, si de eorum periculo dubitetur, ne sine communione decedant, quia necessitas legem nõ habet, vnde. ĩ. 2. d. dr̃ presbyter infirmum statim cõicet ne sine cõione moriatur. ¶ Ad primum dicendum, ꝙ capitulum illud loquitur ſm consuetudinem, aliquãdo apud aliquos obseruatam, vt in repręsentationem dominicæ cęnę primo die à non ieiunis corpus Christi sumeretur, sed nũc hoc est abrogatum. Nam sicut Aug. in lib. prædicto dicit ꝑ vniuersum orbem mos iste seruatur, vt. s. corpus Christi à ieiunis sumatur. ¶ Ad ſm dr̃ ꝙ sicut Aug. in e. li. dicit. Neq; quia post cibum dñs dedit, propterea pransi aut cænati fratres ad hoc sacramentum accipiendum cõuenire debeãt, aut mensis suis miscere, sicut faciebant, quos apostolus arguit, & emendat. Nãque Saluator quo vehementius cõmẽdaret misterij huius altitudinẽ vltimum hoc voluit infigere cordibus & memoriæ discipulorum, & ideo non præcepit, vt deinceps tali ordine sumẽtur, vt apostolis ꝑ quos ecclesias dispositurus erat, seruaret hunc locum. ¶ Ad tertium dicẽdũ, ꝙ illud verbum in glo. sic exponitur. Si quis esurit, & impatiens non vult expectare alios mãducet domi suos cibos. i. pane terreno pascatur, nec post eucharistiã 3 sumat. ¶ Ad quartũ dicẽdũ † ꝙ duplex est ieiuniũ. Primum est ieiuniũ naturæ, qđ importat priuationem criuscunque ꝑassumpti per modũ cibi, vel potus, & tale ieiuniũ requiritur ad hoc sacramẽtũ ꝑꝑ ꝑdicta, & iõ neq; post assumptionẽ aquæ, vel alterius cibi, vel potus. Reliquiæ tñ sibi remanentes in ore si casualiter trãsglutiãtur nõ impediũt sumptionẽ huius sacramenti, quia nõ traijciunt̃ per modum cibi, sed per modum saliuæ. Et eadẽ rõ est de reliquijs aquę vel vini, quib. os abluit dũmodo traijciãtur nõ in magna quãtitate sed ꝑmistæ saliuę, quia vitari nõ põt. Aliud est ieiuniũ ecclesiæ, ꝙ instituitur ad carnis macerationẽ, & tale ieiuniũ nõ impeditur per ꝑdicta, quia ꝑdicta nõ multũ nutriunt, sed magis ad alterãdũ sumuntur. ¶ Ad quintum dicendum, ꝙ cũ dr̃ hoc sacramentũ prius, quã alij cibi, debet mitti in eos christiani, non ẽst intelligendũ absolute respectu totius temporis, alioqui qui semel comedisset, & bibisset, nunquam postea posset hoc sacramentum accipere. Sed est intelligendum quantum ad eundem diem. Et licet principium diei secundum diuersos diuersimode sumatur, vt notatur extra de ferijs capitul. secundo. Nam quidam à meridie, quidam ab occasu, quidam à media nocte diem incipiunt. Ecclesia tamen romana à media nocte diem incipit. Et ideo si post mediam noctem aliquis

Quæstio.
Primum ar.
Scd̃um ar.
Tertiũ arg.
Quartũ ar.
Quintũ ar.
Sextum ar
Opponit in cõtrarium.
Respondet.
S. Thoma.
Ad primum argum.
Augu.
Ad scd̃um.
Ad tertium
Ad quartũ
Ad quintum


quis assumpserit aliquid per modũ cibi vel potus, non põt eadem die hoc sumere sacramentũ, potest vero si ante mediam noctem. Nec refert vtrum post cibum, vel potũ dormierit, vel etiam digestus sit, quantum ad rationem præcepti. Refert autem quãtum ad perturbationem mentis quã patiuntur hoĩes propter insomnietatem vel indigestionẽ ext. de accu. c. si constiterit. Ex quibus, si mens multum turbetur redditur ineptus ad sumptionem huius sacramenti.

Ad sextum. ¶ Ad 6. dicendum, ꝙ maxima requiritur deuotio in sumptione huius sacramenti, quia tunc percipitur sacramenti effectus, quæ quidem deuotio magis impeditur per præcedentia, quam per sequẽtia. Et ideo magis est institutum ꝙ homines ieiunent ante sumptionem huius sacramenti, quam post, debet tñ esse aliqua mora inter sumptionẽ huius sacramenti, & reliquos cibos. vnde, & in missa oratio gratiarum actionis dr̃ post cõionem. Et cõicantes et suas priuatas orationes dicunt. Secundum tñ antiquos canones statutum fuit à papa Clemente, vt habetur. j. di. 2. Si mane dñica portio editur vsque ad sextam ieiunent ministri, qui eam sumpserint. Si tertia, vel quarta acceperint, ieiunẽt vsque ad vesperam. Antiquitus. n. rarius missarum solennia celebrabantur, & cum maiore præparatione. Nunc aũt quia oportet frequentius sacra mysteria celebrare, non posset hoc de facili obseruari, & ideo per contrariam consuetudinem est abrogatum inquit S. Th. in 3. parte Lege. ¶ [Celebrentur]. i. conficiantur vt 7. q. 1. nihil. Hug. [Excepto] Sed

Exponit literam. videtur, ꝙ hæc exceptio nulla sit, quia nec in eo die, nec in alio, debet hoc sacramẽtum confici, siue celebrari, nisi à ieiuno, vt patet ex præallegatis.

Respondet. ¶ Respond. multipliciter ad hoc ꝙ capitulum. hoc ita loquitur, vt dicit S. Th. in 3. parte, & Alexan. in 4. quia aliquo tempore sustinuit ecclesia in recordationem modi institutionis huius sacramenti consuetudinem illam apud aliquos, aliquando obseruatam, vt in repræsentatione dominicæ cænæ illo die à non ieiunis corpus Christi sumatur, sed nunc hoc est abrogatum per constitutionem, & per consuetudinem in cõtrarium. ¶ Secundo respondetur, ꝙ hoc referendum est ad diem illum in quo Christus post cibum consecrauit corpus, & sanguinem suum, & tunc legitur sic dico non celebretur, nisi à ieiunis nec vnquam rite celebratum est nisi à ieiunis excepto vno die quo Christus celebrauit post cibum. ¶ Tertio respondetur dicẽdo ꝙ illud participium excepto, ponitur inclusiue, & est sensus excepto. i. accepto & computato inter alios dies, quasi diceret nullo die excepto, & est simile

Hugu. Ale. de Ha. 23. q. 5. non est nostrum 13. q. 1. ebron, Hug. ¶ Quarto respondetur vt dicit Alex. de Hal. ꝙ forte intelligitur de astãtibus, qui nomine extenso dicuntur celebrare. non. n. dicitur conficitur, sed celebratur, primus modus videtur magis ad propositum [pro meridiano]. i. in meridiano solis. i. fine missa [orationibus] alijs.



Olent plures. Hic incipit 15. pars huius distinctio. in qua videtur magister Gratianus taxare horam comedendi in diebus ieiuniorum. s. circa nonam horam. Et diuiditur in duas partes hoc

Diuisio. capitulum. Primo. n. reprehendit mores quorundam, qui in quadragesima antequam vespertinum officium dicatur soluunt ieiunium. In 2. dat regulam debitã, quæ est obseruanda circa horam solutionis quadragesimalis ieiunij. 2. ibi. concurrendum enim est. ¶ Pro præsentis capituli pleniori intelligentia duo hic occurrunt declaranda.

1 ¶ Dubium primum est, vtrum hora nona conuenienter taxetur ad comedendum in diebus ieiuniorum, his, qui ieiunant.

2 ¶ Secundum est, vtrum anticipatio temporis ieiunium soluat.

Primum argum. 1 Ad primum sic proceditur. † Et arguitur primo ꝙ non conuenienter taxetur hora nona comedendi ieiunantibus sic. Status noui testamenti est perfectior quam status veteris testamenti, sed in veteri testamento ieiunabant vsque ad vesperam. dr̃. n. Leuit. 23. Sabbatum est, affligetis animas vestras, & postea sequitur, à vespere vsque ad vesperam celebrabitis sabbata vestra,

Scd̃m ar. ergo multo magis in nouo testamẽto ieiunium debet induci vsque ad vesperam. ¶ Secundo ab ecclesia ieiunium institutum omnib. imponitur, sed non omnes possunt de-

Tertium ar. terminate cognoscere horã nonæ. ergo vr̃ ꝙ taxatio horæ nonæ non debeat cadere sub statuto ieiunij. ¶ Tertio ieiuniũ est actus virtutis abstinentiæ, sed virtus moralis nõ eodẽ modo accipit medium quo ad oẽs, quia qd̃ est multũ vni, est parũ alteri, vt dr̃ in 2. eth. ergo nõ debet ieiunantib. taxari hora nona. ¶ Quarto circunstãtiæ ſm conditionẽ personarũ sunt determinandæ, sed non sunt eiusdẽ conditionis quantũ ad potentiã oẽs quibus ieiunium indicit, ergo non esset eis omnib. vna hora determinãda. ¶ In oppositũ est tex. huius cap. in quo concilium Cabilonẽse dr̃, in quadragesima nullatenus credendi sunt ieiunare qui ante manducauerint, quã vespertinum celebretur officium, quod quadragesimali tempore post nonã dr̃, ergo vsq; ad nonam est ieiunandũ. ¶ Rñ. dicẽdũ ꝙ cõueniẽter taxatur hora nona ad comedendũ ieiunantibus, quæ conueniẽtia sic ostenditur iuxta S. Th. in 2. 2. q. 147. ar. 7. Ieiunium ordinat̃ ad delectationẽ, & cohibitionẽ culpæ, vnde oportet, quod aliquid addat super cõem cõsuetudinẽ, ita tñ ꝙ pp hoc non multũ natura grauetur. Est aũt debita & cõis cõsuetudo comedendi circa sextam, tum quia iam videtur illa hora completa digestio, tum quia tunc præcipue natura corporis humani indiget adiuuari vltra exteriorẽ calorẽ aeris, ne humores interius adurãtur. Et iõ, vt ieiunãs aliquam læsionem sentiat pro culpæ offensione conueniens hora taxatur ieiunantibus circa horã nonã. ¶ Scd̃a rõ huius est, quia ista hora cõuenit mysterio passionis Christi, q̃ completa est hora nona. qñ inclinato capite tradidit spm̃. ieiunantes. n. qñ carnẽ suã affligunt passioni Christi cõformantur, ſm illud Gal. 5. Qui Xp̃i sunt carnẽ suã crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs. ¶ Tertia rõ est vt dicit Alb. in q. de virtutib. quia post meridiẽ homo eiectus est de paradiso. ¶ Nunc dicendum est ad arg. in oppositũ. Ad primum rñd. negãdo consequentiam, rõ est status veteris testamẽti cõparatur nocti, status vero noui testamẽti, diei, ſm illud ad Ro. 14. Nox pcessit, dies aũt appropinquauit. Et iõ in veteri testamento ieiunabãt vsq; ad noctẽ, nõ aũt in nouo testõ. Non. n. vt inquit B. Tho. in 4. cõfirmatur nouo hoĩ, qui per passionẽ suã nos à vetustate, & tenebris reuocauit, & ideo illo tpe ieiuniũ primũ soluimus qñ Xp̃s passionẽ suã finiuit. s. hora nona. Sed ante hanc reuocationẽ cõpetebat vespertinum tp̃s ieiunantiũ comestioni ad significãdum, ꝙ per cibum veteris hoĩs in tenebris pc̃ti, & mortis deiecti erant. ſm illud Tren. 3. Et adduxit in tenebras, & non in lucem. A quibus non eruebantur etiã post tribulationes p̃sentis vitæ, quia in morte ad limbum descẽdebant, qui erant tenebrosus. Hec etiam ratio est Albe. magni vbi. s. quia vt inquit. Cum oĩa bene facerẽt, descẽdebãt tñ in infernum, vbi verũ lumen non fuit, & ideo opus satisfactionis eorum non terminabatur in luce, sed in tenebris & ideo qui immundabatur semper erat immundus vsque ad vesperã. Hæc Alb. ¶ Ad ſm dicendũ, ꝙ ad ieiuniũ requiritur hora determinata, non ſm subtilẽ examinationẽ, sed ſm grossam æstimationẽ, sufficit. n. ꝙ sit circa horã nonã, & hoc de facili quilibet cognoscere potest. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ modicũ augmentum, vel etiam modicus defectus non põt multum nocere. ext. de simo. c. & si quęstiones. Non est aũt magnum tp̃is spatium qd̃ est ab hora sexta in qua cõiter hoĩes comedere consueuerũt, vsq; ad horã nonã quæ ieiunãtibus determinatur, & iõ talis taxatio tp̃is non multũ põt alicui nocere cuiuscũq; cõditionis existat, vel si forte pp infirmitatẽ, vel ætatẽ, aut aliqd̃ hmõi, hoc eis in magnũ grauamen cederet, esset cum eis in ieiunio dispensandum, vel vt aliquantulum præuenirent horã. ¶ Ad quartum dicendum, ꝙ legislator ponens legẽ cõmunem attendit ea quæ in pluribus accidũt 38. di. de Syracusanis. extra de cle. coniu. diuersis fallacijs, sed adaptationem ad singulos relinquit illis, qui constituuntur legis dispensatores.

2 Ad secundum dubium in quo quęritur vtrum anticipatio tp̃is soluat ieiunium proceditur sic. Et videtur ꝙ non, sicut. n. non seruat tempus ab ecclesia constitutum, qui tardat tempus. Ita nec ille, qui anticipat, sed ille, qui tardat nõ soluit ieiunium ab ecclesia institutum, ergo nec ille, qui anticipat. ¶ Secũdo ieiunium est actus abstinentiæ, sed abstinentia impeditur non solum per anticipationem horæ comestionis, sed alias conditiones quæ in hoc versu continentur. Præpropere, laute, nimis, ardenter, studiose. Cum ergo nimis comedere quantum ad quantitatem non soluat ieiunium,

Quartũ ar. Opponit in contrarium Respondet. S. Thoma. Albertus. Ad primu argu. Albertus. Ad secundũ Ad tertium Primum ar. Secundum argu.

nium, nec ardenter quantum ad auiditatem comedendi, nec laute, quo ad prætiosa, quæ in cibum requiruntur, nec studiose quo ad exquisitum modum præparandi cibaria, alias mortaliter peccarent, qui hoc in diebus ieiuniorum facerent, quasi transgressores præcepti ecclesiæ, quod dictum est dicere videtur ꝙ nec præpropere comedere, qđ est tempus anticipare ieiunium soluat. ¶ Sed cōtra est textus præsentis capituli, in quo dicit concilium Cabillonen. In quadragesima nullatenus credendi sunt ieiunare, quæ ante manducauerunt, quam vespertinum celebretur officium. ergo anticipatio temporis soluit ieiunium. ¶ Respōdeo dicendum iuxta S. Tho. vbi. s. ꝙ sicut dictum est, ille ieiunium soluit, qui ecclesiæ determinationem non seruat Vnde cum ecclesia instituerit certum tempus comedendi ieiunantibus, qui nimis notabiliter anticipat ieiunium soluit. Non. n. ecclesia arctare intendit ad subtilem temporis inspectionem, nec oportet astrolabium accipere ad horā comestionis cognoscendam, vnde sufficit si circa horam illam quam ecclesia instituit ieiunans sumat cibum etiā si aliquantulum propter aliquam necessitatē anticipet. ¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ omittere præceptum ecclesiæ non licet, sed supererogare licet, & ideo cum tardatio horæ ad pœnalitatem ieiunij faciat, licet tardare post horam, sed non anticipare. ¶ Ad secundum dicendum, ꝙ ea in quibus non potest accipi certa mensura, non cadunt sub determinatione legislatoris, & ideo, quia non pōt accipi certa mensura in quantitate cibi, vel alijs conditionibus numeratis, sicut in tempore accipi potest. Ideo conditiones aliæ quatuor non cadunt sub determinatione præcepti ecclesiæ. Et ideo quamuis per inordinationem circa illas circunstantias peccet, & meritum ieiunij amittat, vel in toto, vel in parte, non tamen ecclesiæ statutum transgreditur, & ideo ieiunium non soluit, vt inquit S. Thom. in 4. Lege. ¶ [Credendi sunt ante] intelligendum est, sicut dictum est, cū notabiliter anticipent vespertinum officium, quod semper in quadragesima debet decātari statim post missam cantatam in nona, antequam in nona comedetur [æstimata] hora vespertina, non tamen ſm subtilem æstimationem, vt dicit S. Tho. sed secundum grossam æstimationem. Sufficit. n. ꝙ sit circa horam nonam, & hoc de facili quilibet cognoscere potest, aut per ascensum solis, aut per laborem, siue opus, ꝙ faciunt tales, vel alio quocunq; modo, sicut faciunt, & sciunt rustici discernere quandoq; horas. ¶ Dicit autem Hug. hic diligenter esse notandum ꝙ in ieiunijs aliorum temporum non cogitur aliquis ieiunare, nisi vsque ad nonam, quando non cantatur missa in nona, vel si cantatur non cantantur vesperę, & ideo nisi in missa impediat inquit non cogitur quis ieiunare vltra nonam. Sed in tempore quadragesimæ statutum est, ꝙ ieiunetur vsque dum officium vespertinum cātetur, vt hic dr. &. j. di. 3. placuit. ¶ Ratio sua, & Arc. est, vt si Christū imitari non possumus in ieiunio nulla die comedendo sicut ipse fecit, quia hoc natura ferre non posset, imitemur saltē tota die ieiunando. Et quia instante famis necessitate non possumus expectare sit finiatur dies, expectamus, vt saltē horæ diurnales finiantur. i. quæ in die sunt cœlebrandæ, quarum vltima est vespertinum officium. Completorum .n. quod sequitur licet deputetur huic diei quasi complens ipsum, non tamen decantatur in hoc die, sed post finē eius in principio sequentis diei, quia secundum computationē canonicam à vespertino tempore incipit sequens dies. ar. 75. di. ꝙ à patribus. Et ideo statutum est, ꝙ in quadragesima vespere post missam nonalem statim celebrentur sine interuallo, & sic apparet quare in quadragesima debeat quis ieiunare quousque vespertinum officium celebretur, & quare post missam nonam vespere decantantur secundum Pe. & Hug.

Opponit & Respondet. — S. Thom. — Ad primum argum. — Ad scđum. — Exponit literam. — S. Thoma. — Hugut. — Archi.

2 *Missæ conuentuales regulariter decantantur tribus horis.*

IN ieiunijs Hic incipit 16. pars, in qua ostendit magister Gratianus quando missæ sunt celebrandæ dicens, ꝙ in ieiunijs quatuor temporum circa vespertinā horam in sabbato vero sancto pasche circa noctis initiū &c. Breue est. s. assignata est causa huius cōstitutionis videlicet pp ordines, q fiunt his diebus, ordines autem pertinent ad diem dominicam. dif. 75. quod à patribus, vel etiam, vt diligentior sit præparatio, differtur missæ celebratio, quantū potest differri ante prādium, vt dicit S. Tho. in 4. ¶ Hic notandum iuxta Alexandrum de Hal. in 4. t ꝙ missæ conuentuales regulariter decātantur tribus horis. s. tertia, sexta, & nona. Tertia quia tunc crucifixus est Christus linguis iudæorum clamantiū. Crucifige eum, & à militibus verberatus. Sexta, quia tunc immolatus est Christus in cruce. Nona, quia tunc expirauit. Tertia hora cantatur in festiuis diebus Sexta in profestis. Nona in quadragesima et in diebus ieiuniorum, non tamen omnium, quia in sabbatis ieiuniorum quatuor tēporum valde sero debet celebrari missa propter sacros ordines, qui ad dominicam pertinent. In sabbatis paschæ, & pentecostes sero cantatur, quod ex benedictione cerei potest perpendi, vbi dicitur hæc nox est. Et ex hac oratione, Deus qui hanc sacratissimam noctem &c. Lege literam quoniam plana est.

S. Thomas. — Alex. de Hali.

1 *Missa qua hora possit cantari, & quid vnaquæque hora signet.*



Necesse. Sequitur capitulum ſm eiusdem, partis in quo ostendit ꝙ etiam in prima parte diei missarum solennia possunt celebrari. Et diuiditur in duas partes. In prima assignat rationem, pp quā necesse est, vt etiam alia hora quam hora tertiarum celebretur missa. In 2. exhortatur, vt obseruetur apostolicæ sedis consuetudo. 2. ibi studiose ergo. patet sńa cap. Leg. ¶ [More seruato]. s. tertiarum, vt. s. di. nocte sctā. [Nisi prima diei parte] large accipitur prima pars diei. s. mane. prima hora & tertia. Hu. [Conuenerint]. s. laici ad audiendum diuina, vbi notandum † ꝙ licite missa publica mane cantatur, tum quia canon pñtis capituli hoc dicit, vt in di. 2. est ritus. Tum quia consuetudo hoc approbat. Tum quia Christus mane surrexit, vt inquit Hug. In memoriam resurrectionis cātatur missa in mane, in memoriā resurrectionis nuntiate mulieribus cantatur in prima, in memoriam crucifixionis cātatur in tertia, & in sexta. in memoriam mortis, & ascensionis cantatur in nona, in memoriā depositionis de cruce, & cōsecrationis corporis, & sanguinis Christi cantatur circa initium noctis. ¶ [Prima diei parte] hæc prima diei pars, non est cōputanda à media nocte, sed qñ incipit apparere aurora, sicut parum ante circa capitulum nocte dictū est. [Insedit] Hu. exponit. i. placuit [actibus] non solum fide, sed operibus. i. non solum sit conformitas in vnius fidei confessione, sed etiam in sanctorū operum, & officiorum, ac rituum conformitate. [Tenet] & ab alijs obseruandum instituit. Multa. n. obseruat ecclesia romana in psalmis, & hymnis canendis, quæ aliæ ecclesiæ non coguntur obseruare. [in alijs sequenda est] vt di. 11. nolite, quis nesciat, & dist. 12. non decet, &. s. eo. distinct. cap. Basilicas.

Diuisio. — Exponit literam. — Hugu.



ET hoc. Cap. 3. eiusdem partis, in quo magister Gratianus ex auctoritate B. Aug. prohibet, ne missæ peculiares. i. priuatæ diebus solennib. ita in publico decantent, ne detur occasio, vt populus à publicis missis detrahatur audiēdis. Et diuiditur in duas partes. In 1. facit quod dictum est. In 2. præcipit, vt omnes tam sacerdotes quam laici diebus solennibus conueniant ad publicam missam audiēdam. 2. ibi, sed sacerdotes. Hic nihil aliud venit dicendum, quia de obligatione audiēdæ missæ diebus festiuis. j. e. di. c. missas. plenius erit dicendum. Lege ¶ [Peculiares]. i. priuatæ, siue votiuæ. sicut est missa angelo, vel apostolo &c. [Non ita in publico fiant]. i. cantentur [ꝙ pp eas]. i. occasione earum [populus à publicis, cantarentur] Sed nunquid excludendus est populus à talibus missis, nō. sed si non possunt cantari nisi in conspectu populi potius dimittantur, quia audita tali missa populus recederet, & non expectaret missam solennem. Hug & Archid. Sed addendum est hoc esse verum, vbi verosimiliter æstimaret, quod populus propter tales missas priuatas non expectaret solennes missas, quod semper non occurrit, quoniam multi deuotionem habent audiendi plures missas, vnde audita priuata missa adhuc expectant etiam audire solennem. [Canonice]. i. regulariter, loquitur de solenni bus missis in festis diebus. Hugu. [Sacerdotes] quidam, sic intelligunt hoc, sacerdotes, qui in vrbe sunt debent conuenire in maiorem ecclesiam. Sed potius is est sensus, vt scilicet non fiat quod præmittitur,

Diuisio. — Exponit literam. — Archi. — Hugu.

sed in ciuitate, & totum episcopatum hora tertia, & sacerdotes & populus veniant ad publicas missas singuli in singulis ecclesijs. [In circuitu]. i. in burgis, & villis conueniat hora tertia. Hu. [populus] hoc nomine non comprehendūtur moniales, vt habetur de integro capitulo, vbi sequitur post finem istius capituli exceptis Deo sacratis fœminis, quibus mos ad publicas nō egredi, sed clausis monasterijs contineri. ad hoc ex. li. 6. de sta. re. periculoso.

1 *Sacerdos vnus, & idem an possit plures in die missas celebrare quod non regulariter. nu. 2.*
3 *Sacramentum eucharistiæ, vt quis digne sumat quæ requiruntur.*
4 *Missas plures in quibus casibus liceat cantare.*
5 *Missæ si occurrant eadem die plures quid iuris.*



Divisio. SVfficit. Hic incipit. 17. pars huius dist. in qua ostendit quot missas liceat sacerdotib. in die dicere. Et diuiditur hoc capitulum in tres partes. In 1. ponit ꝙ nullus sacerdos debet regulariter in die nisi tm̄ semel celebrare. In 2. permittere vr̄ vt in casu quis possit in die bis celebrare. In tertia dicit pœnā non euadere, qui pretio, vel gratia humani fauoris plures missas in die celebrare præsumpserit. 2. ibi, quidam tñ 3. ibi, qui vero.

Quæstio. 1 ¶ Pro cuius cap. intelligentia quæritur. † Vtrū liceat vnū, & eundem sacerdotem plures in die missas celebrare. Et arguitur ad partes. Pro parte negatiua arguitur sic. Maius

Primum ar. est celebrare quam communicare, sed laicus quātumcunque iustus non potest pluries communicare in die, quia cum in memoriam Christi sumatur hoc sacramentum, s̄m ꝙ habetur 1. Cor. 11. & Christus non nisi semel mortuus sit, non licet in die ab vno nisi semel sumi, ergo sequitur, & nec liceat sacerdotem plures missas eadem die celebrare.

Opponit in cōtrarium. ¶ In contrarium pro parte affirmatiua est tex. pn̄tis capituli, in quo dr̄ ꝙ quidam tñ pro defunctis vnā faciunt, & alterā de die si necesse sit.

Respondet. ¶ Respondet. dicendum, ꝙ dupliciter possumus intelligere titulum quæstionis, s. regulariter, vel in casu. Si primo modo. s. regulariter loquendo tunc dicimus, ꝙ per vnum, & eundem sacerdotem non licet in eadem die plures missas celebrare. Et hoc innuit prima pars huius capituli dicentis. Sufficit &c. & ex. de ce. mis. c. consuluisti, dicit Inno. 3. Excepta die natiuitatis dominicę nisi cum necessitas suadeat, sufficit sacerdoti semel

Cōtra glo. in die vnam missam solummodo celebrare. Quod autem gl. in hoc c. videtur dicere ꝙ ex hoc ꝙ dr̄ sufficit non videtur ꝙ aperte inhibeatur in hoc loco, quin sacerdos in die possit pluries celebrare, vnde potest pluries celebrare, & ita per consequens pluries celebrando non peccat. Non vr̄ bene dictum, quia dicendo sufficit debet exponi, vt dicit dominus Pe. de pal. in 4. di. 12. i. sufficere debet. alias falsum

Pe. de palu. esset, quia ille, qui non est contentus semel celebrare, certum est, ꝙ sibi non sufficit, vnde. e. ti. c. referēte. papa reprę hendit episcopum, qui die cenæ in duobus locis celebrauit, dicens, ꝙ vbi chrisma habet consecrare ibi celebret, nō autem alibi illo die. Et ratio quam allegat est, quia cuilibet sacerdoti quantacunque dignitate profulgeat, vnam in die celebrare missam sufficiat.

2 † Quod autem regulariter non liceat, ꝙ vnus sacerdos pluries in die celebret ostēditur duabus rōnib. prima est propter repræsentationem vnicę passionis Christi, & ista rō ponitur in præsenti capitulo, cum ait, quia Christus semel passus est. Secundo, vt reuerētia debita exhibeatur sacramento, quod non fit, cū quis pluries in dies sumit hoc sacramentum sine necessitate. Nam ex hoc videtur, consurgere triplex defectus in assumente, vt dicit magister Alex. de Hal. videlicet defectus debitæ reuerentiæ, præsumptio propriæ dignitatis, & sufficientia gratitudinis, quæ sunt opposita ad tria,

3 † quæ requiruntur ad hoc, ꝙ quis hoc sacramentum digne sumat. Primum quidem est recogitatio excellentiæ huius sacramenti, vt ex hoc excitetur sumens ad sumendum cum reuerētia. Secundum est repræsentatio propriæ indignitatis, vt ex hoc excitetur ad sumendum cum timore. Tertium est consideratio diuinæ beneficentiæ, quæ maxime apparet in beneficio huius sacramenti, vt ex hoc excitetur ad sumendum cum gratiarum actione, quæ omnia tria deficere videtur in eo, qui sine necessitate plures missas celebrat eadem die. Si vero loquamur, an liceat pluries celebrare in casu, dicendum, ꝙ licet sicut vr̄ innuere vltima pars capituli præsentis.

4 † Sunt autem plures casus in quibus hoc, licet primo in die natalis domini, de quo Greg. in homil. Exijt edictum dicit missarum solennia hodie ter celebraturi sumus, & in dicto c. consuluisti. Causa autem huius celebrationis triplex est assignata. s. in c nocte ea. dis. Grego.

¶ Secūdus casus est propter defectum qui sæpe occurrit sepeliēdum post missam dictā, nec debet sine missa sepeliri, imo etiam dicit Raymundus, ꝙ ex intentione potest vnam dicere pro viuis & aliam pro defunctis, non regulariter, nec omni die, sed ex causa rationali, puta si parochianus, vel aliquis, cui tenetur anniuersaliū, vel annuale, vel trecēnale vult facere, nec ille potest cōmode vicariū habere. Raymund.

¶ Tertius casus est pro necessitate infirmorum petentium viaticum, si nō sit corpus domini reseruatum, nec aliter posset haberi, tunc licet celebrare, & in pluribus hostijs, vt vna infirmo portetur & alia reseruetur. ¶ Quartus casus pro necessitate peregrinorum maxime die dominico, vel festiuo, quando omnes maxime peregrini debent missam audire. ¶ Quintus est pro nuptijs, quia laudabilis consuetudo est, non nisi in missa dare benedictionem nuptialē. ¶ Sextus s̄m Host. est, quando quis habet duas ecclesias, vt commendatas, vel vnam in titulo, & a'iam commendatam propter paupertatem non potest habere vicarium, & quilibet populus vult habere missam in sua ecclesia, cum vtrique æqualiter teneatur, vtrobique potest æqualiter celebrare. Hosti.

Quod autem in decretali ex. c. c. referente. Episcopus videtur repræhendi, ꝙ bis celebrauerat die cenæ, est propter hoc, quia non erat necesse, ꝙ episcopus celebrasset nisi in illa ecclesia, in qua de cōsuetudine debebat chrisma cōficere, quia hoc non poterat nisi episcopus, & aliam missam celebrare poterat simplex sacerdos, quia verosimile est episcopum posse per vicarium celebrare, & in illa ecclesia plures seruitores fuisse. Cæterum, quod dicit gl. in eadam decretali super c. cōsuluisti, ꝙ etiam causa honestatis, vel vtilitatis, vt si dicta missa superueniat aliqua magna persona quæ vellet missam audire potest sacerdos in eadem die plures missas dicere. Non videmus obseruari siue teneri, nec videtur nobis sufficiens ratio, nisi in casu in quo rōne peregrinorum liceat. Contra gl.


Quæstio 2 ¶ Sed nunquid

5 † si occurrerent eodē die plures missæ vna forte de festo, & alia de ieiunio, vt frequenter accidit in quadragesima, posset quis in isto casu bis celebrare, si alias non potest audire secundam missam.

Respondet. Pet. de Pal. ¶ Respondet. ꝙ non, sed sufficit, quòd de vno celebret, & de alio dicat officium, vt dicit Pet. de pal. in 4. ¶ Sunt tñ circa hos casus duo aduertenda. Primum, ꝙ vltra duas missas nulla necessitate liceat alicui in die celebrare, nisi in die natalis dn̄i. Secundum est, quòd hoc, quod dr̄, quòd quis pōt duas missas in die celebrare in casibus supradictis, intelligendum est, quod si sit ieiunus, quia alias in nulla necessitate licet celebrare, vnde ex. e. tit. ex parte, dr̄ ꝙ sacerdos sp̄ vino perfundere debet postquam eucharistiæ perceperit sacramētum, nisi cum eodem die aliam missam debuerit celebrare, ne si forte superinfusionis acceperit celebrationem aliam impediret, quia iam ieiunus non esset, ꝙ tamē apparet, vt dr̄. s. c. sacra. ¶ Ad rōnē in oppositū r̄ndetur negando consequentiā, qm̄ non est simile de sacerdote celebrante & de sumente, qm̄ sacerdos non est quasi persona publica, siue cōis. Et ideo oportet, ꝙ non solū pro se, sed ēt pro alijs celebret, & satisfaciat ppl'o in his, quæ casualiter emergūt, & iō oportet, ꝙ necessitate vrgēte plures missas celebret in die, sicut dictū est. Similis aūt rō nō est in alijs, q nō sumūt sacr̄m nisi rōe sui, vn̄ nulla necessitas impellit simplicē p̄sonā ad accipiēdū corp' Xp̄i bis in die vna. Lr̄a.

Exponit literam. ¶ [Sufficit]. i. sufficere debet, & inducit duas rōnes. Prima est vnitas dn̄icę passionis, q̄ repræsentatur in sacr̄o altaris cū dicit [qa Xp̄s &c.] & iō ab vna tm̄ semel in die repræsentāda est, nisi in casu necessitatis. Scd̄a rō sumit̄ ex parte reuerētiæ, q̄ debetur huic sacro, cum subdit nō modica &c. [Quidā tñ] 2. pars [pro defunctis] q̄da ecclesię hoc restringunt ad casū qn̄ funus pn̄s est. Sed cū hæc lr̄a nō distinguat in hac parte, nec ego distinguo vtrū fiat hoc pro corpore pn̄ti, an pro anniuersario, an pro deuotione, dum tñ nō sit corrupta intētio, nec ꝯ cōsuetudinē loci approbatā, vel cōstitutionē synodalem fiat Arc. [pro pecunijs, vel adulationibus] 3. pars. i. precibus vel gratia humani fauoris, vel laudis acquirendæ [damnationem] quia simonia committere tur, vt 1. q. 1. nullus episcopus, aut presbyter. Hug.

1 *Cantibus corporalibus an vti debeamus in diuinis laudibus.*
2 *Hymnus proprie quid dicatur.*
3 *Canticum quid dicatur.*
4 *Hilarius pictauiensis floruit primus in carmine hymnorum.*
5 *Constitutio debet extendi ad ea, quæ eius ratio se extendit.*
6 *Obsecratio quid dicatur.*
7 *Orationes quæ dicantur.*
8 *Postulationes quæ dicantur.*
9 *Gratiarum actio quid dicatur.*
10 *Ad orationem tria requiruntur.*



DE hymnis canendis Hic incipit 18. ps, in qua quia magister Gratianus de missarũ celebratione mentionem fecerat, & quãdo que hymni cantantur in missa, inde assumpta occasione interserit de hymnis cãtandis in ecclesia, & ancedit ad hoc tria capitula. In primo facit duo. primo ostendit ꝙ hymni cantandi sunt in ecclesia. Tum exemplo Christi, tum præcepto apostoli, tum institutione sanctorum patrum. secundo inuehitur cõtra eos, qui hymnos decantare respuunt, qui non inueniuntur in canonicis, vel apostolicis scripturis, deducendo eos ad hoc inconueniens, ꝙ fere omnia ecclesiastica officia vacarent, si nulla deberent recipi, nisi quæ in sacris reperiuntur scripturis. secunda ibi, quos tñ. ¶ Pro intelligentia tñ ampliori, & euidentia maioris congruitatis ecclesiastici cantus, quæritur† Vtrum in diuinis laudibus vti debeamus cantibus corporalibus vel solum spiritualibus. Et arguitur, ꝙ non corporalibus, sed spiritualibus cantibus debeamus vti. Primo. n. apostolus ad Colos. 3. docentes, & cõmouentes vosmetipsos in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus, sed nihil accipere debemus in diuinum cultum præter ea, quæ nobis authoritate scripturæ tradũtur. ergo videtur, ꝙ non debemus vti in diuinis laudibus canticis corporalibus, sed solum spiritualibus. ¶ Secũdo Hierony. super illud ad Ephe. 5. cantantes, & psallentes in cordibus vestris domino dicit. Audiãt hæc adolescentuli, quibus in ecclesia est officiũ psallẽdi Deo, non voce sed corde cantandum. Nec in tragediarum modis guttur, & fauces medicamine liniendæ sunt, vt in ecclesia theatrales moduli audiantur, & cantica. Non ergo in laudes Dei sunt cãtus assumendi. ¶ Tertio laudare Deum conuenit magnis, & paruis, secundum illud Apoc. 19. laudem dicite Deo nostro omnes sancti eius, & qui timetis Deum pusilli, & magni, sed maiores. qui sunt in ecclesia non decet cantare. dicit. n. Greg. & habetur. s. di. 92. c. in sancta romana ecclesia præsenti decreto constituo, vt in sede hac sacri altaris ministri cantare non debeãt. ergo cantus non conuenit diuinis laudibus. ¶ Quarto in veteri lege laudabatur Deus et musicis instrumentis, & humanis cantibus, ſm illud psal. 32. Confitemini domino in cythara, & psal. 10. chor. psa. illi. Cantate ei canticum nouum, sed instrumentam musica sicut cythara, & psalteria non assumit ecclesia in diuinas laudes, ne videatur iudiazare. ergo pari rõne, nec cantus in diuinas laudes sunt assumendi. ¶ Quinto principalior est laus mentis, quam laus oris, sed laus mentis, impeditur per cantus, tum quia cantantium intentio abstrahitur à consideratione eorum, qui cantant, dum circa cantum student, tum etiam quia ea quæ cantantur minus ab alijs intelligi possunt, quam si sine cantu proferretur. ergo cantus non sunt diuinis laudibus adhibendi. ¶ Sed contra est tex. præsentis. Item ꝙ beatus Ambrosius in ecclesia Mediolasiensi cantus instituit, vt Aug. refert in 9. confes. ¶ Respondet. dicendum, ꝙ laus vocalis necessaria est, vt mens prouocetur in Deum, & ideo quæcunq; ad hoc vtilia esse possunt in diuinas laudes congruenter assumuntur. Manifestum est autem, ꝙ secundum diuersas melodias sonorum animi hominum diuersimode disponuntur, vt patet per philosophum 8. poli. & per Boethium in prologo musice, & ideo salubriter fuit institutum, vt in diuinas laudes cantus assumeretur, vt animi infirmorum magis prouocarentur ad deuotionem, vnde August. dicit in 10. confessi. Cõducor cantandi consuetudinem approbare in ecclesia, vt per oblectamenta aurium, infirmorum animus in affectũ pietatis consurgat. Et de seipso dicit. In 9. confessi. Fleui in hymnis, & canticis tuis suaue sonantis ecclesiæ tuæ vocib. commotus vehementer. ¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ cantica spiritualia possunt dici non solum ea, quæ interius canuntur in spiritu, sed etiam ea, quæ exterius ore cãtantur, inquantum per huiusmodi cantica spiritualis deuotio prouocatur. ¶ Ad secundum dicendum, ꝙ Hieron. non vituperat simpliciter cantum, sed reprehendit eos, qui in ecclesia cantant more theatrico, non propter deuotionem excitandam, sed propter ostentationem, vel delectationem prouocandum. Vnde Augu. dicit 10. confessio. Cum mihi accidet, vt me amplius cantus, quam res, quæ canitur moueat, pœnaliter me peccare confiteor, & tunc mallem non audire cantantem. ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ nobilior modus est prouocandi, homines ad deuotionem per doctrinam, & prædicationem, quam per cãtum, & ideo diaconi, & prælati, quibus competit per prædicationem, & doctrinam animos hominum prouocare in Deum, non debent cantibus insistere, ne per hoc à maioribus retrahantur, vnde ibidem Gregor. dicit. Consuetudo est valde reprehensibilis, vt in diacono ordine constituti modulamini vocis inseruiant, quos ad prælationis officium & eleemosynarũ studium vacare cõgruebat. ¶ Ad quartum dicendum, ꝙ sicut philosophus dicit in 8. pol. neque fistulas ad disciplinam est adducendum, neq; aliquod aliud artificiale organum puta cytharam, & si quid tale alterum est, sed quæcunque faciunt auditores bonos, & huiusmodi autem musica instrumenta magis animum mouent ad declarationem, quã per ea formetur interius bona dispositio. In veteri autem testamento vsus erat taliũ instrumentorum, tum quia populus erat magis durus & carnalis, vnde erat per huiusmodi instrumenta prouocandus sicut & per promissiones terrenas, tum etiam quia huiusmodi instrumenta carnalia aliquid significabãt. ¶ Ad quintum dicendum, ꝙ per cantum quo quis studiose ad delectationem vtitur abstrahitur animus à consideratione eorum quæ cantantur, sed si aliquis cantet propter deuotionem attentius considerat quæ dicuntur, tum quia diutius moratur super eodem, tum quia vt August. dicit in 10 confessio. omnes affectus spiritus nostri pro suaui diuersitate habent proprios modos in voce atque cantu, quorum occulta familiaritate excitantur, & eadem est ratio de audiẽtibus, & si aliquando non intelligant quæ cantantur intelligunt tamen propter quid cantantur. s. ad laudem Dei, & hoc sufficit ad deuotionem excitandam. Leg. ¶ [Hymnis]
2 hymnus proprie est, vt dicit beatus Isido. 6. etym. canticũ laudantium qui de greco in latinum laus interpretatur, ꝑ eo ꝙ sit carmẽ lætitiæ, & laudis, proprie autẽ hymni sunt continentes laudem Dei. Si ergo sit laus & non sit Dei, nõ est hymnus. Si sit laus & Dei solius & non cantetur nõ est hymnus. si ergo in laudẽ Dei dr̃ & cãtet̃ tunc est hymnus. cui contrarium est Trenis quod est carmen lamenti & funeris. Matth. s. 26. c. hymno dicto. i. cantico diuinæ laudis, hic hymnus vt dicit gl. ordi. Matth. 26. vel dicitur aliquod canticum quod Christus consueuerat dicere ante mẽsam, sicut est illud psalmus. 21. Edent pauperes & saturabuntur &c. vel post mensam, sicut est illud, memoriã fecit mirabilium suorum &c. vel similis, aut hymnus ille intelligitur quem secundum Ioannem gratias agens patri decantabat post cœnam [ad Ephesi.] s. quinto [implemini spiritu] gloss. id est donis spiritussancti [loquentes in psalmis] glo. quæ ad bonam operationem nos commouent [& hymnis] quæ de laudibus Dei agunt [& canticis spiritualibus] gloss. quæ de æterno gaudio sunt [in laudem Dei] quoniam hymnus vt dictum est græce latine laus cum canti-
3 co, vel vox humana in laudem Dei metrice composita dicitur, † canticum vero ex exultatio mentis habita de æternis in vocem humanam prorumpens, interest inter psalmum hymnum & canticum. Nam in psalmo opera, in hymno laus in cantico mentis exultatio intelligitur, de his tribus dicit Apostolus ad Colossens. tertio in psalmis in hymnis & canticis spiritualibus cantantes, & psallentes in cordibus vestris domino. in his tribus varieta-
tibus omne genus musicorum accipi potest [Hilarius] epi-
4 scopus Pictauien. s. in no. test. dr̃ primus hymnorum carmine floruisse, & post eum Ambrosi. ideoque hymni Ambrosiani dicuntur, quia eius tempore plurimum in ecclesia Mediolanen. cantari ceperũt, postea vero in ecclesijs occidentalib. quæcunq; carmina in Dei laudẽ dicũtur, hymni vocantur.

Quæstio. Primum ar. Secũm ar. Tertium ar. Quartũ ar. Quinto ar. Opponit in cõtrarium. Respondet. Boethius. Augu.


Ad primum argum. Ad secũdum. Ad tertium Greg. Ad quartum Ad quintum Exponit literam.

vocantur Aug. dicit in lib. de confes. q̄ cum Ambrosius à Iustina imperatrice Arriana perfidia dānata persecutionē pateretur, & intra ecclesiam cum plebe catholica insidijs vrgeretur, instituit hymnos & psalmos s̄m ordinem oriē talium decantari, ne populus in erroris tedio tabesceret, quod ad omnes fuit postmodum deriuatum [quos tamē] 2. pars[respuant]ergo propter cōsimilem rationem, & est
5 arg. † Constitutionem debere extendi ad ea ad quæ ratio
6 eius extenditur, ar. di. 19. si Romanorum[compositum]si cut supradictum est. s. à Beato Hierony. & ad cuius rogatū Damasus papa instituit illud dicendum esse in fine psalmo rum nisi cum ad officium mortuorum sumuntur[commē dationes] id est præces quibus viui vel mortui commendantur Deo [impositiones] super ordinandos vel pœnitentes reconciliandos vel super confirmandos[vacant] .i. superfluunt[admonet Timotheum]1. Ti. 3. [obsecro ergo primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes gratiarum actiones pro omnibus &c. [obsecrationes]obsecratio dr̄ quasi per sacra contestatio, sicut cum dicitur per natiuitatem tuā aut passionem tuam libera nos domine, est autem notandum, quod vt dicit magister Sententiarum in gloss. super Apostolum hic ostenditur ordo missæ, qđ est speciale genus orationis, obsecrationes vel præcationes sunt omnia illa quę ante consecrationē sunt, quidquid. s. præcedit in missarum solēnijs vsque ad illum locum vbi incipit sacerdos consecrare corporis & sanguinis domini mysteria. obsecrationes ergo vel præcationes accipimus quas facimus in celebratione sacramentorum antequam illud quod est in domini mensa incipiat bene-
7 dici. † orationes sunt, quas fundit sacerdos in ipsa consecratione eucharistiæ. i. cum benedicitur & sanctificatur id qđ
8 est in mensa domini. † postulationes vel interpellationes sunt, cum populus ab episcopo benedicitur qui super eū inuocat nomen domini, quod tractum est ex veteri testamento. per Moysem. n. dicit dominus sacerdotibus, inuocabitis nomen meum super filios Israel, & ego benedicā
9 eis. † gratiarum actio est de peractis quæ concludit quasi totum sit à Deo vt benedicamus domino, vel obsecrationes sunt adiurationes pro rebus difficilibus, vt pro cōuersione impij, & pro remouendis malis, orationes sunt, vt qñ iam conuersis virtutes & dona orantur. postulationes vt quando iam iustis gloria cœlestis oratur, gratiarum actiones sunt de omnibus pro omnibus hominibus generaliter, & specialiter pro regibus etiamsi mali sint, & pro omnibus qui constituti sunt in sublimitate, vt ducibus, & comitibus etiam si mali sint, quia ex omni genere hominū colligenda est ecclesia, hæc glos. harum autē quatuor partium orationis rationem assignans beatus Thom. 2. 2. qō.
10 83. ar. 17. inquit. † q̄ ad orationem tria requiruntur. primū est vt orans accedat ad Deum quem orat, quod significatur nomine orationis, quia oratio est ascensus intellectus ad Deum. secundo requiritur petitio quæ significatur nomine postulationis siue petitio proponatur determinatè quod quidam nominat postulationem, siue indeterminatā, vt cum quis petit iuuari à Deo, quod nominant supplicationem, siue solum factum narretur secundum illud Ioannis vndecimo. ecce quem amas infirmatur, quod vocant insinuationem. ¶ Tertio requiritur ratio impetrādi, quod petitur, & hæc vel ex parte Dei vel ex parte petentis, ratio quidē impetrandi ex parte Dei, est eius sanctitas, propter quā petimus exaudiri, secundū illud Dan. 9. propter temetipsum inclina Deus meus aurem tuam, ad hoc pertinet obsecratio, quæ est per sacra contestatio, sicut cum dicimus per natiuitatem tuam libera nos domine. Ratio vero impetrandi ex parte petentis est gratiarum actio, quia de acceptis beneficijs gratias agentes meremur accipere potiora, vt in collecta dr̄, & ideo dicit gl. 1. Tit. 2. q̄ in missa obsecrationes sunt quæ præcedunt consecrationem in quibus quædam sacra commemorantur. Orationes sunt in ipsa cōsecratione in qua mens maxime debet eleuari in Deum, postulationes autē sunt in sequentibus petitionibus. gratiarum actiones in fine in pluribus etiam ecclesiæ collectis, hæc quatuor possunt attendi sicut in collecta trinitatis, quod dicitur, opus sempiterne Deus pertinet ad orationis ascensum in Deum, quod dicitur, q̄ dedisti famulis tuis &c. pertinet ad gratiarum actiones, quod dicitur, præsta qs &c. pertinent ad postulationem, quod in fine ponitur, per dominum nostrum &c. pertinet

¶ Rō eius extēdit. ad de q̄ ēt extēditur ad casum diuersum, si habet similē vel maiorē rōnē q̄ in statuto deductā Pe. de An. in c. cum dilect⁹ nu. 5. de cler. nō residen.

ad obsecrationem. in collationibus autem patrum dicitur, q̄ obsecratio est imploratio pro peccatis, oratio, cum Deo aliquod vouemus. postulatio, cum alijs petimus, sed primum melius est.

1 *Alleluya qualiter interpretetur.*
2 *Hymni quare tacentur in septuagesima.*
3 *Adam an fuerit creatus in conuentu angelicæ iubilationis, & numer. 4.*
5 *Adam qualiter dicatur fuisse beatissimus in statu innocentiæ.*
6 *Angelorum ordines an sint vel fuerint decem.*
7 *Ordines angelorum sunt nouem.*
8 *Angelorum casus an diminuerit gaudium siue fœlicitatem permanentium. Quod non nu. 9.*
10 *Angelorum numerus qui fuerit perturbatus a fœlicitate per casum aliorum intelligitur dupliciter.*
11 *Angeli beati an condoleant compatientes casui aliorum angelorum.*
12 *Angeli beati non compatiuntur damnationi malorum.*
13 *Compassio potest dupliciter inueniri in aliquo.*
14 *Angeli boni siue beati an timeant cadere, siue separari a Deo per peccatum. Quod non nu. 15.*
16 *Homo an fuerit creatus propter reparationem angelicæ ruinę. & nu. 17.*
18 *Gaudium an fuerit augmentatum in angelis ex creatione hominis.*
19 *Gaudium dicitur duplex in angelis.*
20 *Angeli an fuerint conturbat de lapsu hominis.*
21 *Homines an assumantur ad collegium angelicum, siue ad ordines angelorum, vel an homines assumpti faciant per se aliū ordinem.*
22 *Homines an assumantur tot quot angeli ceciderunt, vel plures.*
23 *Fideles monstrant tristitiam in tribus a septuagesima vsque ad pascha & quare.*


Il duo hymni &c. Ponit secundum capitulum istius partis, in quo duo ponit magister Grati. primo ostendit qui hymni ab angelis decantati legantur in ecclesia in nouo testamēto dicēs, q̄ sunt duo. s. gloria in excelsis Deo, & alleluya. In secunda assignat rationem, quare hymni in septuagesima tacentur. in tertia quare per nouem hebdomadas ante Christi resurrectionem etiam tacentur in ecclesia. 2. ibi, quos pariter. tertia ibi, q̄ nouem. circa primum hymnum gloria in excelsis, plura notata sunt. s. in c. nocte e. di. circa secundum quod est alleluya, quod angeli cantasse leguntur. Apoc. 19. vbi Ioannes ita dicit, audiui vocē magnā quasi vocem tubarum multarum in cœlo dicentium alleluya. ¶ Notandum, q̄ vt dicit beatus Isido. 6. etymo. alleluya duorum verborum interpretatio est. i. laus Deo, & est hebreum. ia. n. vnum est de decem nominib. quibus apud hebreos Deus vocatur, habet etiam alias varias expositiones secundum diuersos doctores sanctos. vnde & habetur in gl. super psal. 112. alleluia interpretatur laudate pueri dominum alle. i. laudate. ia nomen domini. Hiero. sic al le. i. cantate, lu laudem. ia. i. ad dominum. Aug. sic. al. i. saluū le. i. me. lu. i. fac. ia. i. domine. Ambro. sic. alle. i. lux. lu. i. virtus, ia. i. vita Gre. alle. i. pater, lu. i. filius, ia. i. spiritussanctus. Petrus manducator super Apoc. & Aug. super psalterium dicunt, q̄ alleluia est verbum imperatiui modi, & sonat al lelu. i. laudate, ia. i. vniuersalem, vel ia. i. inuisibilem. s. Deū quasi laus inuisibilis Dei. ¶ Circa secūdam partem in qua
1 assignat rationem † quare isti duo hymni in septuagesima tacentur est notandum primo illud, quod dicit August. super psal. 106. secundum antiquam ecclesiæ traditionem, non sine magno sacramento certis quidem diebus cantamus alleluia, certis non cantamus alleluia, sed omni die cogitamus. Si. n. hoc verbo significetur laus Dei, & si non ore carnis, certe in ore cordis, semper laus eius in ore meo. hæc Aug. preterea secundo assignatur rō pp quā in septuagesima tacentur hi duo hymni, videlicet ad significādum, q̄ peccato primi hominis expulsi sumus à conuentu angelicæ iubilationis, huiusmodi autē humani generis lapsus, & miseriæ status in quem cecidimus propter peccatum primorum

Hierony. Augu. Ambrosius Grego.

primorū parentū, in septuagesima legiť siue recolitur. vñ in officio missæ inchoamus. circūdederūt me gemit. mortis, & ideo merito hoc tempore subticetur canticum lætitiæ. est & alia ratia, quia. s. hoc tempore commemoratur tempus penitentiæ & peregrinationis & exilij nostri à patria cœlesti. ¶ Consequenter circa tertiam partem assignatio ratio quare hæc per hebdomadas nouem, videlicet vsque ad pascha obticeantur huiusmodi læticiæ cantica in ecclesia, quia. s. vt ait, nouem ordines Angelorum propter casum decimi ordinis fuerunt præpediti à laude Dei vsque ad natiuitatem & resurrectionem Christi. horum autem plenior intellectus habebitur ex sequētibus in expositione literæ vbi plurima veniunt disputanda. quæritur autem.

Quæstio. Primum ar.

3 †vtrum primus homo fuerit creatus in conuentu angelicæ iubilationis. Et arguitur primo ex te. præsenti ꝙ sic. dicit. n. expulsi homines plane non videntur expulsi à conuentu angelicæ iubilationis, nisi in illo primus homo fuisset.

Scđum ar.

¶ Secundo idem arguitur ex illo quod ait Ambrosius super psalmis. & deducit magister sententiarum in secunda distinctio. 19. ꝙ Adam beatissimus auram carpebat æthereã, & sic idem quod prius.

Tertiū arg.

¶ Tertio sic, dicit Damasce. lib. 2. de paradiso. ꝙ Adam corpore voluptabatur in paradiso terrestri, mente autem interfuit in paradiso spirituum choris angelorum.

Quartū ar.

¶ Quarto sic, Gre. 1. dialo. dicit, ꝙ in paradiso homo assueuerat verbis Dei perfrui, beatorum angelorum spiritibus cordis mūdicia & celsitudine visionis interesse ergo &c.

Quintū ar.

¶ Quinto glo. Gene. 2. super illud immisit Deus soporem &c. Extasis recte intelligitur ad hoc missa, vt mens Adæ particeps angelicę visionis intraret in sanctuarium Dei, & intelligeret nouissima.

Opponit in contrarium

¶ In oppositū sic, arguitur. primus homo ante peccatum non fuit beatus, ergo non fuit in conuentu angelicæ iubilationis. consequentia patet, quia angelica iubilatio gloriam videtur importare supernæ fœlicitatis.

Respondet.

¶ Respondeo dicendum. ꝙ primus homo non fuerit conditus beatus vltima beatitudine, quæ in visione & fruitione diuinitatis consistit, secundum illud Io. 17. hæc est vita æterna, vt cognoscat te solum verum Deum &c. & 1. Ioan. 17. videbimus eum sicuti est, non est ergo dicendus fuisse innocentiæ in conuentu angelicæ iubilationis, tanquam iã actu consors in specie ipsius angelicæ gloriæ. licet bene habuerit aliquam eius participationem in genere, & tanto perfectius, quãto limpidius Deum videbat quam nunc videmus.

Ad primū argu.

¶ Ad rationes. ad primam dicendum. †quod hoc quod dicitur quod Adam expulsus fuit de conuentu ange-
4 licæ iubilationis potest dupliciter intelligi. vno modo ratione participationis illius singularis gratiæ quã habebat in isto statu per quam cum angelis multam habebat conformitatem, à qua per peccatum cecidit. secundo potest intelligi expulsus à conuentu angelicæ iubilationis respectu fœlicitatis supernæ, non quia illam iam haberet, sed ad quam transferendus esset, nisi peccasset, quod figuratū est. Lucæ 10. vbi dicitur. quod quidam homo descendit ab Hierusalem in Hierico, & incidit in latrones. vbi glos. dicit homo iste Adam intelligitur, qui à beatitudine cœlestis Hierusalem præuaricationis prolapsione ad miserias & defectum huius vitæ mutabilis & erroneæ descendit cum intumescere cepit, & ita patet, quod argu. non ꝓcedit.

Ad secundū S. Thoma.

¶ Ad secundam dicendum iuxta sententiam Sanct. Thoma. in 2. dist 29. & Albertus. †quod primus homo dicitur beatissimus fuisse in statu innocentiæ quadam beatitudine patriæ, quia illam vt diximus non habuit, sed tãtum fuit beatus beatitudine quæ est status aggregatione perfectus omnium bonorum pertinentium ad illum statum, dicente August. 13. de ciuitate Dei. quod Adæ nihil defecit de his quæ competebant ei, secundum exigentiã status illius. dicitur autem quod carpebat auram ethereã, inquantum vt dicit Sanct. Thoma. fixus in diuinorum cōtemplatione manebat.

Ad tertium

¶ Ad tertiam respondetur Albertus quod Adam non interfuit in paradiso spirituum nisi contemplatione spirituali quæ in genere conueniebat cum contemplatione beatorum, sed non in modo speciali.

Ad quartū, S. Thom.

¶ Ad quartam dicendum secundum Sanct. Thomas in quæstionibus de veritate quod dictum Gregor. nihil aliud vult dicere quam ꝙ Adam angelos quidē celsitudine visionis cognouerit, non tamen tanta ꝙ eos aut ꝑ essentiam cognouerit aut eorum gloriam habuerit.

Ad quintum

¶ Ad quintam respondetur eodem modo, dr̃. n. ꝙ sopor ille de quo gl. loquitur, significat eleuationem quandam mentis sicut dicimus ꝙ mentes prophetarum solent eleuari ad diuina mysteria intuenda, & tunc dicitur particeps angelicæ curiæ non per adoptionem gloriæ, sed per quandam cognitionis euidentiam diuinorum quam habuit in illo statu citra tamen cognitionem beatorum.

Exponit literam.

Litera. ¶ [Super flumina Babylonis] his verbis deflet propheta captiuitatē Iudæorum factam per Nabuchodonosor regem in figurã nostri qui spiritualiter tenemur captiui super flumina Babylonis. i. in confusione huius seculi, vbi non ciues habitamus, sed captiui tenemur [sedimus] pœnitendo, & confitēdo [& fleuimus] incolatum nostrum [dum recordaremur tui Sion]. i. super cœlestis Hierusalem, flere debet vtique vnusquisque recordando Sion inquit gloss. in hostili. n. terra dulcis est recordatio patriæ [decimus ordo] hic quæ-

Quæstio. Primum ar.

6 ritur vtrum sint vel fuerint decē ordines angelorū, & arguitur ꝙ fuerint decem per literam præsentem.

Secundum argu.

¶ Secundo sic. magister sententiarum in 2. di. 9. testatur, ꝙ scriptura dicat decimū ordinem ex hominibus esse restaurandū ergo ita est, quia dicit Au. maior est scripturæ authoritas, quam omnis humani generis perspicacitas.

Opponit & Respondet.

¶ In oppositum videtur ꝙ non sint decem, sed 9. est communis doctrina omnium theologorum. ¶ Respondeo dicendum

7 †ꝙ nouem sunt ordines angelorum tantum. tot. n. sicut dicit magister sententiarum in 2. dist. 9. scriptura in plurib. locis promulgat. Angelos. Archangelos. Principatus, Potestates, Virtutes, Dominationes, Thronos, Cherubin, & Seraphin. & inueniuntur in istis ordinibus tria terna esse, & in singulis tres ordines vt trinitatis similitudo in eis insinuetur impressa. vnde Diony. tres ordines angelorum esse tradidit ternos in singulis ponens. sunt. n. tres inferiores tres superiores, tres medij. superiores Seraphin, Cherubī, & Throni. medij Dominationes, Principatus, Potestates, inferiores Virtutes, Archangeli, Angeli.

Ad arg. Albertus. S. Thomas.

¶ Ad argu. in oppositum. quod accipitur ex c. præsenti. respondeo. ꝙ vt dr̃ magister sententiarum loco suprapositio, & Alber. Mag. & S. Th. non fuit aliquis decimus ordo inter angelos, nec ēt homines per se facturi sunt decimum ordinē, quia vt. j. dicetur, Grego. dicit, ꝙ homines assumendi sunt ad ordines Angelorum quorum alij assumuntur in ordine superiorū qui. s. magis ardent charitate. alij in ordine inferiorum, qui. s. minus perfecti sunt, ex quo apparet non esse formãdum de hominibus decimum ordinem tanquam nouem sunt ordines Angelorum, & decimus hominum. sed hoĩes pro qualitate meritorum statuendos esse in ordinibus angelorum, quod vero dicit tex. præsens [quorum decimus ordo] ex tali sensu accipiendū est, quia de hoĩbus restaurabitur, quod in angelis lapsum est, de quib. tot corruerūt. vnde posset fieri decimus ordo, propter quod Apostolus ad Ephe. 2. dicit restaurari omnia in Christo quę in cœlis, & quæ in terris sunt. quia per Christum redēptum est humanum genus, de quo fit reparatio ruinæ Angelicæ.

Ad scđm. Albertus.

¶ Ad secundam respondetur. vt dicit Albertus, ꝙ dr̃ decimus ordo ratione numeri, & non ratione gradus in gratia vel gloria [per superbiam] Lucifer. n. vt dicit beatus Isidorus postq̃ creatus est eminentiam naturæ, ꝓfunditatem sciẽ suæ perpendens in suum creatorem superbiuit. in tantum etiam ꝙ Deo se æquare voluit. vnde Esa. 9. dr̃. in cœlum ascendam, & supra astra cœli exaltabo solium meū, & ero similis altissimo. similis esse voluit non iminatione, sed ꝑ æqualitatem potentiæ. ideo dr̃ Ecc. 10. initium omnis peccati superbia, quod exponit beatus Augu. 11. lib. super Gene. ad literã de primo peccato dæmonis & hominis [à fœlicitate perturbauit.]

Isidorus.

Augu.

¶ Ad videndum veritatem huius di-

8 cti queri potest. †vtrum casus Angelorum qui ceciderunt diminuerit gaudium siue fœlicitatem permanentium angelorum, & ꝙ sic, videtur accipi ex tex. præsentis ca.

Quæstio. Primum ar. Opponit in cōtrarium.

¶ In oppositum est Apoca. 2. ꝙ in illa cœlesti Hierusalem nec luctus, nec dolor est, illius autem vrbis ciues sunt Angeli qui permanserunt, ergo sequitur, ꝙ casus angelorum cadentium non minuit in aliquo gaudium bonorum. consequentia patet. quia si minuisset in aliquo profecto doluissent de hoc.

Secunda oppo.

¶ Secundo sic, beatitudo perfecta in pace consistit, vt dicit beatus Aug. 19. de ciuita. Dei. vnde etiam in Psal. dicitur. Qui posuit fines tuos pacem. ergo contra rationem fœlicitatis est ꝙ beati in fœlicitate sua senserint perturbationem.

Tertia opp.

¶ Tertio sic, angeli beati qui sunt hominibus deputati ad custodiam non perturbantur in fœlicitate

tate sua ex damnatione hominum, quos custodiunt, quia vt Bernar. inquit ad Eugenium. miseria & fœlicitas in eodem esse non possunt. perturbatio autem ad misseriam p tinet. ergo nec angeli boni perturbati sunt in felicitate sua
9 ex casu aliorum. ¶ Respondeo dicendum. † ꝙ casus malorum angelorum in nullo diminuit gaudium bonorum, quia cum beatitudo sit perfectio consumata quod omne desiderium implet, & omnem defectum exludit. est. n. vt ait Boethius, omnium bonorum status aggregatione perfectus, & angeli post confirmationem suam illico consecuti sunt plenam fœlicitatem, nullo ergo modo ruina siue casus malorum angelorum diminuit aliquid de gaudio siue fœlicitate bonorum. ¶ Ad rationem in contrarium q̃
10 sumitur ex præsenti c. respon. ꝙ hoc quod dicitur, † ꝙ numerus angelicus à felicitate fuerit perturbatus per casum aliorum potest dupliciter intelligi, vno modo sic, ꝙ fœlicitas angelorum permanentium minorata fuerit, aut retardata ex casu aliorum, & talis intellectus non est verus, nec sub hoc sensu est exponendus text. præsentis cap. Alio modo potest sic, intelligi ꝙ numerus angelicus sicut ex casu aliorum fuit minoratus in numero, ita turbatus est à fœlicitate extensiue ad hunc sensum, quia fœlicitas, ipsa extensiue non à tot est participata sicut fuisset si omnes permansissent, & ita intelligendus est præsens text. [q
11 cõdolentes suæ diminutioni.] ¶ Surgit hic quæstio. † vtrũ beati angeli condoleant compatientes casui aliorum angelorum, & videtur ꝙ sic, ex tex. præsentis. ¶ Secundo sic, cõpassio ex charitate procedit. sed in angelis beatis est perfectissima charitas, ergo maxime casui & miserijs damnatorum compatientur sociorum suorum. ¶ In oppositum arguit sic, quicunque alijs compatitur fit eorũ miseriæ quodammodo particeps. sed beati non possunt esse participes alicuius miserie, non. n. se compatiuntur (vt dictum est) fœlicitas & miseria, ergo angeli boni non condolẽt nec compatiuntur casui siue miserijs damnatorum

Quæstio. Primum ar. Scdum ar. Opponit in cõtrarium.

Respondet
12 angelorum. ¶ Respondeo dicendum. † ꝙ angeli beati nõ compatiuntur damnationi malorum. cuius ratio est, quia cum angeli beati perfectissime se conforment Deo, nihil potest esse contra voluntatem eorum, sicut nec contra voluntatem Dei, & ideo nihil accidere potest de quod doleant ipsi beati angeli. quare cum Deus voluerit malos damnari, consequens est ꝙ beati angeli de eorum damnatione non doleant. præterea ꝙ etiam angeli beati non cõpatiantur damnatis angelis sic, ostenditur. ¶ Pro quo no

S. Thom.
13 tandum iuxta S. Tho. in 4. † ꝙ compassio potest dupliciter inueniri in aliquo vno modo secũdum passionem, & hoc modo est motus appetitus sensitiui præueniens rationem secundum quem aliquis condolet alteri, quasi simul patiens cum eo. alio modo compassio est in aliquo electionem sequens quæ est actus voluntatis sequens rationem per quam volumus alterius miseriam repelli, siue alterius miseriæ subuenire. nullo autem istorum modorum compassionis angeli condolent, aut compatiũtur angelis damnatis siue etiam hominibus. Non primo, quia in angelis, non est appetitus sensitiuus, ad quem vt dictum est compassio pertinet primo modo. ¶ Præterea etiam cũ in beatis hominibus appetitus sensitiuus semper sequatur rationem, nec in eis est passio dicta secundum passionem. Compassio autem dicta secundum electionem bene est in angelis & hominibus beatis, sed non respectu omnium, quia in illis quæ secundum iudicium rationis repelli nõ volumus compassionem talem non habemus. peccatores autem quandiu sunt in isto mundo in tali statu sunt, ꝙ sine præiudicio diuinæ iustitiæ possunt in beatitudinem transferri à statu miseriæ, & peccati, & ideo beatorum compassio ad eos locum habet & secundum electionem voluntatis, prout Deus & angeli & beati eis compati dicuntur eorum salutem volendo, & ẜm cõpassionẽ cõpatiuntur eis homines boni in statu viæ existentes, sed in futuro non poterunt transferri à sua miseria, vnde ad eorũ miserias non poterit esse compassio secundum electionẽ rectã, & ideo beati siue angeli siue homines nullam cõpassionem ad damnatos habent, nec habebunt, imo de eorũ pœnis gaudent non quidem secundum se, quia gaudium non potest esse de malo, vt sic, sed ratione diuinæ iustitiæ, quæ videtur in eis refulgere, secundum illud psa. 57. Letabitur iustus cum videbit vindictam, & ratione sue liberationis. ¶ Ad rationes dicendum. Ad primam respondetur. ꝙ

Ad primũ argu.

angeli beati non dicuntur condoluisse suæ diminutioni propriæ, tum quia illa iusta Dei permissione facta est, tum secundo, quia ex angelorum malorum casu non est minoratus numerus electorum. nihilominus dicti sunt methaphoricè condoluisse, angeli. n. nõ subijciũtur huiusmodi passionibus. vnde beatus Aug. 9. de ci. Dei. & inducit S. Tho. 1. 2. q. 22. argu. vlti. sancti angeli & sine ira puniunt, & sine miseriæ compassione subueniunt, & tamen passionum nomina consuetudine locutionis humanæ et in eos vsurpantur propter quandam operum similitudinem, non propter affectionum infirmitatem. ideo dicit Hug. in hoc loco super verbo [condolentes] more humano loquitur. ¶ Ad secundam respondetur ꝙ charitas tũc est principium compassionis, quando possimus ex charitate velle remotionẽ mali alicuius. sed sancti angeli ex charitate hoc velle non possunt de damnatis, cum diuinæ iustitiæ repugnet. & ideo ratio non pcocedit. ¶ Ad tertiam patet responsio ex iam dictis, vel dicitur sicut dicit S. Tho. in secundo ꝙ compati non potest qui passibilis non est, & ideo ex impassibilitate angelorum accidit ꝙ condolere non possunt non ex charitatis defectu [& parẽ rui-

Ad secundũ

Ad tertium

14 nam sibi timentes.] ¶ Hic merito surgit quæstio. † vtrum angeli boni siue beati timeant cadere siue separari à Deo per peccatum, & videtur ꝙ sic, ex præsenti tex. præterea, secundo hoc idem videtur ex illo. psal. timor domini sanctus permanet ĩ seculum seculi. ¶ In oppositum arguitur sic, ratio timoris est possibilitas ad malum, sed in angelis beatis non est possibilitas ad malum, quod est obiectum timoris, ergo non videtur verum ꝙ angeli beati timeant habere parem ruinam, quam habuerunt angeli mali. ¶ Secundo sic, vbicunque est impossibitas cadendi, aut se per peccatum separandi à Deo ibi non est timor ruinæ, nec separationis, sed in beatitudine nõ est possibilitas ruinæ aut separationis à Deo, ergo ostenditur sic, de ratione beatitudinis est ꝙ sit perfectum bonum & sufficiens, ergo oportet quod desiderium hominis quietet, & omne malũ excludat. Naturaliter autem homo desiderat retinere bonũ quod habet, & quod retinendi illud securitatem obtineat alioqui necesse est ꝙ timore amittendi, vel dolore de certitudine amissionis affligatur, requiritur, ergo ad veram beatitudinem ꝙ homo certitudinem habeat, quod bonũ quod habet nunquam amissurus sit, quare de iustis dicitur Mat. 25. ꝙ ibunt in vitam æternam quæ est beatitudo sanctorum, quod autem æternum. est non deficit. ¶ Respondeo dicendum pro conclusione † ꝙ in agelis siue hominibus beatis non cadit timor cadendi à beatitudine, siue separandi à Deo patet hæc conclusio iuxta S. Tho. in secunda secundæ quia timor seruilis siue timor pœnæ nullo modo erit in patria in quibuscunque beatis. excluditur. n. talis per securitatem æternæ beatitudinis quæ est de ipsius beatitudinis ratione, vt rationes factæ ostendũt, timor autem filialis bene manet in patria in angelis & hominibus beatis licet non omnino quo ad eundem actum quem habent in via in viris sanctis. ¶ Pro quo sciẽdum quod proprium obiectum timoris est malũ possibile, sicut propriũ obiectum spei est bonum possibile, & cum motus timoris sit quasi fuga timor importat fugam mali ardui possibilis. parua. n. mala timorem non inducunt, malum autem creaturæ rationalis est nõ subijci Deo, aut ab eo separari. hoc autem malum creaturæ rationali secundum suam naturam considerare possibile est propter naturalem li. arg. flexibilitatem. sed in beatis fit nõ possibile per gloriæ prẽctionẽ, fuga ergo hmõi mali ꝙ est Deo nõ subijci vt possibilis naturę, impossibilis aũt beatitudini erit ĩ patria in beatis. in via autem est fuga huiusmodi mali, vt oĩno possibilis. & ideo Greg. dicit 17. moralium exponens illud Iob 26. columnæ cœli contremiscunt, & pauent ad nutũ eius. ipsæ inquit virtutes cœlestiũ, q̃ Deũ sine cessatione conspiciunt in ipsa contemplatione contremiscunt, sed idem timor ne eis pœnalis sit, non timoris est, sed administrationis, quia. s. admirantur deum, vt supra se existentem, & eis incomprehensibilem. ¶ Ad rationes in faciliter respondetur. Ad primam dicendum quod tex. presens accipiendus est de timore filiali per modum qui dictus est. timebant. n. parem ruinam considerata naturali li. ar. flexibilitate. quia secundum illam erat possibilis, non autem considerata gloria, qua superuestiti fuerunt in eorum cõfirmatione. secundum quam ruina erat impossibilis. ¶ Ad secũdam

Quæstio. Primum argum. Opponit in contrarium. Secunda oppo. Respondet. Gregorius. Ad primum argu. Ad scdm.

dam patet responsio, quia loquitur propheta de timore filiali siue reuerentia quæ bene manet in beatis eo modo quo dictum est. aliæ autem rationes factæ in contrariũ bene probant, ꝙ in beatis non sit timor etiam filialis secũdum eum actum, quem habet in via etiam in sanctis viris sicut expositum est [à perfecta laude creatoris præpediti] hoc intelligendum est quo ad numerum. vt dicit Hu. & bene, quia cadentibus aliquibus non tot remanserunt laudationes Dei quot erant prius. de quibus scribitur Iob. 28. cũ me laudarent simul astra matutina. glo. Grego. astra matutina angeli electi sunt, qui quia primi in tẽpore creati sunt immerito astra matutina dicuntur [damna cœlestis patriæ resarciret.] Hic merito surgit quæstio.

Greg.

16 Quæstio. Primum ar. Secũdum ar.

†Vtrum homo fuerit creatus propter reparationem angelicæ ruinæ, & videtur ꝙ sic, ex tex. præsenti. ¶Secundo arguitur ex authoritate beati August. in Enchiridion, qui finem creationis hominis ponere videtur reparationem angelicæ ruinæ.

Tertiũ arg.

¶Tertio hoc idem dicit Anselmus in libro de casu diaboli & cur Deus homo.

Opponit in cõtrarium.

¶In oppositum arguitur sic, nõ existente casu angelorum adhuc creatus fuisset homo. Congruebat. n. creatori ad perfectionem vniuersitatis vniuersitatem generum & specierum condere, in quo manifestaretur sua sapientia, & bonitas eius, ergo finis creationis hominis non est reparatio angelicæ ruinæ.

Secunda oppo.

¶Secũdo si finis creationis hominis principaliter eẽt reparatio angelorũ, aut ergo bonorum, aut malorum, non bonorum, quia ipsi non indigent reparatione, nec malorum, quia malorum reparatio est impossibilis. ergo non videtur ꝙ homo creatus sit pro reparatione illa.

Respondet

17 ¶Respondeo dicendum pro conclusione. †ꝙ homo aliquo modo creatus est propter reparationem angelicæ ruinæ. Pro quo notandum iuxta magistrum Alexand. in 2. ꝙ duplex finis considerari potest in creatione hominis, vnus est principalis, & alius secundarius. principalis finis creationis hominis est participatio diuinæ beatitudinis, secundum ꝙ dr̃ 1. Ti. 2. ꝙ vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, & magister sententiarum in 1. dist. 2. dicit, ꝙ creata est natura rationalis, vt intelligeret summam bonitatem, intelligendo amaret, & amando possideret, & possidendo frueretur, finis vero secundarius est reparatio angelicæ ruinæ, secundum hũc modum intelligendus est tex. præsens & dicta Augu. & Anselmi. ¶Ad rationes in contrariũ dicendum.

Ad primum argu.

Ad primam respondetur. ꝙ ratio illa bene probat ꝙ finis principalis creationis hominis non sit reparatio angelicæ ruinæ, & hoc concedimus: & ita non est verũ ꝙ Arc. in hoc c. dicit, ꝙ precipua causa quare hoĩem fecit sit reparatio angelicæ ruinæ.

Ad secũm.

¶Ad seundam respon. dupliciter. primo secundum Alex. sic, ꝙ est finis principalis angelorum & quantum ad hunc non fit reparatio angelicæ naturæ, & est finis secundarius. s. delectatio in multitudine consortij angelorum fruentium & quantum ad hunc finem sicut minuebatur numerus fruentium per casum angelorum, ita augetur per profectum bonorum hominũ. ¶Secundo potest responderi, ꝙ proprie loquendo aliud est dicere finis creationis hominis est reparatio angelorũ & aliud quod finis eius sit reparatio ruinæ angelicæ, nec reparari quidem ruina angelica dr̃ omnino, quod angeli, qui ceciderunt veniant reparandi, sed quia omnes beatitudinis gradus quos angeli cadẽtes habituri fuissent, si permansissent per homines qui assumuntur adimplentur [ac angelorum gaudia suppleret]. i. pficeret, sicut nouenarius perficitur per decimam partem secundum parabolam de decem dragmis, & sicut cẽtenarius ouium perficitur per reparationem ouis perditæ. Lucæ 15. ¶Hic merito surgit

18 Quæstio. Primum argum.

quæstio. †vtrum gaudium in angelis augmentatum fuerit ex creatione hominis. & arguitur primo ꝙ sic, ex tex. præsenti.

Opponit in contrarium

¶In oppositum arguitur sic, proficere sicut & mereri pertinet ad statum viæ, sed angeli non sunt viatores sed comprehẽsores, ergo gaudium in angelis nõ est perfectũ siue augmentatum ex creatione hominis.

Respondet S. Thom.

¶Respõdeo iuxta S. Th. in 1. parte†duplex gaudium dicitur in angelis. pri-
19 mum essentiale quod oritur ex visione diuinitatis, & fruitione ipsius summæ diuinæ bonitatis, & quantum ad hoc non augetur eorum gaudium, sicut nec eorum beatitudo, quilibet. n. eorum in eo semper gradu beatitudinis perseuerat in quo per diuinam prædestinationẽ perductus est, aliud gaudium dr̃ accidentale, vt est illud quod habent de salute eorum qui per eorum ministerium saluantur, secũdum illud Luc. 15. gaudium est angelis super vno peccatore pœnitentiam agente, & tale augeri quidem potest, vsque ad diem iudicij, & hoc modo loquendo ex creatione hominis creditur angelorum gaudium augmentatum.

Ad arg.

¶Ad rationem vero in oppositum patet responsio, procedit. n. de primo gaudio, quod substantialiter ad ipsum præmium angelorum, non autem de secundo quod accidentaliter ad illud pertinet. nõ mirum si ex lapsu eius fuit

Quæstio. Primum ar.

20 conturbatus. ¶Hic surgit quæstio. †vtrum angeli fuerunt conturbati de lapsu hoĩs. Et videtur primo quod sic, ex te. præsenti.

Opponit in cõtrarium.

¶Secundo ex illo Esa. 33. angeli pacis amare flebant. ¶In oppositum arguitur ex eo, quia vt parum ante dictum est perfecta beatitudo siue fœlicitas non compatitur secum miseriam aliquam, nec summa iocunditas tristitiã aliquam, nec pax quæ superat omnem sensum aliquã animi turbationem, nec rectitudo beatorum aliquam discrepantiam ab ordine diuinæ iustitiæ.

Respondet. S. Tho.

¶Respõdeo dicendũ, quod iuxta S. Tho. in 1. parte. angeli non fuerunt turbati de casu hominis turbatione doloris, patet. ipsi. n. sicut superius dictum est nec dolent de peccatis, nec de pęnis hominum, dolor. n. & tristitia secundum Augu. non est nisi de his quæ contra iantur voluntati. nihil autẽ accidit in mũdo quod sit contrarium voluntati angelorum, & aliorum beatorum, quia eorum voluntas totaliter inhæret ordini diuinæ iustitiæ. nihil autem fit in hoc mundo nisi quod p diuinam voluntatem fit aut fieri permittitur. & ideo simpliciter loquendo nihil fit in mundo contra voluntatem beatorum, vt. n. philosophus dicit 3. Eth. illud dr̃ simpliciter voluntarium, quod aliquis vult in particulari, secundum quod agitur consideratis omnibus quæ circunstant, quamuis in vniuersali consideratum nõ esset voluntariũ, sicut nauta non vult proiectionem mercium in mare absolute, & vniuersaliter considerando, sed imminente periculo causa salutis hoc vult. vnde magis est hoc voluntariũ quam inuoluntarium vt ibidẽ dicitur. Sic ergo angeli peccata & pœnas hominũ vniuersaliter loquendo nõ volũt, volunt tamen quod circa hoc ordo diuinæ iustitiæ seruetur secundum quem quidam pœnis subduntur & peccare permittuntur.

Ad primã argu. Hugut.

¶Ad rationes in oppositum dicendum. Ad primam de tex. præsentis c. vt dicit Hug. quod more humano loquitur, non. n. turbatio proprie potest cadere in angelis qui summa fœlicitate & pace fruuntur, sed metaphorice dicuntur turbati inquantum in vniuersali volebant. quod homo perstitisset in statu innocẽtiæ, & gratiæ in quo creatus erat & non cecidisset ab illo.

Ad secundũ

¶Ad secundam dicendum quod verbum illud potest intelligi tripliciter, primo literaliter intelligitur de nũtijs regis Ezechię qui fleuerunt propter verba Rabsacis. de quibus habetur. Esa. 36. Secundo secundum sensum allegoricum intelligitur de prælatis qui dicuntur, angeli, qui dolent pro peccatis hominum. Tertio secundum sensum anagogicum exponitur de angelis beatis, & tunc est locutio metaphorica ad designandum quod angeli volunt in vniuersali salutẽ hominum, sic. n. Deo & angelis eius passiones attribuuntur [impfectis] quo ad numerum. s. quia sicut supradictum est non manserunt de angelis tot laudatores Dei cadentibus quibusdã, sicut fuissent si omnes permãsissent [donec in Christo resurgente resurrexit prolapsus ille protoplastus] resurrexit quidem in spe, in capite. n. nostro Christo resurgente inchoata est resurrectio membrorum suorum, quæ certissime est futura. prima Corint. 15. si Christus pdicatur quod resurrexit à mortuis, quomodo quidam in vobis dicunt quod resurrectio mortuorum non est. s. futura, si autem nõ est. s. futura, nec Christus resurrexit. & Iob 19. scio (. s. per certitudinem fidei) quod redemptor meus viuit (à morte. s. resurgẽs) & ideo in nouissimo die de terra surrecturus sum & c. sequitur. reposita est hæc spes mea in sinu meo. sequit̃ ibi [augmento sui collegij & spe meliori] hic merito surgunt due quæstiones.

Prima qõ.

¶Prima vtrum homines assumantur ad collegium angelicum siue ad ordines angelorum, vel an homines assumpti faciant per se alium ordinem.

Secunda q.

¶Secunda vtrum assumantur de hominibus tot quot angeli ceciderunt vel plures.

Primum ar.

21 Ad primam Sic proceditur. †& videtur quod homines assumãtur ad collegium siue ordines angelorum. Probatur primo ex tex. presenti. nam si homines non assumerentur ad collegium angelorum per assumptionem hominum non diceretur collegium angelorum

angelorum augumẽtari. vnde augmẽtum dicitur præexistentis quantitatis additamentum. ¶ Secundo arguitur ex illo Mat. 22. vbi ait Christus. erunt sicut angeli Dei in cœlo. ¶ In contrarium uero arguitur vnica ratione sic, plus distat natura hominis à natura angelorum, quam natura vnius angeli à natura alterius, sed angelus inferioris naturæ non potest pertingere ad superiorẽ ordinẽ. ergo vr̃ ꝙ nec homines ad ordines angelorum assumuntur. ¶ Respondeo dicendum, vt tangit S. Th. in 2. circa hoc triplex ẽ positio. Quidam. n. commentator Græcus Eustachius nomine dicit in commento super 6. Eth. Arist. ꝙ tantum animæ suæ profectum sperare potest vt ad opperationem intellectum separatorum siue substãtiarum intellectualiũ separatarum cuiusmodi sunt angeli pertingat. & secũdum hoc necessario dicendum venit, ꝙ hominum qui in gloria assumuntur erit, vnus ordo decimus inferior, 9. ordinibus angelorum. sed hæc positio est contraria dictis sanctorum, & videtur sapere hęresim. cum etiam beata virgo super choros angelorum exaltata sit, nisi dictum præfati commentatoris intelligatur quantum ad naturalem operationem inquantum. s. ex naturalibus pertingere potest. ¶ Alia positio est, quod hominum quidam assumũtur ad ordines angelorum. ¶ Alij vero faciunt, vnum ordinem decimum vt expleatur similitudo de decima dragma perdita quæ ponitur Lucæ 15. sed hæc diuersimode assignatur. Quidam. n. dicunt, ꝙ solum virgines ad ordines angelorum assumuntur, eo, quod cognata est angelis virginitas, vt dicit Hierony. Alij vero electi decimum ordinem constituunt. sed hoc non videtur verum, quia multi non virgines, vt Petrus & Magdalena multis etiam virginibus eminentiores sunt. vnde alij dicunt, ꝙ perfecti assumunt ad ordines angelorum, sed illi qui sunt imperfectorũ meritorum 10. ordinem consummabunt. sed cum ex hominibus & angelis futura sit vna ecclesia & vna hierarchia, non est probabile, ꝙ numerus ordinum qui cœlesti hierarchiæ cõpetit per tria terna distinctus, vt ipse numerus ordinum exprimat trinitatis increatæ vestigium per homines augeatur. Vnde tertia positio quæ doctrinis sanctorum magis consona est, & quæ magis communi doctrinæ theologorum placet, & maxime S. Tho. Alberto magn. & domino Vlricho est, quod omnes electi assumuntur ad ordines angelorum. Quidam. s. ad superiores, quidã ad inferiores, & quidam ad mediocres pro diuersitate suorũ meritorum, sed beata Maria super omnes. Hæc autem positio multis confirmatur authoritatibus. primo ad hoc est glo. super illud psal. 44. Constitues eos principes &c. quæ dicit elegit pauperes, vt exaltet ad ordines cœli, qui sunt ex hominibus, & angelis, ergo homines assumuntur ad ordines angelorum. Secundo ad idem est glo. Deut. 11. super illud omnem locum quem calcauerit pes videtur, videtur erit, quæ dicit. Si diabolum vincere potero, si meruero vt Deus conterat eum sub pœdibus meis, consequenter locũ eius in cœlo habebo. Tertio hoc idem glo. Deut. 33. super illud eijciet à facie tua inimicum dicetque contere. & sup illud ad Rom. 15. dominus conteret satanam sub pedibus vestris velociter. Item beatus Diony. dicit in primo ca. de di. no. ꝙ homines angelorum gloriam sortiẽtur. Item Grego. in homi. de centum ouibus dicit. ꝙ homines secundũ diuersitatem meritorum ad diuersos ordines transferrentur angelorum. ¶ Ad rationem factam in oppositũ. rñ. negando consequentiam. ratio quia meritum hominis cui merces deputata est, potest esse efficacius quam meritum angeli. tum primo propter difficultatem quæ est occasio maioris conatus, tum etiam propter continuum augmentum gratiæ, quod potest esse ĩ homine, cum homo sit diuturnior viator quam angelus fuit. tum etiam inquantum merita nostra efficaciam habent ex merito Christi cuius gratia est quodammodo infinita, nunquam. n. angelos apprehendit, sed semẽ Abrahæ Heb. 1. & ideo magis possunt homines virtute meriti transferri in gradum altioris naturæ, quam angeli.

*Sc̃d̃um ar.* *Opponit in cõtrarium.* *Respondet S. Tho.* *Prima q.* *Secunda oppo.* *Tertia opp.* *S. Thom. Albe. mag* *Ad arg.*

22 Ad secundum quæstionem sic, proceditur.† Et arguitur quod plures assumantur de hominibus ad collegium angelorum, quam de angelis ceciderunt. ¶ Et primo hoc arguitur ex præsenti te. in ea parte vbi dicit, spe meliori angelicus exercitus gauisus. spe meliori &c. Sane videtur quod angelicus exercitus ex creatione hominis non diceretur spe meliori gauisus, si non plures de hominibus assumerentur, quam de angelis ceciderunt. ¶ In oppositum arguitur sic, homo creatus est ad reparationem ruinæ angelicæ, vt in hoc c. habet ergo videtur ꝙ non plures assumentur de hominibus quã ceciderunt de angelis. consequentia videtur manifesta. ¶ Respondeo dicendum ꝙ ad hanc quæstionem vtrum videlicet assumantur tot de hominibus quot ceciderunt vel præstiterunt, vel quot fuerunt persistentes, & cadentes vel plures vel pauciores, respondere determinate ille solus potest cui soli, vt dicit Greg. cognitus est numerus electorum in superna fœlicitate locandus. Est tamen hic notãdum. ꝙ vt tãgit dominus Albertus in summa sua, tres modi dicendi reperiuntur inter doctores antiquos in hac materia. ¶ Primus modus dicendi est, quod tot sunt modi assumendi, quot fuerunt vel sunt stantes angeli, & istius sententiæ est beatus Greg. qui ita dicit. superna illa ciuitas ex angelis & hominibus constat ad quam credimus tantum humani generis ascendere, quantos illic cõtingit angelos remansisse, sicut scriptum. s. Deuter. 32. secundum translationem 70. statuit terminos populorum iuxta numerum angelorum Dei. ¶ Secundus modus dicendi est Augu. ꝙ non pauciores assumuntur quam fuerunt cadentes: vnde Aug. in Enchiridion sic, dicit. superna Hierusalem mater nostra ciuitas Dei nulla suorũ ciuium numerositate fraudabitur sed plures assumendi sint sub dubio dicit addens. aut vlteriore etiam copia fortasse regnabit. ¶ Tertius modus dicendi quorundam antiquorum est, qui videtur ortus ex dictis Anselmi quæ dicunt ꝙ tot virgines assumendæ sunt, quot fuerunt stantes & cadentes, & tot ex alijs nõ virginibus, quot sunt omnes isti. s. stãtes cadentes & virgines assumpti, verum nullus istorum quod dicit probat aliqua certa authoritate, ideo sicut dictum est soli Deo numerus iste electorum certus est. ¶ Tenẽdo autem primũ modum qui videtur accipi ex præsenti tex. respon. ad rationem inductam in contrarium negando consequentiã, quia per hoc ꝙ tot homines assumantur quot de angelis permanserunt non impeditur ruinæ angelicæ reparatio, sed maxime promouetur ac perficitur [in nouum alleluya]. i. in nouam laudem Dei [quem]. s. exercitum angelorum [imitantes] in tristitia [de lapsu hominis] & in lætitia de eius reparatione à 70. &c. vbi notandum † quod hoc tẽpore fideles miserias incolatus nostri recolentes signa deponunt lætitiæ in tribus maxime. in cantibus, in vestibus, & in cibis: in cantibus vt prætermittunt hoc tempore Alleluya. Te Deum, & Gloria in excelsis. loco autem Alleluya, in missa dicitur tractus, & in respõsorijs & in antiphonis pro Alleluya, dicitur Laus tibi domine rex æternæ gloriæ, & licet hæc vox videatur æquipollere illi voci Alleluya, non tamen æquipollet, vt dicit Hu. quia Alleluya, Laus est angelica, ista humana. Te Deum laudamus dimittimus, nisi in solennibus festis, & gloria in excelsis Deo nisi in cœna domini propter chrisma, & in sabbato paschæ ꝓpter baptismum, & in solennibus festis & hoc duplici rõne, primo quia cum hoc tempore nos repræsentemus nos vt peregrinos captiuos, exules, atque peccatores, & in ore taliũ non bene sonant præconia lætitiæ, & maxime salutatoris. ¶ Secundo quia hoc tempore status repræsentatur ecclesiæ nondum per Christum redemptæ. pertinent autem ad Christum specialiter ista cantica prædicta. Est autem hic aduertendum ꝙ in hoc tempore. s. à. 70. vsque ad pasca pro nullo festo cantatur Alleluya, sed bene, Te Deũ & gloria in excelsis, quia vt dicit Hugo. maiorem lætitiã, & laudem designat Alleluya quam prædicta cantica. ¶ Secũdo in vestibus signa lætitiæ intermittimus, quia sicut filij Israel in captiuitate positi vestes nuptiales deposuerũt, sic & nos dalmaticas quæ sunt vestes solennes, visuales et vestes induimus, viles & lugubres. Tertio in cibis etiam signa lætitię intermittimus tristitiam repræsentantes cum ieiunijs affligimur, & minus solito vtimur delicatis [reddidit] vnde Matthæ. vltim. Christus resurgens & occurrens mulieribus quæ venerant ad monumentum ait, nolite timere, ite nuntiate fratribus meis, & cetera.

*Primum ar.* *Opponit in cõtrarium.* *Respondet.* *Gregorius.*

1 *Cœna domini quare dicatur dies Iouis hebdomadę sanctæ*
*Et quod sit insignita multis priuilegijs. nu. 2.*
*Et quod sit solennior oĩ alia solennitate exceptis solennitatibus trinitatis.*

Porro.


PORRO. Sequitur tertium c. huius partis in quo magister Grati. duo ponit. primo ꝙ Gloria in excelsis Deo die cœnæ inter missarum solennia cantatur. In 2. quod pallio licet vti eodem die, quibus ab apostolica sede est cōcessum. 2. ibi, pallio vero. patet sententia capituli. Litera. ¶ [In cœna] & hoc. s. propter chrisma, vnde dicit Hug. ꝙ male est appositum hic [ab episcopis] ita ꝙ non ab alijs, quia nec ab episcopis est dicendum, tunc nisi chrisma conficiant [in cœna domini]. i. in feria quinta maioris Hebdomadæ. ¶ Occurrunt autem hic aliqua notāda. †primo ꝙ hæc dies cœna domini appellatur. Tum primo quia in ea cœnauit Christus cum discipulis suis finiens vetus pascha in comestione agni, & inchoans nouum in consecratione & benedictione panis, & vini. Tum secundo, quia tunc primo missa celebrata est, & inde est ꝙ in hac die cum omnes horæ flebiles sint sola missa solennis est, & in concentu, & in canticis, hymnis, & in ornatu ministrorum, ne quid venustatis sancto sacrificio desit tanquam in die suæ institutionis, & quasi in suo natali. ¶ Secūdo notandū † ꝙ hæc dies multis est insignita priuilegijs. s. veteris testamenti terminatione, & noui inchoatione, pœnitentium reconciliatione, mandati celebratione, chrismatis confectione, missæ institutione. tali. n. die est vetus testamentum terminatum, & nouum inchoatū, pœnitentes reconciliantur, mandatum celebratur, chrisma conficitur, missa est instituta. †Est ergo ista dies solennior omni alia solennitate exceptis solennitatibus trinitatis Hu. [pallio] secunda pars & secundum ꝙ addit Grat. est quod pallio vti licet eodem die quibus ab apostolica sede est, permissum, alias nulli licet vti pallio inter solēnia missæ, vt dist. c. pallium.

Exponit literam.

1 *Episcopus quare cum celebrat, aut orat mitram deponit, & baculum, & dum prædicat sumit mitram & baculum.*
2 *Orare in ecclesia velato capite an sit peccatum.*
3 *Homo dupliciter assistit deo.*
4 *Oratio est duplex priuata & publica.*


NVllus &c. Hic incipit 19. pars huius distinctionis, in qua postquā magister Grat docuit quo ordine quave celebritate missa dicenda sit, nūc autem qua deuotione dicenda sint, & audienda 13. capitulis ostendit. Hec autem diuiditur in duas partes. In prima ponit cum qua deuotione ingrediendum sit ad altare, & ei assistendum. In secunda quod ab eodem sacerdote à quo inchoatum est mysterium est terminādum nisi passio aliqua inhibuerit. 2. ibi, ingressus, & circa primum dicit duo, primo ꝙ nullus episcopus a ad celebrandum missarum solennia præsumat cum baculo, i. cum virga pastorali introire. †pro quo notandum quod episcopus cum celebrat aut orat mitra deponit & baculum dum vero prædicat mitrā & baculum sumit. Ratio eorum est, qa episcopus est mediator inter Deum & populum. & ideo, quandoque agit causam populi apud Deū quandoq; vero causam dei apud populum. causam vero populi apud deū agit præcibus, & orationibus. causam vero Dei apud populum agit minis & terroribus. & ideo cum orat aut sacrificat causam populi agens apud Deum, vt omni remota defensione & excusatione peccati humilitatem in conspectu altissimi Dei ostendat, deponit insignia & indicia altitudinis & comminationis seu defensionis. s. mitram & baculum, quando vero prædicat cum tunc causam Dei agat ad populum. ideo ut timeant & exaudiant domini mandata, quæ proponit sumit, tūc insignia altitudinis, & comminationis. s. baculum, & mitram. secundo ponit, ꝙ nec episcopus nec presbyter nec diaconus nec etiam subdiaconus assistant altari velato capite, & hoc pro reuerentia, Dei cui assistūt, inducit autem ad hoc dictum apostoli. j. Cor. 11. qui videtur prohibere viros, velato capite orare in ecclesia sic, dicens. omnis autem vir orans aut prophetans velato capite deturpat caput suum. i. indecenter, & irreuerenter exercet actum suum. ¶ Circa hoc surgit quæstio. †vtrum sit peccatum velato capite orare in ecclesia. Et arguitur ꝙ sic, ex text. præsenti & authoritate apostoli allegata in eodem. ¶ In contrarium arguitur. primo multi in ecclesia orant velato capite, qui tamen non sunt dicendi aut indecenter agere aut peccare. ¶ Secundo arguitur de his, qui cantant psalmos in choro qui etiam velato capite sæpe orant. ¶ Tertio sic, ille qui prædicat vel docet in scholis tecto capite, hoc faciens non indecenter agit, ergo nec ille qui orat, patet consequentia. quia apostolus vtrunque posuit orans aut prophetans, prophetare autem hic idem est ꝙ annuntiare vel prædicare vt innuit apostolus. & glo. hic. ¶ Quarto arguitur de illo, qui ob capitis passionem nō posset nisi velato capite in ecclesia orare. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ ut inquit beatus Tho. sup epistolam ad Cor. considerandum est, ꝙ quilibet homo iudici assistens suam conditionem vel dignitatem debet profiteri & præcipue assistēs Deo qui est omnium iudex, & ideo qui Deo assistunt ordinatissime & conuenientissime se gerere debent, secundum illud Ecclesiastici. 5. custodi pedem tuum ingrediens domum domini. † dupliciter autem homo assistit, vno modo humana ad Deum referens, quod quidem fit orando, secundum illud Ecclesiastice. 38. in conspectu altissimi depræcabitur, aperiet os suū in oratione pro delictis suis deprecabitur. Alio modo diuina ad homines referens ꝙ quidē fit annuntiando alijs q̄ diuinitus sunt reuelata ad ędificationem ecclesię, quo modo accipitur prophetia, cum dicit apostolus 1. Cor. 14. qui prophetizat ecclesiam ædificat. vnde signanter dicit apostolus. vir orans & prophetans, his. n. duobus modis vir Deo tanquam iudici siue domino assistit. pertinet autem ad dignitatem viri, vt in pręfato capitulo ostendit apostolus, velamine carere, quia in hoc ostendit se Deo immediate subiectum, & non habere super caput suum aliquā aliam potestatem existentem ex ordine naturæ, sicut mulier quæ viro subiecta etiam est, & ideo vt dicit hic apostolus, vir orans & prophetizās velato capite deturpat caput suum. i. rem inconuenientem sibi agit. Sicut. n. in corpore pulchritudo dicitur cōsurgere ex debita proportione mēbrorum, in conuenienti claritate vel colore, ita in actibus humanis dicitur pulchritudo ex debita proportione verborum vel factorum in quibus lumen rationis splendet, vnde etiam per oppositum intelligitur quando contra rationem aliquam agitur, & non obseruatur debita proportio in dictis & factis, & ita videtur ꝙ indecenter fit cum quis altari orādo aut pronuntiando populo reuelata diuinitus velato capite assistit, & per consequens peccat. vnde sequitur in tex. & si temere præsumpserit communione priuetur. ¶ Ad rationes in contrarium respond. ad primā dicendum. †ꝙ duplex est oratio vna priuata. quam. s. aliqs Deo offert in propria persona. Alia publica quā qs deo offert in persona totius ecclesiæ, vt patet in orationibus quę in ecclesia per sacerdotes dicuntur, & de talibus orationibus apostolus loquitur. & ideo argu. de orationibus priuatis siue secretis non procedit, in talibus. n. priuatis seu secretis orationibus tectio siue coopertio capitis seruit ad maiorem mentis quietudinem. ¶ Ad secundam dicendū ꝙ ratio non procedit. quia psalmi non cantantur ab vno singulariter se Deo præsentāte, sed quasi à tota communitate, vt dicit S. Tho. & dominus Nicol. de lyr. ideo conuenienter possunt cantari capite velato, quia verbum apostoli intelligitur quando aliquid ab vno cantatur & singulariter se deo præsentante in persona ecclesię. ¶ Ad tertiam respondetur ꝙ consequentia non valet. quia ille qui prædicat aut docet in scholis ex propria persona loquitur. vnde & apos ad Ro. 2. nominat euangelium suum. s. ꝓpter industriam qua vtebatur in prædicatione euangelij, sed ille qui sacram scripturam in ecclesia recitat, puta legendo lectionem, epistolam, vel euangelium. ex persona totius ecclesiæ loquitur. ¶ Ad quartum dicendum, ꝙ necessitas non habet legem extra de obser. ieiu. c. consilium, & ca. qd non est. ext. de re. iu. vnde si tanta capitis passio est, vt nisi velato capite altari non posset assistere, videtur quod sine peccato velato capite altare posset, maxime in loco secreto, vel vbi omnib. nota esset ministri difficultas standi ad altare capite discooperto. Lege. ¶ [Cōmunione priuetur] nisi cesset vel in pœnam suspendatur ad tempus à communione sacramētorū vel fratrū [ingressus] sequitur 2. pars, vbi dicit, ꝙ episcopus vel presbyter qui missam inchoat, debet eā finire nisi passio interueniens hoc impediat qui vero contra fecerit excommunicetur, sed hoc plenius 7. q. 1. c. nihil. [data]. i. incepta vel inchoata [suspensus] ad tempus, vel perpetuo pro arbitrio suspendentis. Hugu.

Diuisio.

a ¶ Eps, eps in ecc. sua debet tātū celebrare, missam in die cœnæ dñi & chrisma cōficere. Pe. de Anch. in c. te referen ... 1. de ... missi.

Quæstio 2 Primum ar. Opponit in cōtrarium.

Secda oppo. Tertia opp. Quarta op. Respondei. S. Thomas. Ad primum argu. Ad scdm. S. Thomas. Nico. de ly. Ad tertium Ad quartum Exponit literam.

1 Diaconi

1 *Diaconi quare dicantur oculi episcopi.*



Episcopus. Sequitur secundum c. huius partis, in quo duo facit primo ostendit quam decenter associatus episcopus debeat celebrare diuina, & maxime in solennibus diebus. in quibus dicit, debet septem, aut quinque, aut tres diaconos secum habere. secundo mandat, vt peracta consecratione omnes communicẽt. 2. ibi, peracta. primum autem hoc quod dicit intelligendum est si loci facultas patiatur ibi tot esse diaconos, alias sufficit vnus vel duo ar. 7. q. 1. illud & 10. q. 3. vnio. Est autem hic sciendum ꝙ hoc institutum fuit ex causa propter hæreticos. s. qui episcopalem dignitatem & officium vilipẽdebant cum paucos ministros eis astare conspicerẽt, & propter hoc statutum fuit, quod in qualibet episcopali ecclesia essent septem diaconi, vt d.
1 93. diaconi. Hu. Lege. ¶ [Oculi] duplici ratione† tum primo vt circumspiciant custodientes eum à malis hominibus, qui occasione oppressionis violenter volent eum offendere, vt dist. 93. diaconi. ¶ Secundo quia tales solebant errata clericorum inuestigare, & ad episcopum referre. vt dist. 93. diaconi ecclesiæ. sed nunc Archidiaconi hoc faciunt. vt dist. 25. c. 1. [regione]. i. latere consensum præbentes [sacrificio]. i. orationem facientes pro sacrificante [vel consensum]. i. pacem præbentes sibi inuicem & alijs, per quod constat consensum præbuisse sacrificio, vt infra di. 2. pacem Hug. [peracta]. 2. pars [omnes communicent]. i. ministri supradicti qui episcopo sacrificanti astiterunt & ministrarunt. Hu. sed hoc in paucis locis hodie obseruatur. Arch. vel omnes generaliter, sed nec hoc obseruatur nostris temporibus frigescẽte charitate in cordibus fideliũ, de quo plenius infra di. 2. peracta. omnes & c. si non. &c.

Exponit literam.

Arch.



Vbemus. Sequitur tertium c. huius partis, ĩ quo magister Gratianus confirmans intentionem præcedẽtis c. subiungit institutum Lucij papæ, in quo precipitur omnibus episcopis ꝙ semper secum habeãt viros religiosos, & graues in testimonium honestatis suæ. Et diuidit in duas partes. In prima facit quod dictum est. In secunda assignat rationem dicti, secunda ibi, & licet hic nihil aliud dicendũ venit. Lege. ¶ [Possit] non tamen semper, quia cum conscientia etiam fama est necessaria, vt 11. q. 3. non sunt, & 12. q. 2. quatuor, & 12. q. 1. nolo. [iuxta apostolum]. s. 1. ad Ti. 3. vbi de episcopo qualis esse debeat dicit [oportet illũ testimonium habere bonum ab his qui foris sunt] vt non in improperium incidat & laqueum diaboli. i. in contemptũ apud infideles vel fideles, & ꝑ consequẽs eius authoritas minuatur, & in laqueum diaboli. i. odium & rancorem contra illos à quibus se contemni percipit, & sic efficiatur omnibus odiosus, & negligatur cultus diuinus. [in omni loco] vbi. s. episcopus sacrificat vel prædicat, imo vbique siue in ecclesia, siue in camera, semper debet habere honestos monachos, vel clericos, vel ꝑsbyteros. vel diaconos vel alios qui de eius honesta conuersatione bonum testimonium tradant. vnde grauiter reprehenditur episcopus Marsiliensis, qui in sua societate familiarem habebat quẽdam presbyterum minus honestum, vt habetur in cap. ꝑuenit. 2. q. 7.

Diuisio.

Exponit literam.

1 *Missa an possit celebrari vno solo ministro præsente.*
2 *Missæ solenni ministri duo qui debent adesse, an debeant esse clerici, an vero sufficiat quod sint laici.*
*Et an quod sint feminæ. nu. 3.*
4 *Celebrare an possit aliquis solus sine assistente.*
5 *Secreta in missa quid dicatur.*
6 *Sacerdos quare salutet populum septem vicibus.*



Hoc quoque. Sequitur quartum c. huius partis in quo magister Grat. continuat quam conuenienter sint celebranda diuina. quod diuidit in duas partes. In prima ponit, ꝙ nullus presbiterorum celebrare præsumat nisi duob. præsentibus, aut respondentibus. in secunda assignat rationem, secunda ibi, qui cum pluraliter. ¶ Pro cuius cap. am
1 pliori declaratione quæritur† vtrum vno solo ꝑsente ministro possit missa celebrari, & arguitur primo ꝙ non ex tex. præsenti. ¶ In oppositum videtur communis ecclesiæ consuetudo, quæ errare non potest, vt puta spiritu sancto gubernata, quæ non videtur facere differẽtiã an pluribus, an vno solo præsente missa celebretur. ¶ Respondeo dicẽdum, ꝙ circa hanc difficultatem tres legimus opiniones. ¶ Prima est dicentium, quod non conuenienter vno solo præsente ministro missa celebratur, & ista est Hu. ad quod inducit quatuor rationes ita dicẽs. dico ergo ꝙ ad minus duo debent esse præter presbyterum, alias presbyter nunquam cantet missam, & hoc est statutum nõ propter hoc tantum, ꝙ hic in tex. dicitur. s. vt apte respondeatur salutationi, qua sacerdos ad populum vtitur, dicẽs dominus vobiscum, sed etiam in reuerentiam tanti sacramenti, & vt innuatur, ꝙ nõ ꝓ vno solo, sed pro multis immolatus est Christus. vt infra di. 2. semel immolatus, & vt in hac ipsa trinitas innuatur in cuius honorem missa decantatur, & cuius operatione trãssubstantiatio panis & vini fit in corpus & sanguinem Christi. vt infra dist. 2. credere. hæc Hu. ¶ Secunda op. est dicẽtium, ꝙ potest celebrari missa vno solo præsente ministro, & ista est Laurentij. vt dicit Arch. quam multi tenent, & sequitur Host. in summa, extra de celebra. missa. dicens, ego credo ꝙ vnus sufficiat arg. ext. de verb. sign. quæsiuit. ¶ Tertia, opi. quę nobis magis grata est, est B. Th. in 3. parte q. 83. ar. 5. qui vr facere differentiã inter missam solẽniter celebrandã, & missam priuatam. dicit nanque ꝙ in solenni celebratione missæ plures esse debent, ad quod inducit præsens c. quod Sotheri papæ. dicit etiam ꝙ ad maiorem solennitatem etiam statuitũ c. superiori, ꝙ episcopus cum pluribus missarum solennia peragat. in priuatis autem missis dicit sufficere habere vnum ministrum, qui gerit personam totius populi catholici, ex cuius persona sacerdoti pluraliter loquenti respondet. ex quibus patet ratio & intelligentia text. præsentis c. & respondetur ad rationem inductam. huius sententiæ est magister Alexander de Ha. in 4. dicens quod quædam retroactis temporibus statuta erant ob reuerentiam tanti misterij, quæ postea abrogata sunt per vsum, & propter necessitatem, & vtilitatem, multiplicato. n. numero presbyterorum necesse fuit. & vtile ne frequenter cessarent à missarũ solennijs vno assistente celebrare. Et ad rationem quæ sumitur ex statuto huius c. respon. quod presbyter celebrãs prædicta proferendo loquitur ecclesiæ, & ad ecclesiam debet conuertere intentionem maxime vno assistente, & quod dicitur de prædicto decreto, quod nullus præsumat celebrare nisi duobus præsentibus & c. dicit intelligẽdum esse quantum ad intentionem sacerdotis qui debet conuertere intentionem suam ad plures vel assistentes vel ad ecclesiam quæ plures expressis verbis respondeant vel voto, vel potest aliter responderi quod intentio decreti est, quod nullus ex contemptu celebret vno assistente, bene tamen necessitate instante. vnde Innocentius recitato prædicto decreto respondet sic, verum aliud est religionis articulus, & aliud est religionis contemptus pie quoque credendum est, & sacris authoribus approbatur, ꝙ angeli Dei comites assistunt orantibus, secundum illud propheticum. psal. 38. In conspectu angelorum psallam, & cætera. & illud Tho. 12. quando orabas cum lachrimis ego obtuli orationem tuam domino. hæc Alexan. ¶ Sunt
2 autem hic duo parua dubia† primum vtrum isti duo, qui debent ad minus esse præsentes semper in solenni celebratione missæ debeant esse clerici, vel sufficiat ꝙ sint laici. Ad hoc respondet Hugu. & dicit. satis credo ꝙ in necessitate sufficiat ꝙ sint laici, dum tamen sciant respondere.
3 ¶ Secundum est† vtrum sufficiat si sunt fœminæ. Ad id respondetur. Hug. ꝙ in necessitate credit sufficere arg. infra dist. 4. mulier sicut sæpe in multis locis fit, vbi solæ monachæ assistunt presbytero sacrificanti. huius etiam opinionis videtur esse Innoc. qui vt ait Arch. hoc no. extra de filijs presby. c. proposuit. in fi. ꝙ cum muliere posset in necessitate presbyter celebrare. ar. 27. q. 1. Diaconissas. ¶ Sed in oppositum arguitur. quia mulier non debet accedere ad altare. 23. di. sacratas. sed ad hoc fortasse responderi posset, quod aliud est ministrare sacerdoti in altari. s. porrigẽdo calicem, aut dando incensum, & huiusmodi, quod ꝓhibetur mulieri, & aliud est ministrare sacerdoti officiando missam respõdere, & illi deprecãti Deum vel salutanti
4 populum respondendo. ¶ Tertium dubium† an aliquis solus

Diuisio.

Quæstio.

Opponit in cõtrarium.

Respondet.

Prima q.

Secunda oppo. Laur. Arch. S. Tho.

Ale. de Hali.

Quæstio.

Respondet.

Quæstio. Respondet.

Innoc.

Opponit & Respondet.


...s ſine aſſiſtente poſſit celebrare. ad hoc dicunt aliqui,
vt dicit magiſter Alexan.vbi ſupra ꝙ ſic.dicunt.n.ꝙ reclu
ſus ſolus.i.ſine aſſiſtēte pōt celebrare.Le.¶[In ſecretis].i. *Exponit literam.*
5 ante ſecreta.†ſecreta quidem eſt proprie oratio vel oratio
nes quæ ſecretè dicuntur ante prefationem, tunc.n.ſacer
dos vertit ſe ad populū dicēs.orate pro me fratres,& hoc
tamen in figuram eius ꝙ Chriſtus ait diſcipulis ſuis inſtan
te paſſione.vigilate & orate.tunc ſacerdos monet orare
vt ſacrificium fiat Deo acceptabile,& ideo ad hunc debe-
mus orationibus & pſalmis intendere.Conſequenter ve
ro ſuper oblata recitat ſecreta,quia Chriſtus in mōte Oli
ueti ſegregatus ab apoſtolis quaſi ſecretus orabat dicens.
pater ſi fieri poteſt tranſeat à me Calix iſte.[reſpōdeatur]
.i.conſonanter in numero, vt ſicut pluraliter ſalutat, plu
res poſſent ei reſpondere dicentes, & cum ſpiritu tuo.
6 †Nota ꝙ ſacerdos ſeptem vicibus ſalutat populum quate
nus excluſis ſeptem vitijs capitalibus ſuſcipiat gratiam ſe
ptiformem, ſecundum Innoc.3.& hanc rationem inducit
S.Thom.in 3.parte.& Alexand.in 4.Quinque autem vici- *S. Thomas.*
bus ſalutando vertit ſe ad populum ad ſignificādum quin
que apparitiones,quibus in die reſurrectionis, ſe apoſto
lis ſuis manifeſtauit, vt dicit Hu.& S.Tho.bis autē ſalutan
do non ſe vertit,non.n.vertit ſe in illa, quam ante præfa-
tionem facit, quia iam intentus eſt ad ſacrificium altaris,
nec in illa quæ fit ante pacis oſculum,quia iā corpus Chri
ſti tenet in manibus.Hug.

1 *Miſſa non completa an liceat diſcedere.*
2 *Epiſtola quid dicatur.*
3 *Euangelium quid dicatur,*
4 *Excommunicari quando debet quis pro leui culpa intelligitur ſi admonitus non vult corrigi.*



Mnes Sequitur capitulum quintum hu-
ius partis poſtquam Grati.in ſupe
rioribus oſtendit qua reuerentia & decentia
à ſacerdotibus celebranda ſunt miſſarum ſo
lennia.nunc in iſto c.& ſequentibus oſtendit
qualiter ſint audienda.Diuiditur autem hoc *Diuiſio.*
c.in duas partes.In prima præcipit, quod omnes fideles
conuenientes ad eccleſiam deuote & reuerenter audiant
miſſam.In ſecunda imponit pœnam non perſeuerantibus
in oratione vſque dum miſſa peragatur.2.ibi.qui autem.
1 ¶Pro intelligētia huius c.& ſequentium,†quæritur vtrū
antequam ſolennitates miſſæ compleantur liceat diſcede *Quæſtio.*
re.Et arguitur ꝙ non.primo ex c.præſenti,& ex c.miſſas *Primum ar.*
e.diſt.in quibus non perſeuerantes iubentur excommuni
cari,cum hoc non couēniat niſi ratione grauis delicti 11.
q.1.nemo.¶Secundo arguitur ex eo ꝙ in c.miſſas dicitur
præcipimus vt ante benedictionem ſacerdotis egredi po *Scd̄m ar.*
pulus non præſumat,& ita videtur talis contra præceptū
eccleſiæ agere.¶In oppoſitum videtur,quia hoc videtur
nimis graue, vt vniuerſaliter omnis talis dicatur pecca- *Opponit in cōtrarium.*
re mortaliter.¶Reſpondeo dicendum ſicut dicit magi- *Reſpondet.*
ſter Alexander de Halis in 4.quod, qui ex conſuetudine *Ale. de Ha.*
vel ſuperſtitione recedunt ab eccleſia ante miſſarum con
ſummationem in ſolennitatibus,peccant grauiter, & ſic,
intelligi poteſt quod dicitur in primo decreto,qui nō per
ſeuerarent &c.i. qui habent conſuetudinē non perſeuera-
re &c. vel qui ex ſuperſtitione habent quòd nō perſeue-
rent.præterea attendēdum eſt,quod ibi dicitur vel inquie
tudines eccleſiæ commouentes.hoc autem quaſi cauſa in
ſtitutionis interſeritur,qua ceſsāte ceſſabit quod vrgebat,
& ita non priuabitur communione. i. non excommuni-
cabitur vel pōt dici, quod hoc olim obtinuit modo non,
& ſic patet ſolutio ad primum.¶Ad ſecundum reſponde *Ad ſecundū.*
tur.idem Alexan.quod ibi,præceptum ordinationem ſo-
nat, vt ſit ſenſus præcipimus.i. ordinamus, vnde tales con
tra ordinationē canonis faciūt niſi aliqua cogat neceſſitas,
& ſi ex conſuetudine faciunt ſine cauſa vrgente graui-
ter peccant, huius etiam ſententiæ videtur Hug. & Arch.
Lege ¶[Scripturas ſanctorum].ſ.epiſtolam quæ ſæpius ſu *Exponit literam.*
2 mitur ex dictis apoſtolorum & præſertim Pauli.†Epiſto-
la græcè latinè dicitur quaſi ſupermiſſio. dicitur enim ab
epi, quod eſt ſupra,& Stolon quod eſt miſſio, quaſi ſupra
miſſio,quia ſuperogatio ſuper euangelium,in quo conti-
netur doctrina perfectionis,quia & lex & ꝓphetæ à deo
ad teſtimonium euangelij ſuperogata ſunt ad doctrinam
imperfectorum.hęc Alber.mag.in tracta.ſuo ſuper miſsā *Albertus.*
vel vt dicit Hug.Epiſtola dicitur ſupermiſſio,quia ſicut ꝓ
phetiæ ſuper legem, ſic ſuper euangelium ſunt epiſtolæ
miſſæ.vnde non ſolum epiſtolę ſed loco earum prophetię
leguntur ambæ ſunt legum ſupermiſſiones,ſed illæ vete-
ris legis.hæ nouæ.Epiſtola ergo eſt vicaria legis,& ꝓphe
tarum ante euangelium,præconis gerens officium,præce
dit.n.lex euangelium ſicut præco iudicem, quæ quamuis
ſæpe de ſcripturis apoſtolicis aſſumatur, in eo tamen gra
du eſt,ac ſi ſemper de lege vel de ꝓphetarum præconio
ſumeretur.ſemper.n.præcurſorem ſignificat, & tantum
diſtat ab euangelica maieſtate,quantum præco à iudicæ,
& delegatus à delegante,& ideo cum epiſtola legitur ſine
iniuria ſedemus,ſed cum euangelium audimus reuerēter
ſtamus,vel epiſtola ſpecialiter prædicationem Ioannis ba
ptiſtæ præcurſoris Chriſti repræſentat,quia ſicut ille præ
curſor fuit Chriſti,præuenit.n.ante dominum parare vias
3 eius.Io.1.ſic,epiſtola præcedit euangelium.†Euangelium
ſtricte hic ſumitur.deſignat.n.tantum verba euangeliſta
rum geſta Chriſti deſcribentium.Quando nomen euan-
gelij communius dr̄,cōplectitur.n.ſua communitate om
nem bonum ſermonem præſertim de obſeruatione man
datorum diuinorum,de ædificatione fidei,& de reproba
tione malorum,vnde apoſtolus ad Gala.2.dicit.cōtuli cū
eis euangelium quod prædico in gentibus[qui autem nō]
2.pars[perſeuerant] ex cōſuetudine vel ſuperſtitione Hu.
[nec percipiunt temporibus].ſ.deputatis.extra de pœnit.
omnis.[inquietudines] ecce cauſam conſtitutionis ſicut
dictum eſt,qua ceſſante ceſſabit pariter quod vrgebat, &
ita non excommunicabitur[commouentes]per ſcanda-
lum,vel ludum,vel per tumultum,vel contentionem, vel
alio ſimili mō.Et not.ꝙ p iſtā literam non remouet quin
ex cauſa neceſſitatis.vel honeſtatis ſeu etiā ex cauſa minus
iuſta vel honeſta poſſet,quandoque ante finem miſſæ re-
cedere, ſine hac pena dummodo alij qui ſunt in eccleſia
non ſcandalizentur vel inquietentur ſecundum Hu.& Ar
ch.[communione priuari].i.excommunicari, ſi admoni *Arch.*
4 ti nolint ceſſare.†ſemper.n.cum quis ꝓ leui culpa debet
excommunicari vel deponi,hęc ſubauditio eſt neceſſaria
ſi admonitus non vult corrigi,vt di.3.§.epiſcopus,& diſt.
20.nulli,& diſt.92.ſi quis presbyter.& 11.q.3.nemo epō-
rum.§.nullus ſacerdotum Hu.vel communione ſacramē
torum priuari ad tempus pro eo quod fecit.argu.5.quæ
ſtione.4.in loco.

1 *Prædicationis verbum attente reuerenter & perſeueranter eſt audiendum.*



Acerdote. Sequitur.6.c.eiuſdem par
tis & eiuſdem ſentētiæ cū
ꝑcedenti,vnde nihil addendum occurrit. Le
ge.¶[Verbum].ſ.ꝑdicationis[egreſſus]ex cō *Exponit literam.*
ſuetudine vel contemptu verbi Dei vel ſacer
dotis propter imperitiam aut malam vitam
eius,in hoc multum peccant laici 1.q.1.multi.& 15.q.vlt.
& 14.q.3.non in ꝑpetuum[excommunicetur] ſi admoni-
tus non vult corrigi, vt dictum eſt in præcedenti c.vel ex-
communicetur.i.à communione ſacramentorum priue-
tur ad tempus pro eo quod fecit,vt 10.q. 3. vnio. 5.q.4.in
1 loco Hu.vbi notandum†ꝙ verbum prędicationis[a] atten- *a ¶Prædicationis, q̄d dicat̄ pdicatio.vide p Petr. de Anc.in c.i ter cetera. nu.1.de of. ord.*
a te reuerēter ac perſeueranter audiēdum eſt,vt inquit Au.
ſupra 1.q.1.c.interrogo.Et hoc propter multa. primo q̄a
verbum prædicationis cibus eſt quo anima ſuſtentatur.
Matt.2.non in ſolo pane viuit homo,ſed in omni verbo,
quod procedit ex ore Dei.vbi dicit glo.ꝙ verbo Dei refi
citur anima,ſecundum illud Eccleſia. 15.cibauit illum.
¶Secundo perſeueranter eſt audiendum verbum prædi
cationis quia eſt gladius quo aduerſarius noſter impugna
tur. vnde Can.3.dicitur lectulum Salomoni ſexaginta for
tes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael omnes tenentes gladios
in manibus,& ad bella doctiſſimi vniuſcuiuſque enſis ſup
femur ſuum propter timores nocturnos.glo.per 60. vni-
uerſos accipimus prædicatores,qui verbum Dei indeſinē
ter habent ad reſecāda ſuperflua in ſe & in ſubditos,& ad
repellendos & confutandos hoſtes.¶Tertio quia verbū
prædicationis eſt aqua,qua æſtus vitiorum mitigantur.de
quo Eccleſia.5.aqua ſapiētiæ ſalutaris potauit illū.¶Quar
to eſt,quia lumen eſt,quo via beatitudinis demonſtratur.
pſal.118.lucerna pedibus meis verbum tuum,& lumen ſe
mitis meis,& ideo Prouer.19.ne ceſſes fili audire doctri-
nam

nam ne ignores sermones scientiæ. ¶ Quinto quia est clypeus quo hostilis aduersitas patienter sustinetur, siue supportatur. Prouerb. 30. omnis sermo Dei ignitus clypeus est sperantibus in se, vbi gl. ait clypeus est, i. protector omnium sperantium in se. clypeus contra hostium insidias, & omnia aduersa &c.

2 *Contentus interpretatiuus quis dicatur.*
4 *Temperatur aliquid propter difficultatem loci vel itineris.*
5 *Benedictio vltima sacerdotis post missam quid significet.*



Missas. Sequitur c. septimum eiusdem partis in quo magister Grat. duo facit. primo præcipit ꝙ missas integras die dominica audire debeant fideles tã seculares, quam clerici. secundo imponit pœnam pcepti transgressoribus. secunda ibi, ꝙ si.

¶ Pro intelligentia huius partis quæruntur duo.

1 ¶ Primum vtrum quilibet fidelis ad annos discretionis veniens non audiens missam peccet mortaliter.

3 ¶ Secundo vtrum quilibet secularis tenet de iure interesse diuinis in parochia sua diebus festiuis.

1 **Ad primum** Sic proceditur. †Et arguitur ad partes. Pro parte affirmatiua est text. p̃sens, ait. n. præcipimus, ergo non audiens missam die dominica trãsgressor est præcepti. ¶ In oppositum arguitur sic, nullus cogitur ad impossibile ex pcepto. Sicut. n. Deus ita nec ecclesia ponit præceptum de impossibilibus. extr. de regu. iur. c. nemo lib. 6. sed multis est impossibile audire missam omni die dominico, vt patet de infirmis, & de ambulantibus per mare & peragrantibus regiones infidelium, ergo &c. ¶ Respondeo dicendum. ꝙ vt dicit Hosti. in summa sua lib. 10. Ti. de auditione missæ. ꝙ non audire missam die Dominico potest esse peccatum mortale, aliquando veniale, aliquando nullũ. tunc. n. ẽ mortale quando fit ex contemptu vero vel interpretato. †vocat autem
2 contemptum interpretatiuum quãdo sine causa legitima missã audire nõ assuescit, puta ad spectacula iret. Causam legitimam vocat, quãdo detinetur corporali infirmitate, vel inimicorum timore, vel aliquo alio simili, quod secũdum rectum iudicium excusatio legitima debeat reputari & talis ab episcopo debet confundi, vt in hoc ca. missas dicitur, quod autem talis mortaliter peccet, probatur, per hoc ꝙ excommunicari debet vt patet e. dist. c. qui die. excommunicatio autem fieri non debet, nisi pro peccato mortali 11. q. 3. nemo. tunc autem est peccatum veniale cũ hoc omittit non ex causa tam legitima, sed ex aliqua mentis infirmitate, sicut ex aliqua passione, vel ex pigritia, si tamen ad hoc non fuerit assuetus, tunc autẽ nullum est peccatum, cum hoc omittit ex aliqua licentia causa. vnde gl. super hoc cap. missas, dicit hoc præceptum esse dico, vnde contra hoc præceptum faciunt, qui diebus Dominicis missam non audiunt, nisi necessitas aliqua cogat. hæc Hostien. est præterea hic considerandum quod si seculares omittentes audire missam diebus dominicis nulla necessitate impediti peccant, multo amplius clerici & religiosi in hoc delinquentes peccant. vnde Hu. super verbo secularibus. i. laicis dicit multo fortius hoc præcipitur clericis.

3 **Ad secundum** Sic proceditur. †Et videtur ꝙ q libet secularis teneatur de iure interesse diuinis in sua parochia diebus dominicis & festiuis saltem gratia audiẽdi missam seu ea quæ ibi proponũtur. ¶ Et primo sic. pro paruis & leuibus causis nullus debet excommunicari 11. q. 3. nullus sacerdotum. sed in precedenti c. sacerdote, dicitur sic, sacerdote verbum in ecclesia faciente qui egressus de auditorio fuerit excommunicetur. ergo non est paruum vel leue peccatum suæ parochiæ non interesse. ¶ Secũdo sic. parochianus alicuius parochiæ inuentus in parochia alterius à sacerdote illius ecclesię debet abijci dieb. dominicis & festiuis, vt habetur extra de paroch. c. vt dominicis. sed hoc non esset nisi de iure in ecclesia sua parochiæ proprię diebus illis deberet audire diuina. vnde Inn. e. c. in prin. dicit ius parochiale ẽt consistit vt diebus festiuis parochiani missam audiant in suis ecclesijs, ergo &c. ¶ Tertio sic, vbi legitimus & ordinarius est conuentus parochianorum ibi ipsi parochiani tenentur de iure diuino interesse. sed in proprijs parochijs est legitimus & ordinarius cõuentus parochianorũ, vt patet in. c. si quis. s. e. dist. ergo &c. maior patet per notã


Primum argum. Opponit in cõtrarium. Respondet Host. Primum ar. Secundum argu. Tertium ar.


Inno. extra de paroc. c. 1. vbi inducit ad illum intellectũ c. si quis extra. ¶ In oppositum est consuetudo multorũ qui consueti sunt audire diuina ext. parochiam ppriã, apud religiosos vel aliqua alia loca deuota qui tamen in hoc non creduntur peccare. ¶ Respõdeo dicendum quod aliquid est licitum quod non vergit in notabile damnum aliorũ, quod si in notabile damnum vel malum vergeret illicitũ esset. v. g. Emere aliquid de blado vel vino negotiando ad vendendum carius licitum est, si non fiat ex nimia cupiditate, sed ad prouidendum sibi & pauperibus in necessarijs per tale licitum, & si ex hoc scitur non posse sequi notabilis caristia. Si autem tantum emeretur ad vendendum carius, ꝙ notabilis caristia probabilior sequi posset, tunc illicitũ esset. sic potest dici in pposito. nam si aliquæ deuotæ personæ vel quicunque qui aliunde scirent missam celebrandam, vel esse indulgentias publicandas, aut aliquam solennitatem specialem irent infra missam parochialem ad alia loca, puta ad religiosos bona intentione pro deuotione, & vt audirent sermonem bene prædicãdum, vel vt plures missas audirent dimissa parochia diebus dominicis & festiuis non esset illicitum, nisi forte huiusmodi consuetudo dimittendi parochiam tãtum inualesceret, ꝙ nimis pauci ad audiendum denuntiationem excommunicatorum & consimilium adessent, per quod censuram ecclesiasticam contingeret eneruari, & per cõsequens illicitũ esset extra de consue. cum inter. quo malo inualescẽte vel consimili circumscripto, licite potest quis exceptis forte summis solennitatibus dimitterere parochiam, cuius rõ est, quia ex iusta causa potest quis se absentare à sua parochia etiam dominicis diebus & festiuis. hoc patet per ea, quæ notantur per Ber. & Inno. in c. preallegato, vt dominicis. super verbo contempto, & p notata per Hu. & Arch. in præallegato c. sacerdote. ad hoc etiam facit, ꝙ necessitas in hoc excusat, tamen etiam difficultas excusat, quando non sunt maximæ solennitates, vt supra eo. dis. c. si quis etiam extra parochias. sed nomine necessitatis intelligit quodlibet iustum impedimentum, vt infra e. dis. 4. hi qui, & no. hoc Arc. super verbo corporalis necessitas. extra de cleri. non resi. consuetudinem lib. 6. sed absentatio diebus dominicis & festiuis à ppria parochia quæ fit vel ad audiẽdum plures missas, vel pp sermones audiendos, vel similia, fit ex iusta causa, ob quam causam etiam ipse sacerdos parochialis ex charitate consulere vel saltem permittere deberet, & nõ impedire. malus. n. esset pastor, & plus attenderet ad lanam, quam ad salutem ouiũ, & plus esset dicendus quærere quæ sua sunt, quam quæ Iesu Christi, q oues suas ab vberioris pascuæ pabulo prohiberet, vt supra 8. q. 1. c. sunt in ecclesia, pastoris. n. institutio est propter bonũ ouium, & non econuerso. s. ouium deputatio pp bonum pastoris. vnde pastor ecclesiasticus habet oues à malo arcere, & non a bono prohibere, quare &c. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur tripliciter. primo ꝙ hoc c. intelligitur, quando fit ex contemptu, & hoc est quod glo. ordinaria dictum c. exponens dicit. super verbum, egressus quasi minus literatum contemnens, vt supra dist. 38. sedulo. hęc glo. item Hug. exponit sic. egressus. i. ex consuetudine vel contemptu verbi Dei vel sacerdotis. & idem Arc. & facit ad hunc intellectum. ext. de paro. vt dominicis, ergo à cõtrario sensu absentans se à parochia absque contemptu p prij sacerdotis non est pp hoc excommunicãdus. ad hoc faciunt notata p Ber. & Innocen. in prædicto c. vt dominicis, super verbo contemptu. ¶ Secundo potest responderi quod vt dictum c. sacerdote de eodem loquitur de quo & c. præcedens ꝼm ꝙ ipsa rubrica ostendit, & ideo cõformiter est intelligẽdum, sed c. præcedens oẽs fideles nõ loquitur simpliciter de egredientibus, ꝙ sunt excommunicandi, sed loquit̃ de illis, qui taliter ecclesiæ inquietudines cõmouent, quod verbum ptractans Hug. dicit sic, commouent. s. per scãdalum vel per ludum vel per tumultum vel p contentionem vel alio simili modo, non autem commouet qui ex causa necessitatis vel honestatis vel etiam ex causa minus iusta vel honesta posset quandoque ante finem missæ discedere sine hac pœna, dummodo alij, qui sunt in ecclesia non scandalizentur, vel inquietentur. hæc Hu. Et hoc idem no. dominus Arch. in eodem c. ¶ Tertio potest responderi ad illud c. quod non est ad propositum, quoniam aliud est sacerdote in ecclesia verbum faciente egredi. & aliud se pro tũc ab ecclesia absentare, quod cum minori

Opponit in cõtrarium. Respondet. Benard. Innoc. Arch. Ad primum argum. Inno.

minori nota potest fieri & conteptus & irreuerentia potest vitari, quam in egressu manifesto, & maxime quādo cum honesta causa se absentat. ¶ Ad secundam responde- *ad secdm.*
tur negando minorem vniuersaliter, & ad authoritatem capituli, vt dominicis. responde. quod capitulum illud nō loquitur vniuersaliter de quolibet extraneo parochiano abijciendo, sed tantum de illo qui proprium sacerdotem seu eius officium siue actum contemnit, prout etiam glo. ord. intelligit c. præfatum præcedēs sacerdote, & ita etiā
*Bernardus. Innoc.* dictum c. vt dominicis intelligunt Bernar. & Inno. nam super verbo contemptus, sic no. Inno. dicens. Si autem non côtēneret, sed ex iusta cā ad alterā parochiā trāsiret, vel in trāsitu peregrinationis non expelleret. 7. q. 1. episcopi vel presbyteri. 13. di. c. vlt. Ber. etiam hæc eadem duo capitula inducens dicit ibidem sic, bene dicit contempto, qm ex iusta causa absens bene potest audire diuina in ecclesia, ad quam vadit, & est simile de pœ. di. 6. placuit. 71. di. prima-
*Ad tertium* tus & 9. q. 2. per totum. hæc Ber. ¶ [Ad tertiam responde tur. ꝙ tam maior illius argumenti quam nota Inno. qua ꝓbatur intelligenda sunt secundum modificationem dicti c. si qui extra, quod inducit aliter non probaret intentum secundum illud c. primo excipit casum difficultatis, quo ad omnes festiuitates pter Pasca, Natale domini, Epiphaniam & c. ibi, nec tunc simpliciter ad parochias proprias arctare videtur. nam hæc sunt verba capituli. si quis etiam extra parochia. in quibus legitimus ordinariusque est cōuentus oratorium habere volentibus, in reliquis festiuitatibus ibi missas audiat, propter fatigationem familiæ iusto ordine permittimus, Pascha vero, Natale domini &c. non nisi in ciuitatibus, aut parochijs audiant, vbi dicit gl.
4 super verbo propter fatigationem ar. †propter difficultatem loci vel itineris aliquod temperari. quod alias obtinet. extra de ecclesijs ædificandis. ad audientiam supra d. 63. c. 1. item ex quo dicit in ciuitatibus, vel parochijs audiant sub disiunctione videtur sufficere alteram partem fieri huiusmodi disiunctiue. vnde nisi aliquid per accidēs obstaret, sufficeret etiam in illis festiuitatibus audire diuina in ciuitatibus in alijs locis solēnibus extra ecclesiam parochialem, vt apud religiosos, & alia loca solennia & deuota, & hæc pro nunc de præsenti materia sufficiēt. Le-
*Exponit literam.* ge. [Missas totas]. i. integras [ante benedictionem] notan-
5 dum †quod vltima benedictio sacerdotis post missam, illā significat quam Christus post resurrectionm in cœlū ascēsurus dedit discipulis suis. vnde Lucæ vlti. dicitur factum est cum benediceret illis recessit ab eis, & ferebatur in cœlum [publicè confundantur]. i. grauiter corripiantur, etiā vsque ad ruborem, vel excommunicentur, vt est dictum supra in duobus capitulis proximis secundum Hu.

1 *Missa tribus modis completur.*
2 *Sacerdos non debet benedicere præsente episcopo.*


Vm autem. Sequitur c. octauū eiusdem partis. breue est ad idem per totum. Leg. ¶ [Compleatur. ¶ †No- *Exponit literam.* 1
tandum ꝙ tribus modis completur missa. s. per Ite missa est, vel per Benedicamus domino, vel per Requiescat in pace [nisi episcopus fuerit] episcopus. s. si adest ipse daret benedictionem, vel
2 sacerdos eius nutu vel consensu t alias. non licet sacerdoti præsente episcopo benedictionem dare, vt dist. 21. denique. præterea quod hic dicitur intelligitur de benedictione finali. nam solennem benedictionem quę fit añ Agnus Dei, nullus debet dare vel facere nisi episcopus, vt 27. q. 2. ministrare. secundum Hu.


Vi die. Sequitur nonum c. eiusdem partis ad idem. Lege. ¶ [Ad spectacu- *Exponit literam.*
la] quod fieri non debet, vt infra di. 3. [irreligiosa vadit]. s. ex consuetudine vel ex contēptu ecclesiastici officij [excommunicetur] vt supra dictum est eodem dist. omnes & cap. sacerdote Hug.


Piscopus. Sequitur 10. c. eiusdem partis ꝙ ad idem pertinet. Leg. *Exponit literam.*
¶ [Ad missam cathecuminorum] hæc. n. missa siue pars missæ durat à principio missæ vsque ad offertorium. quare autem sic dicatur dictum est supra e. di. c. Iacobus.

1 *Diaconus legens euangelium sex circunstantias reuerentiales obseruat, & totidem populus in audiendo.*
2 *Reuerentia maior quod exhibeatur a fidelibus in missa euangelio dum legitur, quam epistolæ, an sic conuenienter ordinatum.*
3 *Euangelium habet eminentiam super omnem aliam scripturā in sex.*


Postolica authoritate &c. Sequitur. 11. c. eiusdē partis, in quo traditur
1 mandatum de reuerentia habenda in missa, cum euangelium legitur. vbi notandum † ꝙ circa hanc reuerentiam euangelij diaconus legens euangelium sex circunstantias reuerentiales obseruat, & totidē populus in audiēdo. primo qidē diaconus lecturus euāgeliū in ambonē locū altū siue eminentē ascēdit, & hoc ex diuersis colligendo propter quinque rationes. ¶ Prima vt sic, enuntiet euanglium, vt ab oībus audiatur ſm illud Esa. 40. Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas, Sion exalta in fortitudine vocem tuam. Secūda vt significet ꝙ veritas euangelica manifeste debet enūtiari non latibulis sicut faciunt heretici. Matt. 10. qđ dico vobis in tenebris, dicite in lumine, & ꝙ in aure audistis ꝑdicate super tecta. glo. palam & publice. ¶ Tertia vt repręsentetur ascensus domini in montem cum euangelium ꝑdicaret Mat. 5. videns Iesus turbas ascēdit in montem. has rōnes assignat magister Alex. in 4. ¶ Quarta rō quæ est Al- *Ale. de Hal.*
ber. magni est vt per altitudinem loci designetur altitudo spūs & vitæ quæ debet esse in prædicante, qui sicut dicit B. Greg. Cuius vita despicitur restat vt eius prædicatio contemnatur supra 3. q. 7. c. infames ver. Item Greg. ¶ Quinta ratio quæ est eiusdem ad designandum altitudinem sapiētiæ, euangelicæ de qua dr̄ Can. 4. ꝙ est puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de libano. Puteus. n. est propter mysterij profunditatem, aquarum, propter veritatis lympiditatem viuentium propter spūs qui in litera sonat viuificationem, quæ fluunt propter doctrinæ modum & proprietatem quia fluunt abundanter. ad Rom. 1. sapientibus & insipientibus debitor sum ita ꝙ in me promptum est vobis qui Romæ estis euangelizare, de libano autem fluunt propter instructionis candidationem psal. 19. peccatori autē dicit Deus quare tu enarras iustitias meas, & as. tes. me, per os supra 3. q. 7. c. infames ver. Item Dauid.
¶ Secundum quod obseruat Diaconus est, quod lecturus *Diuisio. Albertus.*
euangelium vertitur ad aquilonem vt dicit Dionysius, qa aquilo vt dicit Alber. magnus cum plaga frigida & tenebrosa sit malitiam tenebrosam diaboli significat & frigidam, Hiere. 1. ab aqilone pandetur omne malum super omnes habitatores terræ. Et eccl. 43. dr̄ frigidus ventus aquilo flauit & gelauit crystalus ab aqua, quia omniū corda infrigidat, & algere facit, charitatis scintillam, & obtenebrat, quantum potest lumen veritatis. contra ergo illam partem doctor euangelicus disponitur, vt tenebras fuget lumine veritatis. Io. 1. lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. per calorem autem charitatis frigidus aquilonis arceatur à cordibus auditorum, ac si dicat illud Can. 4. Surge aquilo, & veni auster, perfla hortū meū & fluent aromata illius. ab horto. n. cordis fugere debet aquilo, hoc est expelli, & auster calidus, & humidus vocari, & cūcta aromata virtutū illi⁹ calore fragrēt & humanæ grā̄ accipiant incremētum. hæc Alb. ¶ Tertiū ꝙ obseruat diaconus legendo euangeliū vt auditores attentos reddat & beneuolos ad audiendum & suscipiendū insitū verbū, ꝙ pōt saluare aīas eorū Iaco. 1. est ꝙ illos salutat dicens, dn̄s vobiscū, ꝑ hoc insinuans ꝙ est ꝓnuntiaturus, ē de doctrina Dei, de qua Esa. 48. ego dn̄s deus tuus docēs te vtilia gl. 1. euāgeliū q̄ doctrina. s. nō suscipit. nisi dn̄o assistēte, cui legēti ppl̄s factus attētus & bn̄uolus cordib. ad deū cōuersis & vultib. ad diaconū ita, & cū spū tuo orat populus, vt dn̄s sit cum spū prædicatoris vt bene apte & digne verba Dei pronūtiet. ¶ Quartū ꝙ agit diaconus lecturus euangelium est quòd signat codicem euangelij, quia in euangelio exprimitur doctrina crucifixi, & gesta sibi seipsum in frōte in ore & in pectore, ī frōte qdē, qa ibi est sedes verecūdiæ & glorię vt significet se nō erubescere euāgelium, sed gloriari in cruce quam euāgeliū ꝑdicat. ad Roma. 1. Non erubesco euangelium. virtus. n. Dei est in salutem

*2 ¶ Diacon⁹ ut quid si diacon⁹ nō est in eccl. est in sacerdos diaco- n⁹ & accli- tus, quis le get epistolā. P. de Anch. i c. quisque n. 6. de vita & honest. cler.*

lutem omni credenti Iudæo primum & Greco.in ore quidem se signat, vt ore confiteatur virtutem in salutem. psalmus 50. domine labia mea aperies & os meum &c.in pectore autem vt significet corde credere ad salutem Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.hæc Albertus magnus. Alexander de Halis, & Hug. ¶ Quintum quod fecit legens euangelium est, ꝙ pronuntiato titulo euangelij.s.Initium sancti euangelij & cætera. Sequētia &c.vertit se ad orientem quasi ad Hierusalem signando se quia inde venit euangelium secundum illud Esa.2.de Sion exiuit lex,& verbum do.de Hierusalem.¶ Sextum quod facit legens euangelium est quod lecto euangelio osculatur illud ad designandum ꝙ liber est crucifixi per quem accepimus reconciliationem & pacē, vnde ipse est pax nostra qui fecit vtraque vnum.ad Ephe. 2.Quinque autem circunstantiæ reuerentiales quas populus seruare debet audiendo euangelium tanguntur in præsenti decreto.Prima est quod populus audiens euangeliū debet non sedere sed stare.Ideo dicit textus noster. [Non sedentes,sed.s.stātes,vt ipsa erectione corporis significet mentem se erectam habere ad cœlum vt dicit Albertus. psalm.5.Mane astabo tibi & videbo quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.¶ Secundo est quod cum reuerentia populus stet,quod notatur,cum dicitur venerabiliter.s.capite non velato, sed alto,vt inter caput audientium & Deum nihil sit medium, & aures habeant reseratas ad audiendum.Lucę 10.beati qui voluerūt videre q̄ videtis & audire q̄ auditis,Signat aūt se populus in fronte, in ore & in pectore rationibus quibus se signat euangelium legens, & respondet. gloria tibi domine, glorificātes Deum qui misit eis verbum salutis secūdū illud Actu. 13 glorificabant verbum domini.¶ Tertia est vt humiliter audiat quod notatur cum dicitur [curui] non erecti, quasi superbi & elati vt figura corporis ostendatur humilitas & deuotio mentis,vt dicit Hugu.¶ Quarto vt audiētes in quacunque parte legitur euangelium se vertere debent,quod notatur per illud quod dicitur. [In conspectu euangelij stantes]duplici de causa iuxta Albertum.prima in signū quod aduersus aquilonem,id est diaboli malitiā pugnare sumus parati.fides.n.quæ in euangelio prædicatur armatura est contra diabolum.vnde beatus Petrus ait secunda canoni.vlt.Cui resistite fortes in fide.psal.93.quis consurget mihi aduersus malignantes,aut quis stabit mecum aduersus eos qui operantur iniquitatem.tertio in signum quod parati sumus sequi euangelium,vt 3. Regum 10.beati viri & beati serui tui hi qui stant coram te semper & audiunt sapientiam tuam. ¶ Quinta circunstantia quam habere debet populus Christianus audiendo euangelium est,vt deuote & mente integra audiat,quod notatur in textu cum dicitur[stantes intente audiant]quod est contra eos,qui dum euangelium legitur non attendunt. ¶ Sexta circunstantia reuerentialis est, vt sanctum euangelium reuerenter honorent,quod tāgitur per hoc quod dicitur in textu [& fideliter adorent]id est reuerenter.

Albertus. Ale. de Ha. Hugut. Albertus.

2 ¶ Pro intelligentia huius capituli.Quæritur.†Vtrum conuenienter ordinatum sit vt maior reuerentia exhibeatur à fidelibus euangelio dum in missa legitur, quam epistolę. ¶ Et videtur,quod non.primo sic,quia vnius & eiusdem authoritatis videtur esse tota sacra scriptura, siue sit prophetica,siue apostolica,vt colligitur ex capitulo quis nescit.dist.9.ergo par cultus est exhibendus ei in omnibus partibus suis.¶ Secundo sic,Apostolus Paulus tam legem Moysi,quam doctrinam suam vocat euangelium, vt patet in primo capitulo epistolæ suæ.ad Galat.ergo par reuerentia est exhibenda omnibus. ¶ Tertio sic. Si astandum est cum legitur euangelium ad designādum nos erectam mentem habere ad Deum,& quod parati sumus in defensionem euangelij, pari ratione stare debemus cum legitur prophetica & doctrina apostolica,cum parati,esse debeamus ad defensionem,non tantum euangelij, sed et legis & apostolicæ doctrinæ.¶ In oppositum est textus p̄sentis capituli.¶ Respondeo dicendum,quod conuenientissime statutum est, vt euangelio cum in missa legitur aliqua reuerentia exhibeatur,quæ non alteri scripturæ exhibetur.Cuius ratio assignari potest triplex, Prima quia vt dr̄ tam Alexander de Hal.quam Guilielmus in rationali. Epistola quæ præmittitur euangelio, præcursoris officiū demonstrat,qui præiuit ante faciem domini parare vias eius.Io.1.Ego vox clamantis in deserto,parate viam dn̄i. Ioannes,ergo, quasi Subdiaconus, id est subminister fuit eius,qui non venit ministrare,sed ministrari nobis. vnde sicut prædicatio Ioannis præcessit prædicationem Christi,ita lectio epistolæ lectionem euangelij in missa, & sicut ille præco transmittit ad Christum, sicut ad maiorem dicens Ioannes primo. hic est de quo dixi vobis, qui post me venit, ante me factus est,cuius non sum dignus corrigiam calciamenti soluere,& Ioan.3. Non sum ego Christus,sed quoniam missus sum ante illum, Illum oportet crescere,me autem minui.Ita epistola ad euangelium transmittit,& ideo non mirum si aliqua reuerentia exhibeatur,dum euangelium legitur, quæ nondum epistola cantatur.¶ Secundo conuenientia huius colligitur ex alio,quia epistola designare videtur legem,& præconia prophetarum.lex autem & propheta euangelium pręcedit.Ita lectio epistolę lectionem euangelij in missa, habet autem se lex ad euangelium sicut vmbra ad lucem, sicut initium ad perfectionem, licet autem epistola sæpe sumatur de scripturis apostolicis,in eo tamē gradu est,vt dicit Hugu.ac si semper sumeretur de lege,vel de prophetarum præconijs,& tantum distare videtur ab euangelica maiestate,sicut lex ab euangelio,& ideo non immerito si mandetur fidelibus vt aliqua reuerentia exhibeatur euangelio,dū in missa legitur,& non alteri scripturæ. ¶ Tertio hoc idem ostenditur ex parte excellentiæ qua euangeliū
3 præfertur omnibus alijs sacris scripturis.†habet autē euāgelium eminentiam super omnem aliam scripturam in sex,vt deducit Albertus magnus in tractatu suo de missa. ¶ Primum quidem est ex nomine,quia euangeliū est boni nuntium,boni inquam quod est omnis boni bonum, & hoc est bonum solum diuinum Mat. 19. Nemo bonus nisi solus deus.psal.118.Bonus es tu & in bonitate tua &c. ¶ Secūdum quia est verbum verborum,& sermo sermonum,quia ex ipso sicut ex themate trahetur omne verbū psal.118.Lucerna pedibus meis verbū tuum & lumē &c. ¶ Tertium autem est,quod habet fidei principium & fundamentum quia ex ipso omnia probantur. 1.ad Co.3. fundamentum aliud nemo potest ponere,præter illud quod positum est,quod est Christus.Christus autē Iesus est verbum Dei,& inquantum est verbum veritatis est fundamētum.¶ Quarta præeminētia est,quia est sp̄us omnium verborum & alia verba legis & prophetarum, & apostolorū sunt sicut corpus.Io.6.verba quæ ego locutus sum vobis, sp̄us & vita sunt.¶ Quinta præeminentia est in authoritate,quia hoc est verbum ore domini promulgatum Mat. 5.Cœlum & terra transibūt,verba autem mea non transibunt.psal.118.In æternum domine permanet verbū tuū. ¶ Sexta præeminentia est,quia verbū illius est,q̄ solus est conscius secretorum.Ioan.1.Deum nemo vidit vnquam, nisi vnigenitus qui est in sinu patris ipse enarrauit Matth. 11.Nemo nouit patrem nisi filius,& cui voluerit filius reuelare.hæc Albertus magnus. ¶ Ad rationes ī oppositum. Ad primā respōdet negādo cōsequentiā, q licet sacra scriptura quo ad infallibilitatē veritatis eiusdē sit autoritatis ī oīb.locis suis cū tota sit à sp̄u sancto ꝑm illud 2.Pe.1.sp̄u sancto inspirati locuti sunt Dei hoīes.Nihilominus excedit euangelium legem & oēm aliam doctrinā,& ideo non immerito si aliqua maior reuerentia ei exhibeat.¶ Ad secūdam respondet negando consequentiam, q̄m lex & doctrina ap̄lica dicunt euangeliū extēso vocabulo, ꝓut euāgeliū dr̄,quasi bonū nūtiū.q̄uo oīs sancta doctrina pōt dici euangeliū vnde ap̄s.2.Ti.2.dr̄ ꝑm euangelium meum. Nos vero hic loquimur de euāgelio stricte,q̄uo sola doctrina quæ ab ore proprio Christi immediate emanauit anthonomastice dr̄ euangeliū,q. maxima bona nobis annuntiat.¶ Ad tertiā patet rn̄sio ex dictis,licet.n. ad defensionem sacræ scripturæ teneamur rōnibus ante dictis singulari reuerentia afficimur ad doctrinā,q̄ ex proprio ore Xp̄i emanauit.Lege lrām,q̄m facilis est vt patet ex dictis. Solū restat hic notādū,ꝙ audito euāgelio signāt se audiētes signo crucis addentes Deo grās,signo crucis se muniūt cōtra diabolū ne rapiat verbū dn̄i de cordibus eorū iuxta illud Luc.8.venit diabolus,& tollit verbū dn̄i de cordib. eorū.Gratias vero agunt pro beneficio tantæ doctrinæ,& tā salutaris,quasi dicant illud ꝙ in euangelio est prædicatū,& promittit nos credimus,& speramus,& optamus vt nobis ꝓficiat,nobis eueniat,& nobiscū sine fine ꝑmaneat.

Quæstio. Primum ar. Secūdum ar. Tertiū arg. Oppositū contrarium. Respondet. Al. de Ha. Guiliel. Hugu. Alber. mag. Ad primū argu. Ad secūdum. Ad tertium.

2 *oblationis tres sunt species secundum cõsuetudinem ecclesię.*
3 *Parochiani si sunt ita pauperes quod sacerdoti prouidere non possunt, quid iuris.*
5 *Episcopus si celebrat in ecclesia cathedrali vel alia ecclesia parochiali cuius erunt oblationes.*
7 *Oblatio exterior debet habere quinque conditiones.*
8 *Oblationes quare fiant in missa post euangelium & symbolum.*



Mnis christianus &c. Capitulum est 12. huius partis, & pertinet sicut alia superiora ad reuerentiam missæ Cuius sententia est ꝙ omnis christianus procurare debet ad missarum solẽnia aliquid Deo offerre. Ad quod inducit tria pœnes quæ potest diuidi hoc capitulũ in tres parte. Primo inducit authoritatem ibi, quod Deus per Moysem dixit &c. secundo exempla sanctorum ibi, & in collectis. tertio rationem cum subiũgit ad ipsum. s. Deum prius &c. Pro pleniori intelligentia huius capituli. Quæruntur tria. Diuisio.

1 ¶ Primũ vtrum fideles teneatur ad oblationes faciendas ad missarum solennia ex præcepto.

4 ¶ Secundo vtrum liceat parochiano diuina subtrahere illis, qui oblationes non curãt offerre.

6 ¶ Tertio q̃ sunt illa, quæ oblationes faciũt Deo acceptas.

1 Ad primum Sic proceditur. †Et videtur, ꝙ oẽs fideles ex præcepto teneant ad oblationes faciendas in missarum solennijs. Et primo ex præsenti textu, vbi inducitur primo authoritas domini, q dr̃ Exo. 23. Non apparebis in conspectu meo vacuus sup quẽ locum dicit Greg. id quod dr̃ in hoc c. omnis Chriistanus & cætera. Item idem scribitur ecclesi. 35. Non apparebis in conspectu meo vacuus &c. ¶ In oppositum videtur, ꝙ in euangelio nõ ponitur oblationis exhibitio per modũ præcepti, sed per modum consilij, vnde arbitrio relinquitur offerentium cum dr̃ Matth. 5. si offers munus tuum ad altare &c. secundum quem modum proponuntur alia cõsilia Mat. 19. Si vis perfectus esse vade &c. ergo non videt ꝙ in lege gratiæ oblationes tales sint in præcepto. ¶ Respondeo dicendum ꝙ doctores tam theologi quam iuristæ distinguunt de multiplici specie oblationum Alexan. n. de Halis in 4. & Host. in summa †distinguunt tres species oblationis secundum consuetudinem ecclesiæ. vna est alicuius rei deuota donatio gratis facta inter viuos Deo vel ecclesię. Alia est alicuius rei donatio Deo vel ecclesiæ causa mortis. tertia est quotidiana & vsualis, quam faciunt fideles ad altare, siue ad manum sacerdotis, quia aut de sola tertia specie oblationis fit hic mentio de ea solum erit ꝓsens diffinitio. Circa quam notandum vt recitat tam Alex. de Hal. in tertio suo. quam Hostiẽ. in summa diuersæ sunt opiniones. ¶ Quidam. n. dicunt, ꝙ oblationes quotidianæ sunt in præcepto soluendæ secundum ꝙ videtur dicere textus præsentis capituli. Sed ista opinio ita vniuersaliter loquens videtur multum dura. Alij vero dicunt quotidianas oblationes voluntarias esse, & in consilio non autẽ in præcepto. Canonem vero præsentem qui est beati Gregor. dicunt intelligendum esse de oblatione interiori, vel bonorum operum. Similiter exponunt. Illud Exo. 33. nõ apparebis in conspectu meo vacuus aut si intelligatur de oblationibus corporalibus dicunt dicta accipienda esse ꝑ modum consilij non præcepti. ¶ Tertia opinio. s. Alexandri S. Thom. & Host. est dicentium. ꝙ oblatio de qua loquitur est aliquando in præcepto, aliquando in consilio. In præcepto vero est in duobus casibus. primus est propter consuetudinem approbatam, tenentur. n. inquit S. Thom. fideles in aliquibus solennitatibus ad aliquas oblationes consuetas & hoc notatur in textu præsenti, vbi dicit text. ad missarum solennia. Super quo Host. dr̃ sic. Notandum .n. est quod dicit missarum solennia quasi dicat de solennibus festiuitatibus loquor, in quibus tenetur quis totam missam audire diebus. s. dominicis &c. supra cap. missas. Tunc. n. aliquãdo corporale tenetur offerre, vt authoritates præfatæ dicunt, quæ de oblatione interiori vel bonorum tãtum intelligi non possunt, quia ad illam tenetur q libet ẽt sine missarũ solenijs. In alijs autẽ diebus non tenetur quis si nisi ad oblationes à mortuis relictas forte pro septimis, vicesimis, anniuersarijs, ad quarum solutionem tenentur etiam Iudæi, si ad ipsos prouenerint passiones, q̃ à defunctis pro his fuerant obligatæ. hæc Host. Secundus casus est quando est necessitas ecclesiæ, vt ex possessionib⁹ aut redditibus eius sacerdos non possit sustentari cum nemo teneatur proprijs stipendijs militare 1. Corin. 9. †Sed quid si parochiani sunt etiam pauperes. ita vt sacerdoti ꝓuidere non possint. Respondet Innoc. ꝙ in hoc casu quærat sacerdos manibus victum, secundum illud quod habetur 91. dist. cap. clericus victum his habitis dicendum est ad rationes. ¶ Ad primas rationes pro parte affirmatiua patet responsio. procedũt. n. eo modo, quo dictum est vnde conceditur, ꝙ aliquando sint in præcepto sicut casibus dictis. Aliquando in consilio, sicut ꝙ omni die fiant. ¶ Ad rationem pro parte negatiua respondetur ꝙ S. Tho. dicit in 2. 2. ꝙ licet in casibus prædictis ex necessitate præcepti oblationes veniant offerendæ, sunt tamen quodammodo voluntariæ. s. ad quantitatem, vel speciẽ rei oblatæ & hoc modo etiam sunt in consilio, & non in præcepto.

Primum argum. Opponit in cõtrarium. respondet. Ale. de Hali. Host. Prima opi. Scda oppo. Tertium ar. Ale. de Hal. S. Thom. Quæstio. Respondet. Ad primum argu. Ad arg.

4 Ad secundum Videlicet† vtrũ subtractis ĩ pdictis duob⁹ casibus oblationibus liceat sacerdoti parochiano subtrahere diuina officia à laicis subtrahentibus oblationes ipsas sic, proceditur. Et videtur quod sic. Nam ex prædictis patet, quod in prædictis duobus casibus fideles tenentur offerre oblationes ad altare, sed qui tenetur aliquid reddere ecclesiæ si non reddit potest ad illud compelli per subtractionem ecclesiasticorum sacramentorũ vnde Anastasius 16. quæstione. 1. ait Statuimus, vt si quis oblationes ecclesiæ, vel decimas quas populus dare debet, contenderit, communione priuetur, ergo videtur ꝙ liceat &c. ¶ In oppositum arguitur ex illo quod habetur 1. q. 1. Nullus, qui sacramenta communionem dispensat à percipiente gratiam aliquid exigat & sub dit. Si vero aliquid exigerit deponatur sicut imitator simoniacæ fraudis. ¶ Respondeo aliqui voluerunt dicere sicut Hu. & glossator, ꝙ si sacerdos non habet vnde viuat licite potest cogere laicos ad oblationes per subtractionẽ diuinorum. Sed istud non placet magistro Alexan. de Halis. S. Tho. & Arch. Contra quam opinionem est illud Alexandri tertij extra de simo. c. non satis. pro sepultura quoque & chrismatis & olei perceptione nulla cuiuscunque prætij exactio attentetur. Nec sub obtentu cuiusquam cõsuetudinis reatũ suum quis tueatur, quia diuturnitas temporis non minuit peccatum, sed auget. Item ad idem est illud quod sequitur in c. sequenti ex concilio Lateranensis. horribile nimis est &c. & infra putãt plures & hoc licere, quod legem mortis de longa inualuisse consuetudine arbitrantur. Non attendentes ꝙ tanto grauiora sunt crimina, quanto diutius infœlicem animam tenuerunt alligatam. Dicendum ergo, quod non licet sacerdotibus subtrahere diuina officia à laicis non offerentib. oblationes, ne vt dicit S. Thom. videantur pro sacramentorum exhibitone, aliquid exigere. Ad conseruandas tamen pias consuetudines circa oblationes possunt cogi laici vt dicit Alexandr. Sanctus Thomas, & Hostiensis. per episcopum loci secundum decretalem illam Innocent. tertij extra de simoni. in ca. apostolicam. vbi ita videtur dicere super his prauas actiones fieri prohibemus, & pias consuetudines prę cipimus obseruari statuentes, vt libere conferantur sacramenta, sed per episcopum loci veritate cognita conpescãtur, qui malitiose nituntur consuetudinẽ immutare. hæc ibi. ¶ Ad rationes in oppositum. Respondetur, quod tales qui debitas oblationes non reddunt puniri quidem possunt per subtractionem sacramentorum, nõ tamen per ipsum sacerdotem cui oblationes reddendę sunt, sed per superiorem aliquem sicut iam dictum est. ¶ Præterea quæritur †quid si eps celebrat in ecclesia cathedrali, vel alia ecc. parochiali cuius erunt oblationes, quę ad manus eius offeruntur, Respondetur quod episcopi sunt de iure cõmuni, qa sibi offerũt ita suis parochianis. Nã tota diocesis sua parochia intelligit. ex. de par. c. 1. & de paro. sup eo. Sed si de consuetudine esset contrarium, sequenda est, dum tamen eps consuetam canonicam percipiat. Si vero episcopus nimiam moram in loco contraheret, & nimis frequenter celebraret secus esset. Argumen. extra de deci. suggestum Idem in archiepiscopo prouinciam visitante extra de censi. Roma. §. fi. lib. 6.

Primum ar. Opponit in cõtrarium. Respondet. Alber. mag. S. Thomas. Arch. S. Thoma. Ad arg. Quæstio Respondet

6 Circa tertiũ †Notandũ in primis ſm Albert. magnum in tractatu suo de missa, ꝙ oblatio ista exterior quam facit ppl's signũ est oblationis interioris, Albertus.

rioris, qua seipsum Deo offert, sicut homo per cēsum quē domino suo offert recognoscit, ꝙ dominus in ipsum habet dominiũ. Et hoc trahit ex Deut. 25. vbi sic dr, tolles de cunctis frugibus tuis, pones in cartallo, pergesque ad locũ quem dominus Deus tuus elegerit vt inuocetur nomen eius, accedesque ad sacerdotem qui fuerit in diebus illis & dices ad illum. Cõfiteor coram domino Deo tuo, ꝙ ingressus sum terram pro qua iurauit patribus nostris, vt daret eam nobis, suscipiensque sacerdos cartallum de manu tua ponet ante altare domini Dei tui. Et aliquibus interpositis dicit, ille qui munus obtulit sic. idcirco tibi munus offero primitias frugum terræ quam dominus dedit mihi, & dimittes in cõspectu domini Dei tui, & adorato domino Deo tuo epulaberis in omnibus bonis tuis, quæ dominus Deus dedit tibi, sic ergo per oblationem recognoscit se pertinere ad dominum & oblatus illi secum epulabitur in conuiuio corporis, & sanguinis domini, sic ergo oblatio exterior oblationis interioris est signum. ¶ Secũ-

Albertus. 7 do notandum iuxta eundem domi. Albertum † ꝙ hæc exterior oblatio debet habere quinq; cõditiones vt sit Deo accepta. primo debet esse vtilis valore ita vt possit ministris Dei conuerti ad vtilitatem. vnde maledicitur, qui debile offert, quod ad vtilitatem conuerti non potest Malach. 1. Claudum & languidũ intulistis munus nunquã suscipiam illud de manu vestra dr dominus, maledictus dolosus qui habet in grege suo masculum, hoc est perfectum & valẽs, & votum faciens offert domino debile, hoc est, quod non pōt conuerti in vtilitatem, sicut faciunt qui falsam monetam, & alia nihil valentia ad altare ei pro decimis offerũt. ¶ Secundo debet esse pinguis deuotione, vt plus de cordis deuotione procedat quam de manu psal. 65. Holocausta medullata offeram tibi. Eccle. 35. Oblatio iusti impinguat altare, & odor suauitatis est ad dominum. ¶ Tertio debet esse oblata in charitatis dilectione. Matth. 5. Si offers munus tuum ad altare, & recordatus fueris ꝙ frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum, quia aliter dicetur tibi illud Mala. 1. non est mihi voluntas in vobis & munus non suscipiam de manu vestra. ¶ Quarto debet esse munda acquisitione Prouer. 3. Honora dominum de substantia & de primitijs omnium frugum tuorum da pauperibus, ac sic dicat ꝙ est tuum nõ alterius offeres domino. Eccl. 23. immolantis ex iniquo oblatio est maculata & non sunt bene placitæ subsannationes iniustorum, subsannatio. n. & non oblatio est quod offertur de furto vel de rapina vel vsura vel alio iniusto lucro. Eccle. 34. Dona iniquorum non probat altissimus nec respicit in oblationem iniquorum nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiatur peccatis. Item in eodem. Qui offert sacrificium ex substantia pauperũ, quasi qui victimat filium in cõspectu patris suis. ¶ Quinto debet esse hilaritate iocunda, quia sicut dr 2. Corint. 9. Hilarem datorem diligit Deus, & hoc repræsentat clerus qui totus est in sortem Dei oblatus cantando offertorium, & hoc trahitur de primo Paralip. vlt. vbi cum offerret populus dona in ædificium domus Dei dixit Dauid. In simplicitate cordis mei lætus obtuli vniuersa hæc, & populus tuus qui hic repertus est vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria domine deus Abraham, & Isaac, & Israel patrum nostrorum in æternum custodi hanc voluntatem eorum, & semper in veneratione tui mēs ista permaneat. hæc Albertus. Lege. ¶ [Dixit]. s. Exo. 13. [vacuus]. i. sine oblatione, aut sacificio. hoc videtur fuisse præceptum ad literam tantum in tribus præcipuis solennitatibus. s. pascha, Pentecoste, & in festo Tabernaculorum in quibus ascendebant Iudei in Hierusalem. ¶ Sed videtur ꝙ beatus Greg. non bene arguat, quia tempore euangelij homines non tenentur ad cerimonilia obseruanda, hic autem fuit præceptum cerimoniale, sicut patet Exod. 23. vbi dicitur tribus vicibus per singulos annos festa mihi celebrabitis. Et postea subditur. Non apparebis in conspectu meo vacuus. ¶ Respondetur sicut respondet Sanctus Thomas. in secunda secundæ, in noua lege homines non tenentur ad oblationem causa solennitatum legalium, vt in Exo. dicitur. sed ex quibusdam alijs causis vt dictum est, & ad hoc propositum inducit beatus Gregorius. hic quod quilibet christianus, debet reducere ad memoriam quod ibi dominus per Moysem dixit vel vacuus. s. virtutibus operib.

Exponit literam.

Opponit in contrarium

Respondet, S. Thomas.

has. n. oblationes spirituales quilibet adultus & discretus tenetur Deo offerre, & præcipue illa tria munera quę magi obtulerunt. s. aurũ eleemosynæ, thus orationis, mirrhã ieiunij, abstinentiæ & mortificationis carnis. Hugu. Et in collectis sanctorum patrum. i. quæ fiebant a sanctis patribus, sicut ab apostolo & Barnaba pro pauperibus sustentandis, vel sanctorum patrum. i. quæ fiebant pro fidelibus pauperibus in Iudea habitantibus, qui dicuntur sancti, qa præ cęteris credentibus erant religiosi abrenuntiando bonorum temporalium proprietati, vt dicit Nicolaus de lyra. vnde 1. Cor. 16. dicit apostolus de collectis autem quæ fiebant in sanctos glo. id est ad vsum sanctorum sicut ordinaui in ecclesijs Galatiæ. Not. hic Hugu. † quod oblationes fiunt in missa post euangelium, & symbolum, & est ordo congruus, præcedit euangelium, sequitur fides, & deinde offeruntur munera. Necesse est. n. omnium primum audire verbum Dei, quis. n. crederet nisi audiret. vnde apostolus. fides ergo ex auditu, auditus autem per verbum Christi ad Roma. 10. deinde fides. Quis. n. nisi recte credēs munus Deo acceptabile offert. Sine fide. n. impossibile est placere Deo. ad Hebræor. 11. Ad ipsum. n. primo confugiendum, videtur hoc contrariari ei, quod 22. quæst. 2. cap. quęritur, habetur. vbi dicit August. Nemo debet tentare Deũ suum, dum habet quid rationabili consilio faciat. Et 23. quæst. 8. cap. Si nulla dicit Nicolaus papa. ne Deum videatur tentare, si habet quod faciat ac suæ & aliorum saluti consulere non procurat, ergo videtur quod prius est quęrendum suffragium a humanum quam diuinum. ¶ Solutio dicendum, quod August. in cap. illo quæritur. Et papa Nicolaus in c. si nulla. notant siue repræhendunt eos, qui habentes quid humano consilio vel auxilio faciant id dimittunt, & volentes experiri diuinam potentiam vel quãti meriti sunt apud deum periculosis casibus se exponũt, quod est tentare Deum quod fieri non debet vt in capitulis præallegatis dictum est. Hic autem Gregor. loquitur contra eos qui spem in homine & non in Deo ponentes, contra illud Hiere. 17. Maledictus homo, qui confidit in homine. Aduersa quæ patiuntur tantum humano auxilio nituntur propulsare, qui tandem cum nequeant, ducti pœnitentia ad Deum recurrunt. non ergo negat auxilium humanum esse quærendum. sed cum omne auxilium humanum sine diuino inutile sit & vanum, dr ad Deum primo esse confugiendum oratione deuota, vt illius gratia humanis suffragijs possit quis passionum suarum siue aduersitatum saluti consulere. Scribitur. n. Ioann. 15. Sine me nihil potestis facere.

Hugur.

8

a ¶ Suffragium. ad ď ꝙ suffragia non ꝑ sit qñ petitio est in iusta. Pet. de Anc. in c. 1. n. 3. ne sede vac.

1 *Corda leuanda sunt in sacramento altaris quadrupliciter.*



Vm autem. Hoc est vltimum cap. huius partis. Cuius sentētiæ summa est hæc, quod & si in oĩ oratione toto corde precibus insistendum sit & inuigilãdum. vt pectus nostrum soli Deo pateat maxime hoc faciẽdum est cum celebrantur missarum solennia, & consecratio fit corporis & sanguinis. Chri. In cuius signum præmittitur. Sursum corda, per ꝙ docemur & admonemur. tunc nihil esse cogitandum nisi de Deo & de his, quæ ad salutem spectant, vbi notandum ꝙ sursum leuãda sunt corda si optamus quod oratio nostra Deo sit grata, sursum quidem vt ait Albertus magnus

1 † vbi supra leuanda sunt corda in hoc sacramento quadrupl'r. primo intellectu veritatis. secundo effectu caritatis. tertio virtute conuersationis. quarto rectitudine intentionis. De prima leuatione psal. 63. Accedet homo ad cor altum & exaltabitur deus. Ad cor. n. altum intellectu veritatis accedit, q in sacramento nihil carnale cogitat, sed oĩa alta esse intelligit. De secunda eleuatione cordis dr ad Colos. 2. Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Sapimus. n. & quærimus cęlestia per charitatis feruidam exaltationem, quæ ĩ hoc sacramento perficitur, quando maximam domini dilectionem pensantes aduertimus, ꝙ ipse se nobis dat in cibum, quæ nos sibi incorporet & sic, ad alta domus patris, vbi omnes abundant panibus vitæ ęternæ, nos eleuando perducat. De tertia exaltatione cordis dicitur ad Philip. 4. conuersatio in cœlis est, vnde & Saluatorem venientem in sacramento expectamus, dominum nostrum Iesum Christum, qui & reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ.

Alber. mag.

De quarta

De quarta sursum eleuatione dr.Iob 16.ad Deũ stillat oculus meus. hoc est oculus altæ intentionis,qua deuotione, & memoria passionis dominicæ stila lachrimando,& non nisi in altum ad Deum dirigitur tenendo,& pergendo, & omnia bona sua soli Deo attribuendo.hæc Albert. Lege.

Exponit literam. Basilius.

¶[Toto corde]quia vt dicit Basilius diuinum auxilium non est implorandum remisso corde,nec mente huc vel illuc vagante,toto corde quidem orandus est Deus ne improperari nobis possit illud Esa.19.populus hic labijs me honorat,cor autem eorum longe est à me.[Carnalis cogitatio & secularis abscedat]quoniã Io.10.dr.Spũs est Deus & eos,qui adorãt eum in spũ & veritate adorare oportet, vt ergo oratio nostra spũalis sit,& Deo grata, necesse est, vt à cogitationibus carnalibus & mundanis sit pacificata, & si illuc veniant ibi non permittantur quiescere,sed statim expellantur,quia vt dr eccle.12.Muscę morientes perdunt suauitatem vngueñti.i.carnales & seculares cogitationes sibi succedentes exterminant suauitatem puræ orationis.[Soli Deo]à quo nil extrinsecum aut alienum siue cõtrarium est petendum.hæc Hug.



Nuenimus Hic incipit vicesima pars huius distinctionis.Quia vero in præcedenti facta fuit mẽtio de præfatione cui semper premittitur Sursum corda.Nunc in hac parte ostendit quot sunt præfationes,vñ talis notula hic habetur,quot sint canonicæ præfationes, & dicit ꝙ sunt nouem post modum addita est decima.Quod autem nullæ aliæ ab his dicendæ sint colligit̃ ex quarto cõcilio Africano vbi statuitur,ꝙ nullæ preces,orationes vel præfationes dicantur nisi in concilio fuerit approbatæ.Istarum autem præfationum quæ in catalogo.i.in ordine ecclesiasticio dicendæ veniunt,vna est quæ dr in albis.i.in diebus paschalibus.i.à paschate vsque ad ascensionem exclusiue videlicet.Te quidem oĩ tempore.secunda in die ascensionis.s.Qui post resurrectionem.Tertia in die pentecostes.s. Qui ascendes super omnes cœlos.Quarta in natali domini.s.quia per incarnati verbi misterium.Quinta de apparitione domini.s.Quia cum vnigenitus tuus.sexta de apostolis.s.Te domine suppliciter exorare.septima de sancta trinitate.s.Qui cũ vnigenito filio tuo. Octua de cruce.s. Qui salutem humani generis. hæc præfatio dr de passione domini.Nona est de ieiunio.s.Qui corporali ieiunio, quæ in tẽpore quadragesimali tantum dicenda est.Decima est addita de beata virgine in concilio Vrbani papæ habito Placẽtiæ,vt dist.70.sanctorum,& incipit sic.Et te in veneratione beatæ Mariæ,& sic est generalis ad omne festum beatæ Mariæ.Quidam autem variant secundum diuersitatem festi videlicet te in assumptione,& te in natiuitate & te in visitatione beatæ Mariæ &c.litera per omna plana est.




Isum: Hic incipit vndecima pars distinctionis. Quoniam superius dictum est erat peculiares missas non esse cantandas in publico, & cum missæ pro defunctis viderentur peculiares ne quis putaret,ꝙ in missa publica defunctorum non esset agẽda memoria,ostendit ꝙ in omnibus missis etiam solennibus oratio facienda est pro mortuis,quod in vniuersa ecclesia obseruatur in secundo memento missæ. in quo pro fidelibus defunctis oratur,vnde capitulum hoc diuiditur in tres partes.In prima facit quod dictum est. In secunda inducit rationem ad hoc.In tertia extra ex antiqua patrũ consuetudine secunda ibi.Sicut.n.nulla dies.tertia ibi,antiquitus.fit autem hic commemoratio defunctorum in missa ad denotandum,quod sanguis ille pretiosus qui ꝓ multis effusus est in remissionem peccatorum non solũ ad salutem viuentium,sed etiam ad releuationem, valet defunctorum, vt dicit Alexander de Halis in quarto.Lege.

Diuisio.

Exponit literam.

¶[In omnibus missarum solennibus] id est in qualibet missa solenni,& idem obseruandum est fortius in nõ solenni[loco competenti]scilicet in cantico. in secundo memento, ibi.n.pro defunctis orat ecclesia[sicut nulla dies].secunda pars, innuitur, quod qualibet die est missa celebranda,vt infra distinct. secunda iteratur.Sed excipitur sexta feria, & sabbatum hebdomadæ sanctæ in quibus hoc sacramentum non conficitur,& ideo tunc missa non cantatur,vt infra distinct.3.sabbato.[antiquitus.]tertia pars.[Etiam tacitis].i.quamuis taceantur nomina defunctorum.Non.n.est possibile in missa omnium defunctorum nomina recitare,sed sufficit vt nominibus quorũdam specialis recommendatio fit recitatis pro alijs generali commendatione fiat oratio. vnde in memento ita dicitur,ipsis domine,& omnibus in Christo quiescẽtib.&c. [vt quibus]assignat rationem huius.



E nominibus. Sequitur vltimum capitulum huius distinctionis,in quo tangit consuetudinem quarũdam ecclesiarum, in quibus sacerdotes celebraturi in principio canonis nomina defunctorum pro quibus oraturi erant recitabant, quam consuetudinem in hoc capitulo Innocentius reprehendit. Non.n.recitare debet sacerdos nisi loco competenti, videlicet post consecrationem corporis & sanguinis domini.s.in secundo memento,vt dictum est in præcedenti capitulo. Ratio autem Innocent. videtur in hoc consistere, quoniam antequam confectum sit sacramentum non est orandum pro mortuis,vt illud illis proficiat, non ergo ante,sed post licite insinuantur.Verum quia sæpe dictum est de memento, quod fit in missa, vbi nomina recitantur eorum pro quibus orandum est, quare cum nihil ignorat diuina sapientia, nec alicuius valet obliuisci quidem quod postulatur vt memoretur aliquorum. Quæstio.

¶Respondeo secundum magistrum Alexandrum de Halis, quod Deus dicitur scire quos approbat. vnde Tim.2. Nouit Deus qui sunt eius, dicitur nescire quos reprobat. vnde Matthæ.7.non noui vos.rursus dicitur obliuisci malorum,cum malus ad bonum conuertitur. vnde Ezech. 18.Si impius egerit pœnitentiam, omnium iniquitatum eius non recordabor. Et dicitur obliuisci bonorũ,cũ bonus ad malum conuertitur. vnde Ezechiel. 18. Si iustus auerterit se à iustitia sua, omnes iustitias eius non recordabor. Deus ergo recordatur ad miserandum.vnde Iob 7.memento mei Deus, quia ventus est vita mea. Quandoque recordatur ad puniendum vnde psalmus.136.Mementо domine filiorũ Edom in die Hierusalẽ.Cũ ergo petitur vt aliquorum meminerit, petitur vt illorum misereatur. secundum illud psalmi 24. Reminiscere miserationum tuarum domine & misericordiarum tuarum, quæ à seculo sunt. Lege. Respondet Nico.de ly.

Exponit literam.

¶[De nominibus defunctorum recitandis]Deo in missa[preces]ad consecrationem eucharistiæ spectantes[oblatione]scilicet eorum,scilicet factas pro eis intelligitur vel de manualibus, vel de oblatione eucharistiæ, quam sacerdos dicitur commendare in sua oratione, dum illam Deo offert dicens. Suscipe sancta trinitas & cætera.Dum ad verba Christi prolata à sacerdote consecratur.[Nedum]id est nõ adhuc antequam offeras[insinues]id est recites Deo quamuis incognitum nihil sit. Non enim recitantur Deo, ideo quod Deus addiscat, vt dicit gloss.sed vt supplicantium deuotior reddatur affectus argu.13.quæstione 2.Cum grauia & capit. non æstimemus.

2 *Coniunctio ad finem est duplex.*
4 *Perfectio est duplex.*
5 *Sacramentum quare dicatur.*
6 *Sacrum potest aliquid esse dupliciter.*
7 *Eucharistia qua vnitate dicatur vnum sacramentum.*
8 *Vnum numero dicitur tribus modis.*
10 *Aqua in calice quare ponatur.*

## ¶ *Distinctio Secunda.*



N sacramentorum. Hic incipit secunda distinctio, in qua prolixo sermone Magister Gratianus de sacramento eucharistiæ tractat. Et habet hæc distinctio triginta partes. sicut videbitur in ipsius distinctionis processu. In prima agit per septem capitula de materia huius sacramenti, ostendens per multas authoritates sanctorum patrum, quod sit panis triticeus, & vinum aqua permistum. diuiditur autem hoc capitulum primum in tres partes. In prima ponit,quod in sacrificio altaris

Diuisio.

ris tãtum panis,& vinum aqua permistum offeratur. In 2. ꝙ non solum vinum, nec sola aqua, sed vtrunque permistum. In 3. assignat huius rationem. secunda ibi. Non. n. debet. tertia ibi, quia vtrunque. Pro intelligentia huius capituli quæruntur quatuor.

1 ¶ Primo vtrum mag. Gratianus locuturus de sacris in hac parte cõuenienter inchoauerit a sacramento eucharistię.

3 ¶ Secundo vtrum eucharistia sit sacramentum.

6 ¶ Tertio vtrũ eucharistia sit vnum sacramentũ vel plura.

9 ¶ Quarto vtrum conuenienter assignetur duplex materia huius sacramenti.

1 Ad primum Sic proceditur & videtur† ꝙ magr̄ Gra. de sacramentis locuturus non cõueniẽter inchoauerit à sacro eucharistiæ. Primo sic. Baptisma cum sit spũalis regeneratio ianua est ad oĩa alia sacramenta, vt habetur infra d. 4. cum itaq; & d. 2. §. verum & ext. de presb. non bap. veniens, ergo post de ipso agendũ erat. ¶ Scḋo sic, c. sacr̄m cũ sit sacr̄m vnitatis, vt. j. c. hoc est sacr̄m perficit nos cõiungendo fini. sed finis est vltimũ in adeptione siue consecutione, ergo de eucharistiæ sacro debuit determinari post oĩa alia sacra. ¶ Tertio sic, doctores theologi tractaturi de sacris sicut Dion. Damascenus, Hugo de sancto vict. Magister sniarum, à sacro baptismi inceperunt tractare, ergo vel illi tractauerunt ordine indebito, vel magister Gra. Non illi pro eorum summa autoritate. ergo Gra. qui oĩb. illis inferior esse vr̄. ¶ In opp. pro parte magistri Gra. arguitur sic. Oẽ ꝙ est per essentiã prius est, quã id ꝙ est per participationẽ, sed in hoc sacro continetur Christus per essentiã. In alijs vero per participationem suę virtutis. ergo hoc sacr̄m ante omnia debuit poni. ¶ R̄nsio, dicendũ in primis. ꝙ magr̄ Gra. nõ fecit distinctũ tractatum ꝑ se de oĩbus sacris simul, sicut fecerunt alij de quib. dictum est qui de sacris scripsere. q̄m si sic fecisset credimus eum illum ordinẽ seruasse quem alij doctores supradicti obseruauerũt, vt primo loco baptismus, secundo confirmatio, tertio eucharistia, quarto pnĩa, qnto extrema vnctio, sexto ordo, septimo mr̄imoniũ locarẽtur. qui ordo conuenientissimus est, vt S. Tho. in 4. d. 1. oñdit. ¶ Secundo dicimus ꝙ magr̄ Gra. locuturus in hac parte de ecclesiarum consecratione, & de aliquib. sacris. puta eucharistia baptismo, & confirmatione, conuenienter ẽt ab eucharistia sumpsit exordiũ. Et hoc duplici rõne, quã assignat Hu. Tum ꝑꝑ dignitatis excellentiam, qua cæteris sacramentis præeminet eucharistiæ sacramentum. iuxta capitulum nihil in sacrificijs e. d. Tum secundo propter seriem siue ordinem operis aptius continuandum. in præcedenti namque distinctione de missarum celebratione tractauit, & cum tota virtus missæ in hoc sacramẽto cõsistat rite postquam de missa tractauit continuandum erat de hoc sacramento. ¶ Ad rõnes dicendum. Ad primam respõdetur, ꝙ rõ procedit de ordine, quo sacramenta veniunt in vsum fidelium, hoc denique ordine baptismus præcedit tanquam ianua omnium aliorũ sacramentorum, ordine vero perfectionis ac nobilitatis sacramẽtũ eucharistię

2 prius est. ¶ Ad secundam r̄ndetur, †ꝙ coniunctio ad finẽ est duplex. vna est ẽm participationem plenã ipsius, & hec coniunctio non efficitur ad aliquod sacramentum, sed sacramenta ad eam disponũt, & inter oĩa vicinius extrema vnctio. & ideo vltimo inter ea ponitur, quæ ad remedium vnius personę ordinatur. Alia est coniunctio ad finem ẽm imperfectam participationem eius qualis est fruitio viæ, & ad hanc ordinatur eucharistiæ sacramentũ, & ideo non oportet, ꝙ ponatur vltimo simpliciter. ¶ Ad tertiam dicẽdum ꝙ non est mirum, ꝙ diuerso ordine ordinentur sacra à doctorib. qui diuersos hñt respectus, quia aũt scr̄a ordinant̄ ad vsum fidelium, ordo sacrorum absolute attendit̄ ẽm ꝙ veniunt in vsum fidelium. In qua consideratione cũ Baptismus veniat prius, doctores theologi ordinem inter sacra ponentes Baptismũ primo loco situarunt. Magister aũt Grat. habuit aliam cõsideratione(vt dictum est) tũ ad ordinem cõtentorum, tũ ẽt ad cõnexionẽ, & deponentiã sequentiũ ad ꝑcedentia. Ideo alio ordine quã theologi tractatũ de sacris in hac tertia parte sui libri prosecutus est.

3 Ad secundum sic proceditur. Et videtur † ꝙ eucharistia non est sacramentũ. Primo sic. Ad idem. n. non debent ordinari duo sacramenta, quia vnumquodque sacramentum efficax est ad suum effectum producendum. Cum ergo ad perfectionem ordinetur confirmatio, & eucharistia vt Dion. dr̄ in 4. ecclesiasticæ hierarchiæ videtur eucharistiam non eẽ sacramẽtum, cum confirmatio sit sacr̄m, vt ait Melchiades papa in c. hę his. j. d. 5. ¶ Secundo in quolibet sacramẽto nouæ legis id ꝙ visibiliter subijcitur sensui efficit inuisibilem effectum sacri, sicut ablutio aquæ causat & characterẽ baptismalem, & ablutionem spũalem vt dictum est. Sed spẽs panis & vini quæ subijciuntur sensui in hoc sacro nõ efficiũt neq; ipsum corpus Christi verum, ꝙ est res & sacr̄m, neq; corpus Christi mysticum, ꝙ est res tm̄ ĩ eucharistia, ergo vr̄ ꝙ eucharistia non sit sacr̄m nouæ legis. ¶ Tertio sacra nouæ legis habentia materiam in vsu materiæ perficiunt̄, sicut baptismus in ablutione, & confirmatio in chrismatis consignatione. Si ergo eucharistia sit sacr̄m perficeret̄ in vsu materiæ, non in cõsecratione ipsius materiæ, ꝙ patet esse falsum, quia forma huius sacri sunt verba, quæ in consecratione materiæ dicuntur, vt infra patebit. ergo eucharistia non est sacr̄m. ¶ In oppositum est primo te. pñtis capituli, in quo cũ dr̄ in sacrorum oblationibus ꝑsupponitur eucharistiæ sacr̄m esse sacr̄m. Secundo tex. infra e. d. c. hoc sacramentum, vbi dicitur hoc sacramentum pietatis est signum vnitatis. ¶ Respondeo dicendum, quod eucharistia est sacr̄m quæ conclusio sic ostenditur. oẽ remedium ordinatum principaliter in subsidium vitæ spiritualis sub rebus sensibilibus positum est sacramẽtum, hoc patet, dr̄ Au. 10. de ciuitate Dei, & ponit̄ infra e. di. in c. sacrificium quod sacramentum est inuisibilis gratiæ visibilis forma, sed eucharistia est remedium ordinatum principaliter in subsidium vitæ spiritualis sub rebus sensibilibus propositum, patet tum q̄a vt dr̄ beatus Augu. vbi supra, est sacrificium inuisibilis sacrificij sacramẽtum. i. signum sacrum. Tum q̄a sicut est in vita corporali, sic suo modo est in vita spũali. gerunt. n. corporalia similitudinem spũalium, sed in vita corporali sic est, quod non solum reqritur generatio per quã vita acqrit̄, & augmentũ per quod ad perfectam quantitatem ꝑducit̄, sed ẽt alimentum per quod hõ in vita conseruat̄, ergo sir̄r in vita spũali præter baptismum, q̄ est spũalis regeneratio, in quo vita spũalis tribuitur, & cõfirmationem per quam nobis, augmentum spũale acquiritur, opus est nutritione spũali per quã vita spũalis acquisita cõseruatur. hæc autem est eucharistia secundum illud Io. 6. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. vnde & proponitur nobis sub spẽbus sensibilius pertinentib. ad nutrimentum. ergo manifeste patet qđ eucharistia quæ est spũale alimentum sit sacr̄m. ¶ Ad rõnes in contrarium respondetur. Ad primam respondetur quod non ad idem genus ꝑfectionis ordinatur sacr̄m eucharistiæ & sacramentum confirmationis. Pro quo notandum

4 cum S. Tho. in 3. parte† quod duplex est perfectio. vna est in ipso hoĩe, ad quam perducitur ꝑ augmentum, & talis ꝑfectio cõpetit confirmationi. Alia aũt est perfectio, quã hõ consequitur ex adiunctione cibi, vel indumenti, vel alterius hmõi, & talis perfectio competit eucharistiæ, quæ est spũalis refectio. ¶ Ad secundam respondetur, quod materiale elementum non est causa alicuius virtutis, quæ in ipso est, nec alicuius spũalis effectus in hoĩe secundum se, sed mediante virtute. vnde aqua baptismi nõ causat aliquem spũalem effectum propter virtutem spũs sancti in aqua existentem. vnde Chrysostomus dr̄ super illud Io. 5. Angelus dñi descendit secũdum tempus &c. in baptizatis non simpl̄r aqua operatur, sed cũ spũs sancti suscipit gr̄am tunc oĩa soluit. Sicut. n. se habet virtus spũs sancti ad aquã baptismi. Ita se habet corpus Christi verum ad spẽs panis & vini. vnde spẽs panis & vini non efficiunt aliud nisi virtute corporis Christi veri. ¶ Ad tertiam r̄ndetur qđ non est simile de sacramento eucharistiæ, & de alijs sacramen-

5 tis. †Pro quo notandum quod sacramẽtum dr̄ ex eo quod continet aliquid sacrum, põt aũt aliquid esse sacrum dupliciter. s. absolute & in ordine ad aliud. hæc aũt est dr̄ia inter eucharistiam & alia sacramenta habentia materiã sensibilem, quia eucharistia continet aliquod sacrum absolute. s. ipsum Christum. Aqua vero baptismi continet aliquod sacrum in ordine ad aliud. s. virtutem ad sacrificandum. Et eadem ratio est de chrismate & alijs sensibilibus. Et ideo sacramentum eucharistiæ perficitur in ipsa consecratione materiæ. Alia vero sacramẽta perficiũtur, in vsum materiæ ad hominem sanctificandum, & sic non est simile, quare &c.


Ad tertium

Primum ar. | Secundum argu. | Tertium ar. | Opponit in cõtrarium. | Respondet. | S. Thoma. | Ad primum argu. | Ad secundũ | Ad tertium | primum ar. argu. | Scḋm arg. | Tertiũ ar. | Opponit in cõtrarium. Scḋa oppo. Respondet. | Augu. | Ad primum arg. | S. Thom. | Ad scḋum. | Chryso | Ad tertium

Primum ar. 6 Ad tertium Sic proceditur.†Et arguitur ꝙ eucha
riſtia non ſit vnũ ſacramentũ,ſed plu
ra.Primo ex textu præſentis capituli, vbi in principio ſic
Scd̃m ar. dicitur.In ſacramentorum oblationibus.¶ Secũdo argui
tur idem ex eo,ꝙ dicitur in collecta,purificent nos queſu
mus domine ſacramenta,quæ ſumpſimus, quod quidem
dr̃ poſt euchariſtię ſumptionem,ergo euchariſtia non eſt
Tertium ar. vnum ſacramentũ,ſed plura.¶ Tertio impoſſibile eſt non
multiplicato genere multiplicari ſpeciẽ,ſicut ꝙ vnus ho-
mo ſit plura animalia,ſed ſignum eſt genus ſacramenti,
cum igitur in euchariſtia ſint plura ſigna.ſ.panis & vini vi
Quartũ ar. detur conſequens eſſe, ꝙ ſint plura ſacramenta. ¶ Quar-
to vnitas rei eſt ex vnitate formę & materiæ,ſed in eucha
riſtia eſt duplex materia.ſ.panis & vinum, & duplex for-
ma materiæ duplici correſpondens. ergo ſequitur quod
Opponit in cõtrarium. non eſt vnum ſacramentum ſed plura. ¶ In oppoſium
eſt illud quod in collecta dicitur.hoc tuum ſacramentum
non ſit nobis reatus ad pœnam.Item idem habetur ex ca.
in ſacramento corporis & ſanguinis,& ex c.hoc ſacramen
tum pietatis infra e.d. ¶ Reſpondetur ꝙ euchariſtia vnũ
eſt ſacramentum,quæ concluſio ſic probatur,quia ſi non
eſſet vnum,ſed duo vel plura,ſequeretur,ꝙ ſacramẽta no
uæ legis non eſſent tantum ſeptem,quod eſt cõtra doctri-
nam cõem vl̃is eccleſiæ. Præterea quæcunque ordinant̃
ad idem efficiendum,& ſignificandum pertinent ad vnũ
ſacr̃m.ſed oĩa quæ in euchariſtia ſunt pertinẽt ad idem re
præſentandum.ſ.mortem dñi & idem efficiẽdum. ſ.gr̃am
ꝑ quam hõ incorporatur corpori myſtico,quod eſt eccle
7 ſia,ergo eſt,vnum tm̃ ſacramentum.†Ad intelligendũ aũt
qua vnitate euchariſtia dicatur vnum ſacramentũ.Eſt no
8 tandum ꝙ vt colligitur.5.Metap.†vnum numero dr̃ trib.
modis.Primo modo ſicut indiuiſibile eſt vnum vt pũctus
& vnitas,ꝙ neque eſt multa actu neq; potentia.Alio mo-
do ꝙ eſt vnum continuitate ꝙ tñ eſt multa potentia ſicut
linea.Tertio modo ꝙ eſt perfectiue vnum ſicut dr̃ calcia-
mentum vnum ꝗ habet oẽs partes quæ requirũtur ad cal
ciamentum,& hæc vnitas dr̃ in oĩbus illis ad quorum inte
gritatẽ aliqua exigũtur,ſicut vnus hõ,vna domus.Et quia
ad eſſe ſacr̃i plura cõcurrunt ſicut forma,& materia & hu
iuſmodi,ideo ab vnitate.ſ.perfectionis dr̃ ſacramentum,
vnum eſſe,ꝙ ſic patet.Illa.n.ſunt de integritate alicuius in
ſtrumenti quæ requirũtur ad operationem illã,ad quam
inſtrumentum deputatum eſt.hoc aũt ſacr̃m deputatum
eſt ex diuina inſtitutione ad cibationem ſpũalem, quæ ꝑ
cibationem corporalem ſignificat̃.Et quia cibatio corpo
ralis duo requirit.ſ.aliquid ꝑ modũ cibi,& aliquid per mo
dum potus, ideo ad integritatem huius ſacr̃i ex diuina in
ſtitutione eſt aliquid per modum cibi.ſ.corpus Chriſti,&
aliquid per modũ potus.ſ.ſanguis,& ita in euchariſtia vnũ
eſt ſacr̃m vnitate perfectionis reſultantis ex illis duobus.
¶ Ad rõnes in contrarium reſpondetur.¶ Ad primam &
Ad primũ & ſcd̃m ar. ad ſecundam ſimul rñdetur dicendo ꝙ euchariſtia dr̃ plu
ra ſacr̃a in locis illis allegatis ꝑꝑ pluralitatẽ ſignorũ.ſ. ſpe-
cierum panis,& vini,ſub qb.hoc ſacramentũ cõficit̃,quæ
quidẽ materialr̃ plura ſunt.ꝑfectiue tñ vnũ.ꝙ ẽt ex colle-
cta illa Gre.aptè colligit̃ in qua primo dr̃ pluraliter. puri
ficent nos q̃ſimus dñe ſacramenta,q̃ ſumpſimus,& poſtea
ſingulariter ſubdit̃.hoc tuum ſacr̃m nõ ſit nobis reatus ad
pęnã,ad oſtẽdendum ꝙ hoc ſacramẽtum quodammõ eſt
Ad tertium multa,ſimpl̃r aũt vnum.¶ Ad tertiã patet rñſio ex dictis,
qa licet panis & vinũ materialr̃ ſint plura ſigna, formalr̃
vero & ꝑfectiue vnum ſunt inquantũ ex eis ꝑficit̃ vna per
fectio.Tunc.n.pluralitas ſignorum arguit pluralitatem ſa
cramentorum qñ vtrunque ſignum habet integrã ſignifi
cationem,ſic autem non eſt hic,qa cibatio ſpũalis non ſi-
gnificat̃ perfecte nec per panis tm̃ nec ꝑ vini tm̃ ſumptio
ne, ſed per vtrunque ſimul ſicut dictum eſt parum ante.
¶ Ad quartam ſatis patet rñſio ex dictis.rõ autem nõ pro
Ad quartũ bat,niſi ꝙ ſacramentum ſit multa materialr̃, & hoc verũ
eſt,eſt autẽ vnum ꝑfectiue,qa oĩa multa q̃ ſunt in eo ordi
nantur ad ꝑfectionem ſacramenti huius,q̃ eſt in ſignifica
tione vnius perfecte ſpiritualis refectionis. vñ licet in ea
ſit duplex materia rei.vna tñ eſt perfectiue,& licet duplex
ſit forma ſcḋm ꝙ duplex eſt materia,vnũ tñ intelligitur per
fectiue,& ita ſacr̃m eſt vnum ꝑfectione ſicut dictum eſt.
Primum ar. 9 Ad quartum Sic proceditur,†Et arguitur ꝙ nõ
debeat eſſe duplex materia huius
ſacramenti.quanto.n.aliquid eſt ſimplicius,tãto nobilius
vnde & ſimpliciſſima ſunt nobiliſſima,ſed hoc ſacramen
tum eſt nobilius alijs,ergo debet eſſe ſimplicius, cum er-
go ſacramenta alia vnam tm̃ materiam habeant, ſicut ba-
ptiſmus aquam.Confirmatio chriſma,videtur quod non
debeat eſſe duplex materia huius ſacramenti.¶ Secundo Secundũ ar.
materia ſacramenti debet rñdere ei,qḋ eſt ſacramentum
& res in ſacramẽto,qa eſt ſignum eius,ſed totũ illud quod
eſt res ſacr̃m continetur ſub ſpẽ.ſ.totus Chriſtus.ergo pa-
nis eſt tota materia huius ſacr̃i,& ſic idem ꝙ prius.¶ Ter Tertium ar.
tio hoc ſacr̃m ordinatur ad vſum fidelium,ſed tm̃ hoc ſa-
cr̃m populo miniſtrat̃ ſub vna ſpẽ.ſ.ſub ſpẽ panis,ergo tm̃
vna eius debet eſſe materia.¶ In oppo.arguit̃ ex textu pñ Opponit in
tis ca.vbi duplex materia aſſignatur huius ſacr̃i,videlicet cõtrarium.
panis & vinum aqua ꝑmiſtum.¶ Scḋo arguit̃ idem ex in Scḋa opp.
ſtitutione Chriſti.Chriſtus.n.inſtituens hoc ſacr̃m in du-
plici materia panis.ſ.& vini illud inſtituit.¶ Rñdeo, dicen- Reſpondet.
dum ꝙ conuenienter inſtitutum eſt,vt duplex materia ſit
huius ſacr̃i,q̃ concluſio ſic,oſtenditur iuxta S.Tho. Mate S.Tho.
ria.n.ſacr̃i debet cõpetere,& ſignificationi ſacr̃i,& vſui,&
vtroque modo exigitur duplex materia in hoc ſcr̃o. vſus
.n.huius ſacr̃i eſt manducatio,q̃ ad ſui integritatem & ci-
bum & potum exigit,& ideo huius ſacr̃i duplex debet eſſe
materia,vna quæ in cibum ſumit̃, & alia quæ in potu. Si-
gnificatio autẽ ſacr̃i eſt duplex,vna ſcḋm q̃ repręſentat̃ ꝑte
ritum,& ſic in hoc ſacr̃o repræſentatur paſſio Chriſti, in
qua ſeparatus ẽ eius ſanguis à corpore, & ideo ſeparatim
in hoc ſacramento offerri debet ſignum corporis & ſi-
gnum ſanguinis duplici materia exiſtente.Alia ſignifica
tio ſacr̃i eſt de effectu per ſacr̃m inducendo,quia ſacr̃a effi
ciunt ꝙ figurant,& ſic,cum hoc ſacramentum ad ſalutem
corporis & aĩæ ſumat̃,valet.n.vt ait Ambroſi.ad tuitionẽ Ambro.
aĩæ & corporis,oportet ꝙ ſub ſpẽ panis ad ſignificandum
ſalutem corporis,& ſub ſpẽ vini ad ſignificãdũ ſalutẽ aĩæ,
hoc ſacramentum perficiatur.¶ Ad rõnes in contrarium
rñdetur.ad primam negãdo aſſumptum vniuerſaliter,qm̃ Ad primum argu.
ſimplicitas per ſe non eſt cauſa nobilitatis, ſed perfectio.
vñ vbi perfecta bonitas in vno ſimplici inuenitur ſimplex
eſt melior quam compoſitum, qm̃ autem econuerſo ſim
plex eſt imperfectum.Compoſitum vero perfectum, tũc
compoſitum eſt nobilius,quam ſimplex.ſicut hõ eſt nobi
lior terra.Et ideo hoc ſacr̃m quãuis ſit magis cõpoſitum
alijs ſacr̃is rõne materiæ,eſt tñ nobilius quia eſt magis per
fectum.Quod autẽ ad perfectionẽ eius hæc cõpoſitio exi
gitur,patet ex dictis.¶ Ad ſecundam dr̃ ꝙ quanuis totus Ad ſcḋum.
Chriſtus ſit ſub ſpẽ panis ſcḋm rei veritatem,non tñ eſt ibi
ex vi ſacr̃i niſi corpus eius,vt ex dictis patet,ꝙ venit in v-
ſum fidelium.¶ Ad tertiam rñdetur negando conſequen-
tiam,quia ꝙ populo non detur hoc ſacr̃m ſub duplici ſpẽ, Ad tertium
ſed ſub vna tm̃ ſ.panis,hoc nõ eſt ideo ꝙ hoc ſacr̃m ĩ vna
ſola ſpẽ cõſiſtat,ſed ꝑꝑ periculum effuſionis euitãdum fit,
facilius vna gutta ſanguinis laberet̃, quã aliqua particula
corporis,ꝙ periculũ profecto emineret ſi indifferẽter po
pulo,in quo ſenes,& pueri, infirmi, & ſani continentur,
ſub vtraque ſpẽ adminiſtraretur.vnde miniſtris altaris ſe
cundum conſuetudinem aliquorum monaſteriorũ anti-
quorum,& ẽt ſcḋm cõſuetudinẽ quam obſeruat Romanus
pontifex qñ ſolenniter celebrat,datur participatio ſangui
nis de quibus præſumitur ꝙ in talibus magis ſint cauti. In
lege ẽt veteri de libaminibus nihil habebant offerentes,
ſed ſoli ſacerdotes,per quæ ſignificabatur potus huius ſa
cramenti,de ſacrificijs autem habebant quibus ſignifica
batur cibus huius ſacramenti.Lege.¶ [In ſacramẽtorum] Exponit literam.
dicitur autem hic euchariſtia pluraliter ſacramenta mul
ta ratione s.in 3.articulo poſita,quia naturaliter in pluri-
bus conſiſtit in duabus.ſ.ſpeciebus[oblationibus].i.in reb.
quę offeruntur pro conficiendo altaris ſacrificio. [Quia
vtrunque ex latere eius in paſſione ſua profluxiſſe legitur
.ſ.Ioan.20.Sanguis quidem ad noſtram redemptionem,
10 †& aqua ad peccatorum ablutionem,de quo etiam in ca-
pitulo primo Clementis, vbi ſciendum, quod iſta aqua
miraculoſè exiuit, vt ait S.Thom.ſuper Ioann.& magi-
ſter Nicolaus de lyra,& non fuit humor phlegmaticus, vt S.Thomas. Nico. de ly.
quidam dicunt,ſicut Hugo in appperatu ſuo,& inducitur
in gloſſ.hic, & etiam ab Archidiacono, ſed etiam aqua
pura ad oſtendendum, quod corpus Chriſti erat ex ve-
ris elementis compoſitum. contra errorem eorum qui
dixerunt eum habere corpus cæleſte, ſicut dicit Valen
tinus, & ſequaces ſui, & eorum qui dixerunt eum ha-

bere corpus fantasticum, sicut Manichei. Quare salua pace Hug. hæc ratio sufficiens esse videtur, vt in sacrificio altaris quod Christi repræsentat passionem vinum aqua permistum offeratur.

4 *Aqua quanta sufficiat ad commistionem in calice.*
6 *Eucharistia quare non conficiatur ex pane facto ex aqua rosacea vel alia artificialia.*
7 *Vinum sine aqua quare magis potest sanctificari siue consecrari, quam econuerso.*



Ic in sacrificando &c. Sequitur, secundū capitulum huius partis. In quo & in sequenti ex authoritate beati Cypriani de permiscēda aqua cum vino in sacrificio altaris agitur. Dicit ꝙ nec vinum sine aqua, nec econtra est consecrandum in hoc sacramento, & assignat aliquas rationes ad hoc. Circa quam materiā pro eius ampliori intelligentia quatuor quæruntur.

1 ¶ Primum est vtrum aqua sit vino permiscenda.
2 ¶ Secundum vtrum permistio aquæ sit de necessitate huius sacramenti.
3 Tertium vtrum debeat apponi aqua.
6 ¶ Quartum vtrum debeat esse talis aqua naturalis vel possit esse artificialis.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur ꝙ aqua non sit vino miscenda. Sacrificium .n. Christi figuratum fuit per oblationem Melchisedech. Qui Gen. 9. non legitur obtulisse nisi panem & vinum, ergo videt, ꝙ in hoc sacrificio non debeat adiungi aqua. ¶ Secundo diuersorum sacramentorum diuersę sunt materię, sed aqua est materia baptismi, ergo non debet ad materiā assumi huius sacramenti. ¶ Tertio panis & vinū sunt materia huius sacramenti. sed pani nihil adiūgitur, ergo nec vino debet aliquid adiungi. ¶ In oppositum est capitulū pręsens, & c. supra positum, in sacramentorum oblationibus sunt etiam capitula duo sequētia quæ sunt Cypriani. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ vino quod offertur in hoc sacramento debet aqua misceri sicut habet in præsenti ca. ex authoritate beati Cypriani. Idem etiam habetur extra de celebr. mis. c. vlt. Et hoc multiplici ratione. primo quidem ꝓpter institutionem, probabiliter .n. creditur, quod dominus hoc sacramentū instituerit in vino aqua permisto secundum morem terræ, quia ibi vinum nunquam sine aqua bibitur, propter vini fortitudinem, licet de aqua in euangelio non fiat mentio, quia non est principalis materia in hoc sacramento, vnde & Prouc. 9. dicitur, bibit vinum quod miscui vobis. ¶ Secundo quia conuenit repræsentationi dominicæ passionis. vnde dicit Alexand. Papa in superiori ca. Non debet in calice domini aut vinum solum, aut aqua sola offerri, sed vtrunque permistum, quia vtrunque ex latere Christi profluxisse legitur. ¶ Tertio, quia hoc conuenit ad significandum effectum huius sacramēti, qui est vnio populi Christiani ad Christum. Appositio .n. aquæ ad vinum significat vnionem membrorum ad caput, quia vt Iulius papa dicit in c. cum omnino. ị. e. d. videmus in aqua populum intelligi. In vino vero ostēdi sanguinem Christi. ergo cū in calice vino aqua miscet, Christo populus adunatur. Et hæc est rō prima, quæ tangitur in litera cum ait beatus Cyprianus. Si vinum tantum quis offerat, sanguis Christi incipit esse sine Christo, alias sine nobis quia designatur non in vtilitatem populi esse effusus. ¶ Quarto quia hoc competit ad vltimum effectum huius sacramenti qui est introitus ad vitam æternam. vnde Ambro. dicit in li. de sacramentis, Redundat aqua in calicem, & salit in vitam ęternam. ¶ Ad rōnes in contrarium dicendum. ¶ Ad primam negatur cōsequentia, quia sicut Amb. dr. sicut sacrificiū Christi significatum est ꝑ oblationē Melchisedech, ita ēt significatū est ꝑ aquā q̄ in eremo fluxit de petra. ꝭm illud 1. Cor. 10. bibebant aūt de spūali consequente eos petra. quare scr̄m altaris nō tm̄ vinū, sed & aquā debet continere. ¶ Ad scd̄am dicendū ꝙ rō nō ꝓcedit, qa aqua ad alium vsum assumit in scr̄o baptismi, & ad aliū in hoc scr̄o altaris. Assumit qdem in baptismo ad vsum ablutionis, in hoc aūt sacr̄o assumit ad vsum refectionis ꝭm illud psal. 22. Super aquam refectionis educauit me. ¶ Ad tertiam rn̄detur dupl̄r. vno modo negando minorem. aqua .n. pani apponit in sua confectione, cū panis ex aqua & farina conficiat & ideo ēt aqua vino misceatur vt neutrum sine aqua existat. ¶ Scd̄o rn̄detur ꝙ argumentum non procedit, quia nō est simile de pane & vino qa cū effectus redēptionis à capite deueniat ad mēbrum ꝑ sanguinis effusionem magis apponitur aliquid ad significandum populi vnionem ad sanguinem, quā ad corpus.

2 Ad secundam qōnem sic, ꝓceditur. † Et videt ꝙ permistio aquæ sit de necessitate huius scr̄i. Primo ex isto c. vbi Cypria. ita dicit. Calix dn̄i non est aqua sola, nec vinum solum, nisi vtrūq; misceatur, cum nec corpus dn̄i potuit esse farina sola, nisi vtrunque .s. farina & aqua fuerit adunatum, sed mistio aquæ ad farinā est de necessitate huius sacri, ergo pari rōne admistio aquæ ad vinum. ¶ Secundo sic, significatio est de essentia sacramenti. sed aqua significat aliquid ꝙ est principale in hoc scr̄o .s. vnionē corporis mystici ad caput, ergo aqua est de necessitate huius scr̄i, vt sine ea confici non possit. ¶ Tertio sic, hoc scr̄m est memoriale dn̄icæ passionis, sed ex latere dn̄i patientis non solum fluxit sanguis, sed aqua, ergo ex vino sine aqua scr̄m hoc confici non pōt. ¶ In oppositū est primo Cypriani. in c. sequenti .s. scriptura dicēs. si quis de necessitatib. nr̄is ignoranter vel simpliciter non seruauerit, vt .s. aquā vino misceat in scr̄m, pōt simplicitati eius venia concedi, quod non esset, si aqua esset de necessitate sacri, sicut est vinum vel panis. nō ergo aquę mistio est de necessitate sacri. ¶ Secundo idē rōne ondītur sic. Nihil est de substātia sacri ꝙ nō manet in sacro, sed aqua nō manet in ꝓpria spē in sacro, ergo non est de substantia sacramenti. ¶ Rn̄deo dicendum est ꝙ appositio aquę nō est de necessitate huius scr̄i, ꝙ sic declaratur ꝭm S. Tho. in 3. parte, iudicium de signo an sit de necessitate & integritate sacri an non sumendum est ex eo, ꝙ significatur ꝑ illud. Appositio aūt aq̄ ad vinum refertur ad significandū participationem huius sacri à fidelib. quantum ad hoc, ꝙ ꝑ aq̄ immissam vino significatur populus adunatus Christo, vt dictū est in ꝓcedēti articulo. Et hr̄ infra e. d. c. cum oē. hoc ēt ꝙ de latere Christi pendentis aqua fluxit ad idem refertur, quia ꝑ aquā significabat ablutio pc̄torum, quæ fiebat ꝑ passionem Christi, cum ergo hoc scr̄m ꝑficiat in consecratione materię, & vsus fideliū nō sit de necessitate sacri, sed est aliquid ꝯns ad sacr̄m, manifestū est, ꝙ appositio aq̄ non est de necessitate scr̄i, vn̄ vinū sine aqua pōt consecrari, sed consecrans peccat, ad idem est dn̄s Bona. in 4. ita dicens. de integritate huius sacri sunt quatuor. Materia, forma, ordo, & intentio consecrātis. de congruitate aūt & bene esse, sunt quæ sunt his annexa, aqua autem cum non sit aliquod horum, non est de necessitate, sed annexū est materiæ .s. vino, quæ adiungitur vino, & in ipsum cōuertitur, & postmodum in sanguinem, & ideo est de congruitate. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam rn̄detur, ꝙ verbum Cypriani in ꝑsenti c. exponendum est, non pōt. i. non debet, quia illud possumus quod de iure possumus, & iō quantum ad id quod debet fieri est simile ex parte corporis & sanguinis, non autem quantum ad id quod fieri pōt, quia aqua est de substantia panis, non aūt de substantia vini. ¶ Ad secundam dr̄, quod aqua non significat aliqd principale in hoc sacramento, quod sit de substantia sacramēti, sed vt dictum est, effectum vel vsum consequentē. ¶ Ad tertiam negatur consequentia. Et ad ꝓbationem dr̄, ꝙ nō est simile, quia vt dicit S. Thom. in 3. parte, effusio sanguinis directe pertinebat ad ipsam passionem Christi. Est .n. naturale corpi humano vulnerato, ꝙ ex eo fluat sanguis, sed effusio aquæ non fuit de necessitate passionis, sed ad demonstrandum effectū, qui est ablutio ipsius à peccatis, & refrigerium contra peccatum concupiscentiæ, & ideo aqua non seorsum offertur à vino in hoc sacramento, sicut vinum offertur seorsum à pane, sed aqua offertur vino permista, vt ostendatur ꝙ vinum, per se pertinet ad hoc sacramentum tanquam ad eius necessitatem. Aqua autem secundum ꝙ adiungitur vino.

3 Ad tertium sic proceditur. † Et videtur ꝙ aqua debeat in magna quantitate apponi. Sicut .n. sanguis de latere Christi sensibiliter fluxit, ita & aqua. vnde dicitur Ioann. 19. qui vidit testimonium perhibuit. sed aqua non posset sensibiliter esse in hoc sacramento, nisi in magna quantitate poneretur, ergo vr̄ ꝙ aqua debeat apponi in magna quantitate. ¶ Secundo parua aqua multo vino admista corrumpitur, sed quod corruptum est non

Primum ar. — Secundum argu. — Tertium ar. — Opponit in cōtrarium. — Respondet. — Ad primum argu. — Ad scd̄um. — Ad tertium — Primum ar. — Secundū ar. — Tertium ar. — Opponit in cōtrarium. — Scd̄a opp. — Respondet. S. Tho. — Bonauentu. — Ad primum argu. — Ad scd̄um. — Ad tertium S. Thomas. — Primum ar. — Scd̄m ar.

est non est, ergo idem est apponere parum de aqua in hoc sacramento, & nihil apponere, sed non licet nihil apponere, ergo non licet parum apponere. ¶ Tertio si sufficeret parum apponere, per consequens esset sufficiens, ꝙ gutta aquæ in totum dolium proijciatur, sed hoc videtur ridiculum, ergo non sufficit ꝙ parua aquæ quantitas ponatur. ¶ Sed contra est quod ex. de celebr. miss. c. perniciosus, dr̃ perniciosus in his partibus inoleuit abusus, videlicet ꝙ in maiori parte de aqua ponitur in sacrificio, quam de vino. cum secundum rationalem consuetudinem ecclesiæ generalis plus in ipso sit de vino, quam de aqua ponendum. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ circa aquam adiunctam vino vt Inno. 3. dicit in c. in quadam. ex. de cele. miss. triplex est opinio. quidam. n. dicũt, ꝙ aqua iuncta vino per se manet vino conuerso in sanguinem. Sed hæc opinio stare non potest, quia in sacramento altaris post consecrationem nihil est nisi corpus & sanguis Christi, sicut Ambrosius dicit in lib. de officijs & habetur. j. e. dis. Ante benedictionem alia species nominatur, sed post benedictionem corpus Christi significatur. Alioqui nõ adoraretur veneratione latriæ, Et ideo alij dixerunt, ꝙ sicut vinum conuertitur in sanguinem, ita aqua conuertitur in aquam, quę de latere Christi fluxit, sed hoc rationabiliter dici non potest, quia ẽm hoc aqua seorsum consecraretur à vino sicut vinum à pane. Et ideo sicut ipse dicit aliorum opinio probabilior est, qui dicunt aquam conuerti in vinum, & vinum in sanguinẽ, hoc autem fieri non posset, nisi adeo modicum apponeretur de aqua, ꝙ conuerteretur in vinum, & ideo semper tutius est parum de aqua apponere, & præcipue si vinum sit debile, quia si tãta fieret appositio aquæ, ꝙ solueretur species vini, non posset perfici sacramentum. Ad idem dicit Albertus magnus in lib. de missa addens, ꝙ si tantum apponeretur de aqua, ꝙ tolleret de vino vinositatem, tunc non fieret sacramenti confectio, quia tunc non esset vinum, sed aqua aliquantulum vinata, vnde Iulius papa repræhendit quosdam, qui pannum lineum musto intinctum per totum annum seruant, & in tempore sacrificij aliquam partem eius lauant, & sic offerunt, vt. j. e. di. cum omne. ¶ Et si

4 quæratur † quanta aqua sufficit commistioni huiusmodi. Respondet Alex. de Hal. ꝙ gutta sufficit quamtũcunque sit parua dommodo possit à suo toto separari. Cui concordat Albertus magnus. ¶ Ad rationes. Ad primam ergo dicendum est cum S. Tho. ꝙ sufficit ad significationem huius sacramenti, ꝙ sentiatur aqua dum apponitur vino. nõ autem oportet ꝙ sit sensibilis post admistionem. ¶ Ad secundam dicendum negando consequentiam quia si aqua omnino non apponeretur totaliter excluderetur significatio, sed cum aqua in vinum conuertitur, significatur ꝙ populus Christo incorporatur, vt. j. cum omne e. dist. ¶ Ad tertiam dicendum negando consequentiam, quia si aqua primo apponeretur in dolio, non sufficeret ad significationem huius sacramenti, sed oportet aquam vino apponi circa ipsam celebrationem sacri ad perficiendum sacrm̃.

5 Ad quartum sic proceditur. † Et videtur ꝙ aqua artificialis debeat poni in sacramẽto, quia sacramentum debet esse vniforme, sed ex parte corporis est aliquid artificiale. s. panis, ergo ex parte sanguinis debet esse aqua artificialis. ¶ In oppositum arguitur sic. baptismus est sacramentum maioris necessitatis, quam eucharistia, sed in baptismo non potest accipi nisi aqua naturalis, ergo nec in eucharistia. ¶ Respondeo iuxta Sanc. Thomam, quod cum admistio aquæ ad vinum non sit de necessitate sacramenti, vt iam dictum est, in articulo secundo non refert nec est de necessitate sacramenti quæcũque aqua misceatur vino, siue naturalis, siue artificialis, vt rosacea siue quęcunque alia, dum tamen sit talis aqua, quę in vinum conuerti possit. Quantum tamen ad conuenientiam huius sacramenti, & ad id quod fieri debet, non debet apponi nisi aqua naturalis, & peccaret qui aliã aquam misceret quam naturalem, & veram, quia de latere Christi pẽdentis in cruce vera aqua profluxit, nõ humor phlegmaticus vt quidam dixerunt, ad ostendendum, ꝙ corpus Christi erat compositum ex quatuor elementis sicut per sanguinem effluentem ostendebatur, ꝙ erat compositum ex quatuor humoribus vt dicit Innocen. 3. in c. in quadam. extra de celebr. miss. ¶ Sed hic surgit quæstio. † Quare est

6 ꝙ si aqua rosacea siue alia artificialis admisceatur farinæ non potest confici sacramentum ex illo pane ẽm probabiliorem opinionem doctorũ. Et nihilominus si admisceatur vino talis aqua non impedit quin confici possit sacramentum, vt dictum est. Respondeo ẽm S. Thom. tam in 3. parte, quam in quarta, ꝙ hoc est ideo, quia admistio aquę ad farinam est de necessitate huius sacramenti, vt puta cõstituens substantiã panis, quare si farinę admisceatur aqua rosacea, vel quicunque alius liquor, quam vera aqua, non posset ex eo confici sacramentum, quia non esset verus panis. Aqua autem (vt dictum est) non est de substantia vini, quæ est principalis materia in hoc sacramento, & ideo diuersitas aquæ non impedit speciem materiæ huius sacramenti. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum. Ad primã respondetur, ꝙ panis artificialiter factus est eiusdem speciei cum pane illo, de quo confecit corpus, non autẽ aqua artificialis cum aqua, & ideo non est similis ratio. ¶ Ad aliam rationem respondetur similiter, ꝙ non est similis ratio hic, & ibi quia aqua in baptismo est principalis materia, & ideo si aqua alterius speciei apponatur non seruatur debita materia & propter hoc non est sacramentum, hic autem est aliter, vt dictum est. Concordat Alex. in 4. Lege. ¶ [Calicem] .i. sanguinem Christi in calice, continẽs pro contento. [Nec solum vinum potest] i. debet dicit S. Tho. in 4. hoc verbum Cypriani exponendum est sic. [Non potest] .i. non debet, quia illud possumus quod de iure possu-

7 mus. ¶ Si quæratur. † Quare magis vinum sine aqua sanctificari siue consecrari potest quam econuerso. Ad hoc respondet Hug. & dicit Arc. ꝙ ratio diuersitatis est, quia vinum nunquam est sine aqua vel essentialiter vel materialiter, vel originaliter, vnde dicitur vinum [a] aqua putrefacta

a in vite. ¶ Præterea pręualet sanguis aquatico humori in corpore humano, quia sanguis per vinũ designatur, & sic præualet vinum aquæ. Sed ista ratio nulla esse videtur, tũ quia præsupponere videtur ꝙ aqua sit de substantia sacramenti, quod non est verum, vt declaratum est. Tum quia falsum esse videtur, ꝙ vinum substantialiter siue materialiter siue originaliter aqua sit. Nec verum est ꝙ vinum sit aqua putrefacta. hi. n. duo liquores. s. aqua & vinum specie differũt. Ratio autem diuersitatis vera hæc est, quia. s. aqua non est de substantia sacramenti, sicut dictum est circa quęstionem secundam. Et in argumento colligitur ex capitulo sequenti. s. scriptura. vinum vero sic. Et ideo de vino sine aqua confici potest hoc sacramentum, non autem de aqua sine vino. [Sanguis Christi incipit esse sine Christo] .i. non significatur fieri pro nobis [Siue incipit] .i. ostenditur effusus esse sine nobis. i. non in vtilitatem populi Christiani, vbi. n. hic dr̃ sine Christo habetur in originali Cypriani sine nobis. Et ita inducit hunc canonem liber antiquus cã nonum, & etiam Magister sentẽtiarum in 4. dis. 11. verum sustinendo dictum Cypriani prout à magistro Gratiano inducitur per Christum populus christianus designatur, secundum modum loquendi quo apostolus vtitur 1. Cor. 12. dicens. Sicut omnia membra sunt vnum corpus, ita & Christus, vbi gl. ait omnes fideles sunt Christus, vt non dicam corpus Christi, quia ipse Christus sunt tam maiores quam minores. corpus. n. & caput dr̃ Christus propter ineffabilem vnitatem capitis & membrorum. hęc gl. [Confusa] .i. permista. [Sacramẽtum spirituale & cęleste efficitur] .i. tunc rei spiritualis & cęlestis. s. communicationis ecclesiæ ad Christum per fidem & charitatem [efficitur] .i. ostẽditur siue designatur sacramentum, vinum. n. sanguinem aqua vero plebem significat. horum permistio nostre salutis est sacramentum, in commistione. n. vini & aquæ significatur plebis perfecta redemptio vt. j. eo. dist. cum omne. [Calix domini non est aqua sola vel vinum solum] . id est in calice domini non debet aqua sola, vel vinum solum poni, sed vtrunque permistum. [Quomodo] ratio, hæc autem similitudo ex parte corporis & sanguinis acquirenda est sicut supra dictum est, quantum ad id quod fieri debet, non autem ad hoc quod fieri potest, quia aqua est de substantia panis, non autem de substantia vini.

1 *Sanguis Christi potest confici ex vino sine aqua.*

SCriptura. Sequitur tertium capitulũ eiusdem partis. Et quoniam eiusdem sententiæ est cum parte præcedenti nihil hic addimus præter ea quæ in expositione literæ ponentur. Lege. q. [Scriptura] .i. s. diuina tam euangelica quam apostolica Luc. 22. Math.

Margin notes (left column): Tertium ar. — Opponit in contrarium — Respondet. Prima opi. Cõtra prædictam opi. — Scd'a opin. Cõtra prædictam op. Tertia opi. — Albe. mag. — Quæstio. Respondet. — Ad primum argu. — ad scd'm. — Ad tertium — Primum ar. — Opponit in cõtrarium. Respondet. S. Thomas. — Quæstio.

Margin notes (right column): Respondet — Ad primũ argu. — Ad secundũ — Exponit literam. S. Thomas. — Quæstio. Respondet. — a ¶ Vinum. adde ꝙ pl[us] ponẽdum ẽ vini q̃ aq[uæ] Pe. de An. in c. pnicio sus nu. 1. & 4. de celeb. miss. — Exponit literam.

22. Matt. 25. Mar. 14. & 1. ad Cor. 11. [Cōstat]. s. ꝙ Christus
S. Thomas. aquam vino miscuerat. ſ. e. di. In sacramento, vt. n. S. Tho. dicit, probabiliter creditur ex more illius patriæ, quia vinum ibi nunquam bibitur sine aqua propter vini fortitudinem, quamuis de aqua non fiat mentio in euangelio, qa non est principalis materia in hoc sacramento [potest venia concedi] ar. † ꝙ ex vino sine aqua quis potest conficere hoc sacramentum. [Nobis ignosci non potest.] Quæritur hic quare hoc dicit Cyprianus. Aut. n. quia tale peccatum est irremissibile, aut quia culpabile. Si quia irremissibile, hoc falsum est. Si quia culpabile similiter fuit ignorantib. quia ignorantia iuris non excusat, ergo non videtur bene dictum. ¶ Respondeo ſm ꝙ dñs Cardi. Bonauent. recitat in 4. dist. 11. ꝙ hæc dicit, Non quia peccatum sit irremissibile apud doctos, sed quia non habet colorem excusationis si fiat ex certa scientia, sed quæ ex ignorantia faciebāt habebant excusationem, quæ tamē non excusabat à toto, sed à tanto, quia forte nō erat in eis mortale. Nec erat simpliciter ignorantia iuris, imo quodammodo dici poterat ignorantia facti, quia dominum ita fecisse nesciebant, cum non habeatur ex scriptura expresse, conijcitur tamen ex hoc, ꝙ de latere eius exiuit sanguis & aqua, vbi etiam quodammodo figurata sunt sacramenta, hæc ille, vel dicit [ꝙ nobis non potest ignosci]. i. non debet ita facile ignosci cū peccatum nostrum non haberet in se causam veniæ, cū non ex ignorantia procederet, vt dicit S. Tho. [Moniti]. s. exemplo instructi magisterio. Arch.

Quæstio. 1

Respondet.

3 *Sacerdos non potest consecrare nisi præsentem materiam & ante se positam.*
4 *Potestas ministrorum ecclesiæ ad duo ordinatur.*
5 *Intentio duplex est in sacramentis.*
6 *Sacerdos existens in domo non potest consecrare panem, qui est in altari.*
8 *Hostia quare dicatur sacramentum altaris.*



NOn oportet. Sequitur quartum capitulū huius partis, in quo magister Gratianus ex concilio 3. Carthaginensi ponit non aliud offerendum esse in sacrificio altaris præter panem & vinum aqua mistum. Et diuiditur in duas partes. In prima facit quod dictum est. In secunda assignat rationem. secunda ibi, quia. Pro huius capituli pleniori intelligentia quærenda veniunt tria.

Diuisio.

1 ¶ Primum est vtrum conueniens materia huius sacramēti sit panis & vinum.
2 ¶ Secundum vtrum requiratur determinata quantitas panis & vini ad materiam huius sacramenti, i. vnum panis & vinum possit esse materia huius sacramenti, nisi sub determinata quantitate.
7 ¶ Tertio quæritur de casu in quo maior quantitas reperitur in materia, quam sacerdos intendit, consecrare, vt pote vtrum sacerdos intendens consecrare 12. hostias & si ponantur per errorem tredecim coram eo consecret duodecim vel tredecim.

1 Ad primum sic proceditur. † Et videtur ꝙ non cōuenienter assignetur materia huius sacramenti panis & vinum. ¶ Et primo sic, hoc sacramentum perfectius debet repræsentare passionem Christi. quā sacramēta veteris legis, sed carnes animalium q erant materia sacramentorum seu sacrificiorū veteris legis expressius significāt passionem Christi, quam panis & vinum. ergo conuenientius materia huius sacramēti magis assignarentur carnes animalium, quā panis & vinum. ¶ Secundo sic. Materia sacramenti oportet competere vsui sacramenti, & significationi, sed expressius significat caro animalis alicuius carnem Christi, quam panis, quia maiorem habet conuenientiam ad ipsam & iterum magis reficit. ergo magis debet esse materia huius sacramenti caro quam panis. ¶ Tertio sacramēta infirmis ministrari debēt quia medicinæ sunt, sed vinum nō datur infirmis, ergo non debet esse materia huius sacramenti. ¶ In contrariū est tex. præsens. ¶ Respondeo dicendum quod conuenientissime ponitur materia huius sacramenti panis & vinum, quæ quidē conuenientia ex multis patet vt deducit S. Tho. in 3. parte & in quarto. Primo ex parte vsus sacramenti quæ est manducatio, sicut aqua sumitur in sacramento baptismi ad vsum spiritualis ablutionis, quia corporalis ablutio communiter fit in aqua. Ita panis & vinum quibus omnes homines reficiuntur assumuntur in hoc sacramento ad vsum spiritualis manducationis, vt sic esset hominibus familiaribus vsus huius sacramenti. Vnde Dama. quia consuetudo est hominibus panem comedere, & vinum bibere cōiugauit eis diuinitatem, & fecit ea corpus eius, & sanguinem, vt p ea quæ sunt secundum naturam in quibus vita cōseruatur ad ea quæ sunt supra naturam anima transferatur. ¶ Scdo ex effectus conformitate, quia sicut panis præ cæteris cibis corpus confortare, sustentare, & vegetare dicitur, vt in gl. 1. ad Cor. 11. & vinum cor hominis lætificare, ita viuificū hoc sacramentum & salutare animæ vitam spiritualē præ cæteris confortat, conseruat, atque iucundat. ¶ Tertio capitur conuenientia ex ipso ritu celebrationis. Mundius quippe ministrari potest, honestiusq; tractari, atque reseruari, securius hoc sacramentum sub speciebus panis & vini, quam sub aliarum rerum specie, quæ in cibum hominis assumuntur. ¶ Quarto ex similitudine ad figuram de qua Gene. 14. habetur, ꝙ Melchisedech sacerdos altissimi obtulit panem & vinum. Adimpletur ergo antiquę figurę veritas in hoc, ꝙ sub speciebus panis & vini institutum est hoc cœleste mysterium. ¶ Quinto ex significatione duplicis rei huius sacramenti, quia panis ex multis granis conficitur & vinum ex multis vuis confluit quod competit ad significandum corpus Christi verum, quod ex purissimis sanguinibus beatissimæ virginis mariæ formatum est, & mysticum, quod ex diuersis fidelibus constituitur, vt habet gl. super illo 1. Cor. 6. multi vnum corpus sumus. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam, quia licet carnes animalium occisorum expressius repræsentent Christi passionem, quam panis & vinum, tamen minus competunt ad communem vsum huius sacramenti, quæ est manducatio, & ad ecclesiasticam vnitatem seruandam, quæ est effectus huius sacramēti, & ideo magis panis & vinum ponuntur materia huius sacramenti, quam carnes animalium. ¶ Ad secundam respondetur negando minorem, quoniam caro de ratione sui nō dicit aliquod ordinatum in cibum, sed quandam rem naturæ, & ideo nō cōpetenter significaret caro animalis carnē Christi, vt est cibus fideliuni secundum ꝙ in hoc sacramēto continetur, sicut panis quia ad hoc confectus est vt sit cibus. ¶ Ad tertium dr̄ ꝙ vinum quamuis non detur infirmis, qui morbo febrili subiacent, datur tamen debilibus vt confortentur, & similiter hoc sacramentum non est dādum, his qui sunt in febre peccati, sed ad confortationem debilium, qui à peccato liberati sunt. ¶ Responderi etiam potest ad idem ſm S. Tho. in 3. parte, ꝙ ratio non procedit quia & si nocumentū timeatur prouenire infirmo ex sumptione vini, non tamē est necesse vt omnes accipiētes corpus Christi accipiant & sanguinem vt. ſ. dicetur.

Primum argum.

Scđum ar.

Tertiū arg.

Opponit & Respondet.

S. Thoma.

Damascen.

Ad primum argum.

Ad scđum

Ad tertium

S. Thom.

2 Ad secundum sic proceditur. † Et arguit ꝙ requiratur determinata quantitas panis & vini ad materiam huius sacramenti. Et primo sic. Primum ar. effectus. n. gratiæ non sunt minus ordinati quam effectus naturæ, sed sicut dr̄ in secundo de anima, omnium à natura constantium positus est terminus, & ratio magnitudinis, & augmenti, ergo multo magis in hoc sacramento, qđ est eucharistia. i. bona gratia, requiritur determinata quantitas panis & vini. ¶ Secundo sic ministris ecclesiæ non est Scđum ar. data à Christo potestas ad ea quæ pertinent ad irrisionem fidei, & sacramentorum eius, ſm illud 2. Cor. 10. secundū potestatem quam dedit mihi Deus in ædificationem, & non in destructionem sed hoc esset ad irrisionem sacramēti, si sacerdos vellet consecrare totum panem, qui vēditur in foro, & totum vinum ꝙ est in cellario, ergo hoc facere non potest. ¶ Tertio sic. In sacramentis. n. intentio requiritur conformis intentioni ecclesiæ, sed si aliquis vellet con- Tertium ar. secrare totum panem qui est in foro, & totum vinum qđ est in cellario, intentio eius non esset concors cum intentione ecclesiæ, quæ intendit consecrare ad vsum fidelium, quod etiam verba instituentis ostendunt. Accipite inquit & manducate &c. ergo requiritur determinata quantitas panis. ¶ Quarto si aliquis baptizatur in mari nō tota aqua Quartū ar maris sanctificatur per formā baptismi, sed sola illa aqua, qua corpus baptizati abluitur. ergo nec in hoc sacramento superflua quantitas panis consecratur. Sed in oppositum arguitur, multum opponitur pauco, & magnū paruo, sed

Opponit in contrarium. ...tio, sed nulla est ita parua quantitas panis & vini, quæ non possit consecrari. ergo nulla est ita magna, quæ consecrari non possit. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ vt recitat S. Thom. in 4. & in 3. parte. Quidam fuerunt qui dixerūt ꝙ sacerdos non potest consecrare panem & vinum sub quacunq; quātitate, sed sub tanta quanta potest competere ad vsum fidelium. sic. n. vt aiunt conformabitur intentio consecrantis intentioni ecclesiæ. Sed vt dicit S. Thom. hoc non videtur verum. ¶ Non. n. potest dici, ꝙ quantitas materiæ huius sacramenti sit determinata secūdum vsum fidelium, quæ in præsenti occurrit. Tum quia sic sacerdos in deserto existēs non posset conficere tot hostias quot sacerdos alicuius ciuitatis habens multos parochianos, quod falsum est. Tum quia vt arguit dominus Durandus in Christo non posset confici hoc sacramentum, vel confectum conseruari ad communicandum imposterum aliquem, quod est falsum. relinquitur ergo ꝙ quantitas materiæ determinanda sit secundum vsum qui vnquam occurrere potest, tātum ergo de pane & vino potest consecrari, quantum est sumibile ab hominibus. Ad hoc autem non est quantitas determinata, præcipue cum vnus homo possit sumere materiam sacramenti in magna & parua quantitate, ergo videtur ꝙ quantitas materiæ in qua potest confici hoc sacramentum non est determinata. ¶ Est tamen hic notandum ꝙ ista determinatio materiæ non est accipienda, nisi de materia

Respondet. S. Thomas.

Durandus.

3 quam sacerdos habet in sua præsentia, †quoniam sacerdos non potest consecrare nisi præsentem materiam & ante se positam. Alias esset falsitas in sacramento veritatis, ꝓpter pronomen demonstratiuum hoc vel hic, cum demonstratio non sit nisi rei præsentis, vnde existens in ecclesia nō potest consecrare panem, qui est in foro, nec vinum ꝙ est in cellario. ¶ Quibus habitis dicendum est ad rationes.

Ad primum argu. S. Thomas. Ad primam dicendum secundum S. Thom. ꝙ non est simile. quoniam cuiuslibet rei naturalis materia accipit determinatam quantitatem per comparationem ad formā determinatam, hoc autem sacramentū ordinatur ad vsum fidelium, qui indeterminatus est, & ideo nō est simile, vel

Durandus. dicendum iuxta dominum Durandum vbi supra, ꝙ non est simile, quia actio sacramentalis fit virtute diuina, quæ est virtutis infinitæ, & ideo non oportet ꝙ effectus eius sit determinatus ad tantam quantitatem determinatē, ꝙ nō possit in maiorem, effectum autem naturalē oportet limitari propter limitationem virtutis naturalis. ¶ Ad secundū

Ad secūm. dicendum. †ꝙ potestas ministrorum ecclesiæ ad duo ordi

4 natur. Primo quidem ad effectum proprium. secundo ad finem effectus, secundum autem non tollit primum. vnde si sacerdos intendit consecrare corpus Christi propter malum finem, puta vt derideat, vel veneficia faciat, propter intentionem mali finis peccat, nihilominus tamen propter potestatem sibi datam perficit sacramētum. ¶ Ad ter

Ad tertium tium dicendum †ꝙ in sacramentis est duplex intētio, vna

5 quæ ordinatur ad perfectionem sacramenti, & est ea, quæ est essentialis ipsi sacramento, vnde ea prætermissa non est sacramentum. Alia quæ ordinatur ad finem sacramēti vnde ea posita, vel remota, nihilominus perficitur sacramentum. Sicut si aliquis intendit baptizare aliquem vt lucrum temporale consequatur, sacramentum baptismi verū est, quia secundum primam intentionem conformatur intentioni ecclesiæ, quamuis non quantum ad secundam. Et similiter in hoc sacramento si sacerdos intenderet consecrare non ad sumendum, sed vt veneficijs vteretur, verum corpus esset, vnde si aliquis sacerdos intenderet consecrare magnam quantitatem panis, & vini, non ad vsum fidelium, sed ad irrisionem, consecratum esset, non tamen dicimus ꝙ possit consecrare totum panem qui est in vna ciuitate simpliciter, vt qui est in foro, quia ipsa forma quæ pro nomine demonstratiuo vtitur ostendit, sicut iam dictum est, quòd materiam consecrandam oportet esse co

6 ram sacerdote. †vnde sacerdos existens in domo non posset consecrare panem, qui est in altari, nec etiam potest totum panem qui est in foro. Nec totum vinum, quod est in cellario, sed quātacunque sit quantitas panis & vini qui coram sacerdote proponitur, creditur quòd potest consecra

Ad quartum ri ab ipso, vt dicit S. Tho. in 4. ¶ Ad quartum dicendum quòd non est simile de sacramēto baptismi, & eucharistiæ, quia perfectio sacramenti baptismi consistit in ipso vsu materiæ, & ideo illud tantum aqua consecratur verbo vitæ, quòd in vsum venit, perfectio autem eucharistiæ sacramenti consistit in ipsa materiæ consecratione, et vsus est consequens ad hoc sacramentum, vnde perfectio huius sacramenti non dependet ab vsu, sicut est in baptismo, & ita non est simile.

7 Ad tertium sic proceditur. †Et arguitur, quòd si sacerdos intendens cōsecrare 11. vel 12. hostias si ponātur per errorem 13. coram eo quòd nullam consecret, quia qua rōne consecrata est vna consecratæ sunt aliæ, ex quo ad nullam determinate habuit intentionem suam & oportet dicere, quòd omnes consecratæ sunt, vel nulla, sed non est dicendum quod omnes, quia intentionem suam quæ est de necessitate sacramenti non tulit nisi ad 12. ergo videtur quod nulla est consecrata. ¶ In contrarium arguitur, quia de necessitate sacramenti requiritur materia, forma, & intentio sacerdotis, quæ omnino concurrunt hic, ergo conficit vel omnes, vel saltē aliquas. ¶ Respondeo dicendum quòd vt dicit dominus Durādus in 4. quòd difficultatem in ista quæstione facit determinatio sacerdotis quo ad consecrationem numeri determinati hostiarum. Si. n. intendat consecrare totam materiam præsentem sibi, nullum dubium esset quin totum consecratum esset, licet à principio intēdisset tātum 12. hostias consecrare. Et ideo quidam dicunt, quòd aut omnes consecratæ sunt, aut nulla, & innituntur in ratione posita in arguendo. certum est. n quòd si dicatur 12. tantum sunt cōsecratæ, & illæ 12. nō possunt discerni ab illa 13. eadem. n. ratione posset incipere computum suum ab illa 13. cum illam non excluserit, & ideo probabiliter diceretur, quòd omnes consecratæ erunt, vel nulla. Sed durum esset dicere, imo falsum vt videtur, ꝙ nulla, cum saltem ad illam ꝗ manu tenet tanquam signatam direxerit intentionem suā & alias coram se præsentes habeat super quas fertur intentio eius. ergo oportet dicere quod omnes sunt consecratę. Et si dicatur, quòd ad decimā tertiā nunquam direxerit intentionem suam sacerdos, dicendum quòd licet actualis intentio sacerdotis non sit nisi de numero 12. quia errorē nescit, nec de aliquo errore cogitat, tamen quia sic est dispositus quòd si sciret vel præsumeret de aliquo errore hostiarum positarum, ferret intētionem suam super omnes, talis habitualis intentio sufficit ad consecrandum omnes. Si autem sacerdos firmasset hoc in sua intentione, quòd si esset plus de materia consecranda quam ipse intendit consecrare, puta quòd essent 13. hostiæ consecrandæ præcise nollet consecrare nisi 12. videretur tunc dicendum, quòd nisi aliquam vel aliquas signasset super quā vel super quas sua actualis intentio ferretur, sicut super illam quam tunc tenet in manu, nulla esset cōsecrata, quia deficit materia, requiritur. n. non sola præsentia materiæ sed significatio eiusdem, verbi gratia. Si sacerdos haberet mille hostias coram se, & ipse intenderet solum 12. de illis mille consecrare, licet materia esse præsens, tñ quia determinata est & nō significata nihil consecraret. Et per hoc patet rñsio ad obiecta. Lege. ¶ [Quæ in typo Christi]. i. in cōmemoratione Christi. Luc. 22. hoc quotiescunque facietis in mei memoriam facietis, vel in typo. i. in figura & significatione eorum, quæ circa Christum acta sunt in cruce. Hug. vnde sequitur [quia dum in cruce &c. hæc tria panis vinū & aqua vnum sunt in Christo]. i. vnum sacramentum Christi perficiunt, licet. n. aqua non pertineat ad substantiam huius sacramenti, vt dictum est circa capitulum. Sic in sacramētis &c. pertinent tamē ad congruitatem sacramenti, & de necessitatē præcepti admiscenda est in sacramento, vt iam

Primum ar.

Opponit in cōtrarium.

Respondet. Durandus.

Exponit literam.

Hug.

8 plene dictum est supra [hæc hostia] † hostia nominatur & oblatio hoc sacramentum, inquantum continet Christum qui est hostia & oblatio salutaris, de qua dicit apostolus ad Ephes. 5. tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Et dicitur hæc hostia in odorem suauitatis oblata, quia Deo acceptissima fuit ex nimia charitate, ex qua processit. & fuit hic modus loquendi introductus ex lege veteri, vbi accepta Deo sacrificia dicebantur odor suauitatis Deo secundum illud Genesi. octauo, odoratus est dominus odorem suauitatis, & Exo. 29. offeretis arietem totum incensum odor suauissimus victimæ domino.

2 *Panis simpliciter dictus intelligitur de tritico.*

7 *Presbyter græcus celebrans in ecclesia græcorum in pane azimo peccat.*

8 Consuetudo

8 *Consuetudo consecrandi de pane azimo quæ est apud latinos, est rationabilior.*
11 *Vinum & acetum qualiter differant.*
12 *Corruptio est duplex.*
15 *Christus in consecratione sanguinis sui miscuit aquam vino.*



IN sacramento. Sequitur capitulũ 5. eiusdem partis, in quo eadem sententia ponitur cum ea quæ in præcedenti capitulo continetur ex concilio Martini papæ. Breue est & non diuiditur. Pro huius capituli pleniori intelligentia veniunt quęrenda nouem quæ sequuntur.

2 ¶ Primo vtrum requiratur ad materiam huius sacramẽti ꝙ sit panis triticeus.
3 ¶ Secundo vtrum ex spelta, vel de farre, possit confici hoc sacramentum.
4 ¶ Tertio vtrum ex pane triticeo cui admista sunt alterius generis grana, possit hoc sacramentum confici.
5 ¶ Quarto vtrum ex pane corrupto possit confici sacramẽtum eucharistiæ.
6 ¶ Quinto vtrum hoc sacramentum debeat confici ex pane azimo.
9 ¶ Sexto vtrum materia huius sacramenti sit vinum vitis.
10 ¶ Septimo vtrum ex aceto possit confici hoc sacramentum.
13 ¶ Octauo vtrum de clareto siue vino cocto cum speciebus & melle posset confici sanguis Christi.
14 ¶ Nono vtrum de agresta sanguis Christi possit consecrari.

1 Ad primam sic proceditur. † Et videtur ꝙ panis triticeus non sit cõueniens materia huius sacramenti. Et arguitur sic primo, hoc sacramẽtum est rememoratiuum dominicæ passionis, sed magis videtur consonum ad significandum dominicam passionem panis ordeaceus, qui est durior de quo etiam turbas pauit in monte, vt dr̃ Ioann. 6. quam panis triticeus, qui est delicatus, ergo ex alio quam ex tritico panis confectus potest esse materia huius sacramenti. ¶ Secundo in omni aqua potest perfici sacramentum baptismi, vt nullus ex defectu materiæ à perceptione sacramenti fraudetur. ergo similiter omnis panis debet esse materia huius sacramenti, vt nullum inopia excuset. ¶ Tertio panis huius sacramenti materia est, quia ex multis granis confectus veritatem corporis mystici designat, sed hoc etiam inuenitur in pane de alijs frumẽtis confecto, ergo ille panis potest esse materia huius sacramenti. ¶ Respondeo dicendum quia propria materia huius sacramenti est panis triticus, quod multiplici ratione ostenditur. Primo ex institutione Christi. Nam ipse hoc pane confecisse creditur, vt habetur in concilio Carthaginensi, vt in cap. isto habetur expresse. ¶ Secundo ex effectu, quia panis triticeus melius cæteris nutrimentũ præstat, vnde Isaac in dictis particularibus ait, ꝙ panis triticeus est præcipuus cibus ad humani corporis nutrimentum, vnde propter excellentiam & nobilitatẽ sui effectus panis triticeus conuenientius significat excellentiam gratiæ, quæ in hoc sacramento confertur. ¶ Tertio ex vsu sacramenti, quia ad vsum sacramentorum sumitur materia qua communius homines vtuntur, panis autem triticeus est qui communius in vsum cibi venit. Alij autem panes non videntur esse introducti, nisi propter defectum tritici. † vnde panis simpliciter dictus intelligitur de tritico,
2 sicut oleum de oliuis, vnde maxime conuenit huic sacramento cuius vsus est in manducando vt supra dictum est. ¶ Quarto sumitur ratio ex parte rei cõtentę quæ est Christus qui se grano frumenti comparauit. Ioan. 12. vbi ait. Nisi granum frumẽti cadens in terram mortuum fuerit &c. super quo dicit Aug. Cum sint multa grana seminum nulli se Christus comparat, nisi frumento ex quo mos cepit ecclesiæ de solo hoc grano corpus Christi confici. ¶ Quinto sumitur ratio ex cõuenientia veritatis cum figura. Oĩa .n. genera panum oblatorum in lege quibus significatum fuit illud sacramentum erant de tritico, vnde Exo. 29. panes azimos & crustulam absque frumẽto, quæ aspersa sint oleo, lagana quoque azima oleo lita de simila triticea cuncta facies. ¶ Ad rationes in contrarium dicendum est. Ad primam respondetur secundum S. Tho. in 4. quòd in passione Christi non fuit aliqua duricia ex parte spiritus, qui patiebatur, sed summa benignitas. Et quia hostia panis significat & continet ipsum Christum, ideo non ita competit huic sacramento panis ordeaceus, vel alterius modi sicut panis triticeus, qui est delicatior & suauior. Præterea vt dicit Alex. de Hal. in 4. licet panis ordeaceus aliquo modo repræsentet corpus Christi verum & mysticum, nõ tamen ita expresse sicut panis triticeus, & maxime inquantũ Christus cibus est, & ideo ratio non procedit. ¶ Ad secũdam dicendum ꝙ non est similis ratio de materia baptismi & huius sacramenti, propter duo. Primo quia oĩs aqua est eiusdem speciei secundum philosophum, & ideo non differt in quacunque aqua, dummodo naturalis sit, baptismus fiat. Sed ita non omnia grana ex quibus consueuit panis confici sunt eiusdem speciei. Secundo quia sacramentũ hoc. s. eucharistiæ non est sacramentum tantę necessitatis, sicut est sacramentum baptismi. ¶ Ad tertiam dicendum, ꝙ illud quod obiectio tãgit est causa, quare ex pane fit hoc sacramentum, non autem quare ex tali pane. Sed hanc oportet superaddere sicut proprium ad commune. Cuius iam multiplex ratio assignata est in corpore quæstionis, quare &c.

(Primum argum. — Scdum ar. — Tertiũ arg. — Respondet. — Augu. — Ad primum argum. S. Thom. — Ale. de Hali. — Ad scdum — Ad tertium)

3 Ad secundum sic proceditur. † Et videtur ꝙ ex spelta vel de farre posset huiusmodi confici sacramẽtum. Et arguitur sic. figura est signũ speciei in rebus naturalibus, sed far & spelta, & quædã alia frumenta habent similem figuram grano tritici, ergo videtur ꝙ sint eiusdem speciei cum grano tritici & ideo panis ex illis materijs confectus poterit esse materia huius sacramenti. ¶ In oppositum arguitur ex superiori articulo sic. In solo pane triticeo cõficitur hoc sacramentum, ergo non in spelta vel farre cum ista à tritico specie videãtur differre. ¶ Respondeo dicendũ quòd circa hanc materiã varie loquuntur doctores. S. n. Thom. & in 4. sententiarũ & in tertia parte dicit, quòd in spelta, & in farre sicut nec in ordeo non potest confici panis, qui sit debita materia huius sacramenti. Cuius ratio est, quia ipsa videntur distingui specie à tritico, licet in aliquibus accidentibus conueniant sicut in figura & in colore. Aliquorum doctorum aliorum est opinio, quòd in farre & spelta confici potest hoc sacramentum, dicentium illa cum tritico esse eiusdẽ speciei licet differentijs aliquibus accidentibus differant, vnde Alexan. de Hal. in 4. dicit sic. Conficitur hoc sacramẽtũ in pane triticeo. Sunt autem plura genera tritici habentia solummodo differentias accidentales, vt far, spelta, & cadich, de quibus confici licet & conficitur in quibusdam terris. Quod autem ista sint eiusdem speciei probant præfacti doctores ex hoc, ꝙ dicunt sicut inducit Petrus de Palude, ꝙ compertum est in eadem terra triticum seminatũ vno anno generabat speltam, vel far, & in alio triticum, vt in territorio Leodicensi, Palmensi monte pomposiano, vt autem dicunt generans & genitum conueniunt in specie, licet differant in accidentibus aliquibus, dicit tamen dominus Durandus in 4. ꝙ hoc non est sufficiens argumẽtum identitatis specificæ. Nam aliquando seminatur triticum & crescit siligo. Albe. autem magnus dicit in 4. Absq; dubio frumentum genus est, & non est species grani, & habet sub se triticum, & speltam, vnde spelta frumẽtum est, & de ipsa potest confici corpus domini sicut de tritico, & hoc nulli dubium est. consideranti granum cum grano, & panem cum pane, sunt ergo triticum & spelta non eiusdẽ speciei, sed eiusdem generis proximi, ꝙ est frumentum, & sunt vicinæ valde species, & ideo parum distant in spicarum formatione, sed quasi nihil distant in forma grani, & colore, & sapore panis. ¶ Ad rationes dicendum tenendo opinionem S. Thom. negando minorem, ꝙ. s. spelta & far sint eiusdem speciei cum tritico, vnde ex identitate figuræ vel coloris non arguitur identitas speciei, licet arguatur conuenientia alicuius proprietatis, sicut ex similitudine figuræ, manifestatur, ꝙ canis & lupus sunt propinquę speciei, non autem eiusdem. Tenendo vero opinionẽ aliorum respondendum est ad aliud argumentum negãdo cõsequentiam, quia sicut Auicenna dicit, far & spelta de natura sunt tritici, & eiusdem speciei cum tritico, saltem illa quæ ex tritico nascuntur, hæc est autem conclusio omnium doctorum ꝙ si spelta & far sint eiusdẽ speciei cum tritico, potest ex illis confici sacramentum. Si vero non sint eiusdem speciei, non potest.

(Primum ar. — Opponit in cõtrarium. — Respondet. S. Thomas. — Ale. de Hal — Pe. de palu. — Durand. — Albe. mag. — Ad arg.)

Ad tertium

4 Ad tertium In quo quæritur. † vtrum ex pane triticeo cui admista sunt alterius generis grana possit confici hoc sacramentum. Respondetur secundum S. Thom. in 4. sententiarum ꝙ admistio extranei potest esse dupliciter, vno modo ꝙ extraneum adiúctum soluit speciem eius cui adiungitur, vel trahendo ad speciẽ suam sicut si amphorę aquæ adderet fiala vini, vel faciẽdo mediam speciem sicut quando vtraque æqualiter ponitur vt æqualitas non accipiatur tantum secundum quantitatem, sed secundum proportionem virtutis. Alio modo ita ꝙ additum non soluat speciem, sed ipsum assumatur ad speciem eius, cui additur, sicut si gutta aquæ amphoræ vini apponatur. Si ergo tanta fiat admistio extranei ꝙ soluatur species panis triticei, non poterit confici ex pane illo, si autem adeo parua sit admistio, ꝙ species panis triticei manet, & ad id quod additur ad naturam tritici conuertatur, potest exinde confici sacramentum. Huius autem signum accipi potest ex accidentibus. s. colore, sapore, & huiusmodi, quia accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est secundum philosophum primo de animá.

Respondet. S. Tho.

5 Ad quartum in quo quæritur. † vtrum ex pane triticeo potest confici sacramentũ eucharistiæ. Respondetur secundum S. Tho. vbi supra, ꝙ si tanta sit corruptio ꝙ species panis non manet, tunc non potest ex ea confici. Si autem specie manente sit aliqua dispositio ad corruptionem potest exinde confici, licet grauiter peccet conficiens ex tali scienter propter irreuerentiam sacramenti. Et quòd species manet, cognoscitur ex hoc, ꝙ continuitas non est soluta nec alia accidentia omnino ablata. Et quia amidum ex farina fit triticea, quæ quidem per attritionem & excolationẽ & vaporis admistionem videtur speciem farinæ amisisse, vel ad corruptionẽ omnino esse dispositum, ideo ex eo non debet confici ẽm quosdam. Quidam autem dicunt ꝙ amidum cum sit crudum, non potest esse materia huius sacramenti, sicut nec pasta, sed si coquatur potest exinde confici, quia amidũ fit ex farina maxime depurata.

Respondet. S. Thoma.

6 Ad quintum In quo quæritur. † vtrum hoc sacramentum debeat cõfici ex pane azimo. ¶ Respondetur iuxta S. Thom. in tertia parte, ꝙ circa materiam huius sacramenti eucharistiæ duo possunt considerari. s. quid sit necessarium, & quid conueniens, necessarium siquidem est vt sit panis triticeus, vt dictum est, sine quo non perficitur sacramentum, non est autem de necessitate sacramenti, ꝙ sit azimus, vel fermentatus, quia in vtroque confici potest. Conueniens. n. est, vt vnusquisque seruet ritum suæ ecclesiæ in celebratione sacramenti. sup hoc autem sunt diuersæ ecclesiarum consuetudines, dicit. n. beatus Grego. in registro. Ecclesia offert azimos panes, eo ꝙ dominus sine vlla commistione suscepit carnem, sed certe. i. aliquæ ecclesiæ offerunt fermentatum, pro eo ꝙ verbum patris indutum est carne, sicut etiam fermentum admiscetur farinæ, vnde sicut peccat sacerdos in ecclesia latinorum celebrans in pane fermentato, vnde extra de eccle si. miss. per literas punitur sacerdos, qui in fermentato
7 missarum solennia celebrare præsumpsit. † Ita peccat presbyter græcus in ecclesia grecorum celebrans in azimo pa
8 ne, quasi ecclesiæ suæ ritum peruertens. † Est tamen aduertendum, ꝙ consuetudo de pane azimo quæ est apud latinos rationabilior est propter multa. Primo quidem propter institutionem Christi, qui hoc sacramẽtum instituit primo die azimorum, vt habetur Matth. 26. Mar. 9. & Lu. 22. ¶ Secundo quia panis est proprie sacramentum corporis Christi, ꝙ sine corruptione conceptum est magis quã Deitatis ipsius. ¶ Tertio quia hoc magis competit synceritati fidelium, quæ requiritur ad vsum huius sacramenti secũdum 1. ad Cor. 5. pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur in azimis synceritatis & veritatis. ¶ Quarto rationabilior est ritus consecrationis in azimis, quia est ritus ecclesiæ romanæ, que ex institutione apostolorum videtur suum ritum accepisse, quod est maximũ argumentum ad propositum confirmandum cõtra græcos, vnde Inno. Id solum sufficit latinis contra græcos ꝙ constantinopolitanam ecclesiam multarum hæresum corruptio fermentauit, vt non solum hæreticos verum etiã hæresiarchas produceret, romanam autem ecclesiam supra apostolicæ fidei petram stabili soliditate fundatam, nulla

Respondet. S. Thomas.

Greg.

prorsus hæreticæ prauitatis procella potuit conquassare, sed illud semper integra fide seruauit, quod ab ipsis apostolis accepit, qui eam prẽsentialiter sacris instruxere doctrinis, & ecclesiastici ritus regulam docuerunt. Ab ipsis ergo beatis apostolis Petro & Paulo quos & viuos habuit, & defunctos custodit, hunc sacrificij ritum accepit, quem hactenus inuiolabili fide seruauit. Consuetudo tamẽ græcorum, vt dicit S. Thom. in parte 3. habet aliquam rationem & significationem quam tangit Grego. eo. s. ꝙ verbum patris vnitum est carni. Et in detestationem hæresis Nazareorum qui legalia euangelio miscebant concordat dominus Albertus.

S. Thomas.

Albertus.

9 Ad sextum Sic proceditur. † Et videtur ꝙ materia huius sacramenti non sit vinum vitis. ¶ Primo sic. Sicut aqua est materia baptismi, sic vinum est materia huius sacramenti, sed in qualibet aqua potest fieri baptismus, ergo in quolibet vino puta malorum granatorum, vel merorum & huiusmodi potest confici hoc sacramentum. ¶ Secundo arguitur sic. In aliquibus terris non sunt vites, nec de facili ad eos vinum portari potest, ergo debuit à diuina prouidentia prouideri, vt aliquis aliꝰ liquor loco vini possit assumi. ¶ In oppositum arguitur sic. Sicut dominus se comparauit grano frumenti. Ioann. 12. Ita comparauit se viti Ioan. 15. Ego sum vitis vera, ergo sicut in hoc sacramento non debet assumi nisi panis de tritico, ita nec vinum nisi de vite. Item idem habetur ex c. præsenti vbi dicitur. In sacramento corporis &c. ¶ Respõdeo dicendum, ꝙ ex solo vino vitis potest confici hoc sacramentum, pro quo inducuntur tres rationes à S. Tho. in 3. parte propter institutionem videlicet Christi, qui in vino vitis hoc sacramentum instituit vt patet ex eo ꝙ ipse dicit Luc. 22. circa institutionem huius sacramenti, amodo non bibã de hoc genimine vitis &c. ¶ Secundo ad materiam sacramentorum assumendum est, id quod proprie & communiter habet talem speciem. tale. n. magis deseruit significationi sacramenti. proprie autem vinum dicitur quod de vite sumitur. Alij autem liquores vinum dicuntur secundum quandam similitudinem ad vinum vitis. ¶ Tertio quia vinum vitis magis competit ad effectum huius sacramenti, qui est spiritualis lætitia, vnde scriptum est in psal. 103. quod vinum lætificat cor hominis. Et Ecclesi. 31. vinum in iocunditate creatum est. Et in eodem exultatio est animæ & corporis vinum moderate potatum. Concordant omnes doctores theologi. ¶ Ad rationes in contrarium dicendum. Ad primam quod nõ est simile, quia omnis aqua est eiusdem speciei, sed non est sic de vino, vnde alij liquores non dicuntur proprie vinum, sed secũdum aliquam similitudinem ad verum vinum vt dictum est. ¶ Ad secundam dicendum, quòd non est aliqua terra, ad quam nõ possit tantum de vino portari, quantum sufficit ad celebrandum, vnde ratio illa non cogit.

Primum ar.

Scd̃m argũ.

Opponit in cõtrarium.

Respondet.

S. Thomas.

Ad primũ argu.

Ad scd̃um.

10 Ad septimum Sic proceditur, † Et videtur ꝙ de aceto possit confici hoc sacramẽtum sic, quia acetum est quædam species vini, vnde Isidorus distinguẽs species vini ponit acetũ inter alias species dicens, quòd acetum est vinum acutum, sed de omni specie potest confici, ergo. &c. ¶ In oppositum arguitur ex eo, quòd Innocen. dicit quòd vinum huic sacramento competit, quia cor bibentis & dilatat & exhilarat, sed non facit acetum, ergo ex aceto non potest consecrari sanguis Christi. ¶ Respondeo dicendum quòd ex aceto non potest cõfici sacramentum hoc, tum quia hoc sacramentum debet esse in mẽsa eucharistiæ quod aliquo mõ est genus potus gustui fauorabilis, hoc autem non est acetum, vt de se patet, ergo in hoc sacramento in quo datur sanguis Christi in specie potus. Ioann. 6. Sanguis meus vere est potus, acetum non potest venire materia sacramenti. ¶ Secundo sic. acetum est vinum corruptum, sed quod est corruptũ non est eiusdem speciei cuius est ante corruptionem, dr̃ ergo ẽm S. Th. in 4. quòd si vinum omnino factum est acetum, de eo non potest confici, quia tunc iam non est vinũ. † diffe
11 runt. n. vinum & acetum sicut viuum & mortuum, vt dicit Arist. 8. metaphysicę, sed si non sit perfecte corruptum sed sit acidum quasi in via acidendi est idem iudicium, qđ de pane quod est in via ad corruptionem, vnde sicut de pane illo potest confici, tamen peccat conficiens propter reuerentiam sacramenti, ita & de vino acido potest confici sacramẽtum, vnde Inno. licet diligenti studio vinum opti

mum

Primum ar. Isidorus.

Opponit in cõtrarium.

Respondet.

mum sit querendum, vt in sacrificium offeratur, vitium tamen vini non maculat mundiciam sacramenti, quo circa siue nouum vinum quod dr̃ mustum, siue acidũ quod appellatur acetum in sacrificium offeratur sacramentum conficitur, & diuinitus consecratur. Concordat Alexan. & Albe. distinguens in 4. cum dicitur quod vinum corruptũ
12 non est eiusdem speciei. † quòd duplex est corruptio quædam qua tollitur optimum ipsius corrupti, & non esse simpliciter, vtpote in vino acido est etiam quædã corruptio qua tollitur esse simpliciter sine esse speciei. Prima corruptio non tollit potentiam consecrandi. Secunda vero sic. ¶ Ad argumentum in contrarium dicit S. Th. quòd Isido. accepit largo modo vinum pro omni liquore qui ex vuis siue vineis ortum habet.

Alexander. Albertus. Hugu.

13 **Ad octauum** In quo queritur, vtrum de clareto siue vino cocto cum speciebus & melle potest consecrari sanguis Christi. Respondetur ẽm Petrum de palude in 4. quòd si propter virtutem specierũ & mellis admisti species mutata est, confici non põt, alias sic, sed non debet quia sola admistio aquæ & non alterius liquoris fieri debet, vt in litera præsenti habetur per multa capitula.

Respondet. Pet. de Pal.

14 **Ad nonum** In quo quæritur, † vtrum de agresta sanguis Christi possit consecrari. Respondetur secundum S. Th. in 4. & in 3. parte quòd non. Ratio quia licet agresta sit in via generationis respectu vini, nondum tamen est vinum, nihil enim recipit speciem nisi in termino generationis, quare de agresta non potest confici sanguis Christi. Concordat Albertus magnus & Alexander de Hal. ita. d. Sanguis Christi non potest confici de agresta, agresta. n. non est vinum, nec est eiusdem speciei cum eo, formaliter loquendo, sicut nec pasta cum pane. Ad esse vini requiritur quòd liquor vini sit digestus, vt. n. habetur ab Isaac vinum odoriferum liquorem habet pœnitusq; digestum, liquor autem agrestæ est indigestus, hæ autem proprietates digestum & indigestũ & alię quãplures quibus distinguitur agresta & vinum attestantur diuersitatem specierum, quibus differunt. Cõcordat Alb. in 4. Leg. ¶ [Tradidit]. s. offerendum. Et est argumentum
15 † quòd Christus in cõsecratione sanguinis sui miscui aquã vino ar. s. e. di. scripturam. [Hu. in sacrificijs conficiendis.] Nominatur autem sacramentum in plurali sacrificia, sicut. s. dictum est propter pluralitatem materiæ, siue specierũ sub quibus conficitur, vnde sicut materialiter eucharistia dicitur plura sacramenta, ita & sacrificia.

Respondet. S. Thomas. Alber. mag. Alex. de Hal. Exponit literam.



**Didicimus.** Sequitur 6. c. eiusdem partis, in quo reprobat quorũdam opinionem qui vuas integras benedicebant benedictione sacramẽtali sanguinis, & simul cum corpore Christi populo distribuebant, quod sancta synodus prohibet. Et hoc rationabiliter, vt inquit S. Thom. in 3. parte, vuæ non debent integre misceri in hoc sacramento, quia iam esset ibi aliquid præter vinum quod est contra omnia præcedentia capitula, in quibus habetur ꝙ in sacramento corporis & sanguinis domini nihil amplius offeratur, quam quod ipsemet dominus tradidit, vtrum autem de musto possit sanguis Christi consecrari in sequenti capitulo habebitur & ideo nihil amplius hic dr̃. Leg. ¶ [Sacrificio oblationis]. i. eucharistiæ. [vuas integras] nõ expressas quod si fieret ante consecrationem vinum inde expressum licite cõsecrarẽ vt. j. c. proximo. Cum omne Hu. [In remissionẽ peccatorum.] Est. n. hostia pro peccatis nostris, vt. j. c. semel & c. in Christo. e. di. [Benedictas.] Non benedictione speciali, & appropriata eucharistiæ, sed benedictione vulgaria, qua talia solent benedici e. di. panis & calix quomodo solet benedici vt dicit gl. in festo beati Sixti Papæ.

S. Thom. Exponit literam.

4 *Vappa quid dicatur.*
5 *Sacrificium altaris quare offeratur.*
6 *Bucella quam Christus dedit Iudæ quam fuit corpus Christi.*
7 *Vini defecatio non pertinet ad necessitatem sacramenti.*



**Cum omne.** Sequitur c. 7. eiusdem partis, in quo Iulius papa quosdam errantes in sacraficij huius oblatione reprehendit. Quidam. n. lac pro vino offerebant. Alij intinctam hostiam populo distribuebant. Alij botrum integrum sacrificabant, & postea expressum in calice populo dabant. Alij pannũ lineum tinctum musto per totum annum reseruantes aqua partem eius lauabant, & sic offerebant. Et diuidit hoc c. in duas partes. In prima ponit prius istos errores quatuor, in secunda postea per ordinem destruit & remouet omnes tales errores, asserens nihil aliud esse offerendum in sacrificio altaris, nisi panem & vinum aqua mistum. 2. ibi. Quorum quam sit. Pro intelligentia præsentis capituli quæruntur tria.

Diuisio.

1 ¶ Primo vtrum rationabiliter repræhendantur ea quæ in hoc capitulo reprehenduntur.
2 ¶ Secundo vtrum de musto possit confici sanguinis Christi.
3 Tertio vtrum de vineta possit confici hoc sacramentum.

1 **Ad primum** sic proceditur. † Et arguitur primo Christus in hoc sacramento continetur vt cibus paruulorum, sed paruulis datur in cibum lac, ergo rationabiliter videtur lac offerendum esse in hoc sacramento. ¶ Secundo Christus legitur intinctam bucellam porrexisse discipulo suo Iudę vt habetur Io. 13. sed bucella illa intincta videtur fuisse corpus Christi ex capitulo sicut iudas. j. c. dist. ergo non videtur hoc debere repręhendi. ¶ Tertio de musto potest confici sanguis Christi, vt videtur haberi ex præsenti capitulo, ergo non videtur ponendum esse inter errores, quod quis de vuis expræssum offerat in sacrificio altaris. ¶ In oppositum. Est authoritas præsentis canonis. ¶ Respondeo dicendum vt nota S. Th. in 3. parte, & hic in præsenti textu aperte monstratur, multipliciter circa materiam huius sacramenti. aliqui errauerunt. Quidam. n. qui dicuntur Antodinite, vt Aug. dicit in lib. de hæresibus, offerunt panem & caseum dicentes à primis hominibus oblationes de fructibus terræ & ouiũ fuisse celebratas. Alij vero vt in præsenti textu habetur lac ꝓ vino offerebant. Alij vero. s. Cathaphrygæ & Petuciani de infantis sanguine, quẽ de toto corpore minutis punctionum vulneribus extorquent quasi eucharistiam suam conficere perhibẽtur miscendo eum farinæ panem inde faciẽtes. Quidam vero qui Aquarij dicuntur aquam solam sub specie sobrietatis in hoc sacramato offerunt. Alij vero nõ credentes sub vtraque specie Christum contineri, & ita in hostia consecrata non contineri sanguinem Christi dabãt bucellam intinctam, siue hostiam consecratam intinctam sanguini pro complemento communionis, vt tangitur in litera. Præterea quidam eodem errore detenti pannum lineum tinctum musto per totum annum seruãtes, partem eius aqua lauabant, & sic offerebant quotidie. Alij botrũ integrum sacrificabant, & postea expressum in calice populo offerebant. Omnes autem hi errores & similes excluduntur apertissime per hoc, quod Christus sub specie panis & vini instituit hoc sacramentum, sicut patet Matt. 26. & ita tantum panẽ & vinum aqua permistum voluit esse materiam huius sacramenti, & non caseum, aut lac, aut sanguinem. Cæterum cum Christus nihil in calice nisi vinum aqua permistum, temerarium est botrum vuæ integrum in calice benedicere. Amplius etiam grauiter errare perhibẽtur, qui pannum lineum tinctum musto seruãt, quia cum ꝙ id tali pãno tincto distillat cum aqua lauatur, non fit nisi aqua, licet aliqualiter rubicunda, manifestum est illos non vinum sed aquam offerre, & ita circa substantiam huius sacramenti errare. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur ꝙ quamuis cibus iste spiritualis, seu sacramẽtalis sit cibus paruulorum per humilitatem, est tamen grãdium fide. vnde Augustinus dictum est. Cibus sum grandium, cresce & manducabis me, & ideo non conuenit vt sub specie lactis sumatur sed magis sub specie panis. ¶ Ad secundam dr̃, quod bucella illa intincta quæ legitur data à Christo Iudæ non fuit corpus eius vt manifeste habet gl. Ioann. 13. nec oppositum habetur ex capitulo sicut Iudas vt ibidem videbitur. ¶ Ad tertiam respondetur quod non prohibetur hic de vino de vuis expresso confici sacramentum, sed ꝙ botrus vuarum integer in calice consecretur, & ita ratio non procedit.

Primum ar. Secundum argu. Tertiũ ar. Opponit & Respondet. Ad primum argu. Ad secundũ Ad tertium

2 **Ad secundum** In quo quæritur. † vtrum de musto potest confici sanguis Christi. Respondetur ꝙ sic necessitate vrgente, vt patet ex cap. pręsenti. Et hoc expresse ponit Inno. Cuius ratio secundũ S. Thom. in 4. & in 3. parte est, quia mustum iam ad completam speciem vini venit, dulcedo. n. eius attestatur digestioni.

Respondet. S. Thomas.

stioni, quæ est completio à calore naturali, vt dr in 4. metheororum, propter tamen impuritatem eius vt dicit Iulianus papa non est de musto conficiendum nisi necessitas emergat, ꝙ aliud vinum non adesset.

3 Ad tertium In quo quæritur, † vtrum de vinea possit confici hoc sacramentum quę vino expresso de torculati superposita aqua exprimitur q̃ liquor est habens colorem vini & aliquem saporẽ. Respõdeo dicendum ꝙ non secundum Petrum de palu. in 4. Cuius ratio est non quia est vinum purum, sed propter aquã nimiam quandoque reducitur ad speciem aquæ, vel si nõ nimia saltem in tanta quãtitate superponitur, ꝙ ad tertiã speciem trahitur, & ideo in ea confici nõ potest. Similiter si super feces vegetis aqua proijciatur eo modo non est vinum propter eandem rationem, licet colorem, & aliquẽ saporem retineat, vnde etiam Albertus magnus in libr. de missa dicit, ꝙ in vappa non potest fieri confectio sacramẽ

Respondet. Pe. de palu.

Albe mag.

4 ti. † Vappa. n. est aqua fusa super armos vuarum, postquam est pressum quæ aqua aliquantulum habet de vini acumine, & bibitur à pauperibus, & tamen non est vinum. hæc Alber. & aqua rubefacta ex panno rubeo immisso minus potest confici, quare huiusmodi consuetudinem rationabiliter detestatur Iulius papa in præsenti cap. Lege. ¶ [Cũ omne crimẽ]. s. mortale [atque peccatum]. s. veniale [oblatis Deo sacrificijs deleatur.]

Exponit literam.

5 † Ad hoc. n. offertur hoc sacrificium, vt per ipsum peccata deleantur vt. j. c. species, & c. iterare, & c. qd sit, vnde in collecta dr. Sit hoc sacramentũ ablutio scelerum, hoc plane sacrificium vt ait S. Tho. si sm se consideretur virtutem habet ad remittendum quæcunque peccata ex passione Christi qui fons est & causa remissionis peccatorum [lac] hic enumerat errores [simul pro complemento]. i. vt communio integra & perfecta fiat ꝙ ipsa non credebant nisi vtraque species sumeretur. Hug. [expressum] secundum quosdam in litera debet esse non expressum. Arch. Si expressum ponitur tripliciter potest intelligi. Primo sic. [expressum]. i. degrandinatum botrum in calice consecrabant. n. vuas integras vt dictum est & sic docebant ipsa. Secundo sic. Expressum vinum de botro post consecrationem. s. & tunc vite sanguis sumebatur, & hoc modo nullo modo licet. Tertio potest intelligi sic expressum scilicet de botro ante consecrationem, & licet in casu necessitatis hoc liceret vt infrà dicitur, tamen quia tales non apponebant aquam, sed solum vinum offerebant, veniunt merito redarguendi, iuxta capitula antepo sita in sacramentorum in capitu. sicut, & in capitu. scriptura. [Quod quantum sit] 2. pars. Ad omnia prędicta respicit hoc. s. vt sit vltimum ꝙ est de lotione panni tincti in musto prohibeatur sicut & reliqua. Tũ quia de se est illicitũ, quia cum tales solam aquam offerebant contra veritatem euangelicam, sustinebant vt dictum est. Tum quia si non esset illicitum inter alia reprehensibilia & illicita non cõtineretur. Tum omnia quæ simul in prohibitione veniũt simili forma intelliguntur prohibita arg. 7. q. 1. denique, vbi addendo & 22. q. 7. apostolus. ff. de ver. ob. titia. ff. de iu. & fac. igno. §. vl. [Euangelistæ.] Matth. 26. [Apostolicę] 1. Cor. 12. [fonte]. i. exemplo ipsius Christi. [Cũ. n. magister] hic extirpat primum errorem [veritatem]. s. Mar. 14. [Calicem] cum vino aqua mistum vt. s. eo. in sacramento [Illud vero] hic extirpat secundum errorem. Sed contra istam reprehensionem videtur esse illud, quod habetur ex concilio Turonico, vbi dr, ꝙ omnis presbyter debet habere vas tanto sacramento dignum, vbi corpus domini diligenter recondatur, ad viaticum recedentibus de seculo, quæ sacra oblatio intincta debet esse in sanguine Christi, vt veraciter possit presbyter dicere infirmo Corpus & sanguis domini nostri Iesu Christi proficiat & c. vt habetur in Brochardo libr. 5. ver. omnis presbyter. Ad hoc respondetur secundum Hu. ꝙ illud est abrogatum ex toto, & maxime quia prædicta hæresis videlicet ꝙ totus Christus non contineatur sub vtraq; specie ibi videtur implicari. [Seorsum commendatur] sicut patet in locis supradictis Matt. 27. & Luc. 22. & 1. Cor. 11. ubi habetur argumentum manifestũ ꝙ separatim consecratur corpus Christi, & separatim sanguis, vt patet ex ipsa diuersitate formarum cõsecratarum, cum dr supra panem, hoc est corpus meum, & supra calicem, hic est calix & c. Quod autem non se expectent ipsæ formæ in operando dr. j. circa capitulum. Quod corpus

S. Thomas.

Hugu.

Opponit in cõtrarium.


Respondet. Hugu.

6 [intinctum panem]. i. † intinctam panis bucellam. Nec hoc fuit corpus Christi sed tantum panis. Corpus. n. & sanguinem suum prius dederat Iudæ cum alijs discipulis, vt habetur in c. Christus 1. q. 1. intincta autem bucella panis data est tantum Iudæ, per quod notata est fictio Iudæ, quia sicut panis intinctus saporem habet in superficie alium, q̃ habet interius, ita Iudas exterius simulabat se Christi discipulum, cum tamen interius eius esset proditor, quia ergo intinctio panis significat fictionem Iudæ, qui tanquã fictus amicus venit ad cænam, statutum est ꝙ eucharistia nulli detur intincta, in signum ꝙ nullus fictus & sordidatus accedere debet ad hanc cenam sacratissimam. prohibetur etiam hostia intincta dari pro hæresi tollenda, quæ dogmatizabat Christum esse totum sub illis duabus speciebus simul, panis. s. & vini, ita ꝙ sub neutra totus. Nam si quis corpus Christi per se sumeret dicebant illi hæretici eum non sumere sanguinem, & si per se sumeret sanguinẽ, dicebant eum non sumere corpus Christi, vt ergo illa duo simul sumerentur, intinctam hostiam in sanguinem populo porrigebant, pro hac ergo hæresi tollenda statutum est, ꝙ intincta eucharistia populo non ministretur. De errore autem Boemorum qui temporibus nostris insurrexit de necessitate communicãdi sub vtraque fieri duplici specie, infra circa capitulum, Comperimus aliquid dicetur [ostenderes]. s. Ioann. cum. n. Christus dixisset vno ex vobis me tradet. Petrus innuit Ioanni, vt quæreret à Christo quis ille esset, qui traditurus erat eum, ꝙ & Ioannes fecit & tunc Christus ille submissa voce ait. Ille est cui intinctum punẽ porrexero Ioan. 13. [Nam quod] hic extirpat tertium errorem [expresso] post consecrationem vel [expresso] ante consecrationem, aqua non apposita comprimebatur & dabatur populo, quorum vtrunque erit inconueniens, licet primum incõuenientius esset, quoniam vbi necessitas vrget botrus exprimi potest ante consecrationem, non tamen post, & aqua permisceri & perficietur sacramen

7 tum ar. † ꝙ vini defecatio licet ad honestatẽ pertineat sacramenti non tamen ad necessitatem [adunatur]. i. adunatus esse significatur [copulatur]. i. copulata fide & charitate esse monstratur [Sic miscetur] a . i. mista esse debent [vt mistio illa non possit separari]. i. non debet quia vnum sine altero non est offerendum. Cuius ratio sequitur. [Nam si & c. sine nobis]. i. nobis non profuisse ostenditur quod falsum est, per sanguinem. n. Christi redempti sumus 1. Petri 1. [Non corruptibilibus] auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternę traditionis sed pretioso sanguine agni immaculati & incõtaminati Christi, hoc etiam expositũ, est supra. e. dist. in c. sicut, & vbi dr ibi [[sine Christo] dr hic sine nobis, & est idem sensus [incipit esse sine Christo]. i. ostenditur Christi sanguine non esse redempta Hu. [Botrus]. i. vinum expressum, & est prosecutio reprobationis tertij erroris. [Salutis]. i. redẽptionis factæ per Christum. reprobatio autem quarti erroris implicite vt aliqui dicunt tangitur in ver. & ideo. Sed nobis videtur, ꝙ hic simul reprobentur tertius & quartus error, vnde sequitur [non. n. põt esse calix domini sola aqua] in quo aperte reprobãtur duo errores. s. eorum qui solam puram aquam in sacrificio domini offerebant de quibus, 24. q. 3. quidam aquam, & error eorum, quia quamquam lauabãt pannus intinctus musto offerebant, qui erat quartus error in litera assignatus. Isti. n solam aquam licet rubicundam offerentes non conficiunt, sicut nec primi. Sequitur [nec potest esse vinum solum]. i. non debet. Ratio autem diuersitatis expositionis verbi [potest] cum dicitur, ꝙ nõ potest calix domini esse sola aqua, & cum dicitur nõ potest esse vinum solum assignata est. s. e. di. in c. sicut.

a ¶ Sic miscet. Vinũ ꝓfusionis admistum sãguini an efficiat sanguis vide Pe de An. in c ex parte. de cele. miss. nu. 3.

2 *Sacramentum vnum dicitur dignius alio quinque modis.*
5 *Eucharistia quid dicatur.*
6 *Assuerus interpretatur beatus.*
7 *Corpus Christi quare dicatur cibus.*
*Et quare viaticum nu. 8. Et quare sacramentum nu. 9. Et quare hostia nu. 10.*
*Et quare mysterium c. pacem. nume. 4.*



Nihil in sacrificijs & c. Incipit 2. pars huius distinctionis in qua postquã magister Gratianus de materia huius sacramenti perducit. Ab hinc incipiens tractare de reuerentia suscipientis sacramentum eucharistiæ, præmittit in hoc capitulo

pitulo de excellentia huius sacramenti dicens. Nihil in sacrificijs maius esse potest. Et diuiditur in duas partes. In prima dicit ꝙ nihil hoc sacramento in sacrificijs maius esse potest. Secundo elicit ex hoc, ꝙ summa veneratione colendum sit ibi, quæ pura. Circa primam partem dicit. Nihil &c. verum quia per sacrificia aliqui exponunt ipsa sacramenta. Alij vero oblationes, siue holocausta, Deo oblata esse leguntur. Ideo pro pleniori intelligentia huius capituli. Hic quæruntur tria.

Diuisio.

1 ¶ Primo vtrum sacramentum eucharistiæ sit potius siue maius ceteris sacrificijs.

3 ¶ Secundum an sit excellentius cæteris sacrificijs.

4 ¶ Tertio vtrum hoc sacramentum conuenienter pluribus nominibus nominetur puta, eucharistia, sacramentum, sacrificium, hostia &c.

1 Ad primum sic proceditur. † videtur ꝙ hoc sacramentum eucharistiæ non sit potissimum inter sacramenta. bonum. n. commune potius est quam bonum vnius, vt dr. 1. Ethic. matrimonium ordinatur ad bonum commune speciei humanæ per viam generationis. Sacramentum autem eucharistiæ ordinatur ad bonum proprium sumentis. ergo non est potissimum sacramentorum. ¶ Præterea digniora sacramenta esse videntur quæ per maiorē ministrum conferuntur, sed sacramenta confirmationis & sacramentum ordinis non conferuntur, nisi per episcopum, qui est maior minister quam simplex minister, qui est sacerdos, per quem confertur eucharistiæ sacramentum, ergo illa sacramēta sunt potiora quā to maiorem virtutem habent, sed quædam sacramēta imprimunt characterem, vt baptismus, confirmatio, & ordo, quod non facit eucharistia, ergo illa sacramenta sunt potiora. ¶ Præterea illud videtur esse potius ex quo alia dependent, & non econuerso, sed ex baptismo dependet eucharistia. Non enim potest aliquis eucharistiam accipere nisi fuerit baptizatus. ergo baptismus est potior eucharistia. ¶ In oppositum est litera præsens vbi inquit Alexander papa quintus. Nihil in sacrificijs maius esse potest, quam corpus & sanguis Christi in sacrificijs. i. inter sacramenta ecclesiastica, vt exponit Lau. Hu. & Arc. ¶ Respondeo dicendum ꝙ hoc sacramentum eucharistiæ simpliciter maius est omnibus alijs sacramentis, quod multiplici ratione ostenditur. Primo quidem excellentia & nobilitate rerum contentarum in eo. continet. n. in se nobiliora in omni genere entis, & illud quod est nobilissimum in fine nobilitatis. Continet autem Christum in quo tres substantiæ concurrunt. s. caro, anima rationalis, & deitas. Corpus autem Christi de purissimis sacratissimę virginis sanguinibus spiritus sancti manibus formatum atque ipsi deitati cō iunctum omni corpore nobilius ē atq; perfectius. Anima vero Christi diuinis splendoribus candidata, omni sapientia & virtute plenissima, vtputa cui non est datus in donis & virtutibus spiritus ad mensuram. Io. 6. omnem intellectualem creaturam nobilitate transcendit, & perfectione, deitas vero fons & origo omnis boni, quæ ex inseparabili vnione ad naturam assumptam in hoc sacramento veraciter ex cōcomitantia continetur in infinitum nobilitate & perfectione rebus supereminet vniuersis, de quo propheta in psal. 144. Magnus dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis. ¶ Secundo excellentia huius sacramenti super alia sacramenta colligitur ex plenitudine sanctitatis. Continetur autem in hoc sacramento realiter ipse Christus sanctus sanctorum, vtpote in quo iuxta apostolum habitat plenitudo diuinitatis corporaliter. i. veraciter. ad Colo. 2. In alijs autem sacramentis continetur quædam virtus sanctificatiua instrumentalis deriuata à Christo. Cum autem semper quod est per essentiam tale potius sit eo, quod est tale per participationem manifeste patet hoc sacrificium potissimum esse omnium sacramētorū. ¶ Tertio hoc apparet ex ordine sacramentorum adinuicem. Nam omnia sacramenta videntur ordinari ad hoc sacramentum tanquam ad finem, vt dicit S. Tho. in 3. parte q. 55. ar. 3. Hinc beatus Diony. c. 3. ecclesiasticæ hierarchiæ dicit ꝙ non conuenit aliquem perfici perfectione hierarchica, nisi per diuinissimā eucharistiam. ¶ Quarto excellentia nobilitatis huius sacramenti super alia apparet ex ritu ipsorum sacramentorum. Nam fere omnia sacramenta consummantur in eucharistia vt dicit Dyon. 3. c. ecclesiasticæ hierarchiæ, sicut patet ꝙ ordinati cōmunicant & etiam baptizati si sint adulti. ¶ Quinto hoc apparet ex singularitate & sublimitate miraculorum quibus splendet hoc sacramentum præ cæteris. Tātis. n. & tot hoc admirabile sacramentum fulget miraculis, vt humana intelligentia omnino obtundatur, tanto splendore maiestatis deficiunt omnes sensus in eo. Tactus quidem in contractione, in contemplatione visus, in sapore gustus, olfactus in odore, solus quidem auditus fide Christi instructus percipit veritatem, vnde huius sacramenti miraculorum sublimitate sancta ecclesia admiratione suspēsa in eiusdem sacramenti solennitatis officio ita ait, de quo etiam in cle. de reli. & vene. san. Quid hoc sacramento mirabilius esse potest. In ipso namque panis & vinum in corpus & sanguinem substantialiter conuertuntur, & Christus Deus & homo sub modici panis specie continetur. Manducatur vtique à fidelibus, sed minime laceratur quinimo diuiso sacramento integer sub qualibet diuisionis particula perseuerat. Accidentia in eodem sine subiecto consistunt. O miraculum inquit Basilius. O omnipotentia. O Dei circa nos misericordia, qui sursum sedet ad dexteram, sacrificij tempore manibus hominum continetur. ¶ Sexto excellentia huius sacramenti colligitur ex conditione fontanę gratię & virtutum quas in se continet. Cōtinetur quidem in hoc sacramento omnium gratiarum fontalis origo, mare virtutum, & omnium bonorum profluxus, hic. n. est fons copiæ omnia per gratiā irrigans, de quo dr Cant. 3. fons hortorum puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de libano. libanus candidus noster est Christus, ex quo impetu fluunt riui gratiarum. Quare beatus Ambrosius de hoc sacramento loquens ita ait, hoc sacramentum præstantissimum est, in quo est diuinitatis præsentia, mundi redemptio peccatorum remissio, gratiarum diuisio & virtutum omnium congregatio. ¶ Septimo preeminentia huius sacramenti colligitur ex magnitudine vtilitatis eius. est. n. vtile viuentibus in præsenti seculo, existentibus in purgatorio, regnantibus etiam in cęlo profuit ad cumulum gaudiorum. Præterea notandum ꝙ vt inquit S. Tho. in 4. dist.

2 7. † quinque modis vnum sacramentum dr dignius alio, quorum tres tangit Hu. in gl. in præsenti litera, & quatuor in gloss. dist. 95. in c. ecce, vno modo quo ad rem sacramēti, siue quo ad effectum eius, & sic baptismus qui delet omnem culpam & aufert omnem pœnam est maximum sacramētorum. ¶ Alio modo quantum ad id quod continetur in sacramento, & sic eucharistia est nobilissimū sacrm in quo continetur ipse Christus. ¶ Tertio mō quātum ad gradum dignitatis in quo constituitur suscipiens sacrm, & sic ordo est dignissimum sacrm. ¶ Quartò quantum ad ministrum, & sic cōfirmatio & etiam ordo sunt dignissima, quia non nisi per episcopum ministratur, vt in c. inter corporalia, de transla. præla. ¶ Quinto quantum ad significatum & non contentū, & sic matrimonium est dignissimū, quia significat coniunctionem duarum naturarum adinuicem in Christo. Si tamen has dignitates adinuicem cōparemus, inueniatur illa dignitas potissima quam sacramentum habet ex contento, quia est essentialior, & ideo sacramentum eucharistiæ est simpliciter dignissimum sicut dictum est. ¶ Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primam respondetur secundum S. Thom. in 3. parte, ꝙ matrimonium ordinatur ad bonum commune corporaliter, sed bonum commune spirituale totius ecclesiæ cōtinetur substantialiter in ipso eucharistiæ sacramento, quare nobilius est quam sacramentum matrimonij. ¶ Ad secundam dicendum ꝙ assumptum non est verum simpliciter, quia vt dictum est, dignitas magis accipienda est ex parte rei contentę, quam ex parte ministri, vnde nihil prohibet aliqua sacramenta secundum quid vt puta ministri, esse digniora sacramento eucharistiæ, vt puta confirmationis & ordinis sacramenta, quibus tamen ipsum eucharistiæ sacramentum simpliciter dignius est, quia vero per ordinem & confirmationem deputantur fideles Christi ad aliqua specialia officia quod pertinet ad officiū, ideo tradere huiusmodi sacramenta pertinet ad solum episcopum, qui est quasi princeps in ecclesia, per sacramentum vero eucharistiæ non deputatur homo ad aliquod officium, sed magis hoc sacramentum vt inquit S. Thom. in 3. parte est finis omnium sacramētorum vt dictū est. ¶ Ad Tertiam dicendum est negando consequentiam, quod cum character sacerdotalis sit quædam participatio sacerdotij

Primum ar. — Secundum argu. — Tertiū ar. — Opponit in contrarium — Respondet. — S. Thomas. Diony. — Basilius. — Ambro. — S. Thomas. — Ad primum argu. S. Thomas. — Ad secundā — S. Thom. Ad tertium

dotij Christi & hoc sacramentum contineat ipsum Christum, multo dignius est hoc sacramentum quam sacramẽta imprimentia Christi Characterem. ¶ Ad quartam dicẽdum, quod ratio illa procedit ex parte siue ratione necessitatis, qua baptisma est maius cæteris sacramentis, cum sine eo nemo saluari possit. Iuxta illud Io. 3. nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non potest introire in regnum Dei. Et. ĵ. dist. 4. c. firmissime tene & c. nulli, & ita ex hac parte baptismus potissimum est sacramentorum, sicut ordo & confirmatio habet quandam eminentiam ex parte ministri vt dictum est. Et matrimoniũ ratione significationis. Nihil. n. prohibet aliquid esse secundum quid dignius ꝙ tamen non est dignius simpliciter.

Ad quartum

3 Ad secundum sic proceditur. †Et videtur quòd sacrificium eucharistiæ non sit potius oĩbus alijs sacrificijs ꝑ illud ꝙ in canone scribitur. Supra quæ propitio ac sereno vultu respicere digneris, & accepta habere sicut accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel, & sacrificium patriarchæ nostri Abrahæ, & quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech sanctum sacrificium & immaculatam hostiam, hæc ibi. Si ergo petitur vt hoc sacrificium acceptatum habeatur sicut accepta fuerunt prædicta sacrificia patrum antiquorum, videtur ꝙ hoc sacrificium non sit potius illis siue maius. ¶ In oppositum est tex. præsentis capituli. ¶ Respõdeo dicendum ꝙ eucharistia sicut est sacramentum præstantius oĩbus sacramentis ac dignius, vt in præcedenti articulo ostensum est. Ita & est sacrificium præstantius oĩb. sacrificijs, quæ Deo vnquam oblata sunt, quod ex multis ostenditur. ¶ Primo ex rerum oblatarũ in sacrificijs dignitate, in antiquis. n. sacrificijs oblatæ sunt carnes taurorum aut sanguis hircorum aut aliæ res corruptibiles. In hoc autem sacrificio offertur verum corpus Christi agni immaculati, & sanctissimus sanguis eius, quanto ergo sanguis Christi & caro eius pretiosiora sunt carnibus aĩalium aut sanguine hircorum, tanto hoc sacrificium eucharistiæ a potius est & dignius cęteris sacrificijs de qua dignitate loquitur apostolus ad Hebræ. 9. sic inquiens. Christus assistens pontifex futurorum bonorũ non per sanguinem hircorũ taurorum, & vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta sanctorum redemptione inuenta. Quare sancta ecclesia huius sacrificij maiestatem admirans vocibus altissimis deuotionis & laudis clamat in solennitate huius colendissimi sacramenti dicẽs. O pretiosum & admirandum conuiuium salutiferum, & omni suauitate repletum. Quid. n. hoc conuiuio pretiosius esse pôt. In quo non carnes vitulorum aut hircorum immolantur, vt olim in lege, sed nobis proponitur sumendus verus Deus. ¶ Secundo apparet excellentia huius sacramenti ex ampliori gratitudine acceptabilitatis, nullum. n. sacrificiũ aut oblatio potuit aut pôt esse hoc acceptius, in quo agnus innocentissimus & candidissimus Dei filius benedictus æterno patri offertur, & immolatur, quomodo non præ omnibus erit acceptissimum hoc sacrificium in quo concurrũt oblationes corporis, & sanguinis animæ & spiritus & diuinitatis Christi, de quo Mala. 3. dicitur placebit Deo sacrificium Iuda, hoc est Deum confitentis & sacrificium hierusalem, hoc est ad visionem æternæ pacis pertinentis sicut dies seculi, in quibus. s. illuminatio filij Dei fulsit, qui hoc sacrificium in oblatione Melchisedech instituit Gen. 9. & sicut anni antiqui in operibus. s. omnium sacrificiorũ veteris legis, quæ in fide huius sacrificij sunt celebrata. ¶ Tertio apparet eminentia huius sacrificij ex hoc ꝙ omnia alia sacrificia figurę fuerunt huius. Cum autem potior sit lux quam vmbra, & veritas quam figura vt arguit beatus Ambrosius lib. de sacramentis & habetur in eo. dist. re vera manifestum est, ꝙ nihil in sacrificijs potius aut maius esse potest, quam corpus & sanguis Christi, vt dicit tex. noster. ¶ Ad rationes in oppositum respondetur vt respondet Albertus magnus in tractatu suo de missa, cui concordat Alexander de Hal. in 4. ꝙ ly sicuti non dicit æqualitatem, quia nostrum sacrificium multo acceptius est sacrificio quòd obtulit Abel, quòd Abraham, quòd obtulit Melchisedech. Nec eorum sacrificia accepta feuerunt nisi in fide istius, & ideo aduerbium sicuti, notat relationem & respectum ad typum, aut respectum ad veritatem, vel dicitur iuxta S. Thom. in 3. parte, ꝙ sacerdos petit vt hoc sacrificium acceptetur à Deo ex deuotione offerentium sicut illa accepta erant ei.

Primum argum.

Opponit & Respondet.

a ¶ Sacrificium eucharistiæ. Sacramẽtum eucharistię reneri debet ĩ loco singulari, mundo, & signato Pe. de An in c. fine nu. 2 de cel. mis.

Ad arg. Albe. mag.

S. Thomas.

4 Ad tertium sic ꝑceditur. †Et arguitur quòd hoc sacramentum non conuenienter pluribus nominibus nominetur. Nomina. n. debent responderei rebus, sed hoc sacramentum est vnum (vt dictum est) ergo non debet pluribus nominibus nominari. ¶ Secundo species non conuenienter nominatur siue notificatur per id quod est commune toti generi, sicut homo non conuenienter nominatur per id quod est esse gressibile, quod est commune omnibus animalibus, sed eucharistia est sacramentum nouę legis, omnibus autem sacramentis est commune ꝙ in eis confertur gratia, quod significat nomen eucharistiæ quod idem est ꝙ bona gratia, ergo nõ debet imponi nomen proprium vni sacramento, vt dicitur eucharistia. ¶ Tertio sic, hoc sacramentum viaticum dicitur, ꝙ in viam nos reficiẽs ad patriam deducit, sed hoc est idem omnibus sacramentis, quę in remedium & solamen dãtur nobis in via præsentis vitæ, vt perueniamus ad gloriam patriæ, ergo non conuenienter viaticum appellatur. ¶ Quarto per omnia sacramenta fideles siue inuicem communicant, quod significat hoc nomen synaxis, vel communio in latino, ergo hoc nomen inconuenienter adaptatur huic sacramento. ¶ Quinto hostia videtur esse idem, quod sacrificium, si ergo non proprie dicitur sacrificiũ, ergo nec hostia. ¶ In oppositũ arguitur ex communi vsu fidelium & sanctorum patrum doctrina, vnde ꝙ eucharistia dicatur habetur 1. q. 1. multi, & ĵ. e. dist. c. quotidie. Item viaticum 26. q. 6 si quis hostia & oblatio, de conse. dist. 1. in ca. non oportet. Sacrificium in capitulo præsenti, nihil in sacrificijs. Communio sancta. ĵ. e. dist. in c. relatum, & in cap. Omnis homo. Nominatur hostia. ĵ. e. di. in c. dum frãgitur hostia. ¶ Respondeo dicendum ꝙ tanta est magnitudo virtutum & amplitudo gratiarum huius ineffabilis sacramenti, vt non vno nomine digne exprimi possit, nec designari, quare pluribus nominibus necessario nominãdum venit à sanctis patribus, quibus datũ erat, & nosse, & experiri pro parte magnitudinem efficacię & virtutis eius. Reperitur nominatum multis nominibus tam in gręco quã in latino, sed præsertim sex generibus nominum, ad quæ omnia alia referri possunt vt ait Albertus in tractatu suo de corpore Christi. Est. n. in genere gratiæ, doni, cibi, communionis, sacrificij, & sacramenti. In genere quidem gratiæ ponitur propter sex causas. Primo quidem quia non
5 est nisi gratia, & non nisi gratia esse potest. †Quod vero nisi gratia sit probatur per nomen ipsius quia eucharistia est & nominatur, quod sonat bona gratia, quia cum in omnibus sacramentis gratiam eius participemus, tamen in hoc sacramento totum est gratiæ quod videmns, quod tangimus, & quod degustamus, & nõ tantũ gratia est quidquid in hoc sacramento est, sed etiam nõ nisi gratia esse potest, eo ꝙ merito nec potestati nec pacto comparari potest. Quis. n. dignus meritis aut pretio digno aut merito hoc possit comparare, quod in solius sui dulcedine pauperibus pauiꝰ psal. 67. parasti in dulcedine tua pauperi Deus. ¶ Secunda ratio eiusdem nominis ꝙ est eucharistia est, quia non est datum nisi à gratissimo domino, licet enim omne quod nobis datur gratia & bona volũtate Dei nobis detur tamen excellenter gratissimam & benignissimam ad nos habuit voluntatem, quando nobis hoc magnum sacramentum præparauit. Ad hoc. n. inclinauit eum torrens & totam suam dulcedinem tantum faciens charitas, de benignitate autem hoc est bona ignitate Dei, quia ignita & torrens eius bonitas hoc nobis prouidit & parauit sacramentum. dicitur in psal. 50. benigne fac in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri & c. Muri. n. Hierusalem non nisi de viuis lapidib. diuinitate soliditatis ædificari possunt, hoc autem in se non habent homines, nisi lapidis angularis sint partes & membra, & ei incorporentur per admirabile & efficax eucharistiæ a sacramentum. ¶ Tertio autem est eucharistia siue gratia vocatum, quia sicut à gratissimo Deo ita à gratissimis amicis est paratum, quia autem gratissimis paratum est, optimæ gratiæ nomen accepit, quia gratissimis optima cupimus & paramus, vnde Cant. 3. dr. Comedite amici, & bibite & inebriamini charissimi. Cum enim charorum sit in se inuicem habitare per desiderium. Non diceret comedite, & bibite amici, nisi per suum corpus & suum sanguinem & diuinitatem eos

Primum ar.

Scḋm ar.

Tertium ar.

Quartũ ar.

Quintũ ar.

Opponit in cõtrarium.

Respondet.

Albertus.

a ¶ Eucharistię. adde ꝙ eucharistia & chrisma debẽt fideliter custodiri. Per. de An. in c 1. nu. 1. de custo. eucha

penetrare quæreret. Nec diceret inebriamini charissimi, nisi vellet ꝙ obliti suijpsius in ipsum Deum viceuersa etiā ipsi quærerent penetrare. Hoc etiam figuratum est Hester 1. vbi dr̄, ꝙ Assuerus tertio anno imperij fecit grande conuiuium cunctis principibus & pueris suis fortissimis Persarum & Medorum inclytis, & præfectis prouinciarum co
1 ram se†Sic,n. noster Assuerus qui beatus interpretatur tertio anno.i. tempore gratiæ quod antecesserat annus legis naturalis & Mosaicę, in quo in agno paschali fuit expressus figuratus, hoc ergo tertio anno imperij sui fecit grande cōuiuiū.s. principibus, qui sunt non nisi quæ digna sunt principi cogitātes, pueris suis omni puritate corporis & dignissimis inclytis medorum qui mensurantes & adæquantes interpretantur, quia tales per se mensurantes infra limites suos consistunt fortissimis Persarū, qui tentati interpretatur qa ipsis parauit, hoc cōuiuiū, de qbus Luc. 22. vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. Præfectis prouinciarum.i. his qui pro magnitudine sanctitatis specula sunt aliorum honestatis & virtuosæ conuersationis. ¶ Quarto vocatur eucharistia quia non nisi gratiam bonam operatur, & omnis suus effectus optimæ gratiæ est effectus, de qua apostolus ad Heb. 13. Optimum est gratia stabilire cor. Gratia.n. quæ in hoc sacramēto datur, cor hominis in bono stabilitur & confortatur. ¶ Quinta causa eiusdem nominis ē, quia est gratia super gratiam, quasi cumulum continens gratiarum. Confert.n. hoc sacramentum cumulum gratiarum & sanctitatis. Ex corpore quidē gratiam communionis omnium membrorum. Ex sanguine quidem gratiam expiationis. Ex anima vero gratiam redemptionis. Ex spiritu vero Christi gratiam dat viuificationis & virtutis. Ex diuinitate cōfert gratiam refectionis, ex toto signo sacramenti dat gratiam æternæ beatitudinis, de gratia communionis dicit apostolus 1. Cor. 2. panis quem frangimus nonne communicatio corporis est? quasi diceret sic est, de gratia expiationis ab omnibus peccatorum periculis dr̄ ad Heb. 8. Sanguis Christi mundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiēdum Deo viuenti. Confertur etiam gratia redemptionis, quæ est in animæ pretio, quod pro nobis offert in hoc sa-
Ambro.1 cramento. hoc.n. vt dicit Ambrosius est admirabile pretiū cuius pondere tota redempta est captiuitas mundi, tartarea confracta sunt claustra inferni, aperta est nobis ianua regni, & nos sumus omnes liberati, quia prætium animæ Christi, plus pondere intulit in thesauros patris, quam totum abstulit humanum genus, de quo Io. 13. Maiorē hac dilectiōne nemo habet, vt animā suā ponat qs pro amicis suis. Et idem Ioan. 10 bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. de gratia viuificationis ex spiritu Christi dr̄ Io. 6. Qui manducat me, & ipse viuet propter me. Item ibidem. Spiritus est viuificat, de gratia refectionis ex diuinitate intelligitur illud Esa. 58. Sustollam te super altitudinē terræ, & cibabo te hereditate Iacob patris tui. Altitudo.n. terræ est excellentia corporis Christi, in quo cibus est & refectio, per hoc ꝙ diuinitati est vnitum, & hæc est hæreditas Iacob, & omnium ab initio patriarcharum, quia omnes in fide & benedictione huius sacramenti sunt vegetati & refecti, hoc est ꝙ omnes inuitans dominus dicit Matt. 11. venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Præter omnes gratias dictas dicebatur, ꝙ ex se siue ex signo sacramenti significat nobis fratrem
Diony, æternæ beatitudinis, sicut dicit Beatus Dionysi. 1. ca. cœle
Greg. stis hierarchiæ, & hæc etiam innuit beatus Gregor. in quadam oratione dicens, Præsta & quod nūc specie gerimus rerum veritate capiamus. Sicut.n. Christus in specie sacramenti nunc sacramētaliter se influit nobis ad gratiā, ita ꝯm diuinitatem influat se nobis & omnibus sanctis ad gloriā: Gratiam.n. & gloriam dabit dominus, ait propheta. Gratia autem & in præsenti & gloriā in futuro. ¶ Sexta causa est huius nominis eucharistia, quia omnis gratiæ est contentiuum. Continet.n. eū, qui vas est omnium gratiarum plenissimum, propter quod etiam à patribus sacramentū dicitur sacramentorum, quod.n. omnia sacramenta contineant & significent diuisim & particulariter istud simul complectitur continendo vas, & authorem omnium gratiarum. Et hic significatur Eccl. 50. quasi vas auri solidum ornatum omni lapide pretioso. corpus.n. Christi vas est auri diuinitatis Col. 2. In ipso sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi, quod esse nō posset, nisi in se contineret perfecte splendorem diuinitatis. Totus.n. & omnis sanctorum splendor in ipso resplendet & continetur, de quo potest exponi illud 3. Reg. 8. dominus dixit vt habitaret in nebula. In hac.n. nebula.i. velamine specierū sensibilium statuit habitare splendor diuinitatis ad nostrā salutem. ¶ Secundo autem hoc sacramentum in genere doni & muneris inuenitur. Nominatur.n. donum siue munus inter alia & principaliter, qm̄ in eo singulariter mangnificentia diuinæ liberalitatis ostendit. Magnificus certe est q tātū thesaurū dedit. tātū.n. dedit quātū ipse corpore & aīa & diuinitate ē. Et sicut dr̄ Hester 1. largitus est munera iuxta magnificentiam principalem, principis.n. fuit tam magnificum dare donum. Ante quidam multa dederunt sed parua respectu huius doni fuerunt, date ergo ô animæ deuotæ magnificentiam Deo nostro, Dei perfecta sunt opera, Deute. 32. perfectum plane fuit opus donationis huius sacramenti, quando nihil sibi priuatim retinuit, quod nō nobis donauit, quod admirans beatus Au. ait. Mira in hoc Augu.
sacramēto patris apparet liberalitas cui nō sufficit ꝙ semel nobis filium in pretium dedit, sed nobis in sacramēto quotidiano exhibuerit, vt tanto bono nec in vita nec in morte careamus, profecto hoc est datum optimum, & donum perfectum descendens à patre luminum, O liberalitas omnipotentis Dei omni laude dignissima omnique gratiarū actione prosequenda. Sane eleuata est magnificentia tua super cęlos, cum quicquid in cęlo est gratiæ & gloriæ totum nobis sub hoc diuinissimo sacramēto donasti. Magna plane & sublimia sunt hęc munera. O fidelis anima quid retribuendū censeas pro tam magnificentissimo dono retribuere largitori, profecto non habes, vt retribuas, nisi tātum vt diligas, qm̄ quod per amorem datum est nec melius nec decentius quā ꝑ dilectionē rependi pōt, dilige ergo tota virtute tua tā benignissimū & magnificū dominū cuius ad te tam ineffabilē charitatem pretiosissimo hoc munere experiris. ¶ Ponitur etiā hoc sacramentum à sanctis patribus in genere cibi & potus sicut & ipse ait Ioan. 6. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.
7 †vere quidem dicitur cibus, & vere dicitur nutrire. Tum primo, quia nutrit cœlesti virtute, quæ nobilior est omni virtute humana vel humani cibi, vnde Ioā. 6. non Moyses dedit vobis panem de cęlo, sed pater meus dedit vobis panem de cœlo verum. panis.n. verus est qui de cœlo descendit. hic.n. panis vegetare habet, & nutrire ad vitam cœlestem. ¶ Secundo vero cibus dr̄ quia nutrit virtute cibi, qđ conuenientius dr̄ de isto cibo, quam de naturali cibo corporis, verus.n. cibus dr̄ ille, qui nil habet sibi admistum nisi cibum. Multa.n. sunt admista cibo corporali, quę non sunt de cibi veritate, & ideo natura in nobis fecit instrumenta quæ non cibum à vero cibo separent. Ita quòd solus verus cibus ad nutrimentum membrorum deferatur. In isto autem cibo nihil nisi verum & simplex est, nihil penitus de impuro à non vero cibo admistum habens, & ideo verus cibus & potus vocaī. ¶ Tertio aūt dicitur verus cibus, quia est cibus vitæ. habet.n. in seipsum principium vitæ, dicitur Ioann. sexto. Ego sum panis vitæ, qui de cœlo descendi. ¶ Tum quarto vere cibus dicitur, quia confert immortalitatem, & immortalitatis radicem. Ioan. 6. Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinē, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissi-
8 mo die. †Et inde habet quòd viaticum dicitur, quoniam itinerantes per mortale huius exilij desertum vsque ad immortalitatis stabilimentum & gloriam perducit æter
nitatis, de quo beatus Ambrosius ait, figura dominici cor Ambros.
poris præcessit, quando dominus in deserto patribus manna præbuit, quia sicut ille panis populum per desertum transeuntem ad terram promissionis duxit, ita hæc esca cœlestis fideles huius seculi per desertum transeuntes in cœlum subuehit, vnde recte viaticum appellatur.
9 ¶ Quarto vero reperitur in genere communionis. † omnium enim ore fidelium sacramentum hoc communionis sacramentum vocatur, & à græcis doctoribus finaxeos appellatur, quod communionem sanctam sonat in latino. Nominatur autem sic duplici ratione in genere. Tum primo quia facit nos communicare fonti omnis gratiæ, patet quia in ipso communicamus Christo sic, vt ipse sit in nobis, & nos in ipso, & omnia sua influat in nobis, vnde dicitur. Prouerbiorum quarto, de filijs deriuentur fontes tui, foras, & in plateis aquas tuas

tuas diuide, hoc est enim verbum patris ad filium qui est fons omnis gratiæ & omnis boni, quia dr̄ Io. 1. gratia & veritas per Iesum Christū facta est. In hoc fonte multæ sunt venæ gratiarum iugibus aquis gratiarum manantes, quas pater in hoc sacramento foras in commune ecclesiæ tā triumphantis quā militantis præcipit deriuari, vt religata inuidia participes bonorū eius inueniantur. ¶ Secunda causa eiusdem rationis est, quia communicare nos facit omnibus membris corporis Christi, & omnibus sanctis. Sicut.n. in vno corpore Christi naturali & vero, oīum membrorum vna fuit in corpore Christi communicatio oīs boni & gratiæ, ita ī corpore mystico ꝑ corp⁹ Christi verum omnes in omnibus gratis communicamus de quo in psal. 118. participem me fac omnium timentium te, & custodientium mandata tua. Et apostolus ad Col. 1. Gratias agentes Deo patri, qui dignos nos fecit in partē sortis sanctorum. Istis duabus de causis Damasce. ita ait in 4. sententiarum suarum. Eucharistia communio dr̄. & est vere quia communicamus per ipsam Christo, & quia participamus eius carnē & diuinitate, & quia cōmunicamus & vnimur adinuicem per ipsam, quia.n. ex vno pane assumimus vnū corpus Christi, & vnum sanguinem adinuicem membra generamur concorporati Christo existentes. ¶ Quinto autem sacramentum in genere sacrificij est de quo dr̄ in psal. vbi propheta de domino dominorum & summo omniū sacerdote loquitur dicens. psal. 109. Iurauit dn̄s & non pœnitebit eum tu es sacerdos in æternum secundum ordinē Melchisedech, dr̄ autem sacrificium dicit S. Th. in 3. parte inquantum memoriale est passionis dominicæ, quæ acceptissimum sacrificium omnipotenti patri fuit, & inenarrabiliter gratissimum, de quo in psal. 50. exponitur illud, tūc acceptabis sacrificium iustitię. Recte autem illud sacrificium iustitiæ appellauit propheta, quoniam omnē impleuit iustitiā, & in ipso omnes oblationes & holocausta perfecta sunt & accepta Deo, de quo venit etiam illud intelligendum Malach. 1. Placebit domino sacrificium Iuda, & 10 hierusalem † hostia vero dicit & oblatio s̄m eundē S. Tho. inquantum cōtinet ipsum Christum qui est hostia & oblatio salutaris, de quo ad Ephes. 2. inquit apostolus. tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiā Deo in odorem suauitatis. Sexto vero ponitur in genere sacramenti, ab omnibus.n. ponitur, ꝙ est sacramentum, habet.n. cōmunem diffinitionem cum cęteris sacramentis, quæ est iuxta magistrum sententiarum inuisibilis gratiæ visibilis forma siue visibile signum, cuius imaginē gerat & causa existat. Leg. ¶ [In sacrificijs]. i. inter ecclesiastica sacra. Hu. [Maius] .s. simpliciter, licet s̄m quid puta via necessitatis baptismus sit in eo maius & ex parte ministri ordo & cōfirmatio vt dictū est. vel [in sacrificijs] ad literam .s. holocaustis & oblationibus quæcunque fuerint illa siue ante legem, siue sub lege Deo oblata hoc sacrificium siue oblatio omni alia ꝑtiosior ac nobilior ac acceptior est. [Quę pura.] hic ponit corollarie cum quanta veneratione tractandum & sumendū sit hoc sacrificiū, ꝗa cū summa, sicut.n. potius est cęteris ita ampliori deuotione colēdum & reuerētiā tractādū est. Sic.n. Leui. 22. ꝑcipit de sacrificijs legis, hō ꝗ fuerit leprosus aut patiens fluxum seminis .s. per incontinentiam, non vescetur ex his quæ sanctificata sunt domino, donec sanetur .s. per pœnitentiam, de sacerdotibus præcipitur Leuit. 21. homo qui habuerit maculam .s. peccati, non offeret panem Deo suo, nec accedet ad ministerium quanta aīaduersione puniendus venit, qui non pura conscientia & mente præsumit ad hoc sacrificium accedere, vnde Beda in glo. Leui. 21. ait veteris testamenti sacerdotes secundum ordinem ritus sui intrare templum ad offerendum legales hostias à proprijs vxoribus oportuit abstinere, quāto magis nostri sacerdotes quos ad consecrandum corpus domini paratos semper oportet esse continentiam & semper debent obseruare castitatem, de hac materia. ī. ea. di. plenius dicendum venit, vide ibi.

Damascen. — S. Thomas. — S. Thomas. — Exponit literam. — Beda.


Pacem &c. Hic incipit tertia pars huius distinctionis, in qua primo reprehenduntur qui primo dabant pacem, ꝗ̄ sacramentum eucharistiæ consecraretur, vel conficeretur, quod Gratianus ex authoritate Innocentij dicit non esse faciēdum, sed quod post faciendum sit, videlicet post consecrationem dominici corporis pax danda sit, antequam illud sacramentum sumatur. Secundo de hoc rationem assignat. 2. per quam constat. ¶ Pro intelligentia huius capituli tria quæruntur.

1 ¶ Primo quare datur pax in missa.

2 ¶ Secundo quare non datur pax in missa defunctorum.

3 ¶ Tertio quare potius in illo tempore quam ante vel post.

1 **Ad primum.** † Respondendo dicimus ꝙ pax datur in missa propter sex rationes. (Respondet.)

¶ Prima est Albert. magn. quia cum teste beato Augu. 9. de ciuitate Dei pax cœlestis ciuitatis sit concordia fruendo inuicem in Deo. Et quia in hoc sacramento fideles ora porrigunt ad fruendum corpore domini, ideo pax Dei à perfectore sanctitatis .s. à sacrificante publice omnib. pronuntiatur. ¶ Secundo ideo sacerdos pacem populo porrigit, quia Christus resurgens humano generi pacem dedit, vnde Ioann. 20. dicitur quod die illo vna sabbatorum venit Iesus, & stetit in medio discipulorum & dixit pax vobis. Resurrectio autem ipsa Christi designatur vt dicit Hugut. per immissionem particulæ eucharistiæ in calicem. per hoc.n. ꝙ illa particula miscetur sanguini innuitur ꝙ anima redit ad corpus, & sic est resurrectio. Secunda ratio quæ est Alexander de Halis est, quia per immolationem hostiæ salutaris dimissis peccatis reconciliamur altissimo, ratione pacis osculum accipitur, cum immolationis mysterium celebratur. ¶ Tertia causa est quam Innocēt. secundo assignat in præsenti litera, quæ est ad significandum omnium consensum ad ea, quæ acta in mysterio totius consecrationis, ac cuncta pacis signaculo terminata esse designātur. ¶ Quarta ratio quia fideles post Christi mortem & resurrectionem domini sui gratiam pacem & angelorum concordiam per meritum eius promeruisse gratulantur, cuius signum est osculum ipsum quod datur. ¶ Quinta est, quia cum fideles sint filij Dei, & sanctę matris ecclesiæ. 12. quæst. secunda qui abstulerit, fratres sunt in Christo, & ideo sunt reficiendi vino, pane, & ditandi vna quasi communi hęreditate, quod similiter notatur per pacis osculum. ¶ Sexta quia in osculo caro carnis & spiritus spiritui coniungitur, & nos qui carnis propagine ad Adam descendentes coniungimur etiam charitatis vinculo connectamur, vnde qui odientes se osculantur Iude traditoris osculum imitantur. Istæ tres vltimę rationes sunt Hugut. & inducuntur etiam ab Archidiacono, & ponuntur in rationali diuinorum officiorum, est autem aduertendum, quòd in datione pacis talis ordo seruari consueuit, vt dicitur in rationali diuinorum officiorū, & tangit etiam Hug. Sacerdos facta commistione, & finita oratione accipit in quibusdam ecclesijs pacem ab ipso corpore Christi, vel secundum alios à calice, vel secundū alios ab altari, vel à libro, & mox præbet osculū ministro, .s. diacono, vel subdiacono, vel archipresbytero, vel alij secundum cōsuetudinem ecclesiæ, & ꝑ hunc modum descendit pax ad populum, & primo ad viros, quia vir est caput mulieris ad Ephesior. quinto, & 33. quæst. quinta cum caput. Pax autem descendit ad fœminas per aliquod instrumentum, puta librum aut tabulam depictam, quæ etiam vulgari sermone dicitur pax, quia viri & mulieres in ecclesia non sibi inuicem osculum porrigunt ne forte aliquid lasciuiæ surrepat, quia ibi carnales sunt fugiendi amplexus, & casti ac spirituales actus habendi propter quod in ecclesia situ sequestrantur locali. Hugu. & Guilielmus in rationali diuinorum officiorum.

Alber. mag — Hugu. — Ale. de Hal. — Arch. — Hugut. — Guiliel.

2 **Ad secundum** In quo quæritur † quare in missis defunctorum pax non detur. Respondet quòd hoc fit multiplici ratione. Prima quia viatores cum continuis impugnationibus molestantur quia militia est vita hominis super terram. Iob septimo, maxime indigent pace, vnde dicitur. Esa. vigesimo sexto dabis pacem nobis, quia in te domine sperauimus, & in psalm. da pacem domine in diebus nostris. Nihil enim ita desideratum ait Gregor. mortalibus est, sicut pax, & ideo in signum fiduciæ obtentæ vel obtinendæ pacis postulatę à Deo datur à sacerdote in missis communibus, siue viuorum pax ministro, & consequenter omnibus astantibus, quia autem mortui non indigent hac pace temporali cum sint extra pugnam, & perturbationem huius mundi, & requiescant iam à laboribus suis in missis eorum

Respondet. — Gregorius.

Albertus. Alex.de Hal. eorum non datur pax.In hac ratione Alb.& Guil.Durandi in rationali conueniunt.¶ Secunda quæ est Alex. de Hal. in 4.est quia in missis defunctorum offertur specialiter sacrificium pro requie animarum non pro pace populi quātum est de intentione offerentis, propterea non datur in hmōi missis pax,sicut in alijs.¶ Tertia ratio quia cōi loquela non cōicamus mortuis,quia non respondent nobis, ideo in eorum missis nō datur pacis osculum. hinc etiam inter monachos pax non datur, quia mundo mortui reputantur,vt 16.q.1.placuit,vt habet glo.hæc est ratio.Hugu. ¶ Quarta quæ est eiusdem quia.n. mortuo homine nescimus an decesserit in vnitate ecclesiæ & Deo creatori suo ac redemptori reconciliatus,ideo vt dicit Hu.in missis pacem non damus,Nec benedicimus domino,Nec Deo gratias, Nec laudes aliquas domino pro mortuis referimus. Non.n.adhuc apparet eorum requies.

Hugu.

3 Ad tertium In quo quæritur† quare magis in tali tempore detur pax, quam ante, vel post respondetur ꝙ pax non datur ante peractam cōsecrationem,sed illa completa ratione in litera posita. Ad significandum omnium consensum ad ea quę acta sunt in mysterio totius consecrationis,ac ꝙ cuncta pacis signaculo terminata esse ac completa designentur, datur autē pax ante assumptionem corporis Christi ad designandum vt dicit Alb.mag.ꝙ in pace factus est locus eius, qui in hoc sacramento sumitur,& qui Christi pacem non habet communionem cum Christi corpore.Ioan. 15.In mundo pressuram habebitis in me autem,pacem sed confidite,quia ego vici mundum.¶ Secundo vt dicit Hug.vt intelligatur per hoc sic fideles animo inuicem se osculari & coniungi debere sicut ore corporali coniunguntur, & inuicem se osculantur,& si sibi ex inuicem dimittant,& ita ad communicandum accedant,vnde in eadem distinctione in c.panem de altari dr̄ Antequam accedatis dimittite debitoribus vestris,& si dimittitis,dimitettur vobis.Leg.¶ [Confecta].i. consecrata[mysteria].i.hoc sacramentū†ꝙ mysterium iō

Respondet. Alber.mag. Hug.

4 dr̄ quia secretam & reconditam habeat dispensationem 1. q.1.multi,dr̄ pluraliter mysteria sicut pluraliter sacramenta,pp pluralitatem specierum,sub quibus datur hoc sacramentum[impartire].i.dare[post oīa]quę dicuntur secrete in canone missæ Hu. [non debeo]nunc,quia materia ipsa non exigit,vel non debeo.i.non possum,quia multa in cōficiendis mysterijs gerūtur,quæ humana ratione sunt incomprehensibilia 1.q.1.multi[Necessario].i.causa mysterij[per quā] ecce mysterium.i. per eam Hu.[Mysterij]cōficiendis vel ministerijs.i.officijs sacramentorum celebrādis[præbuisse consensum]oratione, deuotione,intentione,voluntate,vt supra dist.1.episcopus.Hug.[Concludentis].i.terminantis.

Exponit literam. Hugu.

2 *Sacramentum aliquod potest esse necessarium simpliciter dupliciter.*
3 *Alimentum corporale & spirituale qualiter differant.*
5 *Baptismus qualiter repræsentet Christi passionem.*
6 *Eucharistia qualiter repræsentet Christi passionem.*


Eracta. Hic incipit quarta pars huius dis. In qua magister Gratianus agit de frequentatione huius sacramenti per 12. capitula,& de cessatione ab eodem.diuiditur in duas partes.In 1.præcipit vt hoīes communicēt peracta cōsecratione.In 2.assignādo rationem dicit, ita institutum esse ab apostolis pro huius materiæ pleniori intelligentia quæruntur duo.

Diuisio

1 ¶ Primum vtrum sumptio siue manducatio huius sacramenti sit de necessitate salutis.
4 Secundo vtrum homo debeat illud frequenter suscipere.

1 Ad primum sic proceditur.†Et videtur quod mā ducatio huius sacramēti sit de necessitate salutis.Primo illō quod dominus dicit Io.6. Nisi mā ducaueritis carnem meam, & biberitis meum sanguinē, non habebitis vitam in vobis,sed in hoc sacramento manducatur caro Christi,& bibitur sanguis eius,ergo sine hoc sacramento non potest habere salutem vitæ spiritualis. ¶ Secundo hoc sacramentum est quoddam spirituale alimentum, sed alimentum corporale est de necessitate corporalis salutis.ergo etiam hoc sacramentum est de necessitate salutis spiritualis. ¶ Tertio sicut baptismus est sacrm̄ dn̄icæ passionis,sine quo non ē salus.Ita etiam & eucharistia.dicit.n.apostolus 1.Cor.11. Quotiescunque manducabitis panem hunc,& calicem bibetis,mortem annunciabitis,donec veniat, ergo sicut baptismus est de necessitate salutis,ita & hoc sacramentum. ¶ In oppositum arguitur p illud quod scribit Aug.ad Bonifacium contra Pelagianos. Nec id cogitetis paruulos vitam habere nō posse, qui sunt expertes corporis & sanguinis Christi.¶ Secundo ratione sic.Illud sine quo potest haberi gratia non est de necessitate salutis, sed sine sumptione huius sacramenti potest haberi gratia, imo debita sumptio huius sacramenti præsupponit gratiam in suscipiente, ergo eius susceptio nō de necessitate salutis.¶ Tertio sic.Si pueri baptizati moriantur ante sumptionem huius sacramenti non damnantur,damnarentur autem si huius susceptio esset de necessitate salu-

Primum argum. Scdm ar. Tertium ar. Opponit in cōtrarium. Scda oppo. Tertia opp.

2 tis ergo & c.¶ Respondeo dicendum,†ꝙ aliquod sacramē tum potest esse necessariū simpliciter dupliciter vt ait do. minus Duran.in 4.vno modo ratione sui.Alio modo rōne præcepti,rōne sui quando.s.effectus est ad salutem necessarius. Sic dicendum de sacramentis est ꝙ quædam sunt de necessitate salutis quantum ad cōitatem,ita.s.vt ab aliquo vel aliquibus de cōitate suscipiantur, non autē à qualibet persona, & talia sunt ordo & matrimonium, quod patet, quia effectus cuiuslibet eorum necessarius est cōitati. Nā sine ordine non esset in cōitate, qui ministraret sacramenta,[a] quæ sunt de necessitate salutis,saltem pęnitētię sacrm̄

Respondet. Durand.

a in his qui lapsi sunt in pecato mortali.Sine matrimonio ēt non maneret cultus diuinus deficientibus fidelibus,nisi p matrimonium aliqui generentur educandi ad cultum diuinum, quia tn̄ pro cōitate ad hos actus sufficiunt aliqui, ideo non quælibet persona ad hoc sacramentum obligat̄, nisi in casu,in quo tota cōitas deficeret,nisi persona suppleret.Alia sunt sacramenta necessitatis quæ respiciunt personam singularē,& de numero horum est baptismus & pœnitentia,& hæc sunt necessaria.Baptismus quidem ad omnes,pœnitentia vero quo ad lapsos in peccato mortali, & huius ratio est,quia illa sacramenta sunt de necessitate salutis quo ad quamlibet personam,quæ ordinantur ad tollendum defectum incompassibilem saluti, sed baptismus & pœnitentia sunt hmōi. Baptismus quidem quo ad omnes propter peccatum originale,quia omnes nascimur filij irę.ad Eph.2. & ad hoc tollendū ordinatur baptismus. pœnitētia vero necessaria est ad salutem his, qui lapsi sunt in peccato mortali,quod est incōpassibile saluti,ergo hæc sacramenta.s. baptismus & pœnitentia sunt de necessitate salutis,ita.s.vt actu suscipiantur,vel saltem voto, qn̄ susceptionem eorum impedit articulus necessitatis. Alia vero sunt sacramenta de necessitate salutis ratione præcepti.s. eucharistia,& extrema vnctio.Primo quidem rōne præcepti diuini, quia cum sacramenta instituta sunt propter salutem viatorum, non videtur ꝙ absque cōtemptu homo viator talia totaliter possit dimittere, habita copia ministri ea conferre volentis & valentis, vnde qui talia non recipit.s. eucharistiā & extremam vnctionem quando probabiliter immineret exitus de statu viatorum & ecclesiæ militantis videtur cōtemnere præceptum diuinum.Et pp hanc causam dr̄ confirmatio esse de necessitate salutis, qn̄ immineret casus confitendi nomen Christi coram persecutore, quia q tunc non recipit sacramentū confirmationis habita copia conferentis, cum pro tūc indigeat effectu eius videtur esse contemptor sacramenti quod est contrarium saluti, patet ergo ꝙ eucharistia non est de necessitate salutis ratione sui,quasi effectus eius sit necessarius ad salutem, quia effectus eius est consummatio in bono, & in gratia quòd pertinet ad perfectionem magis,quam ad necessitatem. Est tamen de necessitate salutis ratione præcepti diuini, & iterum ratione præcepti ecclesiæ, quæ statuit, quòd saltem semel in anno sumatur, scilicet in paschate.Nisi dimittat Christianus de consilio sacerdotis ob causam rationabilem. Alioqui viuus debet excommunicari, & moriens debet priuari ecclesiastica sepultura, nisi pœniteat vt habetur extra de pœn.& re. cap. Omnis vtriusque sexus, hæc Durandus. ¶ Ad rationes dicendum. Ad primum respondendum est dupliciter. Primo quòd authoritas illa Ioann. sexto intelligitur de manducatione spirituali sine qua non potest esse salus sicut supra circa capitulum comperimus distinct. ead. dictum est in solutione data ad argumentum primum Bohemorum. ¶ Secundo respondetur ꝙ si intelligatur de manducatione sacramenta-


a ¶ Sacramēta. Qualiter ad diuina officia siue celebrāda sacramēta vide Pe. de An. in c. qm̄ nu. 2. de off. ord.

Ad primum argu.

ne sacramentali tunc conceditur, ꝙ sit necessaria sumptio huius sacramenti non ratione sui, sed ratione præcepti sicut dictum est. ¶ Ad secundam respondetur ꝙ non est simile de alimento spirituali & corporali vnde secundum S. Th. in 3. parte. † hæc est differentia inter alimentum spirituale & corporale, ꝙ alimentum corporale conuertitur in substantiam eius qui nutritur, & ideo non potest valere ad
3 vitæ conseruationem alimentum corporale, nisi realiter sumatur, sed alimentum spirituale conuertit hominem in seipsum, secundum illud quod Augus. dicit in li. confes. ꝙ quasi audiuit vocē Christi dicentis. Nec tu me mutabis in te, sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me. Potest autem quis in Christum mutari & ei incorporari voto mētis etiam sine huius sacramenti perceptione, & ideo non est simile. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam, quoniam non eodem modo baptismus & eucharistia dicuntur sacramenta passionis Christi quoniam baptismus est sacramentū passionis, prout homo regeneratur virtute passionis eius & ita pertinet ad initium vitę spiritualis. Eucharistia autē est sacramētum passionis Christi, prout homo perficitur in vnione ad Christum passum, vnde sicut baptismus dr̄ sacramentum fidei, quæ est fundamentum spiritualis vitæ, ita eucharistia dr̄ sacramentum charitatis, quę est vinculum perfectionis, vt dicitur ad Colos. 3. Quare eucharistia non habet illam rationem necessitatis, quam habet baptismus.

Ad secundum sic proceditur. † & videtur quod homo non debeat frequentare illud sacramentum, sed tantum semel in vita sua illud sumere debeat. ¶ Primo sic. sicut baptismus repræsentat dominicam passionem ita & hoc sacramentum, sed non licet pluries baptisari, sed semel tantum quia Christus semel tātum pro peccatis nostris mortuus est. vt 1. Pet. 3. ergo videtur ꝙ non liceat hoc sacramentum frequentare. ¶ Secundo sic, iniuriam facit sacramento, qui sacramentum iterat, sed rei digniori minus facienda est iniuria, cū ergo hoc sacramentum dignius sit alijs quibusdam, quę non reiterantur, videtur, quod non nisi semel accipi debeat. ¶ Tertio sic veritas debet respondere figuræ, sed agnus paschalis qui fuit figura præcipua huius sacramenti, non manducabatur nisi semel in anno, ergo videtur ꝙ hoc sacramentum non sit frequentandum, sed tantum semel in anno accipiendum. ¶ In oppositum est textus præsentis capituli & multa sequentia capitula ¶ Ratione arguitur sic. Cum frequentatione huius mysterij crescit nostrę salutis effectus, vt dr̄ in collecta missæ, sed ad hoc debemus niti, vt effectus nostræ salutis crescat, ergo hoc sacramētum debet homo frequentare. Et ideo dicendum ꝙ homo debet hoc sacramētum frequentare, ꝙ patet sic ẜm S. Thom. in quarto & dominum Durandum istud sacramētum est spirituale nutrimentum, vnde sub speciebus ad nutritionem pertinentib. nobis proponitur, & ideo loquendum est de eo ad similitudinem nutrimenti corporalis, & hoc sic. Sicut nutrimentum corporale ordinatur ad vitam corporis, sic hoc sacrificium ordinatur ad vitam animę, sed quotidiana sumptio alimenti corporalis est expediens ad conseruationem vitæ corporalis, ne propter continuam deperditionem naturalis humidi si nō fieret restauratio deperditi per sumptionem alimenti sequeretur mors naturæ, ergo similiter ad conseruationem vitæ spiritualis est expediens, & laudabilis sumptio huis sacramenti alioqui cum ex concupiscentia nobis innata & occupatione circa exteriora fiat deperditio deuotionis, & feruoris ẜm quæ homo in Deum colligitur, nisi per hoc sacramentum frequenter sumptum fieret restauratio deperditorum de facili posset contingere, ꝙ homo totaliter à Deo alienaretur, & spiritualiter moreretur vt dicit Inno. ꝙ cauendum est, ꝙ si nimium huius sacramēti sumptio differatur mortis periculum incurratur. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum. Ad primam respōdetur, ꝙ ratio non procedit, quia aliter baptismus reprę-
5 sentat Christi passionem, & aliter eucharistia. † Baptismus .n. repræsentat illā secundum ꝙ generat in nobis spiritualem vitam. Et quia generatio vniuscuiusque non est nisi se-
6 mel, ideo baptismus non repetitur. † Sed eucharistia repræsentat eandem passionem siue hostiam secundum ꝙ nos reficit secundum spirituale alimentum, & ideo debet iterari, sicut alimentum corporale frequenter iteratur. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam, quia perfectio huius sacramenti consistit in cōsecratione materiæ non in vsu eius, & ideo cum consecratio non repetatur secundum eandem materiam propter reuerētiam sacramēti, sed vsus repetatur nulla fit iniuria huiusmodi sacramento in eius frequentatione. ¶ Ad tertiā dicendum, ꝙ agnus paschalis fuit figura huius sacramenti quantum ad passionem Christi, quæ repræsentatur per hoc sacramentum, & ideo tantum semel in anno sumebatur, quia Christus semel mortuus est. Et propter hoc etiam ecclesia semel in anno celebrat memoriam passionis Christi. Sed in hoc sacramento traditur nobis memoria passionis Christi per modum cibi, qui quotidie sumitur, & ideo quantum ad hoc significatur per manna quod populo dabatur in deserto, & ita ratio non procedit. Leg. ¶ Hoc capitulum sumptum est de illo c. s. di. 1. Episcopus Deo. Hug. in tit. debet esse Anacletus & non Calixtus, sic etiam ponit Hu. & Arc. [consecratione] dominici corporis & sanguinis. [omnes] tripliciter exponitur, vno modo ꝙ loquatur Anacletus ꝙ fuit antiquissimus secūdum sua tempora, cum omnes qui erant in missa communicabant, vel secundo ꝙ Anacletus loquatur de aliqua illarum trium festiuitatum. s. natali, paschali, & penthecoste. in quo tempore omnes communicare habent, vt infra e. di. & si non frequentus, & c. omnis vtrusque sexus, vel omnes quæ sacrificanti ministrant & assistunt. Hug.

Ad sedm. S. Thomas. — Ad tertium — Primum ar. — Secundum argu. — Tertium ar. — Opponit & Respondet. — S Thom. Durandus. — Inno. — Ad primum argu. — Ad secdm. — Ad tertium — Exponit literam. Hugut. Arch.



Relatum. Sequitur capitulum secundum huius partis, in quo concilium Toleranum redarguit consuetudinem quorundam clericorum, qui non toties communicabant, quoties celebrabant. Si. n. eos contingeret plēs missas vno die dicere in qualibet corpus Christi & sanguinem consecrabant sed tātum in vltima illud sumebant. Et diuiditur hoc capitulum in duas partes. In prima reprehēdit prędictam consuetudinē conuenientibus rationibus, secundo imponit pœnam contra eos, qui contrafecerint ibi, quicunque ergo. Pro euidētiori intelligentia huius capituli quærentur duo.

Diuisio.

1 ¶ Primum vtrum sacerdos consecrans possit licite à communione abstinere.

2 ¶ Secundo queritur, vtrum plus peccat qui consecrat domino & non communicat, quam qui consecrat & indigne communicat.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur ꝙ sacerdos consecrās non necessario teneatur communicare, vel sumere sacramentum. ¶ Primo sic. in alijs consecrationibus ille qui consecrat materiam non vtitur ea, sicut episcopus consecrans chrisma non linitur eodem, sed hoc sacramentum consistit in consecratione materiæ, ergo sacerdos perficiens hoc sacramentum non necessario habet vti eodem sed pōt licite à sumptione eius abstinere. ¶ Secundo in alijs sacramentis minister non pbet sacramentum sibijpsi. Nullus. n. baptizare seipsum pōt, sed sicut baptismus ordinatæ dispensatur, ita & hoc sacramentum. ergo sacerdos perficiens hoc sacramentum non debet ipsum sumere è seipso. ¶ Tertio vbi est maior necessitas, ibi ẜm ordinē charitatis est magis subueniendū, sed pōt contingere ꝙ postquā sacerdos consecrauerit aliquis infirmetur ad mortem & instanter petat corpus Xpi in vltima necessitate constitutus, ergo cum hoc sit sacramentum charitatis debet sacerdos ipse à cōione desistere, & infirmo dare. ¶ In oppositum est tex. præsentis ca. ¶ Rñdeo dicendum ꝙ semper ille qui cōsecrat debet sumere corpus & sanguinē Xpi, nisi impediatur vel per violentiā, vel mortē, vel per infirmitatē, vel aliquid hmōi. Cuius rō sumitur ex hoc ẜm S. Th. in 3. parte, & intentionem lr̄e præsentis c. eucharistia. n. non solum est sacramētum, sed et sacrificiū, quicunq; aūt sacrificium offert debet fieri sacrificij particeps, quia exterius sacrificium quod offert signum est interioris sacrificij, quo quis seipsum offert Deo, vt Au. dr̄ 10. de ciuit. Dei, vn̄ per hoc ꝙ participat sacrificio ōndit se ad sacrificiū interius pertinere. Sīr et per hoc ꝙ sacrificium populo dispēsat ōndit se esse dispēsatorē diuinorū populo quorū ipse primo debet esse particeps, sicut Dion. dr̄ in li. ecclesiasticę Hierarchię, & iō ipse añ sumere debet, q̄ ppl'o dispēset, vn̄ in pn̄ti cap. legitur quale est sacrificiū tui nec ipse sacrificās particeps esse dignoscitur per hoc aūt fit particeps, ꝙ de sacrificio sumit ẜm illud apostoli 1. ad Co. 10. Nonne qui edunt hostias participes sunt altaris, & ideo necesse

Diuisio. — Primum ar. — Scdum ar. — Tertium ar. — Opponit & Respondet. — S. Thomas. — Augu. — Diony.

necesse est, q sacerdos quotiescũq; consecrat, sumat sacramẽtum integre. ¶ Ad rõnes. Ad primam dicendum, q consecratio chrismatis, vel cuiuscunque alterius materiæ nõ est sacrificium, sicut consecratio eucharistiæ, & ideo non est similis ratio. ¶ Ad secundam dicendum q sacramentũ baptismi perficitur in ipso vsu materiæ, & ideo nullus potest baptizare seipsum, quia in sacramento non potest idẽ esse agens, & patiens, vnde nec in hoc sacramẽto sacerdos consecrat seipsum, sed panem & vinum, in qua consecratione conficitur hoc sacramentum, & ideo non est simile. ¶ Ad tertiam respondetur q in tali casu non oportet q sacerdos communionem intermittat, sed potest dare infirmo petenti partem hostiæ consecratę.

Ad primum arg. — ad scdm. — Ad tertium

2 Ad secundum Sic proceditur. † Et videtur q plus peccat qui indigne consecrat & communicat, quam qui cõsecrat, & nõ cõmunicat. ¶ Primo sic. grauius est peccatum peccato superaddere, quam vnum simplex committere; sed qui vtrunque facit in peccato mortali addit peccatum peccato, ergo iste plus peccat. ¶ Secundo sic. Qui cum conscientia peccati mortalis consecrat & communicat, plus præsumit & maiorem irreuerentiam facit, quam qui tantum alterum facit. ¶ In oppositum arguitur ex capitulo præsenti. ¶ Respondeo dicendum q grauius peccat qui consecrat & non sumit, q̃ q vtrunque indigne facit. Cuius ratio est ẜm S. Thom. in 4. quia talis non solum peccat indigne ministrando, sed etiã sacrilegium committit peruertendo ritum sacramentorũ. Et concordat dominus Bonauentura in quarto distinguẽs de duplici modo quo irreuerentia exhibetur alicui sacramẽto. In litera dist. 13. primo cum quis indigne ministrat, puta cum conscientia peccati mortalis, nihilominus tamẽ facit sicut ecclesia instituit. Alio modo quia non solum est indignus, sed etiam in ipsa celebratione non seruat ritum, quem debet, & talis non solum non exhibet irreuerentiã, sed etiam facit cõtumeliam, quia sacr̃m non perficit sed dimittit incompletum. vnde magis omnibus peccare vr̃. dĩ idem doctor de eo, qui simulat se celebrare, & nõ celebrat siue consecrat, quia talis non solum Deum grauiter offendit, sed populum decipit, & idolatrare facit, quare ordinatum est, vt nullus se simulet celebrare, extra de cele. miss. in c. de homine. ¶ Ad rationes. ¶ Ad primam respondetur q etiã iste qui consecrat & non sumit addit peccatum. s. sacrilegium, super peccatum in irreuerentia, quam committit indigne ministrando. ¶ Ad secundam patet etiã respõsio, q talis magis etiam præsumit, & maiorem irreuerẽtiã facit, quam alius, qui consecrat, & sumit ratione iã dicta, quia ille non tantum præsumit irreuerentiã sacramento exhibendo indigne accedendo, sed præsumit contumeliã inferre sacramento, relinquendo illud imperfectum, & sacrilegium committere præsumit peruertendo ritum sacramentorum. Le. ¶ [Gratiam] .i. sanctam & gratiosam cõmunionem. Hu. [plurima] .i. plura. s. duo. vno. n. die in necessitate licet duas missas celebrare & non pl'es. s. dist. 1. sufficit nisi in die natalis domini. e. di. c. nocte. [consistit] quod non est verum [nam] ecce probatio [apostolus] dr̃. 1. Cor. 10. [nonne qui edunt hostias] glo. illas legis. s. carnalis Israel [participes sunt altaris & c. gl. sunt vtique, sic profecto à simili dicẽdum est de hostia altaris Christi quæ figurata est hostijs legalibus vt toties sumenda sit, quoties in sacrificio offertur siue immolatur. [quicunque] 2. pars adiungit pœnam celebrantibus non communicantibus [rei sunt dominici sacramenti] non accepti [gratia communionis] vt in eodem in quo delinquunt puniantur quod faciẽdum est 12. q. 2. qui & humanis, & 25. q. 2. ita nos, & ext. de iure pa. c. pastoralis, & ex. de temp. or. literas [anno vno] non inquit Hu. annalem pœnitentiam in hoc casu imponi, similiter etiam in multis alijs, vt di. 5. nullus. dist. 74. c. 1. & . s. dist. 1. c. nemo.

primum ar. — Secundũ ar. — Opponit & Respondet. S. Thoma. — Bonauentura — Ad primum argu. — Ad scdm — Exponit literam. — Hugo.

1 *Sacramentum altaris an liceat sumere sub vna specie tantum.*
2 *Bibere in sacramento altaris conuenit dupliciter.*
3 *Perfectio sacramenti altaris duplex distinguitur.*


Omperimus. Sequitur tertium capitulum huius partis. In quo ex authoritate Gelasij papæ reprehenduntur sacerdotes, qui sumpta tantummodo sacri corporis portione à calice sacri cruoris abstinebãt. Et præcipit vt integra sacramenta percipiant, alias ab integris arceantur. verum quia ratione huius capituli temporibus nostris error surrexit apud Bohemos, q de necessitate salutis hoc sacramentum sumendum esset à cunctis fidelibus sub vtraque specie qui error quia nondum extinctus est, ¶ Pro intelligentia præsentis capituli & veritate habenda, Quæritur 1 vtrum liceat sumere hoc sacramentum sub vna specie tantum. s. panis, vel vini. Et videtur multipliciter q non argumentis ipsorũ Bohemorum, quæ ad numerum duodenarium reduximus in quodam tractatu nostro de corpore Christi quem edidimus cum Bohemi de hac materia disputarent in concilio Basiliensi. ¶ Primo sic ex authoritate sacræ scripturæ ex illo. Io. 6. vbi Iesus huius sacramenti institutor ait. Nisi manducaueritis carnem filij hoĩs, & biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis, ecce q ait nisi biberitis eius sanguinem, ergo videtur, q sub vtraque specie sacramentum hoc necessario sit sumendũ. ¶ Secundo hoc idẽ videtur de institutione & mãdato Xp̃i. Nam Christus instituens hoc sacramentum & offerens illud discipulis suis sub duplici ait Mat. 26. Accipite & manducate hoc est corpus meum. & accipiens calicem pariter ait. bibite ex hoc omnes. Et consequenter adiecit dicens, hoc facite in meam commemorationem. Luc. 22. vbi glo. dicit hoc facite & alijs ministrate. ¶ Tertio hoc idem vr̃ ex ipsa practica Christi, quæ debet esse regula, & norma nostra in agendis & maxime in vsu sacramentorum. Sed Christus legitur dedisse hoc sacramentum sub duplici specie discipulis suis, ergo pariter videtur esse agendum q sacerdotes debeant hoc sacramentum sub duplici specie populis offerre. ¶ Quarto hoc idem videtur ex practica primitiuæ ecclesiæ, quam imitari vt dicit Beda est profectus vitę maioris. Practica autem primitiuæ ecclesię fuit populum sub vtraque specie communicare, ergo idem quod prius. ¶ Quinto hoc quidem videtur ex authoritate sacrorum conciliorum in quibus videtur per sanctos patres esse dispositum, vt sub duplici specie laicis fidelibus sit hoc sacramentum dispensandum, vnde in concilio Carthaginensi, vt 26. q. 6. is qui hic habetur, is qui in infirmitate pœnitentiam petit & c. sequitur. Si continuo creditur moriturus reconcilietur per manus impositionem & infundatur ori eius eucharistia, ex quo verbo videtur præcipi dari sacramentum eucharistię. & sub specie vini, cum infundi soli speciei mere liquidæ conueniat. Et in concilio Toletano quarto dicitur. Ad Christi corpus & sanguinem prælibandum pura debent esse pectora. ¶ Sexto arguitur authoritate Gelasij papæ in præsenti capitulo cõperimus. ¶ Septimo hoc idem videtur ex integritate huius sacramenti, perfectio enim huius sacramẽti duplicem speciem exigit cum perfectum nutrimentum quod ipsum sacramentum significat duas species cibi. s. & potus panis. s. & vini necessario requirat. ¶ Octauo idem videtur ex perfectione repræsentationis passionis dominicę, cuius memoriale insigne est hoc sacramentum. Nam repręsentatio dominicæ passionis in qua Christi sanguis fuit à corpore separatus non plene recolitur nisi in duabus speciebus. s. panis & vini distinctis & seorsum oblatis. ¶ Nono idem accipitur ex effectibus huius sacramenti, quia amplior efficacia virtutis & gratiæ dari videtur sub duabus speciebus quã sub altera tantum, dicente Ambro. valet ad tuitionem aĩæ et corporis, qđ percipimus, quia caro Christi per salute corporis, sanguinis vero pro aĩa offertur. ¶ Decimo hoc idẽ arguitur sic, quia si sumere hoc sacramentum sub duabus speciebus non confert aliquid plus gratiæ, & virtutis, quã sub vna tantum, superflua & vana atque irrationabilis videtur esse institutio duplicis speciei, quod sacrilegium est sentire, cum Christus qui est Dei virtus, & sapientia vt ait apostolus sub duplici hoc sacramentum instituerit. ¶ Vndecimo hoc idem videtur, quia communicare populum fidelem sub altera specie tantum videtur esse contra largitatem & magnificentiam liberalitatis diuinæ, quæ huius cœlestis sacramenti munus sub duplici specie non sub vna tantum populo christiano condonauit. ¶ Duodecimo arguunt Bohemi petendo cuius authoritate introducta est hæc consuetudo de non communicando populũ sub vtraque specie, sed cum vna tantũ, sed cum nulla assignetur, q standum est antiquę consuetudini. Hæc sunt in summa argumenta Bohemorum. ¶ In oppositũ est vsus pro magna parte vniuersalis ecclesiæ, quæ cum spiritu sancto regatur impossibile est errare in his quæ fidei sunt, & de necessitate salutis

Quæstio. — Primum argum. — Scdm — Tertium ar — Quartũ ar. — Quintũ ar. — Sextum ar. Septimum argu. — Octauũ ar. — Nonum ar. — Decimum arg. — Vndecimũ argu. — Duodecimum ar. — Opponit in cõtrarium. Respondet.

re salutis argumentum etiam ad hoc colligitur infra. eod dist. c. peruenit, & in c. presbyter. ¶ Respondeo dicẽdum q̃ non est necessarium vt hoc sacramẽtum detur sub vtraque specie populo christiano. s. panis & vini, sed sub vna tantum panis. s. sacerdotibus tamen consecrantibus non licet sub altera tantum, sed sub vtraque necesse est vt in litera præsentis capituli habetur. Huius autem consuetudinis ecclesiæ de non communicando populum fidelẽ sub vtraque specie, sed sub altera tantum. s. panis, alias collegimus in quodam tractatulo nostro de corpore Christi per decẽ rationes quæ sequuntur. ¶ Prima est propter periculum effusionis vitandum quæ est S. Tho. & Alber. & communiter omnium doctorum, quod faciliter posset accidere, si sub specie vini dispensaretur omnibus fidelibus crescente multitudine Christianorum, in qua continentur senes, & iuuenes, paruuli, & infirmi, quod in maximam iniuriã huius colendissimi sacramenti vergeret. ¶ Secunda est ꝓpter maiorem idoneitatem seruandi & custodiendi sacramentum sub panis specie, & difficultatem custodiendi illud sub specie vini. ¶ Tertia est propter difficultatem deportandi hoc sacramentum ad loca distantia. ¶ Quarta est defectus vini qui ita notabilis & magnus est in multis regionibus, vt cum maxima difficultate haberi possit frequẽter in ea sufficientia, & puritate quæ amplissimo populo terræ communicando sufficeret, quam difficultatem manifestissimam facit difficultas ipsa habendi purum vinũ in regionibus illis pro sola missarum celebratione. Rationabiliter ergo christiano populo ita multiplicato introducta vr̃ consuetudo cõmunicandi fideles sub vna tantũ spẽ .s. panis, qui communius inuenitur, facilius deportatur, & securius custoditur, ne propter defectum vini fidelis populus hoc vitali ac saluberrimo sacrammento priuetur. Quæ ratio ita vrgens vr̃ domino Alberto magno, vt dicat in tractatu corporis Christi, de terris vbi vinũ haberi non potest. q̃ in tali casu debeat recurri ad sedẽ apostolicam, & dicit, q̃ videtur sibi cum talibus esse dispensandum, vt corpus Christi sine calice haberent & conficerent sacramentum, ex quo corpus Christi non est sine sanguine & diuinitate, quamuis non sit ibi sanguis ex virtute consecrationis & sacramenti, hæc ille. ¶ Quinta ratio introductæ consuetudinis est infirmitas aut conditio hõi, quibus grauis & nociuus est gustus vini, etiã in parua quãtitate. ista ratio tangitur à S. Tho. in 3. parte. q. 74. art. 1. vbi ad argumentum quod sit de volentibus gustare vinum dicit sic, si nocumentum timeatur non est necesse q̃ omnes accipiẽtes corpus Christi etiã sanguinem accipiant. ¶ Sexta ratio est, quæ est communis quasi omnium doctorum propter periculum erroris vitandum, qui se faciliter ingereret mentibus fidelium simplicium, si semper sub spẽbus panis & vini hoc sacramentum dispensandum veniret, q̃m si ita fieret possent simplices credere, q̃ totus Christus nõ contineretur integer sub altera specie, sicut contigisse qñque legimus, vnde narrat Alex. de Halis in summa sua, q̃ quibusdam religiosis appetentibus & petentibus, vt sub vtraque specie sumerent sacramentum, sacerdos quidam missam cantans cum faceret fractionem, concauum patenę totum visum est repleri sanguine, ad quod stupuerunt ipse & omnes circunstantes, sed cum contingeret partes hostiæ totum visum est retrahi, & sic petitioni & tentationi fuit pœnitus satisfactum, hæc ille. ¶ Septima causa introductę consuetudinis est propter conformitatem obseruãdam ad sacrificia veteris legis, quę figura fuerunt huius sacramenti, in quorum ritu hoc obseruabatur vt de libaminibus. i. sacrificijs quę in liquida materia offerebatur, vt puta in vino, & oleo, & huiusmodi non sumebãt offerentes, sed soli sacerdotes per quæ libamina potus vt diximus huius sacramenti designabatur, vt ergo correspõderet veritas figuræ proinde introducta est cõsuetudo vnius speciei. ¶ Octaua causa huius est, vt aliqua differẽtia & distinctio dignitatis appareret inter sacerdotes altaris ministros, qui vasa sacra sunt, & ad dispensationem huius sacramenti specialiter consecrata, & residuum populum. rationabile. n. videtur, vt sicut sacerdos potestatis prærogatiua in consecratione tanti misterij, residuo populo distinguitur, ita aliquid habeat singulare dignitatis præ ceteris in vsu sacramenti sumendo ipsum sub vtraque specie, populo sub vno tantum sumente, hæc ratio tãgitur in libro sermonum de sacramento, quem aliqui Alberto, aliqui S. Tho. attribuũt, & est etiam Albert. de padua in sermone de cena domini. ¶ Nona causa est euitatio erroris, qui apud Bohemus ortus est nostris diebus, videlicet ne crederetur hoc sacramentum sub vtraque specie de necessitate ab omnibus fidelibus fore sumendum. Arbitrati nempe sunt & proinde veteres patres nostri, q̃ si hic error in populo christiano oriretur, vltra orthodoxæ fidei habẽs extinctionem, quã in taliter errantium animas efficeret, in maximam huius honoratissimi & Angelis & sanctis omnibus colendissimi sacramenti iniuriam, & irreuerentiam processurus esset, sicut de facto magistra rerum experientia edocuit apud eorum ecclesias quorũ corda hujus erroris caligo possedit, in quibus sanguis Christi omni adoratu dignissimus sæpissime fusus & calcatus pedibus fuisse dr̃ in speciebus eius, insuper tanta alteratio & corruptio sordesque inuentę sæpe numero sunt, vt earum abominationes hoc dignissimũ sacramentum omni suauitate repletum & florentissimum nimis venerandum & fidelibus amabile conuiuium penitus insumptibile redderetur, quamobrem prouidentissime & vt veraciter creditur ipsius spiritus sancti, qui rector ecclesiæ est consilio actum est, vt consuetudo communicandi populum sub vna specie. s. panis introduceretur in ecclesia. Sicut ad tollendum errorem Ebionitarum dicentium legalia obseruanda esse in lege noua, sumpsit ecclesia ritum celebrandi in fermentato, quamuis Christus confecisset in azimo, ne ecclesia catholica videretur in aliquo hæreticis consentire, vt S. Thom. ait in 4. di. 11. ¶ Decima ratio huius introductæ consuetudinis est vt cultus adorationis & deuotionis huic cœlestis sacramento debitus totus referri intelligatur ad contentum sub speciebus illis, & non ad species ipsas sensibiles apparentes. Si. n. necesse esset hoc sacramentũ dispensare omnibus sub duabus spẽbus, cum sub altera specie totus Christus contineatur, & non plus sub duabus quam sub vna, seu altera tantum, indubie crederetur species illas aliquid per se diuinitatis habere, & aliquid præstare virtutis, quod non parum periculosum esset, si animis hoc influeretur fidelium, præter. n. ipsum Christum qui Dei virtus & Dei sapiẽtia est 1. Cor. 1. verus Deus & verus homo sub vtraque specie plene contentus nulla alia virtus spiritualis credenda est inesse spẽbus vt ait S. Tho. tam in 3. parte quam in quarto scripto. ¶ His habitis dicendum est ad rationes factas in oppositũ. Ad primam respondetur, q̃ authoritas illa Ioann. 6. intelligitur de manducatione spũali. s. Christi, quæ dicitur incorporatio, qua quis incorporatur Christo per fidem & charitatem sine qua nemo consequitur vitam gratiæ hic, nec glorię in futuro, quoniam sine fide impossibile est placere Deo, ad Hebre. 11. In qua authoritate manducatio respicit fidem, bibitio vero charitatem, vnde Hug. de sancto Victore in libro opusculorum ait. dominus noster cibus & potus est. Cibus quando sumitur per cognitionem, potus vero quando per dilectionem, facilius. n. intrat animam boni delectio quam occulti cognitio, hæc ille. Quia autem textus ille intelligendus sit principaliter de manducatione spirituali, & non sacramentali, ex multis manifeste colligere possumus. ¶ Tum primo ex eo quòd pro tempore illorum verborum Christi nondum erat institutum hoc sacramentum, nec sermo fuerat factus de institutione eius, & ideo non videtur, quòd præceptum domini respiceret illud, quod nondum prædicatum nec promissum nec institutum erat per eum. ¶ Tum secundo quia multi post illa verba Christi consecuti sunt vitam gratiæ sine sacramentali manducatione. ¶ Tum tertio ex serie præfati capituli sexti, qui totus non videtur posse intelligi recte de manducatione sacramentali. ¶ Quarto patet per expositionem Christi, qua nulla videtur esse securior, quæ qualiter verba prædicta (nisi manducaueritis &c.) essent intelligenda declarans mox subiungit dicens. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in eo, quasi diceret, hoc est manducare carnem filij hominis, & bibere eius sanguinem manere in me, & me in ipso. Quod autem ista sit expositio Christi præfatorum verborum testatur Augustinus super Ioannem, & ponitur in glossa ordinaria. Ita dicens denique iam exponit quomodo illud fiat, quod loquitur, & qiud sit manducare corpus eius, & sanguinem bibere. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo, hoc

Prima rõ. S. Thomas. Secunda rõ. Tertia rõ. Quarta rõ. Alber. mag. Quinta rõ. Sexta rõ. Ale. de Ha. Octaua rõ. Albertus. Nona rõ. Decima rõ. S. Thomas. Ad primum argu. Hug. de sancto victore. Augu.

hoc est manducare illam escam, & illum potum bibere, in Christo manere, & illum manentem in se habere. Ac per hoc qui nõ manet in Christo, & in quo Christus non manet, proculdubio nec manducat eius carnem, nec bibit eius sanguinem, etiam si tantæ rei sacramentum ad iudicium sibi manducet & bibat. hæc Aug. & habetur. j. e. dist. cap. quid est Christum mãducare. ¶ Quinto non ostẽditur authoritatibus fere omnium doctorum sanctę ecclesię, & determinationibus magistrorum, qui pręcipui sunt in schola theologorum, hoc. n. vult Orige. super lib. numerorum homi. 15. hoc Hier. super epistolam ad Ephe. & habetur. j. di. c. dupliciter. Aug. super Io. hoc Ambr. lib. de paradiso. hoc Ber. in expositione psal. 11. hoc magister sentẽtiarum in quarto dist. 8. Item Alber. Alex. de Hal. S. Thom. Bonauẽ. in e. dist. & vniuersi, quasi alij doctores Theologi. ¶ Secundo potest responderi ad prædictam authoritatem ꝙ dato ꝙ intelligatur de sacramentali manducatione, nõ propter hoc sequitur ꝙ præceptum sit aut de necessitate salutis singulis fidelibus sumere illud sub duplici specie, quoniam cum totus Christus contineatur sub vtraq; spẽ & corpus non sit sine sanguine, sumẽs hoc sacramẽtũ sub specie panis, sicut communicat corpori Christi, ita etiam communicat eius sanguini, vt ait S. Tho. Qui etiam nobis solum communicare sanguini, sed etiam sanguinem bibere dicendus est, vt dicit antiquus cancellarius in summa sua, & Petrus de Tharantasia summus pontifex in quarto suo, & Ber. de turre Cardinalis in postilla sua. Et si opponatur contra hoc quod Innocentius tertius in tractatu suo de officio missæ dicit, ꝙ non bibitur sanguis cum manducatur corpus, nec econtra manducatur corpus cũ bibitur sanguis, licet totum sumatur sub vtraque specie dicendũ
2 est vt dicit præfatus Petrus de Tharantasia, ꝙ bibere in sacramento cõuenit dupliciter, aut re & signo expresso, aut re tantum. Re tantum bibitur sanguis etiam sub specie panis, cum veraciter sub illa specie sanguis Christi contineatur, qui potus est animæ & non species ipsa. Bibere vero re & specie signo expresso & appropriato ad speciem seu significationem eius quod sumitur est, sicut cum de calice sumitur, & bibitur sub specie vini, de quo modo bibendi, scilicet re & signo expresso Innocentius prædictus loquitur, & non de primo, cum ipse dicat ꝙ vtrunque sumitur sub vtraque specie, nec in authoritate illa domini fit mentio de potu sanguinis sub specie determinata vini. ¶ Ad secundam respondetur negando ꝙ per illa verba Matt. 26. a Christo sit institutum, aut pręceptum datũ, ꝙ hoc sacramentum sub duplici specie sumendũ sit ab vniuersis fidelibus. verbum. n. Christi dato, ꝙ præceptiue & non narratiue tenetur ad solos tunc præsentes discipulos
2 referebatur. ¶ Præterea verbum illud Luc. 22. hoc facite in meam commemorationem, non obuiat, quoniam per illud neque per glo. interlinearem innuitur ꝙ sub vtraque specie dispensandum Christi corpus fidelibus sit &c. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiá quoniá non oĩs Christi practica seruatur in cena illa sacratissima, circa ritum huius sacramenti est mandatum cunctis fidelib. obseruari, alias præcepti transgressores essent qui non pransi communicarent. Non. n. apud catholicos est habenda valida consequentia illa, Christus seruauit hunc modum in communicando discipulos: ergo eundem seruare tenẽtur sacerdotes in communicando fideles. ¶ Ad quartam respondetur simili modo, ꝙ dato ꝙ in primitiua ecclesia esset talis vsus communicandi fideles sub vtraque spẽ, non sequitur, ꝙ à nobis necessario pariter talis vsus sit obseruandus, multa. n. fuerũt in primitiua ecclesia obseruata, q̃ neque de necessitate, neque de præcepto sunt necessaria obseruari, imo iustissimis causis & honestissimis opposita obseruanda, sicut est communitas rerum, matrimonium sacerdotum, & ritus multarum obseruantiarum, quæ processu temporis nouis exortis causis rationabiliter mutata sunt, extra de consangu. & aff. c. non debet. Et ita est in proposito de vsu duplicis speciei ad omnes fideles rationibus suprapositis. ¶ Ad quintam respondetur, ꝙ per allegata ex illis concilijs non habetur, ꝙ pręceptum sit de communicando populum sub duplici specie. Etiam posito ꝙ illis diebus talis curreret vsus in ecclesia. Nec mouere debet quemquam illud quod dr̃ in decreto concilii Carthaginẽ. videlicet ꝙ infundatur ori infirmantis eucharistia, qm̃ ibi non capitur ita stricte infundi vt rei liquidæ tantum conueniat, sed etiam communiter, vt omni etiam rei liquidæ communiter conueniat, quod manifeste patet, cum ibi eucharistia quæ infundi mandatur in os infirmi, non solum calicẽ dicat, alia sola species vini iuberetur dari infirmantibus, quod nec ratio approbat, nec vsus ecclesiæ seruat: ex concilio autem quarto Toletano nihil arguitur, cum sub vtraq; specie caro & sanguis Christi plene sumatur. ¶ Ad sextam de capitulo pręsentis literę respondetur ꝙ vt dicit gloss. intelligitur de conficientibus. ipsi. n. sub vtraque specie tenentur sacramentum suscipere, qm̃ vt ait S. Thom. in 3. parte sicut totum consecrat sacramentum, ita etiam toti communicare debent. vt. n. legitur in concilio Toletano 12. & habetur. s. e. di. c. relatum, quale erit sacrificium cui nec ipse sacrificans particeps esse dignoscitur. ¶ Ad septimum respondetur, † ꝙ duplex perfectio distinguitur à do-
3 ctoribus huius sacramenti, vna attenditur quantum ad rẽ significatam & contentam per hoc sacramentum, quæ est ipse Christus, & perfectio ista, & integritas sub qualibet specie, imo etiam sub qualibet partiuncula cuiuslibet speciei plenissime manet, vbi. n. est pars corporis, ibi & totũ inquit Hilarius, secundum quam perfectionem ita plene sumitur sacramentum sub vna specie, sicut sub duabus dicente Hiero. & habetur dist. 2. c. singuli. Singuli accipiunt Christum dominum, & in singulis portionibus totus, nec per singulos minuitur, sed integrum se præbet singulis. Et magister sententiarum ait in quarto dist. 12. sub vtraque specie totus Christus sumitur, nec plus sub vtraque specie, nec minus sub altera, cuius figura expresse præcessit in manna de quo dicitur, ꝙ nec qui plus collegerat habuit amplius, nec qui minus collegerat habuit minus. ¶ Secundo colligitur & consideratur perfectio huius sacramẽti quantum ad significationem, qua Christum vt nutrimẽtum perfecte reficiens significat, & quantum ad huius significationis integritatem duas necesse est, species distinctas sicut arguebatur cibi, s. & potus, concurrere. Tum quia vt dicit S. Th. in 3. par. perfectio huius sacri non consistit in vsu fideliũ, sed in cõsecratione nõ derogat perfectioni sacramẽti, si populus sumat illud sub vna spẽ, dũ tñ consecrans illud sub vtraque suscipiat. ¶ Ad octauam dicendum, ꝙ illud non obuiat. Tum primo vt dicit S. Tho. vbi supra, quoniam cum repræsentatio passionis dominicæ agatur in consecratione ipsa huius sacramenti, in qua sub vtraque specie consecratur, ad consecrantes & offerentes hoc sacrificium pertinere videtur integritas huius repræsentationis, quibus sicut dictũ est, hoc facite in meam commemorationem, Luc. 22. ita potestas consecrandi data est & alijs ministrandi. In cuius rei manifestissimum argumentum habet consuetudo vniuersalis ecclesiæ, vt in die veneris sancta in qua vniuersus populus recolendę memorię passionis dominicæ deuotiori studio intendit, quia sacerdos non consecrat sub vna tantum specie sacramentum sumit sicut habetur. j. dist. 3. Sabbato. Et notat glos. & Arc. s. de consec. di. 1. c. visum. Præterea secundo integritati sacramenti non præiudicatur, quoniam sacerdos integrum sacramentum in persona huius populi offert & sumit. ¶ Ad nonam dicendum, ꝙ falsum est quod amplior sit huius sacramẽti efficacia sub duabus speciebus, quam sub vna, quoniam cum efficacia huius sacramenti tantum de re contenta dependeat. s. ipso Christo & non ex speciebus panis & vini, quæ sunt quædam accidentia sensibilia, cũque totus Christus contineatur sub vtraque specie, nõ plus virtutis aut efficaciæ aut gratiæ confertur per hoc sacramentum, quantum est de se sumentibus illud sub duabus speciebus, quam sub vna tantum, licet plenius significetur vtilitas & efficacia eius sub duabus speciebus, quam sub vna tantum. Et ad hoc tendit authoritas Ambrosij, vt apparet ex dictis eius in eodem loco, & aliorum doctorũ attribuentium diuersos effectus huic sacramento sub diuersis speciebus designato, & non ad hoc, quod minor esset efficacia huius sacramenti sub vna specie, quam sub duabus dispensatum, quoniam hoc non est verum sed æquè plena est. Quod etiam dominus notasse videtur Ioã. 6. vbi postquam dicit, qui manducat meã carnem, & bibit meum sanguinem habet vitã æternã. consequẽter adiecit de vna spẽ loquens, qui manducat hunc panẽ viuet in ęternum. ¶ Ad decimam respondetur negando consequentiã, quoniam licet sub vtraque specie tam corporis quam sanguinis sumatur, & æqualis efficacia sit huius sacri sub vna specie

Origenes. Hieronym. Ambrosius. Bernardus. S. Thomas. Pet. de tar. Ber. de turre. Ad secũdum Ad tertium ad quartum Ad quitum Ad sextum S. Thoma. Ad septimũ Ad octauum Ad nonum Ad decimũ

specie sicut sub duabus, non tamen ꝑpter hoc frustra aut superflua est institutio duplicis speciei huius sacramenti, vnde S.Th. in 3. parte dicit quamuis totus Christus sit sub vtraque specie, non est tamen frustra altera illarum, valet .n. ad repraesentandum passionem Christi, in qua seorsum fuit sanguis à corpore. secundo ad significãdum perfectũ nutrimentum animae, quae datur in hoc sacramento. tertio ad designandum effectum huius sacramenti, qui est salus vtriusque hominis, quae omnia aeque plene per vnam speciem signari non poterant, sicut per duas licet aeque plene conferri. quarto non est superflua altera species inquit Albertus, quia licet sanguis habeatur in corpore nõ tamen ex virtute sacramentali, sed potius ex vnione naturali, qua humores vniunt corpori. ¶ Ad vndecimam respondetur negando assumptum, quoniam communicando populũ sub vna specie nihil fit cõtra largitatẽ liberalitatis diuinae, nec aliquid diuini muneris subtrahitur populo. cuius ratio est, quoniam immensitas ipsa liberalitatis diuinae in hoc sacramento poenes rem contentam quae immensum donum, & ineffabilis dignitas est, attenditur, nõ poenes dualitates specierum, quod donum (sicut dictũ est) aeque plene continetur, & suscipitur sub vna specie, sicut sub duabus. ¶ Ad duodecimam respondetur dupliciter. primo quod satis innuitur authoritate vniuersalis ecclesiae haec consuetudo habuisse robur & originem, vbi hoc sacramentum reseruari praecipitur pro infirmis communicandis. vt in capitulis supra allegatis. videlicet c. peruenit & c. presbyter. & hoc quidem habetur in sexta synodo Constantinopolitana, vbi aperte conspicitur illis temporibus vsum vnius speciei fuisse apud populum laicalem. Item in duodecimo concilio Toletano, quod praeter dominici calicis haustum ministrabatur eucharistia. secũdo respondetur, quod non obuiat consuetudini nostre, quod non reperitur ex statuto vniuersalis decreta, quoniam nõ omnia quae ecclesia vniuersalis multa cum veneratione, modo obseruat, prius publicata fuerunt siue demandata scriptis, sed multa eorum sunt sola consuetudine introducta, quae pari pietate & reuerentia colit, & obseruat, vt ait beatus Augu. & ponitur 11. di. c. ecclesiarum. Lege. ¶ [Cõperimus integra]. i. sub vtraque specie. [Sacramenta] hoc .n. sacramentum (sicut dictum est circa capitulum primũ huius distinctionis) dictum est sacramenta ratione pluralitatis specierum, sub quibus redditur licet vnum sit. Praeterea quia in hoc sacramento sunt duo. s. efficacia & significãtia dupliciter loqui possumus, vt dicit magister Alexãder & dominus Bonauentura in quarto de integritate huius sacramenti aliquantum ad efficaciam, & sic, non sunt ambae de integritate, sed altera sufficit cum sub altera earum sit integrum sacramentum, quia sub qualibet continetur totus Christus, à quo est efficacia huius sacramenti, & ita sumens hoc sacramentum sub altera specie integre sumit, quia totum quod continetur in sacramento sumit, vt infra e. dist. singuli. ¶ Secundo modo loqui possumus de integritate sacramenti quantum ad significantiam, siue significationem, & sic ambae species sunt de integritate huius sacramenti, quia per neutram earum perfecte exprimitur res huius sacramenti, sed per vtranque simul quod patet sic, quia hic significatur Christus, vt cibus perfectè reficiens manducantes sacramentaliter & spũaliter, perfecta autem refectio non est in pane tantum, nec in vino tãtum, sed in vtroque simul. ¶ Praeterea Christi passio cuius hoc sacramẽtum est memoriale in qua sanguis separatus fuit à corpore perfectius exprimitur per vtranque speciẽ simul, quam in vna tantum. Caeterum Christus nõ solum exposuit corpus, sed ẽt aĩam pro redemptione nostra. nos que etiam in corpore & in anima redempti sumus eius passione. haec autem perfecta redemptio integre significatur per vtranque speciem simul. In pane corpus, anima cuius sedes est in sanguine in vino. Et de hac integritate. s. significationis loquitur hic tex. Et quia multa dicta sunt in quaestione non est opus hic plura dicere.



Votidie. Sequitur quartum c. huius partis, in quo magister Gratianus ex authoritate Augu. respondet tacitae quaestioni, quae circa frequentationẽ huius sacramenti quaeritur, vtrum liceat omni die hoc sacramentum frequentare. Diuiditur autem hoc capitulum in tres partes. In prima ponit, ꝙ quotidie eucharistiam sumere nec laudat nec vituperat. sed hortatur, vt diebus dominicis sumatur. In secunda consulit, quid agendum sit dicẽtibus quibusdam ꝙ quotidie sumenda sit, quibusdam econtrario dicentib. ꝙ non dicens, vt faciat vnusquisque quod secundum fidẽ suam credit esse faciendum. In tertia confirmat hoc exemplis sacrae scripturae. secunda ibi idem dicit. tertia ibi, nec .n. Pro huius capituli & duorum sequentium pleniori intelligentia veniunt hic tria quaerenda.

1 ¶ Primum est vtrum liceat singulis diebus hoc sacramentum frequentare.

2 ¶ Secundo vtrum laudabilius sit frequenter accedere vel frequenter abstinere.

3 ¶ Tertio vtrum liceat pluries in vna die communicare.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur ꝙ singulis diebus sit communicandum.

¶ Primo authoritate domini. dominus. n. docuit nos quotidie orare, & petere panem super substantialem. Et alius euangelista nominat ipsum panem quotidianum. Et Ambro. dicit. Panis iste quotidianus est, accipe quod tibi prosit, ergo videtur ꝙ quotidie sit communicandum. ¶ Praeterea hoc arguitur exemplo primitiuae ecclesiae. dicitur .n. Actu. 4. quotidie communicabant fideles, ergo si oportune fuit ab apostolis institutum, videtur quod eorũ exẽplo quotidie sit communicãdum. ¶ Tertio aruguitur sic, hoc sacramẽtum est etiam in remissionem venialium. ergo debemus quotidie accipere, vnde Ambrosius & habetur in c. sequenti eo. di. dicit, quotiescunque funditur sanguis Christi in remissionem peccatorum effunditur, debeo semper accipere qui semper pecco. ¶ Quarto sic. isto sacramento excitatur feruor charitatis, quo homo Christo vnitur. sed hoc expedit ꝙ quotidie fiat, ergo quotidie est communicandum. ¶ In oppositum est text. praesentis. c. In quo Aug. dicit, ꝙ quotidie eucharistiam accipere neque laudo neque vitupero &c. ¶ Respondeo dicendum cum S.Th. in 3. parte, ꝙ circa vsum huius sacramenti duo veniunt considerãda, vnum quidem ex parte ipsius sacramẽti, cuius virtus est hoĩbus ex qua parte nulli dubiũ est, quin vtile sit continue ipsum suscipere, vt homo eius fructum continue percipiat. Et ideo Ambro. ait in libro de sacramentis & iam inductum est, si quoties effunditur sanguis Christi in remissionem peccatorũ effunditur, debeo semper accipere, quia semper pecco, Et iterum iste panis quotidianus est, accipe quotidie quod tibi prosit. ¶ Secundum quod est considerandum circa vsum huius sacramẽti, est ex parte sumentis, videlicet ꝙ cum summa reuerentia ad hoc sacramentum accedat, & ideo si aliquis se quotidiè ad hoc paratum inuenuerit, laudabile est, ꝙ quotidie sumat. vnde Ambrosius cum dixisset accipe quotidie, quod tibi prosit. Sic viue vt quotidie merearis accipere. Et qa multoties in pluribus hoĩbus multa impedimenta huius deuotionis occurrũt propter corporis indispositionem, vel animae, vtile omnibus hoĩbus non est ad hoc sacramentum quotidie accedere, sed quotiescunque se ho mo ad illud paratum inuenit. vnde Augu. in libro de ecclesiasticis dogmatibus, & habetur ĩ c. praesenti. quotidie eucharistiam accipere nec laudo, nec vitupero. pertinet ergo ad reuerẽtiam huius sacramenti vt inquit S.Tho. & ꝙ quotidie sumatur, & quod aliquando abstineatur, vnde si qs experimẽtaliter cognosceret ex quotidiana assumptione feruorem amoris augeri, & reuerentiam non minui, talis differet quotidie communicare. Si autem sentiret ꝑ quotidianam frequentationem reuerentiam minui, & feruorem non multum augeri, talis deberet interdum abstinere, vt cum maiori reuerẽtia post modũ accederet. Quare videtur vnusquisque quantum ad hoc suo iudicio relinquendus, vnde Augu. dicit in litera praesenti, licet dixerit quispiam non continue accipiendã eucharistiam, alius affirmat continue accipiendam, faciat vnusquisque quod secundum fidem suam pie credit esse faciendum, nec. n. litigauerunt inter se Zacheus, & ille Centurio, cum alter illorum gaudens suscepit dominum, alter dixit non sum dignus vt intres sub tectum meum, ambo Saluatorem glorificantes quamuis non eodem modo, amor autem & spes & quae nos semper scriptura prouocat praeferũtur timori. vnde etiam cum dixit Petrus. Exi à me domine quoniã peccator homo ego sum. Respondit Iesus, noli timere. ¶ His habitis patet responsio ad rationes, quoniam illae procedunt

Margin notes: S. Thomas. — Albertus. — Ad vndecimum. — Ad duodecimum. — Exponit literam. — Alexander. Bonauentu — Diuisio. — Primum argum. — Scdm ar. — Tertium ar. — Quartũ ar. — Opponit in cõtrarium. Respondet S. Tho. — Ambrosius. — S. Thomas — ad arg.

procedunt de præparatis dignè ad susceptionem huius sacramenti,tales.n.vtiliter possunt frequentare hoc sacramentum,sicut faciebant,qui erant in primitiua ecclesia propter eorum singularem sanctitatem,verum,quia huiusmodi debita præparatio iam in paucis esse videtur,paucis his diebus videtur vtile quotidie accedere ad sacramẽtum hoc,quare &c.

2 Ad secundum Sic proceditur.†Et arguitur ꝙ laudabilius sit abstinere ab hoc sacramento quam accedere.¶ Primo sic.Ad Deum maxime per humilitatem approximamus.sed ꝙ homo ex reuerentia huius sacramenti à communione desistat humilitatis est,ergo abstinere videtur magis meritoriũ & fructuosum,quam sumere.¶ Secundo charitatis veræ est magis gloriam Dei quærere,quam proprium commodum. sed iste qui abstinet videtur propter gloriam Dei facere, quem reueretur,qui vero sumit propter proprium commodum facit cum fructum sacramenti quærat,ergo illud est perfectioris charitatis,& ita magis meritorium. ¶ In oppositum tamen videtur argui primo ex c.præsenti.¶ Secundo ratione sic.Ex frequenti accessu multiplex prouenit commodum & ipsi accedenti,& alijs membris Christi.ex cessatione autem à bono opere nullum prouenit cõmodum,ergo &c.¶ Tertio sic.In alijs autem sacramentis ei cui licet sacramentum accipere melius est accipere quã desistere,sed hoc sacramẽtum est dignius,ergo multo melius est huiusmodi præparato accipere siue frequentare, quam ex reuerentia desistere.¶ Respondeo dicendum.ꝙ simpliciter loquendo melius est sumere communionẽ siue frequentare hoc sacramentum,quam abstinere , cum accedere ad sacramentum sit bonum secundum se.in casu tamen aliquo nihil prohibet esse melius abstinere, quã accedere quando.s.aliquis probabiliter præsumit ex sumptione reuerentiam minui,dicit tamen S.Tho.in quarto ꝙ si ista duo comparemus adinuicem inuenitur præualere sumptio sacramenti abstinentiæ à sacramento propter triplicem rationẽ.Tum ratione multiplicis effectus quẽ consequitur digne accedens.secundo ratione præparationis qualiscunque sit quam disponit se qui ad communionem accedere intendit.Tum ratione virtutis elicientis actum,quia sumere videtur esse charitatis,in qua radix merendi consistit. abstinere autem timoris.amor autem timore præualet.Qua consideratione habita sanctus Apollonius vt dicitur in vitas patrum lib. secundo. capitulo. 38. monebat,vt si fieri posset quotidie monachi communicarent Christi mysterijs.Cuius admonitionis quinq; rõnes ponit.Prima ne forte qui se satis longe facit ab his, longe fiat à Deo.secunda qa qui frequentius hoc suscipit,vř frequẽtius suscipere Saluatorẽ dr Io.6. qui mãducat carnem meam in me manet,& ego ĩ eo.tertia quia ipsa cõmemoratio dñicæ passionis cũ assidue fiat à monachis plurimũ vtilitatis eis confert ad exemplũ patientiæ.quarta qa per hoc datur cõmonitio,vt studeat vnusquisque ita paratus inueniri vt dignus dñicis mysterij inueniatur, qnta qa ꝑ hoc remissio credentib.datur peccatorũ.Et venerabilis Beda fert̃ dixisse ꝙ sacerdos qñ est absque peccato mortali & celebrare põt,& nõ facit,Priuat primo sanctã trinitatem gloria.secundo Angelos in superna Hierusalem lætitia. Tertio hoĩes in ecclesia militãte adiutorio & venia. quarto aĩas in purgatorio subsidio & gratia,seipsum aũt priuat ordinẽ mentis, Informatione intellectus,verborum veritate,famæ claritate,desideriorum puritate,& oĩ stabilitate.hæc ille.cæteris ergo paribus potius accedendum est ex confidentia diuinæ pietatis,quam ex consideratione propriæ fragilitatis abstinendum quanuis vtrunque pro loco & tempore reddatur commendabile. Cum.n.hoc sacr̃m pietatis in remediũ institutum sit, qñcunque homo facit hoc ꝙ põt habilitãdo se ad gr̃am sufficit,nec reqrit Deus ab hoĩe hoc,ꝙ sibi viderit impossibile esse,accede ergo & pulsa nihil hæsitans,medicus est,& pijssimus distributor, & largissimus remunerator,ipse solo verbo restaurat vniuersa,sua ꝑsentia curat vulnera, medetur corda , tristitiã depellit,& cordis lætitiam tribuit.¶ His habitis dicendũ est ad rationes. ¶ Ad primam dicitur negando assumptum , quoniam charitas est quæ Deo directe nos coniungit,sed humilitas ad hanc vnionem disponit,inquantum,hoĩem Deo subdit,vnde meritum magis consistit ĩ charitate,quam in humilitate.¶ Ad secũdã respondet̃ simpliciter primo secundum Alexandrum de Halis, negãdo, ꝙ qui accedit ad sacramentum solum proprium commodum quærit,imo,& quærit gloriam Dei,repræsentar e.n. intendit illam summam charitatem,qua propter nos dominus passus est in cruce.Prætere illam summam potentiam qua Christus Deus & homo sub tantilla specie continetur.¶ Secundo respondetur secundum S.Thom. quod cum in hoc maxime attendatur gloria Dei & bonitas, ꝙ se creaturis pro captu earum communicet , magis videtur ad gloriam Dei pertinere,ꝙ aliquis ad communionẽ accedat,quam ꝙ abstineat.

Primum ar. · Scd̃um ar. · Opponit in cõtrarium. · Scd̃a oppo. · Tertia opp. · Respondet. · S.Thomas. · Ad primum argum. · Ad scd̃um. · ale de Hal. · S.Thomas.

3 Ad tertium Sic proceditur †Et videtur quod homo possit pluries in vna die communicare.¶ Primo sic,quia si vt ex superioribus patet laudabile est hoc sacramentum frequenter suscipere , sequitur ꝙ quanto frequentius sumeretur,tanto esset laudabilius. sed maior esset frequentia si homo pluries in die sumeret hoc sacramentum,ergo laudabile esse videtur , ꝙ homo pluries in die communicet.¶ Secundo maius est celebrare quam communicare.sed sacerdos potest ĩ vna die pluries celebrare si necessitas sit,vt patet supra dist.1.c.nocte sancta.ergo & fidelis alius potest pluries communicare. ¶ Tertio quotiescunque ægritudo corporalis iteratur extrema vnctio potest iterari,sed eucharistia ordinatur cõtra egritudinem venialium peccatorum,quæ vno die pluries iterantur,ergo vno die potest homo pluries communicare.¶ In oppositum arguitur.primo ex præsenti c.si.n. Augu.non laudat quotidie communionem accipere,multo minus vnum hominem pluries vno die communicare. ¶ Secundo ex capitulo sufficit supra dist.1.vbi dicit Alexander papa,sufficit sacerdoti semel ĩ die missam celebrare,quia Christus semel totum mundum redemit,ergo ẽt semel tantum debet quis communicare.¶ Respondeo dicendum,ꝙ homo non debet pluries in vna die communicare sed semel tantum.ad quod inducit S.Tho.in quarto duas rationes.¶ Prima vt saltem quãtum ad vnam diẽ repræsentetur vnitas passionis.Et hæc ratio assignat̃ in canone superius posito in capitulo sufficit.¶ Secunda ratio est vt quantum ad aliquid reuerentia adhibeatur semel tã tum illud sumendo,quod non fieret cum quis pluries vna die sumere hoc sacramentum præsumeret,de quo plenius vide supra dist.1.c.sufficit. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum negando consequentiam,quia licet laudabile sit bene dispositum hoc sacramentum suscipere , non tamen pluries in vna die rationibus iam dictis.¶ Ad secundam dicendum, ꝙ sacerdos est quasi persona publica , & ideo oportet,quod non solum pro se , sed etiam pro alijs celebret,& ideo necessitate cogẽte potest pluries celebrare in die,sed non est eadem ratio de illis,qui non sumunt nisi ratione sui.¶ Ad tertiam dicendum , ꝙ sunt alia remedia quibus peccatum veniale expiari potest . vnde non oportet vt ad eadem expianda homo in die pluries communicet.Lege.¶ [Nec laudo nec vitupero .] Contra istam literam August.arguitur sic, communicare corpus Christi est vtile valde digne communicanti etiam toti ecclesiæ.communicans ergo quotidie aut est bonus,aut malus in peccato mortali.s.existens.Si bonus vtile est ei & toti ecclesiæ quotidie communicare,ergo communicans si bonus sit,est laudandus.si malus est vituperandus.videtur ergo ꝙ non bene dicat Augu.cum dicit nec laudo, nec vitupero. ¶ Ad hoc respondet Alexander de Halis ꝙ August.loquitur de bonis,& potest esse in bonis sacerdotib. ꝙ quotidie communicare,generet fastidium , & minorẽ reuerentiam,& deuotionem si aliquis hoc sentiat laudabile est,vt aliquando à communione abstineat , vt postea augeatur in eo deuotio,& reuerentia.in aliquibus vero ipsa frequentia auget deuotionem,& reuerentiam , & tunc laudabile est quotidie accipere,& ideo nec laudat,nec vituperat,quia aliquando potest bene fieri à bonis, quãdoque bene omitti à bonis.de malis autem non loquitur Augu.semper.n.in ipsis esset hoc vituperabile.hęc Alexander [In affectu peccandi].s.mortaliter[lachrimis]saltem interioribus.s.mentis,quia vt August. in libro de pœnitentia ait.recte pœnitens quicquid post purificationem contraxit sordis,oportet ꝙ abluat saltem lachrimis mentis[mortalia]cum quibus accedendum non est ad hoc sacramentum sumendum.vt infra eo.dist.c.& si non tanta. vtrum autem peccatum veniale impediat susceptionem huius sacramenti

Primum ar. · Secundum argu. · Tertiũ ar. · Opponit in contrarium · Scd̃a opp. · Respondet. S.Thom. · Ad primum argu. · Ad secundã · Ad tertium · Exponit literam. · Respondet ale.de Hali. · August.

sacramenti videbitur in eodem capitu.[Secundum fidem suã .i. conscientiam suam. probet aũt seipsum homo inqt apostolus 1.Cor.11.& sic de pane illo edat,& de calice bibat[litigauerunt].i.contrarij sibi fuerunt,quia diuersis respectibus moti sunt,vt in quæstione dictum est, vnus feruore charitatis suscipit vt Zacheus,cui cum desiderio videndi Christum arborem sicomorum ascẽdisset dictum est à Christo.Zachee festinans descende,quia hodie in domo tua oportet me manere.Lucæ 19.Alter vero Centurio territus magnitudine maiestatis humilitate & timore prostratus volenti Christo descendere in domum suam ad sanandum filium eius ait.domine non sum dignus, vt intres sub tectũ meum,sed tantum dic verbo,& sanabitur puer meus Lucæ. 7.[Ad hoc].s.ꝙ de accipiendo corpore Christi quotidie vel non quisque faciat secundum quod credit pie essa faciendum [valet] secundum exemplum de manna[secundum propriam voluntatem]vnde sapienti.16.dr̃.panem de cœlo præstitisti eis sine labore omne delectamentum in se habẽtem,& oĩs saporis suauitatem, substãtiam.n. tuam dulcedinem tuam quã in filios habes ostendebas,& deseruiens vniuscuiusque voluntati ad qđ

Opponit in cõtrarium. quis volebat conuertebatur.¶ Sed contra hoc esse videtur quod dr̃ numer.11.Recordabamur piscium, quos comedebamus in Aegypto gratis nobis in mentem veniunt cucumeres & pepones,porrique & allia,& cepæ.ergo videtur ꝙ mãna non sapiebat eis secundum voluntatem eo-

Respondet. rum,quia alias non viderentur illa desiderasse.Respondetur quod licet mãna ita eis saperet sicut volebant, optabãt tamen illa in specie habere quæ in Aegypto comederant.

2 *Peccata venialia qualiter contrarientur charitati.*

4 *Sacramentum altaris potest operari remissionem peccati dupliciter.*



I quotiescunque. Sequitur quĩtum c. eiusdẽ partis,& est beati Ambrosij quod inducit magister Grat.in argumentum frequentationis huius sacramenti & eius effectu que est remissio quotidianorum peccatorum. s.venialium.Pro huius capituli pleniori intelligentia duo veniunt hic querenda.

1 ¶ Primum vtrum virtute huius sacramenti peccata venialia dimittantur.

3 ¶ Secundum vtrum etiam effectus huius sacramenti sit remissio mortalium.

1 Ad primum Sic proceditur.†Et videtur ꝙ virtute huius sacramenti non deleantur

Primum ar. venialia.Primo sic.hoc sacramentum vt dr̃ August. super Io.est sacramentum charitatis.& habetur infra e.dist.cap: hoc est sacramentum.sed peccata venialia non contradicunt charitati,cum contrarium tollatur per suum contrarium,vt extra de re.iu.c.1.videtur,ꝙ peccata venialia per

Scđm arg. hoc sacramentum non tollantur.¶ Secundo sic, si peccata venialia per hoc sacramentum remitterentur qua ratione vnum remittitur,& omnia remittentur.sed non videtur,ꝙ omnia remittantur,quia sic,frequenter aliquis esset sine omni peccato veniali, qđ est cõtra illud quod dr̃. 1.Io.1.Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus.Nõ ergo per hoc remittitur aliquod

Tertium ar. peccatum veniale.¶ Tertio esto ꝙ aliquis habeat decem venialia.aut sacramento omnia delentur,aut nulla aut tãtum quinque,vel sex,vel in aliquo alio numero,sed nõ videtur rõ quare magis hæc quã illa,igitur aut oĩa , aut nulla.Non videtur ꝙ oĩa ex authoritate iam dicta 1. Io.1. Et August.dr̃ ꝙ quotidie grauamur peccatis,sine quib. mor-

Quartũ ar. talis infirmitas viuere nõ potest :ergo nulla.¶ Quarto sic. baptismus quia dimittit omnia peccata mortalia,& venialia non requirit luctum exteriorem , nec confessionem post baptismum digne susceptum. Si.n. hoc sacramento peccata venialia dimittantur,non requireretur,ꝙ post susceptionem huius sacramenti aliquis faceret pœnitentiã

Quintũ ar. de peccatis venialibus,de quibus ante nonnunquam pœnituerat,quod falsum est.¶ Quinto sic,q accedit ad hoc sacramentum aut accedit contritus aut non.Si contritus,

Opponit in cõtrarium. ergo remissa est ei culpa.ergo nullum habet effectum eucharistia super venialia.¶ In oppositum est ca. præsens qđ est beati Amb.Itẽ Innocẽtius tertius qui ait ꝙ hoc sacramentum venialia delet & cauet mortalia. ¶ Respondeo dicendum ꝙ virtute huius sacramenti delentur venialia

indigne suscipiente. Pro quo notandum ꝙ in hoc sacramento duo possunt considerari.s.ipsum sacramentum,& res sacramenti,& ex vtroque apparet vt dr̃ S.Thom.in 3. Respondet.

parte,ꝙ hoc sacramentum habet virtutem ad remissionẽ S. Thomas. venialium peccatorum.Nam hoc sacramentum sumitur sub specie cibi nutrientis.nutrimentum aũt cibi necessarium est corpori ad restaurandum id quod deperditur ex caloris naturalis concupiscentia.spiritualiter autem quotidie in nobis aliquid deperditur ex calore concupiscentię per peccata venialia que diminuunt feruorem charitatis,& ideo competit huic sacramẽto vnde remittat pecca

ta venialia,vnde & Ambro.dr̃ in libro de sacramentis, ꝙ Ambrosius iste panis quotidianus sumitur in remedium quotidianæ infirmitatis.Res aũt huius sacramenti est charitas,non solũ quantũ ad habitũ.sed ẽt quãtum ad actũ, qui excitatur in hoc sacramẽto. per quod peccata venialia soluũtur. vñ manifestũ est,ꝙ virtute hui' scr̃i remittunt̃ pc̃ã venialia. ¶ Dicendum est ergo ad rationes.Ad primam responde-

2 tur ꝙ peccata venialia & si non contrariantur charitati, Ad primũ argu. quantum ad habitum contrariantur tamen ei, quantum ad feruorem actus qui excitatur per hoc sacramentum ratione cuius peccata venialia tolluntur.¶ Ad secundam di- Ad secũdum

cendum,ꝙ tãtus potest esse deuotionis feruor , ꝙ omnia peccata delet.Nec est inconueniens ꝙ aliqua hora homo sit absque peccato veniali,quamuis hoc diu durare non possit propter difficultatem vitãdi peccata venialia . vnde, S.Th. dicit ꝙ illud verbum Io.non est intelligendum qn S.Thomas aliqua hora homo possit esse absque reatu peccati venialis,sed quia vitam istam sancti nõ ducunt sine peccatis venialibus.¶ Secundo respondetur,ꝙ non oportet ꝙ hoc sacramentum omnia peccata venialia deleat,sed secundum mensuram deuotionis,qa non est proximus effectus eius deletio venialium,sed ex consequenti sequitur . sequitur .n.feruorem charitatis excitatum in hoc sacramento.¶ Ad Ad tertium tertiam respondetur ꝙ potest esse ꝙ omnia deleantur sicut dictum est. nec contra hoc militat authoritas Beati Ioann.neque August. sicut dictum est. Potest etiam esse ꝙ quædam deleantur,& q̃dã non.hoc.n.in voluntate Dei est secundum deuotionem sumẽtis dimittere ei plura venialia.vel pauciora.opinatur tamen magister Alexander in quarto ꝙ gratia ipsius sacramenti delentur cuius venialia quæ magis contraria sunt principali effectui huius sacramenti,quæ est vnio fidelium siue membrorum adinuicem cum capite,sicut sunt venialia q̃ proueniunt ex defectu amoris,vt sunt venialia odij,& discordiæ , & huiusmodi,& consequenter alia q̃ minus sunt cõtraria.Et hoc videtur innuere Bernardus in quodam sermone dicens. Sacramentum illud duo operatur in nobis,vt videlicet & sensum minuat,& in grauioribus tollat oĩno consensum. si qs vestrum nõ tam sæpe numero, neq; tam acerbos sentit motus iracundiæ,luxuriæ,inuidiæ,aut cæterorum huiusmodi,grãs agat corpori,& sanguini dñi, qm̃ virtus sacramẽti operatur in eo.¶ Ad quartam respõdetur primo, ad quartum ꝙ non est simile de sacramento baptismi , & eucharistiæ qa baptismus habet pro principaliori effectu delere peccatum,& ideo quando impeditur delet omnia,sed nõ est ita in hoc sacramento, & ideo ratio non sequitur. ¶ Præterea si virtute huius sacramenti deleantur venialia,quia tamen dubium est an omnia semper an quædam tantum & quæ illorum,propter hoc ad puritatem conscientiæ expedit de illis pęnitere post sumptionem sacramenti.vt dr̃ magister Alexander de Halis.neque hoc præiudicat sacra Ale.de Hal. mento. ¶ Ad quintam dicendum,ꝙ ratio non procedit, Ad quintam & si accedat homo contritus ad hoc sacramentum,non sequitur,quod accedat sine omni culpa.quia cum gratia cõtritions bene stat peccatum veniale,cum non opponantur adinuicem.

3 Ad secundum Sic proceditur†& videtur quod per hoc sacramentum eucharistiæ deleãtur peccata mortalia.¶ Primo ex capitulo cum Primum ar. omne crimen supra ea.dist.vbi Iulius papa dicit,quod omne crimen atque peccatum oblatis deo sacrificijs deletur. ¶ Secundo ex eo quod dr̃ in collecta. Sit hoc sacramentũ Scđm arg. ablutio scelerum . sed scelera dicuntur peccata mortalia,ergo &c.¶ Tertio hoc sacramentum agit virtute passionis Christi,sicut & baptismus.sed per baptismum di- Tertiũ arg. mittuntur

mittuntur peccata mortalia, ergo & per hoc sacramentū præsertim cum in forma huius sacramenti dicatur. Qui ꝓ multis effundetur in remissionem peccatorū. (Quartū ar.) Quarto per hoc sacramentum gratia confertur, sed per gratiam iustificatur homo à peccatis mortalibus secūdum illud ad Roma. 3. iustificati gratis per gratiam ipsius. ergo per ipsum sacramentum remittūtur peccata mortalia. (Quintū ar.) ¶ Quinto maxime congruit illud sacramentum, in quo ille qui est autor gratiæ & indultor peccatorum continetur abundare, magis in effectu gratiæ respectu aliorum sacramētorum. Cum ergo in alijs sacramentis detur gratia delens peccata mortalia, maxime videtur ꝙ hoc debeat cōpetere huic sacramento. (Opponit in cōtrarium.) ¶ In oppositum videtur argui ex c. præsenti, & sequenti. ¶ Præterea dicit August. ad Renatum. Quis offeret corpus Christi nisi ꝓ his qui sunt membra Christi, sed illi qui sunt membra Christi non habent peccatū mortale, ergo virtute huius sacramenti non deletur mortalia. ¶ Præterea hoc manifeste arguitur ex illo 1. Cor. 11. vbi dicit apostolus. Qui manducat & bibit indigne iudicium sibi manducat & bibit. dicit autem gl. ibidem, ꝙ ille manducat & bibit indigne, qui ī crimine est vel irreuerenter tractat, & talis manducat & bibit sibi iudicium & damnationem, ergo ille qui est in peccato mortali per hoc ꝙ accipit hoc sacramentum magis accumulabit sibi peccatum, quam remissionem sui peccati consequatur. (Respondet. S. Thomas.) ¶ Respōdeo dicendum iuxta S. Tho. in tertia parte quod virtus huius sacramenti potest considerari dupliciter vno modo secūdum se, & sic, hoc sacramentum habet virtutem remittendi quæcunque peccata ex passione Christi, quæ est fons & causa remissionis peccatorum. ¶ Alio modo potest considerari per comparationem ad eum, qui repetit hoc sacramentum prout in eo reperitur impedimentum percipiēdi hoc sacramentum, quicunque autem habet conscientiam peccati mortalis in se habet impedimētum percipiēdi effectum huius sacramenti, eo ꝙ non est cōueniens susceptor huius sacramenti. Tum quia non viuit spūaliter, & ita non debet spūale nutrimentum suscipere, quod nō est nisi viuentis. Tum quia non potest vniri Christo, ꝙ fit per hoc sacrificium, dum est in affectu peccandi mortaliter, & ideo vt dr̄ in libro de ecclesiasticis dogmatis. Si mēs in affectu peccandi est grauatur magis per eucharistiæ susceptionem, quam purificetur. vnde hoc sacramentum in eo qui ipsum percipit cum conscientia peccati mortalis non operatur remissionem peccati †potest tamē hoc sacramentū operari remissionē peccati dupliciter. vno mō non perceptum actu, sed voto, sicut cum quis primo iustificatur à peccato, alio modo vt perceptum ab eo qui est in peccato mortali cuius conscientiam & affectū non habet forte. n. primo non fuit conscientiæ sufficienter cōtritus, sed deuote & reuerenter accedens consequitur per hoc sacramentum gratiam charitatis, quæ contritionem perficiet, & remissionem peccati. (Ad primū argu.) ¶ Dicendum ergo ad rationes. Ad primam & secundam respondet simul ꝙ sicut dr̄ (Ad secūdum) Inno. huiusmodi locutiones sunt impropriæ, dr̄ autē hoc sacramentum scelera aut crimina abluere, vel tollere inquantum ea impedit contra ipsa robur ministrando, vel dicēdum ꝙ intelligitur de criminibus & sceleribus, quorum conscientiam non habemus, quoniam ad ipsum deuote accedentes veniam consequuntur secundum illud psalm. 18. Ab occultis meis munda me &c. (Ad tertium) ¶ Ad tertiam dicēdum, ꝙ baptismus est spūlis regeneratio, quæ est mutatio de non esse spūali in esse spūale & datur per modum absolutionis, & ideo quantum ad vtrunque non inconuenienter accedit ad baptismum, qui est conscientiam peccati mortalis. Sed per hoc sacramentum non sumit in se Christum per modum spūalis nutrimenti, quod non cōpetit mortuo in peccatis, & ideo non est similis ratio. (ad quartum) ¶ Ad quartam dicendum ꝙ gratia quam eucharistia cōfert quantum est de se virtutem habet mortalia delendi, sed ratione ordinis quem habet ad vitam quam præsupponit in sumente mortalia inuenire non potest, & ideo (Ad quītum) neque ea delere, verum si ea inueniat in subiecto, & non tamen in conscientia nihilominus delet. ¶ Ad quintam dicendum, ꝙ hoc sacramentum mortalia nō deleat, non est ex defectu virtutis eius, sed prouenit ex ratione ordinis quem habet ad vitam. Cum. n. sit cibus non conuenit nisi viuenti vita gratiæ, nec hoc derogat nobilitati sacramenti huius, quod mortalia non deleat imo attestatur nobilitati eius. Cibus. n. iste sacramentalis tam nobilis est, & tam sublimis dignitatis, vt non conueniat nisi amicis & filijs secundum illud Can. 5. Comedite amici mei, & bibete. ¶ Præterea hoc sacramentum nobilius est ratione rei contentæ non autem ratione effectus. Sicut circa capitulum nihil supra e. dist. notatum est. Lege. (Exponit literam.) ¶ [Effunditur] .i. commemoratur effusio sanguinis Christi, quod fit cum in hoc sacramēto offertur, quod est memoriale passionis eius [In remissionem peccatorum effunditur] i. effectum habet remittēdi peccata saltem quotidiana. s. venialia, vnde in forma huius sacramenti dr̄ qui pro multis effundet in remissionem peccatorum. [debeo semper accipere]. i. ꝓstare me habilem atque dignum ad recipiendum. [Qui semper]. i. quotidie [pecco] saltem venialiter 1. Io. 1. Si dixerimus, quod peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est. (Augu.) & August. inquit quotidie peccamus peccatis sine quibus huius vitæ mortalis infirmitas duci non potest. Hoc tamē quod hic dr̄ qui semper pecco, non est intelligendum vt inductum est in quæstione ex S. Tho. ꝙ nulla hora possit homo esse sine peccato, hoc est absque omni reatu peccati venialis, sed quia hoc diu durare non potest propter difficultatem vitandi peccata venialia [medicina] hoc sacramentum medicina est, quotidianæ infirmitatis, vt dicitur in sequenti capitulo.

1 *Sacramenti altaris effectus an possit impediri per aliquid aliud quod sit peccatum mortale.*
2 *Peccata uenialia possunt accipi dupliciter.*
3 *Communicare deuote quid dicatur.*
4 *Excommunicatio quid dicatur.*



I non sunt. Sequitur sextum capitulū eiusdem partis quod inducit Gratianus in fauorem frequētationis huius sacramenti dicens, non quod si sunt tanta peccata vt excommunicetur quis nō debet se à medicina corporis domini separare, breue est, verū quia videtur innuere quod sola peccata mortalia propter quæ sola quis excommunicandus venit impediant hominem à sumptione huius sacramenti & à cōstructione effectus eiusdem, idem pro pleniori intelligentia huius capituli. (Quæstio.) Quæritur †vtrum effectus huius sacramenti possit impediri per aliquid aliud quod non sit peccatum mortale. s. veniale. (Primum ar.) Et videtur quod non. Primo sic. ex præsenti capitulo, in quo videtur innui, quod per solum mortale. (Scd'm arg.) ¶ Secundo per illud Ambrosij dicentis, spiritualiter manducat qui innocētiam ad altare portat, sed quicunque sine mortali accedit portat innocentiam ad altare, quia peccata venialia non tollunt innocentiam. ergo cum spūaliter manducans effectum sacramenti percipiat (Tertium ar.) videtur, quod effectus huius sacramenti non possit impediri nisi per peccatum mortale. ¶ Tertio sic. Baptismus non est nobilius sacramentum, quam istud. sed nihil impedit effectum baptismi, nisi peccatum mortale, ergo nec effectum huius sacramenti. (Quartū ar.) ¶ Quarto peccatum veniale non facit fictum, sed sola fictio impedit effectum sacramētorum, ergo solum peccatum mortale impedit effectum huius sacramēti. (Quītū ar.) ¶ Quinto nihil quod remouetur ꝑ actionem alicuius causæ potest impedire eius effectum, sed peccata venialia tolluntur per hoc sacramentum sicut dictum est circa præcedens capitulum, ergo non impediūt eius effectum. (Opponit in cōtrarium.) ¶ In oppositum arguitur sic, nullus percipit effectum, huius sacramenti, nisi accedit sicut accedēdum est, sed aliquis debet accedere ad hoc sacramentum cum diligenti conscientiæ suæ examine, vt patet 1. Cor. 11. Cū ergo sine peccato mortali possit hoc prætermitti videtur quod sine peccato mortali possit effectus eius impediri. (Respondet.) ¶ Respondeo dicendum cum S. Th. in tertia parte† quod peccata venialia dupliciter accipi possunt, vno modo vt sunt præterita. Alio modo prout sunt actu exercitata, primo quidē modo peccata venialia nullo modo impediunt effectum huius sacramenti. potest. n. contingere, quod aliquis post, multa cōmissa peccata venialia deuote accedat ad hoc sacramentum, & plenariè illius consequatur effectum. Secundo autem modo peccata venialia non ex toto impediunt effectum huius sacramenti, sed in parte. Effectus autem huius sacramenti est, non solum augmentū gratiæ habitualis vel charitatis, sed etiam quædam actua-

lis

lis refectio, spūalis dulcedinis, quæ quidem impeditur si quis accedat ad hoc sacramentum mēte distracta per peccata venialia, quia omnis perfectio acquirēda impeditur per remotionē propriæ dispositionis, sicut aût dispōnes materiales se habent ad dispōnem formæ, ita actus se habent ad perfectionem finis, vnde cum hoc sacramentum perficiat in coniungendo fine ad hoc ꝙ effectum suū plene habeat in sumēte, oportet, quod assit actualis deuotio, quam tollunt quandoque aliqua peccata venialia, verum quia vt dicit S.Tho. in quarto, interdum absque mortali peccato actualis deuotio impediri potest cum distractiones variæ ipsam impediant, & peccata venialia virtutum augmentum tollant, absque mortali peccato potest effectus huius sacramenti impediri, ita ꝙ aliquis augmētum gratiæ non consequatur, neque tamen reatū mortalis peccati incurrat vt idem S.Tho. dr̄. sed forte reatum venialis peccati ex hoc ꝙ imperatus accedit. Non tamen omne veniale peccatum impedit effectum huius sacramēti, & maxime primum qui est augmentum gratiæ habitualis, aut charitatis. sed solum illud, quod tollit actualem deuotionem, quæ requiritur in hoc sacramento, & mentem distrahit, ne actu feratur in Deum. Quæcunque autem alia venialia peccata habeat, dum tamen deuote communicet effectum percipit sacramenti, †dr̄ autem deuote communicare vt dicit dominus Petrus de palude in quarto si conatur omnem distractionem & euagationem mentis expellere, & non deliberate eam teneat. ¶ Dicendum est ergo ad rationes. Ad primam respondetur ꝙ capitulum præsens non vult aliud dicere, nisi ꝙ solum peccata mortalia impediunt accessum ad hoc sacramentum & non venialia. Quod autem huius sacramēti impediatur effectus huiusmodi non negat. ¶ Ad secundam dicendum, quod innocentiam portans cum actu peccati venialis spūaliter manducat habitu, sed non semper actu. Et ad hoc quod effectum sacramenti percipiat, oportet quod actu spūaliter manducet. ¶ Ad tertiam dicendum, quod non est simile de baptismo & sacramento eucharistiæ. Nam in baptismo datur primū esse spūale, & ideo effectus eius non impeditur, nisi per propositum peccati mortalis committendi ꝙ directè vitæ spūali opponitur, sed in hoc sacramēto fit cōiunctio ad finem, quæ debet esse per debitam operationē & ideo effectus talis operationis impedit effectum huius sacramenti. ¶ Ad quartam dicendum quod quāuis peccatum veniale impediens effectū huius sacramēti nō faciat fictum simpliciter, facit tamen fictum quo ad aliquid, nec tamen est dicendum inquit S.Th. quod omne peccatum veniale impediat effectum huius sacramēti, sed solum illud quod tollit actualem deuotionē, quæ exigitur in hoc sacramento sicut dictum est. ¶ Ad quintam dicendum ꝙ ratio illa procedit de peccatis venialibus præteritis, quæ tolluntur per hoc sacramentum. Leg. ¶ [Si non tanta sunt & cætera]. i. tam grauia. s. mortalia. [vt excommunicetur quis]. i. pro quibus sit dignus excommunicari, vt pro quolibet mortali vt 6. q. 1. illi qui & 11. q. 3. nullus 22. q. 1. c. vltimo. Quod dicit gl. intelligendum est de excommunicatione, quæ separat à sacramentis alias tantum pro contumacia potest quis excommunicari [ Excommunicari]. s. excommunicatione maiori. vt 11. q. 3. certum. Arch. Sed melius dicitur iuxta magistrum Alexandrum de halis in
4 quarto† ꝙ excommunicatio dr̄ vno modo separatio à cōmunitate fideliū, vt 6. q. 1. illi q. illa alio mō dr̄ separatio à cōione sacramentorum vt 11. q. 3. nullus sacerdotum. tertio modo dr̄ separatio à numero fidelium, separatio dico quantum ad meritum, & hoc vltimo modo sumitur, hic excommunicatio & tunc est sensus [vt excommunicetur] .i. separetur à numero fideliū [ merito] merito dico. sic. n. omne peccatum mortale fecit excōicatum. hæc Alexand.

S.Thomas. Pet. de Pal. 3 Ad primum arg. ad scd̄m. Ad tertium Ad quartū. S.Tho. Ad quītum. Exponit literam. Arch. Ale. de Hal.

1 *Statuta circa communicationem cur tam varie emanarunt à sanctis patribus.*
2 *Communicare quare magis præcipitur tribus festiuitatibus, s. natiuitatis, paschæ, penthecostes, quam alijs.*
3 *Natiuitas domini successit loco scenophegiæ.*
4 *Scenophagia interpretatur fictio tabernaculorum.*

ET si non frequentius &c. Sequitur capitulū septimum in quo magister Gratianus ponit statutum Fabiani papæ instituentis, quod quilibet fidelium ter in anno communicet. Breue est. ¶ Pro pleniori intelligentia præsentis capituli veniunt duo quærenda. Primū est de differentia assignata à sanctis de accessu ad hoc sacramentum, quia ad hoc diuersi diuersa vidétur sentire. Quidam. n. volunt vt Anacletus papa quotidie esse cōmunicandum, vt in c. peracta supra. e. dist. quidam vt beatus Aug. dominicis diebus. vt in c. quotidie supra e. di. Quidā vt papa Fabianus ꝙ ter in anno, vt in præsenti c. Quidā vt Sother papa addit, ꝙ in cœna domini omnes communicent, vt infra e. dist. c. in cœna domini. Quidam vt semel in anno, vt Inno. 3. extra de pœ. & re. c. omnis vtriusque se
1 xus. Quæritur ergo† cum tam variè emanauerunt huiusmodi statuta à sanctis patribus, qui veritatis, & vnitatis magister est, creduntur fuisse locuti cuius nutu & instinctu canones cōditi sunt, vt in c. violatores 25. q. j. habetur. ¶ Respondeo dicendum quod non est mirandum, si pro diuersis temporib. & varietate cōditionum hominum varia & contraria statuta emanarunt a à sanctis patribus, vt extra. de consang. & affinit. Non debet. Scit. n. sancta mater ecclesia Romana ait papa Nicolaus in c. scit. dist. 12. ꝙ nihil obsunt saluti credētium diuersæ pro loco & tempore consuetudines. ita in præsenti secūdum distinctionem temporum & statum diuersum ecclesiæ diuersa rationabiliter circa communionem huius sacramēti statuta emanarunt. Nam in primitiua ecclesia quando magis vigebat deuotio fidei Christianę, statutum est, vt omni die fideles communicarent, in c. peracta supra e. dist. pauci autē erāt fideles, & multi infideles, inter quos discreuit communio fideles autem animæ erant magis feruentes, quam nunc sint, & ita magis paratæ primo. dum vero sicut creuit populus credentium, sic minus erant feruentes. vnde Esaiæ nono. Multiplicasti gentem, & non magnificasti lætitiam, quocirca minus parati erant ad communionem. Et quia crescente tanta multitudine fidelium non satis idoneè seruari potuit quotidiana communio, statutum fuit vt communicarent diebus dominis, vt extra de par. capit. 2. colligitur vbi prohibetur alienum parochianum ad missam recipere quia hoc erat ad eucharistiam admittere, cum sacramenta sint à suis presbyteris administranda & non ab extraneis, deinde cum magis diminutio feruore fidei nec hoc rite seruaretur indulsit Fabianus papa, vt si non frequentius, saltem ter in anno vt capitulo præsenti. s. in Pascha in Pētecoste, & natiuitate domini. Sother etiam papa instituit vt etiam in cęna domini omnes communicarent, vt in c. sequenti habetur postmodum vero ꝑpter iniquitatis abundantiam refrigescente charitate multorum statuit Innocent. tertius vt saltem semel in anno. s. in Pascha fideles communicent, vt habetur extra de pœn. & rem. Omnis vtriusque sexus S.Th. Alexander & Alber
2 tus cōcordat. ¶ Scd̄m ꝙ hic quæritur est. † Quare magis istis tribus solennitatibus anni. s. Pascha, Pentecoste, & natiuitate domini, institutum fuit in præsenti c. fideles debere magis communicare quam alijs. Respondeo ꝙ hoc ita institutum est iuxta legem domini Exo. 23. quæ dicit ꝙ oē masculinum tribus vicibus per annum in conspectu domini appareat. s. in pascha, in Pentecoste, & scenophegia, ꝙ interpretatur fictio tabernaculorum, & in quolibet horū festorum fiat oblatio Deo, vbi notandum quod vt dr̄ glo. Exod. 23. per tres vices in quibus iubet dominus sibi solēnitates celebrari, intelligitur fides trinitatis, & pertinent ad tres personas. Pascha referunt ad fidelium, quia tunc Pascha nostrum immolatus est Christus 1. ad Cor. 5. Pētecoste ad spūm sanctum, quia missus est in apostolos. In Scenophegia paternæ maiestatis potentia declaratur, qa hāc festiuitatem celebrant in memoriam, quia educti sunt de Aegypto, vbi patris potentia fuit ostensa. Et nos similiter istas solennitates obseruamus pascha, & pentecostem, &
3 Scenophegiam † loco cuius subijt natiuitas domini. & hę sunt principales festiuitates in anno, & sicut Scenophegia ita & natiuitas spectat ad patrem, non quod pater incarnatus sit, sed quia misit filium suum in carnem. Bene autem cōuenit natiuitati interpretatio huius nominis scenophe
4 gia † quæ interpretatur fictio tabernaculorum, qa tunc posuit pater tabernaculum in mundo. s. filio suo corpus humanum de quo psal. 18. In sole posuit tabernaculum suū. Sic ergo in istis festiuitatibus merito institutum erat fideles communicare. Tum propter figuram legis. Tum propter eorum excellentiorem solennitatem. Lege. ¶ [Maioribus]

Quæstio. Respondet. a ¶ Statuta emanarūt. Adde pulchre. Pe. de Anch in c non decet nu. 2. de cō san. & affi. Secunda q. Respondet. Exponit literam.

ribus].i.in natiuitate in Pascha, Pentechoste &c. nunc tantum præceptum est de pascha. extra de pœn.& re. omnis vtriusque sexus.




N cœna. Sequitur octauum capitulum eiusdem partis, in quo Sother reprehendere videtur eos, qui cõmunicare negligunt in die cœnæ. Et diuiditur hoc capitulum in duas pates. In prima facit quod dictum est. In secunda inducit rationes duas, quare hoc non debet negligi. Tum quia vsus ecclesiæ sic habet. secundo quia tanta est prærogatiua illius diei, ꝙ etiam pœnitentes illa die ad percipienda sacramenta corporis & sanguinis Christi reconcilientur. secũda ibi. Quæ quoniam &c. Credimus aũt ꝙ huius sanctæ consuetudinis quæ olim fuit & viri religiosi obseruant in suis monasterijs, de manu sui plati eucharistiam sumẽtes, possint duę rationes assignari. Tum quia die cœnę institutum fuit hoc venerabile sacramentum, quo animæ nostrę reficiuntur. secundo quia tali die Christus legitur suos discipulos communicasse, quæ omnia patent Matth. 26. & Lucæ. 22. Lege. ¶ [Pro grauibus].i. enormibus, quia. s. ecclesiam scandalizant, vt est sacrilegium 12. q. 2. de vno. Itẽ matricidium 33. q. 3. latorem. Item vxoricidium 33. q. 3. admonere. Hug. [inhibitum] à sacerdotibus, qui eis iniunxerunt pœnitentiam [ecclesiasticus vsus] olim sic erat modo talis consuetudo non obtinet, quia solum est præceptũ modo in pascha, vt extra de pœ.& re. omnis. monachi ad huc faciunt, vt dr̃ glo. [pœnitentes] solenniter reconcilian tur [ad percipienda] vt 26. q. 6. Si quis. Et hoc. s. intelligitur vel cum communio sacramentorum non est interdicta talibus, vel finita penitẽtia, vel finito termino vsq; ad quẽ est interdicta communio illis. vel intelligitur secundum consuetudinem quarundam ecclesiarum Hugut. Sed de hoc aliquid dicetur infra eo. dist. 3. de pœnitentibus, & vide supra dist. 50. in capite.

Diuisio.

Exponit literam.

Hugut.

1 *Communicare cõtemnens proijcitur de ecclesia, donec peracta, pęnitentia possit communicare.*



I quis pro luxuria. Sequitur nonum capitulũ ad idem seruiens, in quo ex concilio Martini papæ institutum est, 1 †vt qui communicare contempserit de ecclesia proijciatur, donec pœnitentia peracta communicare possit de hoc satis dictum est & infra circa c. hi qui e. dis. aliquid plus dicetur. Lege. ¶ [Pro luxuria]. s. mentis corruptione per falsam credulitatem crediderit forte nõ esse communicãdum, aut alia superstitione qua cõmunicare contemnit vel pro luxuria.i. pro sua luxuriosa vel mala vita [obseruandis].i. accipiendis [regulam] de accipienda eucharistia certis diebus siue temporibus [donec agat pœnitentiam] de tali contemptu vel de sua mala & luxuriosa vita. Contra iste videtur redargui vnde deberet recommendari, quia nullus differet communicare dum est in mortali. Dicendum ꝙ non arguitur, ꝙ à communione se separat pro peccatis suis. s. quia in delictis luxuriando incorrigibilis perseuerat, & non reddit se dignũ communione, & admonitus nõ vult cessare, & agere pœnitentiam infra e. di. hi qui. Hu. [promereri].i. obtinere.

Exponit literam.

Opponit & Respondet.



Eculares. Sequitur c. decimum eiusdem partis. Ad idem per omnia, vnde nihil noui habet vltra superius dicta. Lege. ¶ [Non habeantur] nisi propter delicti conscientiam vel propter specialem prohibitionem eis factam à presbyteris, qui eis pœnitentiam imposuerunt abstineant Hu. satis dictum est supra de hoc.

Exponit literam.



I qui intrant Sequitur c. eiusdẽ partis, vndecimũ, in quo redarguũtur & puniri per expulsionem à cõmunione fidelium mandantur, qui omnino abstinent à comunione huius sacramenti. Pro huius capituli ampliori intelligentia & aliorum iam positorum. Quæruntur hic duo.

1 ¶ Primum vtrum liceat cessare omnino à communione.

2 ¶ Secundum vtrũ illum qui sacerdotis consilio duxit abstinendum ad tempus, licite possit vsq; ad sequens pascha communionem differre.

1 Ad primum sic proceditur. †& videtur. n. Centurio de hoc quod dr̃ Matt. 8. domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum. commendari. cui comparatur ille qui reputat sibi à communione esse abstinendum vt dictum est. Cum ergo nunquam legatur Christum in eius domum venisse, videtur ꝙ licet alicui toto tempore vitæ à communione abstinere. ¶ Secundo confirmando rationem prædictam arguitur sic. ꝙ fit ad reuerentiam Dei, non est peccatum. sed aliquis propter reuerentiã sacramenti omnino cessat communicare, ergo si omnino cessat non est peccatum. ¶ Tertio cuilibet licet abstinere ab his, quæ non sunt de necessitate salutis, sed hoc sacr̃m nõ est de necessitate salutis, vt supra dictũ est, ergo licet à sumptione huius sacramenti omnino cessare. ¶ Quarto peccatores nõ tenentur communicare, vt de Fabianus papa cum dixisset ter in anno omnes communicent, adiunxit nisi forte quis maioribus criminibus impediatur. Si ergo aliqui qui non sunt in peccato tenentur communicare, videtur ꝙ melioris cõditionis sint peccatores, quam iusti, quod est incõueniens, vt extra de preben. c. eum qui lib. 6. ergo videtur, quod etiam iustis liceat à communione omnino cessare. ¶ Quinto Augus. dicit & habetur supra e. di. c. quotidie, ꝙ de sumptione huius sacramenti debet quilibet facere secundũ ꝙ pie credit faciendum esse, ergo non peccat si non omnino cessat, & putat hoc esse faciendum. ¶ In oppositum primo est text. præsentis c. item illud Io. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. ¶ Secundo authoritate vniuersalis ecclesie, quæ statuit ad minus semel. s. in anno communicandũ esse, vt patet extra de pœ. & rem. omnis vtriusque sexus. ¶ Tertio arguitur ex eo ꝙ Innocen. dr̃ esse cauendum, ne si nimium huius sacramenti susceptio differatur mortis periculum incurratur. ergo si omnino cessatur est mortiferum. ¶ Respondeo dicendum quod non licet oĩo cessare à communione. Pro quo notandum cum beato Thoma in tertia parte ꝙ duplex est modus percipiendi hoc sacramentum, spũalis & sacramentalis. manifestũ est autẽ ꝙ omnes tenentur saltem spũaliter manducare, quia hoc est Christo incorporari. spũalis autem manducatio includit votum seu desiderium percipiendi hoc sacramentum sine quo non potest hoĩ esse salus, frustra autem esset votum, nisi quando importunitas adesset. vnde manifestum est, ꝙ homo tenetur hoc sacramentum sumere, non solũ ex instituto ecclesiæ, sed etiam ex mandato dñi dicentis Matth. 26. hoc facite in meam commemorationem. hæc autem institutio fuit necessaria, quia cum in quotidiana pugna simus, vita spũalis in nobis euanesceret, nisi aliquã do cibum vitę sumeremus. Ex statuto autem ecclesię sunt determinata tempora exequendi Christi præceptũ. ¶ Dicendum est ergo ad rationes. Ad primam dicendum, ꝙ sicut dr̃ beatus Gregor. in pastorali, illa est vera humilitas, cum ad respuendum hoc quod vtiliter præcipitur pertinax non est, & ideo non potest esse laudabilis humilitas, si contra præceptum Christi & ecclesiæ qs à communione abstineat. Quod vero inducitur de Centurione, non procedit, qa centurioni præceptum non fuit vt Christum in suam domum reciperet. ¶ Ad secundam dicendum, ꝙ reuerentia debita Deo in hoc exhibetur, ꝙ homo non se nimis ingerat supra modum, se ꝙ omnino homo se subtrahat, hoc est contemptus & pusillanimitatis, & ideo rõ nõ procedit. ¶ Ad tertiam dicendum primo ꝙ hoc sacramẽtum rõne sui non est de necessitate salutis, rõne tamen pręcepti & ecclesiæ est de necessitate salutis. ¶ Secundo dr, ꝙ si non est necessarium simpl̃r, vt sine quo non est salus, est tamen necessarium suppositione finis, si. s. homo in vita spũali firmus persistere vellet. ¶ Ad quartam dicendum quod peccatores magnum detrimentum patiũtur ex hoc ꝙ repelluntur à perceptione huius sacramentis. vnde per hoc non sunt melioris conditionis, & licet in peccatis permanentes nõ excusentur propter hoc à transgressione ꝑcepti, pœnitentes tamen si vt dicit Innocet. secundum cõsilium sacerdotis abstinentes excusantur. ¶ Ad quintam dicendum, quod verbum August. referendum est ad hoc, quod quotidie sumatur, vel non, non autem ad id quod omnino quis desistat.

2 Ad secundum †Respondetur vt dicit dominus Petrus de palude in quarto ꝙ talis non

Primum ar.

Scd̃m arg.

Tertium ar.

Quartũ ar.

Quintũ ar.

Opponit in cõtrarium.

Scd̃at op.

Respondet. S. Thomas.

Ad primũ argu. Grego.

Ad scd̃um

Ad tertium

Ad quartum

Ad quintum

Respondet. Pe. de palu.

lis non debet vsq; ad sequēs pascha differre cōionū. sed vt citius potest impedimento cessante cōicare, sicut illi qui pp immunditiā nō poterūt pascha olim celebrare primo mense, tenebantur secundo mense celebrare, nec vltra debebant differre. sicut si homo debet soluere decem in hoc paschate, & non potest soluere, Imperator mandat quando debet soluere. ff de arb. l. celsus, quia duo fiunt præcepta arbitrum. s. dare, & in tempus dare. Tēpore ergo elapso adhuc tenetur dare. facit capitulum. Cum dilecti. extra. de do. & contu. Si autem à communione cessat in paschate modo prædicto mortaliter peccat, quod patet per pœnam grauem, quæ inducitur tali in decretali præcedenti vbi sic d̄r. Alioqui ab ecclesia arceatur, & moriēs Christiana careat sepultura, quæ pœnæ non nisi pro mortali solēt infligi vt 11. q. 1. nemo. Lege. ¶ [Admoneātur] vt commu-

Exponit literam. nicent, si admoniti non cōmunicant dicentes se indignos communione. [ad pœnitentiam accedant] qua digni efficiantur ad communicandum [Si admoniti communicāt] .i. se dignos communione dicant non semper abstineāt] & si alijs temporibus abstineant, non tamen istis temporibus abstineant. s. pascha pentecoste. & nat. domini Hu. [Si non fecerint abstineant] à communione fidelium. i. excōmunicentur. vt supra e. dist. peracta. Hu.



Mnis homo &c. Sequitur duodecimum capitulū eiusdē partis, ī quo magister Gratianus prosequitur eandem cōclusionē cum superioribus capitulis, maxime cum capitulo seculares e. dist. Intromittit tamen in principio capituli de reuentia habēda in communione corpis Christi dicens. omnis homo &c. Pro huius partis pleniori intelligentia tria quæruntur.

1 ¶ Primum est vtrum liceat accedere ad communionem eum qui dormiuit cum propria vxore eadem nocte, vel vtrum coitus coniugalis impediat communionem huius sacramenti.

2 ¶ Secundo quæritur ratio differentiæ taxationis dierum, quibus homo debet abstinere, quia dicitur in litera tribus aut quatuor aut quinque diebus.

3 Tertio queritur vtrum post sumptionem eucharistie eodem die liceat exigere vel reddere debitum.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur ꝙ actus matrimonialis nō impediat à per-

Primum ar. ceptione huius sacramenti. ¶ Primo sic. Grego. d̄r in epistola ad August. episcopum Angelorū si quis sua coniuge nō cupidine voluptatis capt⁹, sed tātū creādorū liberorū gratia vtit̄, ille profecto seu ingressu ecclesiæ de sumēdo dominici corporis, & sanguinis mysterio, suo est iudicio relinquendus quia à nobis non debet prohiberi accipere

Scūum ar. qui in igne positus nescit ardere. ¶ Secundo arguitur sic, ratione, quia si coniugalis coitus impediret hominem à communione, sequeretur inconueniēs. s. perplexitas quædam quia posito ꝙ vxor instāter petat debitum à viro die proxima præcedente Natalē domini, cōstat ꝙ tenetur soluere, & tamen in capitulo præsenti d̄r, ꝙ inter catholicos non connumerabitur, qui in istis tribus diebus. s. Pascha, Pēthecoste, & Natale domini non communicauerit, & sic

Opponit & Respondet. S. Tho. reddetur perplexus. ¶ In oppositum videtur argui ex præsenti capitulo cum dicitur omnis homo &c. ¶ Respōdeo dicendum cum S. Tho. in tertia parte. ꝙ coitus coniugalis si sit sine peccato puta quando non causa libidinis, sed causa prolis generandæ, aut fit causa debitū reddendi non necessario impedit accessum ad communionem, licet bene de honestate sicut de pollutione nocturna, quæ accidit sine peccato d̄r. s. propter immundiciam corporalem, & mentis distractionem. ratione, cuius Hier. d̄r super Matt.

Hieronym. Si panes propositionis ab his qui vxores tetigerāt comedi non poterant, quanto magis panis qui de cœlo descendit non potest ab his qui in coniugalibus paulo ante adhęserit amplexibus violari atque contingi. Non ꝙ nuptias condemnemus, sed ꝙ eo tempore quo carnes agni mādu caturi sumus vacare à carnalibus operibus debeamus vt supra 33. q. 4. c. sciatis. Sed quia hoc secundum congruitatem & non secundum necessitatem intelligēdum est Gre. d̄r, ꝙ talis est suo iudicio relinquendus. Si vero non amor procreandæ prolis, sed voluptas dominatur in opere vt ibidem Grego. subdit, tunc prohiberi debet ne accedat ad

Pet. de Pal. hoc sacramentum, quia licet vt d̄r Petrus de palude, solum veniale aut sola pollutio non impediat, vtrunque tamen simul impedit. vnde & sacerdotes in lege veteri in hebdomada sua quando ministrabant, ab vxoribus abstinebant, nec licebat comedere panes sanctos, nisi mundis à mulieribus, & multo minus hoc sanctum sacramentum, tamen non est peccatum mortale sicut nec illud erat mortale. concordat Albertus magnus in quarto. sic dicens. puto

Alber. mag. ꝙ sic, sit faciendum sicut cōcilium Eliberitanum dicit in præsenti c. Si tamen alter coniugum inueniatur debitum reddere coactus, & nō expetere, & hoc frequenter facere, eo ꝙ alter etiam illo tempore non vult abstinere, ego cōmunicare concederem illi, qui reddit inuitus, & alteri nō qui extorquet debitum, quando non est extorquendum, quia constat ꝙ etiam illo tempore reddere tenetur, si probabiliter timet de incontinentia alterius. Concordat etiā

Ale. de Hal. magister Alexander de Halis, qui in quarto ita d̄r, ꝙ si cognoscat aliquis vxorem propriam non causa libidinis adimplendæ, sed causa soluēdi debitum postulatum ab vxore, bene licet illum cum reuerentia, timore, & pœnitentia accedere ad communionem diebus statutis ab ecclesia. Et ad illud quod inquit capitulum præsens, ꝙ omnis homo à sacra communione &c. d̄r quod intelligendum est, quātum est in se, vt non exigat, exactus tamen reddere debet, etiam si intendat communicare. Concordat etiam domi-

Bonauent. nus Bonauentura in 4. dist. 12. dicens. si autem cōiungitur vir vxori solum reddendo debitum, credo, quod non debeat retrahi, nisi de congruo, vel etiam causa prolis. & hoc dicit Gregorius hæc ille. Et per hoc patet responsio ad rationes in oppositum.

2 Ad secundum Vbi quæritur † de differentia taxationis dierum quibus homo debet abstinere. Respondetur secundum magistrum Ale-

Respon der. Alc. de H. xander de Halis, quod secundum diuersitatem volūtatis, & impuritatis intentionis debet esse quantum ad numerum dierum, diuersitas, quia quanto, commixtio intentionis est impurior, & voluptas turpis maior, tāto diuturnior debet esse dilatio communionis.

3 Ad tertium Vbi quæritur † vtrum post sumptionem eucharistiæ eodē die liceat exigere, vel reddere debitum. Respondetur secundum Alber-

Responde. tum super quarto sententiarum dicendo, quod illo die nō est petendum debitum, nec etiam reddendū, nisi alter coniux multum instet. si tamen fiat, non credo quod sit peccatum mortale. hæc Albertus. Petrus de palude d̄r, quod in

Alber. mag. die communionis licet petere debitum causa prolis, causa voluptatis nunquam propter reuerentiam sacramenti, tamen non est forte mortale. reddere autem omni tempore petēti est licitum, imo debitum. hæc Petrus, qui in hoc concordat cum glo. præsentis capituli. Leg. ¶ [Omnis ho-

Exponit literam. mo debet]. s. de congruitate, & honestate [abstinere] quantum in se est, vt. s. non exigat, exactus tamen reddere tenetur. si ista ad eius admonitionem ab exactione nō desistit, vt habetur 33. q. 5. si dicat. non. n. est præceptum, quod hic dicitur, sed consilium propter reuerētiam sacramenti ita persuasum, vt 33. q. 4. vir cum propria vxore. Hug.

4 *Membra sunt in triplici differentia in corpore Christi mystico.*

6 *Status fidelium triplex est differentia.*



Riforme &c. Hic incipit quīta pars huius distinctionis, in qua magister Gratianus facit mentionem de fractione, siue diuisione huius sacramēti eucharistiæ. Et diuiditur in duas partes. In pri-

Diuisio. ma d̄r quod trifariē diuiditur. In secunda ponit significationem illarum partium ibi, oblatæ. Pro intelligentia pleniori huius capituli quæruntur quatuor.

1 ¶ Primum vtrum corpus Christi verum frangatur in hoc sacramento.

2 ¶ Secundo vtrum species vere frangantur in hoc sacramento.

3 ¶ Tertio vtrum conuenienter assignetur in litera præsentis capituli significatio partium fractionis.

5 ¶ Quarto quæritur, quare non diuiditur hostia in partes æquales, sicut diuiditur in inæquales, quia vna pars continet medietatem hostiæ, aliæ duæ aliam medietatem.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur quod ipsum verum corpus Christi frangatur in

Primum ar. tur in sacramēto. ¶ Primo sic. omne illud quod manducatur, & masticatur frangitur, sed verum corpus Christi mā ducatur secundum illud Io. 6. qui manducat meam carnē
Scd'm arg. & bibit meum sanguinem. ergo frangitur. ¶ Secundo hoc sacramentum est memoriale passionis dominicæ, sed in passione ipsum corpus Christi est perforatum clauis, & lā cea, vt in c. 1. extra de summa trinitate & fid. cath. in 6. ergo, & in sacramento ipsum corpus Christi frāgitur. ¶ Ter
Tertium ar. tio Augu. dicit, & habetur infra e. dist. in c. inuitat. norunt fideles, quando manducāt carnem Christi, vnusquisque
Quartū ar. accipit partem suam, quod si verum est, ergo diuiditur in partem & partem. ¶ Quarto, hoc quidem videtur ex confessione Berēgarij, quæ acceptata fuit à Nicolao papa. de qua infra e. dist. c. Ego Berengarius. in qua confessione cō fessus est corpus Christi verum manibus sacerdotis, & tractari, & frangi. Si ergo ista confessio acceptata est, vt fide-
Opponit in cōtrarium. lis, sequitur, ꝙ fractio vera fiat in corpore Christi. ¶ In oppositum arguitur sic, quod frangitur non manet integrum, sed corpus Christi manet integrum sub qualibet particula, vt dē Augu. & habetur infra in c. singuli. ¶ Secū
Scd'a opp. do sic, omne corpus frāgibile est passibile. sed corpus Christi est impassibile, cum sit gloriosum, ergo non frangitur.
Respondet. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ quidam dixerunt, vt magister sententiarum tangit in 12. dist. 4. ꝙ verū corpus Christi frangitur in hoc sacramento, & tamen non corrumperentur, & hoc quidem fiebat per virtutem super naturalē sicut factum est in die cœnæ, quando corpus Christi passibile datum fuit discipulis, & tamen non est ibi à dentib. eorum passum. Et in assertionem suæ positionis habere voluerunt confessionem Berengarij, de qua infra e. dist. c. ego Berengarius. Sed hæc positio non potest stare, vt dicit magister sententiarum, & Bonauentura in quarto, quia si corpus Christi est incorruptibile, non diuiditur, si frangitur, diuiditur, ergo simul diuidit, & non diuiditur, & tūc Deus faceret duo contradictoria simul esse vera, quod nū quam faciet, dicendum est ergo, ꝙ ipsum corpus Christi verum, non frangitur in sacramento, quoniam, vt inquit
S. Thom. S. Thom. in 4. corpus Christi non comparatur ad species sub quibus continetur mediantibus suis dimensionibus, imo dimensiones eius sunt ibi quasi ex consequenti, & iō quicquid conuenit corpori Christi mediantibus dimensionibus suis, hoc non conuenit ei, secundum ꝙ est sub sacramento, cum ergo diuisio quantitatiui ei conuenire nō possit, nisi mediante dimensione propria, cōstat, ꝙ fractione specierum ipsum corpus eius non diuiditur, neque frā
Ad primum argu. gitur, etiam si passibile esset. sicut in cœna fuit. ¶ Ad rationes. Ad primam dicēdum, ꝙ assumptum est verum de eo, quod manducatur in propria specie. tale quidem frangitur, & masticatur. Corpus autem Christi non māducatur sub sua specie, & ideo ipsum corpus Christi non frangitur
Ad scd'um. nisi ꝑm speciem sacramentalem. ¶ Ad secundā dicēdū ꝙ hoc sacramentum est signum passionis Christi, & non ipsa passio, ideo oportet, ꝙ fractio quæ significat passionē non sit in corpore Christi, sed speciebus quæ sunt signum
Ad tertium eius. ¶ Ad tertiam & quartam simul dicendum, ꝙ tam dictum Gregor. quam confessio Berengarij accipienda sunt, & referenda ad species sacramentales, sub quibus vere est corpus Christi, circa quas contingit esse attritionem, fractionem, & masticationem & nō ad ipsum corpus Xpi.

2 Ad secundum sic proceditur. † & videtur quod species vere non frangantur.

Primum ar. ¶ Et primo sic. signum debet in sacramento respondere signato, sed species sunt signum corporis, cum ergo verum corpus Christi non frangatur, nec ipse vere species frangētur. ¶ Secundo sic, secundum philosophum 4. methe. cor
Secundum argu. pora dicuntur frāgibilia, & comminuibilia secundum determinatam dispositionem pororum, sed species ille non habent poros quia sub omnibus partibus specierum est, equaliter corpus Christi, & sub nulla aliqd aliud, ergo spe
Tertium ar. cies illæ neque frangi neque comminui possunt. ¶ Tertio in omni fractione ea perfecta aliud est quod continetur sub diuersis partibus, sed omnino est idem quod continetur sub diuersis partibus specierum sacramentalium, qualitercunque disponantur, ergo non proprie dicuntur fran
Opponit in cōtrarium. gi. ¶ In oppositum est illud quod Matth. 26. scribitur, qđ dominus benedixit, & fregit, sed verba euangelij non possunt esse falsa, ergo fuit ibi fractio vera, sed non in corpore Christi, vt probatum est in superiori quæstione, ergo in speciebus sint. Præterea idem colligitur ex cap. præsenti cum gloss. ¶ Respondeo dicendum, quod, vt notant S.
Respondet S. Thoma. Thom. Alexander & Bonauentura. apud antiquos circa hoc multiplex fuit opinio. Quidam. n. dixerunt, quod non erat in hoc sacramento fractio secundum rei veritatem, sed hoc non potest stare, quia fractio importat passionem siue motum quēdam, & multitudinem ad quam terminatur motus, ꝙ vtrunque horum est sensibile per se, sunt. n. sensibilia communia, quæ contra sensibilia per accidens diuiduntur in secundo de anima, & ita iudicium de his ꝑtinet ad sensitiuam partem. vnde cum sensus iudicet fractionem, si non esset fractio esset falsum iudicium, quod
Scd'a oppo. non competit in sacramento veritatis. ¶ Et ideo alij dixerunt, quod est ibi fractio sine subiecto. Sed hoc nō potest dici, quia cum fractio sit quidam motus secundum rationem suæ speciei requirit terminum à quo & in quem. Et ideo oportet ibi esse vnum, quod in multa diuidit. & hoc est subiectum fractionis & præterea actio vel passio habet magis debile esse, quam qualitas. vnde cum qualitatē in hoc sacramento ponamus ī subiecto. multo fortius passionem, & ideo cum fractio non possit esse in corpore Christi sicut in subiecto, vt dictū est, oportet quod sit in spēbus. Dicendum est, ergo quod species in hoc sacramento vere frangantur. ¶ Ad rationes autem respondetur.
Ad primum argu. ¶ Ad primā, ꝙ signū respōdet signato, quātū ad id ꝙ fuit, nō quātū ad id, ꝙ ē. Est. n. hoc sacr'm signū rememoratiuū dominicæ passionis. vnde significat diuisionem factam in
Ad scd'm. corpore Christi in passione quæ præterijt. ¶ Ad secundam dicendum, quod sicut densitas remanet in speciebus sacramentalibus ita durities quæ est eius effectus, & porositas,
Ad tertium & per consequens frangibilitas. ¶ Ad tertiam dicendum, ꝙ illud, ꝙ est de speciebus in vna portione non est in alia quia species sunt quæ franguntur, corpus autem Christi, non frangitur quia totum remanet sub qualibet parte, & ideo ratio non procedit, quare &c.

3 Ad tertium Sic proceditur. † Et videtur quod nō sit conuenienter assignata in litera ꝑ
Primum ar. sentis capituli significatio partium fractarum. ¶ Et primo sic. partes fractionis fractioni respondēt, sed fractio signat passionem Christi, ergo partes fractionis debent significa
Secundū ar. re partes veri corporis, in quas per passiones diuisum est, corpus eius, & non partes corporis mystici. ¶ Secūdo hoc sacramentum est maxime sacramentum vnionis, sed distinctio partium vnioni opponitur, ergo non competit in
Tertium ar hoc sacramento significari partes distinctas corporis mystici. ¶ Tertio hoc non videtur fieri secundum communē modum ecclesiæ, quod aliqua pars hostiæ vsque ad finem
Quintū ar. missæ reseruetur, ergo secundum hoc non debet accipi significatio alicuius partis. ¶ Quarto Inno. & Hugo de sancto Victore dicunt, ꝙ pars extra calicem seruata significat beatos, ergo male videtur dicere c. præsens dicens significare illas, quę sunt in sepulchris. ¶ Quinto beati remedio non indigent, sed sacramenta ecclesiæ in remedium
Sextum ar. ordinantur, ergo non debet esse aliqua pars, quæ significet beatos. ¶ Sexto, sicut est diuersitas inter mortuos, ita etiā
Septimum argu. inter viuos. sed ꝓ mortuis ponunt duę partes. ergo, & pro viuis duæ debent poni ad minus. ¶ Septimo sicut membra distinguuntur abinuicem, ita caput distinguitur à membris. ergo, cum sint tres partes ad significandum diuersitatem membrorum corporis mystici deberet addi, & quar
Opponit in cōtrarium. ta ad significandum ipsum caput. ¶ In oppositum. s. quod conueniens sit assignatio partium fractionis hostiæ posi-
Respondet. ta in litera est papa Sergius, cuius est c. præsens. ¶ Respondeo dicendum secundum S. Thom. quod significatio partium accipitur in litera secundū diuersorum membrorū corporis mystici statum, quibus distribuitur virtus passionis Chr. sti, quam ipsa fractio designat. † Et quia in corpore Christi mystico membra sunt in triplici differentia. Quidam. n. adhuc sunt viui, & hi significantur per partem quæ commeditur, quia ipsi atteruntur diuersis pœnalitatibus, & sunt in ipso motu, vt incorporentur Christo. Quidam autem sunt mortui, & hi sunt in duplici statu, quia qdam in plena participatione beatitudinis, & hoc est corpus Christi, quod iam surrexit, sicut ipse Christus. & beata virgo, & si qui alij sancti cum corporibus sunt in gloria, & hi significantur per partem in calice missam, quia illi inebriantur ab vbertate domus Dei. quidam autem in plene

beati


beatitudinis expectatione, qui vel stolam animæ tantum habent, vel neutrã, vt hi qui in purgatorio sunt, & hi significantur per tertiã partem, quę reseruatur vsque ad finem, quia hi perfectam gloriam consequentur in fine mundi, interim in sepulchris quiescunt. Hic tamen ritus, vt dicit Sanctus Thom. in tertia parte nõ seruatur modo. s. vt vna pars seruetur, vsque in finem missæ, manet tamen eadem significatio partium. Concordat Albertus magnus in tractatu suo de missa dicens, quod fractio hæc à papa Sergio est instituta, à quo etiam cantandum esse agnus inter communicandum est statutum. Hæc autem fractio non est in corpore domini, sed in formis solis sacramentalibus. Corpus autem integrum, & sanum, & perfectum est sub qualibet parte, in tres autem partes frangi est institutum, quia corpus misticum, quod in ipso incorporatur est triforme. Quædã. n. pars ipsius cum capite suo regnat & triumphat in cœlis, & quædam adhuc in labore militat in terris, & quædam in purgatorij pœnis. Instituit ergo beatus papa Sergius, vt pars vna statim acciperetur à perfectiore sanctitatis, quæ loco Christi stat in altari, quæ significat partem in cœlis triumphãtem, quæ iam plene in Christum transiuit. Statuit etiam vt secũda mitteretur in calicem, quia Calix significat vitæ passionem, quæ significat partem in laboribus, & pœnis huius vitæ adhuc laborãtem, & ideo est immissa in calicem psal. 115. calicem salutaris accipiam &c. Statuit etiã, vt tertia pars in altari remaneret in fine post omnia mystica sumenda, quæ significat eos, qui in sepulchris sunt in purgatorio. in fine cum Christo viuendos fore per spiritualem incorporationem. Sed modo diminuta deuotione fidelium, & crescente, circa altare indeuotione frequentantium sumitur simul à sacerdote, & pars quæ significat triumphantes, & pars quę significat ĩ sepulchris quiescentes, & in purgatorio in pœnis fœlici spe liberatio nem expectantes. ¶ Dicendum est ergo ad rationes. Ad primam dicendum negando consequentiam, quia ipsum corpus Christi verum significat corpus Christi mysticum. vnde conuenienter partes corporis Christi veri significant partes corporis Christi mystici. ¶ Ad secundam dicendum, quod ista vnio facta est per passionem Christi, & ideo oportet, quod sit in hoc sacramento fractio quæ passionem significet. ¶ Ad tertiam dicendum, quod talis mos, siue consuetudo fuit in primitiua ecclesia, quæ modo cessauit propter periculum forte vel alia de causa. ¶ Ad quartam dicendum non est inconueniens per idem diuersa significari, secundum suas proprietates diuersas, vnde & calix passionem, inquãtum inebriat, & sic procedit significatio, quam ponit Innocentius quia pars extra calicẽ significat eos, qui sunt extra passionem præsentis miseriæ, & pars in calicem missa, eos, qui prædictis passionibus opprimuntur. sed inquãtum potus calicis delectat significat gaudiũ æternitatis, & ita procedit significatio in litera posita, quæ continetur in his versibus. Hostia diuiditur ĩ partes tincta beatos, Plene sicca notat viuos seruata sepultos. ¶ Ad quintam dicendum, quod hoc sacramentum non solum est in remedium, sed etiam in gratiarum actionem, & ideo quamuis sancti non consequantur aliquod remedium ex isto sacramento, quia tamen est in gratiarum actionem pro eorum gloria conueniens fuit, vt & ipsi hoc sacramento significarentur. vnde Albertus magnus super Ioannis ca. 6. loquens de huiusmodi fractionis partibus dicit sic. Tres sunt fracturæ, vt vna sit laus pro triumphante, vna autem intercessio pro militãte, & vna supplicatio pro ea quæ purgatur in pœnis, vna quidem integra est laus beatorum, gratia merentium, & propitiatio liberandorum. ¶ Ad sextam dicendum quod omnes viui indigent hoc sacramento ad remedium, sed non omnes mortui. & ideo pro mortuis ponuntur duæ partes, sed pro viuis vna tantum, vel dicendum, quod duæ ponuntur pro viuis, vna pro viuis in hoc seculo, & alia pro viuis in gloria, qui resurrexerunt, & pro omnibus, qui adhuc non surrexerunt, vna tantum. ¶ Ad septimam dicendum, quod resurrectio membrorum est conformis resurrectioni capitis, quia reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. ad Philip. 3. & ideo eadem parte significatur caput, & membra ei perfectè configurata. Concordant Alexander, & dominus Bonauentura.

S. Thomas. Alber. mag. Ad primum argum. Ad secdm. Ad tertium Ad quartũ Versus. Ad quintũ Ad sextum. Ad septim.

5 Ad quartum † Respondetur iuxta magistrum Alex. de Ha. in quarto sine præiudicio, quod partes diuisæ significant Christum, & alia membra. aut alia membra tm̃ significant quod significant Christum, qui exultauit, vt gigas ad currendam viam cum membris. conuenit enim ipsum significari per partem, quæ in duplo excedit illam partem, qua significatur vna diffetentia membrorum. Est. n. gigas geminæ substantiæ quia substantiæ diuinæ, & humanæ. secundum autem, ꝙ partes diuisæ significant tantum mẽbra, quia vna differentia membrorum est adhuc in duabus substantijs. s. corpore, & anima conuenit, quod illa significetur per partem quæ est duplicis portionis respectu illarum, quæ significant alias differentias membrorum, videlicet aut in patria existentium aut in purgatorio. Lege. ¶ [Triforme est corpus domini] hoc dupliciter exponitur secundum hoc quod corpus duplex distinguitur. s. corpus Christi verum, & mysticum, de corpore vero sic, [triforme est corpus Christi] id est trifariam diuiditur, id est in tres partes frangitur, & diuiditur. Non tamen in sua substantia, aut veritate naturæ, quia in illa perfectum, & integrum manet sub qualibet diuisionis particula, sed in speciebus sacramentalibus, sub quibus latet sicut in quæstione plene dictum est de corpore mystico, sic exponitur [triforme est corpus domini] scilicet mysticum † quia triplex est differẽtia status fidelium in illo quidam iam resurrexerunt, 6
& regnant in gloria. quidam spe securi spectant in sepulchro. quidam autem pugnant in mundo. [monstrat] per hoc. n. quod illas pars immergitur sanguini, ĩnuitur, quod iam animæ illorum redierunt ad corpora sua, & vnitæ sunt eis [comesta] id est quæ sumitur à presbytero [significat corpus Christi ambulans super terram] id est ecclesiam militantem in terris, quæ corpus Christi spirituale est, vt infra eodem dist. quia passus [remanens] forte alibi est hæc consuetudo, vel olim erat, apud nos non seruatur, nec fit hoc, sed ambæ partes sumuntur à sacerdote. vel altera datur Diacono, vel Subdiacono. Hugutio [in sepuchro] id est fideles mortuos, qui adhuc non surrexerunt.

Respondet Ale. de Hali. Exponit literam.

4 *Intrare ventrem dicitur dupliciter.*
5 *Corpus Christi quandiu maneat in ventre.*


Ribus gradibus. Hic sequitur sexta pars huius distinctionis, in qua docetur primo quod sacramentum eucharistiæ à tribus ordinibus tractandum est. s. presbytero, Diacono, & Subdiacono. Cui adiungit plura alia ad reuerentiam huius sacramenti spectantia. Et ita diuiditur hoc ca. in quinque partes. In prima facit quod dictum est. In secunda præcipit, quod cum populus habet communicare tot hostiæ consecrentur, quot possint sufficere. Tertio quod sacramenta superfuerint non referuentur, sed à clericis consumantur. Quarto ostendit quanto tempore post communionem quis debeat abstinere à communibus cibis. Quinto ꝙ ignoto clerico, vel laico nõ est tribuẽda cõmunio. 2. ibi, tanta. 3. ibi, & si. 4. ibi, qui autem. 5. ibi, præcipimus. Pro intelligentia præsentis c. tria veniunt q̃renda.
1 ¶ Primo vtrum solum à tribus ordinibus sacramentũ eucharistiæ, administretur, seu tractetur.
2 ¶ Secũdo vtrum homo post sumptionem corporis Christi statim possit alios cibos manducare.
3 ¶ Tertio vtrum eucharistia intret in ventrem, sicut alij cibi.

1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur, quod non solum tribus ordinibus administretur diuinum sacramentum, sed oĩbus, qa ĩ oĩbus ordinibus datur potestas ministrandi circa altare, & ea, quæ pertinent ad sacr̃m hoc sicut p̃sbyteratu, diaconatu, & subdiaconatu, ergo seq̃tur ꝙ ẽt non solum à tribus ordinibus sed ab oĩbus hoc sacramentum tractandum, & administrãdũ sit. ¶ In oppositum est tex. presens. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ rectè dr̃ ꝙ sacra mysteria altaris à tribus ordinibus tractãda sint. q̃m ita est, videlicet à presbytero, diacono & subdiacono, & ideo hi soli tres ordines præ cæteris. extra de æta. & qual. à multis dicuntur ordines sacri, quia, vt dr̃ S. Tho. in 4. spãliter circa rem consecratam habent

Opponit in cõtrarium.

actum aliquem, vt sacerdos cuius est consecrare euchari
stiam. Diaconus, qui habet actum circa corpus Christi, &
sanguinem illum dispensandi. extra de summa trin. cap. fir
miter. & Subdiaconus qui habet actum circa vasa conse-
crata: vt supra 25. distinctio. perlectis. hinc istis tribus co-
tinentia indicitur supra dist. cap. nullum. & in dicto. cap. à
multis, vt sancti, & mundi sunt qui sacra tractant. iuxta il
lud Esa. mundamini qui fertis vasa domini. ¶ Ad ratio-
nem in oppositum respondet. quod licet omnes ordines
ordinentur ad sacrmentum eucharistiæ, non tamen æqua
liter, sed secundum plus, & minus, & secundum propin-
quum, & remotum. vnde multa ad dispensationem eucha
ristiæ pertinent inferioribus, quare merito dicitur in
textu. quod sacramenta eucharistiæ à tribus ordinibus
tractanda sunt.

2 Ad secundum Sic proceditur. †Et videtur, qđ
statim post sumptionem corpo
Primum ar. ris Christi non liceat comedere. Et arguitur primo ex ca.
præsenti, in quo dicitur ex authoritate Clementis, quod
si mane dominica portio editur, vsque ad sextam ministri
ieiunent, qui eam cōsumpserunt, & si in tertia vel in quar
Secundum argu. ta hora acceperunt ieiunent vsque ad vesperam. ¶ Secun
do sic, non minor reuerentia exhibenda est huic sacramē
to iam sumpto, quam sumendo. sed ante perceptionē non
est aliquis cibus sumendus iuxta illud de consecratione di
stinct. 1. placuit spiritui sancto in honore tanti sacramenti
prius in ore Christiani corpus Dominicum intrare, ergo
Opponit in cōtrarium. nec post quousque in ventre species remanerent. ¶ In op
positum arguitur ex contraria consuetudine totius eccle
siæ. præterea sumpto corpore Christi, & ipsis specieb. con
sumptis statim desijt esse sacramentum, cum autem desie
rit esse sacramentum nulla rō vr̄ esse quare abstinēdum sit
Respondet. pp ipsum sacramētū cum iam omnino non sit. ¶ Respon
deo dicendum quod multum cōuenit post sumptionem
corporis Christi aliquantulum abstinere à cibo corporali
ratione multiplici. vna est reuerentia cibi cœlestis, & ista
ratio assignatur in litera. alia est recogitatio diuinæ boni-
tatis, quæ ostenditur in huius sacramenti communicatio
ne. Tertia est gratiarum actio pro diuino beneficio, de-
bet. n. homo post tanti sacramenti sumptionem in gratia
rum actione persistere, vnde etiam in missa oratio gratia
rum actionis dicitur post communionem, etiam sacerdo
tes post celebrationes suas speciales orationes habent ad
gratiarum actiones, & ideo oportet esse aliquod interual
lum inter sumptionem eucharistiæ, & aliorum ciborum.
sed quia non requiritur magnum interuallum, quia spēs
illæ modicæ cito digeruntur, & fit earum consumptio, &
alteratio, & quod parum deest nihil deesse videtur, vt dr̄.
S. Thomas. 2. physi. dicit S. Tho. in 4. ꝙ possemus sub hoc sensu con-
cedere, ꝙ statim potest aliquis cibos alios sumere post eu
Ad primum argu. charistiæ sumptionem. ¶ Ad rationes, ergo in oppositum.
Ad primam respondetur, ꝙ decretum præsentis. c. loqui-
tur ſm consuetudinem primitiuæ ecclesiæ, vt dr̄ S. Thom.
quando propter paucitatem ministrorum rarius missarū
solennia celebrabātur, & cum maiori præparatione. vnde
Dionysius narrat de laico in suis epistolis ꝙ nunquam in
missam celebrat nisi aliqua diuina reuelatione prius per-
cepta. Nunc autem, quia oportet diuina mysteria frequē-
tius celebrare, non posset de facili obseruari præfatum de
cretum, & ideo per contrariā consuetudinem est abroga
Ale. de Hal. tum vt inquit S. Tho. in 3. parte. Alex. vero de Hal. concor
dans in prædictis cum S. Tho. dr̄, ꝙ illud decretum docet,
qđ requirit honestas, non præcipit, quid requirit necessi-
tas. vnde magis est instructio congruitatis, quam præce-
Ad scđum. ptū necessitatis. ¶ Ad secundam dicendum, ꝙ non est si-
milis rō de isto sacramento, & ante sumptionem, & post,
quia hoc sacramentum in assumptione sui proprium effe
ctum causat, & ideo oportet actualiter in ipsa sumptione
cor hoīs in deuotione ꝑsistere, sed post perceptionem suf
ficit, ꝙ habitu deuotio teneatur, quia non potest semper
in actu esse. Et quia prædicta deuotio magis impeditur ꝑ
præcedentia, quam per sequentia, & ideo magis est insti-
tutum, quod homines ieiunent ante sumptionem huius
sacramenti quam post, debet tamē esse aliqua mora inter
sumptionem corporis Christi, & alios cibos, vt dictū est.

3 Ad tertium Sic proceditur. †Et videtur ꝙ eucha
ristia intret in ventrem, sicut alij cibi.
primum ar. Et primo ex decreto præsentis c. vbi dr̄ quod residua cor
poris Dominici, quę in sacrario relicta sunt, consumunt,
non statim ad percipiendos communes cibos conueniāt,
ne putent sanctæ portioni misceri cibum, sed hoc nō dice
ret, nisi descenderet in ventrem. ¶ Secūdo arguitur ex de- Scđm ar.
creto si quis per ebrietatem infra e. d. non euomitur autē,
nisi quod in ventrem sumitur. ¶ Tertio corpus coniūctū Tertium ar.
est illis spēbus quandiu manent sub formis suis, sed illæ
spēs descendunt in ventrem sumentis, ergo corpus Chri-
sti cum eis descendit. ¶ Quarto corpus Christi, aut vadit Quartū ar.
in ventrem, aut in mentem, non in mētem, quia solus Deꝰ
illabitur menti, ergo vadit in ventrem. ¶ In oppositum ar Opponit in cōtrarium.
guitur sic. Mat. 15. dr̄. omne quod intrat in os in ventrem
vadit, & in secessum emittitur. sed constat ꝙ corpus Chri
sti non emittitur in secessum, quia non digeritur. ergo nō
descendit in ventrem aliquo mō. ¶ Secundo sic. Ambrosi. Scđa oppo.
dr̄ in lib. de sacramentis, non est iste panis, qui vadit in cor
pus, sed panis vitæ æternæ, qui aīę substantiam fulcit. ¶ Re Respondet.
spondeo dicendum ꝙ, vt recitat magister Alexāder de Ha
lis in 4. & Bonauentura circa hęc diuersi diuersa sentiunt.
fuerunt. n. circa hoc quatuor opiniones. Quidam. n. dixe- Prima opi.
runt, ꝙ corpus Christi non solum vadit in ventrem, sed
etiam in quodcunque illæ spēs deferunt, salua earum na-
tura, siue in ventrem suis, siue canis, siue in locum immū
dum. Alij dixerunt, ꝙ non solum in ventrem hoīs vadit,
sed ibi manet quandiu illæ spēs sunt ordinabiles ad refe-
ctionem. vnde dixerunt, ꝙ in ventrem vadit, & moratur Scđa opi.
quousque refectionis operatio compleatur. Alij dixerunt
ꝙ ad ventrem peruenit, & manet ibi vsquequo sunt in suo Tertia opi.
esse, & amplius non moratur. Aliqui dixerunt, quod solū
est cum speciebus quandiu sunt cum aliquo sensu, vt visu,
vel gustu, & hoc dicunt ꝙ sentit Hug. Ratio autem diuer-
sitatis harum opinionum hæc est. Omnes. n. in hoc consen Quarta op.
tiunt, ꝙ tandiu est corpus Christi in illis, quandiu est ratio
sacramenti. Dicunt igitur primi, ꝙ spēs panis consecrati,
tandiu est sacramentum, quandiu est spēs panis, cum vir-
tus consecrationis ipsam respiciat, secundum, quod est pa
nis, & ideo nūquam desinit ibi esse illa proprietate salua,
& ex hoc oritur positio prima. Alij aūt dicunt, quod rō sa
cramenti tantum saluatur, quamdiu spēs habilis est ad re
fectionem humanā, ideo. n. instituta ē, & ad hoc ordinat,
& hoc habet quando est in stomacho, qa ibi reficit. Tertij
dicunt, ꝙ tandiu saluatur quousq; recipiatur in vsum mā
ducationis, & quando manducatio completa est tunc sa-
cramentum non est sed fuit. & ex hoc habet ortum tertia
positio. Alij dicunt, ꝙ, qa sacramētum est signum, & signū
est, ꝙ se offert sensibus, ꝙ tandiu species est sacrm̄ quādiu
nata est sentiri ab aliquo sensu, & ideo cum deficit & per-
ceptio sensuum deficit rō sacramenti, & pręsentia corpo
ralis. ¶ Prima autē opi. quæ dr̄, ꝙ corpus Xp̄i defertur quo
cunque spēs deferūtur in ventrem canis, vel suis, vel ī alia
loca immunda vr̄ vera. saluo. n. vero esse spērū adhuc non
desinit esse sacrm̄, nec Xp̄s sub spē panis. ¶ Secunda opi. vr̄
esse simpl̄r vera quātum ad aliquid, quia dummodo spēs
sunt ī suo vero esse, & ordinabiles ad refectionē nō desinit
esse sacramentum, sed ꝙ ibi sit corpus Christi quousque
sit completa refectionis operatio, cum non existentibus
speciebus in vero esse suo permanet operatio refectionis,
non videtur verum, nec verosimile. ¶ Similiter tertia opi.
vera est secundum quod tunc dr̄ esse sumptio completa,
quando speciebus dissolutis Christus transit in aīam, secū
dum autem ꝙ sumptio dr̄ esse completa facta degustatio
ne siue deglutione, non est vera. ¶ Quarta autem opi. vera
est, verbum vero Hug. quod est in visu, in tactu, in sapore,
& cætera. verum est quandiu sensus corporalis afficitur ꝑ
sentia corporis non aufertur, est intelligendum quantum
ad aptitudinem, non quantum ad saporem tantum. præte
terea sensus gustus non est tantum in lingua. sed etiam in
descensu cibi in ventrem siue in stomachum. Et secūdum
opiniones istas dici pōt corpus Christi traijci ī ventrem.
Quidam autem aliter putabāt, quod corpus Christi nun-
quam intrat ventrem, sed dicunt quod tantum est in ore,
& tunc illud esse sub specie, sed quando glutitur dr̄ illud
transire in mentem, quod videtur Aug. velle, qui dicit. do
minum habes in ore, quandiu in te non dr̄ in secessum,
sed rapitur in excessum. Sed species panis dicunt intrare
ventrem. Sed hoc nihil est, cum nihil nisi solus Deus pos-
sit intrare sbam aīę. vnde in corpus Christi intrare non po
test. vnde dici potest quod ītrāte specie ī ventrē, & corpus
Christi

Christi intrat in ventrem sicut in vas vel in pixidem. Vn-
4 de notandum iuxta Alexander de Halis ꝙ est intrare ven trem dupliciter, quia vel quantum ad substãtiam, vel quã tum ad cibi efficaciã. Primo modo descendit aliquod cor pus in ventrem, etiam si non sit cibus, sed secundo modo cibus. Similiter est aliquid intrare animam dupliciter, qa vel quantum ad substantiam, & sic intrat animam solum, quod illabitur animæ, s. solus Deus, vel quantum ad effica ciam, & sic dr̃ intrare animam, aliquid quod effectum ha bet in anima, & corpus Christi intrat in animam, quia il lam reficit. Si autem loquimur de intratione quantum ad cibandi efficaciam sic corpus Christi non vadit in ven trem, sed in mentem, quia caro Christi non reficit ventrẽ sed mentem, sicut dicunt sancti extra de rel. & vene. sanct. c. si dominum in sanctis. in cle. si loquamur quantũ ad sub stantiam, sic vadit in ventrem eo modo quo dictum est. Concordat S. Tho. qui in 4. sententiarum circa distinctio nem 9. dr̃ sic. cum dr̃. Cibus iste non transit in vẽtrem, sed in mentem. hæc propositio non determinat terminũ mo tus localis, sed finem sumptionis, vadit. n. quasi localiter quocunque species vadunt. sed non sumitur propter ven tris repletionem sicut corporales cibi, sed propter mentis refectionẽ, in qua eius effectus recipitur, non ipsa materia corporis. quia mentem inhabitare per essentiam sola diui nitas potest. ¶ Dicendum est ergo ad rationes. Ad primã ꝙ authoritas loquitur de cibo illo, qui ordinatur ad refe ctionem corporis, quem competit digeri, & sic, in puro se parato in membra conuerti, sed cibus iste ordinatur ad re fectionem mentis. ¶ Ad secundam, ꝙ cibus iste non traij citur in corpus, vt alimentum eius. Et hoc dicit Ambro- sius, cum ait, ꝙ non est panis, qui vadit in corpus. Nihilo- minus ista stant simul, ꝙ intrat in corpus, & animam ful- ciat. non intrando per corporalem substantiam, sed per ef
5 ficaciam, & diuinitatem sicut dictum est. † Si autem quæ- ratur quandiu manet in ventre, respondetur, ꝙ quamdiu manet species panis, & non amplius. Lege. ¶ [Tribus gra- dibus]. i. ministris triũ graduũ. s. pꝛsbytero, Diacono & sub diacono, [sacra diuinorũ]. i. ecclesiarum [sacramẽtorum] . i. sacramenta eucharistiæ, quæ potiora, & maiora sunt cæ teris sacramentis, vt supra e. d. nihil, & est dictum per ex- cellentiam sicut Deus Deorum, dominus dominorũ, vir go virginum, cantica canticorum [vel sacramenta]. i. spe- cies panis, & vini, quæ sunt sacramenta. i. signa aliorum sa cramẽtorum. i. corporis, & sanguinis domini Christi, quæ sunt sacramenta vniuersalis ecclesiæ, vt infra eo. dist. quia passus. corpus. n. Christi, & sacramentum est, & res sacra- menti vt infra e. dist. hoc est [ministro]. i. Subdiacono, nã, & ipse ministrat altari, & deseruit sacramentis altaris, vt dist. 60. c. vlt. [clericorum]. i. clericali. s. quales decet habe- re clericos. Hug. [idem ecce] secunda pars. [tanta holocau sta]. i. tot hostiæ [offeranť]. i. consecrentur [quanta]. i. quot [non referentur] contra infra ea. dist. c. presbyter. iubetur referuari ad opus infirmorum, ne infirmi sine communio ne moriantur, hic prohibetur referuari ad opus consecrã tium. s. vt, quod residuum hodie ad sumẽdum in crastino presbyteri non præsumant reseruare, quia fieret iniuria sacramento. sed quotidie studeant conficere. hoc tamen non seruatur in cœna domini, & in parasceue causa neces sitatis. Hug. [clericorum]. i. clericali. Arc. [consummantur] . i. omnia, & cito sumãtur [qui autem] sequitur tertia pars capituli [communes cibos], & hoc propter reuerentiam sacramenti, & vt caueatur voracitas, & ebrietas, ne tali oc casione euomatur, ꝙ si cõtigat pro varietate personarum pœna imponitur, vt infra e. dist. ca. si quis per ebrietatem. consilium tamen est, non præceptum Hug. Et de hoc sa tis dictum est in quæstione [portioni]. i. specierum, que est sacramentum sacræ rei [miscere cibum] glo. ponit hic aliqua, vtputa, ꝙ corpus Christi non intrat in ventrem, & ꝙ species non descendunt in stomachum, & ꝙ de corpo re Christi certum est, quod quã cito species dentibus con teruntur tam cito rapitur corpus in cœlũ, quæ aliena sunt à communi doctrina sanctorum, & schola theologorum, vt in quæstione visum est [per aqualiculos] id est occultos meatus. Aqualicus etiam dicitur venter, vnde in Persio. Pinguis aqualiculus propenso sesquipede extet. inde ven- ter dicitur aqualiculus, id est aquarum loculus, ipse. n. est receptaculũ omnium humorum [secreta] id est singulari [sanctificatione] id est mundicia, & reuerentia [æterna]. s.

Ad primum argum.

Ad secũm.

Exponit literam.

Archid.

propter rem, quam significant, vel continent, vel operan tur Hugu. [præcipimus] quarta pars capituli [extraneo] id est ignoto, vel alienæ iurisdictionis [clerico ecclesiæ]. s. ali cuius [vel laico ad mensam domini] vt communionem percipiant, [indignis] id est incognitis qui hoc ipso dicun tur indigni, quia incogniti sunt, licet sit argumentum cõ tra, extra de præsumptione dudum argu. de scruti. & par- tẽ. sed hoc ideo quia vertitur periculum animæ, & quia alienæ iurisdictionis sunt. argum. 60. distinctione extra neo [à mulieribus], de hoc ponit exemplum inter alia vi tia, non ideo, vt dicit gloss. quia pauci, & raro sine hoc cri mine inueniãtur. hæc ratio videtur nimis grossa. sed ideo quia iuxta Sanctum Thomam præcipue per luxuriã mẽs humana deprimitur, vt ad superna deferri non possit, quia etiam in actu matrimoniali sanctus spiritus corda prophe tarum non tangit, vt dicit Hieronym. & secundum philo sophum 7. Ethicorum impossibile est hoĩ aliquid intelli gere in ipsa delectatione venereorum. per peccatum ergo carnis magis homo redditur indignus ad susceptionem huius sacramenti, quantum ad actualem deuotionem, quæ ad digne manducandum hoc sacramentum inesse, exigitur [hic, & Dauid] nota historiam. primo Regum vigesimo primo & vigesimo quinto. quæstione prima. his ita. [panes propositionis] de his habes 33. quæstione quar ta cap. primo &c.

Hug.

S. Thomas.

2 *Medicina est duplex.*
4 *Peccator, quod non sit conscius de peccato potest esse duplici ter.*
5 *Communicet, vt quis digne, quid requiratur.*
7 *Peccatum vnum potest esse grauius alio dupliciter, & ibi quid dicatur grauius per se.*
*Et quid per accidens. nu. 8.*
9 *Fornicator accipiens corpus Christi quomodo comparetur Iudæ.*
10 *Proijciens corpus Christi in lutum grauius peccat, quam ille qui cum conscientia peccati mortalis ad illud accedit:*
11 *Populus fidelis dicitur dilectus Dei.*



Vi scelerate. Sequitur prima pars hu ius distinctionis, in qua magister Gratianus probat, quod cum ma gna veneratione sumendum est hoc sacramẽ tum, & hoc per tria capitula. dr̃ autem in pri mo, quod, qui scelerate viuunt in ecclesia, & communicare non desinunt damnationem incurrunt, ꝙ probat duplici authoritate. s. Hierem. prophetæ, & apo- stoli Pauli. Pro huius ca. maiori, vel ampliori intelligentia veniunt quærenda tria.

1 ¶ Primo vtrum peccator scelerate viuens sumendo sacra mentum mortaliter peccet.

3 ¶ Secundo vtrum, ille, qui non habet conscientiam pec- cati mortalis, in peccato mortali existens, peccet corpus Christi sumendo.

6 ¶ Tertio vtrum, accedere ad hoc sacramentum cum con scientia peccati mortalis, sit grauissimum omnium pec- catorum.

1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur, quod peccator scelerate viuens, recipiẽ do hoc sacramentum non peccet mortaliter, siue damna biliter. ¶ Primo sic. dr̃ August. in lib. de li. arb. quod maxi mis bonis nullus male vtitur, sed corpus Christi de maxi mis bonis est, ergo nullus potest ipso vtendo peccare. ¶ Secundo infirmi non minus egent medicina, quam me dicus. sed Christus in propria specie veniens, vt medicus non refugit peccatorum consortia, quia sicut ipse dr̃ Luc. 9. non egent, qui sani sunt, medico, sed qui male habent. ergo cum Christus sub sacramento ꝑponatur, vt medici na, non debet peccatoribus subtrahi. ¶ Tertio nullus pec cat faciendo id, ad quod tenetur, sed iste peccator tene- tur ex præcepto ecclesiæ semel in anno corpus Christi su mere, vt extra de pœn. & re. c. omnis. ergo quamuis sit in proposito peccandi, non peccat corpus Christi sumendo. ¶ Quarto arguitur sic. sicut hoc sacramentum sentitur gu stu, ita sentitur, & tactu. si ergo peccator peccet ex eo, ꝙ sumit hoc sacramentum gustu. ergo, & tactu, videtur et quod peccaret videndo, quod patet esse falsum, cum eccle sia hoc sacramentum ad videndum, & adorandum pro-

primum ar.

Secũm ar.

Tertium ar.

Quartũ ar.

ponat. ergo peccator non peccat ex hoc quod manducat
Opponit in cōtrarium. hoc sacramentum. ¶ In contrarium est capitulum præsens. Item apostolus 1. Corinthiorum. 11. dicens, qui manducat indigne, iudicium sibi manducat, sed scelerate viuens manducans, indigne manducat. ergo talis iudicium damnationis incurrit. tertio glo. super illo Matthæi vigesimo quarto. ve homini illi & cætera dicit, ve homini illi, qui ad mensam domini accedit indigne, iste. n. in exemplum Iudæ filium hominis tradit, sed constat, quod taliter operando mortaliter peccat. ergo peccator sumendo
Respondet. hoc sacramentum peccat mortaliter. ¶ Respondeo dicẽdum, quod scelerate viuentes, siue cum conscientia peccatis mortalis manducantes corpus Christi, mortaliter peccant. abutuntur. n. hoc sacramento, qui abusus tãto periculosior est, quanto hoc sacramentum dignius est cæteris. Ratio autem, quod tales peccent mortaliter colligitur ex tribus quæ sunt in hoc sacramento. Primo ex eo, quod est sacramentum. Ex quo apparet, quod hoc sacramẽtum in modum cibi proponitur. Cibus autem non competit nisi viuenti, vnde si carens vita spirituali per peccatũ mortale accipiat hoc sacramentum abutitur ipso. Secundo ex eo ꝙ est ibi res, & sacramentum, qui est Christus, qui est sanctus sanctorum. vnde receptaculũ eius debet esse sanctum. Et ideo si aliquis cum contrario sanctitatis corpus Christi sumat sacramento abutitur. Tertio ex eo, quod est ibi res tantum, quod est corpus Christi mysticum, qa ex hoc ipso, quod aliquis ad hoc sacramentum accedit, significat se ad vnitatem corporis mystici tendere, vnde si peccatum in conscientia teneat per quod à corpore mystico separetur fictionis culpam incurrit. & ita abutitur sacramento, & per consequens damnabiliter peccat.

Ad primũ argu. ¶ Ad rationes ergo dicẽdum. Ad primam, quod verbum August. intelligendum est, de eo, quo vtitur quis, sicut eliciente actum vsus, sic. n. virtutibus, quas maxima bona dicit nullus male vtitur, sed non est intelligendum de eo, quo quis vtitur quasi obiectio vsus, sic enim virtutibus, quis male vtitur, qui de virtutibus gloriatur, & superbit. Et ita etiam quis potest corpore Christi male vti, sicut obiecto vsus. 2

Ad scđm ¶ Ad secundam dicendum† quod duplex est medicina, vna remouens morbum, & talis infirmis debetur, & huic comparatur baptismus, & pœnitentia. Alia est promouens in perfectam sanitatem, & talis nõ debetur infirmis, sed iam sanctis & huic comparatur hæc medicina, vtraque enim medicina per medicum datur. vnde non sequitur, si medicus non fugit infirmi consortium, quod quælibet eius medicina infirmis dari debeat.

Ad tertium ¶ Ad tertiam dicendum, quod habens conscientiam peccati mortalis qui dimittere non proponit, peccat accedens ad sumendum corpus Christi, quia indigne peccat, etiam non accedendo tempore ab ecclesia instituto, quia inobediens est, non tamen est perplexus, quia potest se ab hoc dubio eripere peccati propositum dimittendo. Nihilominus tamen manente tali proposito minus peccat non sumendo, quam sumendo, quia illud, quod est malum, secundum se, est maius malum, quam illud, quod est malum prohibitum. vnde prius debet se dimittere ex communicari, quam cum ꝓposito peccati mortalis corpus Christi sumat.

Ad quartũ ¶ Ad quartam dicendum, quod per visum non accipitur ipsum corpus Christi, sed solum sacramentum, quia visus non pertingit ad substantiam corporis Christi, sed solum ad species sacramentales. sed ille, qui manducat non sumit solum species sacramẽtales, sed etiam Christum, qui est sub eis, & ideo à visione corporis Christi nullus prohibetur, qui sit sacramentum consecutus. s. baptismum. Non baptizati autem non sunt admittendi etiam ad inspectionem huius sacramenti, vt patet
Diony. per Dionysium in libro ecclesiasticæ hierarchiæ. Sed ad manducandum non sunt admittendi, nisi soli illi, qui non solum sacramentaliter, sed etiam realiter sunt Christo coniuncti.

3 Ad secundum Sic proceditur. †Et videtur, qđ ille, qui non habet conscientiam peccati mortalis in peccato mortali existens, peccet, cor-
Primum ar. pus Christi sumendo. ¶ Primo sic, peccatum. n. facit hominem indigne accedere ad corpus Christi. sed ignorantia peccati, cui homo subiacet, non tollit peccatum. imo grauissime peccat, qui ignorat secundum Amb. ergo cum indigne accedẽs peccet mortaliter, videtur quod habens peccatum, cuius non est conscius accedens peccet. ¶ Se-
Secundũ ar. cundo sic. in meliori statu est iustus habens conscientiam peccati mortalis, cui non subiacet, quam peccator subiacens peccato, cuius non est conscius, quia hoc videtur esse præsumptionis, primum autem humilitatis, quia secun
Grego. dum Gregoriũ bonarum mentium est ibi timere culpã, culpa non est extra de obser. ieiu. c. consilium. sed iustus carens peccato peccat si cum conscientia peccati mortalis accedat. ergo multo fortius peccator, qui peccati sui si
Tertium ar. bi non est conscius. ¶ Tertio sic. vbicunque est examinatio, ibi est necessaria rei veritas. & non opinio tantum, sed ad hoc, quod aliquis dignè accedat ad corpus Christi requiritur diligens examinatio suijpsius, vt patet. 1. corin. 11. probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat. ergo necessarium est, quod sit puritas à peccato, secũdum veritatem, & non solum secundum æstimationem. ¶ Sed
Opponit in cōtrarium. contra ecclesiastes 9. dicitur. nemo scit vtrum amore vel odio dignus sit. Si ergo habens peccatum, cuius non est conscius, peccaret corpus Christi sumendo, quicunque sumit, exponeret se periculo peccati mortalis, & ita nullus
4 Respondet sumere deberet. ¶ Respondeo iuxta Sãctum Thomam, & Dominum Durandum in 4. dicendum, ꝙ hoc †, ꝙ peccator non sit conscius de peccato, potest esse dupliciter. vno modo, quia nescit se commisisse peccatum. Alio modo, quia scit quidem commisisse se peccatum, credit tamen illud esse dimissum sibi, quia reputat se cõtritum. Primum autem potest contingere dupliciter. vno modo, quia non recolit de facto. Alio modo, quia recolit, sed non credit illud factum esse peccatum, quod tamen secundum veritatem peccatum est, vt puta, si aliquis fornicator reputaret, simplicem fornicationem non esse peccatum mortale. si vero non recolat de peccato, quia non recolit de facto, aut discuscit conscientiam suam, aut non. si primo modo, & tunc post discussionem non recolit, nõ peccat si ad hoc sacramentum accedat imo ex vi huius sacramenti peccati remissionem consequitur. vnde Augusti. dr̃ in quodam sermone, ꝙ quando corpus Christi manducatur, viuificat mortuos. si vero non discussit diligenter, & ob hoc non venit in notitiam peccati commissi, peccat mortaliter accedendo ad hoc sacramentum. Horum autem duorum talis est rõ, quia voluntaria omissio circunstantiæ, quæ ad factum requiritur, non excusat, sed aggrauat, sed discussio conscientiæ est circunstantia, quæ requiritur in suscipiendo hoc sacramentum, iuxta illud quod dicit apostolus 1. Cor. 11. probet autem seipsum homo & c. ergo omissio discussionis conscientię non excusat, sed aggrauat. ergo si ꝓpter discussionis conscientiæ omissionem aliquis non recolit de peccato suo, non propter hoc excusatur, si accedat ad hoc sacramentum, vt peccator. Nam, & iustus accedẽs ad hoc sacramentum sine discussione cõscientiæ forte peccat, nisi quod in iusto, qui consueuit passim cõfiteri, & ꝑscrutari conscientiam suam sufficit breuis, & quasi transitoria discussio, quæ non sufficeret in alio. Et per eandem rationem diligens discussio conscientiæ excusat illum, q non recolit, de peccato commisso, ex quo fecit diligenter quod in se fuit, vt recoleret si autem de facto recolat, & nõ credit illud esse peccatum, non excusatur, si accedat quin peccet, quia ignorantia, quæ non excusat facientem à peccato dum facit non excusat ipsum à peccato dum sacra-
a mentum recipit. sed talis ignorantia a est illa, de qua loquimur. Non. n. facientem excusat à peccato, ex quo ponimus eum in peccato, licet ignoret se esse in peccato. Hæc autẽ ignorantia, vel est ex iuris circunstantia, vel circunstãtia particularis, quam tenebatur scire, alias faciendo non peccasset, ergo non excusatur quin accedendo ad sacramentum accedat, vt peccator, vt per consequens peccet. qui autem scit se commisisse peccatum, credit tamen sibi esse dimissum, quia reputat se contritum, & scit se esse cõfessum non peccat si hoc sacramentum sumat, quia vbi non potest haberi certitudo plena, sufficit probabilis coniectura. Sed quod peccatum commissum per contritionem sit dimissum, non potest haberi plena certitudo. 1. Corin. 3. nihil mihi conscius sum. sed nec in hoc iustificatus sum. & ecclesiast. 5. de propitiatione peccatorum noli esse sine metu. Huic sententiæ concordat Scotus in 4. d. 4. dicens ꝙ si sit negligentia effecta vel crassa propter quam non recolit peccatũ, non excusat̃ à peccato, licet minus peccet, quã in actu peccati existẽs accedit ad sacramentũ ꝙ probatur 1. ad Cor.

a ¶ Ignorantia. Ignorãs dr̃ qui nihil scit, sed scire debet P. de Anc. in c. 1. n. 4. de hære.

Scotus.

1. ad Corinthio. vndecimo. probet autem seipsum homo & cætera. tenetur. n. se examinare secundum diligentiam possibilem nostræ fragilitatis antequam communicet. Si autem non sit negligentia crassa, puta quia præcedit examinatio sufficiens. & nullum peccatum occurrit, de quo non fuerit, vel sit contritus, & confessus prius, non peccat communicando, licet forte aliquid lateat, vel traditum sit obliuioni. Quod probatur, quia post talem inquisitionem si contritus, & confessus moreretur, saluaretur. non enim requiritur maior examinatio ad communicandum, quam ad secure moriendum. Tum quia tunc alias quilibet exponeret se periculo communicando, quia dicit psalmus decimo octauo. delicta quis intelligit. & ecclesiast. nono. nescit homo vtrum amore, vel odio dignus sit. igitur si oportet communicantem esse in charitate, quilibet communicando exponeret se periculo, nesciens an illo actu peccaret. hoc probatur tertio, quia tunc non esset sacramentum viatoris, quia talis certitudo non competit viatori, propter hoc dico, quod diligenti inquisitione facta secūdum possibilitatem nostræ fragilitatis, & præmissa contritione, & confessione quantum videtur homini sufficienti habita, si tunc communicet non peccat. sed imo si quæ alia peccata lateant per illud sacramentum remittuntur. hæc Scotus. Ex quibus omnibus manifeste
5 colligitur † quod ad hoc, quod quis digne communicet non requiritur certitudo, quod non habeat peccatum, sed sufficit probabilis coniectura, quæ habetur per septem signa. Primum si deuote verbum Dei audit Ioannes octauo qui ex Deo est verba Dei audit. secundum si se promptum ad bona opera inuenit, quia probatio dilectionis, exhibitio est operis, vt dicit Beatus Gregorius. Tertium cum quis à peccatis abstinendi propositum habet. Quartum cum de præteritis dolet, quia in his vera pœnitentia secundum Gregorium consistit. Et hæc quatuor signa ponit Bernardus. Quintum si bonis aliorum congaudet. Sextum si malis aliorum compatitur. hæc duo ponit Anselmus in libro de similitudinibus. Septimum si læsus faciliter ignoscit, & hoc ponit Cassiodorus in libro de anima. ¶ Ad rōnes ergo dicendū, ꝙ minor est vera de ignorantia, q̄ prouenit ex culpa ignorātis, vel qa ꝑ ignorantiam iuris, quæ non excusat. extra de regu. iur. cap. ignorantia lib. sexto. reputat aliquid non esse peccatum, quod tamen in veritate est, vel quia negligens est in examinatione sui, & de tali ignorantia potest habere locum verbum Ambrosij. Sed de ignorantia quæ est sine culpa ipsius ignorantis non est vera, vt puta contra id, quod quis scit esse peccatum, iam non creditur esse peccatum, sed sibi dimissum esse, & talis ignorantia non excusat, neque aggrauat, sed potest excusare respectu sequentis peccati respectu cuius peccatum præcedens quod esse, & talis ignoratum est se habet, vt circumstantia, quæ peccatum in actu sequenti induceret, si sciretur, & ita est in proposito. vnde quamuis sit indignus ratione præcedentis non tamen indigne accedit, quia ignorantia excusat à peccato illum accessum vt dictum est. ¶ Ad secundam dicendum, quod sicut ignorantia circunstantiæ, quæ causat peccatum excusat à peccato, ita error talis circunstantiæ causat peccatum, vt patet in eo qui accedit ad suam, quam non credit suam, & similiter est in proposito, quia iustus credens se esse peccatorem errat in hac circunstantia. vnde si tali opinione manente corpus Christi manducaret, constat, quod eligeret se peccatorem corpus Christi manducare, & ita electio esset praua, & peccaret. Sed electio non est praua in eo, qui peccatum habet, quod nescit, & ideo quamuis iustus sit simpliciter melius dispositus, tamen est peius dispositus quantum ad hoc. ¶ Ad tertiam dicendum ꝙ examinatio requiritur, ne ignorantia ex negligentia procedat, quia talis ignorantia non excusaret.

Ad primum argu.

Ad scđum.

Ad tertium.

6 Ad tertium Sic proceditur. † Et videtur quod accedere ad hoc sacramentum cum conscientia peccati mortalis, sit grauissimum omnium peccatorum. ¶ Et primo sic, dicit apostolus primo Corinthiorum vndecimo, quicūque manducauerit panem, vel biberit calicem domini indigne, reus erit corporis, & sanguinis domini gloss. ibi, est ac si Christum occideret, punietur. sed peccatum Christum occidentium, videtur grauissimum, ergo, & hoc peccatum quo aliquis cum conscientia peccati ad mensam domini accedit, videtur esse grauissimum. ¶ Secundo sic. Hieronym. dicit in quadam epistola. quid tibi cum fœminis, qui ad altare cum domino fabularis. dic sacerdos, dic clerice, qualiter cum eisdem labijs filium Dei osculaaris, quibus osculatus es filiam Veneris. O Iuda osculo filium hominis tradis, & sic videtur fornicator ad mensam Christi accedens peccare sicut Iudas peccauit cuius peccatum fuit grauissimum, sed multa alia peccata sunt grauiora peccato fornicationis, & præcipue peccatum infidelitatis. ergo cuiuslibet peccatoris ad mensam Christi accedentis peccatum est grauissimum. ¶ Tertio sic. magis est abominatio Deo immundicia spiritualis, quam corporalis, sed si quis proijciat corpus Christi ī lutum, vel sterquilinium grauissimum reputaretur esse peccatum, ergo grauius peccat si ipsum sumat cū peccato, quod est immundicia spiritualis. ergo hoc peccatum est grauissimum. ¶ Quarto arguitur sic. Et probatur quod hæreticus, siue infidelis manducās corpus Christi minus peccet, quam fidelis peccator. quia peius est contemnere Christum, quam contemnere sacramentum Christi, sed fidelis peccator manducans contemnit Christum, quem sub sacramento vere esse credit, infidelis autem contemnit sacramentum, quem sub sacramento vere esse non credit, ergo infidelis minus peccat. ¶ Quinto quanto aliquod peccatum est magis dissonum à ratione, tanto est grauius, sed peccatum infidelis indigne sumētis est contra rationem naturalem, non autem illius, qui non credit sub hoc sacramento Christum secundum veritatem esse, quia hoc supra rationem est, & supra sensum. ergo infidelis minus peccat. ¶ In oppositum est illud quod super illud Ioannes decimo quinto si non venissem, & locutus eis nō fuissem dicit Augustinus hoc esse intelligendum de peccato infidelitatis, quo retinentur cuncta peccata, & ita videtur hoc peccatum grauissimum non esse, sed magis peccatum infidelitatis. ¶ Respondeo dicendum secundum Sanctum Thomam in tertia parte, & supra epistolam ad Corinthios † quod dupliciter aliquod peccatum potest esse alio grauius, vno modo per se. Alio modo per accidens. per se quidem secundum rationem suæ speciei, quæ attenditur ex parte obiecti, & secundum hoc quantum id contra quod peccatur est maius tanto peccatum est grauius, & ipsa humanitas est potior. quam ipsa sacramenta humanitatis. inde est, quod grauissima peccata sunt quæ committuntur in ipsam diuinitatem sicut est peccatum infidelitatis, & blasphemiæ extra hære. c. vrgentis. & C. eodem titul. le. Manichæos. Secundario autem sunt grauia peccata, quæ committuntur in humanitatem Christi. vnde Matthę. 12. dicitur. Qui dixerit verbum contra filium hoīs remittetur ei qui autem dixerit verbum contra spūm sanctum, non remittetur ei in hoc seculo, neque in futuro. Tertio autem loco sunt peccata, quæ committuntur contra sacramenta quæ pertinent ad humanitatem Christi. Et post hoc sunt
8 alia peccata contra puras creaturas. † per accidens autem est vnum peccatum grauius alio, ex parte peccantis, puta peccatum, quod est ex ignorantia, vel infirmitate, est leuius peccato, quod est ex contemptu, vel ex certa scientia, & eadē rō est de alijs circunstantijs. Et secundum hoc illud peccatum in quibusdam potest esse grauius, sicut in his, quæ ex actuali contemptu cum consciētia peccati ad hoc sacramentum accedunt. Sic igitur patet, ꝙ hoc peccatum est multis alijs grauius, secundum suam speciem, non tamen est grauissimum. ¶ Dicendum est ad rōnes. Ad primam rn̄detur, ꝙ peccatum indigne sumētiū hoc sacramētū cōparatur peccato occidentium Christum secundum similitudinem, qa vtrunque committitur contra corpus Christi, non tamen secundum criminis quantitatem. peccatum. n. occidentium Christum fuit multo grauius. primo quidem quia illud peccatum fuit contra corpus Christi in sua specie propria, hoc autem est contra corpus Christi in specie sacramenti. Secundo quia illud peccatum processit ex intentione nocendi Christo, non autem
9 hoc peccatum. ¶ Ad secundam dicendum † quod fornicator accipiens corpus Christi comparatur Iudæ Christum osculanti quantum ad similitudinem criminis, quia vterque ex signo charitatis Christum offendit, non tamen quantum ad criminis quantitatem, sicut & prius dictum est. hæc tamen similitudo nō minus competit alijs peccatoribus, quam fornicatoribus. Nam & per alia

Primum ar.

Scđm ar.

Tertium ar.

Quartū ar.

Quintu ar.

Opponit in contrarium.

Respondet S. Thomas.

Ad primum argum.

Ad scđm.

peccata mortalia agitur contra charitatem Christi, cuius signum est hoc sacramentum,& tanto magis quanto magis peccata sunt grauiora. secundum quid tamen peccatum fornicationis magis reddit hominem ineptum ad perceptionem huius sacramẽti. inquantum. s. per hoc peccatum spiritus carni subijcitur,& ita impeditur feruor dictionis, quæ requiritur in sacramento, plus tamen ponderat impedimentum ipsius charitatis, quam feruor eius.

Ad tertium ¶ Ad tertiam dicendum, † quod ille, qui proijceret hoc sacramentum in lutum grauius peccaret, quam ille, qui cũ conscientia peccati mortalis ad hoc sacramentum accedit. Primo quidem, quia ille, qui faceret hoc faceret ex intentione iniuria inferrendi huic sacramento, quod non intendat peccator indigne corpus Christi accipiens. Secundo quia homo peccator capax est gratiæ. vnde etiam magis est aptus, ad suscipiendum hoc sacramentum, quã quęcunque alia irrationalis creatura. vnde maxime inordinate vteretur hoc sacramento, qui proijceret ipsum canibus ad manducandum, vel qui proijceret ipsum in lutum ad conculcandum. ¶ Ad quartam dicendum, quod

Ad quartum in indigne manducante est duo considerare. s. peccatum, quo indignus redditur ad manducandum, & peccatum, quo indigne manducat, quia ergo peccatum infidelitatis, quod funditus separat hominem ab vnitate ecclesiæ,& cũctis, grauius est simpliciter loquendo maxime hominem ineptum,& indignum reddit ad susceptionẽ huius sacramenti, quod est sacramentum ecclesiasticæ vnitatis. vnde ex hac parte grauius peccat infidelis accipiendo hoc sacramentum, quam fidelis,& magis contemnit Christum sanctum, qui est sub hoc sacramento, præsertim si non credat Christum sub hoc sacramento esse quia quantum est in se diminuit sanctitatem huius sacramenti,& virtutem Christi operantis in hoc sacramento, quod est contemnere ipsum sacramentum in seipso, sed quantum ad vsum indignè accipiens. vnde & apostolus 1. Corinth. 11. assignat rationem huius peccati cum dicit. Non dijudicans corpus domini, id est non discernens ipsum ab alijs cibis, quod maxime facit ille, qui non credit, Christum esse sub hoc sacramento, verum, vt dicit Sanctus Thomas in quarto,

S. Thomas. quod infidelis manducans, non credit illud, quod sumit, esse tantæ dignitatis sicuti est. ideo non tantum peccat in abusu, quia ignorantia infidelitatis, quamuis non excuset sequens peccatum à toto, excusat tamen à tanto, vt patet de peccato occidentium Christum, qui si cognouissent, nunquam Deum gloriæ crucifixissent 1. Corinth. 2. & per hãc ignorantiam peccatum eorum alleuiatum est, vt Anselmus dicit. Et Paulus de seipso dicit misericordiã

Ambros. consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate mea, fidelis aũt peccator cũ nõ credat Christum esse sub hoc sacramento expresse, videtur contemnere hoc sacramentũ, in vsu suo indigne illud accipiens,& quia expressus contemptus aggrauat quantitatem peccati, sic videtur, quod licet infidelis indignos manducet, fidelis tamen peccator magis indigne,& ita quantum ad istam manducationem fidelis magis peccat. ex quibus patet responsio ad argumentum negando id, quod dicitur in minori, quoniam infidelis contemnit Christum in sua persona, quia eius doctrinæ repugnat. Contemnit etiam eum, secundum quod est sub hoc sacramento, præsertim, sicut dictum est, si non credat eum verum esse,& vere esse sub sacramento hoc. Præterea falsum est, quod fidelis peccator indigne manducans, contemnat Christum in seipso, aut hoc sacramentum in seipso, licet sit verum, quod contemnit quantum ad vsum indigne sumens, quod credit esse tãtæ dignitatis,& quantum ad hoc bene verum est, quod in dignius suscipit quam infidelis. ¶ Ad quintam dicendũ, q

Ad quĩtum quamuis ea, quę sunt fidei,& præcipuè circa hoc sacramẽtum non sint ita rationi humanæ consona, secundum se considerata, tamen, vt dicta à Deo,& prodigijs approbata sunt maxime consona rationi. Nihil enim est adeo rationi consonum, sicut, quod Deo sit credendum in omnibus, quę dicit,& contestatur. doctrina autem fidei cum accepisset principium enarrandi per dominum ab his. s. apostolis, quæ audierunt de ore Christi in nos confirmata est contestante Deo signis,& prodigijs,& varijs virtutibus, spiritus sancti distributionibus, ad Hebreorum 1.& ideo peccatum infidelitatis est grauius, quam etiam peccatum indigne manducantis. Lege. ¶ Qui scelerate ] duplici authoritate vtitur textus iste ad probandum, quod, qui' scelerate viuunt, magis inficiunt communicando, quam mũdentur. prima est Hierem. vndecimo. qui in persona domini ait [quid est quod dilectus]. i. sacerdos, vel populus

1 meus fidelis† dicitur autem populus[a] fidelis dilectus Dei.

a vnde de populo Israelitico dicitur Deutero. trigesimo secundo incrassatus est dilectus,& recalcitrauit. Et Baruch quarto dicitur Israel dilecto suo [in domo] id est in ecclesia [fecit scelera multa] rapinam scilicet,& furta committendo, iudicium subuertendo, voluptates carnis, vel animæ sectando [carnes sanctæ] id est sacrificia oblata, quasi dicat, vt inquit glo. interline. Hiere. 11. [multitudine] taliũ sacrificiorum [nõ delentur peccata tua probet] hæc est authoritas secunda quæ est Pauli 1. Corinth. 11. [probet] id est examinet,& purget seipsum, id est purgatum,& probatum se reddat,& sic, securus accedat, aliter non 1. q. 1. sacerdotes. Hugu.

a ¶ Popul[s]. populus & cler[s] sunt diuersa P. de Anc in c. ex parte num. 3. de priuileg.

1 *Accedens ad sacramentum altaris, an debeat accedere cum timore, fide, & charitate.*



Timorem. Sequitur secundum capitulũ huius partis in secunda, quia in superiori dixerat, quod, qui accessurus est ad communionem huius sacramenti, debeat probatus,& paratus accedere, ostendit, quibus se debeat homo disponere,& preparare ad hoc sacramentum,& specialiter ponit tria, videlicet timorem, fidem,& charitatem. ¶ Pro huius capituli plenio

1 ri intelligentia. Quæritur† vtrum accedens ad hoc sacramentum debeat accedere cum timore, fide,& charitate. Quæstio.

Et arguitur primo quod non cum timore. timor maxime seruilis opponitur spei, sed accedendum est ad hoc sacramentum cum spe. ergo non cum timore. ¶ Secundo sic. charitas non stat cum timore, secundum illud Apostoli. primo Ioannes quarto. timor non est in charitate, sed perfecta charitas fora mittit timorem. Et Augustinus in glossa. cum cępit charitas habitare, pellitur timor, qui ei præparauit locum. ¶ Tertio arguitur, quod non est necessitatis accedere cum charitate ad hoc sacramentum. quia charitas videtur esse effectus huius sacramenti, cum eius effectus sit, vnire, quod fit per charitatem, quæ est virtus vnitiua, secundum illud Ad Colossen. tertio. super omnia charitatem habete, quæ est vinculum perfectionis. ¶ In oppositum arguitur ex textus præsentis capitu. ¶ Respondeo dicendum, quod vt in hoc cap. habetur. accedens ad hoc sacramentum tribus concomitatus accedere debet. Primo timore domini, qui initium sapientiæ est, psalmus centesimo.& principium dilectionis. eccle. vigesimo sexto secundo fide. tertio Dei dilectione. primo quidem timor reuerentiæ necessarius est, vt caueatur præsumptio. Quis enim tantarum rerum maiestate considerata, quæ sub hoc sacramento continentur, non paueat, aut timeat ad illud minus dignus accedere. hunc timorem docet nos apostolus Paulus, vt in textu nostro dicitur primo ad Corinthiorum vndecimo, dicens, qui manducat,& bibit indigne, iudicium sibi manducat,& bibit. vbi dicit glossa; per hoc docet deuote,& cum timore accedendum esse ad communionem, quia Deus est, cuius caro sumitur, debet ergo cum Centurione dicere Matthæi octauo. domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum.& beatus Petrus dixit, domine exi à me, quia homo peccator sum. Lucæ quinto. Et dicit Augustinus quod confitendo se indignum reddit se dignum, vnde Beatus Ambrosius considerans, quanta reuerentia,& humilitate,& timore accedendum esset ad hoc sacramentum in oratione sua ita ad dominum loquitur. O quanta credis contritione,& lachrymarum fonte, quanta reuerentia,& timore, quanta corporis castitate,& animi puritate, istud diuinum,& cœleste mysterium est celebrandum domine Deus, vbi caro tua in veritate sumitur, vbi sanguis in veritate bibitur, vbi summus ima iunguntur, vbi adest præsentia sanctorum angelorum, vbi tu es sacerdos,& sacrificium mirabiliter & ineffabiliter. Secũdo requiritur fides in suscipiente hoc sacramentum, vt fide integra credat veritatem huius sacramenti. vnde apostolus ait ad Hebreorum vndecimo. accedentem ad Deum oportet credere fide, scilicet plena, atque firma omnia, quæ de hoc

Primum ar. Scd̃m arg. Tertiũ arg. Opponit & Respondet. Augu. Ambro.

hoc sacramento in scriptura sancta, & à doctoribus sanctis tradita sunt. cibus enim iste non nisi magnorum est fide. vnde dominus ait Augustinus cibus sum grādium cresce, & manducabis me, hic est, quod ante mensam propositionis in tabernaculo domi. præcepit Deus Exo. 26. quod poneretur candelabrum luminis, quod illuminationem fidei significat, docens quod tenebrosus per infidelitatem ad mēsam propositionis dominici corporis non accedat, fidem vero de veritate huius sacri corporis docet nos, vt dicitur in litera sermo domini docens, & dicens, hoc est corpus meum, quod pro multis tradetur. Matthæi 26. & Lucæ 22. super quo dicit Cyrillus. Non dubites, an hoc sit verum, sed potius suscipe verba Saluatoris in fide. cum enim sit veritas, non mentitur. Tertio requiritur dilectio siue charitas Dei. plane ad sacramentum amoris non est accedendum, nisi cum charitatis ardore, quare soli amici ad eius mensam inuitantur, cum dicitur Cant. 5. Comedite amici, & inebriamini charissimi. Hoc etiam optime figuratum legimus Exod. 26. & Leuit. 25. vbi dicitur, quod panes propositionis qui in mensa singulis sabbatis proponebantur calidi coram domino proponebantur, in hoc significante spiritu sancto, quod panis sacramenti noui, de quo dominus dicit. Ego sum panis viuus. Ioann. 6. qui in mensa altaris fidelibus proponitur, in calore charitatis debeat sumi. Vbi notandum quod ad hūc ardoris amorem habēdum maxime deseruit, sicut dicitur in litera huius capituli, contemplatio humilitatis passionis Christi, de qua dicit apostolus ad Philippensis. 2. Humiliauit semetipsum, factus est obediens vsque ad mortē, mortem autē crucis, incitat etiam hunc amorem in nobis magnificentia gloriæ eius & amplitudo bonitatis eius. plane bene durus est, qui tantæ charitatis humilitatis, atque magnificentiæ memoria non incalescit. propter quod inquit Bernar. O duri, & indurati & obdurati corde filij Adam, quos nō emollit tanta benignitas, tanta flamma, tātus ardor amoris, tam vehemens amator, qui pro tam vilibus sarcinulis, tam pretiosas merces exponit, pro tam vilibus cadaueribus, tam prætiosum vnguentum effundit, pro tam miseris populis redimendis, tam inestimabilem exsoluit redemptionem. Aliqua alia deuota de hac materia posuimus in tractatu nostro de corpore Christi in capitulo 14. quæ breuitatis causa repetere nolumus. ¶ Ad rationes ergo dicendum. Ad primam, quod textus iste loquitur nō de timore seruili, sicut dicit Archid. sed de timore filiali. Talis autem non opponitur virtuti spei, sed sibi cohæret. ¶ Ad secundam dicendum sicut ad primam, quod tam Beatus Ioannes, quam Beatus Augustins loquuntur de timore, in quantum est seruilis hic autem est sermo de timore filiali, vt dictum est, qui cum charitate stat, & ea crescente crescit ipse. ¶ Ad tertiam respondetur negango assumptum. cum enim hoc sacramentum vt supra ea. distin. circa capitulū si quoties. dictum est, non debeat dari, nisi viuenti vita gratiæ, sicut nec cibus corporalis ministrandus est, nisi habenti vitam naturæ, gratia, & charitas non sunt proprie effectus sacramenti, sed præsupponuntur indignē suscipiente illud. Et ad probationem respondetur iuxta dominum Bonauenturam in quarto, quod proprie effectus huius sacramenti non est vnire, sed iam vnitos magis vnire, quod contingit secundum eundem doctorem tripliciter, aut quia quis vnitur maiori vinculo, vt ille magis vnitur, qui maiorem habet charitatem. Aut quia eodem vinculo, vnitur strictius, vt ille, qui eundem habitum feruentius amat, aut quia eodem vnitur firmius, vt ille, qui in eodem habitu est magis radicatus. dicitur ergo hoc sacramentum magis vnire, quia digne accedentem reddit feruentiorem, vt carbo ignitus. & iterum reddit fortiorem, vt bonus cibus, & ex hoc, quod reddit charitatem magis ignitam adiuuat ad consumendam peccati rubiginem venialis, & ex hoc, quod magis adiuuat ad euitandum omnia scelera firmat, & radicat in bono, & ratione vriusque valet ad augmentum virtutum, & maxime charitatis. hæc ille. Lege textum. ¶ [Timorem domini] vel cauendi, ne corpus Christi indigne sumamus [iudicium] id est condemnationem, primo ad Corinthiorum vndecimo. [fidem] vt. s. credamus ita esse [dicens] Matthæi 26. & Lucæ 22. [pro multis] .s. prædestinatis, quo ad efficientiam salutis, sed pro omnibus generaliter quo ad sufficientiam, vt 8. quæstione 1. in scripturis. Hugut. [meam] id est memoriam meæ passionis, & mortis [& apostolus] ad Philipensi. 2. [affectū, & dilectionē] id est affectuosam dilectionē, siue ardētem [tradidit illum] ad Roma. 6. [talem fidem] vt. s. credat esse verum corpus, & verum sanguinem, quem sumit sub specie panis, & vini [affectum] .s. purum, & sincerum, quo quis amat Deum, eo quod sit dignissimus amore, qui amor est gratuitus de quo Bernardus. amor castus, qui illum, quem amat quærit, non aliud, quam ipsius, amor per se sufficit is per se placet, & propter seipsum meritum ipse præmiū sibi est [percipit] .i. vult percipere. multa alia quæruntur hic tam ab Hugo. Arch. & glo. ordinaria circa verba illa Christi, hoc est corpus meum. de quibus quia infra aptior locus est ad loquendum, ideo hic supersedemus vsque ad capitulum.

Margin notes: Aug. — Cyrillus. — Benard. — Ad primum argu. — Ad secundum. — Ad tertium — Bonauentu. — Exponit literam.

1 *Pœnarum memoriam habere est vtile multis.*



T dixit. Sequitur tertium capitulum huius partis, in quo inducitur historia, quæ scribitur numeri ca. 16. vbi dicitur in summa quod iussit dominus, vt turribula choræ, & complicum eius cœlesti igne consumpta propter sua peccata redigerentur in laminas, & affigerentur altari in monumētum, id est memoriale filijs Israel. & hoc ideo, vt quoties populus inspiceret ne in similia incideret sibi præcaueret. Hoc inducitur hic conuenienter, quia si illi accedētes hic ad altare ad offerendum incensum, eo quod non cum humilitate, & timore Dei, & charitate accesserunt, sed superbi, præsumptuosi, & temerarij tali pœna plexi sunt, quid dicendum est de illis, qui indigne puta sceleribus pleni, ad altare excellentissimum, & sanctissimum sacramentum præsumunt accedere. Nihil hic aliud vltra iam 1 dicta circa præcedens capitulum dicendum occurrit nisi quod valde est vtile multis memoriam habere pœnarum quibus alij plexi sunt. dī. n. prouerbiorum 19. pestilēte flagellato stultus sapiētior erit. Et Prouerbiorum 21. multato pestilentæ sapiētior erit paruulus. Problema Samsonis fuit de comedente, exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. historia habetur Iudicum 14. quod Samson in ore leonis mortui inuenit fauum mellis. Ita vir iustus ex consideratione pœnæ priorū in melius proficit, & in ore Leonis mortui mellifluam doctrinam inuenit. Le. ¶ [Dixit dominus.] Historia ista tangitur numeri. 16. plene, & pro parte. 1. quæst. prima. si quis inquit. & 7. quæst. 1. denique [turribula] quæ choræ & socij eius. s. ducenti quinquaginta coram domino sacrificantes tenuerunt contra voluntatem domini. [ignem alienum]. s. qui non erat sacrificij, quia erat sumptus de altari, sed egressus de turribulis, eorum ipsos consumpsit propter peccatum in Moysem, & Aaron commissum, volentes ex inuidia vsurpare offic. sacerdotale contra voluntatem domini [ibi seminate] id est in eo loco vbi combussit eos [huc, & illuc disperge, vt inuenias turribula] quem sanctificauerūt [i mortibus peccatorum] ita litera habet communiter Bibliæ [sanctificauerunt] id est sancta, & Veneranda ea reddiderunt per pœnam, quam subierunt. pœna. n. illorum fuit alijs in exemplum ne similia committerent, & sic, similem pœnam incurrerent, & hoc est dictu [in mortibus peccatorum] id est in pœnis, quæ peccatoribus. inflictæ sunt, vel in mortibus peccatorum, id est proposita sunt in monumentum post mortem peccatorum. vnde inferius dicitur [vt seruent ea pro signo, & monimento filij Israel]. quasi dicat vt exemplo pœnę istorum illi abstineant à simili flagitio. litera autem hic posita secundum æditionem, qua vtitur Augustinus peccatorum morum in animabus suis ad eundem sensum venit, est enim sensus, id est pœna peccatorum suorum [in animabus suis]. id est contra animas suas [oblata] vt non à quo, sed cui oblatum est attendatur [sanctificata] id est in signum sanctitatis proposita, & seruata, vt facerent signum leuitæ, vt iterum nō facerēt schisma, vel contentiones, vel sanctificata per pœnas aliorum. ¶ Sed contra, quia scriptum est quarta quæst. quinta cap. scriptum. victimæ impiorum abominabiles sunt Deo. ¶ Respondetur, quod illud dicitur propter ipsos offerentes, quia abominabiles sunt domino. hic vero dicuntur sancta, quia in signum sanctitatis proposita, vt dictum

Margin notes: Exponit literam. — Opponit in cōtrarium. — Respondet.

ctum est[ nouo modo] quia non est consuetus talis, modus intelligendi, & exponendi verbum. sanctificationis,[vt timerent]talia committere. Sæpe.n. pœna infligitur, vt pœna vnius sit metus multorum, vt 2.q.7. quapropter[à talibus oblata]subaudi.n.vobis nota, q̃ præcipue attēditur quo animo quid fiat 14.q.5.si quid. quandoque antequam fiat, vt hic 22.q.5.ecce quandoque attēditur quid domino offeratur 40.d.c.vlt. Arc. hic collige qualiter hoc capitulum est multum ad propositum de reuerentia exhibenda sacramento.

Arch.

2 *Sacerdos si moriatur, aut infirmitate graui occupetur ante consecrationem corporis, & sanguinis domini, non oportet, vt per alium suppleatur.*

3 *Sacerdos si post consecrationem inceptam recordetur aliquid comedisse, vel bibisse quid iuris.*

4 *Musca, vel aranea si ceciderit in calice ante consecrationem debet effundi, & aliud imponi.*

5 *Sacerdos si ante consecrationem sanguinis, sed post consecrationem corporis percipit aut vinum, aut aquam non esse in calice debet statim apponere, & consecrare.*

*Et quid si post consecrationem ibidem.*

6 *Sacerdos si non recolat se dixisse aliqua eorum quæ dixisse debuit quid iuris.*

8 *Mouetur aliquid in loco per accidens dupliciter.*



SI quis. Hic incipit octaua pars huius distinctionis, in qua magister Gratianus ponit qualiter occurrendum sit defectibus, & negligentijs, quæ accidere possunt in hoc sacramento, assignans cōgruas pœnitentias eis, per quos huiusmodi defectus contingunt. Et hoc per capitula, in quorum primo agit de negligentia, quæ committitur cum contingit aliquid de sanguine stillari in terra. & diuiditur in duas par. In prima ponit quid agendum sit, cum tale contingit. In secunda ponit penitentiam imponēdam sacerdoti, cuius negligentia tale contingerit. secunda ibi, & sacerdos &c. Pro pleniori intelligētia capituli, & aliorum de simili materia loquentium hic quæruntur duo.

Diuisio.

1 ¶ Primo vtrum, possit sufficienter occurri defectibus, qui circa celebrationem huius sacramenti occurrunt statuta ecclesiæ obseruando.

7 ¶ Secundo vtrum ad motum sacramenti moueatur corpus Christi siue sanguinis, & cadente hostia in terram, dicatur cadere corpus Christi, aut distillante calice, dicatur distillare sanguis.

1 Ad primum Sic proceditur.†Et arguitur multipliciter, quod non possit sufficiēter occurri defectibus qui occurrunt circa celebrationem huius sacramenti. Et primo sic. contingit quandoque, quod sacerdos ante consecrationem, vel post moritur, vel alienatur, vel aliqua alia infirmitate prepeditur ne sacramētū sumere possit, & missam perficere, ergo videtur quod nō possit impleri statutum ecclesiæ, per quod præcipitur, q̃ sacerdos consecrans suo sacrificio communicet. ¶ Secundo sic, contingit quandoque, quod sacerdos ante consecrationem, vel post, recolit se aliquid comedisse, vel bibisse, vel alicui peccato mortali subiacere, vel etiam excommunicationi, cuius memoriam prius nō habebat. necesse est ergo, q̃ ille, qui est in tali articulo constitutus peccet mortaliter contra statutū ecclesiæ, siue sumat, siue non sumat. ¶ Tertio sic, contingit, quod in calice siue musca, vel aranea, vel aliquod aliud venenosum cadit post consecrationem, vel etiam cognoscit sacerdos calici venenum esse immissum ab aliquo maleuolo causa occidendi ipsum, in quo casu si sumat videtur peccare mortaliter seipsum occidendo, vel Deum tentando, similiter si non sumit peccat contra statutum ecclesiæ faciens, ergo videtur esse perplexus, & subiectus necessitati peccandi, quod est inconueniens. ¶ Quarto contingit, quod per negligentiam ministri, aut aqua non imponatur in calice, aut etiam nec vinum, & hoc sacerdos aduertit. ergo in hoc videtur perplexus esse si sumat corpus sine sanguine, quasi imperfectum faciens sacrificium, siue non sumens nec corpus, nec sanguinem. ¶ Quinto contingit, quod sacerdos non recolit se dixisse verba consecrationis, vel alia, quæ in consecratione huius sacramenti dicuntur, videtur ergo peccare in hoc casu siue reiteret verba super eandem materiam, quæ forte iam dixerat siue vtatur pane, & vino non consecratis, quasi consecratis. ¶ Sexto contingit, quod propter frigus sacerdoti dilabatur in calicem siue ante siue post fractionem. In hoc casu non poterit sacerdos implere ritum ecclesiæ, vel de ipsa fractione, vel etiam de hoc, quod sola tertia pars mittatur in calicem. ¶ Septimo cōtingit q̃nque, quod per negligentiam sacerdotis sanguis Christi effunditur, vel etiam, quod sacerdos sumptum sacramētum vomit, aut etiam, quod hostiæ consecratæ tandiu conseruantur, quod putrefiant, vel etiam, quod à muribus corrodantur, vel qualitercunque perdantur. in quibus casibus videtur non posse huic sacramento reuerentia debita exhiberi, secundum ecclesiæ statuta. non videtur ergo, quod his defectibus, siue periculis occurrri possit saluis ecclesiæ statutis. ¶ In oppositum est, quod in præsenti capitulo, & sequenti, sufficienter occurritur defectibus de quib. ibi fit mentio, & ita quod alijs pariter occurri possit eadē ratione colligitur manifeste. ¶ Secundo quia sicut Deus, ita & ecclesia, quæ illius prouidentia gubernatur non præcipit aliquid impossibile. ¶ Respondeo dicendum iuxta Sanctum Thomam in tertia parte, quod periculis, siue defectibus circa hoc sacramentum euenientibus dupliciter potest occurri, vno modo præueniendo, ne.s. periculum accidat. Alio mō subsequendo, vt.s.id, q̃ accidit, emēdet, vel adhibendo remediū, vel saltem per penitentiam eius, qui negligenter egit circa hoc sacr̃m. ¶ Ad primam ergo dicendum†quod si sacerdos moriatur aut infirmitate grauit occupetur. ante consecrationem corporis, & sanguinis domini, non oportet, vt per alium suppleatur. Si vero post inceptam consecrationem hoc acciderit puta consecrato iam corpore Christi, ante consecrationem sanginis, vel ēt consecrato vtroque debet missæ celebritas per alium expleri. vnde habetur in decret. 7. quæstione. 1. c. nihil. in Toletano concilio octauo legitur censuimus conuenire, vt cum à sacerdotibus missarum tempore sacra mysteria consecrentur, si ægritudinis accidit cuiuslibet euētus, quo ceptum nequeat expleri mysterium sit liberum episcopo vel alteri presbytero consecrationem exequi incepti officij. non.n. aliud competit initiatis mysterijs supplementū quam, aut initiantis, aut subsequentis benedictione completa sint sacerdotis, quia nec perfecta videri possunt nisi perfecto ordine compleantur. Cum.n. omnes simus vnū in Christo, nihil contrarium diuersitas personarum format, vbi efficiam prosperitatis vnitas fidei repræsentat. Sequitur. nec tamen quod vere languoris causa consulitur, in præsumptionis perniciem conuertatur. Nullus absq; patenti prouentu molestiæ, minister vel sacerdos cū cæperit, imperfecta officia præsumat oīno relinquere. Si quis hoc temerariè præsumpserit, excōmunicationis sententiā sustinebit. Tamen secundum Innocentius quartum consultius est, vt illa hostia iam consecrata seorsum posita super aliam deinceps totum officium reiteretur. Notādum autem secundum Albertum magnum, qui in libro suo de missa ad hanc materiam sic respondet. Quod, si sacerdos ante canonem in missa deficiat aliquo casu, tunc alius sacerdos missam debet reincipere, & totum rite agere, quia ea, quæ ante canonem in missa fiunt non sunt de sacra cōfectione, sed potius de Papali instructione. si autem in canone deficiat factis iam aliquibus signis super hostias oblatas, & tamen ante transsubstantiationem, videtur mihi, quod alius sacerdos non debet missam incipere, sed potius vbi iste dimisit debet supplere, quod omissum est. Si autem sacerdos in ipsa prolatione verborum, quæ sunt forma sacramenti deficiat verbis iam in parte pronuntiatis saluo melioris iudicio, & sententia maiorum consulerem, & illa hostia pro reliquijs in altari reseruetur & missa alia super aliam hostiam ab alio sacerdote celebraretur. Si autem deficit quando corpus iam consecratum est, & non calix, vel etiam si vsque in finem missæ de præparādo calice vinū fuit oblitus, & aliqua de causa negligit, iam ab antiquo consilium doctorum est, quod hostia corporis si sumpta non est in corporalib. modo debito deponatur, & calix ritè præparetur, & ab illo loco, Simili modo postquam cœnatum est &c. canon super calicem peragatur, quia tunc non iteratur eo, quod nihil anteriorum dictum est super calicem, & tunc in fine missę corpus

Primum ar. — Scdm arg. — Tertiū arg. — Quartū ar. — Quintū ar. — Sextum ar. — Septimum argu. — Opponit in cōtrarium. — Secunda q. — Respondet. S. Thomas. — Ad primū argu. 2 — Alber. mag.

corpus & sanguis accipiantur. Si autem sacerdos pronunciando verba calicis deficiat ante consecrationem, seu confectionem, tunc ad hoc videtur dicendum sicut de hostia corporis, quòd .s. in vase mundo reponatur cum reliquijs, & cum alio vino rite reparetur & ab illo loco, simili modo postquam cenatum est, & tunc ab alio sacerdote sacramentum sanguinis cum missa perficiatur. ¶ Ad secundam dicendum quòd vbi difficultas occurrit semper est accipiendum illud quod habet minus de periculo, maxime autem periculosum circa hoc sacramentum est quod est contra perfectionem ipsius sacramenti quia hoc est immane sacrilegium, minus autem est id quod pertinet ad qualitatem sumentis, † & ideo si sacerdos post consecrationem inceptam recordetur aliquid comedisse, vel bibisse, nihilominus debet perficere sacrificium, & sumere sacramentum. Similiter si recordetur se peccatum aliquod comisisse, debet penitere cum proposito confitendi, & satisfaciendi, & sic non indigne, sed fructuosè sumet sacramentum. Et eadem ratio est si meminerit excommunicationi cuiusque subiacere. debet. n. habere propositum absolutionem petendi, & sic per inuisibilem pontificem Christum Iesum, absolutionem consequitur quantum ad hunc actum, quòd peragat diuina mysteria. Si vero ante consecrationem alicuius prædictorum sit memor, tutius reputarem maxime in casu manducationis, & excommunicationis, quòd missam inceptam desereret, nisi grande scādalum timeretur. ¶ Ad tertiam dicendum † quod si musca, vel aranea in calicem ante consecrationem inciderit, aut etiam venenū deprehenderit esse immissum, debet effundi, & abluto calice denuo aliud vinum poni cōsecrandum. Si vero aliquid horum post consecrationem acciderit debet animal caute capi, & diligenter lauari, & comburi, & ablutio simul cum cineribus in sacrarium mitti. Si vero venenum adesse deprehenderit immissum nullomodo debet sumere nec alij dare nec calix vitæ vertatur in mortem, sed debet diligenter in aliquo vasculo ad hoc apto cum reliquijs cōseruari, & ne sacramentum remaneat imperfectum debet vinum apponi in calice, & denuo resumere à consecratione sanguinis, & sacrificium perficere. ¶ Ad quartam dicendum † quòd si sacerdos ante consecrationem sanguinis, & post consecrationem corporis percipiat, aut vinum, aut aquam non esse in calice, debet statim apponere, & consecrare. Si vero post consecrationis verba hoc perceperit, quod aqua desit debet nihilominus procedere, quia appositio aquæ (vt est supradictum) non est de necessitate sacramenti debet tamen puniri ille, ex cuius negligentia hoc cōtingit, nullo modo autem debet aqua vino iam consecrato misceri, quia sequeretur corruptio sacramenti pro aliqua parte. Si vero percipiat post verba consecrationis, quòd vinum non fuerit positum in calice, siquidem hoc percipiat ante sumptionem corporis, deposita aqua si ibi fuerit debet imponere vinum cum aqua & resumere à verbis consecrationis sanguinis, si vero hoc perceperit post sumptionem corporis debet apponere aliam hostiam iterū simul consecrandam cum sanguine, quod ideo dico, quia si diceret sola verba consecrationis sanguinis, nō firmaretur verus ordo consecrandi. Et sicut dr in prædicto cap. Toletani concilij, perfecta videri non possunt sacrificia, nisi perfecto ordine compleantur. Si vero inciperet à consecratione sanguinis, & repeteret omnia verba sequentia, non cōpeterent nec adesset hostia consecrata, cum in verbis illis occurrant quędam dicenda, & fienda non solum circa sanguinem, sed etiam circa corpus, & debet in fine sumere hostiam iterum consecratam, & sanguinem non obstante etiam si prius sumpserit aquā, quæ erat in calice, quia præceptum de perfectione sacramenti maioris est ponderis, quam præceptum, quod hoc sacramentum sumatur à ieiunis, vt supradictum est. ¶ Ad quintam dicendum † quod licet sacerdos non recolat se dixisse aliqua eorum, quæ dicere debuit non tamen debet ex hoc mente perturbari. Non .n. qui multa dicit, recolit omnium, quæ dixit, nisi forte in dicendo aliquid comprehenderit sub ratione iam differēti, sicut. n. aliquid efficitur memoriale, vnde si aliquis attente cogitet id, quod dicit, non tamen cogitet se dicere illud non multum recolit, postea se dixisse. sic. n. fit aliquid obiectum memoriæ inquantum accipitur sub ratione præteriti, sicut dr in libro de memoria & reminiscentia. Si tamen sacerdoti probabiliter constet se aliqua omisisse, quę siquidem non sunt de necessitate sacramenti, non æstimo, quod propter hoc debeat resumere mutādo ordinem sacrificij, sed debet vlterius procedere. Si vero certificetur se omisisse aliquid eorum, quæ sunt de necessitate sacramenti .s. formam consecrationis, cum forma consecrationis sit de necessitate sacramenti, sicut, & materia idē videtur faciendum, quod dictum est in defectu materiæ, vt. s. resumatur à forma consecrationis, & cætera per ordinem reiteratur non immutetur ordo sacrificij. ¶ Ad sextam dicendum, quod fractio hostiæ consecratæ, & quòd pars vna sola mittitur in calicem respicit corpus mysticū, sicut, & admistio aquę significat populum, & ideo horum prætermissio non facit imperfectionem sacrificij, vt propter hoc sit necesse, aliquid iterare, circa celebrationem huius sacramenti. ¶ Ad septimam dicendum, quod sicut legitur in capitulo precedenti ex decreto Pij papæ, si per negligentiam aliquid distillauerit de sanguine in tabula, quæ terrę adheret lingua lambetur & terra radetur, & igne comburetur, & cinis intra altare condetur, & sacerdos 40. dies pœniteat. Si autem supra altare stillauerit sorbeat minister stillam, & tribus diebus pœniteat. Si super linteū altaris & ad aliud stillauerit 4. dies pęniteat. Si vsque ad tertium, nouem diebus pœniteat. Si vsque ad quartum. 20. diebus pœniteat, & lintea mina, quæ stilla tangit tribus vicibus lauet minister calice subtus posito, & aqua ablutionis sumatur, & iuxta altare recondatur. possit etiam sumi in potu à ministro, nisi propter abominationem dimitteretur. Quidam autem vlterius partem illam linteaminum incidunt, & comburunt, & cinerem in altario, vel sacrario reponunt. Subditur autē ibidem in c. sequenti ex pœnitentiali Bedæ presbyteri. Si quis per ebrietatem, vel voracitatem eucharistiam euomuerit 40. diebus pœniteat. Clerici, vel monachi, seu diaconi, vel presbyteri 70. diebus, episcopus 80. Si autem infirmitatis causa euomuerit 7. diebus pœniteat Et in c. dis. legitur ex concilio Aurelianen. qui non bene custodierit sacrificium, & mus, vel aliquod animal illud comederit 40. dies pœniteat. Aut perdiderit illud in ecclesia, aut pars eius ceciderit, & non inuenta fuerit 30. diebus pœniteat. Et eadem pœnitentia videtur dignus sacerdos per cuius negligentiam hostiæ consecratæ putrefiunt. Prædictis autem diebus debet pœnitens ieiunare, & à communione cessare, pensatis tamen conditionibus negotij, & personæ potest minui, vel addi ad pœnitentiam prædictam, hoc tamen obseruandum est, quod vbicunq; species integræ inueniuntur sunt reuerenter obseruandæ, quia manentibus speciebus manet ibi corpus Christi, vt. s. dictum est. Ea vero in quibus inueniuntur comburenda sunt, si commode fieri potest, tamen in sacrario recondito sicut de rasura tabulæ dictum est.

7 Ad secundum sic proceditur. † Et videtur quod ad motum hostiæ, vel sacramenti moueatur corpus Christi. ¶ Sic primo ex pñti c. vbi dr, si per negligentiā de sanguine stillauerit in terrā. ¶ Secundo oē quod desinit esse, vbi prius erat, & incipit esse vbi prius nō erat, mouetur, vel per se, vel per accñs, sed corpus Christi translata hostia desinit esse vbi prius erat. s. in altari, & incipit esse vbi prius nō erat. s. in pixide, vel in ore. ergo corpus Christi mouetur ad motum hostiæ vel per se, vel per accidens. ¶ Tertio sic, secundum philosophum, secundo topicorum motis nobis mouentur oīa, quæ in nobis sunt, sed corpus Christi vere cōtinetur sub speciebus illis, ergo spēbus translatis, & ipsum transfertur. ¶ In oppositum arguitur impossibile est idem esse motum, & quietum, quia sic contradictoria verificarentur de eodē. sed corpus Christi in cœlo quietum residet, ergo non est mobilitas in hoc sacramento. ¶ Tertio sic. Quod mouetur per accidens ad motum alterius diffinitiue est in illo, vnde Deus mouetur ad motum alicuius, nec aīa ad motum manus, sed corpus Christi non est diffinitiue sub speciebus. ergo non mouetur ad motum earum. ¶ Respondeo dicendum secundum sanctum Tho. in 4. quod moueri in loco includit esse in loco. vnde ad hoc quod aliquid per se moueatur in loco oportet, quod & per se sit in loco, & per se moueatur nō ad motum alterius. † Sed per accidens mouetur aliquid in loco dupliciter, vno modo quia per accidens est in loco, sicut formæ mouentur per accidens. Alio modo, quia per se est in loco, sed per accidens mouetur in loco, sicut patet, in his, quę vehuntur, quia locus quem mutant est per se corum

Margin notes (left): Ad secūm. — 3 — Ad tertium 4 — Ad quartū. 5 — Ad quītum 9
Margin notes (right): Ad sextum. — Ad septim.

eorum proprius locus vel communis. Corpus autem Christi in loco quem species transmutant non est per se, nec sicut in loco proprio, nec sicut in loco communi, & ideo per se in loco moueri non potest neque per accidens, sicut corpora per accidens mouētur, sed hoc modo quo aliquid per accidens est in loco, & per accidēs mouetur, nec differt, vt quidam dicunt vtrum species moueā tur in eodem loco, aut transferantur de loco ad locum, quia quod in eodem loco, secundum substantiam manens mouetur, mutat locum, non secundum partes solum, sed secundum totum, vt in 6. physi. probatur. ¶ Ad rationes vtriusque partis patet responsio ex dictis. primæ.n. rationes arguūt, quod corpus Christi dicendum sit moueri ad motum hostiæ siue sacramenti, quod conceditur. s. per accidens eo modo quo dictum est siue expositum. Aliæ vero in oppositum arguunt, ꝙ non moueatur per se, & hoc cō cessum est, verum tamen respondetur specialiter ad rationes factas pro parte negatiua. ¶ Ad primam dicendum. cum aliquid est vnum subiecto & multiplex, secundū esse nihil prohibet secundum aliquid moueri, & secundum aliquid immobile permanere sicut corpus quia in eo aliud ē esse album, & aliud est esse magnum, vnde potest moueri secundum albedinem & permanere immobilem secūdū magnitudinem. Christi autem non est idem esse secundū se & esse sub sacramento non est inconueniens ꝙ ſm vnū esse Christus quiescat, & secundum aliud moueatur. ¶ Ad secundam dicendum negando antecedens vniuersaliter positum. vnde dicimus, quod quamuis corpus Christi nō sit sub speciebus sacramentalibus diffinitiue, quia non est in eis, ita ꝙ non alibi, nihilo minus perfecte est ibi, & quā tum ad substantiam, & quantum ad virtutem tamen per accidens. Non est autem in manu perfecte anima. vnde nō est simile, quod de anima arguebatur. ¶ Verum pro pleniori intelligentia eorum, quæ dicta sunt, inducta ex doctrina S. Tho. in 4. dist. 4. inducentur rationes do. Durādi, qui in 4. suo e. di. tenet quod corpus Christi in hoc sacramē to nullo modo mouetur ad motum hostiæ, neque per se neque per accidens. Et arguit sic, primo, quia quando aliqua duo ita se habent, ꝙ non sunt vnum secundum substā tiam, nec se habent, vt continens, & contentum, nec habēt colligationem, aut contactum, nullo modo vno motu mouetur alterum, sed corpus Christi, & species huiusmodi sacramenti non sunt vnum subiectum, nec vnum cōtinetur in altero, nec colligatur alteri, nec ipsum tangit, ergo ad motum specierum nullo modo sequitur motus corporis Chri. Maior patet inducēdo in omnibus, in quibus ad motum vnius sequitur motus alterius, minor patet ex supradictis. ¶ Secundo patet idem sic, quia vnum & idem non potest simul moueri motibus contrarijs siue oppositis, maxime quando vtrunque conuenit ei eodē modo, sed istud contingeret si corpus Christi motu hostiæ moueretur, ergo &c. minor probatur, quia vno leuante hostiam sursum alius deponit eam deorsum, si ergo totum corpus Christi moueretur ad motum hostiæ simul moueretur sursum, & deorsum. ¶ Tertio quia si corpus Christi moueretur mota hostia eadem ratione frāgeretur fracta hostia, sed istud est falsum, ergo &c. ¶ Ad ista respondetur secundum Do. Petrum de palude. ¶ Ad primam dicendum, quòd maior illius rationis in naturalibus quidem non habet instantiā, sed simpliciter falsa est in proposito, quia si aliqua duo nō se habent in aliquo illorum modorum quos ponit, si tamē se habent per concomitantiam inseparabilem, sic. s. ꝙ non solum vbicunque est vnum, & reliquum, sed vbicunque incipit vnum esse localiter, aliud incipit ibi esse realiter pn̄s absens à loco vbi prius erat realiter presens. Tūc verū est, ꝙ ad motum vnius per se mouetur aliud per accidēs. Moueri autem de loco est realiter deserere primum locū, dato ergo ꝙ nullo modorum quos ponit corpus Christi se haberet ad species, tamen se habet ſm concomitantiam inseparabilem ad eas, sequitur ipsum moueri per accidēs ad motum illorum per se. ¶ Ad secundam dicendum ꝙ idem secundum idem esse numerale, non potest moueri diuersis motibus, sed secundum diuersa sic, igitur ſm vnā hostiam in qua Christus habet vnum esse sacramentale numero, non potest ipse moueri motibus oppositis, sed ſm diuersas hostias, in quibus ipse habet esse duplex sacramē tale sic, quod aut in diuersis hostijs corpus Christi habeat duplex esse sacramentale secundum numerum, licet idem secundum speciem probatur, quia quæ sunt vnum secundum esse numerale simul generantur, & corrumpuntur, sed corpus Christi seorsum incipit esse, & desinit in diuersarum hostiarum locis, secundum ꝙ diuersis temporibus consecrantur, & corrumpuntur, ergo sunt ibi diuersa esse & contrarii motus per consequens possunt inesse. ¶ Ad tertiam dicendum, ꝙ non est simile de motu, & de fractione, quia ad motum localem sufficit, ꝙ aliquid deserat locum, quem prius habebat, & accipiat locum, nouū quem prius non habebat, cum ergo ad motum hostiæ corpus Christi incipiat esse, & desinat esse in loco, & reali præsentia, & absentia ei videtur conuenire moueri de loco ad locum ad motum hostiæ sicut esse in loco ad positionem hostiæ. s. per accidens, sed ad fractionem, non sufficit, ꝙ ipsum, quod erat in vno loco fiat in pluribus, sed quod id, ꝙ erat vnum continuum, & integrum, per violentiā in duas partes diuidatur, quarum quælibet sit minor toto, & quia hoc realiter competit quantitati hostiæ, ideo quantitas illa per se diuiditur, & frangitur, sed sic non est de corpore Christi, & eius quantitate, quod manet integrum, & incisum, cum sit impassibile, & totū integrum in qualibet parte hostiæ fractæ, ita ꝙ non solum est in se integrum, imo integrum modo sacramentali est in parte fracta, sicut etiā in integra, ideo nec secundum ꝙ est in se, nec secundum, quod est in hostia frangitur. Hæc Petrus de Palude. Lege: ¶ [Si quis per negligentiam aliquid de sanguine] sanguis .n. Christi sicut moueri per accidens ad modum calicis, & distillari ad distillationem eius, id autem, quod dicit glo. ꝙ sanguis Christi à Corpore Christi separari non valet, ergo nec distillare, nec fluere potest, verum dicit, quòd sanguis Christi à corpore Christi distillare non valet, nec fluere, sed ꝙ nō distillet siue cadat vel localiter, & per accidēs tamen secundum esse quod habet in sacramento ad motum hostiæ, vel calicis, non videtur verum, vt declaratum est in quæstione [terram] .i. tabulam terrę adherētem. Hic gloss. respondendo quæstioni quæ quærit, qualiter accidē tia cadere possunt cum ponderositatem nō habeāt, dicit, ꝙ ponderositas adhuc remanet in accidentibus illis, & tamen nihil est ibi ponderosum, male dicit, quoniam sicut est ibi album magnum, rotundum, densum, & rarum, ita & ponderosum, cum ibi maneat quantitas, in qua ista accidentia fundantur, & de qua prædicantur. ¶ Pro quo notandum, ꝙ vt dicit S. Thom. in 4. dist. 12. quantitas dimensiua secundum rationem suam non dependet à materia sensibili, quamuis dependeat à materia ſm esse, ideo in prædicando, & subijciendo accipit modum substantiæ, & modum accidentis, vnde lineam dicimus, & quantitatem, & quantam. & magnitudinem. & magnam, & ita dicimus, ꝙ dimensiones illę capiunt denominationem actuum, quæ diuina virtute subtracta substantia earum ibi conseruantur. Si ergo ibi est ponderositas, ibi est ponderosum, sicut rarum, & densum [pœniteat] talis pœnitentia erit in hoc casu, & in sequentibus, vt tot diebus ieiunet, vel abstineat à communione sacramentorum. Hugu. [calix] .i. aliquid quod erat in calice de sanguine, & ponitur continens pro contento. Hugu. [recondantur] ex hoc colligitur inquit Ioann. de fantu. in sua gloss. quòd non teneor sumere calicem, si aliquid turpe, vel nociuum puta musca, vel aranea ceciderit.

*Ad primum argum.* — *Ad secdm.* — *Durandus.* — *Ad primum argu.* — *Ad secdum* — *Ad tertium* — *Exponit litteram* — *Cōtra glo.* — *S. Thomas.* — *Io. de fan.*



SI quis. Sequitur capitulum secundum huius partis, in quo magister Gratianus inducit ex authoritate venerabilis Bedæ presbyteri, quæ pœna sit imponenda ei, qui sacrificium euomuerit, vbi secundum varietatem causarum vomitus, & diuersitatē personarum assignat gradus pęnarum, licet autem circa hāc materiam satis dictum est circa capitulum tribus, & capitulū immediate præcedentis in responsione ad septimum argumentum, nihilominus pro ampliori intelligentia. Quæruntur hic duo.

1 ¶ Primum vtrum corpus Christi eijciatur per vomitum.

2 ¶ Secundo vtrum tam grauis pœna sicut ponitur in isto canone sit iniungenda euomentibus eucharistiam.

1 Ad primum. sic proceditur. † Et videtur quòd corpus Christi eijciatur per vomitum ex capitulo præsenti, vbi sic dr̄. Si quis per ebrietatem, vel voracitatem eucharistiam vomuerit 40. diebus pœniteat. ¶ In oppositum arguitur sic. Solummodo cibus corporalis

*Primum ar. Opponit & Respondet.*

corporalis eijcitur per vomitum. ¶ Respondeo dicendū, quòd vt narrat magister Alexander de Hal. & d. Bonauentura in quarto. Quidam dixerunt, ꝙ corpus Christi non eijcitur per voimtum, sicut Hug. Ioannes Theutonicus & in gloss. huius capituli. Et capitulum præsens exponunt de speciebus eucharistiam exponentes .i. sacramētum eucharistiæ .s. speciem panis, quæ est species corporis Christi & species illæ, quia fuerunt contentiuæ dominici corporis sunt in magna reuerentia habendæ maxime quia fuerunt sanctissimis symbolis consecratæ, vnde, vel comburuntur & cinis in loco honesto reponitur, vel alio modo cum debita reuerentia reseruantur. Ex quo corpus Christi non vomit. Et si quæratur quare ergo punitur, ex quo corpus Christi non euomit, sed species illas sacramentales. ponit Hug. super illo verbo pœniteat, ꝙ non punitur, quia sub illa specie quæ euomitur lateat verum corpus Christi, sed quia primo latuit. Alij dicunt, & verius iuxta capitulum præsens, & ea quæ dicta sunt .s. circa capitulum tribus gradibus ex quo ita est, ꝙ quamdiu species sacramentales remanent in suo vero esse sub eis cōsistit inseparabiliter corpus Christi, ꝙ si species tales traijciantur in ventrem corpus Christi similiter traijcietur in ventrem, & si præfatæ species eijciantur per vomitum, ꝙ & ipsum corpus similr eijcitur. Et si species eiectę possent ab alijs discerni, sumendæ essent imo dicit magister Alexander piæ solent facere animæ piæ .i. deuotæ. Et ista opinio dicit Bonauentura est securior, & authoritatibus sanctorū magis consona. ¶ Ad rationem in oppositum dicendum, ꝙ corpus Christi non eijcitur quia cibus, sed ratione necessariæ coexistentiæ ipsi speciei &c.

*Ale. de Hal. Bonauent. Prima opi.* — *Hugue.* — *Scda opi.* — *Alexander. Bonauent.*

2 **Ad secundum** In quo quæritur de pœna euomentibus taxata, dicunt quidam vt illi qui fuerunt de prima opinione, ꝙ ideo tali pęna puniebantur euomentes, quia licet non euomerent corpus christi, tamen quantum in se erat euomebant corpus Christi. Alij dixerunt, ꝙ pœna taxata à canone fuit ad cautelam vt .s. maiori solicitudine, & diligentia cauerent sibi corpus Christi sumentes, vt 33. q. 2. in lectum. Et hoc ponitur in gloss. sed sequendo secundam opinionem tanquam veriorem, & securiorem, dicendum est, ꝙ considerata causa vomitus quæ ponitur in litera .s. ebrietate, vel voracitate, & & circunstantijs personarum .s. clericorū & c. non videtur, ꝙ pœna taxata culpam excedat, vnde illa secure iniungenda est. Est tamen hic notandum, ꝙ aliquis euomit ex infirmitate aut ex culpa. Si ex infirmitate, aut ergo ante sumptionem credidit se probabiliter vomiturū, puta quia nullum cibum retinere potest, sic nullo modo debet sumere eucharistiā, nec sacerdos debet ei dare, sed secundum August. credat, & mādeucauit corde, & si non ore. Quod Christus in quodam deuoto homine ostendit, qui cum frequēter Deum oraret, vt in morte viatico non fraudaretur, & ad extremum veniens cum cibum retinere non posset, petiuit eucharistiam applicari cordi suo, quod cum factum fuisset cor se aperuit, & eucharistiā recepit, aut credit probabiliter se retenturum, sic non peccat sumendo etiam si vomuerit. Si quis autem vomit ex culpa, vt cum per crapulam, aut ebrietatem euomit, aut ergo culpa illa, aut ebrietas fuit culpa, aut mortalis, aut venialis. Si mortalis, puta, cum quis ex deliberatione studet immoderate cibo, vel potu se ingurgitare, sic peccat mortaliter, q propter ebrietatem vomit. Quod tamen magis propter ebrietatem, vel crapulam mortale est, quam propter vomitum, quia vomitus magis videtur pœna esse quam culpa. Si fuit culpa venialis, vt eum, qui sine deliberatione plus sumit de cibo, vel de potu, quam debeat, sic puniri debet, tanquam pro veniali, vt in præsenti capitulo si quis. Si est laicus 40. dieb. peniteat. Si est clericus, vel monachus 70. Aut si species euomite discerni possunt, tunc si sunt sumptibiles exsiccētur, & sumantur, vel per se si potest fieri, vel cum aliquo liquore vini, vel alio liquore. Si non sunt sumptibiles, tunc reponantur in aliquo loco honesto iuxta altare. Quod si species non possunt discerni, tunc præsumuntur sumptæ, & digestæ, quia modicæ speciei facile digeruntur, nisi forte statim post sumptionem sint vomitæ in quo casu ponātur in loco honesto. Si est episcopus 90. diebus pœniteat. Litera. ¶ [Si quis eucharistiam] exponit gloss. i. sacramentum eucharistiæ .s. corpus Christi, quod est species panis, ita expositio videtur negare ꝙ corpus Christi euomatur euomita specie sacramentali, & in hoc nō dicit verum [pęniteat] Glos. quærit, sed quomodo indicitur pœnitentia, cum nō peccaret, & respondet ꝙ hoc fit ad cautelam. Sed ista responsio non est vera. Tum quia sequitur opinionem primam, quæ est falsa. Tum secundo, quia textus dicit, si quis per ebrietatem, vel voracitatem, quę non sunt absque peccato, patent omnia ex dictis.

*Respondeo Prima opi.* — *Exponit literam.* — *Contra gl.*

4 *Sacerdos debet deferre corpus Christi.*



**Peruenit.** Sequitur nona pars huius distinctionis, in qua magist. Gratianus ex authotitate concilij Rhemensis decet, quis debeat hoc sacramentum dispensare inuehens contra eos, qui fœminis, aut laicis huius sacramenti dispensationem committebant. Et diuiditur in tres partes. In prima reprehēdit illorū præsumptionem. In 2. inducit rationem. In 3. ponit præceptum, vt hoc amplius non fiat. secunda ibi, ex quibus. tertia ibi, igitur inter dicit. Pro pleniori intelligētia huius capituli tria quæruntur.

*Diuisio.*

1 ¶ Primo vtrum hoc sacramentum dispensandum sit à mulieribus.

2 ¶ Secundo vtrum à laicis.

3 ¶ Tertio vtrum à diaconibus.

1 **Ad primum** sic proceditur. † Et probatur quòd a mulierib. possit dispēsari. ¶ Primo sic. Deus datus est homini ad redemptionem, & ad eius refectionem, sed à muliere, & per mulierem datus fuit ad redemptionem homini, ergo à simili, vel fortiori ratione videtur, ꝙ possit per mulierem homini dispensari ad refectionem. ¶ Secundo ab illis debet dispensari hoc sacramētum, qui cum reuerentia ipsum sacramentum tractāt, sed mulieres reperiuntur magis timorosæ & deuotę, vnde sexus fœmineus singulariter dr̄ deuotus ab Aug. in oratione, ergo vr̄, quòd magis dispensatio huius sacramēti cōueniat fœminis, q̄ quibuscunque viris. ¶ Tertio mulieribus datur corpus Christi in vsum, ergo videtur ꝙ possit eis dari ad dispensandum, cum maius sit illud sumere in vsum, q̄ dispensare, & cum lōgius magis sit periculum indigne vti, quam indigne dispēsare. grauius. n. peccat, qui in peccato mortali sumit corpus Christi, quam qui in mortali alijs dispensat. ¶ In oppositū arguitur ex c. pręsenti. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ hoc sacramentum non est dispensandum p mulieres. Ratio iuxta S. Tho. & Alexandrum in 4. quia dispensatio sacramētorum ad officium spectat mediatoris. Mediatores vero gerunt curam recōciliationis cum Deo, talibus autem potissime congruit, ꝙ sint sexus virilis, qui est sexus nobilior, & principalior, & fortior, & primo, & principaliori mediatori, & reconciliatori .s. Christo domino est conformior, vnde dispensatio sacramentorum, nec mulieribus conuenit, nec illis est concessa, nisi solius baptismi, & hoc in necessitate. ¶ Ad rationes dicendum. Ad primam ꝙ licet quodammodo habeat veritatem, ꝙ à muliere sit Deus datus homini ad eius redemptionem, quia .s. fœmina portauit, & genuit illū, qui hominem redemit, ex hoc tamen non sequitur, neque per locum à simili, neque à maiori, ꝙ modus ille dandi, qui officio mediatoris conuenit, debeat conuenire fœminæ, sicut non sequitur redemptor natus est de fęmina, ergo corpus eius, vt est sub sacramento, debet dispensari à fœmina. ¶ Ad secundam dicendum, quòd licet sexus fœmineus sit præcipue deuotus, nihilominus infirmior est, & minime conueniens officio mediatoris, quod quidem officium conuenit potissime sexui principali, & nobiliori, & Christo conformiori. ¶ Ad tertiam dicendum, ꝙ nō est simile de vsu, & dispensatione vsus enim omnibus est indultus fidelibus, sed dispensatio existentibus in officio mediatoris. Et ad id quod additur, quòd maius est sumere corpus Christi in vsum, quam & cęte. dicendum, quòd si fit maius quantum ad meritum, vel demeritum, est tamen minus quātum ad maioritatem dignitatis officij, quia dispēsatio est existentis in dignitate excellētis officij, vsus autem est cuiuslibet fidelis.

*Primum ar.* — *Scd'm arg.* — *Tertium ar.* — *Opponit & Respondet.* — *S. Tho. Ale. de Hali.* — *Ad primum arg.* — *Ad scdm.* — *Ad tertium*

1 **Ad secundum** sic pceditur. † Et videtur quòd hoc sacramentum dispēsari possit à laico. ¶ Primo sic. Maioris videtur esse potestatis, & dignitatis dispensare sacramentum baptismi, qđ est fundamentum omnium sacramētorum, & fructuosissimum, quam

*Primum ar.*

quam illud, quod est minoris effectus, siue efficaciæ, sed sacramentum baptismi est fundamentũ omnium sacramẽtorum, cum sit ianua eorum, sitque fructuosissimum aliorum, vt pote quo aperitur ianua cœlestis, ergo maioris potestatis est dispensare sacramentum baptismi, quam quodcunque aliud sacramentum, sed dispensatio baptismi licita est laico, ergo & dispensatio huius sacramenti. ¶ Secundo sic contingit, ꝙ laici sunt maioribus virtutibus pleni, & cum maiori reuerentia tractant hoc sacramentum, quã sacerdotes. ergo videtur ꝙ dispensatio per laicos bonos facta sit Deo acceptior, quã facta à sacerdote malo. ¶ Tertio sic. Sicut Sacerdotis est dispẽsare corpus Xpi, ita, & tangere, sed in aliquo casu licet tangere laico corpus Christi, puta si videret ipsum in terra iacentem, & non esset sacerdos qui tolleret, ergo, & in aliquo casu liceret ei dispensare.

Secundum ar.

Opponit in cõtrarium.

¶ In oppositum est capitulum præsens, item ratione sic. dispensatio huius sacramenti, quod est ad reconciliationem hominis, maxime conuenit illis, quorum officium est reconciliare, sed hoc est tantum maiorum ministrorum ecclesiæ. s. presbyterorum, ergo dispensatio huius laicis non conuenit.

Respondet.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ ad laicos dispensatio huius sacramenti non pertinet, quæ cõclusio probatur sic. Ad eosdem pertinet esse ministros ecclesiæ, & dispensatores mysteriorum Dei 1. ad Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum eius, sed laici non sunt ministri ecclesiæ, ergo non debent esse dispensatores sacramentorum. ¶ Pro quo notandum iuxta S. Tho. ꝙ sicut in corpore naturali sunt quædam mẽbra principalia, per quæ virtutes, & operationes vitæ ad cetera membra decurrũt, ita, & in ecclesia sacerdotes & alij ministri sunt quasi membra principalia quibus mediantibus sacramenta vitæ populo dispensari debent, & ideo laicis quantunque sanctis sicut nec consecratio, ita nec dispẽsatio huius sacramenti competit.

S. Thomas.

Ad primum argu.

¶ Ad rationes. Ad primã dicendum, ꝙ non est simile de baptismo, & de hoc sacramento, & alijs, quoniam baptismus est sacramentum necessitatis, & ideo, tam laicis, quam mulieribus indulta est huius dispensatio. Non sic de alijs, vnde inquantum est sacramentum dignitatis eius dispensatio est personarum digniorum, inquantum est necessitatis est omnium in cõi.

Ad scdum

¶ Ad secundam dicendum ꝙ in hoc sacremento ad reuerentiam ipsius, non solum exigitur sanctificatio morum, sed etiam sacramentalis sanctificatio, quia & ipse calix in quo sanctitas morum esse non potest, consecratur propter reuerentiam sacramenti. Et similiter in dispensante hoc sacramentum debet esse vtraque sanctificatio, vnde, & manus sacerdotis vnctione sanctificatur, ex. de sa. vn. c. 1. sicut & calix, & ideo, quia laicus hanc sanctitatẽ non habet non potest hoc sacramentum dispensare.

Ad tertium

¶ Ad tertiam respõdetur, quòd sicut baptismum conferre competit sacramẽto ex officio, tamen laicus in casu necessitatis non peccat baptizans, ita corpus Christi ex officio tangere soli sacerdoti cõpetit, sed in casu necessitatis potest corpus Christi tãgere et si sit peccator, vt si in aliquo immundo loco iaceret. Sed non est simile de dispensatione sacramẽti, quia dispensatio huius sacramenti nõ est necessitatis, vnde ei, qui non potest sacramentaliter mãducare dicendum est. crede, & manducasti. Præterea non est simile, vt dicit Petr. de palude, quia tactus ille non est ad consecrãdum, vel dispẽsandum, sed custodiendum, illa autem quæ secundum legẽ communem tangunt hoc sacramentum ad consecrandum vel dispensandum debet esse consecrata, vel benedicta, vt corporale, vel calix, non autem pixis in qua est in taberna culo reseruandum.

Pe. de palu.

3 Ad tertium sic proceditur. † Et videtur quòd ad diaconum pertineat dispensatio huius sacramenti.

Primum argum.

¶ Primo per hoc, quòd dr̃ in legenda Beat. Laurentij, qui diaconus fuit, cui commissa fuit dispensatio dominici sanguinis, vnde B. Sixt. ait, experire, vtrũ idoneum ministrum elegeris, cui commisisti dominici sanguinis dispensationem.

Secundum argu.

¶ Secundo sic, dispẽsatio huius sacramenti ad populi curat onem pertinet, sed diaconus potest habere curam animarum, ergo & ipse est dispensator huius sacramenti.

Opponit in cõtrarium.

¶ In oppositum est canon præsentis capituli vbi dr̃, quòd presbyter per seipsum infirmum cõmunicet, idem habetur ex capitulo peruenit di. 93.

Respondet.

S. Thomas.

¶ Respondeo dicendum, quòd dispensatio huius sacramẽti ad sacrificantem tantum pertinet propter tria, vt dicit S. Th. in 3. parte. Primo quia ipse consecrat in persona Christi, ipse autem Christus sicut consecrauit corpus suum in cœna, ita, & alijs sumendum dedit, vnde sicut ad sacerdotem pertinet consecratio corporis Christi, ita ad eum pertinet dispensatio. ¶ Secundo quia sacerdos constituitur medius inter Deum, & populum, vnde sicut ad eum pertinet dona populi Deo offerre, ita ad eum pertinet dona sanctificata diuinitus populo dispensare. ¶ Tertio quia in reuerẽtiam huius sacramenti nulla re contingitur nisi sacrata. vnde, & corporale, & calix consecrantur, similiter etiam manus sacerdotis ad tangendum hoc sacramentum, vnde nulli alij quam presbytero licet tangere hoc sacramentum nisi in necessitate, puta si caderet in terram, vel in aliquo alio casu necessitatis, verũ sicut sacerdos participat aliquid de virtute perfectiua, quæ est episcopi inquantum dispensat hoc sacramentum, quo perficitur homo secundum se per coniunctionem ad Christum, ita diaconus participat aliquid de virtute sacerdotali, inquãtum dispensat sanguinem. Competit n. ei ex officio sanguinem domini dispensare. s. 25. dist. c. perlectis, sed non corpus quia dispensator corporis oportet quòd ipsum corpus tangat, non autem dispẽsator sanguinis, diacono autẽ non licet corpus Christi tangere, cum non habeat manus sacratas, & ideo nõ debet corpus dispẽsare, nisi de mãdato presbyteri, vel episcopi, vel presbytero lõge posito in casu necessitatis, vel ideo dispensat sanguinem, & non corpus, quia per sanguinem significatur redemptionis mysterium qui à capite Christo in membris diffunditur officio ministrorum, vnde & sanguini aqua quæ populum significat admiscetur, sed incarnatio, quam Christus significat seu corpus Christi nõ est humano ministerio facta. Concordat Scotus in 4. dist. 13. ita dicens, ratio congrua huius est videlicet, quòd ad solũ sacerdotem pertinet dispensatio huius sacramenti, quia sicut ab anima mediante corde deriuantur virtutes ad cætera membra, & in corde principalis est sedes vitæ, vt habetur 16. de animabus. Et etiã in qualibet politica actus principales pertinent ad personam principalem in illa politia, ita rationabile est istum actum conficiendi, & dispensandi eucharistiã residere apud illum, qui est principalis in hierarchia ecclesiastica, huiusmodi autem est sacerdos. Hæc Scotus.

Scotus.

Ad primum argu.

¶ Ad rationes. Ad primam dr̃, quòd quamuis Bea. Laurentius fuerit dispensator sanguinis, non tamẽ legitur fuisse dispẽsator corporis, vnde & adhuc hodie in quibusdam ecclesijs per diaconum ministris altaris dispensatur.

Ad scdum.

¶ Ad secundam dicendum, quòd diaconus potest habere curam animarum quantum ad ea, quę iurisdictionis sunt, non quantum ad ea, quæ sunt ordinis, dispensatio autem sacramentorum ad ordinem pertinet. nõ tamen negatur, quin diaconus, vbi necessitas exigit, & presbyter, vel episcopus est absens, de iussu eorum possit cõferre hoc sacramentum, sicut potest colligi ex illo decreto dist. 93. præsente presbytero, hoc autem non conceditur inferiorib. ordinibus, vnde quod dicit Hu. & Arch. super hoc capitulum, quòd in casu necessitatis per puerum possit dispensari infirmo non videtur verum. Nec Brochardus quem ipsi allegant lib. 18. e. in historia est multum hic curandus, quia in oppositum est ius diuinum, & ius humanum, sicut iam patet. Et quod dr̃ in historia scholastica de Serapione, q moriens misit puerum ad sacerdotem petens viaticum, & ille quia infirmus erat per eundem puerum partem eucharistiæ misit sibi nec est verosimile, quòd ille puer fuerit diaconus. Ad hoc respondetur primo. quòd exemplis non regitur ecclesia, sed iuribus, vnde non quod fit Romæ, sed quod fieri debet spectandum est. ¶ Secundo posset dici, quod aliud est portare corpus Christi in casu necessitatis de loco ad locum, & esse dispẽsatorem illius, vnde ex hoc quòd puer iste prædictus portauerit eucharistiam, siue hostiam consecratam in illo casu necessitatis, vbi presbyter infirmabatur, & nullus forte aderat presbyter, siue diaconus ad portandum, non sequitur, quòd puer ille dispensauerit Serapioni sacramentum.

Cõtra Hu. & Archid. & Brochar.

Lege. ¶ [Peruenit ingrediantur]. s. tempore missæ, vt in sequenti capit. & 23. dist. sacrares, & capitulo non liceat [sancta sanctorum]. i. sacramenta alijs sacramentis potiora, & digniora. s. ea. dis. c. nihil. & hoc erat pessimum, vnde sequitur [per quam] namcui interdicitur minus, & maius plus. ff. de sena. qui indignus. ff. de pœnis l. moris. Lauren. [semetipsum] vel per diaconum in casu necessitatis, sicut iam dictum est, & habetur 90. di. præsentis

Exponit literam.

præsenti. quod autem hic dicunt Archid. & Hug. quod per puerū si necessitas ingruerit possit dispensari siue infirmus com municari, non placet nobis, sicut iam diximus parum ante, & est sententia Petri de palude in 4. est tamen hic notan
4 dum† quod sacerdos debet corpus Christi deferre, vt de vtro que patet ex. de celeb. miss. Sane. ibi ferat, & referat manifeste, vbi notat Host. quod presbyter debet ire munitus hostijs, & eucharistijs, ne vacuus reuertatur, & ne homines reuer tendo decipiantur adorando creaturam, & non creatorē, quòd si propter multitudinem infirmorum totum expen dit, in reuertendo cesset sonitus campanellæ consuetus, vel extinguatur lumen, de quo habetur in prædicta decretali. Sane inaniter, seu idolatrando in clementer secundum Hostien.



Acerdotum. Sequitur secundum capitulum quod ad eandem partem Dei, spectare videtur, in quo quia in superiori capitulo argumentando introductum fuerat, quod laici prohibentur intrare sacrarium, ideo nunc authoritate B. Clemētis ostendit quo tempore laici nō debent intrare presbyterium, vnde talis notula hic habetur, quo tempore laici non debent intrare sacrarium, de quo in cap. 1. extra de vita & honest. cler. Nihil hic disputandum occurrit. Leg. ¶ [Honores] in sedendo, & stando, & in alijs, vt 91. dist. ecce in princi. [distincte] id est diuisim, & singulariter [presbyterium] sic dicitur locus vbi presbyteri, & clerici manent ad peragē da officia [quādo missa] hoc male nostris diebus in quibusdam locis obseruatur [exerceri] .i. celebrari. Hu.

Exponit literam.



Nstitutio. Sequitur tertium capitulum ad eandem materiam incidentaliter pertinens, quia. n. in præcedenti capitulo. s. peruenit de dispensatione, & administratione sacramenti altaris facta est mentio, ideo ex abundanti interseritur ritus celebrandi missam, & consuetudo ministrandi hoc sacramentum, & vt ordo psallendi obseruetur in omnibus, qui seruatur in metropolitana ecclesia, vt 12. dist. de his &. s. dist. 1. altaria. litera patet.

1 *Sacramenti diffinitiones an sint bene assignatæ, & nu. 7.*
2 *Sacramentum potest aliquid dici dupliciter.*
*Et quid dicatur sacramentum. nu. 4.*
3 *Medicamentum quid dicatur.*
5 *Homo sacratur vel sanctificatur dupliciter.*
6 *Sacramentum nouæ legis tria significant.*



Acrificium. Sequitur quarta pars huius distinctionis, in qua magister Gratianus tractās de multiplici differentia sacramenti præmittit diffinitionem duplicis sacramenti. prima est, quod sacramentū est sacræ rei signum. Et est diffinitio Aug. de ci. Dei. secunda est, sacramentum est inuisibilis gratiæ visibilis forma. Et est ista diffinitio eiusdem Augus. 2. de doctrina christiana. ¶ Pro pleniori intelligentia huius capitu
1 li. Quæritur. † vtrum istæ diffinitiones sacramenti sint conuenienter assignatæ, contra primam arguitur multipliciter. Et primo sic. sacramenta sunt alligamenta sanctitatis, vt dr in gl. super illud psalm. 146. Qui sanat contritos corde, sed de ratione medicamenti non est, vt aliquid significet, sed solum vt efficiat sanitatem, ergo sacramentum nō est signum. ¶ Secundo omnes creaturæ sensibiles sunt signa inuisibilium diuinorum, vt patet ad Romanos 1. nec tamen dici possunt sacramenta, ergo male diffinitur sacramentum sacræ rei signum. ¶ Tertio serpens æneus de quo dicitur numer. 21. fuit sacræ rei signum. s. crucis Christi, nec tamen fuit sacramentum, ergo diffinitio est male data. ¶ Quarto triplex est signum, s. demōstratiuum, quod est de præsenti, rememoratiuum, quod est de præterito, pronosticum, quod est de futuro. Sed nullum istorū competit sacramento, cum quandoque recipiens sacramētum gratiam non habeat, nec habuerit, nec imposterum habiturus sit, ergo nullo modo est signum. ¶ Quinto signū contra causam diuiditur, sed aliquod sacramentum est causa, ergo non omne sacramentum est signum. ¶ Sexto sic. Si sacramentum est sacræ rei signum, aut naturale, aut voluntarium, si naturale, ergo sacramēta sunt à natura. Et

Quæstio. Primum ar. Scdm arg. Tertiū arg. Quartū ar. Quintū ar. Sextum ar.

si hoc cum illud quod est naturale sit idem apud omnes. s. dist. 1. c. ius autem naturale, sequitur quòd hoc sacramentum esset idem apud omnes quod est falsum. Si voluntariū, cum voluntaria augeatur, & minuantur tota die, sequitur quod sacramenta possint mutari ad votum, quod non est verum. ¶ In oppositum est authoritas August. in capitulo præsenti. ¶ Respondeo dicendum, quod conuenienter assignatæ sint diffinitiones sacramenti positæ in litera, pro quo notandum, quòd omnia quæ habent ordinem ad vnū aliud, licet diuersimodè ab illo nominari possunt, sicut à sanitate, quæ est in animali, denominatur sanum, non solum animal quod est sanitatis subiectum, Sed etiam medicina dr sana inquantum est sanitatis effectiua, dieta vero inquantum est conseruatiua eiusdem, & vrina inquātum est signi
2 ficatiua ipsius. † sic igitur sacramentum potest aliquid dici dupliciter, vel quia habet in se aliquam sanctitatem occultam, & secundum hoc sacramentum idem est sacrum secretum. Sic dicitur incarnatio Christi, & passio sacramētum secundum illud ad Ephæ. 3. quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in Deo, similiter etiam, quia sacrum secretum non solum dr Dei secretum, quia secundū antiquos sancta, vel sacrosancta dicebantur quæcunque violari non licebat, sicut etiam muri ciuitatis, vel personę in dignitatibus constitutæ, ideo non solum secreta diuina sed etiam humana, quæ non licet violari quibuslibet publicando dicuntur hoc modo sacra, vel sacrata. Thobiæ 12. Sacramentum regis abscondere bonum est. ¶ Secundo modo dr sacramentum, quia habet aliquem ordinem ad sanctitatem, vel causæ, vel signi, vel secundum quamcunque aliam habitudinem. in præsenti autem loco de sacramento loquimur, secundum quod importat habitudinem signi, quomodo diffinit August. in litera. ¶ Secundo est notandum vt videatur plenius quid importetur nomine sacramenti prout de eo est tunc sermo, quod huius nominis significatum colligere possumus à simili, quia sicut medica-
3 mentum dr à medicando† est enim medicamentum, quo aliquis medicatur, & curatur, & ornamentum, quo aliquis
4 ornatur, sic sacramentum dr à sacrando. † Est. n. sacramentum, quo aliquis sacratur, & sanctificatur, quo aliquis autē sanatur dupliciter dr, vno modo sanatur quis, quando sola virtute interiori naturæ nullo extrinseco exhibito curatur, & qui sic sanatur, non dr sanari per medicamentum. Alio modo sanatur quis adhibito, quod est confortatiuū, & expulsiuum morbi, & illud habet rationem medicamēti. Est. n. medicamentum aliquid exterius adhibitum ad ef
5 fectū curationis corporalis† similiter sacratur, vel sanctificatur homo dupliciter, vno modo per solum motum cōtritionis non excludendo actionem Dei remittentis culpam, & conferentis gratiam, sed excludendo omne intrinsecum ad sanctificationem hominis appositum, & qui sic sanctificatur non sanctificatur per sacramentum, sicut est de illis, qui sanctificati sunt in vtero. Sed solum tūc dr quis per sacramentum sanctificari, quando ad eius sanctificationem aliquid extrinsecum sensibile siue corporale adhibetur. Est ergo sacramentum corporale vel sensibile signū appositum ad effectum sanctificationis. Et hoc patet manifeste ex alia diffinitione sacramenti, quam ponit August. in lib. de doctrina christiana. Sacramentum est illud, quod sub tegumēto rerum sensibilium diuina virtus salutem nostrā secretius operatur, patet ergo diffinitio prius assignata in litera in qua dr, quod sacramentum est sacre rei signum. s. sensibile supple ad sanctificādum institutum, vel appositum. ¶ Dicendum est ergo ad rationes. Ad primam dicendum, quod quamuis significatio non sit de ratione curationis simpliciter, est tamen de ratione talis quæ fit per sacramenta, vbi notandum, quòd sacramentum secundum proprietatam sui vocabuli videtur importare, vt dictum est, sanctitatem actiuæ, vt dicatur sacramentum quo aliquis sanctificatur, sed quia actiones actiuorum debent esse proportionatæ conditionibus passiuorum, vt in secundo de anima, ideo in sanctificatione qua homo sanctificatur debet esse talis modus sanctificandi, qui homini competat, secundum quod rationalis est, quia ex hoc est homo, inquantū. n. est rationalis habet cognitionem à sensibus ortam, vnde oportet, quod sanctificetur hoc modo quod sua sanctificatio sibi innotescat per similitudinem sensibilium, oportet ergo, quod sacramenta curatiua, & sanctificatiua non solum sint medicamenta, sed etiam signa. ¶ Ad secundam dicendum

Opponit & Respondet.

2 ¶ Sacrm. Sacra recepta ab hæreticis quo ad essentiā an valeā, vide Pe. de An. in c. fraternitatis nu. 4 de here.

Ad primum arg.

Ad scdm.

dum,  creaturę siue res sensibiles signant aliquid sacratū .s.sapientiam & bonitatem diuinam quantum sunt in seipsis sacra,non autem inquantum nos per ea sanctificamur. sacramētum autem debet intelligi signum sacræ rei,vt est sacramentalis,& ideo non oportet  omnes res sensibiles dicantur sacramenta,prout de sacramentis hic loquimur.

Ad tertium ¶ Ad tertiam dicendum, quamuis serpens eneus esset signum rei sacræ sacrantis,non tamen quantum sacrans est actu,quia non ad hoc adhibebatur,vt aliquis sanctificationis effectus participetur,sed solum effectus exterioris curationis.Et similis est ratio de imagine crucis,quę ponitur

Ad quartum 6 tantum ad repręsentandum.¶ Ad quartam dicendum,† sacramenta nouæ legis tria significant.s.causam primā sanctificantem,sicut baptismus mortem Christi, & quantum ad hoc sunt signa rememoratiua.item significāt effectum sanctificationis, quem faciunt, & hæc significatio est eis principalis,& sic sunt signa eis demonstratiua. Nec obstat si aliquis sanctitatem non recipit, quia non est ex defectu sacramenti,quod quantum in se est,natum est gratiam cōferre. Item sanctificant finem sanctificationis.s.æternam gloriam,& quantū ad hoc sunt signa pronostica.sacramenta vero veteris legis erant totaliter signa pronostica.¶ Ad

Ad quītum quintam dicendum, signum quantum est in se importat aliquid manifestum, quo ad nos quo manuducimur in cognitionem alicuius occulti,& quia vt frequentius effectus sunt nobis manifestiores causis,ideo signum quādoque cōtra causam diuiditur.Sicut demonstratio quæ dr̄ per signū à commētatore primi phy.Demonstratio autem propter quod est per causam,quandoque autem causa est manifesta quo ad nos,vtpote cadens sub sensu,effectus autem occultus,vt si expectetur in futurum, & tunc nihil prohibet causam signum sui effectus dici. ¶ Ad sextam dicendū,vt

Ad sextum. Ale.de Hal. dicit magister Alex.de Hal.in 4. in signo quod est sacramentum duo requiruntur.s.aptitudo naturalis ad significādum rem sanctam,& ordinatio voluntaria ad idem, propter primum materialiter loquendo potest dici signum naturale, propter secundum formaliter loquendo potest dici voluntarium,vnde Hugo de sancto victore,omne sacramentum debet habere quandam similitudinem ad ipsam rem,cuius est sacramentum, ſm q̄ habile sit ad eandē rem repræsentandam,institutionem quoque per quam ordinatum sit ad illam significandum.

Ad secundum sic proceditur.† Et probatur  secunda diffinitio Augus. posita

Primum argum. in litera in qua dr̄ sacramentum est inuisibilis gratiæ visibilis forma non sit conueniens.¶ Primo sic.Sacramenta consistunt in rebus,& in verbis,sicut habet August. sed sicut res sunt visibiles, ita verba sunt audibilia, ergo debuit

Scdūm ar. dicere visibilis,& audibilis.¶ Secundo sic, Omnis forma est intrinseca,vel exemplaris,sed sacramenta non sunt formæ intrinsecæ inuisibilis gratiæ,vt per se patet,nec iterum exemplares, cum gratia inuisibilis non imitetur rem visibilem. sed magis econuerso, ergo sacramentum nullo modo est forma inuisibilis grę.¶ Tertio sic.Character baptis-

Tertium ar. malis est sacramentum, & res, & similiter corpus Christi

Quartū ar. verum existens in altari, sed neutrum est visibilis forma, ergo diffinitio non est bene data. ¶ Quarto sic, vnius rei est vnica diffinitio,sed sacramentum est vnum,ergo de sa-

Opponit & Respondet. cramento nō debent poni duæ diffinitiones siue plures, ¶In contrarium est Aug.in præsenti cap.¶Respondeo dicendum,  diffinitio data per August. & maxime addita expositione, quam magister sententiarum facit in principio quarti li.sui cum dicit,vt imaginē gerat & cā existat est consequens,diffiniendo.n.sacramentū sic.Sacr̄m est inuisi- E bilis gratię visibilis forma,ita vt imaginem gerat, & causa existat,exprimitur complete ratio sacramenti nouę legis, vt dicit S.Th.in principio quarti, ponatur.n.efficacia sanctitatis in hoc, dr̄ vt causa existat,& modus cōpetēs hoī

S.Thomas. quantum ad cognitionem in hoc,  dr̄ inuisibilis gratiæ visibilis forma, & modus sed omnis homini connaturalis .s.ex similitudine sensibilium in hoc, dicit vt imaginem

Durandus. gerat.Secundum vero Durandum in 4.Ita assignatur ratio præfatæ diffinitionis. dicit.n.iuxta Hug.in libro de sacramentis,  tria sunt de ratione sacramēti, proprie sumpti, videlicet naturalis similitudo,naturalis institutio, & spiritualis sanctificatio,quantum ad primam conditionem dr̄,  sacramentum est inuisibilis gratiæ visibilis forma. Quātum ad secundam addit magister.vt imaginē gerat,& hoc .s.ex diuina institutione, quantum ad tertiam conditionē additur,& causa existat. Nam cum sacramentum dr̄ à sacrando, imperfectum est sacramentum,quod sanctitatem signat,& non causat,perfectum ergo sacramentum aliquo modo est causa.Huic diffinitioni concordat alia diffinitio Aug.dicentis vbi.s.Sacramentum est,in quo sub tegumento rerum visibilium diuina virtus secretius operatur salutem.Alludit etiam prædictæ diffinitioni diffinitio quam dat Hugo de sancto victore in libro de sacramentis.Sacramentum est materiale elementum extrinsecus oculis sup- Hug.de sancto victore positum,ex institutione significans,ex similitudine repręsentans,ex sanctificatione aliquam inuisibilem gratiā continens,collige ex dictis quatuor dari diffinitiones sacramēti,duæ ponuntur in litera præsentis capituli, tertia est Au. in libro de doctrina christiana,quarta est Hugon.in libro de sacramentis.¶ Ad rationes. Ad primam dicendum, quia visus est nobilior inter alios sensus, & plures rerum Ad primum argu. differentias ostendit,vt dr̄ in principio Meta.Ideo vt dicit August.in libr.confes.Nomen visus ad omnes alios sensus extenditur,& ideo visibilis ponitur in diffinitione præfata pro sensibili communi. ¶ Ad secundam dicendum, Ad scdum. forma sumitur hic pro figura, secundum  est in quarta specie qualitatis,& non pro forma substantiali,aut exemplari.figura.n.hic nihil aliud dicit nisi imaginem alicuius. ¶ Ad tertiam dicendum,  character baptismi & corpus Ad tertium Christi verum non dicuntur sacramenta,nisi in quantum coniungunt se signis sensibilibus, & ita licet corpus Christi non sit sensibile per se à sensu nostro nihilominus tamē sensibile est in quantum est sub specie panis,& hoc modo competit sibi ratio sacramenti.Et ita de charactere, licet .n.per se non sit sensibilis,est tamen per accidens.secundū  est sub ipsa exteriori specie, quæ per se est sensibilis. ¶ Vel respondetur sic  illa diffinitio sacramenti est data proprie de eo,quod tantum dr̄ sacramentum.Est.n.quoddā sacramentum tantum,quoddam res, & sacramentum. aqua.n.sanctificata dr̄ tantum sacramentum.Corpus Christi sacramentum & res, loquimur autem hic proprie de his,quæ tantum sunt sacramenta.illa.n.instituta sunt ad significandum.¶Ad quartam dicendum,  vnius rei vnica Ad quartū est diffinitio proprie & cōpleta, sed nihil prohibet vnius rei plures esse descriptiones incompletas.¶ Aduertendū tamen est, prima diffinitio qua dictum est, sacramētum est sacrę rei.signum communis, est omnibus sacramentis, tam noui,quam veteris testa. secunda vero in qua dr̄, sacramentum est inuisibilis gratiæ visibilis forma,est etiam communis omnibus sacramentis, hoc enim commune est omnibus sacramentis figurare gratiam inuisibilem, vt vero eam explanat magister sententiarum addendo, ita vt imaginem gerat, & causa existat, solis sacramentis noui testamenti conuenit, quæ non solum significant sed aliquo modo causant.Et similiter dicēdum est de alijs duabus diffinitionibus. Lege. ¶ [ Sacrificium visibile ] id est sacrificium corporis Christi visibile siue sen- Exponit literam sibile in speciebus suis, quod domino in altari offertur [est inuisibile sacramentum]per significationem idem signum sacræ rei,quæ est inuisibilis.s.sensu corporeo.hic accipitur diffinitio communis omnibus sacramentis, quòd sacramentum est signum rei sacræ[item alibi.s.secūdo de doctrina christiana[ sacramentum est &c. inuisibilis gratiæ]gl.habet.i. corporis Christi, & male vt videtur nobis Contra gl. exponi, quia in hoc loco videtur describi sacramentum in communi,& non in speciali sacramentum eucharistiæ, tum secundo quia corpus Christi non dr̄ gratia inuisibilis. ¶Si quæratur ergo quid vocetur gratia inuisibilis in isto Quæstio. loco,aut gratia creata,aut increata. Si creata, aut gratia gratis data,aut gratum faciens,& si gratia gratum faciens, aut præterita, aut præsens, aut futura. Ad ista tria respondetur iuxta magistrum Alexander de Hal.primo, quod sacramētum est signum gratiæ creatæ, prout est in remediū peccati secundum essentiam,vel eius sequelę directè ordinata,quæ confertur per ipsum sacramētum cuius sacramētum signum est.¶ Ad secundam cum quæritur, vtrum sacramenta sint signa gratiæ gratis datę,vel gratum faciētis, respondetur  in his,quæ propriè sunt sacramenta nouæ legis,sunt signa gratiæ gratum facientis, quæ quantum ad essentiam vel quantum ad augmentum confertur dignè sacramenta suscipientibus. ¶ Ad tertiam quæstionem, qua quæritur vtrum sint signa gratiæ præteritæ præsentis, aut fu-

aut futuræ, dicendum, quòd sacramenta, quantum est de se, signant gratiam præsentem, quæ simul cum sacramento datur digne suscipienti. Hæc Alexander.

3 *Signum quid dicatur.*
5 *Sacramenta necessaria erant ad humanam salutem aliquo modo necessitatis, aliquo modo non.*
6 *Opus sapientis requirit tria.*
7 *Signa naturalia quæ dicantur, quæ data.*


Signum. Sequitur secundum capitulum eiusdem partis, in quo quia diffiniendo sacramentum in superiori capitulo facta est mentio de signo, dicendo, ꝙ sacramentum est sacræ rei signum, curauit magister Gratianus declarare, quid sit signum ex authoritate eiusdem B. Aug. in lib. de doctrina christiana, dicens est res &c. Breue est. Lege. quoniam litera plana est nulla alia indiget expositione. Pro huius capituli ampliori intelligentia quæruntur hic tria.

1 ¶ Primo vtrum conuenienter diffiniatur hic signum, cũ dicitur, signum est res &c.

2 ¶ Secundo, vtrum ad sacramentum pertineat semper ꝙ sit res sensibilis.

4 ¶ Tertio, vtrum sacra sunt necessaria ad humanam salutẽ.

1 Ad primum sic proceditur. † Et videtur quòd male diffiniatur signum in litera cũ dr̃ &c. ¶ Primo sic. Vnum oppositorum non debet poni in diffinitione alterius, sed res, & signa ex opposito diuidũtur, dicit. n. August. lib. de doctrina christiana, omnis doctrina, vel rerum, vel signorum est, ergo res non debet poni in diffinitione signi. ¶ Secundo secundum philosophũ in lib. priorum, omnis effectus suæ causæ signum esse potest, sed quidam effectus sunt spirituales qui nullam spẽm ingerunt sensibus, ergo non omne signum aliquam spẽm sensibus ingerit. ¶ Tertio omnis locutio fit per aliqua signa, sed angeli loquuntur non prolato aliqua sensibili sermone, ergo non omne signum est sensibile. ¶ In oppositũ est textus præsens. ¶ Respondeo dicendum ꝙ conueniẽter diffinitur signum in litera præsenti, pro quo notandũ, ꝙ sicut dictum est, signum importat aliquid notum, quo ad nos, quo manuducimur in alterius cognitionem, res autem primo nobis notæ sunt res cadentes sub sensu à quo omnis nostra cognitio ortum habet, & ideo signum quantum ad primam sui impositionẽ significat aliquã rem sensibilem, prout ꝑ eam manuducimur in cognitionem alterius occulti, & sic Aug. accipit hic signum, contingit autẽ aliquando, ꝙ aliquid magis notum quo ad nos etiam si nõ sit res cadens sub sensu, quam secundaria significatione signum dicatur sicut dicit philosophus in 2. Ethic. Signum generati habitus in nobis oportet accipere in opere existentem delectationem, quæ non est delectatio sensibilis cum sit rationis. ¶ Ad rationes ergo dicendum. Ad primã, ꝙ diffinitio illa non est per oppositas res, sed per oppositas rationes, & vnde, & ibidem Aug. dicit, ꝙ omne signum est res. ¶ Ad secundam dicendum, ꝙ in rebus intelligibilibus fit processus ab his, quæ sunt notoria simpliciter, sicut patet in Mathe. vnde ibi effectus nõ sunt signa causarum, sed in rebus sensibilibus bene. ¶ Ad tertiam dicendũ similiter est de locutione angelorum, ꝙ fit per ea, quę sunt notoria simpliciter, vnde non possunt dici signa proprie, sed bene transsumptiue, ideo &c.

*Primum ar.* *Secundũ ar.* *Tertium ar.* *Opponit & Respondet.* *Ad primũ argu.* *Ad scd̃m.* *Ad tertium*

2 Ad secundum sic proceditur† Et videtur, quòd non pertineat ad sacramentum, quod semper sit res sensibilis. Et primo sic. Sacramenta pertinent ad regnum Dei, sed res sensibiles non videntur pertinere ad cultum Dei. dr̃. n. Ioan. 4. spiritus est Deus, & eos qui adorant eum in spũ, & veritate adorare oportet. Et ad Ro. 14. non est regnum Dei esca, & potus, ergo res sensibiles non requiruntur ad sacramentũ. ¶ Secundo dicit August. in lib. de libe. arb. quòd res sensibiles sunt minima bona, sine quibus homo viuere potest, sed sacramẽta sunt de necessitate salutis humanæ, vt infra patebit, & ita sine eis homo rectè viuere non potest, non ergo res sensibiles requiruntur ad sacramenta. ¶ In oppositum est primo textus præsentis capituli, secundo quod August. dicit super Ioannem accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. Et loquitur ibi de elemento sensibili, quod est aqua ergo res sensibiles requiruntur ad sacramenta. ¶ Respondeo dicendum, quòd ad sacramentum requiritur, quòd sit aliqua res sensibilis. Pro quo notandum, quòd diuina sapiẽtia vnicuique rei prouidet secũdum suum modum, & propter hoc dr̃ sapiẽtiæ 8. quòd suauiter disponit omnia, vnde & Matth. 24. dr̃ quòd diuiditur vnicuique iuxta suam virtutem. Est autem homini cõnaturale, vt per sensibilia proueniat in cognitionem intelligibiliũ. †Signum autem est, 3 per qđ aliquis deuenit in cognitionem alterius, vnde cum res sacræ, quæ per sacramenta significantur, sint quædam spiritualia intelligibilia bona, quibus homo sanctificatur, consequens est, vt per aliquas res sensibiles significatio sacramenti impleatur, sicut etiam per similitudinem sensibilium rerum in diuina scriptura res spũales nobis describũtur, & inde est, quòd ad sacramenta requiruntur, res sensibiles vt etiam Dionysi. probat in 1. c. eccl. Hierarch. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum, quòd res sensibiles in quantum in sua natura considerantur non pertinẽt ad cultum vel regnum Dei, sed solum secundum quòd sunt signa spiritualium rerum in quibus regnum Dei consistit. Et sic pertinent ad sacramenta. ¶ Ad secundam dicendum, quòd ibi loquitur de rebus sensibilibus, secundum quod in sua natura considerantur. Non autem secundum quod assumuntur ad significanda spiritualia quæ sunt maxima bona.

*Primum arg.* *Scd̃m arg.* *Opponit in cõtrarium.* *Respondet.* *Ad primum arg.* *Ad scd̃m.*

4 Ad tertium sic proceditur. †Et videtur quòd post lapsum hominis nulla fuerit necessitas instituendi sacramenta. ¶ Primo sic per gratiam, & virtutes peccati vulnera sanantur in nobis, quia gratia à sanctis dr̃ sanitas, & decor animæ, philosophus etiam in 2. Ethic. comparat virtutem sanitati corporali. Cum ergo sacramenta sint instituta, vt medicinæ peccati, vt Hugo de sancto victore dicit, vr̃ quòd eis non indigeamus. ¶ Secudo sic. Confirmando rationem præfatam, & ad Cor. 12. dicit apostolus, sufficit tibi gratia mea, non autem sufficeret si sacramenta essent necessaria ad salutem. Non sunt ergo sacramenta humanæ naturæ necessaria. ¶ Tertio sic posita causa sufficienti nihil aliud videtur necessarium ad effectum, sed passio Christi est sufficiens causa nostræ salutis, dicit. n. apostolus ad Rom. 5. Si cum inimici essemus recõciliati sumus Deo per mortem filij eius, multo magis recõciliati salui erimus in vita ipsius. Non ergo requiruntur sacramenta ad salutem humanã. ¶ Quarto sic. Matt. 19. dr̃. Si vis ad vitam ingredi serua mandata, ergo post obseruantiam mandatorum nulla restat necessitas sacramentorum. ¶ Quinto sapientis est per potiora perficere quod intẽdit, sed si Christus perficeret, vel repararet hominem per gratiã simpliciter sine omni sacramento paucioribus operaretur, quòd intendit, ergo. Præterea contra hoc quod dicit Hugo de sancto Victore, & magister sententiarum ponit in principio quarti triplex est causa institutionis sacramẽtorum, humiliatio, eruditio, & exercitatio, quòd non vidẽtur rationes sufficientes, probatur, & arguitur. ¶ Sexto, quia contraria contrarijs curantur, sed homo morbi peccatum incurrit se per effectum rebus temporalibus subijciendo, ergo non videtur conueniens modus curationis hominis, vt sub rebus sensibilibus humilietur, quod est cõtra primam rationem assignatam. ¶ Septimo arguitur sic. Illud quod est causa occultationis, & erroris non prodest ad eruditionem, sed tradere spũalia sub signis corporalibus est occultatio quædam spũalium, vnde, & pluribus est causa erroris sicut patet de illis, qui Deum credebant per lineamenta corporalia distingui, propter modum loquendi solitum in scripturis, ergo non facit ad eruditionem nostrorum exhibitio, & sic contra secundam causam. ¶ Octauo dicit apostolus ad Ephesi. 4. Corporalis exercitatio ad modicum vtilis est, sed exercitatio, quæ fit in sacramentis est corporalis, quia res, quæ in vsum veniunt sunt corporales, ergo eis non indigemus ꝑꝑ exercitationem, & hoc contra tertiam causam. ¶ In oppositum arguitur per illud, quod Augus. dicit contra Faustum, quòd in nullum nomẽ religionis, siue verum, siue falsum coadunari homines possunt, nisi signaculorum, vel sacramentorum visibilium cõsortio colligentur. Sed necessarium est ad humanam salutem homines adunari in vnum veræ religionis nomen, ꝙ sacramenta sunt necessaria ad humanam salutem. ¶ Secũdo sic. Medicina vulneri debet esse proportionata, sed vulnus peccati deuenerat in humano genere vsq; ad corpus, in quo

*Primum ar.* *Scd̃m arg.* *Tertiũ arg.* *Quartũ ar.* *Quintũ ar.* *Sextum ar.* *Septimum argu.* *Octaun ar.* *Opponit in cõtrarium, Respondet.*

in quo habitat lex peccati, vt dr̃ ad Ro.7. ergo debuit medicina etiam per aliqua corporalia ei parari, sed huiusmo di sunt sacramenta, ergo sacramentis homo in statu naturæ lapsæ indiget. ¶ Respondeo dicendum iuxta S. Tho. in

Respondet S. Thomas.

5 4. † q̃ sacramenta necessaria erant ad humanam salutem aliquo modo necessitatis, & aliquo modo non patet. Non .n. erant necessaria necessitate absoluta sicut necessarium est Deũ esse, cum ex sola diuina bonitate instituta sint, sed necessitate, quæ est ex suppositione finis, non etiam ita q̃ sine his Deus hominem sanare non posset quia sacramen tis virtutem suam non alligauit, vt August. dicit, & sicut ci bus necessarius est ad vitam humanam, sed quia per sacramenta magis fit hominis reparatio cõgrue, sicut equus dr̃ necessarius ad iter, quia in equo facilius homo vadit, sic hoc modo necessitatis necessaria fuit institutio sacramen torum ad humanam salutem, quorum necessitas ex triplici ratione colligitur iuxta S. Thom. in 3. parte. Prima est ex conditione naturæ cuius proprium est, vt per corporalia, & sensibilia in spiritualia, & in intelligibilia deducatur, pertinet .n. ad diuinam prouidentiam, vt vnicuique rei ꝓuideat secundum modum suæ conditionis, & ideo conue nienter sapientia diuina homini auxilia salutis cõfert sub quibusdam corporalibus, & sensibilibus signis, quæ sacra menta dicuntur. ¶ Secunda ratio sumenda est ex statu ho minis, qui peccando per affectum subdit se corporalibus rebus, ibi autem medicinale remedium homini adhiberi debuit vbi patitur morbum, & ideo conueniens fuit, vt Deus per quędam corporalia signa hominibus spiritualẽ medicinam adhiberet. Nam si spiritualia, & nuda propone rentur eius animus applicari non posset corporalibus deditus. ¶ Tertia ratio sumenda est ex studio actionis huma nę, quę pręcipuè circa corporalia versatur. Ne igitur hoĩ esset durum, si totaliter à corporalibus actibus abstrahere tur, proposita sunt ei corporalia exercitia in sacramentis, quibus salubriter exercetur ad euitanda superstitiosa exer citia, quæ consistunt in cultura demonum vel qualitercũque noxia quæ consistunt in actibus peccatorum. Sic ergo per sacramentorum institutionem homo conuenienter suæ naturæ eruditur per sensibilia humiliatur se corporalibus subiectũ recognoscens dum sibi per corporalia subuenitur. Præseruatur etiam à noxiis corporalibus per salu bria exercitia sacramentorum. Ex quibus patet, quod opti me dictum est ab Hug. & magistro sententiarum, quòd tri plex erat causa institutionis sacramentorum, humiliatio,

Ad primum argu.

eruditio, & exercitatio hominis. ¶ Ad rationes. Ad primã respondetur negando consequentiam, quia gratia, & virtutes sanant formaliter sicut sanitas, sed quodãmodo effectiue sicut medicinæ quædam, vnde sicut non sequitur sa nitas sanat, ergo medicinæ non sunt necessariæ, ita nec hic gratia sanat, ergo sacramenta non sunt necessaria, sed ma

Ad scd̃um.

gis posset contrarium concludi. ¶ Ad secundam, quæ erat confirmatio respondetur, q̃ gratia dr̃ sufficiens esse causa humanæ salutis, sed Deus dat hominibus gratiam secundum modum eis conuenientem, vt dictum est .s. sub quibusdam corporalibus, & sensibilibus signis, & ideo necessa ria sunt sacramenta hominibus ad gratiam consequendã.

Ad tertium

¶ Ad tertiam dicendum, quòd passio Christi est sufficiens causa humanæ salutis, nec propter hoc sequitur, quòd sacramenta non sunt necessaria ad humanam salutem, quia operãtur in virtute passionis Christi, & passio Christi ap plicatur quodammodo hominibus per sacramenta, secun dum illud apostoli ad Roman. 6. Quicunque baptizati su

Ad quartum

mus in Christo Iesu in morte ipsius baptizati. ¶ Ad quartã respondetur negando consequentiam, quoniam tria sunt,

Hug. de sancto victore

vt dicit Hugo de sancto Victore ad salutem obtinendam necessaria .s. fides, & sacramenta fidei, & bona opera, quæ tria ita coherent, vt effectum salutis habere non possint, si simul non fuerint, q̃ intelligitur de adultis. Præterea adim pletio præceptorum quodammodo sicut adminiculum si bi datum concernit exercitium sacramentorum, vt .n. dicit Hu. quia homo non infirmus erat venerunt sacramen ta media inter promissa, & præcepta, quæ illum adiuua rẽt, & ad ꝑcepta perficiẽda & ꝓmissa obtinẽda, & ita ad ob seruantiã mandatorũ requiritur exercitiũ sacramentorũ.

Ad quintum

¶ Ad quintam dicendum iuxta magistrum Alexandrum 6 de Hal. † quòd tria requiruntur in opere sapientis, & maxi me summe sapientis .s. facilitas, quæ respicit potentiam, congruitas, quæ discretionem, vtilitas, quæ bonitatem. Ratione facilitatis debet expeditiori modo, & breuiori, & medijs paucioribus operari. Ratione congruentiæ eo mo do quo magis decet suam prudentiam. Ratione vtilitatis eo modo, quo melius est ei quod efficitur, vnde et si summe sapientis est paucioribus operari, cum hoc attendendum est, q̃ eo modo operari debet, qui magis congruit suæ discretioni, & quæ melior est ei, quod efficitur. Magis autem congruit discretioni reparantis, q̃ homo elatione auersus à suo superiore raparetur humiliatione sub suo inferiori quam aliter. Item melius, siue vtilius est homini, vt reparetur gratia sacramentali, quam gratia simpliciter .s. propter vtilitates, quæ huic reparationi sunt annexę. s. humiliatio, eruditio, & exercitatio, verum est igitur, q̃ ex peditiori modo siue breuiori est sapiẽtis operari, vbi hoc potest esse sine derogatione congruentię, sapientiæ, vtilita tis, & bonitatis. ¶ Ad sextam dicendum per eandem ope- Ad sextum.

rationem contrario modo fit virtus, & corrumpitur, vt pa tet in 2. Ethi. vnde sicut corruptio facta est in homine per hoc, q̃ se sub sensibilibus rebus humiliauit propter ipsa sensibilia, ita reparatio virtutis conuenienter fit per hoc q̃ homo sub eis humiliatur propter Dei reuerentiam, & sic contraria contrarijs curantur, quia contraria debent acci pi, secundum idem. ¶ Ad septimam dicendum q̃ remanẽ Ad septim.

tibus infidelibus prædictus modus tradendi spiritualia est occultus, & erroris occasio, à quibus etiam congruum est Diony.

sancta occultare, vt Dyo. dicit in capitulo ecclesiasticę hie rarchiæ, sed istis, qui instruuntur ex sensibilibus in ſpũalẽ intellectum consurgere est valde congruus, quia est cõfor mis naturali cognitioni, qua ex sensibilibus cognitionem intellectus accipit. ¶ Ad octauam dicendum, q̃ corpora Ad octauum

lis exercitatio s̃m se accepta ad modicum vtilis est in com paratione ad pietatem, vt ibi apostolus intendit. Sed si ei pietas adiungatur sicut fit in sacramentis, quæ ad religionis pietatem pertinent, est valde vtilis. Lege. ¶ [ Signum Exponit literam

aliquod] sicut circulus ostendit vinum venale, & exterior ablutio in baptismo ducit in cognitionem interioris ablu tionis mẽtis, siue iustificationis, & species panis, & vini in cognitionem mentalis refectionis, quæ significetur per il las species sensibiles, & sic verificatur, quòd est dictum in præcedenti capitulo, quòd sacramẽtum est inuisibilis gra

7 tiæ visibilis forma .i. figura. † Notandum hic, quòd signorũ quædam sunt naturalia, quæ quasi naturaliter aliquid significant, vt nubes naturaliter significat pluuiam, & fumus ignem. Quędam sunt data, videlicet quæ sunt instituta ad aliquid significandum, vt circulus est institutus ad significãdũ vinum venale, & voces sunt signa rerum. Et istorum quædam habent institutionem diuinã, quædam humanã, in sacramentis autem est institutio diuina, vt dictum est. Et istorum quædam sunt instituta ad significandum tantum, cuiusmodi sunt sacramenta veteris legis, quædam ve ro sunt instituta ad significandum, & causandũ, & ista sunt sacramenta nouæ legis, quæ ita sunt inuisibilis gratiæ visi bilis forma vt imaginem gerant, & causa existant, & ista sunt in quibus completa ratio sacramenti consistit, vt dictum est circa capitulum præcedens.

1 *Res contenta in sacramento quæ dicatur.*
*Et quæ significata, & non contenta nu. 2.*
5 *Transsubstantiatio fit in instanti.*



Pecies. Sequitur tertium capitulum eiusdem partis, in quo ostẽdit magister Gratianus, quòd diffinitio data superius de sacramento videlicet, q̃ sit sacræ rei signum. Et quòd sit inuisibilis gratiæ visibilis forma, conueniat sacramento Diuisio.

eucharistiæ, quia species panis, & vini quę oculis videntur sunt sacramenta .i. sacrę rei signa, quia præter speciem, quã ingerunt sensibus aliquid aliud faciunt in cognitionem ve nire, diuiditur autem hoc capitulum in duas partes. in pri ma dicit. quòd species, & similitudo panis sunt .i. retinent vocabula rerum, quæ ante fuerunt .s. panis & vini, & iam facta consecratione non sunt. In 2. ponit quod sunt sacramenta geminæ rei, quam significant. secunda ibi, vnde no ta hic, q̃ sacramenta sunt geminæ rei, quam significant, ge mina .n. est res huius .s. sacramenti contenta, & significata,

1 altera significata, & non contenta: res contenta, & significata est caro Christi, quam de virgine traxit, & sanguis, que m

2 quem pro nobis fudit, tres autem significata & non contẽta est vnitas ecclesiæ in prædestinatis vocatis iustificatis & glorificatis. Porro species illa visibilis est sacramentum geminæ rei, quia vtranque rem significat, & vtriusque rei similitudinem gerit expressam. Nam sicut panis præ cæteris cibis corpus reficit & sustentat, & vinum hominem repræsentat & inebriat, sic caro Christi interiorem hominem plus cæteris gratijs spiritualiter reficit & saginat, vnde in psalm. 22. Calix meus inebrians, quam preclarus est, habet etiã similitudinem ad ipsum corpus Christi verũ. Nã sicut panis ex puris granis conficitur, ita corpus Christi ex multis purissimis constat membris, habet etiam similitudinẽ cum re mystica quæ est vnitas fidelium, quia sicut ex multis granis conficitur vnus panis, & ex pluribus racemis vinum in vnum confluit, sic ex multis fidelium personis vnitas ecclesiastica cõstat, vnde apostolus 1. ad Cor. 12. vnus panis, & vnum corpus multi sumus. Et Augustin. vnus panis, & vnum corpus ecclesia dicitur, pro eo, quia sicut ex multis granis & vnum corpus ex multis membris componitur, Sic ecclesia ex multis fidelibus charitate copulante conuertitur. Pro ampliori intelligentia huius capituli quæruntur tria.

3 ¶ Primo vtrum substantia panis post consecrationem remaneat in hoc sacramento.

4 ¶ Secundo vtrum substantia panis facta conuersione annihiletur.

6 ¶ Tertio vtrum debeant species panis, & vini remanere in hoc sacamento, non remanente substantia illarum rerum.

3

Ad primum Sic pceditur† Et videtur, quod substantia panis & vini maneant post consecrationem. ¶ Et primo sic, dicit Damas. lib. 4. sententiarum suarum, quòd quia consuetudo est hominibus comedere panem & vinum, vere cõiugauit eis diuinitatem, & fecit ea corpus & sanguinem suum, sed coniunctio requirit vtrunque cõiunctorum existere actu. ergo panis remanet cum corpore Christi. ¶ Secundo sic. Quidquid de pane remanet in hoc sacramento post consecrationem cũ sit sacramentum tantum debet verum corpus Christi & etiam mysticum significare, sed significatio talis non competit pani, nisi ratione substãtiæ suæ secundum quam ex diuersis granis conficitur, secundum quam etiam reficere & nutrire habet, ergo oportet quòd remaneat ibi substantia panis. ¶ Tertio sic. Inter sacramenta debet esse conformitas, sed in alijs sacramentis substantiæ materia manet sicut in baptismo substantia aquæ, & in confirmatione substantia chrismatis, ergo in hoc sacramento substantia panis, & vini manet. ¶ In oppositum est textus præsentis capituli, vbi dicitur, quòd species & similitudo illarum rerũ vocabula retinent, quæ ante fuerunt, scilicet panis & vini. Itẽ illud, ꝙ dr̃ Amb. in li. de sacris, licet figura panis & vini videatur nihil tamen aliud quam caro Christi, & sanguis post consecrationem credenda sunt. ¶ Respondeo dicendum, quòd vt tangitur à magistro sententiarum in 4. dist. 11. Et etiam in gloss. istius capituli positio fuit quorũdam, quòd non fiebat conuersio in isto sacramento panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi, sed quòd vi verborum fiebat diuina virtute, vt simul cum substantia panis & vini esset corpus Christi. Sed hæc positio, vt deducit S. Thom. in quarto, & in 3. parte, stare non potest, faciemus hic duo, primo enim deducemus rationes S. Thomæ probantes, ꝙ positio illa nec de facto est vera, nec de possibili. In secundo inducemus rationes Durandi, quibus nititur probare, quòd de possibili positio illa possit esse vera, ita ꝙ simul esse possent substãtia panis, & corpus Christi præsentialiter. ¶ Circa primum ostendetur hæc positio. Primo quòd sit incompetens huic sacramẽto. secundo, quod sit impossibilis, tertio quod sit hæretica, quod vero sit incompetens patet, quia impediret venerationem debitam huic sacramento, esset enim idolatriæ occasio, si hostiæ veneratio latriæ exhiberetur substantia panis ibi remanente. Esset etiam contra significationem sacramenti, quia species non ducerent in verum corpus Christi per modum signi, sed magis in substantiam panis. Esset etiam contra vsum sacramenti, quia cibus iste non esset pure spiritualis, sed etiam corporalis. ¶ Secundo quod sit impossibilis patet ex hoc, quia impossibile est aliquid esse nunc vbi prius non fuerit, nisi ipso mutato, vel aliquo in ipsum. Nec posset etiam per miraculum fieri, sicut nec quod esset animal rationale mortale, & non esset homo, Aliter enim se habere nunc, & non prius est idem, quod moueri, vel transmutari. Si ergo corpus Christi esset sub sacramento nunc, & non prius oporteret aliquem motum vel mutationem interuenisse, sed nulla mutatio est ex parte panis facta secundum hãc positionem, ergo oportet, quòd corpus Christi sit mutatum saltem localiter, vt dicatur quod corpus Christi est hic, quia per motum localem huc venit, quod omnino esse non potest, quia cum simul, & semel in diuersis locis cõsecretur, oporteret, quod simul & semel ad diuersa loca vnum numero corpus moueretur quod est impossibile, quia contingeret simul contrarios motus inesse eidem vel saltem diuersos eiusdem speciei. Quod autem sit hæretica patet ex hoc, quod contradicit veritati scripturæ. Non enim esset verum dicere hoc est corpus meum. Sed hic est corpus meum. ¶ Quantum ad secundum sciendum est quod dominus Durandus in quarto distinct. vndecima ponit, quod possibile est de potentia Dei absoluta quod simul esse possint substantia panis, & corporis Christi præsentia in sacramento, quod probat triplici ratione, vel vna tres includente, quæ talis est. Si non maneret substantia panis in hoc sacramento, & similiter vini, hoc esset ex aliqua trium causarum, aut quia corpus Christi non posset esse in sacramento, nisi substantia panis mutaretur in ipsum, aut quia non saluaretur veritas verborum sacramentalium, sed neutro istorum modorum impeditur, ergo & cætera. Quod non propter primum probatur primò sic. Corpus quod potest esse simul cum aliena quãtitate potest simul esse cum substantia subiecta illi quantitati. Non enim repugnat duobus corporibus esse simul, nisi ratione quantitatis, cuius est excludere ab eodem situ aliam quantitatem, sed corpus Christi põt simul esse cum quantitate panis, vt ponit communis opinio quæ tenet corpus Christi esse in hoc sacramento, ergo æque faciliter potest esse cum substantia panis, nec etiam propter secundum debet poni, quia conuersio panis in corpus Chrsti, si ponatur non est ratio quare corpus Christi, sit ibi de nouo. Quod patet dupliciter. Primo quia si propter conuersionem panis in Corpus Christi esset corpus, vbi prius fuit, substantia panis, eadem ratione si totus panis quo ad substantiam, & quantitatem conuerteretur in substantiam & quantitatem corporis Christi, & sua quantitas ex vi talis conuersionis esset de nouo vbi fuit prius panis, hoc autem est falsum, quia tunc oporteret, quod corpus Christi mutaretur secundum locum, quia compararetur circumscriptiue ad locum vbi fuit prius panis, quia non comparatur ad ipsum ratione substantiæ, nec ratione quantitatis suæ cum conuersio esset non solum substantiæ in substantiam, sed quantitatis in quantitatem, ergo similiter videtur, quod propter solam conuersionem substantiæ panis in corpus Christi non sit vbi prius fuit panis. ¶ Secundo, quia per conuersionem alicuius rei in aliquam rem præexistentem videtur magis fieri, quod res conuersa sit, vbi erat res in quam conuertetur, quam econuerso, sicut cum conuertitur alimentum in substantiam aliti, alimentum sit vbi prius erat comedens, siue alens, & non econuerso, cum igitur substantia panis conuertitur in corpus Christi tanquam in aliquid præexistens, magis fit de virtute conuersionis, quod panis sit vbi erat corpus Christi, quam econuerso, item propter tertium similiter non oportet dicere, quod substantia panis non remaneat, quia ex quo ponitur corpus Christi realiter esse in hoc sacramento, quòd ipso potest reddi vera locutio, vt non solum dicatur corpus Christi esse hic, sed dicatur hoc, id est contentum sub hoc, est corpus meum, quia indefinita verificatur a pro vno solo, nec oporteret quod per ly hoc demonstraretur substantia panis, dato quòd esset ibi sicut non fit demonstratio specierum. ¶ Ad istas rationes reducuntur aliquę rationes Scoti, qui videtur idem sentire quod dominus Durandus. Sed istis non obstantibus dicendum cum Sancto Thoma. sicut prius, quod substantia panis non remanet post consecrationem, nec quod ea remanente possit corpus Christi sine sui mutatione locali esse præsens in sacramento. ¶ Vnde respondendum est ad rationes.

Primum ar. — Scd̃m arg. — Tertium ar. — Opponit in cõtrarium ẽ — Scd̃a op. — Respondet. — Durand. — a ¶ Indefinita verificat Et eq pollet vl. Pet. de an. in c. eo liberi, ve. 3 no. de feruis ord. & in c. minᵒ el. 1. nu. 1. de excess. præla.

Ad primũ argu. rationes. Ad primam dicendum, quòd corpus Christi bene potest esse in altari cum substantia panis tamen localiter descendendo de cęlo Deo faciẽte duo corpora esse in eodem loco, sed quòd manens in cœlo localiter sit in altari cum substantia panis sacramẽtaliter non potest esse. Ad formam ergo dicendum quòd maior est vera de esse locali, & est falsa de esse sacramentali, esse enim cum alio localiter quantitas impedit non esse sacramentaliter, quia est ibi modo quantitatis. minor est vera de esse sacramentali, & sic conclusio non sequitur, corpus Christi potest esse cum quantitate panis sacramentaliter per hoc, quòd succedit substantiæ panis, ergo potest esse cum substantia.

Ad sc̃dm. ¶ Ad secundam dicendum, quòd non sequitur, quòd si propter conuersionem substantiæ in substantiam est vbi prius erat panis substantialiter, & sacramentaliter, ergo per conuersionem substantiæ cum quãtitate etiam vbi prius non erat situaliter, & circunscriptiue, imo tunc non esset ibi aliquo modo, nec quo ad substantiam, nec quo ad quantitatem, quia pro tanto ponitur esse ibi, vbi erat substantia in se conuersa, quia ibi manent species locum occupantes. sicut prius mediantibus quibus substãtia conuersa ibi erat. Et quia corpus Christi succedit substantiæ in se conuersæ, non quantũ ad inherentiam, sed quãtũ ad immediatam præsentiam, ideo sicut non esset ibi substantia panis, nisi essent species, ita nec corpus Christi, vnde si panis conuerteretur in corpus Christi, & accidentia eius annihilarentur, non esset ibi corpus Christi, & quia per conuersionem quantitatis non remaneret quantitas, ideo per hoc non esset ibi corpus Christi.

Ad tertium ¶ Ad tertiam dicendum, quòd assumptum est verum, quando conuersum secundum nihil sui remanet in loco priori, & secũdũ aliquid sui additur ad conuertens sicut patet in alimẽto, sed quando conuersum sic transubstantiatur, quòd nihil eius remanet additum conuertenti sine termino conuersionis & aliquid eius remanet in termino priori, tunc conuersum non potest dici esse in loco conuertentis, sed econuerso conuertẽs potest dici in loco conuersi, quia per conuersionem in se factam succedit secundum præsentialitatem ipsi quod in ipsum conuersum est, & sicut illud erat ibi, & istud ibi sit, quamuis istud imaginationem transcendat, & nihil tale videmus in naturalibus, hæc dominus Petrus.

Ad quartũ. ¶ Ad quartam dicendum est, quòd propositio illa, hoc est corpus meum, possit reddi vera, si corpus Christi ibi esset, sed cum probatum sit, quod substantia panis ibi manente ex nulla conuersione facta non potest ibi esse corpus, Christi & ideo ratio sua non procedit.

Ad primum argu. S. Tho. ¶ Ad rationes principales dicendum. Ad primam dicendum est, prout dicit S. Thom. in tertia parte verbum Damasceni ita intelligitur sic. Deus coniugauit diuinitatem suam. i. diuinam virtutem pani & vino, nõ autem, vt remanerent in hoc sacramento, sed vt faciat inde corpus & sanguinem suum.

Ad sc̃dum. ¶ Ad secundam dicendum, quòd species remanentes repręsentãt aliquo modo substantiam, quam prius afficiebant, & per consequens proprietates eius, & ita habent rationem significandi per quãdam similitudinem corpus Christi verum & mysticum.

Ad tertium ¶ Ad tertiam respondetur, quòd non est simile de sacramento, & de alijs sacramentis, neque oportet, quòd in omnibus cõformentur. in alijs quidem sacramentis non est ipse Christus realiter, sicut in hoc sacramento, ideo in alijs manet substantia materiæ nõ autem in isto.

4 Ad secundum Sic proceditur. † Et videtur quòd substantia panis post cõsecrationem huius sacramenti annihiletur aut in pristinam materiam resoluetur.

Primum ar. ¶ Et primo sic. Omne quod est aliquid corporale oportet alicubi esse, sed substãtia panis est quoddam corporale, non manet in hoc sacramento, vt dictum est, nec etiam est dare aliquem locum vbi sit. ergo non est aliquid post sacramentum seu consecrationem. igitur aut est annihilata, aut in pristinam materiam resoluta.

Secundũ ar. ¶ Secundo sic illud, quòd est terminus à quo in qualibet mutatione non remanet, nisi forte in potentia materiæ, sicut quando ex aere fit ignis, forma aeris non manet, nisi in potentia materiæ. Et similiter quãdo ex albo fit nigrũ, sed in hoc sacramento substantia panis, & vini se habent sicut terminus à quo, corpus autẽ, vel sanguis Christi sicut

Ambrol. terminus ad quem. dicit enim Ambrosius in libro de officijs. ante benedictionem alia species nominatur, post benedictionem corpus significatur, ergo facta consecratione substantia panis, & vini non manet, nisi forte resoluta in suam materiam.

¶ Tertio sic, oportet alterum contradictoriorum esse verum, sed hæc est falsa, facta consecratione substantia panis, & vini est aliquid, ergo est vera, substãtia panis, vel vini est nihil. Tertium ar.

¶ Quarto illud annihilari dicitur quod nec in se nec in alio manet, sed panis substantia non manet in se facta conuersione, vt dictum est, nec manet in corpore Christi, ergo penitus annihilatur. Quartũ ar.

¶ In oppositum arg. sic dicit August. in lib. 83. quæstionum, quòd ille ad quẽ non esse non pertinet non est causa tendendi ad non esse, sed Deus est huiusmodi. ergo ipse nihil in nihilum reducit, sed conuersio prædicta fit diuina virtute, ergo non reducitur substantia panis in nihil. Opponit in cõtrarium.

¶ Secundo sic. illud quod in aliud conuertitur non annihilatur, sed panis in corpus Christi conuertitur, vt per authoritates multas in litera positas patet, sicut in capitulo immediate sequenti, quia corpus, & in ca. panis est in altari potest ostendi, ergo non annihilatur. Sc̃da oppo.

¶ Respondeo dicen. quòd, quia substantia panis, vel vini non manent in hoc sacramento, quidam impossibile reputantes, quòd substantia panis, vel vini in corpus, vel sanguinem Christi conuertantur posuerunt, quod per consecrationem substantia panis, & vini resoluitur in pręiacentem materiam, vel, quòd annihiletur, sed hęc opinio quantum ad vtrunque est falsa. Respondet.

Et primo, quo ad primum ostenditur sic iuxta S. Tho. in quarto, & in 3. parte, primo. Si. n. in præiacentem materiam resolueretur, hoc non potest intelligi nisi dupliciter, vno modo quòd esset in materia sine forma omni, quod quidem nec per miraculum esse potest, quia hæc positio implicat contradictionẽ. Materia. n. per essentiã suam est ens in potẽtia, & forma est actus eius, si ergo ponatur materia sine forma eẽ actu, ponetur actum materiæ esse & non esse. Alio modo potest intelligi, ita quòd resoluatur in materiam elemẽtalem, & hoc iterum non potest esse, quia illa materialia elementa aut remanent in eodẽ loco, & oporteret, quòd sub illis speciebus esset aliud corpus, quam corpus Christi, & quòd illud materiale corpus esset simul cum illis dimensionibus panis, & multa huiusmodi inconuenientia sequerentur, vel non esset in eodem loco, & sic esset motus localis illius elementi materialis, quod non potest esse, quia sentiretur talis mutatio si esset. S. Thoma.

¶ Secundo sic. Cum motus localis necessario sit successiuus, oporteret, quod illud materiale elementum prius relinqueret vnam partem hostiæ, quam

5 aliã † transubstantiatio autem fit in instanti vt dicetur, vnde sequeretur alterum illorum duorum, vel quòd aliquando sub aliqua parte specierum non esset neque corpus Christi, neque substantia aliqua panis neque materiale elementum, quod iam abscessit ab illa parte, vel quod sub eadem parte hostiæ aliquando esset corpus Christi, & materiale elementum, quod est impossibile, & ideo non potest dici quòd resoluatur in præiacentem materiam. Similiter non potest dici, quòd annihiletur eo quòd omnis motus denominatur à termino ad quem, sicut motus, qui est ad albedinem dicitur dealbatio, vnde illa trãsmutatio tantum posset dici annihilatio, cuius terminus ad quem esset nihil, hoc autem non potest esse in ista conuersione, quia oportet conuersionem terminari ad corpus Christi, quia nihil potest incipere hic esse, cum prius hic non fuerit, nisi per motum aut mutationem propriam vel alterius terminatam ad ipsum aliquo modo, vnde si conuersio prædicta ad corpus Christi nõ terminaretur, oporteret, quòd corpus Xp̃i esset hic in altari facta cõsecratione, vbi prius non erat per motum proprium, quod supra est improbatũ, vnde patet quòd opinio illa falsa est, quæ ponebat substãtiam panis annihilari.

Ad primum argu. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum, quòd substantia panis, & vini facta consecratione, nec sub speciebus sacramenti manet, neq; alibi, nec tamen sequitur, quòd annihiletur. conuertitur. n. in corpus Christi sicut non sequitur. Si aer ex quo generatur ignis non sit ibi vel alibi, quòd sit annihilatus.

Ad sc̃dm. ¶ Ad secundam dicendum, quòd in mutationibus naturalibus forma, quæ est terminus à quo non conuertitur in aliam formam, sed vna forma succedit alteri in subiecto, & ideo prima forma non remanet, nisi in potentia materiæ, sed hæc substantia panis conuertitur in corpus Christi, vt supra dictum est, vnde ratio non sequitur.

Ad tertium ¶ Ad tertiam dicendum, quòd licet post consecrationem hæc sit falsa,

falsa panis est aliquid, quia tamen id in quod substantia panis est conuersa est aliud, ideo non sequitur quòd substantia panis sit annihilata. ¶ Ad quartam respondetur negando assumptum vniuersaliter. Ad hoc enim quòd aliquid annihilari dicatur non sufficit, quòd neque in se neque in alio maneat, sed etiam requiritur, quòd nõ conuertatur in aliud, & ideo quamuis panis substantia nõ maneat in se, neque in alio facta conuersione, quia tamen conuertitur in corpus Christi, & corpus Christi manet, non dicitur annihilata.

Ad quartũ.

6 Ad tertium Sic proceditur. † Et videtur non congruere, quòd in hoc sacramento remaneant species panis, & vini. ¶ Primo sic. remoto enim priori remouetur posterius, sed substantia est naturaliter prior accidente, vt probatur sexto metap. ergo cum facta consecratione, non remaneat substãtia panis in hoc sacramento, videtur quod nõ possint remanere accidẽtia eius. ¶ Secundo sic. in sacramento veritatis non debet esse aliqua deceptio, sed per accidentia iudicamus de substantia. videtur autem, quòd decipiatur humanum iudicium, si remanentibus accidentibus substantia panis non remaneat, non ergo est hoc conueniens huic sacramento. ¶ Tertio sic, & arguitur contra rationes, quæ assignantur à doctoribus, quare accidentia panis, & vini maneant, non remanẽte substantia. primo propter meritum fidei. secundo, quia horror esset sumere corpus Christi in propria specie. tertio propter derisionis scandalum infidelium euitandum. Et primo sic. fides quamuis experimentum rationis effugiat, tamen rationis cõtradictionem nõ requirit, quia ea, quæ sunt fidei, non sunt contra rationem, sed supra, sed ꝙ sub alia specie videatur hoc non solum contra rationem, sed etiam contra sensum apparet, ergo non deberet sub alia specie apparere propter meritum fidei. ¶ Quarto sic. Supposita fide huius sacramenti per quam corpus Christi sumi siue manducari creditur, non esset horridum illud sumere in quacunque specie appareret, sed fides necessaria est ad sumendum. ergo. secunda causa quam assignant nulla est. ¶ Quinto id quod ante fuit ad cõfirmationem fidei si semper fieret non esset irrisio, sed maior cõfirmatio, sed aliquando ad confirmationem fidei alicuius dubitantis de hoc sacramento ostenditur corpus Christi sub specie carnis, sicut legitur in vita B. Gregor. & in vita patrum, ergo nõ esset ad derisionem si semper in specie propria ostẽderetur. ¶ In oppositum est textus præsentis capituli, vbi dicitur, quòd species, & similitudo retinent vocabula, quę ante fuerunt, ergo manent species panis & vini sine substantia. item est illud Augu. libro sententiarum prosperi. Nos in specie panis, & vini quam videmus res inuisibiles .i. carnem Christi, & sanguinem honoramus. ¶ Respódeo dicendum, quòd sicut sensu apparet, accidẽtia, siue species panis & vini remanent in hoc sacramento, quod quidem rationabiliter per diuinam prouidentiam fit, quia non est consuetum hominibus, sed horribile carnem hominis comedere, & sanguinem bibere. proponitur ergo nobis caro, & sanguis Christi sumenda sub speciebus illorum, quæ frequentius in vsum hominis veniunt. s. panis, & vini. ¶ Secundo, ne hoc sacramentum ab infidelibus irrideretur, si sub specie propria dominum nostrum manducaremus. ¶ Tertio, vt dum inuisibiliter corpus, & sanguinem domini nostri sumimus, hoc proficiat ad meritum fidei. i. vt fides haberet meritum, quæ est de his, quæ, non videntur, quia fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum, vt dicit Gregor. ¶ Ad rationes. Ad primã dicendum, quòd sicut in libro de causis effectus plus dependet à prima causa, quam à secunda causa, & ideo virtute Dei, qui est causa prima omnium fieri potest, vt remaneant posteriora sublatis prioribus. ¶ Ad secundam dicẽdum, quòd in hoc sacro nulla est deceptio, nec fictio. Nõ .n. sensus decipitur, quia non habet iudicare nisi sensibilibus speciebus, quæ quidem ibi veræ sunt, sicut etiam sensu ostenduntur. Nec etiam intellectus, qui habet iudicium de substantijs rerum fide adiutus. ¶ Ad tertiam patet responsio ex dictis, quoniam fides non est contra sensum, sed supra sensum. est enim de eo, ad quod sensus non attingit. ¶ Ad quartam dicendum, quòd supposita fide in sumptione corporis Christi in specie propria apparentis non esset horror ex abominatione procedens, esset tamen horror ex deuotione proueniens, quia non solum refugit immunda tangere ex abominatione, sed etiam sancta ex deuotione. ¶ Ad quintam dicendum, quod quantum ad ostensionem talis speciei fides nõ potest ædificari, sed si in hac specie sumeretur magis esset in fidei destructionem, quia corpus Christi, quod est gloriosum passibile ostenderetur, si masticationi subesset. Lege. ¶ [Sunt]. i. retinent [ante]. s. cõsecrationem [fuerunt] sed iam post consecrationem non sunt nec manent. Non tamẽ sunt annihilatæ, aut in materiam resolutæ, sed conuersę sunt in verum corpus Christi, & sanguinem, quæ hic in veritate sunt sub speciebus panis, & vini velata. Quod autem hic Archidiaconus dicit, ꝙ nõ est credendum, ꝙ substantia panis, & vini per transsubstãtiationem omnino amittant esse, sed vbi sit substantia panis, & vini nescitur, videtur satis simpliciter dictum, quia substantia panis (vt dictum est) licet non annihiletur facta conuersione, nõ tamẽ manet in se, neque in alio, quare nõ est quærendum vbi est, conuersa enim est in corpus Christi [ante fuerunt.] Ex quo patet, ꝙ species sunt hic sine subiecto, quòd verum est [vocabula] designantur enim vocabulis illarum rerum. s. panis, & vini, quæ ante fuerunt. Scriptura enim vt dicit Hug. speciem panis panem, & speciem vini vinum, & corpus Christi panem, & sanguinem vinũ, vel calicem consueuit appellare propter speciem panis, & vini, vnde primo Cor. 11. dicit apostolus, probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Et .j. ea. distinctio. c. quia passus [vnde] secunda pars. Hic probat, quòd hæc sacramenta aliquid aliud, præter speciem, quam speciebus ingerunt, faciant in cognitionem venire. repræsentant enim similitudinem geminæ rei huius sacramenti, videlicet significatæ, & contentæ, quæ est ipsum verum corpus Christi, & rei significatæ tantum, quæ est efficacia ipsius sacramenti, sicut plenius diximus in principio capituli, de re significata, & contenta. exponit primo textus sic. [Continent] & etiam significant [gerimus]. i. sumimus [rerum veritate capiamus]. i. per apertã visionẽ. [Non sub specierum velamine apprehendamus facie ad faciem illum videntes] 1. ad Cor. 13. [sicut est] primo Ioann. 3. [scimus quoniam cum apparuerit] gl. in 2. aduentu [similes ei erimus] quoniam videbimus eum sicuti est, gloria, quia in ipsa diuinitatis substantia contemplabimur, quod in hac vita nulli conceditur [in euangelio] Ioann. 14. [manifestabo] gloss. hæc visio est merces fide [Quamuis] hic ponitur 2. expositio, secundum quam per veritatem rei intelligatur res significata, & non contenta huius sacramenti. s. efficacia corporis Christ, secundum quam expositionem, ly, continet significandum est. i. significant, & hoc secundum talis est sensus prædictæ orationis [vt quæ nunc sub specie gerimus rerum veritate capiamus]. i. sicut sacramentaliter sumimus corpus, & sanguinem Christi [ita realiter]. i. efficaciter siue cum effectuali vtilitate capiamus corpus, & sanguinem Christi, ita realiter, id est efficaciter siue cum effectuali vtilitate capiamus, quod est sacramentaliter, & spiritualiter sumere, quod solum est bonorum, mali vero solum sacramentaliter recipiuntur, vt infra ead. dist. cap. qui concordat.

Primum ar. — Scđm arg. — Tertium ar. — Quartũ ar. — Quintũ ar. — Opponit in cõtrarium. — Respondet. — Ad primum argum. — Ad scđm — Ad tertium — Ad quartum — Ad quitum — Exponit literam. — Cõtra Ar — Hug.



Quia corpus. Incipit duodecima pars huius distinctionis, in qua magister Gratianus ex authoritate Eusebij ostendit quare Christus in cœna instituit hoc sacramentum. Et diuiditur in duas partes. In prima assignat rationes, propter quas institutum est hoc sacramentum. In secunda quòd de præsenti sacramento non est iudicandum secundum speciem, aut visum exteriorem, sed secundum interiorem fidei lumine illustratum, inducens ad hoc authoritatem Christi, & exemplum. 2. ibi, vere vnica. Pro ampliori intelligentia huius capituli. Circa eius primam partem quæruntur tria.

Diuisio.

1 ¶ Primo vtrum fuerit necessaria, siue conueniẽs institutio huius sacramenti.

2 ¶ Secundo, vtrum ante aduentum Christi debuit institui hoc sacramentum.

3 ¶ Tertio, vtrum conuenienter die cœnæ fuerit institutum.

1 Ad primum sic proceditur, † Et videtur quòd nulla fuerit necessitas instituendi hoc

Primum ar. hoc sacramentum. ¶ Et primo sic, veniente veritate debet cessare figura, sed hoc sacramentum agitur in memoriã dominicæ passionis, quæ iam realiter venit, ergo non debuit sacramentum institui. ¶ Secundo sic. Eadem actio ne aliquid instituitur, & à contraria dispositione remouetur, sed ad eandem actionem non debet institui, nisi vnum sacramentum, sicut vnum instrumentum est vnius actionis, cum ergo per baptismum mundemur à malo, videtur, quòd non oportuerit institui aliquod sacramẽtum, per quod in bono cõfirmemur. s. eucharistia. ¶ Tertio sic. ex eisdem ex quibus sumus, & nutrimur, vt in secundo de generatione dicitur. Sed per baptismum, quod est spiritualis regeneratio acquirimus esse spirituale, vt Dionysius dicit secundo capitul ecclesiast. Hierarchiæ, ergo per gratiam reficimur baptismate, & ita non oportuit hoc sacramentum institui ad spiritualiter reficiendum, vt in litera dicitur. ¶ In oppositum est textus præsens. ¶ Respondeo, necessariũ, & conueniẽs fuit institutio sacramenti eucharistiæ. Primo quidem ad conseruationem vitæ, pro quo notandum quòd sacramenta ecclesiæ ordinantur ad subueniendum homini in vita spirituali, vita autem spiritualis vitæ corporali conformatur, eo quod corporalia spiritualium similitudinem gerũt, manifestum est autem, quòd sicut ad vitam corporalem requiritur generatio per quam homo primo vitam accipit, & augmentum quo homo perducitur ad perfectionem vitæ, ita etiam requiritur alimentum quo homo conseruatur in vita, & ideo sicut ad vitam spiritualem oportuit esse baptismum, qui est spiritualis regeneratio, & confirmationem quæ est ad spirituale augmentum, ita oportuit esse sacramentum eucharistiæ, quod est spirituale alimentũ. ¶ Secundo ad perfectionẽ corporis Xpi mystici pertinet aũt ad pfectionẽ corporis vt membra capiti coniungantur, sed per hoc sacramentum membra ecclesiæ suo capiti coniunguntur, vnde dicitur Ioann. sexto. Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem in me manet & ego in eo, ergo necessaria fuit huius sacramẽti institutio. ¶ Tertio in commemorationem mortis Christi cuius commemoratio merito debet sibi amorem nostrum totaliter vendicare. primo ad Corinthior. 11. Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis mortem domini annunciabitis donec veniat. Et dominus in institutione huius sacramenti ait, hoc facite in meam commemorationem. ¶ Quarto ad prouisionem cibi, siue alimoniæ. prouidit enim dominus fidelibus, tanquam pius paterfamilias salutarem cibum, de quo Ioann 6. Quicunque manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum, vt enim dicit Inno. Christus, vt suam erga nos ostenderet charitatem, & nostram erga se charitatem accenderet, dedit se pro nobis in pretium, & in cibum, vt per pretium redimeret nos à morte, & per cibum aleret nos ad vitam. ¶ Quinto, vt nos ad gustum diuinitatis inuitaret, diuina enim virtus quæ inuisibilia per visibilia nobis manifestat volens euidenter ostẽdere, quòd ipse cibus est animarum carnem assumptam proposuit in edulium, vt per cibum humanitatis ad gustum inuitaret diuinitatis, de quo ait propheta in psalm. 33. Gustate, & videte quoniam ego sum dominus, hinc dicit Beatus Augustinus vt panem angelorum manducaret homo creator Angelorum factus est homo. ¶ Sexta ratio institutionis huius sacramẽti est, vt solida, & efficax esset aliqua in ecclesia medicina quotidianæ infirmitatis nostræ vnde Innocent. Deus dedit nobis sacramentum salutis, vt quia nos quotidie peccamus, & ille iam mori non potest per hoc remissionem consequamur peccatorum. Quare Beatus Ambrosius in capitulo. Si quotiescunque supra eo. dist. dicit. Qui semper peccat debet semper habere medicinam, loquens de hoc sacramento. ¶ Septima ratio est adimpletio scripturarum. Necesse quippe est sanctas scripturas adimpleri, legitur quidem primo in psalm. 71. de hoc sacramento gloriosissimo. Erit firmamentum in terra, superextolletur super libanum fructus eius, firmamẽtũ vocatur hic frumentum ipsum cœleste huius sacramenti, sicut cã nomine sui effectus sæpe conuenit designari. Panis. n. hic celestis frumentum roboris animæ est iuxta prophetam dicentem, panis cor hominis confirmat. in cuius signum translatio Hieronym. vt Nicolaus de lyra ait, vbi nos firmamentum habemus memoriale triticum habet, dicit ergo propheta sanctus de hoc sacramento prophetans. Erit memoriale triticum, id est sacramentum Euch. in terra in summis montium. i. episcoporum, & sacerdotum manibus, qui quasi montes sunt in ecclesi. præ celsitudine dignitatis quorum manibus eleuatur vt adoretur à populo. Sequitur de fructu eius superextolletur super libanum fructus eius, quia fructus huius sacramenti eleuauit hominem vsque ad altitudinem cœli. Ioan. sexto. Qui manducauerit hunc panem viuet in æternum. Item dicit phopheta de Christi sacerdotio loquens. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. in hoc significans sacrificium Christi. s. eucharistiæ proponendum fore fidelib. sub speciebus panis, & vini, sicut fuit oblatio Melchisedech Item Esa. septimo dicitur de saluatore nostro, vocabitur nomen eius Emanuel, id est nobiscum Deus, quod non tm̃ per assumptionem naturæ nr̃æ complendum erat, sed etiam per continuationem præsentiæ suæ sub sacramento agendam cum fidelibus. item Mat. vl. pollicitus est dominus discipulis suis dicens. Ego autem vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Non solum quidem per præsentiam maiestatis, aut inhabitantẽ gratiam soluendum erat hoc, sed per præsentiam in hoc sacramento continuandam, vsque ad consummationem seculi. Cæterum Ioann. 6. dicit. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Quæ authoritates, & plures aliæ figuræ etiam multæ sacræ scripturæ omnes in huius sacramenti institutione adimplentur. Multæ, & aliæ rationes assignari possent consideratis multiplicibus effectus huius sacramenti à quibus supersedemus breuitatis causa, plures alias assignauimus in tractatu nostro de corpore Christi. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum secundum Dionysium in quinto capitulo ecclesiasticæ Hierarchiæ, nostra Hierarchia est media inter cęlestem, & illam quæ in veteri erat lege. Tempore. n. legis erat veritas promissa tantum, sed in statu nouæ legis est veritas inchoata per Christũ Iesum, in patria autem erit veritas cõsummata, & ideo in veteri lege figuræ sine rebus proponebantur. in noua autem proponuntur figuræ cum rebus, in patria res sine figuris. Et ideo orat ecclesia, vt, quòd nunc speciẽ gerimus in via rerum veritate capiamus in patria, & in patria in qua nude perfecteq; manifestabitur veritas, nulla erunt sacramenta. Nunc autem quamdiu per speculum in enigmatæ cognoscimus vt dr̃ 1. ad Corint. 13. oportet nos per aliqua signa sensibilia etiam in spiritualia deuenire, quod pertinet ad rationem sacramentorum sicut dictum est supra circa cap. sacrificium ead. dist. ¶ Ad secundam dicendum est quòd non est eiusdem rationis perfecte quæ mediante actione sacramenti baptismi fit, & perfectio, quæ fit per eucharistiã, quia perfectio, quæ fit per baptismum est perfectio qua aliquid per formam suam perficitur, perfectio autem, quæ per eucharistiam acquiritur est per cõiunctionem ad suum principium, & ideo ratio non procedit, quoniam oportuerit præter baptismum institui eucharistiæ sacramentum. ¶ Ad tertiam dicendum de nutrimento corporali verum est nos eisdem nutriri, ex quibus sumus, quia debet cibus carnis nostræ in nos transmutari, & ideo oportet, ꝙ nobiscũ in materia conueniat, secus aũt est de cibo spũali qui nos in se ipsum transmutat.

Secundũ ar.

Tertium ar.

Diony.

Opponit & Respondet.

Inno.

Augu.

Innocen.

Ambros.

Ad primũ argu.

Ad secũ

Ad tertium

## 5 Ad secundum

Sic proceditur. Et videtur, quod hoc sacramẽtum debuit institui ante aduentum Christi. ¶ Primo sic, per hoc sacramentum homines Christo vniuntur, sicut membra capiti, sed Christus est caput omnium hominum, etiam qui fuerunt ab initio mundi, secundum illud primo ad Thessa. quarto. Saluator omnium est, & maxime fidelium 1. Ioann. secundo ipse propitiatio est pro peccatis nostris, non autem pro nostris tantum, sed et totius mundi. ergo nõ debuit institutio huius sacramenti vsque ad aduentum Christi differri. ¶ Secundo populus Israel fuit populus Deo dilectissimus. vnde dicitur Exo. quarto. filius meus primogenitus Israel, sed hoc sacramentum est sacramentum charitatis, vt dictum est, ergo debuit institui adhuc priore populo habente statum. ¶ Tertio hoc sacramentum dicitur viaticum, quia tendentes ad patriam in via confortat, quotidianos etiam lapsus reparat, sed patres, qui erant ante aduentum Xpi ad patriam tendebant hospites, & peregrinos se vocãtes, vt dr̃ ad Heb. 11. ergo ante aduentũ Xp̃ debuit hoc sacramentum

Primum argum.

Secũum ar.

Tertium ar.

cramentum institui. ¶ Quarto sicut pœnitentia est contra mortale, ita euchari. contra veniale, sed abinitio mundi cucurrit veniale, sicut & mortale, ergo pari ratione debuit hoc sacramentum ante aduētum Christi institui, aut pariter currere cum pœnitentia. ¶ In oppositum est c. præsens, vbi dicitur quòd conuenienter institutum est die cænæ. Præterea hoc sacramentum continet verbum incarnatum realiter, ergo institui non potuit ante incarnationē verbi. ¶ Responsio, dicendum quòd institutio huius sacramenti non debuit, nec potuit fieri ante aduentum Christi propter duas rationes, quas ponit dominus Bonauentura in 4. primo propter rem contentam quæ est corpus Christi verum, quod traxit à virgine, ergo non potuit esse ante quam esset hoc corpus, ergo tantum post aduentum Christi esse potuit. ¶ Secundo propter efficaciam, quæ est charitatis vinculum, quæ in noua lege apparere, & abundare debuit, in anterioribus aut imperfectè possideri, vt ita gradus sit in mundo, sicut in vno homine. ¶ Tertio secundum S. Thom. quia hoc sacramentum continet gratiæ plenitudinē, vnde & Eucha. dicitur quasi bona gratia, sed tempus plenitudinis gratiæ incepit ab incarnatione Christi, ergo ante incarnationem institui non potuit hoc sacramētum. ¶ Ad rationes. Ad primam dicitur, quòd Christus ab origine mundi erat caput iustorum non quasi habens actu cōformitatem in natura cum membris ecclesiæ incarnatione nondum facta, sed solum secundum fidem incarnationem expectantium, & ideo coniunctio corporis Christi ad suum caput pro tempore illo non poterat fieri per aliquod sacramentum realiter continens ipsum caput mem bris cōforme, sed poterat per aliqua sacramenta figurari. ¶ Ad secnndam dicendum, quòd populus Israel erat dilectissimus pro tempore illo comparatione aliorum populorum, qui idolis seruiebant, nō autem comparatione populi noui testamenti, de quo dicitur 1. Petr. secundo. vos estis gens sancta populus acquisitionis, vnde licet illo tempore populus ille esset dilectissimus, non tamen congruebat pro illo tempore institui hoc sacramētum rationibus iam assignatis. ¶ Ad tertiam dicendum quòd quamuis antiqui patres in via essent tendentes ad patriam, non tamen erant in statu perueniendi ante Christi incarnationem, & ideo non competebat pro tempore illo viaticum, esse, quo statim ad patriam, perducimur. ¶ Ad quartam respondet. quòd rat ioilla non procedit, deficit enim in tribus, vt dicit Bonauentura in quarta, quia morbus venialis non est ita periculosus, vt mortalis, secundo per pœnitentiam veniale poterat habere remedium. tertio, quia illud sacramentum non est principaliter contra venialia ordinatum.

Opponit in cōtrarium. Respondet. Bonauent. S. Thomas. Ad primum argu. Ad secūdum. Ad tertium. Ad quartū. Bonauen.

3 **Ad tertium** Sic proceditur. † Et videtur quòd nō debuit institui in cęna, sed magis post passionem institui debuerit, quia hoc sacramentum est in memoriam dominicæ passionis, vt patet primo ad Corin. 11. sed memoria præteritorum est. ergo, & præterita passione Christi institui debuit. ¶ Secundo sic, hoc sacramentum non nisi baptizatis debet dari, sed post Christi passionem baptismus fuit institutus, quando dominus discipulis formam baptizandi dedit. Mat. vlt. ergo & post passionem debuit institui eucha. ¶ Tertio sic. in his quæ sibijnuicem continuè succedunt, vltim. primo debet coniungi primo secundi, sed dominus in cęna voluit ostendere terminationemnouæ legis ad ipsam, vt ex, litera habet ergo debuit post veteris legis & commutationrm cœnam paschalem statim instituere primum sacramentū nouæ legis, & alia per ordinem, & sic post passionem euchari stiam quæ est quasi vltimum. ¶ Quarto arguitur, quòd debuit institui à principio prædicationis Christi sic. Quæ primo capiuntur arctius memoriæ imprimuntur, vt patet de his quæ homo à pueritia capit, sed Deus voluit, quòd sacramentum hoc arctissime memoriæ commendaretur, ergo debuit à principio hoc instituere. ¶ In oppositum est cap. præsens. ¶ Secundo pro hac parte arguitur sic, hoc sacramētum datum est in signum amoris, sed dominus in fine ostēdit specialia signa amoris ad discipulorum consolationē. Ioannis. decimo tertio, cum dilexit suos in finem dilexit eos. sed hoc fuit pro tempore cenæ, ergo illa hora fuit conuenientissima institutionis huius sacramenti. ¶ Tertio sic, hoc sacramentum est cibus reficiens, ergo si tempus institutioni. & institutio debet esse conformis refectioni, videt, quòd debuit institui in hora cenæ. ¶ Quarto hoc sacramentum impletiuū erat eius, quod figuratū erat in agno paschali, ergo si veritas debuit supponi vmbræ, videtur, quòd debuit institui post esum agni, & ita in cæna paschali. ¶ Respondeo dicendum, quòd conuenientissime hoc sacramentum fuit institutum in cæna, in qua. s. Christus cum discipulis vltimo fuit conuersatus, quod Sanctus Thom. ex quarto deducit in tertia parte. Primo quidem ratione continentiæ huius sacramenti. Continetur enim ipse Christus in eucharistia sicut in sacramento, & ideo quādo ipse Christus in propria specie à discipulis discessurus erat in sacramenti specie, seipsum eis reliquit sicut in absentia imperatoris exhibetur veneranda eius imago. vnde Eusebius dicit, quòd quia corpus assumptū ablaturus erat ab oculis, & illaturus syderibus, necesse erat, vt die cęnæ sacramentum corporis, & sanguinis sui consecraret nobis, vt colerētur iugiter per mysterium quod semel offerebatur in prætium. ¶ Secundo, quia sine fide passionis Christi nunquam poterit esse salus, secundum illud ad Rom. 3. quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine eius, & ideo oportuit omni tempore apud homines esse aliquod repræsentatiuum dominicę passionis. Cuius in veteri testamento præcipuum sacramentum fuit agnus paschalis, vnde & apostolus dicit 1. ad Cor. 5. pascha nostrū immolatus est Christus. Successit autem ei in nouo testamento eucharist. sacramentum, quod est rememoratiuū præteritæ passionis, sicut & illud fuit præfiguratiuum futuræ, & ideo conueniens fuit imminente passione celebrato priori sacramento nouum sacramentum instituere. s. eucharistiæ, quod erat rememoratiuum suæ passionis. Et iō dicit Leo papa in sermone de cœna domini, vt vmbræ cederent corpori antiqua obseruantia nouo excluditur sacramento, hostia transit in hostiam, sanguis sanguine aufertur, & legalis festiuitas, dum mutatur impletur. Et Beda, finitis veteris paschæ solennijs transit ad nouum, vt s. pro carne agni, & sanguine sui corporis sanguinisque sacramentum substitueret. ¶ Tertio, quia ea, quæ vltimo dicuntur maxime ab amicis recedentibus magis memoriæ commendantur, præsertim quia tunc magis inflammatur affectus ad amicos. Ea vero, ad quæ magis afficimur, profundius animo imprimūtur, quia igitur, vt Beatus Alexander papa dicit, nihil in sacrificijs maius esse potest, quā corpus, & sanguis Christi, nec vlla oblatio hac potior est, ideo vt in maiori ueneratione haberetur, dominus in vltimo discessu suo à discipulis suis hoc sacramētum instituit. Et hoc est quod August. dicit in libro responsionum ad Ianuarium. Saluator quo vehementius commendaret mysterij illius altitudinem, vltimo hoc voluit infigere cordibus, & memoriæ discipulorum, à quibus per passionem discessurus erat. ¶ Ad rationes. Ad primā dicendum est, quod sacramentum illud fuit institutum in cęna, vt in futurum esset memoriale dominicæ passionis, vnde signanter dicitur Matt. 26. hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis. vnde tunc non erat memoriale, sed instituebatur, vt in memoriam in posterum celebrandum. ¶ Ad secundā respondet. primo negando assumptum, quoniam baptismus etiam ante passionem institutus est quantum ad aliquid. s. in baptismo Christi preterea respondet ordini intētionis, sacramentum enim eucharistiæ quamuis sit posterius in perceptione, est tamen prius in intentione tāquam finis ad quem baptismus disponit, & non debuit prius institui. Non enim, est idem ordo institutionis sacramentorum, & perceptionis. ¶ Ad tertiam dicendum, quòd quamuis hoc sacramētum sit quasi vltimum in perceptione, est tamen primum in intentione, institutio autem ordini intentionis respondet, vt dictum est, & ideo terminatis sacramentis legalibus hoc primo instituendum fuit. ¶ Ad quartam dicendum, quòd ratio illa procedit de illis, quæ à principio quis capere potest, apostoli autem à principio non erant tanti capaces mysterij, & ideo in fine hoc eis proponendum fuit. Et præterea ratio illa procedit de illis, quæ memoriæ imprimuntur propter seipsa, in illis autem, quæ memoriæ imprimit affectio ad dicentem secus est, quia tunc firmius imprimuntur, quando affectionis motus ad dicentem maior sentitur, quanto autem aliquis ad amicum diutius conuersatur, fit maior dilectio, & quando ab amicis separantur, sentitur motus dilectionis feruentior, propter dolorem separationis, & ideo

Primum ar. Secūdum ar. Tertium ar. Quartū ar. Opponit in cōtrarium. Secūda oppo. Tertia opp. Responde. S. Thoma. Eusebius. Beda. Augu. Ad primum argum. Ad secūdum. Ad tertium. Ad quartum.

verba amicorum à nobis recedentium finaliter dicta magis memoriæ imprimuntur.

2 *Conuersio quæsit in sacramento altaris differt ab omnibus alijs naturalibus conuersionibus in quatuor.*



Vere vnica. Sequitur secunda pars principalis huius capituli, in qua dr, quòd hostia, siue hoc sacramẽtum non est æstimandum, siue ponderandum secundum species, quæ videntur modici panis, & modici vini. Nec secundum visum exteriorem, sed secundum fidem, quia credimus verum corpus Christi, & sanguinem in ipso sacramento existere potestate diuina substantiam panis, & vini conuertẽte in substantiam corporis, & sanguinis Christi. Circa hãc partem. Queruntur tria.

1 ¶ Primo vtrum in hoc sacramento substantia panis, & vini conuerti possint in substantiam corporis, & sanguinis domini.

3 ¶ Secundo, vtrum totus panis conuertatur in corpus Christi, an aliquid remaneat, puta, aut materia, aut forma substantialis.

4 ¶ Tertio, vtrum ista conuersio sit subita, vel successiua.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur, quod panis non possit conuerti in corpus Christi nec per consequens vinum in sanguinẽ Christi. Et primo sic. Conuersio est quedam mutatio, sed in omni mutatione oportet esse aliquod subiectum, quod prius est in potentia, & postea in actu, vt. n. dicitur. 3. Physic. motus est actus exeuntis in potentia. Nõ est autem dare aliquod subiectum commune panis & corporis Christi, quia de ratione substantię est, quòd non sit in subiecto, vt dicitur in prędicamentis, ergo non potest esse, quòd tota substantia panis conuertatur in corpus Christi. (Primum ar.) ¶ Secundo sic, forma illius, in quod aliquid cõuertitur de nouo incipit esse in materia eius, ꝙ in ipsum conuertit, sicut cum aer conuertitur in ignem prius existentem. forma. n. ignis incipit de nouo esse in materia aeris, & similiter cum cibus conuertitur in hominem prius non existente forma hominis incipit de nouo esse in materia cibi. Si ergo panis conuertitur in corpus Christi, necesse est, quòd forma corporis Christi de nouo incipiat esse in materia panis, quod est falsum, non ergo panis conuertitur in substantiam corporis Christi. (Secundũ ar.) ¶ Tertio sic. Quæ sunt secundum se diuisa nunquam vnũ eorum fit alterum, sicut albedo nunquam fit nigredo, sed subiectum albedinis fit subiectum nigredinis vt dr in primo physic. sed sicut duæ formæ contrariæ sunt secundum se diuisæ, vt puta principia formalis differentiæ existẽtes. Ita duæ materiæ significatæ sunt secundum se diuisæ vt puta existentes principium materialis diuisionis, ergo non potest esse, quod hæc materia panis fiat hæc materia qua indiuiduatur corpus Christi, & ita non potest esse ꝙ substantia panis conuertatur in substãtiam corporis Christi. (Tertium ar.) ¶ Quarto arguitur. Si panis conuertitur in corpus Christi, aut in corpus quod est, aut in corpus quod non est. Si in ꝙ nõ est, ergo corpus nouum fit. ergo plura corpora sunt. Si conuertitur in corpus quod est, sed quandocunq; aliquid conuertitur in id quod est, augetur, ergo corpus Christi ꝑ conuersionem panis in corpus Christi augebitur. (Quartũ ar.) ¶ Quinto sic, in nullo alio sacramento elementum conuertitur in id, quod significat, sed sufficit illud adesse, ergo videtur, ꝙ simile debet esse in isto sacramento. (Quintũ ar.) ¶ Sexto sic. In nullum corpus conuertitur cibus, nisi quod indiget refectione, sed corpus Christi non est tale, ergo. (Sextum ar.) ¶ In oppositum est capitulum præsens vbi Eusebius dicit. Nouum tibi, & impossibile esse non debet, quod in Christi substantiam terrena, & mortalia conuertuntur. (Opponit in cõtrarium & Respondet.) ¶ Respondeo dicendum, quòd substantia panis potuit diuina virtute conuerti in substantiam corporis Christi, & conuertitur de facto in hoc sacramento. Quæ conclusio probatur sic primo, dicit. n. Damascen. fecit Christus panem, & vinum corpus, & sanguinem suum. Non quoniam ipsum corpus de cœlo descendit, quoniam panis & vinum trãsit in corpus, & sanguinem Christi. (Durandus.) ¶ Præterea ratione sic. Illud, quod nec in se manet, nec annihilatur, oportet quòd in aliquid aliud conuertatur, sed panis non manet in se, nec etiam annihilatur vt supra ead. dist. circa capitulum serpens, dictum est, ergo oportet quòd in aliud conuertatur. ¶ Pro declaratione præsentis materiæ est notandum cum Sanct. Thom. in quarto dis. 11. quòd in mutationibus naturalibus inuenitur aliqua mutatio secundum quam nihil variatur de eo, quod est intraneum rei, sed solum hoc quod est extra, sicut patet in motu locali. (S. Thomas.) Aliqua vero mutatio in qua variatur illud, quod inest rei accidentaliter, scilicet quantitas, vel qualitas vt patet in motu augmenti vel alterationis. Aliqua vero mutatio est, quæ pertingit vsque ad formam substantialem, sicut generatio, & corruptio. Sed naturalis mutatio non potest pertingere vsque ad variationem materiæ, quia operatur ex materia supposita, sicut quodlibet secundum agens operatur suppositis his, quæ sibi data sunt à primo agente, & hæc principia oportet manere in operatione naturæ, vt in primo Physicorum, dicitur. Sicut autem esse compositi quod ex suppositione materiæ natura producit operationi naturæ subijcitur. Ita ipsa materia, quam præsupponit natura subijcitur actioni primi agentis. s. Dei, à quo hoc ipsum factum esse scilicet in potentia quod habet accepit, vnde diuina operatio pertingere potest ad variationem materiæ, vt. s. sicut natura facit hoc totum esse totum, vt ex toto aere totam aquam. Ita Deus facit ex hac materia significata illam, & quia materia significata est indiuiduationis principium non hoc solius Dei operatione fieri potest, vt hoc indiuiduum demonstratum fiat illud indiuiduum demonstratum. Et talis modus conuersionis est in hoc sacramento, quia ex hoc pane fit hoc corpus Christi. Ex quo patet, quòd hæc conuersio differt ab omnibus alijs conuer-
2 sionibus naturalibus in quatuor, † primo in hoc vsque ad materiam pertingit quod in illo non inuenitur. Et quia materia est primum subiectum, & ipsius non est aliud subiectum, ideo secundo differt in hoc, quòd hæc conuersio non habet subiectum sicut ille habent. tertio, quòd in naturalibus conuersionibus conuertitur totum non autem partes essentiales in partes. totus enim aer conuertitur in aquam, sed materia aeris non conuertitur, quia est eadem forma etiam non conuertitur, quia abscedit & alia introducitur. Sed hic, & totum conuertitur in totum, quia panis fit corpus christi, & partes etiam conuertuntur, quia materia panis fit materia corporis Christi, & forma substantialis simpliciter fit illa forma, quæ est corporis Christi. ¶ Quarto quia in naturalibus conuersionibus transmutatur, & id quod conuertitur, & illud in quod conuertitur. Illud quidem, quod in alterum conuertitur semper transmutatur corruptione, sed illud in quod aliquid conuertitur naturaliter, siquidem fit simplex conuersio transmutatur per generationem. Sicut aqua generatur ex aere. Si autem fit conuersio cum additione ad alterum præexistens illud cui additur transmutatur secundum Augustinum, vel saltem per restaurationem deperditi, sicut accidit in nutrimento. Sed hic illud in quod fit conuersio erat præexistens, & non ei additur, quia, vt dictum est illud, quod conuertitur, conuertitur in ipsum, & secundum totum, & secundum omnes partes eius. Vnde hic, hoc etiam in quod terminatur conuersio nullo modo transmutatur, scilicet corpus Christi, sed solum panis qui conuertitur. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum, quòd obiectio illa procedit de mutatione formali, cuiusmodi est conuersio, quæ fit secundum leges naturæ in qua mutatio non attingit nisi vsque ad formam. (Ad primũ argu.) Et quia formæ proprium est, vel in materia, vel in subiecto esse. Ideo in omni tali mutatione oportet esse aliquod subiectum, quod prius est in potentia, & postea in actu. Non autem habet locum in conuersione totius substantiæ. Vnde cum hæc conuersio substantialis non ponat aliquem actum imperfectum, sed solum successionem, similiter ordinem quendã substantiarum quarum vna conuertitur in aliam & successio sit in succedentibus sibi, sicut & ordo in ordinatis, & sic est in subiecto in vtraque substantia sicut & ordo, verum ista relatio ordinis successionis secundum rem quidem est in ipso pane, qui mutatur. In corpore autem Christi vero secundum rationem tantum, quia ipsum immutatum manet. ¶ Ad secundam dicendum sicut dictum est ad primam quòd illa obiectio procedit de cõuersione formali seu mutatione, quia oportet sicut dictũ est formã esse in materia, vel subiecto. (Ad sc̃dm.) Non aũt habet locũ in cõuersione totius substãtiæ, cuius nõ est accipere aliqđ subiectũ. ¶ Ad tertiã dicẽdũ, ꝙ virtute agentis finiti (Ad tertium)

tis finiti non pōt forma in formam mutari nec materia in materiam. Sed virtute agentis infiniti quod habet actionem in totū ens, potest talis conuersio fieri, quia vtriq; formę & vtrique materiæ est cōis natura entis, & id quod est entitatis in vna potest author entis conuertere in id, quod est entitatis in altera, sublato eo per quod ab illo distinguebatur.

Ad quartum

¶ Ad quartam respondetur, quod conuersio est in corpus quod est. Nec propter hoc sequitur aliquod augmentum in corpore, quia totum mirabiliter conuertitur in totum, propter quod aliquod nouum corpus non fit ibi, nec maius. Ratio autem procedit de naturalibus mutationibus, in quibus pars in partem conuertitur.

Hug. de sancto victore

Vnde Hugo de sancto victore. Nequaquam essentia essentiæ in augmentum accedit, nec dicimus quasi nostrum corpus subito factum de mutata essentia, sed in ipsum corpus verum mutatam essentiam.

Ad quītum

¶ Ad quintam respondetur, non est simile, sed secus est de hoc sacramento, & alijs. Hoc enim sacramentum consecratur, vt assumatur in cibum. s. spiritualem, propter quod congruit, quòd nihil sit ibi carnale. Non sic est de alijs sacramentis, quæ corporali, & materiali operatione ministrantur, sicut baptisma ablutione corporali, & confirmatio vnctione.

Ad sextum

¶ Ad sextam respondetur, quòd panis non conuertitur in corpus Christi sicut cibus in cibale, nec ei vnitur, nec fit panis conuersio sicut solet fieri de cibo, sed virtute diuina totum in totum conuertitur. Vnde Hu. Conuersio ipsa non secundum vnionem sed secundum transitionem fit.

3 Ad secundum Sic proceditur. †Et videtur, quod facta consecratione maneat in hoc sacramento forma substantialis panis.

Primum ar.

¶ Et primo sic. dictum est enim supra, quòd facta consecratione remaneant accidentia, sed cum panis sit quoddam artificiale, & forma eius est accidens, ergo remanet facta cōsecratione.

Scd̄m arg.

¶ Secundo forma corporis est anima. dicitur enim secundo de anima, quòd anima est actus corporis physici potentia vitam habentis, sed non potest esse quòd forma substantialis panis conuertatur in animam, ergo videtur, quòd remaneat facta consecratione.

Tertium ar.

¶ Tertio sic, propria operatio rei sequitur formam substātialem eius, sed illud quod remanet in hoc sacramento nutrit, & oēm operationē facit, q̄ faceret panis existens, ergo forma substantialis panis remanet in hoc sacramento facta consecratione.

Quartū ar.

¶ Quarto sic arguit, quod remaneat materia quando extrema mutationis communicant in aliquo, vno, illud vnum manet in tota transmutatione, sicut patet in elementis habentibus simbolum, sed panis & corpus Christi communicant in materia, ergo materia manet in transmutatione facta.

Opponit in cōtrarium

¶ In oppositum arguitur ex capitulo pręsenti, vbi Eusebius. Inuisibilis sacerdos visibiles creaturas conuertit in substantiam corporis sui, & sanguinis, ergo videtur, quòd totus panis quantum ad substantiam, & materiam conuertatur in corpus Christi.

Scd̄a oppo.

¶ Præterea forma substantialis panis est de substantia panis, sed substantia panis conuertitur in corpus Christi, ergo forma substantialis panis non manet facta consecratione.

Respondet

¶ Respondeo dicendum, quòd quidam errātes circa hoc sacramentum ponebant, quòd non totus panis conuerteretur in substantiam corporis Christi, sed quòd aliqua pars essentialis remaneret, eo enim quòd accidentia remaneant secundum essentiam, & secundum operationem, fuerunt

Prima opi.

quidam, qui dixerunt, quòd remanet materia, quæ illa sustentat, & transit forma.

Cōtra prædictam opi.

Sed hoc nihil est, quia materia nō est apta sustinere formas accidentales nec esse in actu, nisi formæ coniunctæ.

Scd̄a opi.

¶ Alij videntes, quòd accidentia habent operationem, & omnis operatio ortum habet à forma substantiali, dixerunt, quòd transit materia, & remanet forma.

Cōtra secūdam opin.

Sed hoc esse non potest triplici ratione Primo quidem, quia si forma substantialis remaneret, nihil de pane conuerteretur in corpus Christi, nisi sola materia, & ita sequeretur, quòd non conuerteretur in corpus Christi totum, sed in eius materiam, quod repugnat formæ sacramenti, qua dicitur, hoc est corpus meum. ¶ Secundo quia si forma substantialis panis remaneret. Aut remaneret in materia, aut in materia separata, primum autem esse non potest, quia si forma substantialis remaneret in materia panis, tunc tota substantia panis remaneret, quod est contra prædicta. In alia autem materia remanere non posset, quia propria forma non est nisi in propria materia. Si autem remaneret à materia separata, iam esset forma intelligibilis actu, & etiam intellectu. Nam omnes formæ à materia separatæ sunt tales. ¶ Tertio esset inconueniens huic sacramento. Nam accidentia panis in hoc sacramento remanent, vt sub eis videatur corpus Christi non autem sub propria specie. Vnde species illæ cum habeant rationem sacramenti immediate, ducunt in corpus Christi, hoc autem non facerent, sed magis in formam substantialem, si forma substantialis ibi maneret, & ita deperiret aliquid significationis sacramenti. Dicendum est ergo, quòd neque materia panis neque forma substantialis eius facta consecratione manent in sacramento, sed totus panis conuertitur in substantiam corporis Christi.

Ad primum argu.

¶ Ad rationes ergo dicendum. Ad primam respondetur negando, dicitur enim, quod nihil prohibet arte fieri aliquid cuius forma non est accidens, sed forma substantialis. Sicut arte possunt produci ranæ, & serpentes, talem enim formam non producit ars virtute propria, sed virtute naturalium principiorum, & hoc modo producit formam substantialem panis ars mediante virtute ignis decoquentis materiam ex farina, & aqua confectam, quo vtitur sicut instrumento, sicut etiam patet in multis alijs, sicut quòd aquam conuertit in vaporem, & aerem in ignem mediante igne.

Ad secūm.

¶ Ad secundam dicendum, quòd anima est forma corporis dans ei totum ordinem esse perfecti. s. esse, & esse perfectū corporeum, & animatum, & sic de alijs, conuertitur, ergo forma panis in forma corporis Christi, secundum quod dat esse corporeum, non autem secundum quod dat esse animatum tali anima.

Ad tertium

¶ Ad tertiam dicendum, quod operationum panis quædam sequuntur ipsum ratione accidentium, sicut immutare sensum, & tales operationes inueniuntur in speciebus panis post consecrationem propter ipsa accidentia, quæ remanent. Quædam autem operationes consequuntur panē, vel ratione materiæ, sicut quòd conuertitur in aliquid, vel ratione formę substantialis, sicut est operatio consequens speciem eius, puta quòd confirmat cor hominis, & tales operationes inueniuntur in hoc sacramento non propter formam, vel materiam, quæ remanet, sed quia miraculosè conseruantur in ipsis accidentibus.

Ad quartū

¶ Ad quartam dicendum, quòd illud est verum in transmutatione naturali, non autem in ista supernaturali, in qua totum conuertitur in terminum conuersionis, sicut est hic, vbi tota substantia panis conuertitur in totam substantiam corporis Christi, & tota substantia vini in totam substantiam sanguinis Christi. Vnde hæc conuersio non est formalis, sed substantialis, nec continetur inter species motus naturalis, sed proprio nomine potest dici transsubstantiatio.

4 Ad tertium sic proceditur, †Et videtur, quòd ista conuersio non fiat in instanti sed fiat successiue.

Primum ar.

¶ Et primo sic. In hac conuersione prius est substantia panis, & postea substantia corporis Christi. non ergo vtrunque est in eodem instanti, sed in duobus instantibus, sed inter quælibet duo instantia est tempus mediū, ergo oportet quòd hęc conuersio fiat secundum successionem temporis, quod est inter vltimum instans, quo est ibi panis, & primum instans, quo est ibi corpus Christi.

Scd̄m ar.

¶ Secundo sic. In omni conuersione est fieri, & factum esse, sed hæc duo non sunt simul, quia quod fit non est, quod autem factum est, est, ergo in hac conuersione est prius, & posterius, & ita oportet, quòd non sit instantanea, sed successiua.

Tertium ar.

¶ Tertio Ambrosius dicit in libro de sacramentis, quòd illud sacramentum Christi sermone conficitur, sed sermo Christi successiue profertur, ergo hæc conuersio fit successiue.

Opponit in cōtrarium.

¶ In oppositum est capitulum præsens, in quo dicitur, quod virtute Dei fit hæc conuersio, tunc sic arguitur. Virtus infinita operatur subito, ergo conuersio ista subito facta est. ¶ Secundo sic. In omni successiua mutatione prius est aliquid in medio, quam in termino, sed in hac conuersione non est inuenire aliquid medium inter substantiam panis, & corpus Christi, ergo non est ibi successiua conuersio.

Respondet

¶ Respondeo dicendum, quòd cōuersio prædicta fit in instanti. Pro cuius declaratione est notandum cum S. Tho in 3. parte, quòd

S. Thoma.

aliqua mutatio est instantanea triplici ratione: Vno quidem modo ex parte formæ, quæ est terminus mutationis. Si enim sit aliqua forma, quæ recipiat magis, aut minus successiue

successiue acquiritur in subiecto, sicut sanitas, & ideo quia forma substantialis non recipit magis, & minus inde est, quod subito fit eius introductio in materiā. Alio modo ex parte subiecti, quod quandoque successiue præparatur ad susceptionem formæ, & ideo aqua successiue calescit. Quando vero subiectum est in vltima dispositione ad formam, subito recipit ipsam, sicut diaphanum subito illuminatur. ¶ Tertio ex parte agentis quod est infinitæ virtutis, vnde statim potest materiam ad formam disponere, sicut Mar. 7. dr̄, quòd cum Christus dixisset effecta quod est adaperire, statim apertæ sunt aures hominis, & solutum est vinculum linguę eius. Ex his tribus rationibus patet, quòd hæc conuersio est instantanea. Primo quidem quia substantia corporis Christi ad quam terminatur ista conuersio non suscipit magis, nec minus. secundo quia in hac conuersione nō est aliquod subiectum, quod successiuè preparetur. Tertio, quia agitur de Dei virtute infinita. ¶ Ad rationes. Ad primam dr̄, quòd quidam non simpliciter concedunt, quòd inter quælibet duo instantia sit tempus medium, dicunt. n. quòd hoc habet locum in duobus instantibus, qui referuntur ad eundē motū. Nō aūt in duobus instātib. qui referuntur ad diuersa. Vnde inter instans, quod mensurat finem quietis, & aliud instans quod mensurat principium motus non est tempus medium. Sed in hoc decipiuntur, quia vnitas temporis, & instantis, vel etiam pluralitas eorum non accipitur secundum quoscunque motus, sed sm̄ primum motum cœli, qui est mensura omnis motus, & quietis. Et ideo alij hoc concedunt in tempore, quod mensurat motum dependentem ex motu cœli. Sunt autem quidam motus ex motu cœli non dependentes nec ab eo mēsurati sicut est de motibus Angelorū. Vnde inter illa duo instantia illis motibus respondentia non est tempus medium. Sed hoc non habet locum in proposito, quia quamuis ista conuersio secūdū se non habeat ordinem ad motum celi, consequitur tamen prolationem verborum, quā necesse est motu cœli mensurari, & ideo necesse est inter quælibet duo instantia circa istam conuersionem signata esse tempus medium. Quidam ergo dicunt, quòd instans in quo est panis, & instans in quo est corpus Christi, sunt quidem duo per cōparationē ad mensuratā, sed sunt unū per comparationem ad tempus mensurans, sicut cum duæ lineæ se contingunt sunt duo puncta ex parte duarum linearum, vnum autem punctum ex parte lineæ continentis. Sed hoc non est simile, quia instans & tempus particularibus motibus non est mensura intrinseca, sicut linea, & punctus corporibus, sed solum extrinseca sicut corporib. locus. Vnde alij dicunt, quòd est idem instans re, sed aliud ratione. Sed secundum hoc sequeretur, quòd realiter opposita essent simul. nam diuersitas rationis non variat aliquid ex parte rei. Et ideo dicendum est, quod hæc conuersio sicut dictum est perficitur per verba Christi, quæ à sacerdote proferuntur, ita quòd vltimum instans prolationis verborum est primum instans, in quo est in sacramento corpus Christi. In toto autem tempore præcedente est ibi substantia panis, cuius temporis non est accipere aliquod instans proximo præcedens vltimum, quia tempus non est compositum ex instantibus consequenter se habentibus, vt probatur in sexto physicor. Et ideo est quidem dare instans, in quo est corpus Christi, non est autem dare vltimum instans in quo sit substantia panis, sed est dare vltimum tempus, idem est in mutationibus naturalibus, vt patet per philosophum octauo physicor. ¶ Ad secundam dicendum, quòd in mutationibus instantaneis simul est fieri, & factum esse, sicut simul est illuminari, & illuminatum esse. Dicitur enim in talibus factum esse secundum quòd iam est, fieri autem secundum quòd ante non fuit. ¶ Ad tertiam dicendum, quòd ista conuersio (sicut dictum est) in vltimo instanti prolationis verborum, tunc enim completur verborum significatio, quæ est efficax in sacramentorum formis, & ideo non sequitur, quòd ista conuersio fit successiua. Lege. ¶ [Quia corpus] causis institutionis die cęnæ assignatis dicit [quia corpus syderibus]. s. super omnes cœlos. ad Ephesi. quarto. Ascendit super omnes cœlos, vt adimpleret omnia. [Necessariū]. i. vtile & congruum. Hu. [consecraret] consecrando institueret [per mysteriū]. i. per sacr̄m sub velamine sp̄erum panis & vini. [Quod semel offerebatur in prætium]. s. redemptionis nostræ secundum illud apostoli, Empti. n. estis pretio magno

Ad primū argu.

Ad secūm.

Ad tertium

Exponit literam.

1. ad Cor. 6. [vt quia] assignat causam [indefessa]. i. indeficiens, non remissa, non interpolata [. [Currebat] salutis beneficium hoībus tribuendo. Redemptio ipsa dr̄ autem currere quia indeficienter, & celeriter eius virtus currit in homines, qui cupiunt eius participes esse. psalm. 147. velociter currit sermo eius. i. virtus eius. Deus. n. pro sua bonitate paratior est ac promptior nobis gratiam largiri, quam nos sumus ad recipiendum. [Ipsa viueret]. i. vt tanti beneficij memoria semper apud homines maneret [& semper præsens esset in gratia]. s. remissionis peccatorum [vel in gratia]. i. in gratiarum actione pro tanto beneficio. Assignat hic glossa tres rationes propter quas institutum sit hoc sacramentum. s. propter humiliationem, eruditionē, & exercitationem. Sed salua reuerentia glossatoris licet istæ causæ assignentur à doctoribus, & nos posuerimus supra eod. dist. circa capitulum signum, pro ratione assignanda, quare sacramenta in communi sint instituta, non tamē sunt causæ propter quas hoc sacramentum eucharistiæ in particulari sit institutum, sed ille quas iam assignauimus circa principium huius capituli. [Vere vnica.] Sequitur secunda pars, in qua dr̄, quod hostia non est retinenda siue ponderanda secundum speciem quæ videtur modici panis, & modici vini. [Nec exteriori censenda est visu] qui solum de sensibilibus iudicat. [Sed fide] qua recipimus verum corpus Christi, & sanguinem in ipso sacramento veraciter existere. [& interiori affectu]. i. intellectu illuminato per fidem. Inducit autem ad hoc Christi testimoniū. Secundo quandam similitudinem de testimonio dicit. [Caro mea] Ioann. 6. [Sacerdos]. s. Christus [inuisibilis] nunc nobis in propria specie [creaturas]. s. panis, & vini [verbo suo secreta potestate conuertit] dicens Matth. 26. & Lucæ 22. Sanctificatione. i. consecratione [vini]. i. verbis quibus vinum consecratur. [repetita.] Improprie dictum est. i. adiecta. Non. n. repetitur eadem forma, quoniam alia ea forma consecrationis calicis. vt. ỹ. ostendetur circa capitulum panis. [Excelsa] intransitiue. i. excelsi cœli [seruit]. i. sequitur, q. d. iubet, & factum est. dicit. n. & facta sunt in psalm. 31. [Conuertuntur]. Quod autem dicit hic Hug. & similiter Ioann. in glossa, quòd hoc verbum conuertitur, & omnia similia, vt puta cum dr̄ panis conuertitur, mutatur, transsubstantiatur, vel transit exponenda sunt sic. i. corpus Christi incipit esse, & latere sub specie illa, sub qua nō erat ante consecrationem, non est bene dictum, quoniam proprie dr̄, quòd panis conuertitur in corpus Christi, & transsubstantiatur, & necesse est dicere, vt monstrauimus circa capitulum immediate præcedens, quoniam cum in hoc sacramento substantia panis non annihiletur, nec resoluatur in præiacentem materiam nec manet in se, necessario sequitur, quòd conuertitur in corpus Christi, sicut ēt authoritates sanctorū apertissime dicunt. Præterea si substantia panis non conuerteretur in substantiam corporis Christi veraciter, non posset hic realiter corpus Christi esse, nec latere nouiter sub speciebus istis, quoniam impossibile est aliquid esse nunc, vbi prius non fuerit nihil ipso mutato vel aliquo in ipsum. Nec posset etiam, vt dicit S. Thom. in 4. dist. 11. per miraculum fieri sicut supra notatum est. Vtrum autem istæ propositiones. Panis fit corpus Christi, vel quòd fuit panis, est corpus Christi, sint ꝓprię, & concedendæ dicemus inferius circa capitulum. Nos autem, & cap. Panis est in altari ead. dist. quia in illis locis videtur magis ad propositum loqui de his propter dicta sanctorum patrum, qui talibus vsi leguntur propositionibus. [Interroga]. i. sume exemplum de teipso [alienus] alienatus à via dr̄, ad Ephesi. 4. [Mortuus.] ad Ephe. 2. cum essemus mortui delictis. ad Coloss. 3. mortui. n. estis, & vita vestra & cætera [Initiatus. i. imbutus [legibus]. i. fidei Christi documentis. [mysterijs]. i. sacramentis. [innouatus]. i. sanctificatus. Colossen. 3. Induentes nouum hominem, qui renouatur in agnitione filij Dei. [In corpus ecclesiæ] primo Corinth. 12. Omnes vos in vnum corpus baptizati estis. [Adoptiuus]. i. per gratiam adoptionis cum primo fuisses filius irę, ad Ephesi. 2. & infra dist. quarta præmissiuè. [Meruisti]. i. dignus fuisti, ad Roman. 8. quicunque spū Dei aguntur hi filij Dei sunt. [Augmento.] ad Ephesior. 2. crescit in templum sanctum in domino. Item veritatem Dei facientes in charitate crescamus, ad Ephesi. 4. & 2. Pet. 3. Crescite in gratia in agnitione Dei. [formatus est] ad Gala. 4. donec formetur Christus in vobis. [vilitate] Hiere. 3. quam

Contra gl.

Cōtra Hu. & Innoc.

S. Tho.

quam vilis facta es. & Trenorum. 1. Vide domine, & considera, quam vilis facta sum [nouam indutus.] Induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate. ad Ephe. 4. [læla] psalm. 50. Miserere mei domine quoniam infirmus sum, sana me domine quoniam conturbata sunt omnia ossa mea. [infecta] Esa. 44. terra infecta est abominationibus. [immaculata]. i. intus vel valde maculata turpitudine peccatorum. Hiere. 2. Maculata es iniquitate tua. [Non oculis]. s. corporalibus, sed sensibus tuis interioris hoīs. s. credita, quasi dicat, sicut hęc non vides, & credis, & intelligis ita esse. [Ita & cum reuerendum &c. interioris.] Non remouet sacramētalem sumptionem, sed præfert spiritualem, quia hæc non valet sine illa, sed illa sæpe valet sine ista vt infra e. di. c. vt quid.

2 *Memorialis passionis Christi ratio colligitur ex quatuor.*
3 *Memoriale passionis Christi triplex habemus.*
5 *Vnio potest esse dupliciter in corpore mystico.*



QVia passus. Sequitur secundum capitulum eiusdem partis. In quo magister Gratianus ex authoritate Bea. Cypriani duas principales habet conclusiones. Prima, ꝙ in memoria passionis Christi hoc sacramentum institutum est, & hæc est prima pars huius cap. Secunda conclusio, quod per huiusmodi sacramēti dignam perceptionem nos efficimur corpus eius spūale. secunda ibi. Nam & nos, Et hoc diuiditur in tres partes. In prima docet quadam similitudine, quomodo per hoc sacramētum efficimur corpus Christi mysticum. Secundo ex hoc elicit corrollariē, ꝙ hæretici, & schismatici, quia diuisionē in ecclesia quærunt, accipiētes hoc sacramentum testimonium accipiunt contra se dānationis. Tertio, qualiter effectus huiusmodi sacramenti percipiatur etiam in baptismo ante susceptionem actualem huius sacramenti. secūda ibi, hæretici ergo. tertia. ibi, Nulli aliquatenus Pro ampliori intelligentia huius capituli quæruntur hic duo. Diuisio

1 ¶ Primo, vtrum sacramentum conuenienter dicatur hoc institutum in memoriam passionis Christi.

2 ¶ Secundo, vtrum per hoc sacramentum efficiantur illud digne sumentes corpus Christi mysticum. sicut litera dr̄.

1 Ad primum Sic proceditur. †Et videtur ꝙ hoc, sacramentum non sit conueniente institutum in memoriam passionis Christi. ¶ Et primo sic. Quoniam si ita esset materia huius sacramenti debuit esse quæ magis competeret significationi ipsius passionis. sed hoc magis facit caro quam panis, cum maiorem cōuenientiam habeat cum ea, sed hoc sacramentum non est institutum in spē carnis. ergo non conuenienter dr̄, ꝙ sit memoriale passionis Christi. ¶ Secundo sic. Panis licet ducat in memoriam passionis corporis Christi, hoc facit absolute illius gerens similitudinem, quod sicut panis reficit corporaliter, ita corpus Christi in hoc sacramento spūaliter reficit, & ita non ducit in memoriam passionis Christi vt passus est, ergo vel panis non debuit esse materia huius sacramenti, vel hoc sacrm̄ non est institutū in memoriā passionis Christi. ¶ Tertio sic. Si hoc sacrm̄ fuisset institutū in memoriā passionis Christi, cū memoria sit pręteritorū consummata passione fuisset institutū, & non ante. sed hoc factum non est. ergo videtur, quod non sit hoc sacramentum memoriale passionis Xpi. ¶ In oppositum est te. præsentis c. ¶ Respondeo dicendum, quod hoc sacramentum veraciter, & conuenientissime institutum est in memoriam passionis Christi. Vnde ipse Christus Matth. 26. & Lucæ 22. ait discipulis suis. Hoc facite in meam commemorationem. Et 1. ad Cor. 11. Quotiescunque feceritis in mei commemorationem facietis. Vbi notādum† ꝙ ratio, & conuenientia huius memorialis passionis Christi colligitur ex quatuor. ¶ Primo ex parte fidei sic, quia cum sine fide passionis Christi nunquam potuerit esse salus secundum illud ad Rom. 3. quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius oportuit omni tēpore apud homines esse aliquid repræsentatiuum dominicæ passionis, cuius in veteri quidem testamento præcipuum signum siue sacramentum agnus paschalis erat. Vnde, & apostolus dr̄ 1. ad Cor. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus. Cui successit in nouo testamento sacramentum
Primum ar.
Secundum argu.
tertium ar.
Opponit & Respondet.
2

eucharistiæ, vt ergo apud fideles iugis, & immortalis fidei passionis suæ sacratissimæ memoria persisteret, hoc ineffabile sacramentum in eius memoriale perenne instituendum disposuit. ¶ Secundo ex parte charitatis ostenditur sic. Necessarium quidem fuit, vt nobis relinqueretur memoriale illius eximiæ charitatis, quam Christus in sua passione monstrauit, qua nulla maior. Maiorem charitatem hac nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis
3 suis. Notat autem dominus Bonauentura in 4. d. 12. † ꝙ triplex habemus memoriale passionis Christi. s. in scripto, in verbo, & in facto. In scripto, vt qn̄ illud describit, vel narratur per scriptum, vel imaginibus exprimitur & hoc est memoriale quasi mortuū, & habet fieri ad visum, qui apprehendit magis de longinquo. In verbo, vtpote, cū qs verbotenus narrat passionē Christi, & illud partim est viuum, & partim est mortuū. Viuū est in cordibus bonorū pdicatorū, sed mortuū in cordibus tepidorū, & malorū, vel viuū in cordibus, & cogitatione. Non viuum in voce, & hoc est audiendū. auditus aūt nō ita apprehēdit de longinquo. In sacro vere est memoriale cū ipsū corpus significatur, & continetur in specie panis, & sanguis in spē vini, & hoc est memoriale viuum, qa ipse Xp̄s seipsum ibi p bet offerens nobis corpus, quod pro nobis fuit occisum, & sanguinē, qui pro nobis fuit effusus, & hoc est ad gustū qui de proximo apprehendit. vt iam non ex speculatione sed quadam experientia passionis eius memores simus. Si ergo accendit affectum nostrum passio descripta, & amplius feruēter prædicata multo magis afficere, & inflammare debet in hoc sacramento expressa. Conuenientissime ergo in memoriam immensæ charitatis quam nobis Christus in sua passione ostendit hoc sacramentum institutum est, vt quoties illud sumpserimus amicitias eius suauissimas, & ineffabilem charitatem memorātes ipsius amoris flamma succendamur. quare Threnorum 3. dr̄. recordare paupertatis meæ trāsgressionis absinthij, & fellis. Et respondet propheta memoria memor ero, & tabescet in me anima mea. i. terrestre aqueum siue carnale quod fuerit in ea consumetur à flamma amoris tui incensi in me per memoriam, & meditationem passionis tuæ. ¶ Tertio colligitur ista conuenientia ex parte exēplaris doctrinæ in Christi passione nobis ostensę. decuit plane, vt aliqđ nobis memoriale Christus relinqueret doctrinæ suæ salutaris, quam in crucis suæ cathedra magister bonus perdocuit. de quo apostolus primæ Petri. 2. Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius patiētiæ. s. & humilitatis, charitatis, & sanctimoniæ. ¶ Quarto ex parte beneficij quod ex passione Christi consecuti sumus, liberati. n. sumus per passionem suam à peccati, & a potestate dæmonum, & à pœna damnationis æternæ. Reconciliati autem sumus æternæ vitæ per mortem eius. ad Roma. 5. Non. n. decebat, vt tanti beneficij nō remaneret apud nos iugis memoria, imo decentissimum erat. vnde Ecclesia. 19. gratiam fideiussoris tui ne obliuiscaris. posuit. n. animam suam pro te. Bernardus ad fratres de monte Dei, scit quicunque habet sensum Christi, quantum Christianæ pietati decens, & vtile sit vna saltem hora diei recolere beneficium dominicæ passionis, & nostræ redemptionis memoriam. ¶ Ad rōnes. Ad primam dicendum, quod hoc sacramentum licet in memoriā passionis sit institutum, quia tamen visus eius debuit esse per modum cibi, & potus, & hæc duo panis, & vinum conueniuntius in vsum fidelium veniunt, conuenientius in panis & vini hac materia hoc sacramentum est institutum. Caro autem quia de sui rōne non dr̄ aliquid ordinatum in cibum sed quandam rem naturæ. Non ita competenter caro animal significaret carnem Chr̄i, vt est cibus secundum, quod in hoc sacramento cōtinetur sicut panis, qui ad hoc confectus est, vt sit cibus. Præterea panis, & vinū repræsentat per ea quæ præcesserunt in eis ipsam passionem Christi. Nam grana in area conculcantur, & panis in fornace decoquitur, & vinum in torculari exprimitur, quæ omnia competunt ad repręsentandum passionem Christi.
Benard.
Ad primum argu.

¶ Ad secundam dicendum, quod licet panis in se in memoriam non ducat corporis Christi, absolute tamen per ea, quæ pręcesserunt ducit in memoriā corporis Christi passi, sicut dictum est. s. in conculcatione in area, & decoctione in fornace, & per ea, quæ sequuntur. s. per fractionem, & comestionem significat corpus expositum morti, & pœnis
Ad secūdum.

& pœnis afflictum. Vnde Hiere. 11. Mittamus lignum in panem.i.in corpus, eius & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius memoretur amplius, passio.n. Christi comestioni comparatur propter vehementiam penæ, & multiplicem comminutionem. vnde in psalm. Zelus domus tuæ comedit me. glo.i. fuit mihi causa mortis. ¶ Ad tertiam dicendum negando consequentiam, quia licet ꝓ tempore institutionis sacramentum hoc non esset memoriale pro tunc passionis Christi, quia nondum erat institutum, tamen fuit, vt in posterum in memoriam passionis Christi celebraretur.

Ad tertium

4 Ad secundum Sic procedit. †Et videtur, quod sumentes hoc sacramentum nō efficiatur per hoc corpus Christi mysticum. ¶ Primo sic. Corpus mysticum præcedit hoc sacramentum, ergo non est effectus illius. consequentia patet. antecedēs probatur per illud Augustin. in epistola ad Renatum. Quis offerat corpus Christi nisi pro his, qui sunt membra Christi, ergo cum hoc sacramentum non habeat efficaciam, nisi in membris Christi non videtur esse effectus huius sacramēti facere membra Christi. ¶ Secundo ad eūdem effectum non ordinantur diuersa sacramenta, sed vt in litera dr̄. Incorporatur quis corpori Christi per baptismum. ergo nō efficimur per eucharistiam corpus xp̄i mysticum. ¶ Tertio. Si per hoc sacramentum corpus Xp̄i mysticum facti sumus, vt dr̄ textus præsens, quo accepimus nos sumus, sequitur ꝙ nos sp̄ualiter nosipsos manducamus sed hoc nō videtur dicendum, ergo nec illud ex quo sequitur. ¶ In oppositum est textus præsens. Respondeo dicendum, quod verum est quod hic dr̄ ab August. dum tamen bn̄ intelligatur. corpus autem mysticum non dr̄ effectus sacramenti huius rōne partium, sed rōne vnionis. Vnio.n. est effect⁹ proprius huius sacramenti. Sensus ergo est per hoc sacramentum efficimur corpus Christi mysticum.i. consequimur vnionem per quam Xp̄o tanquam capiti, & cæteris fidelibus tanquam membris corporis Xp̄i mystici vtimur, & compaginamur in vnum corpus. ¶ Ad rationes. ad primam dicendum vt dr̄ Bonauentura in 4. †ꝙ vnio in corpore mystico potest esse dupliciter, vel ab vnitate virtutū cōpingentium, vel à gratia sacramentali secundum quam digne communicantes Xp̄o magis incorporantur, & sic, per consequens magis adinuicem vniuntur, prima præcedit, & non res huius sacramenti. Secundo vnio sequitur, & est effectus eius. vel dicendum secundum S. Th. ꝙ perceptio eucharistiæ præsupponit incorporationem absolute, quia capitis virtus nō communicatur membro, nisi vnito. Sed per eucharistiam est perfecta influētia à capite in mebra, & quātum ad hanc perfectionē incorporatio est effectus eucharistiæ. ¶ Ad secundam dicēdum, vt dr̄ magister Alexander de Hal. in 4. ꝙ est incorporatio per similitudinem effectus ad causam siue principiū, & hoc modo incorporatio proprie est effectus eucharistiæ. Est etiam icorporatio per gratiam gratum faciētem, quę datur in baptismo, & secundum hoc est effectus baptismi propter ipsam gratiam. ¶ Ad tertiam respondetur, quod vt dr̄ S. Tho. in 4. d. 9. in quæstionib. literalibus, quod nos non dicimur corpus Xp̄i effici, nisi rōne vnionis, quam quia manducando sp̄ualiter acquirimus, dicimur suscipere id, quod sumus, & hoc modo non est inconueniens dicere, & concedere, ꝙ nos sp̄ualiter nosmetipsos.i. ipsam vnionem manducamus. Cum quo concordat dominus Bonauentura in 4. ea. dist. in quæstionibus literalibus ēt, vbi ad præfatum argumentum respondet dicendo, quod nos sumus res huius sacramenti. Non simpliciter sed inquantum sumus membra, siue inquantum sumus vniti ipsi capiti. Vnde hoc sacramentum illud significat vnionem corporis Christi per comparationem membrorum adinuicem, & ad caput, quando ergo nos sibi vnit facit nos.i. vnionem ipsam rem huius sacri, quasi rem nobis huius sacramenti tribuit, q̄ vna quotidie ī nobis crescit, & melioratꝰ secundum quod deuotius sacramentū suscipimus. Le. ¶ [Quia passus].i. in commemorationem suæ passionis. [Commendauit].i. consecrauit, & instituit in posterum cōsecrandū. [In isto sacramento].i. sub sp̄e panis & vini. Hugu. [Quod & facit nosmetipsos] quod. s. corpus sp̄uale suum, qđ ibi significatum est per corpus suum verum, & contentum. In isto sacramento. Relatio simplex est non personalis. Nam refertur ad corpus mysticum, quod est ecclesia, & non ad

Primum ar.

Scd̄m arg.

Tertium ar.

Opponit & Respondet.

Ad primum argum. Bonauent. 5

S. Thomas.

Ad scd̄m. Ale. de Halis

Ad tertium S. Thoma.

Bonauent.

Exponit literam.

corpus Xp̄i verum Hugu. [fecit nosmetipsos]. s. membra corporis Christi effectus huius sacramenti est vnitas fidelium. vnde sequitur. [Nam & nos corpus ipsius facti sumus.] Non quidem corpus quod de virgine sumptum est, quod in sacramento continetur sub speciebus panis, & vini, sed corpus eius sp̄uale, quod est vnitas fidelium. Et hoc ēt dicimur effici per hoc sacramentum iuxta explanata in quæstione, quia per hoc sacramentum tribuitur digne sumentibus vnio, quasi ipsi inter se, & capiti suo Christo vniantur. [Et per misericordiam].i. per gratiam, & non per merita nostra. [Quod accepimus nos sumus nō simpl'r] quia nos non sumus illa, vnio sed inquantum sum⁹ vniti Xp̄o. vnde quia istam vnionem manducando hoc sacramentum sp̄ualiter acquirimus, dicimur esse, id quod accepimus, & sic dr̄ S. Thom. [Recordamini.] Inducit similitudinem. [Non fuistis]. s. aliquando, [creati].i. facti, & nati de carne. [ad arcam].i. ecclesiam. Matth. 3. permundabit aream suam. glo. præsentem ecclesiam. [comportati] s. efficeremini membra ecclesiæ. [laboribus.].i. doctrinis, & prædicationibus prædicatorum. [triturati].i. à malis separati. [quando cathecumini].i. in fide instruendi. [In horreo].i. ecclesia. [nomina.] Aliquando sic, fiebat hodie non infra d. 4. baptizandi 2. q. 1. legum. [moli].i. affligi. ¶ Sed contra Ambrosius dr̄. Sine pnīa sunt dona Dei. vt infra d. 4. c. sine pnīa. ¶ Respōdetur quod illud ītelligitur de pnīa siue afflictione exteriori. Non autem de interiori, qa nulli dandum est sacramentum baptismi, in quo conuersionis interioris non apparuerit aliquod signum. vnde August. in libro de pnīa. & habetur infra d. 4. Nemo suæ voluntatis arbitrio constitutus potest nouam vitam inchoare nisi eum veteris vitæ pœniteat, vel dicendo quod afflictio ieiuniorum aliquando suscipitur pro reuerentia sacramenti secundum glo. præsentis. [Exorcismis].i. adiurationib. [conspersi].i. baptizati. [panis dn̄icus].i. hoc modo facti estis panis dn̄icus, i. corpus Xp̄i mysticum, vnus panis, & vnum corpus, multi sumus inq̄t apostolus 1. ad Cor. 10. Nota pulchram similitudinem quam inducit hic August. Primo.n. granum à palea discutitur. Sic primo q̄ veturus est incorporādus corpori Xp̄i quod est ecclesia primo sequestratur à paleis.i. ab īfidelibus, q cum pondere fidei careāt merito per paleas designātur. Et hoc notat cū dr̄ [ad grām dn̄icam comportati estis.] Secundo trituratur laboribus boum, ita iste docetur & informatur prædicationibus ꝓdicatorum, & doctorum ecclesiæ. Tertio [desertur in horreum] ita incorporandus Xp̄o ducitur ad ecclesiam, & seruatur ibi. Quarto triticum molitur, ita iste propter reuerentiam ad minus sacramenti curat se ieiunijs affligere. Quinto loco adiunctione aquæ panis conficitur, sic iste ꝑ baptismū vnum corpus cū Xp̄o efficitur, dicente apostolo ad Gala. 3. qcunque baptizati estis Xp̄m induistis. Seq̄tur [ecce quod accepistis].i. facti estis. Concludit ex hac manuductione metaphorica hoc quod prius dixerat, videlicet, ꝙ facti sumus id, quod accepimus id est facti sumus vnum corpus Xp̄i mysticū, siue membra illius per vnionē quam accepimus in hoc sacramento. Ex q̄bus consequenter elicit per modum corollarij, quod ex quo videmus ita esse sicut dictum est, & hoc sit nobis vtilissimum, & honorabile studēdum est, vt semper in hac vnitate maneamus ꝙ fiet si fidem, sp̄e & charitatem seruauerimus. vnde apostolus ad Ephe. 4. soliciti seruare vnitatem sp̄us in vinculo pacis. [vnum corpus & vnus sp̄us.] glossa. esse debetis, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ, vnus dn̄s, vna fides, vnum baptisma. vnus Deus, & pater oīum super omnes & per oīa & in oībus nobis. glos. est per grām qua vnitatem seruamus. [Hæretici.a] hic secundum elicit corollarium. [Indicet].i. significet [vnitatem.] Panis.n. ex multis granis confectus significat vnitatem corporis mystici, ꝙ ex multis fidelibus consistit. [Sic & vinum.] quoniam sicut vinum ex multis racemis, ī torculari compressis confluit, ita vnitas corporis Christi ex multis sanctis fidelibus eo ordine quo assignatus ē cōsurgit quare dr̄ [& ibi vos estis in mensa]. s. in sp̄e panis significati [& in calice nobiscum vos] estis. s. significati. [vniti] in vno corpore Xp̄i hoc clarius ostendens subiungit. [Simul.n. ex hoc sumimus.] simul bibimusque simul viuimus. Omnes.n. qui simul vita grāe in Christo viuunt panem hunc, & calicem hunc sp̄ualiter sumunt [mysterium pacis, & vnitatis est] significans nos vinculo pacis, & vnitatis debere esse vnitos, vt in fi. e. dist. hoc

Hugu.

Opponit & Respondet.

Augu.

a ¶ Heretici adde quod heret. ipso iure sunt excōicati. Pe. de Anc. in c. excōicamus n. 1. & n. 2. de here. & ī c. nō erat nu. 1. de sen. exc.

dist.hoc est sacramentum.[Contra se].i.in sui damnationem [Nulli]hoc ēt infra habetur c.nulli d.4 [Corporis & sanguinis dñi].i.vnitatis ecclesiæ,quæ vt infra ea.dist.c.du pliciter.Caro & sanguis mystice dicuntur, quæ significan tur per corpus,& sanguinem Christi verum.[In baptisma te.]Dr̄.n.Augu.in lib.de baptismo paruulorum, quod ad hoc valet baptismus,vt baptizati Christo incorporentur. [Ab illius panis].i.vnitatis ecclesiasticæ.[comedat] sacramentaliter infra c.dist.vt quid.[hoc].i.vnitatem ecclesiasticam,& facit infra dist.4.aliud.

1 *Hostia an conuenienter frangatur in sacramnto altaris.*



Dum frangitur. Sequitur tertium capitulum ad eandem partem spectans.In quo ex authoritate eiusdem Aug.prosequitur magister Gratianus,ꝙ hoc sacramentum memoriale sit passionis Christi dicens, dum frangitur & cætera.Quia de fractione vtrū corpus Christi frāgatur ad fractionem hostiæ & effusionē sanguinis,& an vera fractio fiat in ipsis spēbus satis dictum est supra e.d.c.triforme,& de conuenientia institutionis huius commemorationis circa capitulum præcedens paucis contentabimur hic. Quæstio. ¶ Quæritur autem hic pro ampliori intelligentia huius cap.† Vtrum conuenienter hostia in hoc sacramento frangatur. Primum argum. Et arguitur ꝙ non,sic.Hoc sacramentum est sacramentum vnionis,vt sæpe repetitum est in capitulo præcedenti.Quia passus & j.in c. hoc sacramentū significatur in hoc sacramento vnio corporis Christi veri, & mystici. sicut.n.panis cuius spēs est hoc sacramentum existit ex multis puris granis vnitis,sic corpus Christi ex multis mēbris puris,& absque oīs peccati macula immunitis,& corpus mysticum ex multis personis mundis, & immaculatis consistit,ergo vr̄,quod fractio hostiæ repugnet significationi huius sacramenti. Scd̄m ar. ¶ Secundo sic,huius sacramenti efficacia est ad vnionem membrorum,sicut patet ex toto cap.præcedenti,& infra ex multis capitulis idem habetur,cum autem fractio signum sit diuisionis, non videtur conueniens ꝙ hostia frangatur cum videatur repugnare effectui sacramenti. Opponit & Respondet. ¶ In oppositum est tam consuetudo ecclesiæ quam authoritas Augusti. in præsenti capitulo. ¶ Respondeo dicendum,quod fractio hostiæ Christi passionem significat.Prætereа August.dr̄ in c.præsenti, quod cum frangitur hostia dum sanguis de calice in ora fideliū infunditur quid aliud &c. Ad primum arg. Ad scd̄m. ¶ Ad rōnes.Ad primam,& secūdam simul respondetur,quod licet istud sacramentum sit sacramentum vnionis,& in significando sicut dicebat prima rō,& in efficiendo sicut dicebat secunda.Nihil tamen impedit,quin fractio specierum possit aliud significare, vt pote diuisionem,quæ fuit in passione Christi,sicut spēs vna quæ remanet sub qualibet diuisionis particula indiuisa signum est vnionis.Dr̄ autem Gulielmus Durandi in rationali diuinorum officiorum,ꝙ hostia frangitur,qa in lege veteri iubebatur similago frustratim offerri, sicut Leui.c.2.potest colligi.Preterea redemptor noster benedixit panē,& fregit, fractūq; discipulis distribuit, & ideo sacerdos,& legem, & Chr̄m sequēs panem sanctum partitur in altari.Quare autem in tres partes,& quid illæ partes significent notatum est supra e.dis.in c.triformæ.Lege quoniā litera plana est hic glo.quærit.An ante fractionem sit totum corpus sub qualibet parte hostiæ. sed quia de hoc conuenientius alio loco dicetur magis ad propositnm. Ideo hic supersedemus ab hæc quæstione pro nunc vsque ad capitulum singuli.& capitulum vbi infra eadem distinctio.

2 *Christus,quod contineatur in sacramento altaris realiter,assignantur quatuor rationes.*
*Fides dicitur de inuisibilibus.*
*Caro Christi sacramentaliter manducata multum prodest.*
3 *Corpus Christi quare dicatur cibus.*
4 *Totus conueniens quinque facit in corpore,sine quibus non perficitur cibi operatio.*
5 *Sancti fideles,& deuoti quare comparentur aquilis.*
6 *Locus ab authoritate in diuinis scripturis est maximus.*



In quibus Incipit 13.pars huius distinctionis,in qua magis. Gratianus de veritate huius sacramēti incipit determinare,ostendens tum exemplis,tum authoritatibus euāgelicis, & sanctorum patrum,ꝙ in hoc sacramento verum Christi corpus,& sanguis eius contineatur. Diuiditur autem hoc capitulum in tres partes.In prima reprehēduntur quidam clerici, qui de veritate huius sacri dubitabant, redarguēdo eos,ꝙ dubitabant de eo,quod laici, & etiam pueri credebant, & publice prædicabant.In secūda docet, quod effectus huius sacramenti est verum nutrimentum,& refectio animæ nostræ,& hinc est ꝙ aquilę.i. animæ deuotæ pennis contemplationis altè volantes ad hoc sacramentum frequenter accedūt,vt internæ pinguedinis suauitatis gratia reficiantur. In tertia parte inducit exemplum incarnationis ad ostendendam veritatem huius sacramenti.secunda ibi,in illius.tertia ibi,cū clare.Pro ampliori intelligentia huius capituli quæruntur duo. Diuisio.

1 ¶ Primo vtrum in hoc sacramento contineatur corpus Christi secundum veritatem.

3 ¶ Secundo vtrum caro Christi sit vere dicenda cibus, & sanguis eius potus.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur ꝙ in hoc sacramento non contineatur corpus Christi verum. Primum ar. ¶ Primo sic.In his quæ ad pietatē, & reuerentiam pertinent diuinam nihil debet esse, ꝙ in crudelitatem vel irreuerentiam sonet,sed manducare carnes hoīs sonat in quandam bestialem crudelitatem, & irreuentiam manducati.ergo & in sacramento pietatis,ꝙ ad manducationis vsum ordinatur,non debet esse verum corpus Christi,quod manducatur. Secundum argu. ¶ Secudo sic.Sacramēta ad vtilitatē nostram,sed Io.6.dr̄.Caro non prodest quicquam,ergo corpus Christi cum eius caro sit non esset in hoc sacramento sed solum eius spūalis sit virtus. Tertium ar. ¶ Tertio sic. Gregorius dr̄ in homilia de Regulo.Corporalem præsentiam dñi,quærebat,quæ per spiritum nūquam deerat, minus itaque in illum credidit,quem non credebat posse salutem dare,nisi præsens esset,& corpore.sed non ponimus quod corpus Christi sit in altari, nisi vt nobis sit causa salutis,ergo videtur,quod ex infirmitate fidei procedit. Quartū ar. ¶ Quarto nihil potest esse nunc vbi prius non fuit loco præexistente,nisi ipsum mutetur,sed corpus Christi ante consecrationem non erat in altari,si ergo post consecrationem sit ibi secundum veritatem oportet,quod aliquo modo sit mutatum quod non potest dici.ergo non est ibi verum corpus Christi. Quint ar. ¶ Quinto. Nullum corpus potest esse simul in diuersis locis.sed corpus Christi vere ē in cœlo,quo ascendit.ergo impossibile est,ꝙ sit in altari.Probatio primæ partis.Nihil continetur extra suos terminos, si terminos habeat, sed termini cuiuslibet locati sunt simul cū terminis corporis locantis.ergo nullum corpus locatū in vno loco potest esse extra terminos illius loci,& ita nō potest esse in duobus locis simul. Sextum ar. ¶ Sexto eadem ratione potest poni corpus Christi esse in diuersis locis & esse vbique sicut ponentes Angelum in diuersis locis,dicunt,ꝙ ēt est vbique,si velit, sed ponere,quod corpus Christi vbiq; possit esse hæreticum est,quia hoc solius diuinitatis est,ergo non potest esse in diuersis locis simul. Septimum argu. ¶ Septimo angelus est simplicior quam corpus Christi.sed Angelus non potest esse simul in diuersis locis,ergo nec corpus Christi. ergo idem quod prius. Octauū ar. ¶ Octauo.Corpus Christi inquantum corpus non habet,quod sit in pluribus locis, quia sic, cuilibet corpori conueniret neque inquātum gloriosum. quia multo fortius spūi glorificato conueniret,neque inquantum diuinitati vnitum,quia vnio nō ponit ipsum extra limites corporis.ergo nullo modo sibi competit. Opponit in cōtrarium. ¶ In oppositum est textus præsens. Scd̄a op. ¶ Secundo id quod scribitur 1.Cor.11.Qui manducat & bibit indigne,iudicium sibi manducat & bibit non dijudicans corpus domini. Sed si esset corpus Christi secundum solam significationem, non oporteret hūc cibum dijudicare ab alijs,quia quilibet panis eadem rōne significat corpus dñi. ergo oportet ponere,quod sibi verū corpus Christi. Tertia opi. ¶ Tertio veritas in nouo testamēto debet rn̄dere figuris veteris testamēti.sed in veteri testamēto ipse agnus qui figurabat Christū sumebatur in cibum,vt patet Exo.12. ergo in noua lege ipsum verum corpus Xpi quod per agnum significabatur debet mā-

ducari

Quarta op. ducari. ¶ Quarto Deuter. 32. dr̄ Dei perfecta sunt opera, sed non perfecte coniungerentur Deo per sacramenta, q̄ nobis tradidit, nisi sub aliquo eorū ipse vere contineretur quia non est aliud assignare sacramentum in quo Christus realiter contineatur.

Respondet. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ quorundam fuit opinio, & error pessimus dicentium, & præsens non esset in altari veraciter, sed tantum sicut in signo, vt patet infra ea. dist. ego Berengarius. Sed iste est error pessimus contra pietatem fidei, quæ tantum sibi à Deo datum beneficium recognoscit & gratias agit, vt in carne sua, & natura propria nobiscum sit. Est etiam contra sacramenti dignitatem, & excellentiam in quo relucet diuina potentia, sapientia, & bonitas, altius quam in cæteris sacramentis sicut deducit dominus Bonauentura in 4. dist. 10. Vnde cætera sacramenta excellit, & quasi consummatiuum est omnium aliorum sicut charitas omnium virtutum, si cut plene notauimus ea. dist. circa capitulum nihil. Præterea derogat iste error veritati sacræ scripturæ qua dominus dr̄ Lucæ 16. hoc est corpus meum. Dicendum est ergo, ꝙ verum corpus Christi, & verus sanguis eius veraciter & realiter, & præsentialiter continetur in hoc sacramē to, licet sensu comprehendi nō possit, sed sola fide quæ authoritate diuinæ innititur. vnde Beatus Cyrillus super illud Lucæ 22. hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur dr̄. Non dubites an hoc verum sit, sed potius suscipe verba Saluatoris in fide, cum. n. sit veritas non mentitur.

2 †Ratio autē conuenientiæ, quare oporteat, quod ipse Xp̄s in sacramento secundum veritatem siue realiter contineatur pōt assignari quadruplex. Prima quidem iuxta S. Th. in 3. parte quia ita conuenit perfectioni nouæ legis. sacrificia. n. veteris legis illud sacrificium verū passionis Christi continebant solum in figura secundum illud ad Hebre. 10. Vmbram habens lex futurorum bonorum non ipsam rerum imaginē, & ideo oportuit, vt aliquid plus haberet sacrificium noue legis à Christo institutum, vt. s. contineret ipsum passum, nō solum ī significatione vel figura, sed etiam in rei veritate, & ideo ipsum sacrificium quod ipsum Christum realiter continet, vt Dionysius dr̄ 3. ca. ecclesiasticæ Hierarchiæ est perfectissimum sacramentum omnium aliorum in quibus virtus Christi participatur.

¶ Secundo hoc competit charitati Xp̄i ex qua pro salute nostra corpus verum nostræ naturæ assumpsit, & quia maxime proprium est conuiuere amicis, vt Philosophus dr̄ 9. Ethicorum sui præsentiam corporalem nobis promittit in præmium. Matth 24. vbi fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. Interim tamen nec sua præsentia corporali in hac peregrinatione nos destituit, sed p̄ veritatem corporis, & sanguinis sui nos sibi coniungit in hoc sacramento. vnde ipse dr̄ Io. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinē in me manet, & ego in eo, vnde hoc sacramentum est maxime charitatis signum.

¶ Tertio hoc competit perfectioni fidei, quæ sicut est de diuinitate Xp̄i, ita est de eius humanitate secūdū illud Io. 13. Creditis in deū, & in me credite. Et quia fides est inuisibilium sicut diuinitatem suam nobis exhibet Xp̄s inuisibiliter, ita & in hoc sacramento carnem suam nobis exhibet inuisibili modo. ¶ Quarto hoc congruit ad subleuandam spem nostram, quæ certe plurimum subleuatur ex tam familiari coniunctione. Plurimum certe spes omniū per hoc eleuaẗ in Deū & magna in nobis roboratur fiducia saluti. qd. n. nō sperabim' à largitate ipsius, qui seipsum nobis in cibum donauit. Ideo clamamus certa spe omne bonum dn̄i expectantes illud psal. 144. Oculi oīum in te sperant dn̄e, & tu das illis escam in tempore opportuno. Quid insuper salutare ab ipso sperandum nō erit cuius natura bonitas, cuius voluntas potentia, quæ tam benigniter & clēemter corporali esse p̄sentia nobiscū addesse dignaẗ, q̄ tā ineffabilis, & stupēdæ humilitatis est, & charitatis, vt non expectet, vt ad illud veniant indigentes, & īfirmi, sed pro sua inexplicabili abyssali amoris immensitate ad domos infirmantium sine quacunque differentia personarū se diferri facit benignitas deprehensibilis, & amabilissima humanitas Dei, quibus iam nisi perditissimis hoībus locus diffidentiæ, aut desperationis tanta diuinæ benignitatis considerata largitate relinquitur. Considerenius cœlos, speremus angelicarum virtutum consortium in cœlis quarum iam cibo pascimur in terris. Ipse quidem dominus ait Leu. vigesimo qnto. Ponam tabernaculum medio in meum vestri, & non abijciet vos anima mea.

Ad primum argu. ¶ Ad rōnes. Ad primam dicendum, quod in crudelitatem sonaret, & maxime irreuerētiam, si corpus Xp̄i ad modum cibi corporalis manducaretur, vt. s. ipsum verum corpus Xp̄i dilaceraretur, & dētibus attereretur. hoc autem nō contingit in sacramentali manducatione, quia ipsum per manducationem non laceratur, sed manducatum, integrum manet, spēbus sub quibus latet diuisis.

Ad scd̄um ¶ Ad secundam dicendum, quod nihil prodesset caro Christi corporaliter manducata modo prædicto. s. modo cibi corporalis quomodo in cadauere laniatur, & dentibus attereretur. Multum autem prodest sacramentaliter manducata. vnde Aug. dr̄. Caro non prodest quicq̄, sed qūo illi intellexerunt, sic. n. intellexerūt illi carnem quomodo in cadauere laniatur, aut in macello venditur.

Ad tertium ¶ Ad tertiam dicendum, quod non dicimus verum corpus Xp̄i esse in altari, eo ꝙ aliter salutē non posset conferre sicut regulus credebat, sed qa iste est conuenientissimus modus saluādi, sicut & conuenientissimus modus reparationis fuit possibilis.

Ad quintū ¶ Ad quartam dicendum, ꝙ non oportet secundum illud quod est nunc vbi prius non fuerit localiter mutatum esse, quia potest aliquid conuersum esse in ipsum, sicut cum aer in ignem conuertitur, sed tamen ignis mutatur mutatione generationis & hoc accidit, quia ignis in illa conuersione non est terminus generationis, sed compositum ex subiecto genrationis. scilicet materia, & termino .s. forma. vnde forma ipsa, quæ est terminus per se non generatur vt septimo Metaphysic. probatur generatur autem per accidens, quia non est per se subsistens, sed in alio, quo mutato mutari dicitur. Corpus ergo Xp̄i est in altari cum prius non fuerit, quia panis conuersus est in ipsum, ita quod ipsum totum corpus est terminus per se conuersionis sicut ibi, erat forma non tamen ens in alio sicut forma, sed per se subsistens, & ita non oportet, quod si localiter motum neque generatum per se, neque per accidens.

Ad quītum ¶ Ad quintam dicēdum, quod nullum corpus comparatur ad locū nisi mediantibus dimēsionis quātitatis, & iō ibi est corpus aliqd̄, vt in loco, vbi cōmensuranẗ dimensiones eius dimensionibus loci, & secundum hoc corpus Xp̄i non est nisi in vno loco tantum. s. in cœlo, sed quia cōuersa est in corpus Christi substantia panis, quæ prius erat in hoc loco determinate mediantibus dimēsionibus suis, quæ manent trāsubstātiatione facta, ideo manet locus nō quidem immediate habens ordinem ad corpus Xp̄i secū dum proprias dimensiones, sed secundum dimēsiones panis remanentis sub quibus succedit corpus Xp̄i sub spē panis, & ideo non est hic, vt in loco per se loquendo, sed vt in sacramento non solum significante, sed continente ipsum ex vi conuersionis factæ. Et sic, patet, ꝙ non est extra terminos loci sui per quem modum competit ei esse alicubi, vel esse extra aliquid ex dimensionibus proprijs, esse .n. alicubi per commensurationem propriarum dimēsionum est per se alicubi esse, & sic̄ r esse extra aliquid secundum situm propriarum dimensionum est per se extra aliquid esse, sed corpus Xp̄i est extra terminos loci sui, q̄ cōpetit ei secundum p̄prias dimensiones, quia per accidens, & hoc modo est sub sacramento cui competit esse alicubi rōne illarum dimensionum, quæ remanserunt ex illo corpore quod conuersum est in corpus Christi.

Ad sextum. ¶ Ad sextam dicendum, quod sicut ex dictis patet corpus Xp̄i non dr̄ esse alicubi rōne dimensionum propriarum, sed illius corporis quod est in ipsum conuersum. Non est autem possibile, quod dimensiones propriæ eius sint vbique, neque quod corpus in ipsum conuertendum vbique sit, & ideo, quamuis corpus Christi sit in pluribus locis aliquo modo non tamen potest esse vbique.

Ad septim. ¶ Ad septimam dicendum quod rō illa bene sequeretur, si rōne propriorum terminorum esset in pluribus locis quod multo fortius angelo conueniret, sed conuenit ei inquantum aliquod corpus conuertitur in corpus Christi, non autem in angelum.

Ad octauum ¶ Ad octauam dicendum, ꝙ hoc non competit corpori Christi neque inquantum est corpus, neque inquantum est diuinitati vnitum, sed inquantum est terminus conuersionis, vnde similiter accideret de corpore lapidis, si Deus similiter panis substantiam in lapidem conuerteret, quod non est dubium eum posse facere.

Primum ar **Ad secundum** sic proceditur. † Et videtur ꝙ caro Christi non sit vere dicen sumentis

Primum ar. da cibus neque sanguis eius vere dicendus sit potus. Sic primo, quod vere cibus est conuertitur in naturam sumentis illud nutriens & reficiens, sed caro Christi nec in carnem, nec in animam transit, ergo videtur, quod non potest dici vere cibus. ¶ Secūdo sic. caro Christi aut vere est cibus corporis, aut animæ. non corporis, quia dr̄ Ambro. infra e. dist. ca. non iste. Non est iste panis qui vadit in corpus. Nec aīæ, vt videtur, quia aīa nō cibatur carne, neque cibo corporali aut potu sed pure spirituali. ergo. ¶ In oppositum est tex. præsens vbi inducitur dictū saluatoris dicentis Io. 6. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Super quo dr̄ glo. Caro mea vere est cibus, q solus facit immortales, vt neque esuriant, neque sitiant. Alius cibus non hoc præstat etiam si in eo hoc appetatur.

Secundum arg. Opponit in cōtrarium. Respondet

¶ Respondeo dicendum, quod caro Christi vere dicenda est cibus, & sanguis Christi vere dicendus est potus. Prima pars huius conclusionis videlicet quod caro Christi vere dicenda est cibus multiplici rōne ostenditur iuxta dominū Albertum in tractatu suo de corpore Christi. Primo quidem quia nutrit cibi veritate. Cibat. n. iste cibus cibi veritate quod de nullo alio cibo cōuenientius dr̄, quam de dominici corporis cibo, quanquam cibus corporeus non nutriat nisi per hoc quod in ipso est de cibi veritate. Verus. n. cibus vocatur qui nihil sibi habet admistum nisi cibū. Multa. n. sunt admista corporali cibo, quæ non sunt de cibi veritate, & ideo natura fecit nobis instrumenta, quæ non verū cibū à cibo vero separēt. Ita quod solus verus cib. ad nutrimētum deferaī, sic. n. stomachus à cibo separat grossa terrestria & grossa mittit ī secessū. Sic epar, & venæ eius grossum aquosum, separātes à vero cibo aquosum p renes mittūtad vesicā. Sic intēsum amarū à cibo vero separatum ad receptaculū fellis mittitur. Sic melancholicum felliculatū cibi ad splenem dirigitur. Sic etiam de ipsis venis aliquid terrestre separatur, quod non satis cōueniens est quod redundans ad venas magnas epatis in vesicam emittitur, quod in vrina hypostasis vocatur. fit etiam aliquando, quod id quod ipsis membris non veritate cibi influxū est per apostemata vel sudores emittitur, vt sinceri ... s cibus, ad membrorum nutrimentum in simplici cibi a veritate adhibeatur. In isto autem nostro cibo sacramentali nihil est nisi verum, & simplex. Nihil pœnitus est de non vero cibo admistum habens, & ideo verus cibus, & potus vocatur. Absit. n. ab oīum fidelium mentibus, quod aliquid sit in hoc, cibo, quod non verus cibus sit, sed similitudine veri cibi verum cibum mentiatur. ¶ Secūdo dr̄ Caro Christi verus cib⁹, qa sumpta vere satiat sumētē. Io. 6. Ego sum panis vitæ, q venit ad me nō esuriet, & q credit in me nō sitiet in æternū. Adeo habet cibi veritatē, quod totā alteri⁹ cibi aufert esuriē, quia desiderium sanctorū iam ad alium cibum nutrientem spūm non attenditur, quamuis propter necessitatem corporis cibus terrenus propter sustentationem accipiatur. Apoca. 22. non esurient, neque sitient amplius, nec cadet super eos Sol, nec vllus æstus. Sic. n. veritate cibi istius fideles deuoti interius reparantur, quod esuries in alium non accenditur, & ita infunduntur vero potu, quod sitis secularis refrigerij in ipsis non sentitur. & sic interius refrigerātur gratia, & veritate cibi istius, quod ęstus mundani solis, hoc mundani honoris, vel delitiarum, vel cupiditatis, diuitiarum huius seculi in desiderio non cadit, nec aliquis æstus carnalis concupiscentiæ. Nulla. n. causa est, quod in aliquo cibo nostro corporali iterum esuriens redit, nisi quia ille cibus à veritate cibi corrumpitur, & destituitur, & quando destituitur à virtute veritatis cibi membra exinanita alium desiderant cibum, sed iste cibus quia nūquā veritate cibādi destruitur per aliquam corruptionem sic cibat, quod fames ad alium cibum non reuertatur, sed de sideriū sanctorū, est, vt in ipsis iste cib. cōtinentur, & sic in sumptione sacramentali iterata nō cibus iteratur, sed idē, qui ante sumptus est continuatur, & hoc vult dicere Salomon Prouerb. 13. Iustus comedit, & replet animam suam venter autem impiorum non satiabitur. Hinc est ēt, quod dr̄ de sanctis in psa. 87. Desiderium eorum attulit &c. Quare dn̄s ait Io. 6. Operamini nō cibū q perit sed q permanet in vitam æternā. ¶ Tertio iste cibus est vere cibus, quia cū nutriat ex principijs vitæ in vitam diuinam confert immortalitatem Ioan. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem habet vitam æternam, & ego resuscitabo illum in nouissimo die. Et in hoc dissimilitudinem, habet iste cibus ad cibum corporalem, q non nutrit nisi mortaliter, & corruptibiliter. 1. ad Cor. 6. Esca ventri, & venter escis, Deus autem, & hunc, & has destruet. Iste autē cibus radix est immortalitatis, qui sumitur in ipso principium est vitæ perpetuæ, quare dn̄s inquit Ioā. 6. Non sicut manducauerūt patres vestri in deserto manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem viuet in æternū. ¶ Quarto est, verus cibus, qa pascit vniuersali virtute, & corpus nutriens & aīam. In quo excedit cibi corporalis virtutem qui tantum deperdita in corpore restauratur. Vnde Beat. Grego. in quadam collecta post communionem dr̄. Præsta quę sumus oīpotens Deus, vt, quod nunc in sacramēto percepimus, ad nostrarum vegetationem transeat animarum. Et Beatus Ambrosius dr̄, quod sicut homo ex duob. cōponitur corpore, & aīa. Sic etiam Christus cibum suū ex duobus composuit visibili. s. sacramento, & inuisibili. s. corpore suo vero pleno gr̄a, vt vterque hō. s. interior, & exterior in corpore Xp̄i inueniat refectionem. Ioan. 15. ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. foris. n. inuenit accessum in manducatione sacrali, intus autē inuenit in mādu catione spūali, ita vt nihil nobis desit in sacramēto. psalm. 22. Dn̄s regit me, & nihil mihi deerit. In hoc. n. cibo, qui vtranque perficit sumptionem nihil potest deesse, vn̄ sequit. Sup aquā refectionis educauit me, aīam meā cōuertit, q in refrigerio sanguinis sui reficit, & aīam spūali manducatione ad se conuertit, & ideo dr̄. Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, q tribulant me. Tātam. n. pasturam confert mensa illa sacramētalis cibi, quod tribulantes mundus caro, & dæmonia nihil possunt aduersus nos. statim. n. vt huius sacri in nob s sentiunt spiritum, & odorē & virtutem cōfusi abscedūt, qa sicut dr̄ Chryso. vt leones ignes sperantes ita à mensa recedimus. Patet ergo, quod caro Christi veraciter cibus dr̄. Quia vero sanguis eius potus vere etiam dicendus sit Albertus magnus sup Io. c. 6. ostendit sic dicens. Ad istam mādu catione opor tu t addere de spūali potu, quia cibus sine potu esse non potest. †Quinque. n. facit potus conueniens in corpore sine quibus non perficitur cibi operatio. Hæc autem quinque sunt videlicet. lauat. n. sordida, ne cum cibo misceātur. secundo extinguit incēsa. tertio humectat arida, vt cibo p̄parētur. quarto lubricat aspera, vt per ea cibus moueatur. quinto subtiliat grossa in cibo & membris, vt facile penetrent, & penetrentur. Hæc autem sanguini Christi conueniunt spūaliter. Hic. n. lauat oīa sordida per hoc, quod est sanguis expiationis. Apocali. 6. lauit stolam suam in sanguine agni. ¶ Secūdo extinguit incensa per hoc, quod est sanguis redemptionis redimens nos à peccati incendijs, & cōcupiscentiæ. ad Hebræ. 12. Accessistis ad sanguinem meli⁹ loquentem quam Abel, quia sanguis Abel clamat vindictam, sanguis autem Christi redemptionem & remissionem. ¶ Tertio etiam humectat arida per hoc, quod est sanguis pietatis, quia omni pietate maius fuit, quod sic, sanguinem suum non tantum effudit pro nobis, sed etiā infudit nobis. Sic. n. omne cor ad pietatem deducit, & ariditatem amittit. Luc. 23. factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram, vt. s. cor tuum currere faciat. ¶ Quarto sanguis Christi lubricat aspera, & ad lenitatem duducit, per hoc, quod est sanguis agnis mansueti. prima Petri 3. Non corruptibilibus auro, & argento redempti estis, sed prætioso sanguine agni immaculati. ¶ Quinto sanguis Xp̄i subtiliat grossa per hoc, quod est sanguis sacramenti. Sic. n. inducit ad subtilitatem intelligentię spūalis, & sic vocatur sanguis sacramenti, seu testamenti quo spūalia confirmantur. vnde Zachariæ 9. dr̄. Tu autem in sanguine testamenti eduxisti vinctos de lacu. h s ergo de causis fit hic mētio de potu, & ipse sanguis Xp̄i vere dr̄ potus, cum veraciter efficiat effectum potus. ¶ Ad rōnes. Ad primam respōdetur, quod rō illa procedit de cibo corporali ad refectionem corporis ordinato, non autem de spūali. Talis. n. non trahitur ad sumentem, sed sumentem trahit in seipsum. Vnde dicebat dominus August. Non tu mutabis me in te sicut cibū carnis tuæ, sed tu mutaberis in me. ¶ Ad secundam dicendum, quod caro Christi vere est cibus animæ illam reficiens, veruntamen caro Christi non dr̄ ita cibus animæ, quod ipsa materia corporis, siue carnis Xp̄i transeat in aīam, cum mentē inhabitare per essentiam sola diuinitas potest, sed quia eius effectus, & virtus recipitur in ipsa aīa, & hoc est cibari spūaliter corpore, & sanguine

Marginalia: Albertus. | a ¶ Cibi. Cibum nō licet sumere cum infidelib ab sq. gratia P. de An. in c. quā fit. n. 4. de iude. Sed cū modestia, & grarum actiōe ibidem. n. 5. | Gregorius. | Ambros. | Chryso. | Alber mag | Ad primum argu. | Ad scdm.

Exponit literam.

sanguine Xpi. Lege. ¶ [In quibus]. i. quantis, & q̄ magnis loquitur hic papa, vt diximus de quibusdam clericis dubitātibus de veritate huius sacramenti. [infantium]. i. popularium, qui comparatione clericorum infantibus comparātur. Nam & Idiotę dicuntur, vt infra dist. 3. perlatum, vnde quærendo dr̄ quomodo clerici ignorant, ꝙ laici sciunt [doceatur]. i. doceri, quæratur [in carnem]. i. spūalem. i. in spūale corpus Xpi, per verum corpus eius figuratum. [Caro nostra] i. similis carni nostræ. ad Philippen. 2. In similitudine hoīum factus, & habitu inuentus vt homo. Et ne videretur soli corpori, & nō sanguini attribuere virtutem subiungit [idem est]. i. eiusdem efficaciæ est [refectionis]. i. corporis [& cibus sanguinis] de quo dictum est. s. Ioānis. 6. [Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.] Q̄d tripl'r exponitur vt dr̄. S. Tho. super Ioannem 1. ad veritatem ostendendam huius sacramēti sic. [Caro mea vere est cibus] q. d. Non intelligatis, ꝙ figuraliter loquar, sed secundum veritatem, caro mea vere continetur in sacramento altaris. Matth. 26. hoc est corpus meum &c. ¶ Secundo exponitur sic secūdum Chrysostomum, quia cibus & potus sumūtur in refectionem hoīs. In hoīe autem sunt duæ partes, principalis quæ est anima, & secūdaria quæ est corpus. Id autem quod est homo, est per animam, non per corpus. i. vere cibus hoīs quod est cib. aīæ, & hoc est, quod dr̄ dominus. Caro mea & c. q. d. hæc refectio spūaliter ad aīam ordinatur. ¶ Tertio secundum Augu. sic. Id. n. dr̄. vere esse aliquid, quod facit effectum eius. effectus autem cibi est, vt satiet. ergo quod vere facit sacietatem vere est cibus, & potus, hoc autem vere facit caro, & sanguis Christi, quia ducit ad statum gloriæ, vbi non est nec esuries, nec sitis. Apoca. 7. non esurient, neque sitient amplius, [Aquilæ]. id est deuoti fideles [alis spūalibus]. i. sanctis, desiderijs [circumuolant]. i. cōgregantur siue conueniunt ad manducādum. iuxta illud Matth. 24 vbicunque fuerit corpus congregabuntur aquilæ, glo. i. est sancti. †Sancti fideles, & deuoti recte aquilis comparantur. Tum primo, quia instar aquilæ alis sanctorum desideriorum, & contemplationis pennis in sublimia eleuantur, & conuersantur in altissimis secundum illud Apostoli. Conuersatio nostra in cœlis est. Phil. 3. & 23. q. 4. cum id lege. Secundo quia more aquilæ renouantur ad immortalitatem. Aquila. n. dum senio grauatur rostri immoderate. s. crescentis vnco dr̄ non posse os aperire, & cibum capere, & inde languescit, sed quodā naturali instinctu tollit rostrum ad petram, & excutit rostri onus, quo cibus impediebatur, & redit ad cibū, & oīa reparantur, vt fiat iuuenis. Sic, & quod nos impedit comedere panem nostrum petra aufert & excutit vetustatem. i. Christus, vt in eo renouemur quibus vetustas claudit os, oblitus comedere panem meum. Tertio quia aquilæ, & vultures, vt habet glo. Matt. 24. dicuntur trasmarina sentire cadauera ibique congregari. Ita viri sancti huius sacramenti odore, & suauitate allecti & tracti alis virtutum, & sanctorum operum volantes ad esum huius diuinissimi sacramenti festinant. [Cuius clare argumētis] tertia pars est capituli. [Argumentis]. i. dictis, & testimonijs, quæ fortissima sunt in arguendo, quia licet in humanis locus ab authoritate infirmus sit. †In diuinis tamen scripturis maximus, quia Deus mentiri non potest, de hoīe autem dr̄ in psalm. 115. Omnis homo mendax [vtamur exemplis incarnationis quoque exemplo altruimus mysterij veritatem]. q. d. cuius verba sumimus in argumentum veritatis mysterij huius. s. Caro mea vere est cibus. Io. 6. de eius incarnatione sumamus ēt exemplum, vt sicut in illa supra naturam credimus Christum partum esse de virgine. Ita in hoc sacramēto supra naturam actum est, vt Christus sit præsens veraciter in hoc sacramento, & hoc est, quod dicit Leo papa. Quid hic quæris naturæ conditionem in Christi corpore, cū præter naturā sit ipse Christus partus ex virgine.

S. Thomas.

Cyrillus.

Augu.

3 *Conuersio est duplex.*
4 *Conuersio totalis est possibilis virtute diuina.*
5 *Conuersio corporis Christi est supernaturalis quantum ad modum faciendi.*



Panis & calix. Sequitur secundū capitulū eiusdem partis. Quoniam ad hoc tendit sententia præsentis textus, qui est Ambrosij, vt hic non sit panis quem natura formauit, aut qui solitus est, quandoque in ecclesijs per singulos dominicos dies à psbytero benedici, sed corpus Xpi verum, in quod certa, & à Christo instituta consecratione panis ipse conuertitur. Pro ampliori intelligentia huius c. surgunt duo dubia.

1 ¶ Primo vtrum in hoc sacramento sit conuersio ipsa sacramentalis.

2 ¶ Secundo vtrum conuersio ista sit oīno supernaturalis.

1 Ad primum Sic proceditur. †Primo notando, ꝙ circa hanc quæstionem tres modi dicendi siue declarādi sunt qualiter corpus Chri. sint mutatione locali sui possit esse in altari. Quidam modus est datus per S. Thomam, & antiquos. Alius modus dicendi est Scoti. Tertius modus cuiusdam magistri Parisien. qui dr̄ Ioānes Parisien. & ita tres erunt principales articuli in hac quæstione. In primo ponetur positio siue modus dicendi S. Thomæ cum fundamento eius. In secundo Scoti. In tertio ponetur modus dicendi alterius, & impugnatio eius. ¶ Circa primam est notandum, quod S. Th. tam in tertia parte quam in quarto, dr̄, ꝙ non possit corpus Christi esse in altari sine mutatione sui locali, nisi per conuersionē panis in ipsum ꝙ ratione ꝓbat in 3. parte q. 75. art. 2. Nō pōt aliquid esse alicubi vbi prius nō erat, nisi per loci mutationem, vel alterius conuersionem in ipsum. Sicut in domo aliqua de nouo incipit esse ignis, aut quia defertur, aut qa ibi generatur. Manifestum est autem, ꝙ corpus Christi nō incipit esse in hoc sacramento p motū localem. Primo quidem, qa desineret esse in cœlo, nō. n. ꝙ localiter mouetur peruenit de nouo ad aliquem locum, nisi deserat priorem. ¶ Secundo quia omne corpus localiter motum pertransit omnia media, quod hic dici non potest. ¶ Tertio quia impossibile est, ꝙ vnus motus eiusdem corporis, localiter moti terminetur simul ad diuersa loca. Cum tamē in pluribus locis corpus Christi sub hoc sacrmento simul esse incipiat, & propter hæc relinquitur, ꝙ nō possit aliter corpus Xpi incipere esse in hoc sacramēto nisi per conuersionem substantiæ panis in ipsum. hæc Sanctus Tho. Huius sententiæ est Alexander de Halis in quarto. Qui, vbi q̄rit vtrum conuersio sit annihilatio, dr̄ sic. Si annihilaretur panis hoc inconueniēs sequeretur, ꝙ solum modo per descensum de cœlo esset corpus Xpi sub sacramento in altari. Eiusdem etiam sententiæ est dominus Bonauentura in quarto d. 11. qui in eadem quæstione habet ista verba, quæ sequuntur. Si panis non conuerteretur in Xpi corpus non esset intelligere quomō Xpi corpus incæpit esse in altari si sui mutatione. Et tantum de primo articulo. ¶ Circa ℱm, sciendū, ꝙ & Scotus non contentus de isto modo dicendi S. Thomæ, Alexādri, & Bonauenturæ, impugnat illum, in quarto d. 11. & ponit ipse alium modum dicendi. Inducemus, ergo primo argumenta Scoti, qbus impugnat modum S. Thomæ, & aliorum doctorum, & positionem suā, In secundo impugnabitur ipse modus dicendi Scoti. Et respōdebitur argumentis suis. Circa primum arguit sic. Scotus, & præsupponit primo cum S. Tho. quod transubstantiatio sit mutatio substantialis eo modo quo conceditur esse mutatio. Ex hoc sequitur igitur, ꝙ habet ꝑ per se termino ad quem, substantiam. Tunc arguitur sic. per nullam mutationem habetur per se id quod est posterius suo per se termino sed hmōi præsentia est posterior simpl'r substātia corporis Chri, q̄ substātia terminat mutationē. Tū qa ē prius substātia, patet quia substātia pōt esse sine hmōi præsentia. Nec simul natura, qa tunc non posset præsentia destrui nisi destrueretur per se substātia corporis Xpi, quod falsum est. ¶ Secundo arguit sic, confirmando rōnem præfatam, per nullam mutationem habetur, p se id, quod est aliud à p se termino, sed hmōi præsentia est simpl'r aliud à substantia quę est per se terminus transubstantiationis, ergo per conuersionem panis in substātiam corporis Xpi non habetur præsentia eius in sacramēto. maior patet, qa vnius mutationis per se est vnus terminus p se, & ita quicquid est aliud per se à termino, licet sit idem per accidens, tamen ea non habet per se, per illam mutationem. minor patet de se. ¶ Tertio sic, Deus potest facere corpus suum psens cum pane manēte substantia panis, & tunc non erit p aliquam mutationem. quæ fit ad substantiam, & tamen acquiretur psentia eiusdem rōnis cum illa, quæ nunc habetur. ergo oportet quod p mutationem eiusdem rationis. ergo per aliud fieret quam per mutationem substantialem.

S. Thomas.

Ale. de Hal.

Bonauentu.

Scotus.

Primum ar. Scotus.

Secūdm ar. Scotus.

Tertium ar. Scotus.

tialem. Probatur maior, quia ad nouitatem posterioris sequitur nouitas prioris. potest. n. aliquid moueri localiter sine mutatione ad substātiam, sed præsentia ista posterior est substantia panis, sicut respectus posterior est absoluto, & maxime posterior est substantia, ergo sine mutatione, circa substantiam panis pōt esse noua præsentia corporis ad panem. ergo oportet dare aliam mutationem ad hmōi præsentiam, quæ non sit substantialis, & per consequens in proposito per conuersionem panis in copous Christi non habetur per se ista præsentia, quia terminus eiusdem rationis, cuius est præsentia, non est proprie, & per se terminus duarum mutationum destinatarum secundum genus. ¶ Quartō sic. In corpus Christi prius factum præsens pani, Deus posset conuertere panem. Non. n. est magis cōtradictio hic, quam ꝙ modo conuertatur in corpus Christi non prius præsens, ergo per talem conuersionem tunc, factam in corpus Christi non fieret ibi de nouo corpus Christi præsens spēi panis, vel oporteret dicere, qđ esset p̄sens postquam fuit præsens, & qđ eadem præsentia terminaret duas mutationes prædictas. ¶ Quinto sic, quod conuertitur in aliquid præexistens magis acquirit conditiones eius, quam ecōuerso, sicut patet de nutrimēto conuerso in carnem. ergo ex sola cōuersione panis in corpus Xp̄i præexistens magis acquireret panis præsentiam in cœlo, quam corpus Christi præsentiam panis in altari. ¶ Sexto sic, Deus posset conuertere panem in corpus Christi, vt habens esse in cœlo, quia hoc non est maior contradictio quam in conuersione quæ nunc ponitur, sed tunc non haberetur corpus Christi sub specie panis ex ipsa conuersione. ergo nec nunc. ¶ Septimo sic. Si panis quantus conuerteretur in corpus Christi quantum, ita quod quantitas in quantitatem, & substantia in substantiam, corpus Christi non haberet vbi circumscriptiue, quod fuit panis circumscriptiue, ergo ex conuersione substantiæ in substantiam corpus Christi non habet vbi diffinitiue. Antecedēs est manifestum, quia quantitas corporis est maior quantitate panis. consequentia probatur, quia sicut substantia ad substantiam, quæ subsunt quantitati diffinitiuæ se habent ad locum, ita substantia quanta ad substantiam quantam circunscriptiue. ergo sicut conuersio in subantiam facit ad eam diffinitiue in loco, ita conuersio substantiæ quantæ in substantiam quantam, faciet ad eam circumscriptiue in loco. ¶ His dictis dicit quantum ad istum articulum. Non videtur necessario fugiendum ad conuersionem panis in corpus Christi, præcipue cum à principio ex quo est res huiusmodi sacramēti fuit semper creditum quod corpus Christi non mutatur de loco ad locum, vt sit hic. tñ nō fuit à principio ita manifeste creditū de ista conuersione. Dr̄ ergo pro sua opinione, quod ad saluandum realem præsentiam Christi corporis in altari oportet, ꝙ in ipso sit aliqua præsentia ad speciem panis, quæ prius nō fuit, alioqui non magis nunc esset presens quam prius. Ista .n. mutatio, quæ est circa species. s. quod prius erant in substantia, & nunc non nihil facit ad hoc, quod corpus Christi de non præsente fiat præsens. Istis ergo conclusis necesse est ponere aliquā mutationem in corpore Christi acquisitiuam illius præsentiæ nouæ, ita quod illius mutationis terminus sit ipsa præsentia, quam dr̄ esse respectum extrinsecum aduenientem, & vocat respectū aduenientem eum, qui non necessario sequitur fundamentum, & terminum posita in actu, quia secūdus respectus necessario consequens dr̄ intrinsecus, quem quidem extrinsecum respectum dr̄ posse esse terminum mutationis. dr̄ consequenter talem respectum posse aduenire extrinsecus de nouo sine quocunque nouo, vel in fundamento vel in termino. Præterea dr̄. Si habeas pro aliquo inconuenienti aliquam mutationem realem esse in corpore Christi, dr̄ ꝙ necessarium est saltem ponere aliquem respectum extrinsecum aduenientem, qui non necessario sequitur fundamentum & terminum positum in actu. ¶ Circa secundum videtur nobis ista conclusio Scoti defectuosa in se, & in rōnib. suis in se quidem patet, quia si corpus Christi efficeretur præsens speciebus panis in sacramento per aliquam mutationem realem quomodocunque mutatio illa vocetur, dum tamen sit realis, sequeretur, ꝙ multæ, & quasi infinitæ mutationes reales oī die aduenirēt ipsi corpori Christi, quia quotiescunque fieret de non præsente præsens aliquibus speciebus mutabitur realiter secūdum illam opinionem, quod non videtur conuenienter dicēdum. ¶ Secundo nihil videtur ponendum esse contra doctrinam communē sine aliqua necessitate, sed ad hoc, quod corpus Chri fiat de non præsente præsens spēi panis in sacramento nō est necesse ponere mutationem realem in corpore Christi, sed sufficit mutatio facta in pane p transsubstantiationem substantiæ eius in corpus Christi, vt deductū est. ergo &c. Confirmatur quia ad tollendum cōtradictionem sufficit mutatio realis in vno extremorum, & in alio mutatio sm rōnem tantū, sicut patet in incarnatione verbi, & in alijs multis. Vnde columna permanens immobilis fit dextra de non dextra ad mutationem alterius, ergo superfluè ponitur mutatio realis in corpore Christi ad saluandum quomodo de non præsente fiat præsens in sacramento, cum sufficiat mutatio realis conuersionis sacramentalis substantiæ panis in ipsum. ¶ Tertio videtur per hunc modum dicendi Scoti non dari adhuc modus, per quem corpus Christi sine mutatione sui locali fiat præsens speciebus sacramenti, sed videtur committere fallaciam petitionis principij. Quæstio quidem est per quem modum corpus Chri sine mutatione sui locali acquirat nouam habitudinem præsentialitatis ad species ipsas. Respondet, ꝙ acquirit præsentiam illā p mutationem acquisitiuam noui vbi. Plane hoc videtur esse quod quæritur per quid acquirat nouum vbi, sine mutatione sui locali. Melius ergo dr̄, ꝙ hoc sit vbi consecrationis sicut habet communis doctri ctrina. Præterea cum posita conuersione sacramentali panis in corpus Chri necessario sequatur principia corporis Chri sub speciebus panis, manifeste apparet, quod talis præsentialitas nō potest dici terminus extrinsecus vt ipse dr̄, cum terminum extrinsecum eum vocet, qui non necessario sequitur fundamentum, & terminum positis in actu. Cæterum quæritur, ad quod genus mutationis reducatur illa mutatio realis, quam ponit in corpore Christi. Clarum est, quod non nisi ad mutationem secundum locum potest reduci, sicut patet discurrendo per singula genera. ergo vel illud quod ponit, est fictitium non reducibile ad aliquod genus entis, vel oportet dicere secundum eū ꝙ corpus Xp̄i non efficiatur præsens speciebus sacramentalibus sine mutatione sui locali. Nunc iam respondendū est rōnibus ipsius Scoti. ¶ Pro quarum solutione, & intelligenda mente S. Tho. sunt aliqua præmittenda. Primo, ꝙ licet S. Tho. dicat, ꝙ corpus Christi sine sui mutatione locali non potest esse præsens sub sacramento in altari, nisi per conuersionem substantiæ panis in ipsum. Non tamen propter hoc dr̄, quod p se terminus p̄fatæ conuersionis sit ipsa p̄sentialitas, quia tunc conuersio illa non diceret substantialis, sed magis ad aliquatio, siue vbertas, sed termin' eius est substantia corporis Xp̄i. Et ideo argumenta Scoti prima, quæ arguunt, quod præsentia corporis Chri non sit per se terminus conuersionis, non ꝓcedunt contra Sa. Thomam. ¶ Secundo est præmittendum, quod licet S. T. dicat, ꝙ corpus Chri non pōt esse in sacramento sine mutatione sui locali, nisi per conuersionem substantiæ panis in ipsum [a], non tamen dr̄ nec vult dicere, quod simpl'r siue absolute conuersio panis in corpus Xp̄i arguat necessario p̄sentiam corporis Xp̄i in altari, qa posset de potentia Dei absoluta fieri conuersio panis in corpus Xp̄i annihilatis siue destructis, aut etiam conuersis speciebus, & tunc non diceretur corpus Xp̄i esse, nisi in cœlo, & ideo argumenta Scoti quæ arguunt, quod ex vi conuersionis panis in corpus Chri simpl'r non habeat per se p̄sentia corporis Xp̄i in altari, non procedunt contra S. Thomam. ¶ Tertio est præmittendum, ꝙ licet simpl'r & absolute conuersio panis in corpus Chri non arguat corpus Xp̄i esse in sacramēto, cōuersio tamen sacramentalis panis in corpus Xp̄i necessario arguit p̄sentiam corporis Xp̄i sub sacramento. Pro quo notandum, quod ista conuersio non dr̄ substantialis modo quo in naturalibus aliqua dr̄ esse mutatio substantialis, quia in cōuersione ista terminus cum p̄existat, non acquirit p conuersionem panis in ipsum esse simpl'r, sed tātum esse nouo modo in hoc sacramento. Dr̄ autem conuersio ista non tantum substantialis, sed et̄ sacramentalis. Substantialis quia terminus conuersionis est ipsa substantia corporis Chri. Sacramentalis vero, quia in ea terminus conuersionis efficit p̄sens signis sacramentalibus. i. speciebus sub quibus substātia panis, & vini prius continebatur. Quod manifeste apparet ex ipsa forma verborum quibus

Quartū ar.

Quintū ar.

Sextum ar.

[a] ¶ Panis in ipm. Corpus Chri sti an possit confici pane fermētato vide per Pe. de Anc. in c. litera n. 2. de cele. missa.

quibus huiusmodi conuersio fit cum dr. Hoc est corpus meum.i.contentum sub istis speciebus est corpus meum. Arguit ergo sacramentalis conuersio necessario termini præsentiam sub signo sacramentali. Hinc dicitur à doctoribus catholicis, quod vi conuersionis in sacramento est corpus Xpi. Non vi aut rõne alicuius mutationis realis factæ in corpore Christi, vt dr Scotus. Hinc etiam dr extra de summa trin. & fide cathol. §. vna. ꝙ Xpi corpus, & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis, & vini veraciter continetur transsubstantiatis panæ in corpus Christi & vino in sanguinem potestate diuina. ¶ Istis præsuppositis dicendum est ad rões singulas Scoti. Ad primam dicendum est, primo quod non militat contra S.Th. quia sicut supra diximus non ponit ipse, quod præsentialitas corporis Christi sit terminus cõuersionis, sed sit necessario sequens ad illam, ex eo quod est conuersio sacramentalis, vt diximus. ¶ Secundo respõderi potest, quod minor est, falsa, quoniam per vnam & eandem mutationem.s. generationis, quã generaẽ ignis ex aliqua materia habetur ignis, qui est terminus generationis, & præsentialitas eius in loco vbi erat prius materia, ex qua generatus est ignis. Similiter per vnam, & eandem operationem creationis habetur anima rationalis, & præsentialitas eius in corpore, q̃ cum creatur infunditur, & cum infunditur creatur. Similiter in proposito per vnam, & eandem conuersionem sacramentalem panis conuertitur in corpus Christi, & corpus Christi succedit substãtiæ panis per præsentialitatem sub speciebus sacramentalibus, & maxime videtur rõ Scoti in hac parte non habere locum, quia substãtia corporis Christi non ita dr per se terminus conuersionis, ꝙ habeatur simpliciter per conuersionem, cum sit terminus præexistens conuersioni, sed habetur præsens in sacramento. ¶ Ad secundum, quæ est confirmatio præcedentis respondetur negando maiorem. Et ad probationem respõdetur quod non est ad propositum, quia non dicimus, quod per conuersionem panis in corpus Christi habeatur præsentialitas corporis Christi in sacramento, sicut per se terminus conuersionis, quia panis non cõuertitur in præsentialitatem, sed in substantiam corporis Christi. Sed bene est, necessario consequens ex vi conuersionis inquantum est sacramentalis, vt dictum est. ¶ Ad tertiam respõdetur negando maiorem, vt dictum est. dicimus.n. cum S. Tho. ꝙ est impossibile, quod corpus Christi sit p̃sens in sacramento sine mutatione sui locali, nisi ponatur, ꝙ panis conuertatur in ipsum corpus Christi. Licet.n. vt dr dominus Petr. de palude in 4. dis. 11. corpus Christi possit esse in altari cũ substantia panis localiter descendendo de cœlo Deo faciẽte duo corpora esse in eodem loco, non tamen quod manens immotũ localiter in cœlo sit in altari sacraliter. Et ad ꝓbationẽ maioris rñdetur, ꝙ assumptũ est falsum, qñ nouitas posterioris, depẽdet à nouitate prioris, sicut hic quia nisi sit conuerso panis in substantia corporis Christi, non erit corpus Christi p̃sens sacramentaliter in altari. ¶ Ad quartam respondetur negando assumptum. Assumit.n. id quod principaliter à nobis negatur tanquam falsum videlicet, qđ corpus Christi potest esse præsens pani sine aliqua mutatione, aut locali corporis Xpi, aut substantiali panis in corpus Chri. ¶ Ad quintam respondetur negando maiorem vniuersaliter. Dicimus.n. iuxta dominũ Petrũ de palude in 4. dist. 11. ꝙ illud est verum, quando conuersum secundum nihil sui remanet in loco priori, & secundum aliquid sui additur ad conuertens sicut patet in alimẽto, sed quando conuersum sic, transsubstantiatur, ꝙ nihil eius remanet additum conuertenti, & aliquid eius remanet in loco priori, tunc conuersum non potest dici esse in locum conuertentis. Nec secundum illud, quod manet, qa illud conuersum non est, sed est à conuertente separatum nec secundum quod conuersum est, quia illud nõ manet & quod nihil est in se, nihil est in alio, sed econuerso conuertens potest dici in loco conuersi, quia secundum conuersionem in se factã succedit ẽm p̃sentialitatẽ ipsi. ꝙ in ipsum conuersũ est, vt sicut erat ibi, sic & istud ibi sit, quãuis illud immaginationem transcendat, & nihil tale videam⁹ in naturalibus. ¶ Ad sextam respõdetur, quod vt supra diximus. Non loquimur hic de conuersione panis in corpus Christi, vel cuius alterius rei in aliam rem simpl'r, & absolute, quia ex tali cõuersione, & ratione eius formali nõ habetur præsentialitas termini ad quem fit conuersio. Et hoc modo procedit ratio facta, sed loquimur de conuersione ista, vt est sacramentalis, quæ supra id quod dr cõuersio simpliciter importat, vt terminus conuersionis sit sub speciebus eius, quod conuertiẽ. Et tũc dr, ꝙ & si Deus posset conuertere panem in corpus Christi, vt habet esse in cœlo, talis tamen conuersio non esset sacramẽtalis, de qua loquimur, & ideo ratio non est ad propositum. ¶ Ad septimam respondetur eodem modo dicimus.n. ꝙ dato illo casu non esset conuersio sacramentalis, & per consequẽs non est ad propositum, quia de sacramẽtali loquimur, licet.n. ex conuersione simpliciter, & absolute non habeatur corpus Christi ad aliquem nouum locum, habetur tamen ex sacramentali conuersione sicut sæpe dictum est. ¶ Circa tertium articulum est notãdum, quod est aliorum opinio, quæ dr specialiter fuisse cuiusdam dicti Ioannis Parisien. vt dr Petrus de palude, vbi supra quod est hic, vel esse potest corpus Christi, non per conuersionem panis in substantia corporis Christi, sed per assumptionẽ paneitatis, imaginati sunt autem, ꝙ filius Dei assumpsit per medium corporis, quod est pars humanitatis assumptæ substantiam panis, ratione cuius per communicationem Idiomatum verum est dicere, panis est corpus Christi, & ita in hoc sacramento est corpus duplex. vnum quod fuit sumptum de virgine quod est pars humanæ naturæ. Aliud est sub substantia panis, quæ dr ẽt corpus Christi ꝑ communicationem Idiomatum. Et dicunt consequẽter, quod corpus Christi de virgine natum est hic realiter, quia quęcunque prædicantur de prædicato, de subiecto, qui cum panis sit hic, & corpus Xpi sit panis, per consequens dicũt corpus Xpi esse hic, sicut quia homo erat in p̃sepio, vel in in cruce, vel in vtero sequitur, quod ibi erat deus, qui erat homo. & sic quia ille Deus est ille homo, qui est passus & mortuus &c. ergo Deus dr passus crucifixus &c. Sic per consequens dicunt, quia panis frangitur manducatur, & diuiditur corpus Christi, quod est panis frangitur. Dicunt consequẽter, quod verbum non assumpsit sine medio substantiam panis, nec cogantur concedere, quod verbum est panis, & panis est verbum. dãnata est.n. hæresis dicens verbum impanatum. Eodem modo dicunt, quod verbũ non assumpsit substantiam panis per medium totius humanæ naturæ, ne cogantur concedere, quod iste homo est panis sicut quis dr albus cui albedo inest mediante tota superficie, sicut æthiops dr albus dente, quia eius dens albus est, quia est pars mediante qua inest albedo, sed non ipse, quia non secundum totũ sui coniungitur albedini. confirmant autem hanc suam positionem tribus rationibus, postea autem authoritatibus. ¶ Primo sic. Quicunque limitata sunt idem supposita vbicunque est vnũ ibi est, & reliquum, sicut vbicunque est tunica Sortis, ibi est eius albedo. sed pane assumpto corpus Christi humanum, & corpus panis essent vnum supposito, & vtrunque etiam limitatum, ergo cũ in altari esset panis assumptus ꝑ consequens, & corpus Xpi. ¶ Secundo medium est propinquius quam extremũ, sed si Chr̃us assumeret paneitatem, hoc faceret mediante suã corporeitate, quia indignius assumptibile est mediante digniore secundum congruitatem assumptionis, ergo cum suppositum Chri assumens esset in altari cum pane assumpto, multo magis esset ibi corpus Christi quod esset medium assumptionis. ¶ Tertio ibi est Christus sacramẽtaliter, vbi est virtute sacramenti directe, sed directius sit Christus in altari ꝑ assumptionem, quam ꝑ conuersionẽ. quia forma huius sacramenti, quæ efficit signando directius, & verius efficit illud, quod magis proprie significat. hoc autem est vnio ꝑ assumptionem qua sibi communicãtur Idiomata. Ita, vt hoc sit illud, ꝙ sonant verba formæ, hoc est corpus meum. Non autem vnio conuersionis. qa ꝑ illam panis non est Chr̃us, nec econuerso, sed panis fit corpus Chri, vel conuertitur in ipsum. ergo &c. ¶ Confirmatur autem hæc positio quibusdam authoritatibus. primo Dama. qui lib. 4. dicit, quod panis assumitur, & vnitur diuinitati. Item dicit, quia consuetudo est hominibus panem comedere, & vinum bibere, coniugauit eis diuinitatem, & fecit ea corpus, & sanginem eius. Item idem Dam. Carbo simplex lignum non est, sed vnitum igni. Ita panis communionis non est panis simplex, sed vnitus corpori Christi. Item Donysius vocat aliud sacramentum assumptionis, dicens Christus assumpsit nostra, vt communicet nobis sua. Item dicunt, quod hæc positio sua fuit approbata in

Ad primum argu. Scoti.

Ad secũm. arg Scoti.

Ad tertium arg Scoti.

Pet de Pal.

Ad quartum arg. Scoti.

Ad quintum arg. Scoti.

Ad sextum arg. Scoti.

Ad f. ptim. arg. Scoti.

Positiones Io. Pari. Pe. de pal.

Primum ar. Ioannis.

Secũm ar. Ioannis.

Tertium ar. Ioannis.

Damascen

Diony.

Cōtra prædictā opin. Ioannis.

ta in concilio Romano per Nicolaum papam, & centum quatuordecim episcopos. de quo in e. di. c. Ego Berengarius. ¶ Sed hæc positio non valet in se, nec in suis motiuis. In se quidem est falsa. Cui appertissime contradicunt capitula suprapposita c. di. maxime c. species & similitudo. item c. Quia corpus, & c. præsens, & duo immediate sequentia: rōne ēt ostenditur, quia aut assumeret Chrius panem cū accidentibus, aut solam substantiam. Si primo modo per hoc non esset in altari sacramentaliter, sed localiter p quātitatem cum substantia assumpta in altari sicut localiter fuit in vtero per quantitatem cum humanitate assumpta ibidem. Si secundo modo forte hoc est impossibile. Substantia autem corporalis sine quantitate fieri non potest. ¶ Præterea dato, φ esset possibile adhuc non faceret ibi esse corpus Christi, quia aliud est dicere corp' φ est Xps. hoc. n. est genus ad animal, & dr̄ totum suppositum Xpi, & aliud corpus Xpi, φ dr̄ partem humanitatis, licet aūt corpus vtroq; modo sumptum sit in altari tn̄ differenter, qa corpus φ est ibi suppositum est ibi secundario ex naturali concomitantia. sed corpus φ est pars est ibi virtute sacramenti directe, φ patet ex forma verborum cōsecrationis ipsius corporis, qua dr̄. hoc est corpus meum, φ nō pōt intelligi de corpore, φ est pars, quia genus non prædicatur possessiue de inferiori, sicut pars de toto. bene. n. dicunt humanitas mea. non aūt animal meum. dato ergo, φ corpus φ est Xps, per illam assumptionem esset ex vi sacrati in altari, non tn̄ corpus Christi, φ est pars, nisi tm̄ ex naturali concomitantia, φ per assumptionem nō fieret vnio in sacramēto in naturis, sed tm̄ in persona. Vn̄ per illam assumptionem fieret, φ panis esset corpus φ est Xps, nō aūt corpus Christi, sicut neq; modo diuinitas est humanitas. Præterea corpus Xpi nō incipit esse realiter in aliquo loco, nisi mutatione facta in ipso, puta si ẜm locum de cœlo moueatur, vel mutatione facta in ipsum. sed neutrum contingit per assumptionem, quia licet panis assumpt' mutetur perdendo subsistentiam propriam, non tn̄ mutat̄ in Xpm, nec in corpus Chisti. Præterea si à verbo manente corpore, φ est pars humanitatis assumptæ assumeretur substantia panis, sequitur, quod quotidie fierent nouæ assumptiones, & impanationes sicut quotidie hoc sacrm̄ iterat̄. ¶ Preterea φ dr̄, φ assumpta est substantia panis mediante corpore qđ est pars humanitatis non pōt stare, quia aut esset medium in substantificando, ita φ substantificaretur in corpore Xpi ante supposito postea in diuino, & hoc nō est possibile. Tū quia suppositum finitum non pōt substantificare alienam naturam. Tum qa suppositum humanū non habet in substātiam propriā. vn̄ oēm naturam à Deo assūptam oportet immediate substantificari in supposito æterno. Aut esset medium congruitatis, & hoc non est possibile, cum vnum non sit forma alterius, quia formæ substantialis non est altera forma, neque materiæ est materia. Præterea si esset mediatio nihil faceret ad propositum. nō enim esset maior vnio panis ad corpus, quā fuit vnio aīæ ad corpus in triduo, vt patet. sed in triduo per consecrationem aīa non fuisset in sacramēto ad minus ex vi sacramēti, quamuis in sacramento esset corpus exanime. ergo nec hic esset corpus, quis esset panis. ¶ Præterea falsitas esset in sacro veritatis, qua dr̄ hoc est corpus meū, quia contentū sub speciebus quamuis esset corpus, quod est Christus, nō tamen corpus Christi, vt dictum est. Nunc respondēdum est ad rōnes, & ostendendum, φ modicum valet.

Ad primum argu. Ioannis.

¶ Ad primam dicendum, φ maior non est vera vniuersaliter, quoniam identitas suppositi non facit esse vnum, vbi est reliquum. Nam si Christus assumeret lapidē Romæ, & lignū Parisijs non propter hoc sequeretur, φ lapis esset Parisius & lignum Romæ. ¶ Præterea aīa Christi, & corpus vnum fuerunt suppositum in triduo, & tamen anima fuit in limbo, & corpus in sepulchro. Vn̄ quāuis panis assumptus esset in altari, non tamē propter hoc sequitur, quod corpus Christi esset ibi.

Ad scd̄m. arg. Ioan.

¶ Ad secundam dicendum primo, quod corpus Christi non potest esse medium assumptionis, qđ præsupponitur ratione iam posita. ¶ Secundo, quia dato, quod esset medium, nihil arguit ad propositum sicut adiunctum est de anima Christi in triduo, cuius non est minor vnio ad corpus quam fuisset panis ad corpus si panis fuisset assumptus, & tamen si in triduo corpus Christi fuisset consecratum, ibi fuisset anima.

Ad tertiū arg. Ioan.

¶ Ad tertiam principaliter dicitur negādo minorem. quoniam dato, quod esset ibi cōmunicatio idiomatum, non sequeretur corpus Xpi magis esse in altari, quam econuerso, panem esse in cœlo. quia sicut dicitur, quod Deus est mortuus per hoc, quod Deus est ille homo, ita filius hoīs est in cęlo per hoc quod Deus est in cœlo, quod tamen ipsi non cōcedunt. ¶ Ad authoritates. ad illas Damasceni dicendum, quod non potest intelligi de vnione hypostatica, sicut ex ipsius Damasce. sententia colligitur. Sed vt dicit Alexander, & Bonauentura, dictum Damasceni intelligendum est quantum ad cōtinentiam specierum visibilium, vel in rōne conuersionis substantiæ panis, quia panis conuertitur in corpus diuinitatis vnitum, & species post conuersionem continēt illud & sic diuinitas vtrisque dr̄ coniugari. Superius autem data est intelligentia huius dicti per S. Thomam. Verbū aūt assumitur, quod est in eadem authoritate, non dicit assumptionem hypostaticam, sed magis dicit vsum ipsius sacramenti. Assumitur. n. à fidelibus in spūalem cibum, sicut cōmunis sermo habet. ego sumpsi hodie cibum. vnde Mar. 14. dr̄. Sumite, hoc est corpus meum. Ad secundam patet solutio ex dictis. Ad tertiam authoritatem eiusdem dr̄, φ nullo modo fauet proposito eorum, qm̄ panis communis siue communicationis in authoritate Damasce. nō dr̄ panis materialis, sed ipm̄ corpus Christi. ẜm illud Io. 6. Ego sum panis vitæ, & si quis manducauerit ex hoc pane. Et iste talis panis non est simplex panis tantum. i. terrena substātia, sed est diuinitati vnitus. vnde Damascenus post verba prædicta ita subiungit. corpus autem vnitū deitati nō vna natura est, sed vna quidem corporis, vnitate, aut diuinitatis altera. ¶ Ad alterā quæ est Dionysij patet responsio ex dictis. vocat. n. hoc sacramētum assumptionis rōne vsus eius. Assumitur. n. in cibum spiritualem sicut dictum est. ¶ Ad vltimam vbi dr̄, quod fuit confirmata, respondetur quod falsum est. Alia est. n. intelligentia Berēgarij quā sonat litera, vt videbitur infra in c. ego Berengarius.

Ad authoritates.

Alexander.

S. Thomas.

2 Ad secundum Sic proceditur. † Et videtur, qđ hæc cōuersio panis in corpus Xpi non sit naturalis, quo ad substātiam siue genus facti. ¶ Et arguitur argumentis domini Durandi in quarto distinct. 11. q. est huius opinionis, quod ista cōuersio solum est super naturalis, quo ad modum faciendi, quia subito agere excedit virtutem naturæ, sed non quo ad genus facti, quia natura conuertit totum in totum generando, & nutriendo. ¶ Et hoc sic, primo. Illa possunt adinuicem cōuerti, quæ communicāt in materia, quia illud quod est in potentia naturali ad aliqd potest per agens naturale ad illud reduci. sed eorum, quæ communicant in materia vnū pōt per agens naturale transmutari in alterum. Nec obstat, qđ arguitur in contrarium, quod in conuersione de qua loquimur totum conuertitur in totum propter quod oportet, quod fiat virtute eius, qui potestatem habet super vtrunque, cuiusmodi est solus Deus, quia etiam natura conuertit totum in totum generando & nutriendo. Si vero dicitur, quod hoc modo dicitur hic totum transire in totum, quod nihil de materia panis, & vini fiat de nouo in corpore Xpi cuius conuersio non est in naturalibus. Quod hoc non possit stare neque intelligi idem Durandus nititur p̄bare quinque rationibus. ¶ Primo sic. Illud quod non est magis in aliquo nunc quam prius non est magis conuersum in ipsum nunc, quā prius. Sed si panis non manet post conuersionem in corpore Christi secundum se. nec secūdum aliquid sui, puta secundum formam, aut secundū materiam. Non est in ipso plus post conuersionem, quam ante. ergo non debet dici magis cōuersum nūc, quam prius. ¶ Secundo sic. Oīs terminus actionis attingitur per actionem, sed in cōuersione panis in corpus Christi ipsum corpus est, ergo per talem actionem attingitur, sed si nihil sit in ipso qualiter attingetur illud non est intelligibile, quia sic, esset actio per quam nihil ageretur. ¶ Tertio. Si cōuersione materia desineret esse, quemadmodū, & forma, non esset conuersio, sed annihilatio. sed secūdum hanc positionem materia panis desinit esse in conuersione, sicut & forma, ergo ibi est vera annihilatio non conuersio. ¶ Quarto. Qualiter potest intelligi conuersio formæ in formam præexistentem non est intelligibile, quia nihil videtur esse nisi, quod vna desinit esse alia incipiente esse, ex quo per conuersionem nihil fit de nouo sub alia quemadmodum dicit philosophus primo physicorum. quod vnum contrariorū sit sub vno, & post ea sub alio, qui intellectus totus ē

Durand.

Prima rō. principalis.

Primum ar.

Scd̄m arg.

Tertium ar.

Quartū ar.

pro opinione nostra.¶ Quinto. Si materia non annihila
Quintũ ar. tur,sed cõuertitur hoc est altero duorum modorum,aut
quia permanet non in se,sed in suo simili,aut quia ex ipsa
& materia alterius efficitur vnum.primum non potest di
ci,quia tunc conuersio non differret ab annihilatione. An
nihilata.n.materia in aliquo nihilominus remanet materia
similis in alio,nec ibi esset aliqua conuersio imo secundũ
hoc non diceretur materia vnius magis cõuerti in naturam
corporis Christi,quam in materiam cuiuscũque alterius,
cum omnes essent eiusdem rationis. Si vero dicatur secũ
dum habetur propositum,quia sicut materia non distin
guitur à materia,nisi per formam sub qua est, nec potest
effici vnum cum materia alterius,nisi quia vtrunque effi
Respondet citur sub eadem forma.¶ Respondeo dicendum primo,
3 †ꝙ duplex est conuersio.vna partialis qua totum conuer
titur in totũ ratione partis,vt in gñone naturali,quæ fit ra
tione formæ tantum, & ista possibilis est agenti naturali
vt de se patet. Alia est totalis conuersio,qua totum conuer
titur in totum rõne totius,sicut est in conuersione sacrali
de qua ad præsens loquimur. Quo notato ponuntur duæ
Prima con. 4 conclusiones.¶ Prima †ꝙ talis conuersio totalis possibilis
virtute diuina. Ista conclusio probatur sic. Agens,ꝙ habet
potentiam super partem compositi, potest compositum,
secundum partem conuertere,sicut patet de agẽti natura
li,quod,quia habet potentiam super partem compositi tã
tum.s.formã põt ipsum compositum de vna forma in aliã
conuertere,ergo agens habens potentiam super totũ cõ
positum cuiusmodi est Deus,qui non solum habet poten
tiam super formam,sed super totã rei entitatẽ. s.materiã,
& formã, põt totum cõpositum in aliud cõuertere præce
5 dente nullo modo remanente.¶ Secũda cõclusio. †ꝙ ista
conuersio est supernaturalis quantum ad modum faciẽdi,
patet conclusio. Tum pp realem distantiam terminorum
inuicem transeuntium,quia virtus creata,quod non tãgit
in id non agit. Est ẽt supernaturalis quantum ad substan
tiam facti,quia natura nec subito nec in tẽpore potest ali
quid conuertere in distãs. vnde cum corpus Christi sit in
cœlo,& hostia sit in altari,ꝙ ista manente hic & illo illic,
fiat conuersio vnius in alterum natura nunquã facere pos
set. Et si dicatur,ꝙ hoc pertinet ad modũ faciendi non ad
substantiã facti. Probatur adhuc,quod etiam quantum ad
substantiam facti sic. Manifestum est,ꝙ oẽ agens agit in
quantum est actu,quodlibet aũt agens creatum est deter
minatum in suo actu,cum sit determinati generis,& spẽi,
& ideo cuiuslibet agentis creati actio fertur secũdum ali
quem determinatum actum. Determinatio autem cuiusl
libet rei in esse actuali est per eius formã. vñ nullum agẽs
naturale,vel creatum põt agere nisi ad immutationẽ for
mæ, & pp hoc omnis conuersio,quæ fit secũdum leges na
turæ est formalis. Sed Deus cum sit infinitus actus,eius a
ctio se extendit ad totam naturam entis. vnde non põt so
lum perficere conuersionem formalem,vt.s.diuersæ for
mæ sibi in eodem subiecto succedant, sed conuersionem
totius entis,vt.s.tota substantia huius conuertatur in totã
substantiam illius. Cum aũt tota substantia panis conuer
tatur in totã substantiã corporis Christi & tota substantia
vini in totam substantiam sanguinis Xpi,hæc cõuersio nõ
est formalis,sed substantialis. Nec continetur inter species
mot⁹ naturalis. patet,ꝙ sola diuina virtute põt fieri, & nõ
virtute creata:cum talis non possit agere ad conuersionẽ
materiæ. Et ita per consequens patet,ꝙ quantum ad sub
Ad primã stantiam facti cõuersio ista etiam fit super naturalis.¶ Ad
rationes dicendum,ad rõnem principalem respondetur
ꝙ verum est,ꝙ id,quod est in potentia ad alterum põt in
ipsum conuerti per agens naturale,modo.s.naturali, qui
est vt materia semper maneat incorrupta,sed hoc non est
hic,sed vna materia conuertitur in aliam,sicut & forma,
Ad primum argu. vt dictum est. vnde rõ non procedit.¶ Ad primam aliarũ,
quinque rõnum,quæ inductæ sunt contra rñsionẽ hic da
tam ad rõnem principalẽ, videlicet, quod materia panis
non manet,sed transit totaliter in materiã corporis Chri.
Respondet negando maiorem,cum.n.cõuerti sit in aliud
verti,de rõne illius quod conuertitur est,quod quantum
ad id quod de eo conuertitur nõ manet,vnde conuersum
ꝯm ꝙ huiusmodi non manet ꝯm aliquid sui. vnde aer cũ
conuertitur in ignem dr conuerti secundum formam, &
tñ forma conuersa ꝯm nihil sui manet. Non autem dr cõ
uersus secundum materiã,sed aditus,& similiter quia hęc
est conuersio secundum totum.ideo nihil eius remanet,
nec in se,nec in termino conuersionis.dato.n.ꝙ remane
ret aliquid non esset conuersio totius in totum.¶ Ad secun Ad secũ.
dam rationem respondetur. ꝙ terminus actionis, qui est
cõuersio,est corpus Christi esse in altari,siue esse sub hoc
sacramento,quod fit per istam conuersionem,sicut dictũ
est supra, vel dicendum,quod non oportet,ꝙ terminus a
ctionis,vel conuersionis attingatur ab actione conuertibi
lis,quod conuertitur. sed ab actione conuertẽtis,quæ con
uertit,sic est in proposito. Nam terminus conuersionis q̃
est corpus Christi attingitur actione cõuertentis, q̃ actio
fit virtute verborum,quæ attingit vsque ad corpus chri Ad tertiam
sti dicendo,hoc est corpus meum.¶ Ad tertiam responde
tur,ꝙ licet totum desinet esse,non tamẽ est annihilatum,
quia annihilatio est cõuersio in nihil. hic autem fit cõuer
sio in aliquid.¶ Ad quartam respondetur, ꝙ licet aliter Ad quartũ.
formam conuerti in formam nisi per hoc ꝙ materia,quę
fuit sub vna forma fiat de nouo sub alia sit, ẽ intelligibile,
quia licet,vt dr̃ S.Th.in 3.parte virtute agentis finiti non S.Tho.
possit forma in formam mutari,nec materia in materiã,
virtute tamen agentis infiniti quod habet actionem in to
tum ens potest talis conuersio fieri,quia vtrique formæ,
& vtrique materiæ est cõmunis natura entis, & ideo qđ
est entitatis in vna potest actor entis conuertere in id,qđ
est entitatis in altera sublato eo,per quod ab eo distingue
batur.¶ Ad quintam dicendum,ꝙ neutro modo conuer Ad quĩtum.
titur materia.s.neque per permanere in suo simili tantũ,
quia hoc esset etiam si vere annihilaretur,neque per con
iungi materiæ,sed per hoc,ꝙ in eam transsubstantiatur.
Lege.¶ [Panis non quilibet] ita habet vna litera,& tũc sen Exponit literam
sus est.[Non quilibet].i.qui supra altare ponitur ad bene
dicẽdum,sicut ille, qui per singulas dominicas solet offer
ri à plebe presbytero ad benedicendum,& postea per oẽs
partim,sed ille,qui est mysticus.i.consecratus.[Certa cõse
cratione].i.dominica,quam dominus in cœna protulit,&
instituit[fit nobis]id est ꝓ salute nostra offertur Hu. Alia
litera habet.[Non qualibet consecratione].i.benedictio
ne. Et videtur,ꝙ hæc litera sit melior,vt dicit Hu.[sed cer
ta].i.propria non vaga,sed determinata. s. illa dominica,
quam Christus hoc sacramentum conficiendo in cæna in
stituit,dicens hoc est corpus meum. cuius dominici verbi
virtute transit panis in corpus Christi, qua sola via põt
corpus Christi sacramentaliter præsens esse in altari,sicut
in quæstione ostẽsum est.[Nobis non nascitur].i.nobis nõ
fit mysticus siue consecratus à natura, sed miraculose.i. à
Deo,qui sicut totus noster est conditor,ita solus supra to
tam naturam potestatem habet faciendi quæcunq; vult,
quare ista conuersio in qua totum in totum conuertitur
(sicut in qõne declaratum est)non tantum quantũ ad mo
dum,sed quantum ad genus facti facultatem transcendit
totius naturę creatę[proinde ꝙ].i.quia ita fit mysticus[no
bis].i.ad nostram vtilitatem.s.non virtute naturæ,sed Dei
miraculosè[quamuis sit panis & calix].i.species panis, &
vini videantur in rei tamen veritate continent sub se cor
pus & sanguinem Christi[quæ sunt alimentum secundũ
rõnis].s.spũalis.i.animæ à peccato resurgentis[non sacrũ
religionis].i.ab ecclesiastica religione inuentum,sed tan
tum à Christo institutum in cœna,vt in cap. quia corpus
supra e.di.[Non ꝙ].i.non est sicut esca corporalis,quã vul
gari benedictione benedicimus, & de ea gratias agimus
domino,quod quidem facimus in omni eius munere. Nõ
tantum spirituali verum etiam corporali.

1 *Christus an contineatur totus in sacramento altaris.*
2 *Conuersio ad quid terminetur potest sciri ex tribus.*



Nte benedictionem. Sequi tur ter
tium capitulum eiusdem partis. quod in
duas partes diuiditur. In prima dicit,quod
consecratione facta corpus Christi vere si Diuisio.
gnificatur,& cõtinetur sub illis speciebus,
sub quibus primo substantia, & natura panis contine
batur. Secundo tangit huius sacramenti effectum,qui
est remissio peccatorum. Secunda ibi, qui manducat.
Item prima in duas. In prima dicit, quod corpus Chri
sti sit secundum veritatem in hoc sacramento. Secun
do, quod non modo corpus Christi, sed etiam ipse Chri
stus.

lus.2.ibi, in illo sacramento Christus est. de prima parte satis dictum est in proximis capitulis, & de vltima supra ea.di.c.si quoties.de media disputandum restat.¶ Pro pleniori ergo intelligentia huius capituli. Quæritur.† Vtrũ totus Christus contineatur in hoc sacramento. Et videtur quod non, primo sic. Christus incipit esse in sacramento per cõuersionem panis, & vini, sed manifestum, est quod panis, & vinum non possunt conuerti nec in diuinitatem Christi, nec in eius animam. cum ergo Christus extet ex tribus substantijs.s. diuinitate, anima, & corpore, videtur, ꝙ Christus totus non sit in hoc sacramento. ¶ Secundo Christus est in hoc sacramento, secundum quod competit refectioni fidelium, quæ in cibo, & potu consistit, sicut supra dictum est sed dominus dicit Ioan.6. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus, ergo solum caro, & sanguis Christi continentur, sed hoc sacramento, sunt aũt multæ aliæ partes corporis Christi, puta nerui, & ossa, & huiusmodi. non ergo totus Christus continetur sub hoc sacramento. ¶ Tertio forma sacramenti debet respondere sacramento, sed in forma non fit mentio, de aĩa nec de diuinitate, nec de alijs partibus humanæ naturæ, sed solum de corpore, quia dr̃ hoc est corpus meũ, ergo sequitur, ꝙ non sit totus Christus sub hoc sacramento.¶ In oppositum est tex. præsens, vbi dicit B. Ambrosi. In illo sacramẽto Christus est.¶ Respondeo dicendum, ꝙ omnino confitendum est secũdum fidem catholicam, ꝙ totus Christus sit in hoc sacramẽto. ¶ Pro quo notandum cum S.Tho.in 4.dist. 10.ꝙ in hoc sacramento altaris continet aliquid dupliciter. Vno modo ex vi sacramenti. Alio modo ex naturali concomitãtia. Ex vi quidem sacramen
2 ti continetur ibi illud ad quod conuersio terminatur.† Ad quid autem terminetur conuersio sciri põt ex tribus. Primo ex eo ꝙ conuertebatur. Non enim conuertitur materia sacramenti nisi in id, ad quod habet similitudinem secundum proprietatem naturæ suæ, sicut vinum in sanguinem. Secũdo ex significatione formæ, cuius virtute fit cõuersio. vnde in illud conuersio terminatur, quod est significatum per formam. Tertio ex vsu sacramenti, quia ꝙ pertinet ad cibum continetur sub specie panis ex vi sacramenti, quod pertinet ad potum sub specie vini. Ex naturali autem concomitantia, & quasi per accidens continetur sub sacramento illud, quod per se non est terminus cõuersionis, sed sine quo terminus conuersionis esse non potest secundum hoc. ergo patet, ꝙ cum aĩa Christi non habeat similitudinem cum substantia panis, nec in forma sacramenti de anima fit mentio. Nec anima cõueniat ad vsum sacramenti, qui est manducare & bibere ad animam non terminatur conuersio panis, nec vini, sed ad corpus, & sanguinem Christi, quæ ab anima nunc separata non sunt, & ideo anima non continetur ibi ex vi sacramenti, sed tamẽ continetur ibi ex naturali concomitantia ad corpus, qđ viuificat. vnde si fuisset facta conuersio in corpus Christi, quando erat mortuum anima non fuisset sub sacramento similiter dicendum est de diuinitate, nisi, ꝙ diuinitas ei⁹ etiam præter sacramentum est vbique.¶ Ad rationes licet ex dictis pateat solutio.¶ Respondeo tamen ad singulas. Ad primam dicendum, quod quia conuersio panis, & vini non terminatur ad deitatem, vel animam, consequens est, ꝙ diuinitas, vel anima Christi non sint in hoc sacramento ex vi sacramenti, sed reali concomitantia, quia.n. diuinitas corpus assumptum nunquam deposuit, vbicunque est corpus Christi, necesse est, & eius diuinitatẽ esse. ¶ Ad secundam dicendum, ꝙ ex vi sacramẽti sub hoc sacramento continetur quantum ad species panis nõ solum caro, sed totum corpus Christi.i.ossa & nerui, & alia huiusmodi. & hoc apparet ex forma sacramenti, in qua non dr̃ hæc est caro mea, sed hoc est corpus meum. Et ideo cum dominus dicit Io.6. Caro mea vere est cibus. Caro ponitur pro toto corpore, quia secundum consuetudinem humanam magis videtur manducationi accommodata, put s. homines carnibus animalium vescuntur communiter non ossibus vel aliis h môi.¶ Ad tertiam dicendum, ꝙ rõ bene arguit, ꝙ aĩa non sit in hoc sacro, vel diuinitas ex vi sacramenti, ꝙ conceditur, sunt autem ex reali concomitãtia sicut dictũ est. Lege.¶ Alias [spẽs].i. natura & substãtia nominatur, quia.s. panis, & sanguis substantia [post benedictionem].i. consecrationem corpus Christi significant, & et continent, quę spẽs vocabula retinent rerum ꝗ prius fuerunt, vt supra e.di. species. [peccatorũ].s. venialium & mortalium etiam aliquo modo. vt supra, e.d.cũ oẽ crimẽ.

Quæstio. I. Summar.
Secundum argu.
Tertium ar.
Opponit & Respondet.
S Thomas
Ad primum argu.
Ad secũm.
Ad tertiũ
Exponit literam.

2 *Latriæ honor exhiberi potest alicui dupliciter.*
4 *Adoratio hostiæ non consecratæ potest fieri dupliciter.*


Nos autem. Istud est quartum capitulum eiusdẽ partis, in quo authoritate Aug. ostenditur consecratione facta verum corpus Christi, & verum eius sanguinem in hoc sacramento esse, vnde ait ꝙ sub spẽbus panis, & vini, quas videmus res inuisibiles.s. carnem, & sanguinẽ honoramus de veritate corporis Xpi in hoc sacramento satis dictum est in superioribus. Nunc tangemus id quod dicit honoramus. quærũtur ergo duo.
1 ¶ Primo vtrum caro Christi sub istis speciebus honoranda sit adoratione latriæ.
3 ¶ Secundo vtrum adorans hostiam non consecratam dicendus sit idolatra.
1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur, quod caro Xpi nõ sit adorãda adoratione siue cultu latriæ.¶ Primo sic, quia super. psal.98. adorate scabellum pedum eius, qm̃ sanctum est dr̃ gl. Caro à verbo assumpta sine impietate adoratur à nobis. Non dico illa adoratione, quæ soli creatori debetur. Caro autem est pars humanitatis, humanitas ergo Xpi nõ est adorãda adoratione latriæ. ¶ Secũdo. Cultus latriæ nulli creaturæ debetur, ex hoc.n. reprobantur gentiles, ꝙ adorauerũt & seruierunt creaturæ, vt dr̃ Ro.1. sed caro Christi siue humanitas Christi qualitercunque sit sublimata nõ exit terminos creaturæ, ergo non est adoranda adoratione latriæ.¶ Tertio. Adoratio latriæ debetur Deo in recognitionem maxime dominij. ẜm illud Deut.6. dñm Deum tuum adorabis & illi soli seruies. sed Christus ẜm ꝙ est hõ, est minor patre. ergo humanitas Christi non est adoranda adoratione latriæ.¶ In oppositum est primo tex. noster dicens. honoramus, quod intelligendum est cultu latriæ. ẜm illud Aug. super illo psal. Adorate scabellum pedum eius. quoniam sanctũ est dicẽtis. Tertia.i. caro sine impietate adoratur à nobis, quia nemo carnem eius spiritualiter manducat, nisi prius adoret.¶ Respondeo dicendum, quod caro Christi adoratur adoratione latriæ. vnde Damascenus 3. lib. dr̃ Christus est perfectus Deus, & perfectus hõ, quem adoramus vna adoratione cum patre & spũ sancto, & incontaminatam carnem eius, sed p̃sona Christi adoratur latria, ergo caro eius.¶ Pro quo notandum iuxta Sanctum Tho
2 mam, & dominum Bonauenturam in 3. dist. 9.† quod honor latriæ exhiberi potest alicui dupliciter. vno modo per se, alio modo per accidens. Per se autem debetur ei, in quo est ratio, & causa talis honoris. Per accidens honor alicui debetur, in quo non est causa huius honoris, sed habet aliquam habilitationem ad eum cui per se debetur. Hoc notato dicitur, quod loquendo primo modo caro Christi non est adoranda.i. per se.s. adoratione latriæ. Illi .n. soli mens se debet offerre, vt suæ creationis principio sui opis actori, & suæ beatitudinis fini, suæ creationis principio in psalm.99. Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Sui operis actori. ad Galat.3. inquit Apostolus. Ipse operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate. Et Esaia.26. Omnia opera nostra operatus est in nobis. Suæ beatitudinis fini Gene.15. dicit dominus Abrahæ. Ego sum merces tua magna nimis. Et ita soli Deo cultus latriæ per se offerendus est. Loquendo autem secundo modo. s. per accidens adhuc duplex consideratio uenit de carne Christi, quia caro Christi, aut consideratur, vt nominat ipsam humanitatem per se, non vt vnitam, & hoc modo non debetur ei adoratio latriæ, sed duliæ, non cuiuscunque, ꝗ conuenienter exhibetur alijs creaturis, sed quadam excellentiori, quam hyperduliam vocãt. Alio modo accipitur, vt vnita diuinitati siue verbo Dei. Tunc dicitur, quod est adoranda adoratione latriæ, qua adoratur ipsum verbũ cui vnita est, vna enim adoratione adoratur Christus quantum ad vtranque naturam, sicut eadem adoratione adorantur in vno caput, & pedes. Concedendum ergo, quod caro siue humanitas Christi adoranda est, adoratione latriæ in quantum est verbo vnita, quamuis, vt per se consideratur, non, sed dulia, vt dictum est. Et quoniam caro Christi nunquam est separata, ideo semper consideranda est, vt coniuncta, & semper adorãda

Primum ar.
Scd̃m arg.
Tertium ar.
Opponit in contrarium
Respondet. Damascen.

Ad primum arg.

latria. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur, ꝙ illa glo. intelligitur de carne siue humanitate Christi prout in se nuda consideratione consideratur. Et hoc est quod dr̃ Au

Aug. Damascen.

gu. Si hominem separaueris à Deo illi nunquã credo, nec seruio. Et Damascenus inquit. Si intelligas subtilibus intelligentiis quod videtur ab eo quod intelligitur inadorabilis est. s. adoratione latriæ. Hic autem non obuiant, quoniam secundum, quod vnita est adoranda sit latria. vnde Damascenus dicit. Non nudam carnem adoramus, sed vnitam diuinitatem in vnam hypostasim diuini verbi. ¶ Ad

Ad scd̃m.

secundam patet responsio ex dictis. verum est. n. quod nulli creaturę debetur per se. i. ratione sui latrię honor, sed bene per accidens. s. ratione alterius. s. diuinitatis, cui in vno & eodem supposito. s. verbo Dei vnitur, cui debetur honor latriæ. ¶ Ad tertiam patet. verum est. n. quod honor

Ad tertium

latriæ non debetur humanitati Christi ratione sui secundum quam Christus minor est patre, sed ratione diuinitatis, cui vnitur, vt dictum est.

3 Ad secundum Sic proceditur. † Et videtur, qđ adorans hostiam non consecratam sit idolatra. ¶ Et primo sic, dicitur extra de celeb. missa. c. de homine, quod plus peccat malus sacerdos, qui non conficit, & simulat se conficere, quam ille, qui conficit in peccato mortali, pro eo quod facit populum idolatrare.

Primum ar.

Secd̃m arg.

¶ Secundo sic. Quicunque facit contra præceptum diuinum peccat mortaliter, sed adorans hostiam non consecratam est huiusmodi, exhibet. n. puræ creaturæ quod soli Deo debitum est contra illud Deuteronomii. 6. dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. ergo talis peccat, sed non nisi peccato idolatriæ. ergo &c. ¶ Tertio.

Tertium ar.

Qui adorat angelum Satanæ transfiguratum in angelum lucis siue in formam Christi peccat peccato idolatriæ. ergo pariter, qui adorat hostiam non consecratam, consequẽtia videlicet, patet ex simili. ¶ In oppositum est, quia

Opponit in cõtrarium

ſm hoc esset in potestate mali sacedotis facere populũ peccare vellet, nollet, quod absurdum est dicere. ¶ Respõ

Respondet. 4

deo, dicendum videtur ad hanc quæstionem † ꝙ adoratio hostiæ non consecratæ potest fieri dupliciter. Aut simpliciter, aut sub conditione. Si simpliciter, non videt̃ sic adorans excusari a peccato. Offert. n. cultum latriæ creaturæ, qui soli Deo debetur, nec excusari debetur ratione ignorantiæ, quia rationabiliter cogitare potest, ꝙ in hoc potuisset aliquis defectus interuenisse, propter quem consecratio non fuisset rite facta, & per consequens hostia non esset adoranda, vt puta, quod sacerdos finxisset se consecrare, & tamen nõ consecraret, aut quod defecisset, aut in forma, aut esset aliquis qui fingeret se sacerdotem. cuius solius est hoc sacramentum conficere. vt extra de summa trinitate, & fide cathol. c. firmiter. §. hoc vtique. cum tamẽ non esset. Aut, ꝙ quis deciperet porrigendo hostiam simplicem pro consecrata, aut potest occurrere casus, ꝙ reperitur in altari hostiæ particula aliqua, & adoraretur simpliciter culpabile esse videtur. Alio modo adoratio hostię non consecratæ potest esse sub cõditione, videlicet, si rite est consecrata, & hoc dupliciter. aut illa conditio est habitualis tantum, aut actualiter expressa, & apposita, dicimus .n. ꝙ adorans hostiam non consecratam sub conditione ẽt non actuali, sed habituali non peccat. sufficit. n. ꝙ habitualiter habeat istam conditionem, videlicet si consecratio

S. Thomas. Bonauen. antidioren.

debito modo est facta, ista est sententia S. Tho. Bonauenturæ, & Guilielmi Antisiodoren. qui ita dicit in summa sua. Non debet quis credere simpliciter corpus Christi esse sub hac forma panis, nisi sub hac conditione. Si cõsecratio sit rite facta. Potest. n. decipi sacerdos, qui porrigit simplicem hostiam credens ibi esse corpus Christi. Vnde iste non debet credere corpus Christi esse sub hac forma nisi sub conditione prædicta. hæc ille. Sufficit. n. vt dictum est,

Ad primum arg.

quod habitualiter illam teneat. ¶ Ad rationes patet responsio per distinctionem datam. Ad primam decretali illa detur, quod sacerdos dicitur illos facere idolatrare, quia quantum in se est sciẽter exhibens adorandum, quod non est dat occasionem idolatrandi. Sed quia paucissimi sunt qui adorant hostiam in altari, nisi cum conditione illa habituali. s. ꝙ non adorant nisi rite facta sit consecratio, per quam corporis Christi præsentia exhibetur in sacramen

Bonauent. ad scd̃um.

to pauci sunt qui hoc peccatum incurrunt, dicit Bonauẽt. in 4. di. 8. ¶ Ad secundam respondetur, ꝙ, qui cum conditione pdicta adorat hostiam non consecratam, non facit contra præceptum, quia ibi non est intentio nisi adorare Christum. ¶ Ad tertiam respondetur, ꝙ in parte est simi

Ad tertium

le de angelo malo transfigurato, & de hostia non cõsecrata, & in parte dissimile. Simile est in duobus. Primo, quia vtrunque adorare cum conditione nõ est peccatum, quia adoratio est cõdionalis tm̃. & ideo conditione nõ impleta, aut existente non est adoratio. Secundo quia vtrunque adorare simpliciter sine conditione est peccatũ. In hoc viro est dissimile, qm̃ in adoratione angeli transfigurati in formam Xpi ad excusationem à peccato non sufficit habitualis cõditio, sed requirit, ꝙ actualiter sit expressa, & ap

Bonauent.

posita. Cuius rõ ſm Bona. est, quia cũ talis apparitio sit insolita, non debet quis nisi cum maturitate & prima ratiocinatione pbere consensum, siue procedere in actum. Ad excusationẽ vero à peccato in adoratione hostiæ non consecratæ sufficit habitualis conditio. Ratio, quia pp frequẽtationem ostẽsionis non exigitur deliberatio in actu, nec per consequens actualiter expressa conditio, sed sufficit, ꝙ habitu habeat, ꝙ si sciret hostiam non esse consecratã non adoraret eam. Secundo quia probabiliter plumendũ est, ꝙ in tanto mysterio pietatis non vellet sacerdos populum illudere. Ex quo ẽt patet responsio ad argumentum in oppositũ, ꝙ non est in potestate sacerdotis mali facere populũ idolatrare, nisi populus ipse vellet. quare &c. Le.


Exponit literam.

¶ [Res inuisibiles]. s. sub sacramẽto [honoramus]. s. cultu latriæ [appendimus]. i. existimamus, siue appretiamus, qm̃ ante sub eis erat substantia panis & vini materialis [quam natura formauit.] N nc vero post consecrationẽ est substãtia corporis & sanguinis Chr̃i. [Quã benedictio.] ¶ Sed contra. vr̃. n. male dicere, quia in substantia formæ nihil est pertinens ad bñdictionẽ. Non. n. dr̃. nisi hoc est corpus

Respondet. Bonauent.

meum. R̃ndetur, ꝙ [vt dr̃ Bona. in 4. in fi. 4. di. verba in quibus consistit ius consecrandi dicuntur benedictio. Tum ratione benedictionis præcedentis. Tum quia ad eorum prolationem dñs benedixit, quia conuertit in corpus suũ, & super oĩa benedicit ditando perfectis donis gratiarum animam, & sanctificatione, & potestate carnem illam sanctissimam [benedictio]. i cõsecratio [cõsecrauit]. i. effecit.

*Professio Berengarij an sit erronea, vel catholica.*

1 

EGo Berengarius. Sequitur quintũ c. huius partis, in quo fidem veritatis huius sacramenti superius positã, videlicet ꝙ in hoc sacro sit verum corpus Christi, cõfirmat per confessionem factam per Berengarium, qui prius Xpi corpus in sacro solum, vt in signo esse dicebat, & non in veritate, qui tandem hæresim suã reuocans professus est, cum catholica ecclesia in hoc sacro corpus Xpi esse in veritate. & diuiditur in quatuor partes. In 1. ponitur positio

Diuisio.

eius erronea. In 2. Professio eius catholica. In 3. condemnatio siue anathematizatio primæ suæ positionis. In 4. pœnæ se subiicit si contra senserit. secunda ibi, constitutio. tertia ibi, iurãs. 4. ibi, ꝙ si ego. ¶ Pro pleniori intelligẽtia

1 huius capituli venit quærendum. † Vtrum pfessio ista Berengarii sit erronea, vel catholica. Et arguitur, ꝙ non catholica per principales eius partes. Primo. n. confitetur pa

Quæstio.

Primum ar.

nem, & vinum, qui in altari ponuntur post consecratione non solum sacrm̃, sed etiã esse verum corpus Christi. Contra hoc arguitur hoc est falsum, ergo professio ista, quo ad hoc est falsa, consequentia patet. antecedens probatur, qm̃ nullo tempore est dicendum, nec ante consecrationem, nec post, quod panis, & vinum sunt corpus Xpi. ¶ Secũdo

Scd̃a arg.

profitetur, quod sensualiter non solum sacramentum, sed etiam corpus Christi in veritate manibus sacerdotum tractari, frangi, & dentibus fidelium atteri. hoc est falsum pfessio est falsa, consequentia patet. antecedens probatur, quoniam quod frangitur non manet integrũ. sed corpus Christi semper manet integrum sub qualibet specie, & qualibet particula specierum, vt in c. singuli. & in c. vbi infra e. di. corpus autem. ¶ Tertio sic. Quod frangitur patitur. sed corpus Christi est impassibile, cum sit gloriosum,

Tertium ar.

ergo falsum est, quod frangitur, & per consequens sacerdotum dentibus atteritur. ¶ In oppositum est textus præsens, vbi à papa Nicolao, & sua synodo acceptata est illa professio. ¶ Respondeo dicendum, quod professio

Opponit & Respondet.

ista bene intellecta est vera, & vere catholica. alias non recepisset eam apostolica sedes, in qua semper religio christiana immaculata permansit. vt in cap. in sede 24. quæst. 1.

Intelligi

Intelligi autem debet sic, vt vtrunque dictum capiatur rõne specierum exteriorum, circa quas cõtingit esse attritionem, fractionem, & masticationem. Nec iste modus loquendi est tenendus. Recepit tamen ecclesia professionẽ istam Berẽgarij, & publicauit quamuis minus expressam, ad elidendum suum errorem, quia non cõcedebat corpus Christi ibi veraciter esse, nisi sicut in signo. vñ pp hoc recepit illum ecclesia, vt intelligeretur ibi vere esse, & nõ vere diuidi. ¶ Ad rõnes. Ad primã rñdetur, ꝙ identitas illa nõ referenda erat ad substantiam panis, sed ad speciẽ, sub qua prius erat substantia panis, & sub qua facta consecratione significatur corpus Xpi. vñ dr̃ panem, & vinum post consecrationẽ est, verũ corpus Xpi, & sanguinẽ, sensus est. i. sub qua spẽ erat prius substantia panis ante consecrationem, sub eadem tãquam sub signo est corpus Christi, & ita sub spẽ vini est sanguis Xpi. ¶ Ad alias rõnes patet responsio ex intelligentia data professionis ipsius Berengarij. Lege.

Ad primum argu.

Exponit literam.

¶ [Anathematizo]. i. detestor, & anathematizando iudico [sacramentum]. s. coporis, & sanguinis dñi. [Non esse]. i. cõtinere sub se verum corpus Chri. [Et ipsum corpus Chri] non posse sensualiter. i. in veritate siue præsentialiter, vt exponit Albertus [nisi in solo sacramento]. i. in solo sacro fiunt ista. ita ꝙ solum sacrum est ibi, & corpus Xpi in veritate, sed solum, vt in signo. Aliter non esset hæresis, sed veritas. vnde aliud est dicere, ꝙ corpus Xpi non habeatur in manibus sacerdotum veraciter, sed figuraliter, siue sacraliter tm̃. s. vt est in signo, & hoc hic improbatur, & aliud est, ꝙ corpus Christi ibi veraciter existens, non frangatur nisi in specie siue in sacramento, ita vt fractio ad solas species referatur, & hoc est verum. [Consentio] secunda pars. [panem &c.]. i. sub spẽ panis, & vini, verũ corpus, & sanguinẽ contineri [& sensualiter]. i. realiter, & veraciter [tractari frangi]. i. specieb. illis esse in veritate q̃ frangunt, q̃ manibus sacerdotũ frangunt, & dentib. atterunt. [Iurans] tertia pars. [homusion]. i. vnius substantiæ. homos in græco dr̃ vnũ, vel idem, & ousia substãti. vnde dr̃ trinitas Homusion. i. vnius substantię. [Qđ si ego] quarta pars. [hanc confessionem] hucusque fuerunt verba Berẽgarij. Ea quæ sequũtur sunt verba notarij. [Misit] quia sicut excõicationis sententia mitti debet vt 11. q. 3. curæ. Sic, & absolutionis 8. q. 1. si. Solenni purgatione 15. q. 5. de crimine. [Reuerso] ad fidem conuerso ad Deum à quo prius fuit auersus.

Albertus.

FOrte autem. Capitulum sextũ eiusdem partis. Et diuidit in duas partes. In 1. B. Ambrosi. primo proponit vnam qõnem quorundam, qui quęrebant qũo in sacramento hoc dicatur esse verum corpus Chri, & verus sanguis, cum nec spẽs carnis nec saguinis ibi appareant siue videatur. In 2. parte rñdet qõni dupliciter, quia Dei virtute, quæ tantã est, vt possit commutare, & conuertere genera, & instuta naturæ fit hoc. Secundo, quod non sine cã, sed rõnabilibus causis factum est, vt corpus, & sanguis Xpi sub alia specie. s. panis, & vini, & non sub propria proponãtur nobis in altari sumenda. Prima responsio notatur ibi, primum omnium. Secunda ibi, deinde. Pro ampliori intelligentia huius cap. circa primam qõnem quæruntur duo.

Diuiso.

1 ¶ Primum, vtrum diuina virtus possit conuertere quodlibet, in quodlibet.

2 ¶ Secundo, vtrum rationes assignatæ in litera, ꝓpter quas corpus Christi sub alia specie non sub propria nobis proponatur in altari, fumendum.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et uidetur, quod diuina virtute non possit quodlibet conuerti in qđlibet. ¶ Et primo sic, authoritate Augu. qui super Gen. ad literã dr̃. qđ corpus possit mutari in corpus. Sunt quidã, qui asserũt corpus vero mutari in animã, vel fieri naturã incorpoream, nec aliquos sensisse scio, nec fides habet. ¶ Scđo authoritate Boetij, qui in li. de duabus naturis, & vna p̃sona Christi dr̃, quod illa sola inter se mutari possunt, quæ hñt vnius materiæ substantiam cõem. Itẽ vr̃ esse sententia Ari. 1. de generatione, qđ illa sola sunt adinuicem transmutabilia, quæ communicant in materia. ¶ Tertio ratione sic, vt arguit Duran. in 4. d. 11. Conuersum debet manere in eo in ꝙ cõuersum est, alias diceretur annihilatũ, sed non manet in actu, quia tunc non esset conuersum. ergo manet in potentia, non potentia actiua soliꝰ Dei, qa tunc non differret ab annihilatione, potest. n. deus annihilata reintegrare, vt videtur quibusdam, vel si hoc non potest, vt alijs vr̃, multo fortius habetur propositum quia oportet omne conuersum manere ĩ eo, in quod conuersum est. Non solum in potentia Dei actiua, sed in potẽtia aliqua passiua. hæc autẽ est materia. ergo non possunt conuerti inuicem, nisi illa quæ communicant in materia, cũ ergo corpus & spũs non conueniãt in materia. nec corpus corruptibile cum corpore incorruptibili, s̃m communiorem opinionem, sequitur quod nec corpus potest conuerti in spiritum, nec corpus corruptibile in incorruptibile. ¶ Quarto sic. Si quodlibet posset in quodlibet mutari, tunc Deus posset quamlibet substantiam sub specie alterius mutare, & sic asinum sub specie hoĩs, & ita de similibus alijs spẽbus, & sic periret certitudo experiẽtiæ, & sciẽ quia cum Deus posset facere substantiam saphiri sub spẽ adamãtis haberemus dubitare de re demonstrata, an res illa sit lapis, vel lignum. patet quia Deus potest tales conuersiones facere, cum hoc lateat nos, & non cõstat nobis ꝙ nõ fecerit, ergo cũ credimus, quod talia potest facere, & non sumus certi, quod non fecerit, dubitare debemus an fecerit, ergo debemus dubitare de singulis substantijs, an sint vel non. ¶ Quinto sic. Si quodlibet posset mutari in quodlibet, tũc etiam vniuersum posset mutari in corpus Christi, quo facto vniuersum annihilaretur oĩno, quod est incõueniẽs. ¶ In oppositum est tex. præsens, vbi Amb. respondens quomodo corpus Christi est in hoc sacramẽto ait. primum oĩum dixi tibi de sermone Xpi, qui operatur vt possit commutare, & conuertere genera & instituta naturæ. Item ad idem est Ambro. in capitulo quia corpus supra ea. dist. ¶ Respondeo dicendum ꝙ si quæstio loquatur vniuersaliter de quolibet ente. Tunc sit ista cõclusio. Quod non quodlibet ens potest conuerti in quodlibet ens quia non est ens diuinum, quoniã nulla virtute posset creatura mutari in diuinitatem, quia vt ait Scotus & bene. Si sic. Tunc natura diuina posset mutari in aliud, quia termini illius mutationis possunt mutuo fieri termini. secundo quia nihil põt conuerti nec vt terminus à quo, nec vt terminus ad quem, nisi cuius esse & non esse totaliter subest virtuti conuertentis, nihil autem intrinsecum Deo subest potentiæ diuinæ, quia illa potentia non respicit pro obiecto nisi possibile. sed quicquid est Deo intrinsecum, est necesse esse. Si vero quæstio loquatur tantum de ente creato vtrum. s quodlibet ens creatum possit conuerti in quodlibet ens creatum. Tunc rñdendum est dicendo, ꝙ de conuersione possumus loqui dupliciter. Aut. n. est conuersio, quæ est per immensionem. i. qua cõuersum aliquo modo manet in eo, in quod conuertitur. Cuiusmodi est cõuersio physica siue naturalis, sicut in generatione manet materia in alteratione substantia actu & in augmento substantia, q̃ additur nutribili, loquendo de tali mõ cõuersionis dicendum vr̃, ꝙ nulla virtute potest quodlibet in quodlibet cõuerti, sed hoc genere conuersionis sola cõuerti possunt adinuicem, quæ communicant in materia, quæ cõis est vtrisque terminis apta nata subiici diuersis formis. patet ista cõclusio, quia cum id quod conuertitur hoc cõuersionis modo maneat in eo, in quod conuertitur, & hoc non posset esse nisi manente materia consequens est, quod hoc genere conuersionis multa adinuicem conuerti possunt, nisi in materia conuenientia. Vñ hoc modo nec corpus in spiritũ nec lapis in angulũ, nec corpus corruptibile in corpus incorruptibile, vel lignũ in cœlũ sunt cõuertibilia. hoc tñ nõ venit ex impotentia Dei, sed qa hoc non est factibile pp implicationẽ cõtradictionis, quia in hoc gñe cõuersionis (vt dictũ est) cum id qđ cõuertit̃ oporteat, aliqualiter manere in eo in quod conuersum est, & hoc non posset esse, rõne materiæ cõis, de necessitate sequit̃, vt ea quę hoc modo adinuicẽ conuertunt, cõicent in vna materia. Alio modo loqui possumus de conuersione, quæ est p simplicem trãsitionem vnius in aliud. Et hoc modo vr̃ nobis, ꝙ Deꝰ potest quodlibet ens creatũ cõuertere in quodlibet aliud creatũ, quod ꝓbat̃ multipliciter. Et primo ex textu p̃senti, in quo dr̃ Ambr. Primũ oĩm dixi tibi de sermone Xpi, qui operat̃ vt possit commutare, & conuertere gña, & instituta naturæ. Vbi notandum quod nõ dr̃ genus in singulari, vt non der̃ intelligi, qđ sermo Dei solũ posset cõuertere entia vnius gñis videlicet cõicẽtium in materia, sed dr̃ genera & instituta naturæ in plurali, vt intelligatur, quod eius virtus extendit se supra totam latitudinem entis genere aliquo comprehensi. Secundo probatur ex illo Lucæ j.

Primum ar.

Secundum argu.

Tertium ar. Durandus.

Quartũ ar.

Quintũ ar.

Opponit & Respondet.

Respondet.

Scotus.

Non erit impossibile apud Deũ omne verbum. ¶ Tertio magis est facere aliquid ex nihilo, quam conuertere, vnũ ens in aliud. quia magis est distantia inter ens & nihil, quã inter duo entia. sed Deus potuit & fecit entia ex nihilo. ergo fortiori ratione potest conuertere quodcunque ens in aliud. Confirmatur ista rõ argumento beati Ambro. arguentis sic, & habetur infra e. d. panis in altari. Si tanta vis est in sermone domini, vt inciperent esse quæ non erant, quanto magis operatorius est, vt sint quæ erant & in aliud commutentur. ¶ Quarto sic, agens quod habet potestatẽ super totam naturam entis, illius actio potest se extẽdere super totum esse cuiuslibet entis creati, mutãdo vnum in alterum, sed Deus est huiusmodi cum sit infinitus actus, & infinitæ virtutis, ergo potest quodlibet ens creatum conuertere in quodlibet aliud cõuersione illa, quæ dr̃ per simplicem transitionem, siue transsubstantiationem vnius in aliud. Istius sententiæ videtur nobis esse S. Tho. in 4. di. 12. ar. 2. In solutione vnius argumẽti vbi ita dr̃. hoc modo nõ est remotum, quin Deus possit mutare corpus in spũm. loquendo vero de primo modo conuersionis dr̃ in 3. dist. 5. ar. 2. ꝙ quæ non communicant in materia non possunt ad inuicem transire. ¶ Ad rationes. Ad primã rñdetur. ꝙ Au. loquitur de conuersione primo modo dicta. In qua cum oporteat semper esse aliquod subiectum commune ambobus terminis clarum est ꝙ secundum modum illius cõuersionis corpus non põt mutari in naturam incorpoream. ¶ Ad secundam dicendum est eodem modo. ꝙ Boethius loquitur de conuersione primo modo capta, sicut & Arist. 1. de generatione. ¶ Ad tertiam quæ est rõ Durãdi respondetur, ꝙ assumptum eius non est verum, nisi de eo quod conuertitur in aliud naturaliter, non aũt de eo ꝙ cõuertitur per simplicem transitionem totius in aliud, sicut satis circa capitul panis & calix supra e. d. repetitum est in q. Quod aũt dr̃ dominus Durandus quod non videtur bñ intelligibile ꝙ totus panis conuertatur in totum corpus Xp̃i, & tñ ꝙ nihil de materia, & forma panis maneat siue fiat de nouo in corpore Xp̃i. Rñdetur ꝙ verum est, ꝙ non bene. i. non plene est, intelligibile, sed propter hoc non sequitur ꝙ non sit verum. oportet. n. nos credere vt dr̃ B. Augu. ad Volusianum, Deum aliquid posse, ꝙ nos fateamur inuestigere nõ posse. ¶ Ad quartã quæ est dñi Roberti Holkot in 4. suo rñdet primo, ꝙ apud Deũ plura sunt possibilia, q̃ intellectus noster intelligere non põt. ¶ Secundo ꝙ non est inconueniens concedere ꝙ Deus de potestate sua absoluta posset quamlibet spẽm conuertere in aliã. ¶ Tertio ꝙ multa põt Deus facere, quæ non facit, nec vnquam futurus est, & ex talibus multa velle arguere vanum est. vt dicit Alb. magn. in secundo sententiarum. Dicitur ergo ꝙ cum tales conuersiones non fierent à Deo, qui sapientissimus est, & nihil agit frustra, nisi ex magna & euidenti causa, & ẽt facta reuelatione ecclesiæ ad cuius vtilitatem talia fierent sicut factum est de conuersione panis & vini in sacramento eucharistiæ, si tales conuersiones fierent nullũ sequeretur inconueniens. ¶ Ad vltimam respondetur vt dicit Alex. de Hal. in 4. & etiam Bonauentura. ꝙ posito ꝙ omnes creaturæ conuerterẽtur in corpus Christi non sequtur ꝙ vniuersum annihilarẽtur, quia ipsum vniuersum in aliud mutaretur. s. in corpꝰ Christi, sicut nec panis dicitur annihilari, qui in corpus Christi conuertitur.

Ambro. — S. Thomas. — Ad primum arg. — Ad secũm. Boethius. — Ad tertium — ad quartum — Alber. mag. — Ad quintum ale. de Hali.

2 Ad secundum Sic proceditur. †Et videtur ꝙ rationes tres quæ assignantur in litera quare corpus Christi non offeratur in propria specie, sed aliena nõ sint cõuenientes. ¶ Prima. n. est, ne aliqui scãdalizati à fide recederent dicentes sicut dixerunt quidam discipuli, durus est sermo, & insultantes irriderent fideles quod humanam carnem & cruorem occisi hominis biberent. ¶ Secũa ne mens hominis abhorreret. horror quidẽ est homini carnem crudam comedere, & sanguinem bibere. ¶ Tertia est, vt fides haberet meritũ quæ est de his quæ non videntur. ¶ Contra primam arguitur sic. Illud quod aliquando fit ad cõfirmationẽ fidei si semp fieret non esset irrisio, sed maior confirmatio. sed aliquando ad confirmationẽ fidei alicuius dubitantis de hoc sacramento ostẽditur corpus Christi sub specie carnis, sicut legitur in vita beati Gregorij, & in vitas patrum. ergo non esset ad derisionem si semper in specie propria ostenderetur. ¶ Secundo sic, quia infideles videntes vinum in sanguinem virtute verborum prolatorum à consecratione cõuerti, potius ædificarentur in fide, quam irriderent. ¶ Contra tertiam causam assignatam arguit sic, & videtur ꝙ nulla sit. quia cognitio ex fide, quod esset caro Saluatoris & sanguis & immensitatem charitatis illius, & quantum beneficium, & quantum vtile est ipsi sumenti cum magna deuotione sumeretur & sine omni horrore. ¶ Contra tertiam arguitur sic, quia si vt fides habeat meritum corpus non sumitur in propria specie, sed aliena, sequitur quòd quodlibet sacramentum sub propria specie debeat contineri, quam si illa in qua saluatur sua essentialitatis veritas, sed hoc falsũ est, quia aqua in sacramento baptismatis & chrisma in sacramento confirmationis in sua veritate consistunt, ergo ratio assignata non valet. ¶ In oppositum est tex. præsens. ¶ Respondeo dicendum ꝙ causæ assignatæ sunt bonæ. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum, quod bene verum est, quod in ostensione talis speciei fides potest ædificari. Sed si in hac specie sumeret, magis esset in fidei destructionem, quia corpus Christi quod est gloriosum passibile ostẽderetur si masticationi subesset. Et hinc est, quod vt dicit magister Alexander de Hal. ꝙ quando sancti orauerunt ꝙ dominus ad manifestationem virtutis & veritatis huius sacramenti ostenderet corpus suum in forma, siue specie carnis, & hoc obtento orauerũt, vt iterum esset sub forma panis quando deberet assumi, legitur fecisse beatus Gregorius vt legitur in sua historia. ¶ Ad secũdã dicendum, quod infideles considerantes carnem Christi cruentatam dẽtibus diuidi, & sanguinem sumi in potum, non ex hoc ædificarentur ad fidem sed potius prouocarẽtur ad irrisionẽ, quia huiusmodi assumptio & diuisio corporum corruptibilium est, corpus autem Christi glorificatum. ¶ Præterea nec conuersio panis in carnem esset eis in fidei ædificationẽ, quia illam magis fictioni attribuerent, & incantationem assererent quam veritatem. ¶ Ad tertiã dicẽdum, quod supposita fide in sumptione corporis Xp̃i in spẽ propria apparentis, & si cum magna deuotione assumeret, nihilominus nõ sumeretur sine horrore. Nõ quidem ex abominatione proueniente, vt dr̃ S. Tho. sed qui ex deuotione & reuerentia oriretur. Homo quidem fugit non solum immunda tãgere ex abominatione, sed etiam sancta ex deuotione. ¶ Ad quartam dicẽdum, quod secus esset de hoc sacramento, & de alijs sacramẽtis, & hoc maxime ex continentia huius sacramenti, quãtum. n. ad hoc differt istud sacramentum ab alijs. Istud. n. qđ est purũ sacramentum, hæc. s. spẽs panis non est solummodo significans, sed continens rem signatam. i. ipsum Xp̃m, qui est actor grarum in oĩbus sacramentis. de hoc ergo sacramento intelligitur rõ assignat. & non de alijs. quare rõ non procedit. Leg. ¶ [Primũ] hic ponitur prima rñsio, quæ respicit partem illam q̃onis, qua quæritur. quomodo hic est verũ corpus & verus sanguis Xp̃i. [Commutare]. i. conuertere [genera]. i. naturas. [Instituta]. i. leges naturæ [deinde] hic ponitur prima rõ quæ respondet secundæ parti quæstionis, quare sub alia specie corpus & sanguis sumẽda proponuntur [Sermone Christi]. s. Io. 6. [Tulerunt]. i. receperunt recedebant fide. s. ab eo [solus petens.] Nam ipse fratrum amator amicitiæ conseruator, & specialem affectum gerens ad Christum rñdet pro toto collegio dicens [verba æternæ vitæ] Moyses aũt & alij prophe. habuerunt verba Dei, sed raro verba æternæ vitæ. tu vero promittis vitam æternã quid ergo aliud quærimus Io. 6. Qui credit in me habet vitam æternã. [Ego à te qũo recedã]. q. d. nullo modo est faciendum, cum apud te sit fons vitæ, & in lumine tuæ doctrinæ & gratię visuri sumus lumen diuinitatis in futura vita vel [recedam] à te. i. ad quem ibo cum nullus sit tibi similis in fortib. domine. Exo. 15 & in psal. 70. Quis similis tui in fortibus domine & ideo nõ recedam à te. quo. n. ibo à spũ tuo in psal. Secundum Chryso. verbum Petri amicitiæ est ostensiuum [Ne plures hoc dicerent]. s. durus est hic sermo. i. difficilis ad intelligendum & displicibilis voluntati nostræ. & scandalizati recederent à fide, insultãtes fidelibus quod carnem viui hominis manducarent, quod non solum est cõtra communem vsum hominum, sed etiam bestialem crudelitatem importat. [Ne veluti] hic ponitur secunda causa ex parte horroris, qui insurgeret, si in propria specie manducanda Christi caro offeretur, & cruor eius in propria specie bibendus [maneret] scilicet in homine ad meritum vitæ æternæ. hic ponitur tertia ratio [gratia redemptionis] id est fides de carne

Primum ar. — Opponit & Respondet. Ad primũ arg. — Ale. de Hal. — Ad secũm. — Ad tertiũ — Ad quartum — Exponit literam.

carne & sanguine Xpi. Inuisibiliter i. hoc sacraměto latěte quorum oblatione in ara crucis nos redempti sumus. ad Gal. 4. Christus redemit nos de maledicto legis factus pro nobis maledictũ[ideo]. i. & si[in similitudine]. i. in specie panis & vini[veræ naturæ gloriam]. i. veri corporis & sanguinis gloriosam substantiam recipis[virtutemque]. i. effectum, qui magnæ amplitudinis est[consequeris]vel sic, & ideo[in similitudine]. i. licet in similitudine accipias ꝑ pter meritum tamen fidei[veræ naturæ gloriam]. i. incorruptibilem & cœlestem, quia illa sola est vera gloria. Mundana vero non est vera, sed vana[virtutemque consequeris. Ego]probat quod dicit Ioann. 6. [viuus]. i. qui præstat vitam[de cœlo]. i. vitam & gloriam præbeo immarcessibilem & incorruptibilem.

2 *Durum quid dicatur.*
3 *Hæreticus quid dicatur.*
4 *Durum dicitur aliquid in corporalibus duplici de causa.*
6 *Sermo domini dicitur durus ad audiendum hæreticis, ad credẽdum infirmis, ad faciendum peruersis, ad intelligendum cunctis.*



Rima hæresis &c. Sequitur capitulum septimũ eiusdem partis, diuiditur hoc capitulum in tres partes. In prima ostendit Augustinus ꝙ quorundam Christi verborum occasione quidam discipulorum recesserunt à Christo. Secũdo quomodo Christus instruxit illos discipulos, qui remanserunt secum, qualiter verba sua essent intelligẽda spũaliter. s. & non carnaliter. In tertia inducuntur verba Augu. quæ nunc exponunt intelligentiã malam, quam illi discipuli habuerunt in verbis Christi. Nunc vero exponũt verba Christi. Secunda ibi, descendentibus illis. Tertia ibi. Carnem quippe. Pro ampliori intelligentia huius capituli quæruntur duo. — Diuisio.

1 ¶ Primo vtrum incurrerunt crimen hæresis ex falsa intelligentia sermonis Christi.

5 ¶ Secũdo vtrum Christus debuit abstinere à doctrina huius sacramenti, ne illi scandalizarentur.

1 Ad primum Sic proceditur & videtur ꝙ discipuli illi non incurrerunt crimẽ hæresis. ¶ Primo sic. quia non intellexerunt bene verba Xpi, quia nõ est in potestate hoïs intelligere omnia verba Xpi maxime profundissima Dei mysteria, cum sint supra sensum & rationem, vnde de apostolis dr̃ Lucæ 18. Erat autẽ verbum hoc absconditum ab eis & non intelligebant, q̃ dicebantur. s. à Christo. ¶ Secundo non possunt dici incurrisse crimen hæresis ex hoc ꝙ durus est hic sermo. vt dixerunt. Durum. n. idem est ꝙ difficile, & in hoc dixerunt verum, ꝙ sermo Xpi in quo dicebat se daturum carnẽ suã ad manducandũ difficilis esse ad intelligendum. ergo ex hoc dicto non venerunt vocandi hæretici, vel eorum crimen hęresis. ¶ Tertio sic, hæresis non tm̃ dr̃ puersum dogma, siue errorem in intellectu, sed pertinaciam in affectu. sed de discipulorum pertinacia non constat, ergo eorũ crimen non est vocandum hęresis. ¶ Quarto hęreticus dr̃ vt dr̃ Aug. in lib. de vtilitate credendi. qui alicuius temporalis commodi & maxime gloriæ principatusque sui gratia falsas ac nouas opiniones vel gignit, vel sequitur. & habetur 24. q. 3. hæreticus. sed hæretici nec habuerunt nouã opinionem. Nec grã alicuius principatus, aut gloriæ suæ siue commodi temporalis non crediderunt, sed quia nõ intellexerunt, ergo &c. ¶ Quinto isti nunquam fuerũt de ecclesia, nec habuerunt fidẽ Xpi. ergo non debent dici hæretici plusquã Pagani, vel Iudæi, qui nõ reputantur hæretici licet bene infideles. quia nunquam fuerũt de fide ecclesiæ. ¶ In oppositum est tex. pñs qui est B. Aug. ¶ Rñdeo dicendũ sicut dr̃ Hiero. super epistolam ad Gal. & habetur 24. q. 3. hæresis. hæresis græce ab electione dr̃, ꝙ. s. eã vnus quisque eligat disciplinã, quã putat esse meliorẽ. Ex quo duo accipi possunt. Primo quidem ꝙ de rõne hæresis est, ꝙ aliquis priuatam disciplinam sequatur quasi per electionem propriam. Non autem disciplinam publicam, quæ diuinitus tradit. Scd̃o ꝙ huic disciplinæ aliquis pertinaciter inhæreat. Nam electio firmam importat inhæsionẽ & iõ hæreticus dr̃ qui spernẽs disciplinam fidei q̃ diuinitus traditur ꝑtinaciter ꝓprium errorem sectatur. Cum aũt isti discipuli Xpi de qbus sermo est spreuerunt disciplinam fidei à Xpo traditam de institutione sacri eucharistiæ, & cõtemnentes eius doctrinam recesserunt ab eo, pertinaciter proprium errorem sectantes, merito à B. Au. in præsenti c. eorum peccatum vocatum est heresis. ¶ Ad rõnes. Ad primam dicendum, ꝙ isti non dicuntur hæretici ex hoc, solum, ꝙ verba Xpi intelligere non potuerunt, sed qa noluerunt. ꝙ. n. non intellexerunt fuit ex culpa eorũ. tum qa noluerunt credere Christo & vt dr̃ Esa. 7. Nisi credideritis non intelligetis. Tum quia si verba domini non intelligebant propter eorum carnalitatem poterant dñm interrogare, sicut apostoli alias fecerunt. Tum tertio quia à Xpo est data eis vera & clara expositio, & nihilominus illi contempta doctrina Xpi abierunt retrorsum. Quare dñs dicit Io. 15. si non venissem & eis locutus non fuissem, peccatũ non haberent, quod exponens Augustinus dicit. ꝙ loquitur de illo peccato, ꝙ non crediderunt in Xpo. Quod autem dr̃ ꝙ non est in potestate hoïs intelligere siue capere mysteria fidei dicendũ est, quod est in potestate hoïs cum auxilio diuinæ gloriæ, quod quidem præsto erat illis si recipere voluissent. ¶ Ad secundam dicendũ. ꝙ Durum dr̃ ꝙ 4 non facile diuiditur & resistentiam habet, vnde in corporalib. dr̃ aliquid durum duplici de causa, vel quia non est penetrabile, vel quia resistit tactui. Sic in spiritualibus, dr̃ aliquid durum, vel quia ab intellectu non penetratur, vel quia displicet voluntati, & vtroque modo sermo Xpi erat durus illis discipulis. intellectui quidem, quia supersedebat eorum imbecillitatem intellectus. Non. n. cũ carnales essent poterant capere quod dicebat se daturum carnem suam ad manducandum, volũtati autem displicebat, quia multa dixit eis de potentia suæ diuinitatis. Et licet isti crederent ei sicut prophetæ, non tamen credebant eũ esse Deum, & ideo videbatur eis ꝙ loquebatur maiora se ipso. Secũdo ad Cor. 4. epulæ graues sunt. Et Eccl. 6. aspera est sapientia nimium indoctis hominibus. Non ergo isti discipuli dicuntur crimen hæresis incurrisse ex eo, quod dixerant, quod sermo Christi esset difficilis ad intelligendum, sed quia intelligere noluerunt, quod poterant p gratiam diuinæ illuminationis quæ præsto erat eis. ¶ Ad tertiam dicendum, ꝙ isti non tantum habuerunt peruersum dogma in intellectu non credentes verbis Christi, sed etiã pertinaciam in affectu, quod notatur in hoc, quod dicitur quod abierunt retrorsum siue recesserunt ab eo in sua. s. ꝑtinacia perseuerantes. ¶ Ad quartam dicendum est, quod discipulis illis conuenit diffinitio posita, quia adhæserunt falsæ propriæ sententiæ relicta doctrina Christi, & hoc ex superbia processit. quæ est amor propriæ excellentiæ. hoc. n. commune omnibus, qui à communi via discedunt animi leuitate, vel peruersitate. ¶ Ad quintam dicendum, ꝙ isti fuerunt de numero credentium Christo, vnde discipuli eius dicuntur. Vbi notandum quod vt dicit S. Th. super Ioann. Multi erant in populo Iudæorum qui adhærebãt Christo credentes ei, & sequebantur Christum, non tamẽ relictis omnibus, sicut duodecim, qui omnes dicuntur discipuli, & de istis dicitur, quod multi audientes abierunt. i. recesserunt à fide existentes de numero eorum de quib. dicit Matthæ. 13. ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.

Margin notes: Primum ar. — Scd̃m ar. — Tertium ar. — Quartũ ar. — Quintũ ar. — Opponit & Respondet. — Ad primum argum. — Ad scd̃m. — Ad tertium — Ad quartũ — Ad quitum — S. Thomas.

5 Ad secundum Sic proceditur. Et videtur quod Christus debuerit abstinere à doctrina illa propter scandalum discipulorum suorum. ¶ Primo sic, quia videtur conuenire officio bonorum doctorum vitare scandalum audientium, & non præbere occasionem, vt propter eius doctrinam ab eius schola recedant, ergo Christus debuit abstinere à talibus doctrinis, quæ discipulos suos scandalizabant & faciebant eos recedere à doctrina sua. ¶ Secundo sic, à doctrina cessandum est propter scandalum secundum illud Matthæi octauo. Nolite sanctum dare canibus, nec Margaritas vestras spargatis ante porcos, & conuersi dirumpant vos, & habetur. vndecima quæstione tertia. quando, ergo videtur quod à doctrina cessare debuit Christus propter scandalum. ¶ Tertio sic. Non est eiusdem prouocare exemplis, & doctrinis ad bonum, & scandalizare, sed Christi fuit prouocare doctrinis, & exemplis homines ad bonum, vt ipse ait Ioannis duodecimo, vos vocastis me magister & domine, & bene dicitis, exemplum enim dedi vobis & cætera. Item prima Petri secundo. Christus passus est pro

Margin notes: Primum argu. — Scd̃m arg. — Tertium ar.

Quartū ar. est pro nobis, vbi relinquens exemplum, ergo non conueniebat Christo aliquem scādalizare. ¶ Quarto sic. Illud quod potest vergere in scandalum aliorum non est fiendum. dicit. n. Apostolus 1. ad Cor. 4. sine offensione estote Iudæis, & gentilibus, & ecclesiæ Dei: sed per doctrinā illā Christi ad scādalum discipuli fuerunt prouocati, ergo debuit à tali doctrina abstinere.

Opponit in cōtrarium. ¶ In oppositum est textus p̄sens, in quo habent ꝙ non obstante scandalo aliorū Christus non cessauit à doctrina. Scribitur autem de Christo Mar. 7. bene omnia. ergo non cessando à doctrina bene fecit.

Respondet. ¶ Respondeo dicendum ꝙ Christus non debuit cessare à doctrina huius sacramentij propter scādalum aliorum pro quo notandum ꝙ circa doctrinam duo sunt consideranda. s. veritas quæ docetur, & ipse actus docendi. Primū horum est de necessitate salutis vt contrarium veritati nō doceant, sed semper veritatem secundum congruentiam temporis & personarum proponat ille, cui incumbit docendi officium, & ideo propter nullum scandalum quod

Gregorius. sequi videtur debet quis prætermissa veritate docere. vnde beatus Gregorius. Si de veritate scādalum sumitur vtilius permittitur nasci scandalum, quam veritas relinquatur, secundum vero est actus docendi, qui cum non semp & in omni loco necessarium sit ad salutem docere dispensandus est pro loco, & tempore, & aliquando prætermittēdus propter scandalum vitādum maxime pusillorum nisi in casu necessitatis, vt puta cū per omissionē doctrinæ subtraheretur vel honor debitus Deo, vel vtilitas proximis impendēda, vtputa per taciturnitatem cum aliqui minus instruerentur, vel firmarentur in fide. sic est in proposito.

S. Thomas. Nam vt dicit Sanctus Thomas super Ioan. cap. 6. propter necessitatem doctrinæ exigebat vt dominus illis discipulis talia proponeretur. Institerant enim pro cibo corporali qui venerat, vt duceret in appetitum cibi spiritualis. Vnde in principio capituli dicit Ioan. 6. Quæritis me, quia manducastis ex panibus meis, & saturati estis, & ideo necesse erat, vt eis proponeret doctrinam de cibo spirituali. vnde non debuit supersedere ab hac doctrina fidei propter quorundam scandalum.

Ad primum arg. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur, quod licet bonorum magistrorum sit vitare quantum in se est scandalum auditorium, nihilominus ipsorum non relinquere veritatem, neque tacere illam pro tempore necessitatis propter scandalum quorumcunque discipulorum, debent quidem magis eligere, quod à scholis suis auditores recederent. quam à mala doctrina aut indiscreta taciturnitate præiudicium inferrēt veritati.

Ad scd̄m ¶ Ad scdam dicendū est, ꝙ verum est, ꝙ doctrina aliquādo suspendenda est propter vitandum scandalum pusillorum, præter tamen quam in casu necessitatis, tunc necessario dicenda venit sicut in præsenti.

Ad tertium ¶ Ad tertiam respondendum est, quod Christus nullis aut dictis aut factis suis tribuit vnquā alicui occasionem scandali, sed illi q scandalizati sunt ex seipsis. s. ex sua prauitate, vel infidelitate sumpserunt sibi occasionem ruinæ.

Ad quartum ¶ Ad quartam patet ex dictis responsio, quia ex parte Christi non est causatum scādalum, quoniam doctrina sua saluberrima erat & sapiētissime dispensata, sed scādalum eorum ortum habuit ex eorum infidelitate. Lege.

Exponit literam. ¶ [Velut] quia non vere, sed ex eorum infidelitate [facta]. i. orta [manducauerit] saltem spiritualiter, vel in sacramento, saltem voto [Durus]. i. impetra
6 bilis intellectu nostro, & discipulis nostris. Nota quod† sermo domini dicitur durus ad audiendum hæreticis, ad credendum infirmis, ad faciendum peruersis, & intelligendū cunctis. [Separauerunt se ab eo] non solum loco, sed fide [retro abierunt] Ioan. 6. [discedentibus] secunda pars [spiritus]. s. spiritualis intellectus [confert vitam] quasi dicat si ea que dixi verba intelligatis secundum spiritum. i. spiritualem sensum viuificabunt vos [Caro]. i. secundum carnalem sensum [nihil vobis proderunt] imo nocent quia vt dicitur ad Romanos octauo. si secūdum carnem vixeritis moriemini. tuncautem verba domini de carne sua manducanda carnaliter intelliguntur quando accipiuntur secundum quod exterius sonant, & vt natura carnis habet, & hoc modo ipsum intelligebant. sed dominus dicebat se daturum eis carnem suam, sicut spiritualem cibum non quin sit in sacramento altaris vera caro Christi, sed quia quodam spirituali & diuino modo manducatur [verba quæ &c.] s. de carne manducanda [spiritus & vita sunt,]. i. spiritualem sensum habent, & sic intellectum & vitā dant.

[Intellexistis carnaliter & etiam sic, spiritus & vita sunt] verba sunt August. in persona domini id est ipsa caro Xp̄i intellecta, vt coniuncta verbo, & spiritui siue diuinitati secundum se, habent effectum vitæ. secundum illud. Ioan. 6. Qui mādúcat meam carnem & bibit meum sanguinem habet vitam æternam. [Sed tibi]. s. intelligenti carnaliter. [Spiritualiter ergo.] Concludit qualis intellectus habēdus est verborum domini de manducanda carne sua. vnde sequitur. [Non hoc] id est in hac specie & forma, quam me videtis habere, & in qua pati me videbitis. [Manducaturi estis]. s. in sacramento [commendant]. s. in prædictis verbis, quæ de esu carnis meæ & potu sanguinis insinuaui [q̄d & spiritualiter] iam expositum est. [Sed quomodo] declarat quomodo caro Christi non prodest quicquā. s. intelligendo eo modo, quo illi qui intelligebant carnem Christi comedendam sicut carnes animalium, quæ venduntur & dilaniantur in macello frustatim atterendo dentibus, & morsibus cōsumendo. [Sciens ecce] tertia pars [hoc vos] quasi dicat scio, quod hoc vos scandalizat [quod dixi & c. Si ergo] hic remouet occasionem scandali remouēdo primum intellectum, quem habuerunt de verbis suis credendo, quod daturus erat eis carnem suam ad manducandum sicut carnes animalium dic. [Si videritis filium hominis ascendentem]. s. humanitatem secundum totum, s. & integrum supple [tunc cognoscetis] quod non daturus eram vobis carnem meam ad manducādum eo modo quo vos putatis. [Erat prius] secundum diuinitatē. vbi. n. prius fuit secundum diuinitatem, ascendit secūdum humanitatem. [Quid est hoc] sunt verba August. exponentis verba Christi. [Gratia ei] id est corpus eius gratis nobis datum [moribus] sicut illi intellexerant. [Idem]. s. August. [Sursum]. i. in cœlo in sua propria forma visibili naturali, in qua cum hominibus conuersatus visibilis apparuit secundum illud Baruch 4. In terris visus est & cum hominibus conuersatus est [veritas dominus]. i. in veritate non tantum in signo est nobiscum dominus in hoc sacramento. [Corpus. n. in quo]. i. in eo modo formæ, quo surrexit in forma p̄pria incorruptibili. i. gloriosa in vno loco esse oportet, qa cum sit corpus verum in sua forma existens, non potest esse nisi in vno loco, vnum enim corpus nō potest localiter esse in duobus locis [veritas autem eius vbique diffusa est]. i. diuinitas vbique est vel [veritas eius]. i. verum corpus Christi sub specie panis [est vbiq;]. i. in quolibet loco, vbi consecratur siue vbicunque celebratur.

¶ Sciēs. ad de, ꝙ scia humana ex experimētis sumit originem P. de An. in c. ex tuarum n. 3. de sortilegis.

2 *Corpus Christi nullo oculo corporali etiam glorificato potest videri prout est in sacramento altaris.*
3 *Oculus glorificatus an possit videre corpus Christi per miraculum.*
4 *Oculus corporalis Christi an videat seipsum in sacramento.*
5 *Oculus diuinus videt corpus Christi in sacramento.*
6 *Oculus hominis intellectualis non potest naturali cognitione videre corpus Christi in sacramento.*
7 *Oculus angeli siue boni siue mali naturali cognitione non videt corpus Christi in sacramento.*
*Videt tamen corpus Christi in verbo, siue per visionem diuinæ essentiæ, nu. 8.*
9 *Dæmones non possunt videre per intellectum corpus Christi in hoc sacramento nisi per fidem & nu. 10.*
11 *Beatitudo vt sit perfecta quid requiratur.*



Non hoc corpus. Sequitur octauū capitulum ad eādem partē pertinens. In quo summa est eiusdem Augustini dicentis quod quodammodo ipsum corpus Christi, quod cruci affixum est, manducandum est, & ipse sanguis bibendus in sacramēto, qui effusus est, & non ipsum, ipsum quidem in veritate non ipsum in specie. Et hoc est, quod dicil, ipsum inuisibiliter, & non ipsum vibiliter. s. in propria forma, quia principale dictum est satis dictum est supra. Restat solum quærēdum de hoc quod dicitur ipsum inuisibiliter. Non ipsum visibiliter. Hic quæruntur quatuor.
1 ¶ Primum est, vtrum corpus Christi prout est in hoc sacramento possit videri ab oculo corporali saltem glorificato.
12 ¶ Secundum vtrum quando in hoc sacramento miraculosæ apparet caro vel puer sit ibi corpus Christi.

13 ¶ Tertiũ vtrum quando miraculoſæ apparet in ſpecie carnis vel pueri in altari videatur in ſpecie propria.

14 ¶ Quartum vtrum cum in ſpecie carnis vel pueri apparet debeat ſumi.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur, quòd corpus Chriſti prout eſt in hoc ſacramento poſſit videri ab oculo corporali ſaltem glorificato. Primum ar. ¶ Et primo ſic. Oculus noſter impeditur à viſione corporis Chriſti in hoc ſacramẽto exiſtentis propter ſpecies ſacramentales ipſum circumuelantes, ſed oculus glorificatus non poteſt ab aliquo impediri, quin corpora quælibet videat prout ſunt, ergo oculus glorificatus poteſt videre corpus Chriſti, prout eſt in hoc ſacramento. Secundũ ar. ¶ Secundo ſic. ſancti in reſurrectione erunt æquales angelis, vt dicitur Lucæ. 20. ſed angeli vident corpus Chriſti prout eſt in hoc ſacramento, quia etiam demones inueniuntur huic ſacramento reuerẽtiam exhibere, & ipſum timere. ergo pari ratione oculus glorificatus pôt ipſum videre, prout eſt in hoc ſacramento. Tertium ar. ¶ Tertio. Chriſtus ſub illa ſpecie vt. s. e. diſt. s. ca. forte dictum eſt, vt fides habeat meritum, ſed illi qui ſunt in gloria non habent fidem. ergo ipſi ad ipſarum ſubſtantiam corporis eius videndam pertingunt corporali oculo etiam ſecundum quòd eſt ſub ſacramento. ¶ In oppoſitum eſt capitulum præſens, vbi dicitur ꝙ corpus Chriſti inuiſibiliter eſt in hoc ſacramento. Primum ar. Præterea ratione primo ſic, nihil idem exiſtens poteſt ſimul videri in diuerſis ſpeciebus ab eodem, ſed oculus glorificatus ſemper videt Chriſtum prout eſt in ſua ſpecie ſecũdum illud Eſa. 28. regem in decore ſuo videbunt, ergo videtur quòd non videat Chriſtum prout eſt ſub ſpecie huius ſacramenti. Secundum arg. ¶ Secundo maior magnitudo in æquali diſtantia viſa ſub maiori angulo videtur, vt perſpectiui probant, ſed maior eſt quantitas corporis Chriſti quam hoſtiæ huius ſacramẽti, & diſtantia eſt eadem ad oculum, ergo oculus videns corpus Chriſti & hoſtiã, videt corpus Chriſti ſub maiori angulo, ſed corpus Chriſti videtur ſub ſpecie, ergo minor angulus continet maiorem, quod eſt impoſſibile. Tertium ar. ¶ Tertio ſic. Corpus non eſt natum mouere viſum, niſi moto medio, ſed medium non mouetur à colore corporis Chriſti, quia nos etiam videremus, ergo impoſſibile eſt, quòd ab aliquo oculo videatur. nullus. n. oculus videt niſi motus à colore. ¶ Primo dicendum, ꝙ duplex eſt oculus. ſ. corporalis proprie dictus, & intellectualis qui per ſimilitudinem dicitur oculus. Qua diſtinctione poſita, ſit iſta prima con- Prima con.
2 cluſio † ꝙ nullo oculo corporali et glorificato pôt corpus Chriſti videri prout eſt in hoc ſacramento. Quæ concluſio probatur primo ſic, nihil videtur corporali viſu, niſi per hoc, ꝙ oculus eius mouetur ab obiecto ſecundum ſimilitudinem coloris in ipſo exiſtentem, q̃ quidem ſimilitudo primo fit in medio, & deinde in ſenſu, ſed corpus Chriſti non habet ordinem ad ſpecies ſub quibus eſt ratione quantitatis ſuæ, ergo nõ poteſt generari ſimilitudo coloris eius in aere contingente ſpecies, & per conſequens non poteſt ab aliquo corporali oculo videri. ¶ Secundo ſic, corpus Chriſti eſt in hoc ſacramento per modum ſubſtantiæ, ſubſtantia autem inquantum huiuſmodi, non eſt viſibilis oculo corporali, nec ſubiacet alicui ſenſui, neque imaginationi ſed ſolum intellectui cuius obiectum eſt quod quidem vt dr̃ in tertio de anima, ergo proprie loquendo corpus Chriſti ſecundum modum eſſendi quẽ habet in ſacramento nec ſenſibile nec perceptibile eſt, ſed ſolum intellectu qui dicitur oculus ſpiritualis. ¶ Surgunt autem hic duo du-
3 bia. † Primum vtrum oculus glorificatus & ſi non conditione gloriæ per miraculum tamen poſſet videre corpus
4 Chriſti ſub ſacramento. ¶ Secundum † vtrum oculus corporalis Chriſti videat ſeipſum ſub ſacramento. Ad primum S. Th. nihil diffinitiue reſpondere videtur, ſed quaſi dubitatiue dicit in 4. diſt. 50. quod oculus glorificatus non pôt videre corpus Chriſti ſub ſpecie ſacramenti, niſi forte per miraculum. Ale. de Hali. Bonauent. Et eodem Alexander de halis & Bonauentu. in 4. ſed Petrus de palude in 4. e. diſt. dicit, quòd non poteſt etiam per miraculum fieri, ꝙ oculus corporalis quicunq; ille ſit, videat corpus Chriſti, vt eſt ſub ſacramẽto. Primum ar. Probat ſic, nõ poteſt fieri ꝙ potentia feratur niſi in ſuum obiectũ, cum igitur obiectum viſus ſit quantitas & qualitas inquãtum huiuſmodi, & non ſubſtantia ſed quantitas corporis chriſti, eſt in ſacramento per modum ſubſtantiæ, ergo impoſſibile eſt quòd aliquis oculus corporalis quantumcunque glorificatus exiſtat, poſſit videre corpus Chriſti, vt eſt ſub ſacramento altari. Scũm ar. ¶ Secundo ſic, non poteſt fieri per miraculum quod oculus corporalis videat id quod habet modum eſſendi ſpiritus, cuiuſmodi eſt corpus Chriſti in ſacramento, eſt enim in qualibet particula ſpeciei continentis ſicut anima in qualibet parte corporis. Si arguitur quod Deus poteſt cauſare in oculo ſpeciem repræſentatiuam corpus Chriſti. Reſpondet. ¶ Reſpondetur ꝙ licet poſſit facere ſine obiecto ſpeciem viſibilem in oculo glorificato, illa tamen ſpecies quam Deus faceret ſi repræſentaret corpus Chriſti prout eſt in ſacramẽto nõ repræſentaret illud modo viſibili, quia cum corpus Chriſti ſit in ſacramento modo ſpirituali non corporali, quia non eſt ſitualiter nec localiter, nec hic, nec nunc prope ſub quibus tantum ſenſus apprehendit inſenſibiliter eſt ibi, & ita inuiſibiliter, & per conſequens corpus Chriſti vt eſt ibi non poteſt attingi ab aliquo oculo corporali quantumcunque glorificato. Scotus. ¶ Idẽ dicit Scotus in 4. in fine diſt. 10. ꝙ licet Deus de potentia abſoluta poſſet cauſare in glorioſo oculo vel non glorioſo viſionem huius corporis, vt hic patet, quia hoc includeret corpus, vt hic eſſe cauſam viſionis vel eſſe proprium & primum terminum viſionis, ſed corpus, vt hic, nec poteſt cauſare primo, nec terminare primo, vt hic patet, quia tã cauſatio quam terminatio talis requirit in obiecto primo cauſante, & terminante diſpoſitionem debitam, & hoc ſecundum locum vtpote approximationem & diſtantiam debitam, ſed corpus iſtud vt hic non poteſt approximari, nec diſtare debito ordine, vt hic, quia non eſt in loco, nec miraculum hic iuuat, quia corpus abſolute non eſt viſibile, nec vt cauſatiuum viſionis, nec vt terminatiuum. Miraculum autem non eſt ad illud quod includit cõtradictionẽ, hæc ille. Ad ſcđum dubium. ¶ Ad ſecundum dubium quo quæritur in quo Chriſtus oculo corporali videat ſeipſum ſub ſacramento. Hen. de Gã. Reſpondet Henricus de Gandauo quolibeto primo articulo 6. ꝙ Chriſtus vt eſt ſub ſpeciebus ſacramenti, nec ſe nec aliud videt Nec à ſe nec alio videtur oculo corporali. Ratio ſua eſt, quia ad hoc ꝙ Chriſtus alicubi exiſtens videat ſe vel videatur oculo corporali, oportet ꝙ ſit ibi per ſe, & dimẽſionabiliter, & ſimiliter eſt de ipſa re viſa, quia nihil videtur niſi dimenſionabile, nec videtur niſi oculo dimenſionabili, hoc autem modo Chriſtus non eſt ſub ſacramẽto. Dicit conſequenter bene, tamen eſt verum, quòd Chriſtus qui eſt ibi videt ſe, & alia, & eſt viſibilis à ſe & ab alijs, non autem prout eſt ibi ſacramentaliter, ſed eſt in cœlo localiter. Ad idem eſt dominus. Petrus de Palude in 4. vbi ſupra dicens quod Chriſtus non videt ſe prout eſt in hoc ſacramento, ſiue ſacramentaliter, cuius ratio eſt, quia non eſt ibi oculus Chriſti modo viſiuo, cum de ratione oculi vt viſiuus eſt, ſit extenſio. Oculus autem Chriſti in hoc ſacramento non eſt modo quantitatis, ſicut nec corpus Chriſti, ita quod nec corpus Chriſti eſt hic modo viſibili nec oculus modo viſiuo, quia neutrum modo quantitatis qui ſolus eſt viſibilis & viſiuus, & ideo oculus Chriſti abſolute loquendo videt Chriſtum exiſtentem in ſacramento, ſed non videt oculus Chriſti prout eſt extra localiter, vel intra ſacramentaliter, vel quomodolibet aliter Chriſtum prout eſt in ſacramento. i. ſecundum eſſe ſacramentale, ſed ſecundum eſſe naturale oculus Chriſti prout eſt extra hoc ſacramentum eum videre poteſt, ſecundum autẽ eſſe quod habetur hic non cõuenit ſibi videri, nec videre. Cæterum loquendo de oculo ſpirituali videndum an ab
5 illo videri poſſit. Prima cõc. Circa ꝙ ſit iſta concluſio prima † ꝙ oculus diuinus videt corpus Chriſti in hoc ſacramento, probatur per illud ad Hebr. 4. Nulla creatura eſt inuiſibilis in conſpectu eius, omnia autem nuda & aperta oculis eius. Scđa concl. ¶ Secunda concluſio. Oculus hominis intellectualis non poteſt naturali cognitione videre corpus Chriſti in hoc ſacramẽto, probatur concluſio, quia intellectus humanus nihil niſi ſenſibilia vel ex ſenſibus deductum videt naturaliter, ſed corpus Chriſti in hoc ſacramento non eſt ſenſibile nec eius exiſtentia in hoc ſacramento poteſt deduci ex ſenſibus, ergo non pôt videri naturaliter ab intellectu hu-
7 mano. Tertia cõcl. ¶ Tertia concluſio. † Oculus angeli ſiue boni ſiue mali naturali cognitione nõ videt corpus Chriſti in hoc ſacramento, probatur concluſio ſic. Nam naturalis cognitio intellectus angelici non extendit ſe, niſi ad ea quæ ordini & curſui rerum naturalium ſubiacent, omnia quæ ſunt fidei, ſunt ſupra naturalem cognitionem angelorum, ſicut

sicut supra naturalem cognitionem hominum, unde mysteria fidei dicuntur abscondita à seculis, ad Ephes. 4. vbi dicit gloss. i. ab omnibus sanctorum creaturis, sed existentia corporis Christi in sacramento est vnum de maximis mysterijs fidei transcendens ordinem & cursum omnium rerum naturalium, ergo sequitur, ꝙ ad videndum corpus Christi in sacramento non se extendit naturalis cognitio

Quarta cō. 8 angelorum. ¶ Quarta cōclusio. † Oculus angeli vel hominis beati videt corpus Christi in hoc sacramento in verbo siue per visionem diuinæ essentiæ. Probatur sic merito fidei succedit in præmium visio. Merces. n. fidei est visio vt

Augu. dicit Aug. ergo angeli siue homines beati habent plenam visionem eorum, de quibus maxime est fides in diuina essentia, quæ est visio gloriosa fidei succedens, ergo sicut fides credit corpus Christi esse sub sacramento, ita in visione beata angeli & homines beati vident. ¶ Quinta conclu-

Quinta cō. 9 sio † dæmones non possunt videre per intellectum corpus Christi in hoc sacramento, nisi per fidem, cui non voluntate assentiunt, sed ad eam signorum euidentia conuincūtur prout dr Iacobi secundo, dæmones credunt & contremiscunt. Patet conclusio, quia dæmones non possunt videre naturali cognitione corpus Christi sub sacramento, vt dicit conclusio tertia. Nec etiam beatifica, cum illa carent, ergo si aliquo modo cognoscunt corpus Christi in hoc sacramento hoc erit per fidem modo supra dicto. ¶ Contra tres vltimas conclusiones quæ sunt S. Thom. in 5. est Scotus in 4. dist. 10. vbi ponit tres alias conclusio. contrarias. ¶ Prima quæ est contra tertiam superius positam est, quòd omnis intellectus siue angelicus, siue naturæ separatæ naturaliter potest cognoscere existentiam corporis Christi in hoc sacramento. Hanc conclusionem probat sic. modus accidentalis per se obiecti non impedit cognitionem illius obiecti, sed ista præsentia corporis in sacramento est modus accidentalis substantiæ corporis Christi, ergo non impedit illam cognosci ab intellectu, cuius est ipsa per se obiectum. Est autem per se obiectum intellectus abstracti, qui non dependet in intelligendo à sensibus, ergo corpus Christi naturali cognitione potest cognosci sub sacramento ab intellectu separato. Si dicatur inquit, quod ista substantia Christi posset cognosci à tali intellectu abstractiue, non intuitiue, quia ille existentia est supernaturalis. ¶ Contra arguit secundo sic, virtus potens cognoscere subiectum intuitiue dum est pñs potest cognoscere eius ab-

Prima con. Scoti. sentiam, dum est absens, & quia ratione potest cognoscere istam absentiam, patet secūdo de anima, quia visu non solum cognoscimus lucem sed tenebras, sed intellectus talis potest cognoscere præsentiā panis, ergo potest cognoscere absentiam eius, quando est absens, & qua ratione potest cognoscere istam absentiam, potest cognoscere præsentiam corporis Christi, ergo &c. ¶ Secunda conclusio Scoti

Scđa con. Scoti. quæ est cōtra quartam superius positam, est, ꝙ intellectus beatus nullo modo per actum beatificum videt corpus Christi in sacramento, probat istam conclusionem sic, Beatus non distinguitur à nō beato nisi beatificum obiectum videndo, & ea quæ includuntur in ipso, vt est tale obiectū beatificum, sed corpus Christi in eucharistia non est tale obiectum beatificum, vt patet nec inclusum in eo, quia æqualiter pertinet ad obiectum beatificum includere in ratione obiecti vnam rem vnius sacramenti sicut alterius, sed nullo modo pertinet ad obiectum beatificum includere in ratione ostensi gratiam conferri paruulo in baptismo, vel confitenti in confessione, ergo nec existētiam cor-

Tertia con. Scoti. poris Christi in sacramento. ¶ Tertia conclusio Scoti, cōtra quintam superius positam est, ꝙ dæmones si absolute permittantur vti sua potentia naturali, possunt intelligere quodcūq; creatum intelligibile, & per consequens intelligere cogitationes hoīum siue cordiū, & mysteria gratiæ, ex quo posita sunt in effectu. Quæ conclusio probatur sic. Totū ens creatū sicut est obiectū proportionatū tale intellectui quantum ad cognitionem abstractiuam, ita quantū ad intuitiuam. Non. n. differt intuitiua ab abstractiua nisi per præsentiam obiecti ad aliam & aliam. ¶ Sed istę con-

Contra pri. conclu. Scoti. clusiones videntur nobis falsę, quod nos sic breuiter ostendemus confirmando cōclusiones quas superius posuimus iuxta doctrinam S. Thom. & aliorum doctorum antiquorum. ¶ Prima quidem conclusio Scoti in qua dicit quòd intellectus separatus potest naturali cognitione cognoscere existentiam corporis Christi esse in sacramento, & my-

steria gratiæ, ostenditur falsa multiplici ex capite. Primo quia videtur esse contra sacram scripturam. Dicitur. n. ad Ephes. 3. mihi minimo data est gratia euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes, quæ sit dispēsatio sacramenti absconditi in Deo à seculo, vbi per diuitias inuestigabiles intelligit mysteria gratiæ, quas diuitias inuestigabiles dicit, quia in sua natura inuestigabiles sunt, sed per gratiam & reuelationem sancti spiritus vestigabiles sunt fidelibus, vt dicit glo. Idem gl. eadem super verbo absconditi dicit. i. celati ab omnium seculorum creaturis existentis in Deo. i. in sola notitia Dei. Sequitur in tex. Qui omnia creauit, vt innotescat principibus, & potestatibus in cœlestibus per ecclesiam multiformis sapiētia Dei, vbi per multiformem sapientiam intelliguntur mysteria gratiæ quæ per Iesum Christum consummata sunt per reparationem hominum quæ per ecclesiæ predicationem etiā angelis aliquo modo reuelata est, vt dicit gl. super verbo vt innotescat principibus &c. Videte quātum hoc est, quia per hoc aliquid accreuit angelis, qui multa secreta in ijs

Hieroni. didicerunt, Item Hieronymus & ponitur in eadem gloss. Non solum ergo patriarchis & prophetis, sed etiam potestatibus cœlestibus multi formis sapientia per ecclesiam

Augu. est reuelata. Et Aug. in gl. super illud 1. ad Titum 3. Magnū pietatis sacramentum apparuit angelis, dicit sic. Non in Deo tantum innotescit angelis, quod absconditum est, verum etiam hic eis apparet cum efficitur ac propalatur, hæc ille. Ecce ꝙ beatus August. dicit angelos mysterium incarnationis in Deo cognoscere, quod est contra illud ꝙ dicit Scotus ꝙ nisi naturali cognitione. ¶ Secundo sic. Nullus dicit id quod cognoscit, sed angeli etiam supremi etiā quærunt de diuinis mysterijs gratiæ, & ea discunt, vt dicit

Diony. beatus Dionys. 7. cœlestis hierarchiæ, vbi introducitur ex persona eorum quæstio illa Esa. 63. Quis est iste qui venit de Edom &c. ergo angeli non cognoscunt naturali cognitione mysteria gratiæ. ¶ Tertio. Ex ista conclusione sequitur, ꝙ nulla illuminatio fit inter angelos contra doctrinā beati Dyonisij de cœlestis hierarchia per plura capitula, vbi ponit ꝙ angeli inferiores illuminantur, & purgantur per angelos superiores. Ergo conclusio illa falsa. Assumptū probatur sic, quia cum illuminatio sit, vt idem Dionysi. dicit 7. cœlestis hierarchiæ diuinæ scientiæ assumptio, & illuminatio inter angelos non sit de his, quæ ad naturalem eorum cognitionem pertinent, sed de his quæ reuelantur angelis eorum cognitionem naturalem excedētibus, sicut de diuinis mysterijs gratiæ pertinentibus ad ecclesiam triumphantem, vel militantem, oportet dicere, ꝙ angeli naturali cognitione vel non cognoscant mysteria gratiæ, aut ꝙ non sint illuminationes angelorum. Ex hoc patet co-

10 rollarie. † ꝙ falsum est quòd Angelus naturali cognitione videat existentiam corporis Christi in sacramento. Patet. Tum quia (vt probatum est) angelus naturali inclinatione & cognitione non intelligit mysteria gratiæ. Tum ex eo quia illud quod non habet aliquam dependentiam aut cōnexionem ad aliquam causam naturalem, sed ad diuinam tantum voluntatem, non potest naturali cognitione intelligi ab angelis. Hoc probatur sic. Angelus naturali cognitione non intelligit alia à se, nisi per species siue formas sic inditas quæ sunt similitudines rerum in natura existen-

Diony. tium. Vnde Diony. 4. de di. no. dicit ꝙ angeli illuminantur rationibus rerum. Et in libro de causis ꝙ intelligentia est pœna formis, ergo ad nihil potest se extēdere naturaliter virtus eius intellectiua, ad quod non se extendit in repræsentando species existens in intellectu, patet, quia talis species siue forma est principium quo intellectus intelligit, sed species siue formæ inditę angelico intellectui non sunt repræsentatiua naturaliter existentiæ corporis Christi in sacramento, Nec mysteriorum gratiæ, quia sicut gratia supergraditur naturam. Ita mysteria gratiæ vires cognitionis naturalis intelligentiæ creatæ. Patet, quia cum potentia & actus sint eiusdem generis. Actus. n. & potentia diuidunt quodlibet genus entis, vt patet tertio Physicorum facultas naturalis intelligentiæ angelicæ non se extendit, nisi ad ea quæ sunt sui generis, & per consequens non se extē-

Diony. det ad mysteria gratiæ. Vnde Dionysius ponit in fine ecclesiasticæ hierarchiæ, quod multæ rationes sacramentorum latent supernas essentias. i. angelos. ¶ Ad rationes

Ad primum argu. Scoti in oppositum. ad primam respondetur, ꝙ modus iste quo substantia corporis Christi est in sacramento cum sit accidentalis

dentalis illi non impedit cognitionem corporis Christi absolute, sed quia iste modus secundum quem substantia corporis Christi est in sacramento exit ordinem totius naturæ, & per consequens facultas naturalis angelici intellectus non se extendit ad illum cognoscendum. ¶ Ad secundam respondetur negando vltimam consequentiam. licet .n. intellectus separatus naturali cognitione possit cognoscere præsentiam panis, & absentiam, non sequitur, quòd cognoscat naturaliter ꝙ per conuersionem in substantiam corporis Christi est absentia illius. Non .n. sequitur necessario hoc desinit esse substantia panis, ergo conuersa est in substantiam corporis Christi, & ita patet, ꝙ existentia corporis Christi non possit naturali cognitione ab angelo cognosci, nisi hoc suscipiat per fidem, si viator est, aut per reuelationem in verbo si comprehensor est. ¶ Secunda conclusio in qua dicit Scotus, quod intellectus beatus nullo modo per actum beatificum videt corpus Christi in sacramento, videtur nobis etiam falsa. Tum ex dictis, quia cum cognitione naturali illud cognoscere nō possit, nisi in verbo cognoscat. Angelus nunquam videt corpus Christi in sacramento. Tum secundo quia cum dicat August. ꝙ fidei merces sit ipsa visio, oportet necessario concedere, ꝙ beati angeli & homines habeant plenam visionem eorum, de quibus est fides. vnde August. libr. de speculo c. 24. cum venerit visio quę danda facie ad faciem promittitur, quando palam de cunctis annuntiabitur mysterijs fidei. Quod etiā videtur manifeste colligi. primo ex illo psalm. 47. Sicut audiuimus sic vidimus. s. hic per fidem, quia fides ex auditu est Rom. 10. sic vidimus dicunt sancti in ciuitate Dei nostri. Item ex illo Ioan. 10 vbi dr̄, ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet, & in lib. de spū & anima sic exponitur. Ingredietur ad contemplandam diuinitatem saluatoris, & egredietur ad contemplandam, vel intuendam humanitatem ipsius, & vtrobique gloriosam refectionem inueniet. Ex quo videtur manifeste haberi, in visione beatifica quæ dr̄ visio pascens contemplabitur beatus quidquid hię per fidem credidit tā de diuinitate Christi, quam de eius humanitate. ¶ Ad rationem Scoti respondetur negando, quòd non includitur in obiecto beatifico quicquid ad pfe-
11 ctionem beatitudinis requiritur. † Requiritur autem ad perfectionem beatitudinis, vt beatus habeat quidquid velit, nec aliquid inordinate velit, vt dicit August. hoc autem recta voluntate quilibet beatus vult vt ea videat de mysterijs, vt dicit August. gratiæ per quæ consecutus est beatitudinem, quæ hic in via & in enigmate cognouit. Et cum arguitur ꝙ pari ratione includeret rem cuiuslibet sacramenti. Respondetur ꝙ diuinam videntes essentiam cognoscūt in ea quidquid de effectibus sacramentorum per fidem traditum est nobis, cognoscentes veritates omnium articulorum fidei tam pertinentes ad diuinitatem, quam ad humanitatem, vt .n. dicitur Ioann. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. sicut .n. sancti videndo diuinitatem vident apertissime quicquid crediderunt de diuinitate, puta de vnitate, essentia, & trinitate personarum, de processione verbi & spūs sancti. Ita clare videbunt omnia mysteria gratiæ nobis exhibita in humanitate saluatoris, vnde Esa. 7. secundum aliam translationem dr̄ nisi credideritis non intelligetis, vbi manifeste videtur quòd intellectus est præmiū fidei, ergo necessario vr̄ dicendum ꝙ ea in diuina essentia videbunt sancti, quæ hic crediderunt de eo. ¶ Tertia conclusio in qua dr̄, quòd dæmones si absolute permittanī possunt naturali cognitione intelligere quodcunque creatum intelligibile, & per consequens cogitationes cordiū, & mysteria gratiæ, ex quo posita sunt in effectu, videtur nobis falsa quo ad omnes partes suas. ¶ Primo quo ad hoc quòd præsupponit, quòd dæmones non permittantur cognoscere cognitione naturali quantum ex se possunt cognoscere, quoniam vt dicit Dionysius de di. no. 4. dona naturalia in dæmonibus integra maneant, & ita naturalis cognitio in eis diminuta non est, esset autem si impedimentum aliquod præstitum esset eis, ne intelligere possent ad quæ naturalis cognitio eorum se extendit. ¶ Secundo est falsa quo ad hoc quod dicit, quod naturali cognitione possunt intelligere quodcunq; creatum intelligibile, cum de intellectibus separatis etiam beatus August. dicat super illud Esa. 67. Abraham nesciuit vos, quod mortui etiam sancti nesciunt quid agāt viui & eorum filij, & loquitur Aug.

Ad secūdum. arg. Scoti.

Contra secundā conclusionem. Scoti.

Ad arg.

Augu.

Contra tertiā conclusi.

Diony.

Augu.

de cognitione naturali ꝗa cognitione in verbo cognoscūt vt dr̄ Gre. 12. mor. ¶ Tertia conc. est falsa quo ad hoc, ꝙ dicit oēs cognitiones cordium intelligere, quia quod est proprium solius Dei, non conuenit demonibus, cogitatones autem directè cognoscere prout sunt in corde hominis solius Dei est, dicit .n. gloss. super illud ad Rom. 2. in quo .n. iudicas &c. corda hominum nosse solius Dei est mentis & secreta dignoscere. Præterea dicit Hier. 14. prauum est cor hominis, & inscrutabile, quis cognoscet illud. Ego dominus scrutans corda & renes. Præterea illud quod fuit certū signū diuinitatis in Xpo non pōt pertinere ad cognitionē naturalem alicuius creaturæ, hoc patet, sed cognitio cogitationum fuit certum signum diuinæ potentiæ in Christo vnde gl. super illud Lu. 11. ipse autē vidit cogitationes eorum, dicit sic. In quo dat certum potentię suæ signum, quia secreta cordium rimatur. Non autem verisimile est, ꝙ de cognitione cordium ita singulariter scriptura Deum cōmendaret, si ad eas cognoscendas dæmones naturali cognitione haberent facultatem. ¶ Quarto est falsa conclusio quo ad hoc, quod dicit quòd etiam dæmones naturali cognitione, si dimitterentur, agnoscerēt mysteria gratię, falsitas huius ex superioribus patet vbi ostēsum est, quòd nec angeli boni hoc possunt. Secundo patet ex illo Matt. 4. vbi demon inquit Christo. Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant, quod verbum pertractans beatus August. dī ita, cum videret inimicus Dei filium tanta per miracula procreatum, voluebat secum, vt arbitror, atque admirans dicebat, quis est iste qui nesciente me ingressus est mundū noui quidem quòd de fœmina natus est, sed nescio vnde conceptus, adest ecce mater, sed patrem inuestigare non possum, & infra ignorabat nimirum diabolus, quod quia Christus rudimenta præferebat infantiæ, quodque esuriebat vt homo, non erat fragilitatis corporeæ, sed cœlestis gratiæ sacramentum, hæc ille. ista verba non dant intelligere, quòd dæmon naturali cognitione potuit intelligere sacramentum diuinę incarnationis. ¶ Ad rōnem Scoti factam. Respondetur primo negādo hoc principium suum, quod ens creatū est ꝓportionatum intellectui separato, si intelligat hanc propositionem esse sicut videtur eius argumentum prætendere per adæquationem, sic vt tota latitudo entis distinctè & in specie attingatur naturaliter ab ipso intellectu creato separato, hoc .n. videtur esse propriū solius Dei. Præterea si angelus naturali cognitione posset cognoscere distinctè, & in specie quicquid sub latitudine entis etiam creati continetur, tunc nec illuminatio nec locutio esset in angelis, nec aliqua cognitio in mente angelica, aut humana concepta esse posset, quæ nota non esset naturaliter cuilibet angelo, quod non modo est contra ea quæ dicta sunt, sed etiam contra August. qui vt deducit dominus Bonauentura in 2. in materia de locutionibus angelorum dicit, quòd angeli cogitationes suas ad nutum voluntatis modo occultant modo communicant. ¶ Secundo videtur respondendum quòd non est necesse concedere, quòd quidquid videt angelus cognitione abstractiua agnoscat intuitiue illud in actu positum, & hoc maxime contingit, quando modus per quem talis res in actu ponitur exit ordinem totius creaturæ, sicut de præsentia corporis in sacramento, & de cogitationibus in corde supra diximus. ¶ Ad rationes principales in principio quæstionis factas. Ad primam dicendum, ꝙ oculus noster corporeus per species sacramentales impeditur à visione corporis Christi sub eis existentis, non solum per modum tegumēti, sicut impedimur videre id, quod est velatum quocūque corporeo velamine, sed quia corpus Christi non habet habitudinem ad medium, quod circunstat hoc sacramentum mediantibus proprijs accidentibus, sed mediantibus speciebus sacramentalibus. ¶ Ad secundam dicendum, quòd angelus bonus malusve non possunt videre oculo corporeo, sed solum oculo intellectuali, vnde non est similis ratio vt ex prædictis patet de angelo, & de oculo corporeo hominis glorificati, ab illo enim aliquid est visibile quod oculo corporali etiam glorificato visibile non est. ¶ Ad tertiam dicendum, quod ratio bene procedit, quòd comprehensores videant plena visione intellectuali corpus Christi sub hoc sacramento, quia vt dictum est, visio respondet fidei tanquam præmium eius. Non autem probat, ꝙ visione corporali videant corpus Christi in sacramento.

Greg.

Augu.

Ad arg.

Bonauen.

Ad primum argu.

Ad secūdum

Ad tertiam

Ad secun

12 **Ad secundum** Sic proceditur † Et videtur quod quando apparet in specie carnis vel pueri in sacramento non sit ibi vere corpus Christi.

Primum ar. ¶ Primo sic. Corpus Christi desinit esse sub hoc sacramento quando desinunt esse species sacramentales, vt superius sæpe dictum est, quando apparet caro vel puer desinunt esse species sacramentales. ergo nõ est ibi vere corpus Xpi.

Scdm ar. ¶ Secundo vbicunque est corpus Christi vel sub propria vel sub specie sacramenti est, sed quando tales apparitiones fiunt, nõ est ibi Christus sub specie propria, cum illud quod miraculosè apparet in hoc sacramento quandoque videatur, vt quædam parua caro, quandoq; autem vt paruus puer. Manifestum est etiam ꝙ non est ibi sub specie sacramenti quę est species panis vel vini, ergo videtur quòd corpus Christi non sit ibi.

Tertium ar. ¶ Tertio sic. Corpus Christi incipit esse sub hoc sacramento per consecrationem, & conuersionem, vt supra dictum est, sed caro aut sanguis miraculosè apparens non sunt consecrata nec conuersa in verum corpus & sanguinem Christi. Non ergo sub ijs spẽbus est corpus & sanguis Christi.

Opponit in cõtrarium. ¶ In oppositum arguitur sic. Tali apparitione facta eadem reuerentia exhibetur ei qđ apparet, quæ, & prius exhibebatur, quod quidem non fieret, si non esset ibi Christus cui reuerentiam latriæ exhibemus, ergo etiã tali apparitione facta Christus est sub hoc sacramento.

Respondet. ¶ Responsio, dicẽdum ꝙ absque omni dubio tenendum est, quòd illud quod ibi apparet sit verum corpus Christi, alias vt argutum est nõ adoraretur sicut prius adorabatur, quando sub specie panis videbatur.

Ad primum argu. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum, quòd facta tali apparitione species sacramentales quoniam quidem totaliter manent in seipsis, quandoque autem secundum id quod est principale in eis, sicut plenius videbitur in sequenti quæstione.

Ad scdm. ¶ Ad secundam dicendum, quòd in huiusmodi apparitionibus non videtur propria species Christi, sed species miraculosè formata vel in oculis videntium, vel etiam in ipsis sacramentalibus dimensionibus, sicut dicetur in sequẽti quæstione.

Ad tertium. ¶ Ad tertiam dicendum, quòd dimensiones panis & vini consecrati manent ibi mutatione facta circa eas miraculosè quantum ad accidentia, sicut in sequenti quæstione plenius videbitur. Ex his patet falsitas domini Durandi dicentis in 4. di. 10. quod probabiliter potest dici quod in tali apparitione non manet corpus Christi. Ratio sua est, quia species sensibiles sunt mutatæ, de ratione autem sacramenti sunt species sensibiles. Si hoc esset verũ, tunc ecclesia idolatraret, adorando id, quod ibi apparet, ꝙ inconuenientissime diceretur. Dicendum ergo ad rationem eius, quòd licet species sensibilis sit de ratione sacramenti, non tamen ista, vel illa determinate, de ratione. n. sacramenti altaris est quantitas cum aliquo colore & figura, sed accidit ei, quòd sit iste color, vel contrarius isti, ista figura vel alia, vnde huiusmodi mutatio circa ista, cum tamen maneat quantitas, non mutat sacramentum, sicut iam in parte dictum est, &. j. in sequenti quæstione dicetur, vnde si hostia cõsecrata quocunque colore nigro vel rubeo tingeretur, adhuc remaneret ibi verum corpus Christi.

13 **Ad tertium** Sic proceditur. † Et videtur quod qñ apparet in specie carnis, vel pueri, in altari, videatur in specie propria.

Primum argu. ¶ Et primo sic. Corpus Christi nõ est nisi sub specie propria, vel sub specie panis, sed tunc desinit esse species panis quod si non est species ꝓpria illa in qua videtur nullo modo erit ibi.

Scdm arg. ¶ Secundo sic. illa ostensio est ad ædificationem fidei, sed non confirmatur fides si Christus in specie alterius carnis apparet, ergo in specie propria apparet.

Tertium ar. ¶ Tertio sic. Nihil potest apparere in aliquo quòd non est in eo, sed in sacramento altaris non est nisi species panis, quæ est tantum sacramentũ, & corpus Christi quæ est res contenta, illud autem quod ibi apparet non est species panis, ergo est species corporis Christi.

Opponit in cõtrarium. ¶ In oppositum est textus præsens, in quo dr, ꝙ in hoc sacramento corpus Christi inuisibiliter sumitur. Si autem appareret in propria specie, tunc visibiliter sumeretur.

Respondet. ¶ Respondeo dicendum, quòd quando apparet in spẽ carnis, in altari, vel pueri, non videtur in propria specie, ita quòd illa species quæ apparet non est species propria Christi, quod sic ostenditur, quia cum in hoc sacro nõ sit aliqua deceptio, oportet ẽm veritatem ibi esse illud, quod sensus pcipit, sed sensus percipit paruas ibi quasdam dimẽsiones, quarũ iudiciũ ad ipsum pertinet, ergo sunt ibi illæ dimensiones, sed illæ dimensiones non sunt dimensiones corporis Christi, cum sint multo minores, ergo sunt ibi aliæ dimensiones, quam dimensiones corporis Christi, & super illas fundantur species quæ ibi apparent. Cum ergo species corporis Christi non fundentur nisi super dimensiones proprias, non videtur corpus Christi ibi in specie propria. ¶ Secundo sic Superficies illius spẽi, quę ibi apparet tangat aerem circunstantem, ergo illud cuius est illa superficies est ibi sicut in loco, sed corpus Christi non est ibi sicut in loco, ergo illa species quæ ibi apparet non est spẽs corporis Christi. Est tamen hic notandum, prout dicit S. Thom. in secunda parte, ꝙ dupliciter contingit talis apparitio, qua quandoque in hoc sacramento miraculosè videtur caro, aut sanguis, aut etiam aliquis puer. S. Thomas Quandoque in hoc contingit ex parte videntium, quorum oculi immutantur tali immutatione, ac si expresse exterius videret carnem, aut sanguinem, vel puerum, nulla tamen immutatione facta ex parte sacramenti. Et hoc quidem videtur cõtingere, quando vni videtur sub specie carnis, vel pueri, alijs tamen videtur sicut, & prius sub specie panis, vel quãdo idem ad horam videtur sub specie carnis, vel pueri, & postmodum sub specie panis, Nec tamen hoc pertinet ad aliquam deceptionem, sicut accidit in magorũ præstigijs, quia talis spẽs diuinitus formatur in oculo ad aliquam veritatem figurandam, ad hoc. s. ꝙ manifestetur vere corpus Christi esse sub sacramento hoc, sicut etiam Christus sine deceptione apparuit discipulis euntibus in Emaus. dicit. n. Augu. Augu st. in lib. de quæstionibus Euangelij, quòd cum fictio nostra refertur ad aliquam significationem, tunc non est mendacium, sed aliqua figura veritatis. Et quia per hunc modum nulla im mutatio fit ex parte sacramenti, manifestum est, quòd nõ desinit esse Christus sub hoc sacramento tali apparitione facta. Quandoque vero contingit talis apparitio non per solam immutationem vidẽtium, sed in specie quæ videtur realiter exterius existente, & hoc idẽ videtur esse quando sub tali specie ab omnibus videtur, & non ad horam, sed per longum tempus ita permanet, & in hoc casu quidam dicunt, quòd est vera species corporis Christi. Nec obstat quòd quandoque nõ videtur ibi totus Christus, sed aliqua pars corporis, vel etiam non videtur in specie iuuenili, sed in effigie puerili, quia in potestate est corporis gloriosi, ꝙ videatur ab oculo non glorificato vel secundum totum, vel secundum partem, & in effigie vel propria, vel aliena. ¶ Sed hoc videtur esse inconueniens. Primo quidem, quia corpus Christi non potest in propria specie videri nisi in vno loco in quo diffinitiue continetur, vnde cum videatur in propria specie, & adoretur in cœlo sub propria specie non videtur in hoc sacramento. ¶ Secundo quia corpus gloriosum quod apparet, vt vult post apparitionem cum voluerit disparet, sicut dr̃ Luce vltim. quòd dominus ab oculis discipulorum euanuit, hoc autem quòd sub specie carnis in hoc sacramento apparet diu permanet, quinimo quandoque legitur esse inclusum, & multorum episcoporum cõsilio in pixide reseruatum, quod nephas est de Christo sentire secundum propriam speciem. Et ideo dicendum quòd manentibus dimensionibus quæ prius fuerunt fit miraculosè quædam immutatio circa alia accidentia, puta figuram, & colorem, & alia huiusmodi, vt videatur caro, vel sanguis, aut etiam puer. Et sicut prius dictum est, hic non est deceptio, quia fit in figuram cuiusdam veritatis. s. ad ostẽdendum per hanc miraculosam apparitionem, quòd in hoc sacramento est vere corpus Christi, & sanguis. Et sic patet, quòd remanentibus dimensionibus quæ sunt fundamenta aliorum accidẽtium, remanet vere corpus Christi in hoc sacramento, & quòd species illa quę apparet non est propria species Christi.

¶ Ad rationes. Ad primam dicendum, quòd adhuc species panis manet quantum ad dimensiones, quæ post subsistebant, & principales erant in sacramẽto, quamuis color, & alia huiusmodi non manent diuina virtute hoc faciente, & ideo sub illis dimẽsionibus adhuc manet corpus Xpi. Ad primum argum.


¶ Ad secundam dicendum, quòd in hoc ędificatur fides, & excitatur deuotio, ꝙ illa accidẽtia sunt similia omnino accidentibus carnis Christi vere, quod non erat de accidentibus panis quamuis non sint ipsamet accidentia corporis Christi. Ad scdm

¶ Ad tertiam dicendum, ꝙ quamuis illa accidẽtia carnis prius ibi non essent, sunt tamen superinducta ad fidei instructionem diuina virtute. Ad tertium

Ad quartum.

14 **Ad quartum** Sic proceditur.† Et videtur quòd in casu talis apparitionis debeat sumi
Primum ar. corpus Christi. Et primo sic. In sumēte hoc sacramentum exigit deuotio, sed talis ostensio fit ad augmentandum
Secundū ar. deuotionem, ergo tunc magis debet sumi. ¶ Secundo sic. Ille qui consecrat secundum canones debet sumere, vt. s. e. di. c. relatum, sed hoc nō posset facere, nisi illud quod sub
Opponit in cōtrarium. specie carnis appareret sumeret, ergo debet sumere. ¶ In oppositum est, quòd nihil horridum est committendum in hoc sacramento, sed horrendum est comedere carnem crudam, ergo illud quod in substātia carnis crudæ apparet
Respondet. non est sumendum iuxta capitulum, forte dicas. ¶ Responsio. dicendum quòd in tali casu corpus Christi non est sumendum, cuius ratio est, quia vsus sacramenti debet materiæ sacramenti competere, sicut ablutio aquæ in sacramento baptismi, & quia corpus Christi in hoc sacramento sub specie panis nobis proponitur, ideo vsus sacramenti est p manducationem, vt supra dictum est. Cum igitur in specie propria, vel in specie carnis cruentatæ apparet, vel in simili specie, non habet rationem cibi, non debet sumi ab eo cui sic apparet, sed ab alio cui sub specie panis apparet, si autem omnibus sub specie carnis appareret, tunc debet cum reliquijs poni. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum,
Ad primum argu. ꝙ deuotio non excitatur hic ad manducandum, quia non in specie cibi proponitur, sed ad venerandum. ¶ Ad secun
Ad scdum dam dicendum, quòd sacerdos debet iterum celebrare, vt quidam dicunt, & corpus Christi sumere, & si in secundo accideret in tertio consecret. Quidam autem dicunt quòd in tali casu sufficit spiritualis mādücatio, nec propter hoc fit transgressor constitutionis ecclesiæ, quia non intelligitur nisi quando sacramentum est in specie consueta. Ad ea .n. quæ frequenter accidunt leges aptantur. Lege. ¶ [Non
Exponit literam hoc] verba sunt Aug. exponentis illud Ioan. 6. Spūs est qui viuificat, caro autem non prodest quicquam. Et loquitur August. in persona domini quod ipse Christus exponat ꝙ dixerat dicens. [Non hoc corpus quod videtis]. i. non sub illa specie quæ à vobis videtur nunc [quam]. i. sub qua [effusuri sunt &c.] ipsum. s. corpus manducabitis, & sanguinem bibetis in veritate [& nō ipsum] in sua specie propria, qua sensibus humanis subijciatur siue visibilis sit, ita quòd affirmatio vel negatio non referatur ad substantiam corporis, sed ad speciem propriam. s. & sacramentalem. [Ipsum quidem] inuisibiliter]. i. in aliena specie. s. panis, sub qua à nullo oculo. s. corporeo etiam glorificato videtur, vt dictū est in quæstione. [Non ipsum visibiliter]. i. in propria specie visibiliter. i. sub aliqua specie sensibili vtputa panis, vel vini [Inuisibiliter intelligi]. i. quamuis sub speciebus illis non videatur, fide tamen tenendum est ibi verum Christi
Quæstio i corpus & sanguinem cōtineri. ¶ Quæreret fortassis aliquis simplex, quomodo stat istud capitulum cum illo vulgato sermone omnium fidelium, qui in missa dicunt se vidisse
Respondet. cropus Christi. Dicendum quòd per eisum non accipitur corpus Christi, sed solum sacramentum illius, quia. s. non pertingit visus ad ipsam substantiam corporis Christi, sed solum ad species sacramētales, sensus ergo est, vidi corpus Christi. i. sacramentum sub quo vere est corpus Christi, vnde videre etiam dicimus quod credimus, iuxta illud Apostoli 1. ad Cor. 4. videmus nunc per speculum in enigmate tunc autem facie ad faciem.

4 *Infidelis si sumat species sacramenti, sumit corpus Christi sub sacramento.*
5 *In præpositio, qualiter denotet terminum.*
6 *Corpus Christi an sumatur cum deitate, & anima.*



**Vid est Christū māducare.** Sequitur 14. pars huius distinctionis, in qua magister Gratianus locuturus de duplici mā ducatione corporis Christi, multas authoritates inducit ad ostendēdum distinctionem horum modorū. Et diuiditur hoc capitulum in duas partes. In prima ponit duos modos manducandi, vnum. s. sacramentalem, quo boni & mali edunt, alterum spūalem, quo boni soli manducant. secūdo ponit ꝙ indigne sumens hoc sacramentum, magnam sibi accumulat damnationem. 2. ibi, & si accipit. Pro ampliori intelligentia huius capituli quærumtur quatuor.
1 ¶ Primo vtrum corpus Christi debeat sumi per modum manducationis.
2 ¶ Secundo vtrum debeant distingui duo modi manducandi corporis Christi sacramentaliter & spiritualiter.
3 ¶ Tertio vtrum homo peccator possit corpus Christi sacramentaliter sumere.
7 ¶ Quarto vtrum peccator sumens corpus Christi sacramētaliter semper peccet damnabitur.

1 **Ad primum** Sic ꝓceditur.† Et videtur quòd corpus Christi nō debeat sumi per modum manducationis. Et primo sic. Quod manducatur per primum ar.
os intrat. Omne autem quod per os intrat in ventrem vadit, & per secessum emittitur, vt dr̄ Matt. 15. quod dignitati corporis Christi non competit, ergo non debet per modum manducationis sumi. ¶ Secundo sic. Quod manduca Scdum ar.
tur ad manducantem trahitur, sed sicut dicit Diony. in ca. di. no. Nos non trahimus Deum ad nos, sed magis nos in Deum, ergo non debemus Deo coniungi per modum mā ducationis. ¶ Tertio sic, hoc sacramētum ordinatur ad re Tertium ar.
fectionem mentis, sed refectio mentis quæ erit in prima erit ꝑ visionē, ergo deberet dari Christi corpus vidēdum, non manducandum. ¶ In oppositum est textus præsentis Opponit in cōtrarium.
capituli. In quo aperte innuitur, quòd corpus Christi datur nobis per modum manducationis, quod factum non esset, nisi conuenientissimum esset. Item Ioann. 6. dr̄. Caro mea vere est cibus. sed vsus cibi non est vt videatur, sed vt manducetur. ergo nō debet videri tantum corpus Christi, sed manducari ¶ Respondeo dicendum, quòd conuenien respondet.
tissime actum est, vt corpus Christi sumendum nobis proponeretur per modum manducationis, quod sic ostenditur. Sicut supra dictum est maxime circa capitulum quia corpus: e. dist. ad perfectionem nouæ legis exigitur, quòd sit aliquod sacramentum in quo nobis Christus realiter coniungatur, & vniatur non solum per participationem virtutis eius, sicut est in alijs sacramentis, & quia sacramentum est sensibile signum, Ideo oportet quòd alicui sensui vsus sacramenti approprietur, in sensibus autem est triplex differentia, Quædam. n. sensibus nec coniunguntur, nec vniuntur, sicut ea quæ sentiuntur per modum extrinsecū, vt in visu præcipue accidit, & auditu, & etiam olfactu, sed solum similitudines sensibilium ad sensum referuntur. Quædam autem sensibilia coniunguntur quidem, sed non vniuntur realiter, sed per assimilationem qualitatis tantū, sicut accidit in tactu, quia qualitates tangibiliū immutant tactum, nec tamen ex tangente & tacto fit vnum, nisi s̄m quid. Quædam autem & coniunguntur, & vniuntur, sicut accidit in cibis, & potibus, & ideo sumptio huius sacramēti congrue per modum manducationis fit. Alia vero sacramenta nouæ legis quibus per virtutem eis inditam Christo similamur, fiunt in tangendo tantum vt baptismus, figuræ autem veteris testamenti quæ solam similitudinem Christi venturi habebant, significabant per modum visionis. Competit etiam manducatio passioni Christi in hoc sacramento repræsentante per quam corpus Christi vulneratum fuit. Conuenit etiam affectui qui est robur animæ. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum quòd ratio illa pro Ad primū arg.
cedit de cibo, qui ordinatur ad refectionem corporis, cui competit digeri, & sic impuro separato in membra cōuerti, sed cibus iste ordinatur ad refectionem mentis. Et propter hoc ratio non sequitur. ¶ Ad secundam dicendum, ꝙ Ad scdum.
de ratione manducationis est, ꝙ aliquid per os introrsum sumatur, sed esse in, aliter in spiritualibus & temporalibus 2
sumitur, quia in corporalibus quod est in continetur, sicut locatum in loco. In spiritualibus autem quod est in continet, sicut anima corpus & ideo conuenienter cibus corporis trahitur ad corpus, vt contentum ad continens. Cibus autem mentis trahit ad se mentem, vt continens contentum, propter quod Augustinus dicit sibi dictum. Non tu me mutabis in te sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me. ¶ Ad tertiam dicendum, quod res visa beatificans per essentiam suam videnti coniungitur in patria, Ad tertiam
quod quidam non accidit in visione corporali, & quòd oportebat hanc coniunctionem significari per aliquod sensibile signum, oportuit illud sensibile ad hoc assumi, quod realiter coniūgitur, & vnitur. In patria autem signis sacramentalibus opus non erit, nihilominus propter similitudinem ad ea, quæ nunc geruntur frequenter illa beata visio nobis per figuram manducationis in scriptura exprimitur.

Ad secun

2 **Ad secundum** Sic proceditur. † Et videtur ꝙ non deberent distingui duo modi manducandi corpus Christi sicut in litera innuitur. ¶ Et primo sic. Sicut. n. baptismus est spiritualis regeneratio secūdum illud Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto &c. Ita etiam hoc sacramentum est cibus spūalis, vnde dominus loquens de hoc sacramento dicit Ioan. 6. verba quæ ego locutus sum vobis spiritus & vita sunt, sed circa baptismum non distinguitur duplex modus sumendi illud. s. spiritualiter & sacramentaliter, ergo nec circa hoc sacramentum debet hæc distinctio adhiberi. ¶ Secundo sic. Ea quorum vnum est propter alterū non debēt adinuicem diuidi, quia vnum ab alio speciem trahit, sed sacramentalis manducatio ordinatur ad spiritualem sicut ad finem, non ergo debet sacramentalis manducatio contra spiritualem diuidi. ¶ Tertio arguitur quòd sint plures modi manducandi vsus sacramenti dr̄ manducatio, sed in hoc sacramento sunt tria. s. id quod est sacramentum tantum id quod est res & sacramentum, & id quod est res tantum, ergo debent esse tres modi manducationis. ¶ Quarto in baptismo fit trimembris diuisio suscipientiū. Quidam. n. suscipiunt rem & sacramentum, quidam sacramentum & non rem, quidam rem, & non sacramentum, sed susceptio huius sacramenti dr̄ manducatio, ergo hic etiam deberet distingui triplex modus manducandi. ¶ In oppositū est textus præsens, in quo aperte distinguūtur isti duo modi. ¶ Secundo ad idem est gl. super illud 1. Cor. 11. Qui manducat, & bibit indigne, dicit gl. duos esse modos manducandi vnum sacramentalem, alium spiritualem. ¶ Respondeo dicendum, quòd conuenienter distincti sunt isti duo modi sumendi siue manducandi hoc sacramentum, quorum diuisio potest capi a tribus vt dicit magister Alexan. & Bonauent. in 4. distinct. 9. s. à dispositione sumentiū, quia quidam accedunt male dispositi, & hi manducant sacramentaliter tātum. Quidam bene, & hi spiritualiter. Itē etiam à modo sumendi sumitur distinctio sic. Quia quidā suscipiunt ore corporis, & hi sacramētaliter. Quidam vero ore cordis, & hi spiritualiter, vnde secundum duplex os duplex est manducatio, tertio oritur distinctio & magis proprie ex ipso sacramento, quia duplicem habet rem, videlicet corpus Christi verum, & corpus Christi mysticum, quarum si vna accipitur sine altera sumens corpus Christi verum manducat sacramentaliter, sumens corpus Christi mysticum mādueat spiritualiter, vnde Innocētius tertius inquit, dupliciter corpus comeditur, quia dupliciter intelligitur, verum quod de virgine traxit, & in cruce pepēdit, & mysticum quod est ecclesia spū Dei vegetata. ¶ Ad rōnes. Ad primam dicendum, quòd circa baptismum & alia huiusmodi sacramenta similis distinctio adhibetur. Nam quidā suscipiunt tm̄ sacrum, quidam vero sacrum & rem sacramenti. Hoc tamen differt quia cū alia sacramenta perficiantur in vsu materiæ percipere sacramētū est ipsa perceptio sacramenti. Hoc autem sacramentum perficitur in consecratione materię, & ideo vterque vsus est consequēs hoc sacramentum. In baptismo autem & alijs sacramentis characterem imprimentibus illi qui accipiunt sacramentum aliquando recipiunt effectum spiritualem. s. sacramentum, quod non accidit in hoc sacramento, & ideo magis in hoc sacramento distinguitur vsus sacramentalis à spūali, quam in baptismo. ¶ Ad secundam dicendum quod sacramentalis manducatio quæ pertingit ad spiritualem nō diuiditur contra spiritualem, sed includitur ab ea. Sed illa spiritualis manducatio contra spiritualem diuiditur, quæ effectum non consequitur sicut imperfectum quod non pertingit ad perfectionem speciei diuiditur contra perfectum. ¶ Ad tertiam dicendum, quòd id quod est hic res & sacramentum nunquam separatur ab eo, quod est sacramētum tantum, & si separetur vsus eius, quod est sacramentū tantum esset actualis vsus, & ideo pœnes hoc non debet sumi aliquis modus manducationis spiritualis. ¶ Ad quartā dicendum, quod hic etiam posset fieri talis distinctio, in quibusdā. n. coniunguntur duæ māducationes, & hi suscipiūt rem & sacramentum, in quibusdam separantur, & hi suscipiunt vel rem tantum, vel sacramentum tantum, Sed quia hæc diuisio magis se tenet ex parte suscipientiū, q̄ ex parte sacri, ideo non est propria huic sacramēto sicut baptismo.

Primum arg. — Secundum arg. — Tertium ar. — Quartū ar. — Opponit in cōtrarium. — Secda opin. respondet. — Ale. de Ha. Bonauen. — Ad primum argum. — Ad secdm. — Ad tertium — Ad quartum

3 **Ad tertium** Sic procedit. † Et videtur, quod peccator non manducat corpus Christi sacramentaliter. ¶ Primo sic, hoc sacramentum dr̄ esse maxime sacramentum charitatis, vt. s. e. dist. hoc sacramentū, sed sicut infideles priuantur fide, ita peccatores charitate, sed infideles non videntur posse sacramentaliter sumere hoc sacramentum, cum in forma huius sacramenti dicat̄ mysteriū fidei, ergo pari ratione nec aliquis peccator pōt corpus Christi sacramentaliter manducare. ¶ Secundo sic. dr̄ Sapientiæ 1. In maleuolam animam non introibit sapiētia, nec in corpore subdito peccatis habitabit, sed Xps q̄ est res contenta in hoc sacramento est Dei sapientia, vt habetur 1. ad Cor. 1. ergo à peccatore sumi non potest. ¶ Tertio sic. Cibus iste non vadit in ventrem. s. in mentem. Non autem vadit in mentem peccatoris, ergo nullo modo corpus Christi sumit. ¶ Quarto nihil indecens debet fieri à sapiente, sed hoc est valde indecens, quòd corpus tam prætiosum in immundo corpore ponatur, ergo cum corpus peccatoris sit immundum non recipietur verum corpus Christi. ¶ In oppositum est tex. præsens, in quo dicit Augu. Christum manducare, non hoc solum est in sacro corpus eius assumere. multi. n. indigni accipiunt de quib. dicit apostolus &c. ¶ Secundo sic. maius videtur consecrare corpus Christi quam sumere, sed peccator potest cōsecrare, ergo & sumere. ¶ Tertio sic, corpus Christi quam non est magis nobile sub sacramento, quam sub propria specie, sed in specie propria permisit se à peccatoribus tractari, ergo etiā sub specie sacramenti à peccatoribus manducari potest. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ circa hanc quæstionem vt tangit S. Thom. in 4. quidam dixerunt corpus Christi ſm rei veritatem à peccatoribus non sumi, sed quam cito labijs peccatoris tangebatur, tam cito desinebat sub spēbus esse corpus Christi, sed isti errauerunt, in tātum. n. dignitati sacramenti deferebant, ꝙ derogabant veritati huius sacramenti, ad quam pertinet quòd speciebus manentibus corpus Christi sub eis esse non desinat, quòd sic ostēditur, cum. n. vere corpus Christi sub speciebus sit per conuersionem panis & vini in substantiam corporis Christi spēb. remanentibus non poterit esse quòd desit ibi esse corpus Christi, nisi per contrariam aliquam mutationem eius, ꝙ prius conuertebatur in corpus Christi, & quia de illo non manēt nisi species solæ quæ ad vtranque substantiam communiter se habent, sicut subiectum in naturalibus mutationibus duabus formis, ideo quamdiu species non mutātur nullo modo desinit esse ibi corpus Christi, sicut nec in mutationibus formalib. forma introducta dr̄ esse in subiecto, donec subiectum ad formam aliam transmutetur. Speciebus autem in aliquid transmutari non competit nisi secundum quod habent aliquam proprietatē substantiæ in hoc quod sunt sine subiecto, vnde nihil potest transmutare eas ad aliam substantiam, nisi quod transmutaret substātiam panis & vini, si ibi esset quod solus tactus labiorum vel diuisio quæ est per dentes vel traiectio in ventrem non faceret, sed sola digestio quæ est à calore naturali conuertente cibum, vnde patet ꝙ veritati sacramenti derogat, qui dicit quòd ad solum tactum labiorum desinit esse corpus Christi à peccatore sumptum, & ideo hac opinione tanquam hæretica de medio sublata eius contrarium ab omnibus tenetur. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum † quod si infidelibus sumat species sacramentales corpus Christi sub sacramento sumit, vnde manducat Christum sacramentaliter, si ly sacramentaliter determinat verbum manducationis ex parte manducatis, quia quicunque sumit species sacramentaliter manducat. i. sumit hoc, quod est sacramentum in eucharistista. i. verum corpus Christi. Si autem ly sacramentaliter determinat verbum ex parte manducantis, tunc proprie loquendo infidelis non manducat sacramentaliter, quia hoc modo solus ille sacramentaliter manducat qui vtitur cibo illo visibili, vt sacramentum, quod non facit infidelis, quia cum circa id quod est significatum in hoc sacramento erret non vtitur speciebus illis vt sacramento, cum non credat in Christum secundum quòd sub hoc sacramento continetur, sed magis vtitur illis vt simplici cibo, & ideo non est simile de infideli & de peccatore fideli. ¶ Ad secundam dicendum quòd authoritas illa loquitur de spirituali inhabitatione & non de sacramentali vel corporali, quia Christus etiam peccatoribus corpus suum tractandum exhibuit, vt dicit Bonauent. intelligitur quantum ad effectum gratiæ gratū facientis, non quantū ad substantiam. ¶ Ad tertiam dicendum quòd cum dr̄, ꝙ cibus iste

Primum ar. — Secdm ar. — Tertium ar. — Quartū ar. — Opponit in cōtrarium. — Respondet. — Ad primum argu. — Ad secdum. — Ad tertium

bus iste non transit in ventrem, sed in mentem, non ideo dr̃ quòd non feratur in ventrem, sed quia venter ex illo nõ
5 cibatur. † hæc.n. præpositio in, non denotat terminum motus localis, sed fidem sumptionis, vadit enim quasi localiter quocunque species vadunt, sed non sumitur propter ventris repletionem, sicut corporales cibi, sed propter mentis refectionem in qua eius effectus recipitur non ipsa materia corporis, quia mentem inhabitare per essentiã sola diuinitas potest. ¶ Ad quartam dicendum, ꝙ illud est verum si corpus Christi cum à peccatore sumitur aliquã immundiciam contraheret, hoc autem non est hic, quia labia peccatoris non tangunt nisi species, sub quibus secundum veritatem est corpus Christi. præterea etiam in hoc sacramento Christus dat exemplum mansuetudinis, & humilitatis.

Ad quartum

Ad quartum videatur quod notauimus.s.e.dist. ca.qui scelerate. Lege. ¶ [Christũ].

Exponit literam


Quæstio

Respondet.

6 Quæstio est hic Hu. & Io. Theutonici. † vtrum corpus Christi sumatur cum deitate & anima. respondet. Hu. ꝙ non, & in hoc non bene dicit, quia in hoc sacramento sumitur totum illud quod est ibi siue ex vi sacramenti, siue ex rõnali concomitantia, cum autem in hoc sacramento sit ipse
a Christus.s. perfectus in corpore anima & diuinitate, vt in capitulo ante benedictionem.s.eo.dist. & in fi.c. inuitat, & in c. singuli, necessario etiam concedendum est, quòd corpus Christi cum anima & deitate sumatur, quoniam quæcunque non separantur secundum esse quandocũque vnũ eorum sumitur non potest sumi sine alio, sed vnum est esse animæ Christi & corporis sicut materiæ & formæ, ergo cũ corpus Christi sumitur etiam anima sumitur, & idem arguitur de diuinitate cui corpus & anima vniuntur in vno supposito verbi Dei, quod autem Hug. inducit in glos. hic quòd in sepulchro totus Christus dr̃ fuisse sed non totum quod fuit in Christo secundum humanitatem non est ad propositum, quia illud verum est ibi propter separationẽ animæ à corpore Christi in triduo, hic autem in sacramẽto per cõsecrationem nulla est separatio, nec animæ è corpore nec amborum.s. animæ & corporis à diuinitate. [nõ est hoc] solum.s. sumere [in sacramento] rem significatam & contentam.s. Christum, quia multi sic manducantes nõ tantum fructum non recipiunt, sed etiam damnationem incurrunt [sed Christum manducare] perfecto modo manducationis qui est quando sacramentum sumitur cũ perceptione effectus sui qui est vnio cum Christo, & hoc est ꝙ sequitur [sed quomodo dicit] Ioa.6. [qui manducat carnẽ & cætera] potest referri ad carnem & sanguinem mysticũ, & tunc est sensus [qui manducat &c.] i. incorporatur corpori mystico per vnionem fidei & charitatis [in me manet] quia charitas facit esse Deum in homine, & econuerso 1. Ioann. 6. qui manet in charitate in Deo manet & Deus in eo. Si referatur ad manducationem sacramentalem tunc est sensus [qui manducat carnem].s. digne [in me &c.].i. cõsequitur effectum huius sacramenti, quoniam est in Deo manere per charitatem, & hoc est perfecte manducare, q̃a iste est finis huius sacramenti, & per consequens institutionis eius. [& si accipit indigne] secunda pars, sicut.n. digne accipientes effectum consequuntur sacramenti, videlicet fructum vitæ æternæ, secundum illud Ioann.6. qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem habet vitam æternam. ita indigne suscipientes in pœnam suæ præsumptionis temeritatis & irreuerentiæ ac contemptus diuinæ maiestatis, incurrit magnum tormentum damnationis æternæ.

a ¶ Ipse xps. Adde ꝙ etsm ꝙ homo est aliquid Pe. de Anc. in c. cum Christus nu. 3. de hereticis.

2 *Sex sunt in corporali manducatione.*
4 *Manducare Christum spiritualiter contingit dupliciter.*
*Et quid dicatur nu.6.*



ET quid paras. Sequitur secundum capitulum huius partis quod diuiditur in duas partes. In 1. ostẽdit diuersitatem sacramentalis manducationis à spũali. In secunda ostendit pœnes cuius virtutis actum attendatur mãducatio spũalis.s. per actũ fidei formatæ. 2. ibi, crede. Pro pleniori intelligentia huius capituli, quæruntur quatuor.

Diuisio

1 ¶ Primo vtrum ex actu fidei sit dicenda manducatio spiritualis
3 ¶ Secundo vtrum solius hominis sit hoc sacramentum sumere spiritualiter.
5 Tertio vtrum qui non manducat sacramentaliter manducet spiritualiter.
7 ¶ Quarto vtrum hoc sacramentum habeat maiorem efficaciam in sumente illud sacramentaliter & spiritualiter, quam in sumente tantum spiritualiter.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur, quòd ex actu fidei non sit dicendus quis manducare corpus Christi spiritualiter. ¶ Et primo sic, si credere est spiritualiter mãducare cum multi peccatores & credant & deuotionem aliquã habeant, videtur, quòd secundum hoc spũaliter manducent, hoc autem est contra Augustinum, qui dicit quòd nullus spiritualiter manducat nisi qui est membrum Christi, & manet in Christo, ergo si actus fidei etiam cum Charitate sufficit ad spiritualẽ manducationem, ergo omne quod credimus & diligimus mãducamus, ergo cum multa alia credamus, quam hoc sacramentum vel rem huius sacramenti, videtur quòd manducatio spiritualis sit omnium articulorum, quòd nemo sanæ mentis concederet, & quòd manducatio non sit huic sacramento & eius rei propria ¶ Secundo sic. manducatio spiritualis est dicta ad similitudinem materialis, sed qui comedit materialiter incorporat sibi cibũ, qui autem credit & diligit Christum incorporatur Christo, ergo potius manducatur, quam manducet, ergo videtur quòd manducatio spiritualis qua quis manducat in actu fidei & charitatis non consistat. ¶ In oppositum ex tex. præsentis c. in quo dicit Aug. crede & manducasti. item Ioann.6. qui credit in me etiam si mortuus fuerit viuet, si igitur vita spũalis non est sine manducatione spirituali, & viuere est in nobis per fidem, ergo vel credere est manducare, vel non sine manducatione. ¶ Respondeo, hic declarandi veniunt duo articuli. In primo ostendetur quare spiritualis manducatio dr̃ manducatio, & propter quas similitudines à corporali mãducatione hoc nomen transfertur ad spiritualem, in secundo respondendo quesito assignabitur conuenientia ꝓpter quam beatus August. in litera huius c. assignat fidei per dilectionem operantis spũalem manducationem. ¶ Pro quo

primum a.

Scd̃m arg.

Opponit in cõtrarium.

Respondet.

2 notandum cum domino Alberto magno super Ioann. † ꝙ in corporali manducatione sunt sex, à quibus hoc nomen transfertur ad spiritualem, quorum primum est cibi attritio. quod natura ideo facit vt vnumquodque minima parte fungi possit id quod est conueniens in cibo, secundum est deglutitio, tertiũ est digestio, quartum est puri suctio, quintum ad membra delatio, sextum est vnio qua vnitur membris, & de corpore efficitur, attritio est frequens reditio mandibularum & oris super idem, cui respondet in spirituali manducatione frequens reditus mentis & rationis super cibum spiritualem, vt bene dijudicetur quid à quo, & in quo effectu, & propter quid accipitur 1. Cor. 11. probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. deglutitio est in sumptione cibi, ita quòd cibus sit in manducante, & sic in spirituali manducatione cauendũ est, ne manducans extra cibum remaneat per infidelitatẽ vel dissensum, nec quòd cibus maneat extr. ipsum per gratiæ priuationem. Io.6. q manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo, digestio aũt quæ est separatio puri ab impuro refertur ad comedentẽ, quia in cibo ibi nihil est impurum, sed impurum in comedente quandoque impedit nutrimentum, & tunc oportet ꝙ humor malus digeratur, & eijciatur. Hierem. 15. Si separaueris purum à vili, quasi os meum eris, de suctione autẽ qua interius per venas nutrimentum sugitur maxime est attendendum, quia illa perficitur desiderio incorporandi in Christo, quo desiderio ipsum in nos trahimus & nos in ipsum. Esa.66. declinabo in vos quasi flumẽ pacis, & quasi torrentem inundantem, &.ꝭ. vt sugatis ad vbera portabimini &c. Delatio autem ad membra spiritualiter perficit, quando cibus iste singulis virtutibus cordis mittitur, vt in ratione sit claritas lucis, in voluntate feruor dilectionis, in memoria conseruatio meditationis absque obliuione, in concupiscibili desiderium boni, in irascibili indignatio peccati, in sensibili imaginatio exempli, ita tota anima dulcedo spiritualis cibi. Sapiẽtiæ 8. per nationes in animas sanctas se transfert. Sic in omnibus interioribus fuit infusus, qui dixit sicut adipe & pinguedine repleatur aĩa mea. psalm.63. Esa.55. audite audientes me & comedite bonũ, & delectabitur in crassitudine anima vestra, vnio autem perficitur

Albe. mag.

perficitur in hoc, ꝙ Christo vnimur & spiritu eius viuificamur, quia iste cibus nō mutatur in nos, sed nos in ipsum & meliores efficimur. Ioan. 17. tu in me, & ego in eis. 1. ad Cor. 5. qui adhæret Deo vnus spiritus est cū eo, & hæc de primo iuxta Albert. Mag. vbi. s. ¶ Iam restat respondere quæstioni quod erat secundo articulo faciēdum, dicimus enim, ꝙ conuenienter ascribitur fidei formatæ, siue per dilectionem operanti manducatio spiritualis, quòd facile ex iam dictis domini Alber. in 1. artic. manifestum fit hoc modo. licet. n. (vt dictum est) sex occurrant in manducatione corporali, à quibus nomen manducationis ad spiritualem refertur, nihilominus duo videntur esse principalia, inter alia à quibus fit huius nominis translatio, videlicet masticatio, & incorporatio, siue vnio. cum autem id quod masticationi respondea in spirituali manducatione sit reditus mentis siue rationis recogitatio super cibum spūalē .i. carnem Christi pro nobis expositam in pretium ad redimendum, & in cibum ad reficiendum, & hoc maxime ad fidei virtutem pertineat, & incorporatio siue vnio quæ sequitur maxime virtuti charitatis cōueniat, quæ vt ait beatus Dionysius. virtus est vnitiua, vnde apostolus 2. Ioann. 4. qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo, sequitur primo quòd ad hoc quòd quis spiritualiter manducet requiritur recordatio fidei, & affectio charitatis. In 1. est masticatio. In secunda incorporatio, siue vnio, ex his. n. duobus maxime integratur manducatio spiritualis. ¶ Secundo sequitur ꝙ conuenienter fidei formatæ per charitatem ascribitur manducatio spiritualis. Notanter autem dicimus, formatæ per charitatem, quia non sufficit ad manducationem spiritualem qualiscunque fides, sed fides per dilectionem operans. Concordat Alex. de Halis, & dominus Bonauentur. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum, ꝙ ratio illa procedit de fide informi, concedimus autem, ꝙ illa non sufficit sicut dictum est. ¶ Ad secundam dicendū, quòd proprie loquendo non quælibet discussio & recogitatio fidei dr̄ masticatio, sed illa quæ cibi, & ideo non quilibet actus credendi manducare nos facit, nisi ille sit, qui est ipsius carnis Christi pro nobis ad redimendum expositæ, vbi fuit eius decoctio, & ad reficiendum vbi vera fuit refectio. ¶ Ad tertium quod obijcitur de assimilatione dicendum, quòd non est omnimoda similitudo, est tamen similitudo sufficiens ad translationem, quia sicut hic corporaliter est masticatio, & incorporatio, ita in manducatione spirituali, sed in hoc est dissimilitudo, quia in corporali manducans cōuertit in se cibum quia dignior & nobilior est cibo. in spirituali autem ecōuerso, quia cibus est nobis dignior & perfectior, & completior, ideo in ipsum potius mutamur & incorporamur, quam econuerso. Ratio autē non valet, quia non est omnino simile, & in translatione non oportet omnimodam attendi similitudinem, sed sufficit reperire aliqualem.

Dionys.

Ad primum argum.

Ad scd̄m.

Ad tertium

3 **Ad secundum** Sic proceditur. † Et videtur ꝙ non solius hominis sit hoc sacramentum sumendum spiritualiter, sed etiam angelorum. ¶ Primo sic. quicunque potest manducare sacramētaliter, potest etiam manducare spiritualiter, sed angelus in carne assumpta potest manducare sacramentaliter, vt videtur, ergo etiam sine corpore assumpto potest manducare spūaliter. ¶ Secundo sic super illud psal. panem angelorum manducauit homo dicit gloss. i. corpus Christi qui est vere cibus angelorum, sed hoc non esset, nisi angeli spiritualiter Christum manducarent, ergo angeli spiritualiter Christū manducant. ¶ Tertio Aug. dicit super Ioan. hunc cibum & potum vult intelligi corporis & membrorum suorum, qđ est ecclesia in prædestinatis, sed ad istam societatem non solum pertinent homines, sed etiam sancti angeli, ergo angeli sancti spiritualiter manducant. ¶ Quarto Aug. in li. de verbis dn̄i dicit. spūaliter manducandus est Christus quo modo ipse dicit, qui manducat meam carnē & bibit meū sanguinem in me manet & ego in eo, sed hoc conuenit nō solum hoībus, sed etiam sanctis angelis in quibus per charitatem est Christus & ipsi in eo, ergo videtur quòd spūaliter manducare non solum sit hominum, sed etiam angelorum. ¶ In oppositum est tex. præsentis c. vbi dicit Augu. crede & manducasti, ergo solum credentium & habentiū fidem Christi cum desiderio sumendi hoc sacramentum est manducare spūaliter hoc sacramentum. ¶ Rn̄deo dicēdum ꝙ manducare spūaliter hoc sacramentū proprie nō competit angelis, quod dupliciter probatur, tum quia mādacare est vsus sacramenti, sed sacramenta non sunt data angelis ad vsum, sed hominibus, ergo angeli nō possunt sacramentaliter manducare hoc sacramentum. ¶ Secundo sic, Christus non proponitur angelis ad manducādum sub sacramento, sed in nuda veritate, ergo non manducāt hoc sacramentum spiritualiter. Est tamen hic notādum quòd aliud est manducare hoc sacramentū spiritualiter, & aliud manducare Christum spūaliter, quia primum non conceditur angelis, sed ſm bene conceditur aliquo modo, angeli quidem quodammodo Christum manducant, quodámodo non. cum. n. spiritualiter manducare sit Christo incorporari, ſm hoc aliquis Christum manducare potest, ſm ꝙ eius membrum effici potest & Christus esse caput eius, est autem Christus caput angelorum quodammodo, quia secundum rationem influentiæ & secundum conformitatem naturæ in genere, & quodammodo non, quia non secundum conformitatem in specie, & ideo vno modo Christum manducant spiritualiter, & alio modo non, vel sic ostenditur, in hoc sacramento continetur ipse Christus non quidem in specie propria, sed in spē sacramenti, dupliciter ergo contingit spiritualiter manducare Christū, vno modo prout in sua specie consistit, & hoc modo spūaliter manducant Christum inquantum ei vniuntur fruitione charitatis perfectæ & visionis manifestæ. alio modo cōtingit spūaliter mādacare Christum prout est sub spēbus huius sacramenti, inquantum. s. aliquis credit in Christum cum desiderio sumendi hoc sacramentum, & hoc non solum est manducare Christum spūaliter, sed etiam spūaliter manducare hoc sacramentum, quod non competit angelis, & ideo angeli & si spūaliter manducent Christū non tamen conuenit eis spiritualiter manducare hoc sacramētum. ¶ Ad rationes. Ad primam respōdet. negando minorem, quoniam & si angelus assumpto corpore spēs masticaret, non tamen manducaret sacramentaliter, quia non manducaret sacramentum sub ratione sacramenti, cū non habeat fidem, sed manifestam visionem, nec habeat cōformitatem naturæ, & ideo non manducaret sacramentum nisi per accidens. ¶ Ad secundam dicendum, ꝙ Christus dr̄ esca angelorum qui eo fruuntur in propria spē, & ſm diuinitatem inquantum angelis reficitur, & ſm humanitatē, ſm ꝙ in ipsum desiderant angeli prospicere 1. Pe. 2. ¶ Ad tertiam dicendum, ꝙ ad societatem corporis mystici pertinent quidem homines per fidem, angeli autem per manifestam visionem, sacramenta autem proportionantur fidei, per quam veritas videtur in speculo & in enigmate. Et ideo hic proprie loquendo nō angelis sed hoībus proprie conuenit manducare spiritualiter hoc sacramentum. ¶ Ad quartam dicendum, ꝙ Christus manet in hominibus ſm præsentem statum per fidē, sed in angelis beatis est per manifestā visionē, & ideo nō est simile, sicut dictū est.

4

Primum argu.

Scd̄m arg.

Tertium ar.

Quartū ar.

Opponit in cōtrarium.

Respondet.

Ad primum argu.

Ad scd̄m.

Ad tertium

Ad quartum

5 **Ad tertium** Sic proceditur. † Et videtur, quod qui non manducat sacramentaliter, non manducat spūaliter, & hoc sic. Spūalis mādacatio est per fidem & charitatem per quæ aliquis Christo incorporatur, sed antiqui patres fidem & charitatem habuerūt, ergo si spūalis manducatio esse posset sine sacramentali, ipsi spūaliter manducassent, quod non potest esse, quia vsus sacramenti non potest esse ante eius institutionē. ¶ In oppositum est tex. præsentis c. dicentis, vt quid paras dentē, crede & manducasti, ergo sine sacramentali manducatione potest quis spiritualiter Christum manducare. ¶ Præterea aliquis potest percipere rem baptismi sine sacramento, sicut dicit beatus August. & habetur. ij. ca. dist. 4. baptismi vicem, sed baptismi sacramentum est maioris necessitatis quam hoc, ergo etiam potest quis spūaliter manducari sine sacramenti manducatione. ¶ Respondeo dicendum, quòd spiritualis manducatio potest esse sine sacramentali sicut apparet maxime in multis, qui aut impediti magna infirmitate, aut in carcere positi, aut in peregrinatione cōstituti, aut exilio relegati, sacramentaliter sumere non possunt, & tamen si Christo fide & charitate vniuntur cum desiderio sumendi hoc sacramentum spiritualiter sumere dicuntur. ¶ Pro quo notandum quòd Christus est spiritualis electorum cibus, nō quidem in illos conuersus, sed ad 6 se conuertēs eos quos reficit, † vnde spiritualiter Christum manducare est Christo incorporari, quòd per fidē & charitatem contingit, & quia Christus in seipso est spiritualis cibus,

Primum ar.

Opponit in cōtrarium.

Scd̄a opin.

Respondet.

cibus, ideo in sacramentali cibo significatur & continetur. prius, ergo naturaliter est Christum esse cibum spūalem, quam esse cibum spirituale sub sacramento contentū, vñ non quicunque manducat Christum spiritualiter, mandu cat hoc sacramentum spiritualiter, vtroque tamen modo conuenit spūaliter manducare non manducantem sacramentaliter. Manducat.n. spūaliter Christum qui fidem & charitate ad Christum habet sine ordine ad hoc sacramen tum, non tamen manducat talis hoc sacramentum, spūaliter, sed solum quia habet fidem & charitatem ad Christū cum deuotione & proposito sumendi hoc sacramentum, etiam si sacramentaliter non manducet. ¶ Ad ratione in cō trarium respondetur, ꝙ antiqui patres non mãducauerũt spūaliter hoc sacramentum, quia nondum erat institutum nec consecratio præcesserat. Manducauerunt tamen spiritualiter Christum, & secũdum hoc dr̃ 1. Cor. 9. omnes eandem escam manducauerunt spiritualem.

7 **Ad quartum** Sic proceditur. † Et videtur, quòd hoc sacramentum non habeat maiorem efficaciam in sumente sacramentaliter & spirituali ter, quam in sumente spūaliter tantum. ¶ Et primo sic, ex textu præsentis c. vbi dicit Aug. vt quid paras dentem & vẽ trem &c. si autem ex comestione sacramẽtali vberior con ferretur gratia manducanti posset conuenienter responderi Aug. paro dentem & ventrem vt hoc sacramentum maiorem efficaciam habeat in me. ¶ Secundo sic, contactu specierũ sub quibus est corpus Christi nisi fide & dilectione contingatur res contenta nihil efficitur manducanti, ergo tantum prodest manducare spūaliter quam sacramentaliter & spūaliter, ex quo manducans fructũ consequit̃ ex fide & dilectione. ¶ Tertio Io. 16. dr̃. si.n. non abiero, paracletus non veniet ad vos, vbi habetur ab Augu. in gl. ꝙ corporalis præsentia Christi impediebat illos quantum ad cognitionem diuinitatis. ergo à simili videtur in proposito, ꝙ manducatio sacramẽtalis impediat spiritualem, quæ fit per visionem spūalem. ¶ In oppositum arguitur sic, sicut quidam baptizantur baptismo flaminis tantum, quidam baptismo fluminis tantum, quidam baptismo fluminis, & flaminis, sed baptizati baptismo fluminis & flaminis diuina beneficia vberius assequuntur, quia eis omnino remittitur pœna & culpa, quam baptizati baptismo flaminis tm̃. licet.n. talibus remittatur culpa non tamen pœna, à simili videtur hic, quod qui manducaret corpus Christi sacramentaliter & spiritualiter verius assequitur effectum sacramenta huius, quam qui spiritualiter tantum. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ sacramentum hoc maiorem efficaciam habet in sumente illud sacramentaliter & spūaliter, quam in sumente spūaliter tantũ. ad multa.n. est vtilis comestio sacramentalis vt valde pulchre deducit magister Alex. de Hal. in 4. valet.n. ad spiritualem gustum diuinitatis, & ad translatione de humanis ad diuina, vnde Inno. 3. sapientia Dei quæ se p visibilia manifestat, volens euidenter ostẽdere ꝙ ipsa cibus est animarum, carnem assumptam proposuit in edulium, vt per gustũ humanitatis inuitaret ad gustum diuinitatis, de quo dicit psal. 33. Gustate & videte qm̃ suauis est dominus, totum ergo se Christus exhibet nobis in cibum, vt sicut diuinitate nos reficit, quam spiritualiter corde gustamus, ita nos humanitate reficiat, quam corporaliter ore credimus, vt ita de visibilibus ad inuisibilia, de temporalibus ad æterna, de terrenis ad cœlestia, de humanis ad diuina nos transferat Ioan. 6. Ego sum inquit panis vitæ qui de cœlo descendi, ecce cibus diuinitatis. Ibidẽ. Et caro quam ego dabo caro mea est, ecce cibus humanitatis. item valet ad cognoscendum diuinam bonitatem, siue largitatem in reficiendo, quia dedit corpus suum sacramentaliter manducandum, vt vtrunque. s. corpus & animam reficeret, vnde existimo ꝙ incentiua carnis fœdantur ex sacramentali manducatione. Item valet ad cognoscendam diuinam sapientiam in modo viuificãdi hominem, de his duobus dicit Inno. panis angelorum factus est cibus homi num, secundum illud propheticum. psa. 77. Panem angelorum manducauit homo, quatenus qui secundum animã cibum diuinitatis accipimus secundum carnem cibum humanitatis sumamus, quoniam sicut anima rationalis, & caro vnus est homo, ita Deus & homo vnus est Christus, hoc dicit quantum ad primum, & post, & per gustũ quoque vitam acquirit, quatenus vnde mors oriebatur, inde vita resurgeret, dictum quippe est de illo, quacunque die comederis morte morieris, dicit̃ autem de isto. Si quis mã ducauerit ex hoc pane viuet in æternum, hoc dicit quantũ ad secundum, valet etiam ad augmentum meriti ex recordatione passionis, quam proprie repræsentat sacramentalis manducatio, vnde 1. ad Cor. 11. hoc facite quotiescunque sumitis &c. gl. medicina spūalis est quæ cum reuerentia degustata purificat sibi deuotum, & memoria ibi est nostræ redemptionis, vt redemptoris nostri memores maiora bona consequi mereamur, dicẽdum igitur ꝙ hoc sacramentum habet maiorem efficaciam in sumente sacramentaliter & spiritualiter, quam in sumente spiritualiter tantum. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur, ꝙ Augus. in præsenti c. non prohibet sacramentalem mãducationem, sed insinuat ꝙ si articulus necessitatis impediat ne possim' corpus Christi sacramentaliter sumere, non debemus de hoc turbari, quia in tali casu sufficit nobis spiritualiter mãducare, quia nobis non obest ꝙ in nostra potestate nõ est. ¶ Ad secundam respondetur, ꝙ verum est ꝙ virtute fidei & charitatis est efficacia vtriusque manducationis, nihilominus manducans sacramentaliter assequitur commodũ aliquod ex sacramentali manducatione rationibus supra dictis. ¶ Ad tertiam respondetur, ꝙ non est simile hic & ibi, quia ibi videntes Christum hominem oculis corporalibus tot signa facere adhæserunt omnino illi, contenti sua humanitate, non eleuantes oculos mentis ad ipsam diuinitatem, vnde gl. ibidem ait, vt spūaliter me iam noscatis, carnaliter, me iam nosse desistatis, neq; verbo carnem facto, cum lacte contenti sitis, sed cum in hac mãducatione omnino sit aliter, quam sensus dictat, sumens non adheret aliquo modo dictationi sensus, sed fidei tantum, & eo quòd sensus dicit contrarium veritati cui consentit, cum admini culo fidei occasionaliter est sibi causa profectus perceptio sensus eo ꝙ magis meretur credendo aliud, quam sensus dicit. Lege tex. ¶ [Vt quid]. s. tantum subaudi vel vbi nõ potest haberi sacramentum corporis. non.n. prohibet sacramentaliter accipi corpus domini, sed ꝙ necessitate instãte ei non obest, si non accipit, ex quo per eum non stat. cum .n. credit accipit spiritualiter & manducat Hugu. [crede in eum]. s. fide per dilectionem operante [hoc est panem &c.] .i. non incorporari ipsi Christo, qui panis est qui de cœlo descendit. Io. 6. vnde sequitur [qui credit in eum] non dicit credit ei, sed in eum. talis.n. non solum cognitione, sed etiã dilectione tendit in Christum [manducat eum] id est illi adheret & incorporatur.

Margin notes: Primum ar. — Scd̃m arg. — Tertium ar. — Opponit in cōtrarium — Respondet. — Ad primum argum. — Ad scd̃m. — Ad tertium — Exponit literam.

1 *Sacramentum altaris an conficiatur ex duobus.*


Oc est. Sequitur 15. pars huius distinct. in qua magister Gratian. agit de partibus huius sacramenti declarans quid ibi sit sacramentum, & res sacramenti. Et diuiditur in duas partes. In prima ostendit ex quibus conficiatur sacrificium altaris dicens, quòd ex duobus constat videlicet ex visibili elementorum specie, & ex inuisibili domini nostri Iesu Christi corpore & sanguine, sicut persona Christi ex duobus constat Deo. s. & homine, id est humana natura. In secunda ostendit qualiter tropologice significans quandoque censetur nomine significati, ita quòd sacramentum ipsum dicatur corpus Christi. secunda ibi, caro videlicet & cætera. ¶ Pro
1 ampliori intelligentia huius capitul. quæritur, † vtrum sit verum quòd hoc sacrificium conficiatur ex duobus. i. ex visibili elementorum specie, & inuisibili domini nostri Iesu Christi carne & sanguine. i. sacramento & re sacramenti, sicut Christi persona constat ex Deo & homine, & arguitur multipliciter quòd non. ¶ Primo sic. Ex corpore Christi & signo visibili nõ potest fieri vnum, ergo ex illis non conficitur hoc sacramentum, consequẽtia patet & antecedens. Secundo sic, dicit Ambr. quòd sacramentum est simplex, ergo non conficitur ex pluribus. ¶ Tertio hoc sacramentum dicitur constare ex specie panis & vini, ambæ enim species dicuntur de integritate huius sacramenti, ergo non vr̃ quòd hoc sacramentum habeat aliam compositionem vel detur differentia inter has. ¶ Quarto dicit Hugo de sancto Victore, quòd in hoc sacramento sunt tria .s. species visibilis, veritas corporis, & virtus animæ spiritualis, ergo videtur constare ex tribus. ¶ Quinto. non videtur bene dicere cum ait, sicut persona Christi cõficitur ex Deo &

Margin notes: Diuisio. — Quæstio. — Primum ar. — Secundum argu. — Tertium ar. — Quatũ ar. — Quintum ar.

Deo & homine, tũ quia perſona Chriſti eſt ſimpliciſſima,
& non habet compoſitionem aliquam, tum quia nulla vi-
detẽ ſimilitudo, quia vnio in perſona eſt ſempiterna & inſe
Opponit & reſpondet.
rabilis, hæc autem ad modicum tempus durat. ¶ In oppoſi
tum eſt tex. B. Aug. in hoc c. ¶ Reſpondeo dicendum eſt,
quòd verum eſt quod dicit B. Aug. in hoc c. dicens ꝙ ſacri
ficium hoc conſtat ex duobus. ſ. ex uiſibili ſacramento &
vero corpore Chriſti, quod eſt res huius ſacramenti cõtẽ
ta & ſignificata, quod oſtenditur ſic iuxta dñm Bonau. in
4. ſacr̃a nouæ legis duo habẽt, videlicet ꝙ ſunt ſigna & cau
ſa, ita diffinitum eſt. s. e. di. circa c. ſacrificium, videlicet. Sa
cramentum eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma, ita vt eius
imaginem gerat, & cauſa exiſtat, habet. n. ſacramentum ra
tionem ſigni à ſpecie exteriori, ſed rationem cauſæ reſpe-
ctu gratiæ habet à carne Chriſti vera, & ideo ſignanter di-
cit Aug. ꝙ ſacrificium eccleſiæ ex duobus cõficitur. ſ. ſacra
mento. i. ſigno cui appropriat ſacramenti rationem pp ſi-
S. Thom.
gnificationẽ, & rem ſacramenti quæ efficit, vnde S. Th. in
4. di. 8. dicit ꝙ ſicut in alijs ſacramentis materiale elemẽtũ
non eſt cauſa alicuius ſpũalis effectus in hoĩe, niſi mediãte
virtute ſm̃ ꝙ elemento & virtute quaſi vnum efficitur, ita
in hoc ſacramẽto ſpẽs nõ ſunt cauſa alicuius effectus ſpũa-
lis in aĩa niſi mediante corpore Chriſti, ſm̃ ꝙ ex ſpẽbus &
corpore Chriſti fit vnum ſacramentum, hæc S. Tho. ¶ Ad
Ad primum argu. Bonauent.
rationes. Ad primam reſpon. vt dicit dominus Bonauent.
in 4. in fi. di. 10. ꝙ licet ex illis duobus non fiat vnum per eſ
ſentiam fit tamen vnum ſacramentum, quia ſacramẽtũ nõ
dicit aliquid abſolutum, ſed magis ad aliquid, vnde dicun
tur facere vnum ſacramentum, non ꝙ fiant vnum, ſed ad
S. Thomas.
vnum, conformiter dicit S. Th. non dr̃ confici ex duobus,
quia ex eis fiat vnum in eſſentia, ſed quia ex eis fit ſacramẽ
Ad ſcd̃um Ale. de Ha.
tum vnum. ¶ Ad ſecundam rñ. ꝙ cum dr̃ ꝙ ſacramentum
eſt ſimplex, tunc, vt dicit magiſter Alex. intelligendum eſt
ratione primi effectus, & proprij, licet. n. ſacramentorum
plures ſint effectus, vnus tamen proprijſſimus eſt, & pri
mus & ad idem eſt ſententia S. Tho. dicentis ꝙ ab vnitate
Ad tertium
operationis vnitas ſumitur ſacramenti. ¶ Ad tertiam rñ. ne
gando conſequentiam. dr̃. n. ꝙ aliter duæ ſpẽs dicuntur par
tes huius ſacramenti, & aliter ſpecies & caro Chriſti, quia
illæ ſpẽs dicuntur pertinere ad integritatẽ huius ſacramen
ti quo ad figuram tñ. ſignificant. n. ambæ vnam perfectam
refectionem quę in cibo & potu conſiſtit, res vero & ſacra
Ad quartum
mentum integrant perfectam rationem huius ſacramẽti,
& quo ad ſignificationem, & quo ad cauſalitatẽ ¶ Ad quar
tam rñ. ꝙ licet ibi ſint tria non tñ ex tribus dr̃ confici, tum
quia ſi virtus animæ ſpũalis ſit in hoc ſacramento ſicut res
ſignata, non tñ vt contenta in eo, ſed eſt in recipiẽte digne
ſacramẽtum, vnde cũ ſit extrinſeca nõ poteſt dici ſacramẽ
tum confici ex illa. ¶ Secundo quia effectus ſacramẽti eſt,
quare ſacrificium cum cauſa eius ſit non dr̃ reſultare ex il
Ad quĩtum Bonauent.
lo. ¶ Ad quintam qua dr̃, ꝙ nulla ſit ſimilitudo. rñ. ꝙ imo
& ſimilitudo attenditur, vt dicit dominus Bonauen. quan
tum ad duo, & quantum ad ea quæ dicuntur componi, &
quantum ad modum compoſiti, quantum ad ea quæ dicũ
tur componi eſt ſimilitudo, quia ſicut eſt ibi aliquid ſpũa-
le & diuiſibile vt diuina natura & aliquid corporale & di-
uiſibile ſicut humana, ſic in propoſito quantum ad modũ
etiam eſt ſimilitudo, quia ſicut diuina natura & humana di
cuntur componi, non quia ex his conſtet vnum, ſed quia
vniuntur in vno. ſ. in vna perſona Chriſti, ſic in propoſito
illa duo dicuntur componere ſacrificium, quia ad vnum,
quod autem dr̃ de compoſitione dicendum, ꝙ large vſus
Auguſ.
eſt hoc vocabulo compoſitionis B. Aug. dicẽs perſonã Xp̃i
cõſtare & confici ex duabus naturis, hoc ideo quia illas na
S. Thomas.
turas in ſe habet, ſiue quia conſiſtit in illis, vnde S. Th. in 3.
parte dicit, ꝙ illa compoſitio ex naturis non accipitur ra-
tione partium, ita ꝙ illæ naturę dicantur partes, ſed ratio-
ne vnitatis ſicut omne illud in quo duo conueniunt poteſt
Bonauent.
dici ex eis compoſitum, vel ſm̃ Bonauent. cõpoſita dr̃, quia
cum alio poſita non ex alijs confecta. Ad id quod dr̃ de ſe
parabilitate dicendum, quòd quantum ad hoc non atten-
Exponit literam.
ditur ſimilitudo inter iſta. Leg. ¶ [Sacrificium] no. bene ex
poſitionem literæ, tum quia ſatis obſcura eſt, tum quia mi
nus videtur nobis expoſita in gl. [ſacrificium] gl. dicit. i. ſpe
ciem, & in hoc non bene dicit, quia ſpecies non conficitur
ex duobus, ſed eſt alterum ipſorum duorum ex quibus ſa
crificium ipſum conſtat, vnde gl. non notauit ꝙ Aug. non
dicit ſacramentum ſed ſacrificium. Sacrificium eſt hoſtia,
ſiue oblatio cõſecrata quæ in altari offertur, in qua ſub ſpẽ
bus panis, & vini continetur corpus & ſanguis Chriſti [cõfi
citur]. i. reſultat ſiue conſtat integritas ſua ex duobus. ſ. ex
viſibili elementorum. ſ. panis & vini ſpecie, vnde habet ra
tionem ſignificandi [& inuiſibili] corpore Chriſti, vnde ha
bet rationem cauſandi & efficiẽdi quod figurat, ſicut dictũ
eſt in quæſtione [ſacramento]. i. ſigno [re ſacramenti] quæ
non ſolum eſt ſignificata ſed contenta in eo [ſicut Chriſti
persona conſtat &c.] ¶ Contra. diuina perſona non eſt cõ Opponit in cõtrarium.
poſita, quia omnis compoſitio videtur eſſe ex partibus, ſed
diuina natura non poteſt habere rationem partis, quia oĩs
pars rationem habet imperfecti. ¶ Reſpondetur ꝙ hic per Reſpondet.
ſona Chriſti non dr̃ conſtare ex Deo & hoĩe. i. humana na
tura quaſi tanquã ex duabus partibus, ſed ideò quia in per-
ſona Chriſti vniuntur duæ naturæ. ſ. diuina & humana, vel
quia in eis ambabus diuina perſona Chriſti ſubſiſtit, vt di
cit S. Tho. in 3. parte loquens de hac materia. Omne illud
in quo duo conueniunt poteſt dici largo. ſ. modo ex eis cõ
poſitũ [homine]. i. humana natura, quia Deus proprie non
aſſumpſit hominem, nec hmõi locutio eſt extendẽda, ſed
quando reperitur exponendum eſt concretum per abſtra
ctum. ſ. homo. i. humana natura [eſt igitur]. ſ. in hoc ſacrifi
cio eccleſiæ, & ſacramentum quod eſt ipſa ſpecies, & res
ſacramenti. ſ. corpus Chriſti verum [item &c.] litera ſequẽs
eſt aliqualiter obſcura, quare vt intelligibilior fiat, ſciẽdũ
ꝙ beatus Auguſ. in his verbis duplici tropo vtitur, vt dicit
do. Bonauen. in 4. diſt. 10. in fine, vnus eſt cum id quod eſt Bonauen.
ſigni attribuitur ſignato. ſecunda eſt cum id quod eſt ſigna
tum attribuitur ſigno. Species. n. panis eſt ſignum, quoniã
eſt viſibilis, ſed caro interius contenta eſt ſignatum, quia
eſt inuiſibilis, dicere ergo ꝙ caro eſt inuiſibilis ſignat, hoc
eſt dicere ꝙ ſpecies panis quæ eſt ſignum carnis inuiſibilis
ſignat corpus viſibile & palpabile, quod eſt in cœlo, & iſta
ſpecies dr̃ caro inuiſibilis, non quia non videtur, ſed quod
contentum eius quod eſt caro inuiſibilis eſt inuiſibile, &
intelligibile eatenus ſiue ea ratione qua ibidem contine-
tur, quaſi vult Auguſtinus dicere, caro Chriſti viſibilis, &
palpabilis ſignificatur & continetur à ſpecie panis, & viſi-
biliter, & intelligibiliter. Exponamus ergo ſecundum
iſtam literam [caro] id eſt ipſa ſpecies ſub qua continetur
vera caro Chriſti quæ tropologice dicitur vera caro Chri
ſti nomine ſui ſignificati [carnis & ſanguinis Chr̃i]. ſ. vere
carnis Chriſti [ſacramentum eſt] id eſt ſignum & ſanguis
Chriſti id eſt ſpecies illa ſub qua continetur verus ſanguis
Chriſti quo eodem tropo appellatur nomine ſui ſignifi-
cati contenti [eſt ſanguis]. ſ. veri qui pro nobis effuſus eſt
[ſacramentum]. i. ſignum [carne & ſanguine vtroque viſi-
bili & intelligibili]. i. ipſa ſpẽs panis & ſanguinis quę ſicut
tropologice dicuntur caro & ſanguis nominibus ſuorum
ſignatorum, ita dicuntur inuiſibiles, & intelligibiles non
quod non videantur & ſentiantur, ſed quia continent cor
pus & ſanguinem Chriſti, quæ prout ſunt in ſacramento
ſunt inuiſibiles, & ſolum intellectu lumine fidei illuſtrato
à viatoribus attingibiles [ſignificatur viſibile] in ſe vel
prout eſt in cœlo [palpabile.] ¶ Contra Gregor. in homi-
lia paſchæ, quod palpari poteſt corrumpi neceſſe eſt, cum
ergo corpus Chriſti ſit incorruptibile, videtur quòd ſit Opponit in cõtrarium.
impalpabile. ¶ Reſpondetur quòd corpus glorioſum ex
virtute ſuper naturali hoc habet, vt cum vult palpetur, & Reſpondet
cum non vult non palpetur, vnde dominus cum corpore
glorioſo & immortali ſurrexit, & tamen corpus palpabile
habuit, vt patet Ioann. 20. palpate & videte quoniam ſpiri
tus carnem & oſſa non habet, dictum autem Gregorij,
quod dicit, quòd palpabile corrumpi neceſſe eſt, verum
eſt quantum eſt ex natura componentium. incorruptibili
tas autem corporis glorioſi non eſt ex natura componen
tium, ſecundum quam omne quod eſt palpabile neceſſe
eſt corrumpi, ſed virtus gloriæ quæ ab anima beata re-
dundat in ipſum corpus, quia vt dicit beatus Auguſtinus,
ad dioſculum. Tam potenti natura Deus fecit animam, vt
ex eius pleniſſima beatitudine redundet in corpus plenitu
do ſanitatis & incorruptionis vigor, & ideo dicit Grego- Grego.
rius vbi ſupra oſtendit Chriſtus poſt reſurrectionem ſuã
corpus eiuſdem fuiſſe naturæ, ſed alterius gloriæ [cœle-
ſtis panis] id eſt hoc ſacramentum, quod cœleſti & non
terrena poteſtate conficitur [qui vere eſt caro] id eſt vere
repræſentat, ſiue ſignificat carnem Chriſti veram. [ſuo
modo] quia non proprie, & in rei veritate, ſed figuratiue
eo tropo

eo tropo quo solet signum nomine sui signati appellari [vocaturque] ponit exemplum huius figuratiuæ locutionis in tribus. primo de immolatione corporis Christi quæ fit manibus sacerdotum, quæ q̃nque nomine mortis cēsetur quā significat. secundo de morte Christi, quæ dr̃ crucifixio [nō rei veritate] quasi dicat, non ꝙ re vera hæc sit illa [sed signi ficandi mysterio] sed quia hæc significat illam [sic sacramē tum fidei] ecce tertium exemplum [fides est]. i. fides vocatur. non ergo quia fides sit, sed quia sit sacramentum fidei. Quod autem glo. dicit hic, quòd pueri dicuntur fideles nō à fidei virtute, sed sacramento fidei falsum est, quoniam communior opinio & securior est, & magis approbata ab ecclesia, quòd pueri in baptismo non solum mundentur à peccato originali, sed suscipiunt virtutes in habitu, licet eas non habeant in actu, vt patet in clement. 1. extra de sum. trin. & fi. catho.

*Caro Christi vera, & caro Christi mystica an sint duæ res in sacramento.*



Vpliciter. Hoc est secundum capitulum huius partis, in quo magister Gratian. ex authoritate Hierony. ostendit geminam rem esse huius sacramēti, secundū quòd duplex dicitur caro Christi, vel dupliciter intelligitur secundum quā duplicem acceptionem carnis Christi maxime distinctus est duplex modus manducandi hoc sacramentum. s. sacramētalis quo accipitur caro Christi vera, & spiritualis quo accipitur caro Christi mystica. Et diuiditur in duas partes. (Diuisio.) In prima ostendit duplicem acceptionem carnis. s. veræ & mysticæ. In secunda dicit, quòd mend ucando carnem Christi ostendimus nos memores esse passionis eius. 2. ibi, quia morte. ¶ Pro ampliori intelligentia huius c. quæritur. (Quæstio. Primum ar.) Vtrum verum sit quòd caro Christi vera, & caro Christi mystica sunt duæ res huius sacramenti. Et videtur quòd non in illo sacramento nouæ legis est res huius sacramenti id quod continetur in sacramento, sed talis suscipitur in sumente in sacramento, sed corpus Christi verum continetur in hoc sacramento, ergo non est res eiusdem. ¶ Se- (Scd'm arg.) cundo sic, sacramentum repræsentat ex similitudine sua rem cuius est sacramentum, sed per hoc sacramentum istæ res non repræsentantur, quia nec corpus Christi verum nec mysticum, ergo non sunt res illius, probatur minor, quia sunt diuersarum rerum, tam. n. corpus Christi verum quam mysticum sunt corpora etherogenea cum sint mēbrorum siue partium dissimilium, vnde de corpore mystico dicit apostolus ad Cor. 12. sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Species autem panis est totum homogeneum, vt patet, quia omnes partes sunt eiusdem rationis cum toto, ergo per ipsum non possunt (Tertium ar.) istæ res repræsentari. ¶ Tertio sic, res cuiuslibet sacramenti est effectus eius, sicut patet in baptismo, quia tam character quā ablutio spiritualis sunt effectus baptismi, sed nec corpus Christi verum corpus Christi mysticum sunt effectus huius sacramenti, ergo non sunt res eius, de corpore Christi vero manifestum est, de corpore vero mystico ēt patet, quia corpus Christi mysticum præcedit hoc sacra- (Quartū ar.) mentum, effectus autem non præcedit suā causam. ¶ Quarto sic, res cuiuslibet sacramenti est aliqua gratia, vt in c. sacrificium. s. e. d. sacramentum est inuisibilis gratiæ visibilis forma, ergo cum corpus Christi verum aut mysticum nō (Opponit in contrarium) sit gratia, non videtur esse res huius sacramenti. ¶ In opposituin est c. præsens vbi ad designandum geminam rem huius sacramenti distincta est duplex caro Christi, & idem (Respondet.) colligitur ex. cap. cum Marthæ extra de celebra miss. ¶ Respondeo dicendum, quòd sicut sanctorum & scholasticorum doctorum habet sententia, in hoc sacramento sunt tria. s. species visibilis, corpus Christi verū, & corpus Christi mysticum, species ipsa dicitur sacramentum. i. sacræ rei signum, quia præter speciē quam ingerit sensibus, aliquid aliud in cognitionem facit venire, tenēt. n. species vocabula rerum, quæ ante fuerunt. s. panis & vini, vt. s. in capit. species, huius autem sacramenti gemina res est vna. s. contenta & significata, altera significata & non contenta. Res contenta & significata est caro Christi quam de virgine traxit, & sanguis quē pro nobis effudit, tres autem significata & non contenta est vnitas ecclesiæ, & hæc est duplex caro de qua in hoc c. dicit Hierony. dupliciter inquit intelligitur caro Christi & sanguis &c. dicitur autem species illa visibilis sacramentum huius geminæ rei, quia vtrãque rem significat & vtriusque rei similitudinem gerit expressam sicut exposuimus. s. e. dist. circa c. species, & similitudo. ¶ Ad rationes. ¶ Ad primam respondetur negādo assumptum, (Ad primum argum.) quia in hoc sacramento est hoc singulare propter eius excellentiam, eius. n. perfectio non est in vsu. sed in coesecratione materiæ consistit. Ex eo autem ꝙ alia sacramēta perficiuntur in collatione siue vsu contingit, quòd illud quod est in eis sacramentum & res acquisitum sit in suscipiente. in hoc sacramento aliter est, quia (vt dictum est) eius perfectio consistit in cōsecratione materiæ, & ideo id quod est res & sacramētum est in ipso sacramento, id autem quod est res tm̃ suscipitur in sumente. s. in gratia quæ confertur. ¶ Ad secundam respondet. negando minorem, repræsen- (Ad scd'm.) tat quidem rem tam contentum quam significatam tantū. pro quo notandum quòd species ipsa comparationem habet ad materiam ex qua constat, quia est ex granis & comparationem ad effectum cōsequentem qui est cibare, siue reficere. Si ad materiam quæ ex granis purissimis adinuicem vnitis fit, sic habet similitudinem cum corpore Christi mystico, quòd constat ex fidelibus puris fide & charitate copulatis, & si obijcias ꝙ est diuersarum operationum, non valet, quia vniuntur vt consimiles in vnitate fidei & charitatis. Si autem comparetur ad effectum qui est cibare, tunc habet similitudinem ad corpus Christi verum qđ est vere cibus. potest etiam dici quòd similitudinem habet ad corpus Christi verum cum comparatur ad materiā cuius species est, quia sicut illa ex granis purissimis confectu est, ita corpus Christi verum ex purissimis sanguinibus beatæ virginis, & ad appropriationē qua dicebatur, quòd corpus Christi verum & mysticum erant etherogenea. Respondetur quòd dupliciter est considerare corporis mystici membra. primo vt sunt membra corporis & constituūt corpus, & sic sunt homogenea, & sic habent conuenientiā assimilationis in fide, & connexionis in charitate. secundo vt sunt ordinata ad diuersa opera siue officia, & ita sunt etherogenea, quia sic diuersę naturę sunt. primo modo cōsideratum corpus mysticum dicitur esse res huius sacramenti, & sic illud repræsentat sacramentum. ¶ Ad tertiam (Ad tertium) respon. negando assumptum, dicitur. n. quòd species ipsæ siue id quod est sacramentum tantum, nullam habet causalitatem siue efficientiam per se, respectu rei quæ est etiam sacramentum, vnde aqua baptismi per se nunquam efficeret characterm nisi adiuncta sibi virtute verbi sanctificationis, ex qua habet sacramentum quòd efficiat. Et similiter est in proposito in speciebus huius sacramenti, quoniā nullam per se habent causalitatem respectu corporis Christi sed sermo Christi est qui operatur, vt supra in cap. quia corpus. ead. distinctio. & infra ead. distin. panis est in altari. respectu vero rei quæ est significata tantum, nullam causalitatem habet secundum se, & per se materiale elemētum sacramēti, sed id quod ibi agitur per virtutem spiritus sancti perficitur ita in præsenti sacramento species ipse sacramentales non causant per se rem huius sacramēti, sed mediante corpore Christi vero in eis contento. sicut. n. se habet virtus spiritus sancti inquit S. Th. ad aquam baptismi, ita corpus Christi verum ad species panis, vnde species panis & vini non efficiunt aliquid nisi virtute corporis & sanguinis Christi veri. ¶ Ad quartam respon. quòd res huius (Ad quartum) sacramenti non dr̃ corpus Christi mysticum ratione partium, sed ratione vnionis, & illa vnio est gratia illa inuisibilis cuius hoc sacramētum dicitur visibilis forma siue est effectus huius sacramenti. Le. ¶ [Dupliciter]. i. duplex ē caro Christi. [spiritualis ac diuina]. s. mystica, quæ est vnitas (Exponit literam.) ecclesiæ quæ dicitur spiritualis & diuina, quia spirituales, & diuinos facit manducantes eandem carnem [dicit]. s. Io. 6. [caro mea]. id est ecclesiastica vnitas [vere est cibus] quia incorporatos eidem nutrit & viuificat, vt. n. dicit August. sicut nihil in corpore Christi mortuum, ita nihil nisi viuū (Aug.) [nisi manducaueritis carnem] id est nisi incorporati fueritis vnitati ecclesiæ, quod fit per fidem & charitatem. primo ad Corinthios decimo, omnes vnum corpus sumus in Christo glossa vinculo fidei & charitatis [non habebitis vitam in vobis] quia non participabitis de spiritu meo

meo cuius ꝗ particeps non est, non est membrum eius ad Romanos. octauo si quis spiritum Christi non habet hic non est eius. gloss. i. membrũ christi, qui ergo non sic manducat (sicut dictum est) profecto extra ecclesiam est, & per consequens extra charitatem, & ita non habet vitam in semetip. 1. Io. 3. qui non diligit manet in morte, hic aperte conuincuntur qui dogmatizabant textum hunc. Io. 6. nisi mãducaueritis &c. debere intelligi de carne propria Christi, & non de mystica siue de manducatione sacramenti, & non de sola spirituali, tum ex authoritate Hiero. qui maximæ authoritatis est in ecclesia, cuius est hoc capitulum. tũ quia necessitas importat per verbum, nisi mãducaueritis, pleno & sano intellectu non potest extendi vniuersaliter de manducatione sacramentali actuali quo ad omnes, sed optime de spirituali manducatione quæ etiam extenditur vsque ad pueros qui in baptismate participes fiunt huius spiritualis manducationis, quoniam vt inquit. Aug. & ponitur. s. e. di. c. quia passus, nulli aliquatenus est ambigendũ vnũquéque fidelium corporis & sanguinis dominici tunc esse participem, quando in baptismate membrum efficitur Christi, dicit autem hic glossator, & capit ab Hug. & et prosequitur Arch. in præsenti cap. ꝙ hoc dictum Hier. vbi ait, ꝙ dupliciter intelligitur caro Christi, melius de vna & eadem carne vera Christi exponitur, ẽm quòd potest intelligi vel in ea forma in qua crucifixa est, & videtur in cęlo vel sub forma sacramentali, sub qua latet sub sacramento, vt eadem caro dicatur diuina & spiritualis dum sub sacramento est. Crucifixa vero intelligatur in manifestatione suorum membrorum, sed hoc nõ est bene dictum nostro iudicio propter duo. primo quia hoc capitulum inducitur ad ostendendum, ꝙ gemina siue duplex res sit huius sacramenti. Res. s. significata & contenta quæ est caro Christi, vera, & res significata tãtum quæ est caro Christi mystica, clarum aũt est si iste tex. exponatur de eadem carne Christi prout est in propria specie, & prout est sub sacramento, non assignantur duæ res huius sacramenti, quia vna & eadem res est caro Chri vera, & in propria forma in qua est in cœlo, vel pependit in cruce, & sub forma sacramẽti. ¶ Secundo quia sub ista dualitate rerum fundatur duplex modus mãducationis corporis Christi, vt in proximis capitulis dictum est. Si autem hic tex. exponendus veniat de vna & eadem re, tollitur diuisio illa manducationis [quia morte] Esa. 53. vere languores nostros ipse tulit & dolores nostros ipse portauit [significamus] nos supple esse memores adimplentes illud Matthei 26. hoc facite in meam commemorationem.

Augus.

Contrà gl. Hugu & Archid.

3 *Passio Christi duplici ratione recolitur.*
4 *Circa passionem octo considerantur.*



Semel Christus. Sequitur 16. pars huius distinctionis in qua magister Gratianus agit de repræsentatione passionis Christi in oblatione huius sacrificij, & conclusio est. In hoc sacramento fit commemoratio eius quod factum est semel verum, quæ commemoratio. s. in qualibet die in mysterio missæ fit. Alia autẽ est anniuersaria quę fit singulariter die veneris sancta in qua plenius passio eius repræsentat᷑. Et diuiditur in tres partes. In 1. n. ostẽdit, quod mors Christi reprę̃sentatur in oblatione huius sacramenti. Secundo excludit prauum sensum quem aliquis male intelligens posset recipere dicens, quod hic repręsentatio non fit sic, quod Christus iterum occidatur, sed per hoc quod eius mors repræsentatur. Tertio ostendit vtilitatem huius repræsentationis, quia. s. mouet ad compassionem, & charitatem, ad patientiam, ad humilitatem, & ad pœnitẽtiam &c. 2. ibi, quoties. 3. ibi, sic nos facit. ¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli. Quæruntur tria.

Diuisio.

1 ¶ Primo vtrum in oblatione huius sacrificij conuenienter repræsentetur passio Christi.
2 ¶ Secundo vtrum conuenienter Die veneris sancta.
3 ¶ Tertio vtrum ex memoria siue repræsentatione passionis Christi accrescat nobis aliqua vtilitas.

Ad primum Sic proceditur. † Et videtur quòd non conuenienter in oblatione huius sacrificij repræsentetur passio Christi, ex præsenti capitulo. Christus semel mortuus est, ergo sufficit quòd in hoc sacramẽto vna crucis signatio fieret in signum vnius mortis eius, quod patet quia ab vnitate signati capit numerum vel vnitatem, signum ergo videtur, ꝙ passio Christi non conuenienter repræsentetur per tot crucis signationes. ¶ Secundo sic, ea quæ in sacramentis ecclesiæ aguntur nõ sunt iteranda, ergo non conuenienter fiunt tot crucis signationes, & per consequens inconuenienter repræsentatur per eas passio Christi. ¶ Tertio Christus quamquam instituerit vt in memoria passionis eius hoc celebraretur sacramẽtum, secundum illud Matt. 26. hoc facite in meam commemorationem, nihilominus non fecit tot cruces, nec multa alia quæ fiunt à nobis in missa, & ita cũ nos aliter celebremus quam ipse inconuenienter videmur facere. ¶ In oppositum est tex. præsens. secundo consuetudo ecclesiæ quę errare non potest, vtpote à spiritu sancto gubernata. ¶ Respondeo dicendum quòd conuenienter Christi passio repræsentatur in celebratione huius sacramenti, pro quo notandum iuxta S. Thom. in 3. parte quòd passio Christi quibusdam gradibus peracta est. nam primo fuit Christi traditio à Deo, à Iuda, & à Iudæis, quòd signat trina crucis signatio super illa verba, hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia. ¶ Secunda fuit venditio, est autem venditus sacerdotibus scribis & pharisеis, ad quod significandum fit iterum trina crucis signatio super illa verba, benedictam, ascriptam, ratam, vel ad ostendendum prætium venditionis. s. 30. denariorum 30. n. multiplicationem recipiunt à ternario, additur etiam duplex crucis signatio super illa, vt nobis corpus & sanguis, ad designandum distincte personam Iudæ venditoris & personam Christi venditi. ¶ Tertio autem fuit præsignatio passionis facta in cęna, ad quod designandum fiunt tertio duæ cruces, vna in consecratione corporis, alia in consecratione sanguinis, vel ad ostendẽdum ꝙ more Christi hic specialiter repræsentata duplex hominis natura. s. corpus & anima redempta est, vel per hoc signatur Christum in duplici parte humanæ naturæ. s. in corpore & anima passionem sustinuisse, item quia hoc sacramentum in mortis suæ memoriam exercẽdum mandauit, ideo statim post consecrationem sacerdos extẽsione brachiorum crucis effigiem repræsentat quarto loco fuit ipsa passio Christi, vnde ad repræsentandum quinque plagas duas manuum, duas pedum, & vnam lateris. ¶ Fit quarto quintuplex crucis signatio super illa verba, hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, panem sanctum vitæ æternæ & calicem salutis perpetuæ. ¶ Quinto repræsentatur extensio corporis & effusio sanguinis, & fructus passionis per trinam crucis signationem, quæ fit super illa verba, corpus & sanguinem sumpserimus omni benedictione &c. vel significantur vincula, & flagella, per duas primas cruces, per tertiã vero qua sacerdos seipsum signat d. omni benedictione, designatur quòd Christi vulnera nostra sunt medicamenta. ¶ Sexto repræsentatur triplex oratio, quam Christus fecit in cruce, vnam pro persecutoribus, cum dixit. Lucæ. 23. Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt, secundam, pro liberatione à morte cum dixit. Matth. 27. Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me. tertia pertinet ad adeptionem gloriæ. Lucæ. 23. Pater in manus tuas & cætera, & ad hoc significandum fit trina crucis signatio super illa verba, sanctificas, viuificas, benedicis & cætera, vel ista trina crucis signatio fit ad repræsentandum, quòd Iudæi ter dixerunt crucifige verbo crucifigentes ipsum quod fuit hora tertia. ¶ Septimo repræsentantur tres horæ, quibus pependit. s. ab hora sexta vsque ad nonam, & ad hoc significandum fit iterum trina crucis significatio super illa verba, per ipsum, & cum ipso, & in ipso, vel vt dicit Alexander de Halis ad designandum crucifixionem manibus militum factam sexta hora quæ post interuallum trium horarum facta est, vel ad repræsentandum tres cruciatus Christi. s. passionis, propassionis & compassionis, passionem sustinuit in corpore, ꝓpassionem in mente, & compassionẽ in corde. de passione corporis ait Threnorum primo. attẽdite si est dolor sicut dolor meus &c. de propassione mẽtis. Marci decimo quarto, tristis est anima mea vsque ad mortem, & Matthei vigesimo sexto. Cepit contristari & mestus esse, de compassione habetur vbi pro crucifixoribus orauit dicens. Lucæ 23. pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt, has cruces facit sacerdos in hostia super calicem, quo significatur, quòd Christus huiusmodi cruciatus sustinuit voluntariè. Esaia. 53. oblatus est quia

Primum ar.

Scd̃m a. g

Tertium ar.

Opponit in cõtrarium.

Respondet.

S. Thom.

Ale. de Ha.

quia ipse voluit. ¶ Octauo repræsentatur separatio animæ à corpore per duas cruces subsequentes ext.calicem. Item per ista significantur duo sacramenta, quæ de latere domini fluxerũt.s.aqua regenerationis,& sanguis redemptionis.Io. 10.vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua.¶ Nono repræsentatur resurrectio Christi tertia die facta per tres cruces, quæ fiunt ad illa verba. Pax domine sit semper vobiscum,quæ virtute trinitatis tertia die facta est. Commistio enim specierum vnionem carnis & animæ quæ in resurrectione sunt vnitæ significat, nã panis refertur ad carnem, & vinum refertur ad animam. Inclinationes autem quæ fiunt à sacerdote etiam in aliquo passionem Christi designant.designat.n. Christi obedientiam ad patrem ex qua mortem sustinuit.Philipen.secundo factus est obediens vsque ad mortem, præterea etiam tacita locutio exprimit consilium Iudeorum mortem Christi machinantium, vel discipulorum, qui palam Christum confiteri non audebant. Fractio autem ipsa specierum qualiter designat Christi passionem dictum est supra eadem distinctione capitu. triforme. Et ita patet quòd conuenienter Christi passio repræsentetur in ministerio celebrationis huius sacramenti. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum, quòd ratio procederet, si per vnam crucis signationem, aut per vnam partem huius sacramenti passio Christi posset plene repræsentari, sed quia non potest, oportet quòd ad diuersa quæ fuerunt in passione Christi repræsentanda plura adhibeantur. ¶ Ad secundam respondetur dicendo, quòd illud verum est de his quæ essentialiter spectant ad integritatem sacramenti, vel dicendum, quòd ad repræsentationem, secundum idem nihil reiteratur in hoc sacramento, quoniam si crucis signatio reiteraretur hoc est ad diuersa designanda quæ fuerunt gesta in passione Christi sicut dictum est. ¶ Ad tertiam respondetur primo negando istam consequentiam, dominus non fecit hoc in missa, ergo nos inconuenienter modo facimus.¶ Secundo quia per hoc quòd alia facimus in missa instituta & ordinata per sanctos patres, qui spiritu sancto locuti sunt, non aliter celebramus quam Christus quia ea quę sunt de substantia Christi eadem à Deo obseruamus.

Ad primum argu. | Ad secũm. | Ad tertium

2 Ad secundum Sic proceditur.† Et videtur, quòd non conuenienter die veneris sancta reprę sentetur passio Christi.¶ Primo sic. Omni die passio Christi recolitur in sacramento, ergo videtur ꝙ non conuenienter recolatur specialiter in aliqua vna die.s. parasceue. ¶ Secundo in consecratione huius sacramenti maxime recolitur memoria Christi passionis, vt habetur in litera, sed in die parasceues sacerdos non consecrat, nec offert hoc sacrificium, vt infra. distinct.tertia cap. sabbato, ergo videtur quòd non illo die passio Christi conuenienter recolatur.¶ In oppositum est textus capituli nostri. ¶ Respondeo dicendum, quòd conuenienter illa die parasceues recolitur passio. Est autem notandum† quòd duplici ratione recolitur passio Christi, vno modo secundum se, & alio modo secundum quod per ipsam reficimur. primo modo recolitur semel in anno.s.parasceue. secundo modo recolitur in hoc sacramento, de secundo modo iam dictum est nunc restat declarare quomodo die parasceues conuenienter repræsentetur passio Christi. pro quo notandum, quòd hac die passio domini repræsentatur tam in officio diuino, quam in cerimonijs quæ illa die in ecclesia conuenienter obseruantur. in officio quidem cum leguntur lamentationes Hieremiæ,& multa alia ex prophetis in quibus dominicę passionis mysterium apertissime reseratur, passio insuper repræsentatur in euangelio, & maxime vt describitur in euangelio Ioann.tamen quia apertius eã reserat, & quia ipse crucifixioni interfuit perseuerans iuxta crucem alijs recedentibus, quia notus erat pontifici, vnde quia hac die passio oculis nostris repræsentatur merito eius testimonium legitur qui vidit & testimonium perhibuit, & scimus quia verum est testimonium eius.Ioann.vltim. Repræsentatur etiã conuenienter in cerimonijs quæ hac die etiam in ecclesia obseruantur, vbi notandum, †quòd circa passionem inter alia possumus octo considerare quę omnia repræsentantur in cerimonijs huius Diei. ¶ Primũ quia captus est Christus cum armorum strepitu, hunc repræsentat ecclesia hodie cum officio matutinali silenter & demissa voce cantato alta voce dicitur antiphona super benedictus, & psal.ipse extinctis candelis alta voce decantatur.¶ Secundum est quòd derelictus est à discipulis, vnde Matthe.26. dicitur quòd discipuli relicto eo omnes fugerunt, hoc repræsentat ecclesia hodie cum ad officium diuinum non pulsantur campanæ, per quas designantur apostoli qui tubæ prædicationis erant constituti à domino. ¶ Tertium est quòd fuit vestibus denudatus, hoc repræsentat ecclesia in denudatione altarium in quibus Christi corpus consecratur.¶ Quartum est quòd fuit flagellis opprobrijs & contumelijs affectus, hoc repræsentat hodie cum corpus Christi in ecclesia à sacerdote consumitur sine celebratione missarum & solennitate aliqua.¶ Quintum fuit, ꝙ eius doctrina & prædica-
a tio quodammodo extincta fuit, & hoc repræsentat ecclesia in extinctione candelarum, vna reseruata tantum per quam designatur, quòd in sola virgine benedicta lumen fidei mansit inextinctum.¶ Sextum est quòd in cruce positus orauit etiam pro crucifixoribus, hanc admirãdam liberalitatẽ repræsentat ecclesia cum hodie orat pro oĩbus, &̃ Paganis & Iudæis.¶ Septimũ est, quòd Christus in cruce per mortem à nobis oblatus est,& hanc mortem repræsentat ecclesia, cum tam in officio horarum, quam missæ non obseruat principium nec finem, in horis quidem nec dicit in principio, Deus in adiutorium, nec in fine benedicamus domino, in missa vero nec introitus dr̃, nec benedicamus domino, aut ite missa est, ad repræsentãdum quòd is qui principium est & finis erat, per mortem nobis ablatus est.¶ Octauum in signum doloris passionis Christi sol obscuratus est,& petræ scissę sunt, hoc repræsentat ecclesia in officio tenebrarum,& in concussione tabularum & hoc dictum sit de secundo.¶ Ad rationes. Ad primam respondet. negando consequentiam, quia aliter dicitur recoli passio Christi quotidie in sacramento, & aliter die veneris sancta, recolitur quidem in sacramento, vt dicit S. Thom. in 3.parte, secundum quòd eius effectus ad fideles deriuatur, sed tempore passionis recolitur secundum quòd in ipso capite nostro fuit perfecta, quod quidem factum est semel, quotidie autem fructũ diuinæ passionis fideles percipiũt, ideo illa commemoratio fit semel in anno, hoc autẽ quotidie,& propter fructum & iugem memoriam. ¶ Ad secundam respond.negando consequentiam, ratio quia illa die.s.parasceues recolitur passio Christi, secundum quòd in ipso capite fuit perfecta,& quia adueniente veritate cessat figura,& sacramentum hoc, figura sit quædam & exemplum dominicæ passionis, ideo in die quo ipsa dñi passio recolitur prout realiter gesta est, non celebratur consecratio huius sacramẽti, ne tñ ecclesia eo etiam die sit sine fructu passionis, per hoc sacramentum nobis exhibitum etiã corpus consecratum in die præcedenti reseruatur sumendum in illa die. Præterea ecclesia volens populũ Christianum circa dominicam passionem prout in capite nostro mente occupari, statuit, vt in illa die non cõsecraretur corpus Christi, vt dicit S.Tho.in 4.dist.53.

Primum arg. | Secũm arg. | Opponit & Respondet. | 3 | 3 | 4

a¶ Prædicatio. adde ꝙ pdicatiu ẽ contentio sæ iurisdictionis.Pe. de Anc. in c. cum ex eo.nu.5.de pen.& re.

Ad primum argum. | S.Tho. | Ad secũm.

5 Ad tertium Respondetur, † quòd memoria frequens passionis Christi est vtilis multipliciter illam commemorantibus.¶ Primum quidem hominem ad amorem diuinum trahit & incendit, vnde Bernard.super omnia reddit te mihi amabilem bone Iesu, calix quem bibisti, opus nostræ redemptionis, omnino amorem nostrum facile vendicat totum sibi, hoc est quod nostram deuotionem, & animum & blandius allicit, & iustius exigit, & arctius stringit, & vehementius afficit, etenim vbi exinanisti te, vbi te naturalibus radijs exuisti, ibi pietas magis emicuit, ibi charitas plus effluxit, ibi gratia plus radiauit. ¶ Secundo roborat contra potestatem diaboli. primo Petri quarto, Christus passus est pro nobis in carne, & vos eadem cogitatione armamini, quia memoria eius maxima est fortitudo & arma potentia contra diabolum, vnde Bernard. tanta est virtus crucis Christi, vt si in mente fideliter habeatur, nulla libido, nulla peccati præualere possit inuidia, sed continuo ad memoriam eius totus peccati & mortis fugatur exercitus. ¶ Tertio hominem acuit ad pugnandum contra hostes humanæ salutis, & strenuum reddit. ad Hebreorum duodecimo, recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt non fatigemini animis vestris deficientes, vnde primo Machabeorum sexto, dicitur, quòd elephantibus ostenderunt sanguinem vuæ, & mori, ad acuendos eos in prælium. ¶ Quarto facit hominem incommoda, & aduersa huius

Prima vtil. Bernard. | Secũda vtil. | Tertia vtil. | Quarta vtil.

huius mundi æquanimiter tolerare & pati. Est enim memoria passionis Christi farina, quæ pulmentatur in domo Elisei quarto Regum primo. est etiam lignum, quod dulcorauit aquas Marath. Exo. 15. Quare Bernard. in meditationibus inquit, quid tibi vel durum esse poterit, cum recordatus fueris, quòd ille in forma Dei ante luciferum genitus venit ad carcerem tuum infixus, vt dicitur vsque ad cubitos, quid tibi non suaue collegeris per amaritudines Dei tui, fatigationum laborum, lacrimarum, periculorũ, insidiarum, vinculorum, sputorum, calaphorum, flagellorum, irrisionum, exprobrationum, clauorum, & horum similium, quæ in sanguinem nostri generis triginta tribus

Quinta vti. annis operatus & passus est in medio terræ. ¶ Quinto facit propriam voluntatem deponere. Threnorum 3. memoria memor ero, & tabescet in me anima mea, i. voluntas propria, & hoc plane magnum est, quia vt dicit Bernard. nihil ardet in inferno, nisi propria voluntas, & idem, tolle pro-


Sexta vtili. priam voluntatem, & iam non erit infernus. ¶ Sexto facit in corde hominis meditantis mundum contemptibilem, vnde ad Galat. 6. mundus mihi crucifixus est, & ego mundo, & quare hoc, quia memor eram passionis Christi, vnde paulo post. Ego stigmata Iesu Christi in corpore meo por-

Septima vtilitas. to. ¶ Septimo inducit hominem ad studium multarum virtutum 1. Petr. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius, humilitatem. i. patientiam charitatem, longanimitatem, vt possitis dicere cum Iob. vestigia eius secutus est pes meus. Iob. 23.

Octaua vti. ¶ Octauo valet memoria passionis Christi ad subleuandã, & confirmandam spem vitæ æternæ. ad Romanor. 8. qui etiam proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo etiam non cum illo nobis omnia donauit, de hoc Bernard. quis non rapitur ad spem impetrandi fiducia qui eius attendit corporis dispositionem, caput videlicet habet inclinatum ad osculũ, brachia extensa ad amplexum, manus perforatas ad elargiendum, latus apertum ad diligendum, pedum affixionem ad nobiscum manendum, corporis extensionem ad se totum nobis

Exponit literam. impendendum. Lege. ¶ [Pro iniustis saluandis]. 1. Petr. 3. item ad Romano. quinto. pro impijs mortuus est [aposto li] ad Roman. 6. [nunquid] 2. pars [nunquid occiditur] q. d. non in rei veritate, sed tamen eius mors anniuersaria recordatione repræsentatur. s. in parasceue, in qua die multipliciter tam sacramento quam officio & cerimonijs illa die solenniter obseruatis plenius repræsentatur sicut dictum est circa secundum articulum [sic] tertia pars memoriæ ad amorem & compassionem tanquam dominum nostrum videamus præsentem non dubium quin repræsentatio illa prouocat ad charitatem intuentes, quia vt apostolus ait ad Rom. 5. commẽdat Deus charitatem suam in nobis, quoniam cum inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est.

2 *Sacrificium quid dicatur.*
3 *Passio Christi ex parte occidentium ipsum fuit maleficium.*
5 *Celebratio sacramenti dicitur dupliciter Christi immolatio.*



Semel immolatus. Sequitur secũdum capitulũ. eiusdem partis, in quo ex dicto beati August. magister Gratianus ostendit, quòd licet Christus semel immolatus sit in semetipso, tamen continue immolatur in sacramento. Et diui-

Diuisio. ditur in tres partes. In prima dicit, quod dictum est. In secunda declarat quomodo intelligendum sit quòd Christus semel immolatus sit in semetipso. tertio declarat pro quibus efficaciter Christus immolatus est. secunda ibi, quo circa intelligendum est. tertia ibi, eorum, scilicet. ¶ Pro intelligentia pleniori huius capituli. Quæruntur duo.

1 ¶ Primo vtrum dicendum, quòd Christus in passione sua fuerit immolatus.

4 ¶ Secundo, vtrum in celebratione huius mysterij Christus immoletur.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur, quòd Christus in passione sua non fuerit

Primum ar. immolatus. ¶ Primo sic, veritas debet respondere figuræ, sed in sacrificijs veteris legis quæ erant figuræ Christi nunquam offerebatur caro humana, quinimo hæc sacrificia nepharia habebantur, secundum illud psalm. 105. Effuderunt sanguinem innocentem sanguinem filiorum suorũ, & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaam, ergo videtur, ꝙ passio Christi sacrificium dici non possit, & per consequens Christus non est dicendus in passione sua immolatus, aut sacrificatus. ¶ Secundo sic. Augu. Scd'm arg

dicit in quarto de trin. quòd sacrificium visibile inuisibilis sacrificij sacramentum, id est sacrum signum est infra ead. dist. cap. sacrificium, sed passio Christi non est signum, sed magis signatum per alia signa, ergo videtur quòd passio Christi non sit sacrificium. ¶ Tertio sic, quicunque offert Tertium ar.

sacrificium aliud sacrum facit, vt ipsum nomen sacrificij demonstrat, illi autem qui Christum occiderunt non fecerunt aliquod sacrum, sed magnam malitiam perpetrauerunt, ergo passio Christi magis fuit maleficium, quam sacrificium. ¶ In oppositum est text. præsentis cap. ¶ Re- Opponit & Respondet.

spondeo dicendum, quòd Christus in passione sua dr̃ immolatus, & passio sua conuenienter dicta est sacrificium, vnde apostolus ad Ephesios quinto, tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis. ¶ Pro cuius intelligentia notandum, † quòd sacrifi-

2 cium dicitur aliquid factum ad honorem proprie Deo debitum, ad eum placandum, & inde est vt August. dicit in 10. de ciuit. Dei verum sacrificium est omne opus, quòd agitur, vt sancta societate Deo inhæreamus relatum. s. ad illum finem boni quo veraciter beati esse possumus, Christus autem, vt ibidem subditur, seipsum obtulit in passione pro nobis, & hoc ipsum opus quòd voluntarie passionem sustinuit fuit Deo maxime acceptum, vtpote ex charitate proueniens, vnde manifestum fuit ꝙ passio Christi fuit verum sacrificium, & sicut ipse postea subdit in eodẽ libr. huius veri sacrificij multiplicia, variaque signa erant sacrificia perfecta sanctorum, cum hoc vnum per multa figuraretur, tanquam verbis multis res vna diceretur, vt si ne fastidio multum commendaretur, & cum quatuor considerentur in omni sacrificio vt August. dicit in quarto de August.

trin. s. cui offeratur, à quo offeratur, quid offeratur, idem ipse qui vnus verusque mediator per sacrificium pacis reconciliat nos Deo, vnum cum illum maneret cui offerebat, vnum in se faceret ꝓ quibus offerebat, vnus ipse esset qui offerebat, & quod offerebat. ¶ Ad rationes. Ad primã Ad primum arg.

dicendum, quòd licet veritas respondeatur figuræ quantũ ad aliquid, non tamen quantum ad omnia, quia oportet, quòd veritas figuram excedat, & ideo conuenienter figura huius sacrificij quòd offertur pro nobis fuit caro non hominum, sed aliorum animalium figurantium carnem Christi, quæ est perfectissimum sacramentum, & hoc multiplici ratione. Primo quidem ex eo quòd est humanæ naturæ caro congrue pro omnibus offertur, & ab eis sumitur sub sacramento. Secundo ex eo quòd erat passibilis & mortalis apta erat immolationi. Tertio ex eo quòd erat sine peccato efficax erat ad emundandum peccata, quarto quia ex eo quòd erat caro ipsius offerentis erat Deo accepta propter charitatem suam carnem offerentis, vnde August. dicit in quarto de trin. quid tam congrue ab Augu.

hominibus sumeretur, quid pro eis offerretur, quam humana caro, & quid tam aptum huic immolationi, quam caro mortalis, & quid tam mundum pro mundandis vitijs mortalium, quam sine cogitatione carnalis concupiscẽtiæ, caro nata in vtero virginali, & quid tam grate offerri & suscipi possit, quam caro in sacrificij nostri corpus effectum sacerdotis nostri. ¶ Ad secundam dicendum, quòd Ad scd'm.

August. ibi loquitur de sacrificijs visibilibus figuralibus, & tamen ipsa passio Christi licet sit aliquid signatum per aliqua alia sacrificia figuralia, est tamen signum alicuius rei obseruandæ à nobis, secundum illud primo Petr. quarto. Christo igitur passo in carne & vos eadem cogitatione armamini. quia qui passus est in carne desijt à peccatis vt iam non hominum desiderijs, sed voluntate Dei, quod reliquum est in carne viuat temporis. ¶ Ad tertiam Ad tertium

3 respondetur, † quòd passio Christi ex parte occidentium ipsum fuit maleficium, sed ex parte ipsius ex charitate patientis fuit sacrificium, vnde hoc sacrificium ipse Christus dicitur obtulisse, non autem illi qui occiderunt.

4 Ad secundum Sic proceditur. † Et videtur, quod in celebratione huius mysterij Christus non immoletur. ¶ Primo sic. dicitur enim Primum ar.

ab Heb.

ad Hebr. quarto Christus vna oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos, sed illa oblatio fuit eius immolatio, ergo Christus non immolatur in celebratione huius mysterij. *Scd̄m arg.* ¶ Secundo sic, immolatio Christi facta est in cruce in qua tradidit semetipsum oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis, vt dicitur ad Ephesis quinto, sed in celebratione huius mysterij Christus non crucifigitur, ergo nec immolatur. *Tertium ar.* ¶ Tertio sic, Augustin. dicit 4. de trin. in immolatione idem est sacerdos & hostia. ex. de summa trin. c. 1. §. vna vero, & j. e. inuitat, sed in celebratione huius sacramenti non est idem sacerdos & hostia, ergo celebratio huius sacramenti non est Christi immolatio. *Opponit & Respondet.* In oppositum est text. præsentis ca. qui est Aug. in li. sententiarum prosperi. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ vt dicit S. Thom. in 3. parte, † ꝙ dupliciter celebratio huius sacramenti dr̄ Christi immolatio. *S. Tho.* Primo quidem, quia sicut Aug. dicit ad Simplicianum, solent imagines earum rerum nominibus appellari, quarum imagines sunt sicut cum intuentes tabulam aut parietem pictum dicimus, ille Cicero est, ille Salustius, celebratio autē huius sacramenti sicut supradictū est imago est quædam repræsentatiua passionis Christi, quæ est vera immolatio, vnde Ambro. dicit super epistolam ad Heb. 10. & in c. sequenti, semel oblata est hostia ad salutem sempiternam potens, quid ergo nos nonne per singulos dies offerimus ad recordationem mortis eius, alio modo quantum ad effectum passionis, quia. s. per hoc sacramētum efficimur participes fructus dominicæ passionis, vnde & in quadam dominicali oratione secreta dr̄, quoties huius hostiæ commemoratio celebratur, opus nostræ redemptionis exercetur, quantum igitur ad primum modum Christus poterat dici immolari, & in figuris veteris testamenti, vnde & in Apocal. 13. dr̄. quorum nomina non sunt scripta in lib. vitæ & agni qui occisus est ab origine mundi, sed quantum ad modum secundum proprium est huic sacramento, ꝙ in eius celebratione Christus immoletur. ¶ Ad rationes. *Ad primum argum.* Ad primam dicendum, ꝙ sicut Ambr. ibidem dicit, vna est hostia, quā .s. Christus obtulit, & nos offerimus, & non multæ, quia semel oblatus est Christus, hoc autem sacramentum exemplum est illius, sicut. n. quod vbique offertur vnum est corpus, & non multa corpora, ita & vnum sacrificium. *Ad scd̄m.* ¶ Ad secundam dicendum, ꝙ sicut celebratio huius sacramenti est imago repræsentatiua passionis Christi, ita altare est repræsentatiuum crucis ipsius in qua Christus in propria specie oblatus est. *Ad tertium* ¶ Ad tertiam dicendum, quòd per eandem rationem etiam sacerdos gerit imaginem Christi, in cuius persona & virtute verba pronuntiat ad consecrandum, vt ex supradictis patet, & ita quodammodo idem est sacerdos & hostia. *Exponit literam.* Lege. ¶ [In semetipso]. i. in propria persona, & forma humana in qua distētis membris & expansis manibus extensis venis pependit in cruce [immolatur in sacramento dupliciter] sicut dictum est in quæstione. primo, quia in eo repræsentatur passio Christi quæ rationem habuit sacrificij, & immolationis. secundo quia per hoc sacramentum consequimur effectum ipsius passionis siue immolationis Christi. [Quod ita] secunda pars, declarat quomodo Christus semel in sacramento dicitur oblatus, patet litera [offerens patri] ad Ephesio. 5. dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiā Deo in odorem suauitatis [redemptionis. s. captiuorum efficacē, quia non fuit oblatio solius hoīs sed Dei & hominis. psal. 23. Redemisti nos domine Deus veritatis & 1. Petr. 1. non corruptibilibus auro & argento redempti sumus, sed pretioso sanguine agni immaculati, & incontaminati Christi [eorum. s.] tertia pars [redimendos iudicauit]. i. disposuit, vel elegit, ad Ephesi. 1. elegit nos ante constitutionem mundi [præsciuit]. i. ab æterno ꝑcognouit. cuncta. n. Deus ab æterno prospicit, & eius prouidentiæ cernit intuitus, vt dicit Boethius [prædestinauit]. i. per appositionem gratiæ præparauit. Rom. 8. quos præsciuit hos & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui. *Opponit in cōtrarium.* ¶ Sed contra hoc esse videtur. primo illud primo ad Timo. quarto. saluator est omnium, & maxime fidelium, & primo Ioann. secundo. ipse propitiatio est pro peccatis nostris, non autem pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi. *Respondet.* ¶ Respondetur, quòd pretium redemptionis nostræ sufficientissimum fuit ampliatione virtutis ad redemptionem omnium hominum, & nedum præsentium, præteritorum, & futurorum, sed etiam possibilium creari, & pro omnibus illud sit oblatum quantum fuerit ex parte voluntatis redimentis, siue soluentis pretium qui vult omnes homines saluari, vt inquit apostolus primo ad Timot. secundo, verumtamen quantum ad efficaciam, siue quantum ad consecutionem effectus redemptionis, non fuit pretium efficax, nisi eorum qui salui fiunt qui sunt, qui ab æterno prædestinati sunt ad gloriam.

2 *Hostia accipitur in duplici significatione.*



IN Christo. Sequitur tertium c. eiusdē in quo beatus Ambros. cuius est hoc cap. in epistola, ad Heb. 5. vult ostēdere, quòd per hoc ꝙ Christus semel oblatus dr̄ in seipso, & offertur per singulos dies in sacramento, non propter hoc est dicenda alia hostia, quæ in Christo semel oblata est, & quam nos per singulos dies offerimus, nec plura sacrificia, sed vna hostia, & vnum sacrificium. Et diuiditur in duas partes. In 1. facit quòd dictum est. In 2. hoc ostendit ratione, ibi, quomodo vnum & non multa. *Diuisio.* ¶ Pro intelligentia ampliori huius capituli, quæruntur duo.

1 ¶ Primo vtrum sit eadem hostia in duobus altaribus, seu in hoc altari, & in illo demonstratis duabus hostijs consecratis.

3 ¶ Secundo vtrum sint duo sacrificia aut non.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur quòd non sit eadem hostia in duobus altaribus. ¶ Primo sic, quia si vna hostia esset alia, sequeretur quod vnum & idem esset in duobus locis localiter, & circunscriptiue, quod est impossibile, & tamen consequentia patet, quia hostia est in altari localiter. *Primum ar.* ¶ Secundo sic, si hæc hostia esset illa, sequeretur quod eadē ratione fracta vna hostia vna pars esset alia, quod videtur falsum, quia non est possibile quod vnum, & idem sit semicirculare & triangulare, quòd tamen oporteret concedere, quia pars hostiæ est semicircularis, & alia triangularis. *Scd̄m arg.* ¶ In oppositum videtur esse textus præsentis capituli. ¶ Respondeo dicēdum, † quod hostia in duplici significatione accipitur. *Opponit & Respondet.*

3 Aliquando. n. dicitur hostia ipse panis qui offertur in altari tanquam materia consecrationis, vnde in oblatione panis dicitur. Suscipe domine sancte pater hanc immaculatam hostiam quam ego indignus famulus tuus &c. Qn̄que hostia dicitur verum corpus Christi, quod oblatum est in ara crucis, & in hoc sacrificio offertur, de qua hostia dicitur in canone missæ, nos tui serui, sed & plebs tua sancta offerimus præclaræ maiestati tuæ hostiam puram, hostiā sanctam, hostiam immaculatam &c. loquendo primo modo de hostia, dicitur, quod alia & alia hostia est, cum alia & alia sit species panis in vna, & in alia loquendo de hostia. secundo modo vna & eadem est sicut in hoc capitulo ex ratione assignata in eodem patet, quia idem est quod continetur sub vtraque, & idem est quod ab omnibus offertur, videlicet corpus Christi verum. ¶ Ad rationes. *Ad primum argu.* Ad primā patet responsio. procedit. n. de hostia, secundum quod species panis dicitur quandoque hostia. *Ad scd̄m.* ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. dicimus. n. cum Alexandro de Halis, *Ale. de Ha.* quod iste sermo non est verus, hæc pars est illa, diuisio. n. in partes conuenit non corpori Christi sed speciei, iste tamen sermo est verus, iste accipit illud quod ille. Accipi. n. bene potest conuenire corpori Christi non autem diuidi.

3 Ad secundum † Respondetur pari modo per diuisionem sacrificium, dicitur multipliciter, *Respondet.* quandoque enim sumitur pro actu consecrantis, siue ipsa consecrationis actione, & sic sumitur in illa oratione. in spiritu humilitatis, & animo contrito suscipiamur à te, & sic fiat sacrificium nostrum &c. Alio modo dicitur ipsa hostia consecranda, vt in illa oratione veni inuisibilis sanctificator, & benedic hoc sacrificium tuo sancto nomini comparatum. Tertio modo dicitur sacrificium ipsa hostia consecrata, & hoc modo diffinit Rabanus sacrificium dicens. *Rabanus.* Sacrificium dicitur quasi sacrum factum, quod prece mystica consecratur. Primis duobus modis plura sunt sacrificia, vt patet, & habetur in gloss. tertio vero modo, quo loquitur Beatus Ambrosius in præsenti capitulo, non est nisi vnum solum. Idem .n. obtulit Christus, quod nos offerimus, quia oblatio nr̄a

 non est

nõ est nisi repræsentatio eius, vnum etiam est corpus.s.corpus Christi verum, quod ab omnibus sacerdotibus consecratur,& offertur.Leg.¶[potens].i.efficax quantum est in se sicut circa capitulum precedens diximus[offerimus eandem].s.hostiam[vna est]idem.n.est oblatum,& à Christo, & à nobis, sed ipse obtulit ad humani generis redemptionem peragendã, nos vero offerimus in memoriã suauitatis tanti beneficij.[Exemplum].i.similitudo, vel repræsentatio[ad ipsum].i.idem est, quod à Christo oblatum,[& ipsum] offertur à nobis in altari,& hoc est, quod sequit[sed vnus est Christus] qui in quolibet offertur altari.[Et ita] idem semper erit, quam diu in hoc seculo sumus. Ego aũt vobiscum sum vsque ad consummationem seculi inquit Christus Matth.vlt. Et in psal. 101. tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.[plenus].i.integer.j.eo.d.st.versi. pars[vnum sacrificium].s.quia idem Christus oblatus est, capiendo autem sacrificium primis duobus modis licet in se dicantur plura sacrificia, quia alia species est numero siue sacramentum sensibile, sub quo continetur Christus in vno altari,& alia in alio,& actus consecrationis, quo vnus sacerdos consecrat, & alius quo alius consecrat, nihilominus sunt vnum quodammodo tam ab vnitate rei cõtentæ, & significatæ.continet.n.vnam,& eandem rem.s.Christũ, quã ab vnitate rei repræsentatæ sunt vnius veri sacrificij.s. passionis Christi repræsentatiua [consumi].i.deficere licet integer à quolibet sumatur, vt.j.e.di.c.qui manducat.[eius quod factum]i.s.in me, videlicet passionis meę, resurrectionis, & ascensionis, vnde ista tria ecclesia commemorat in canone post consecrationem dicens, vnde & memores domine nos serui tui &c.sequitur, tam beatæ passionis, resurrectionis, sed,& in cœlos gloriosæ ascensionis, ista principaliter fuerunt in Christo, vnde illud, in mei memoriam facietis, potest sic intelligi.i. mei patientis, resurgentis, & ascendentis, vnde non solum voluit fieri memoriam passionis, sed etiam resurrectionis,& ascensionis eius.

2 *Malum vel licitum dicitur aliquid dupliciter.*
5 *Actio Christi non omnis est nostra instructio.*
6 *Sacramentum altaris quod non nisi à ieiunis sumeretur ordinatum est ab apostolo.*

Iquido &c. Decima septima pars huius distinctionis. In qua magister Gratianus agit de ordine sumendi hunc cibum sacramẽtalem in comparatione ad alios cibos dicens, ꝙ hoc sacramentum sumendum sit antequam aliquis cibus ab homine sumatur. Et diuiditur in tres partes. Primo quidem ponit, quod dictum est. secundo soluit argumẽtum, quod fieri solet, ꝙ oporteret post alios cibos ad hoc sacramentum accedere, quia Christus in cœna post alios cibos consecrauit,& sumendum discipulis dedit hoc sacramentũ dicens, quòd hoc non fecit, vt vellet in posterum ita fieri, sed propter aliam causam particularem, aut instantem.s. &c. In tertia ostendit multa ab apostolis ordinata in ecclesia, quæ scripto non sunt redacta. secunda ibi, nec quia. tertia ibi, cum vero ait &c. Pro huius capituli intelligentia quæruntur tria.

1 ¶ Primum est, vtrum hoc sacramentum à non ieiunis licitè sumi possit.

3 ¶ Secundum, vtrum quęlibet cibi sumptio perceptionem impediat huius sacramenti.

4 ¶ Tertio, vtrum liceat in casu necessitatis celebrare post prandium.

1 Ad primum Sic procedit.†Et videtur, quòd hoc sacramentum à non ieiunis licitè sumi possit.¶ Primo sic, hoc sacramentum à domino in cena institutum est, sed ecclesia obseruat ea, quæ dominus seruauit in sacramentorum traditione, sicut formam, & materiam, ergo & ritum deberet seruare, vt iam pransis hoc sacramentum traderetur.¶ Secundo sic, apostolus dicit imitatores mei estote sicut & ego Christi. primo Corinth. quarto. sed tam Christus quam apostoli communicauerunt in cęna sumpto agno paschali, ergo &c.¶ Tertio sic. Non minor reuerentia debetur huic sacramento iam sumpto, quam ante sumptionem, sed sumpto sacramento licet cibum aut potum sumere. ergo & ante sumptionem.¶ In oppositum est text. præsentis capituli.¶ Respondeo notandum† quòd aliquid dicitur malum, vel licitum dupliciter vno modo secundum se, quia mox nominatum est cum malo circumuolutum, vt mæchari, & furari, & hoc nullo modo potest bene fieri. Alio modo dicitur aliquid malum, quia prohibitum, vidẽdum est ergo an sumere hoc sacramantum post alios cibos sit malum,& illicitum secundum se, an sit malum ex prohibitione. Quantum ad primum respondetur, quòd non est malum secundum se, cuius ratio est secundum Petrũ de palude. primo, quia illud, quod est malum secundum se nulla necessitate bene potest fieri, nisi forte Deo dispensante, sicut illud qđ secundum leges temporales, & rationem inferiorem est malum, vt fornicari, & occidere innocentem, quæ ratio iudicat per se mala Deo dispensante possunt fieri licita, qui in præceptis secundę tabulę dispensare potest, vt de immolatione Isaac, spoliatione Aegyptiorum, vxorum fornicatione, sed non homine dispensante. Sed hoc videlicet post prandium communicare in casu necessitatis potest esse licitum sicut cum imminet alicui periculum mortis, vt cũ habetur, quòd infirmus pransus in crastinum non potest expectare quin moriatur, de quo habetur.j.e. dist.c.presbyter, ergo sequitur, quòd post prandium sumere corpus Christi non sit secundum se malum, aut illicitum.¶ Secunda ratio eiusdem Petri de Palude est. quia si illud esset illicitum secundum se, nec papa posset in aliquo casu dispensare, imo si papa dispensaret non videretur eius dispensatio, nec aliqua consuetudo excusare infirmum communicantem etiam in necessitate post prãdium, quia in his quę sunt de se mala nulla consuetudo excusat. extra de consue.cum tanto, neque seruus potest tollere legem domini, neque papa dispensase in præceptis Dei, vnde de pe. & re. c.cũ infirmitas.in fi. ꝓhibetur medicis, ne propter quodcunque periculum corporalis vitæ suadeant infirmis aliquid, quod sit contrarium animæ, puta sacrilegium, fornicationem,& huiusmodi, ergo videtur quòd cum in communicando post prandium ecclesia dispenset, quòd nõ sit secundum se illicitum, erit ergo solum malum, vel illicitum quia ab ecclesia prohibitum, sicut patet in hoc capitulo,&.s.dist.1.c.sacramẽta altaris. Huius autem prohibitio, ꝙ rationabiliter facta sit triplici ratione ostenditur secundum S.Tho.in quarto. Primo propter ipsam sanctitatem sacramenti. decet.n. vt dicit August.in honorem huius sacramenti,& ob eius reuerentiam, vt.s.os christiani quo sumendum est, non sit alio cibo prius imbutum, sed quasi nouum,& purum ad perceptionem eius reseruetur. secundo propter deuotionem, quæ exigitur ex parte recipientis,& attentionem, quæ ex cibis acceptis impediri posset fumis ad caput ex stomacho ascendentibus, tertio propter periculum vomitus, vel alicuius huiusmodi.¶ Ad rationes. Ad primam dicendum quòd forma,& materia sunt seruata à domino instituẽte hoc sacramẽtum quasi essentialia sacramento, & ideo oportuit, quòd ecclesia hoc retineret, sed ordinem sumendi seruauit dominus, quasi conuenientem institutioni sacramenti, vnde non oportet, quòd id, quod cõuenit principio, vel generationi alicuius rei, quod conueniat ei quando iam est in esse perfecto, & similiter quod competit sacramento quãtum ad sui institutionem, non oportet quòd competat ei quantum ad suum vsum. ¶ Ad secundam respondetur pariformiter.¶ Ad tertiam dicitur, quòd non est simile de ante sumptione sacramenti, & post, maior quidem deuotio requiritur in sumptione huius sacramenti, quia tunc percipitur eius effectus, q̃ quidem deuotio magis impeditur per præcedẽtia, quam per sequentia,& ideo magis est institutum, quòd homines ieiunent ante sumptionem huius sacramenti, quam post, debet tamen esse aliqua mora inter sumptionem huius sacramenti, & reliquos cibos sicut dictum fuit supra e. dist. c.tribus gradibus.

3 Ad secundum Sic proceditur.† Et videtur, quòd non quęlibet cibi sumptio perceptionem huius sacramenti impediat. ¶ Primo sic, sumptio cibi & potus in parua quantitate in nullo sobrietatem diminuit, imo magis auget naturam confortando, sed ideo oportet à ieiunis sumi, vt cum reuerẽtia sumatur,& sobrietate, ergo non quęlibet sumptio cibi impedit perceptionem huius sacramenti. ¶ Scđo ad perceptionẽ huius sacramenti exigitur, ꝙ homo sit ieiunus, sed quædã sunt, quæ non frãgunt ieiuniũ, sicut aqua, & medicinæ, ergo

Margin notes: Exponit literam · Diuisio · Primum ar. · Scđm arg. · Tertium ar. · Opponit & respondet. · Pet. de Pal. · S.Thomas · Ad primum arg. · Ad scđum · Ad tertium · Primum ar. · Scđm ar.

ergo videtur, ꝙ homo post earum sumptionē possit hoc sacramentum percipere. ¶ Tertio corpus Christi sicut in os intrat, ita in ventrem traijcitur. sed si aliquæ cibi reliqę in ore remanent, & postmodum de mane in vētrem traijciātur, non impeditur quis à sumptione corporis Christi, quia hoc posset sacerdoti accidere etiam dum est in celebratione ipsa sacramenti, quando non deberet à sumptione corporis Christi desistere, ergo nec cibus in os missus debet à perceptione huius sacramenti impedire in parua quantitate sumptus. Præterea, quia fuit opinio quorundā quod ista prohibitio, quod non nisi à ieiunis sumendum esset hoc sacramentum intelligendum sit de ieiunio instituto ab ecclesia, & nō de ieiunio naturæ vt dicit dominus Durandus & dominus Petrus de palude in 4. dist. 8. inducentur rationes illius opinionis. pro pleniori intelligentia huius capituli. ¶ Quarto ergo loco arguitur sic. Præceptum ecclesiæ de ieiunio ecclesiæ est accipiendum secundum, quod ecclesia interpretatur ieiuniū, ergo præceptū ecclesiæ quod hoc sacramentum sumatur à ieiunis debet intelligi de ieiunis ieiunio ecclesiæ, sed electuaria, & medicinę non soluunt ieiunium ecclesiæ, ergo post talia potest licite sumi hoc sacramentum. ¶ Quinto arguitur etiā si sumatur cibus modicus nō per modum cibi, sed medicinæ sic, quādo prohibetur absolute vsus alicuius rei, intelligendum est de vsu principali, & non de alijs. v.g. Si prohiberet alicui vsus calceorū feria sexta, intelligēdum est de vsu principali. s. ad calciandum, & si quis vteretur calceis tanquam scypho ad hauriēdum aquam, non esset trāsgressor præcepti. à simili cum sumptio cibi ante sumptionem eucharistię prohibeatur intelligendum est de sumptione cibi ad nutriēdum, quia hic est principalis vsus eius, & sic sumitur per modum cibi, non aūt de vsu eius solum ad alterandum, quia sic, sumitur solum per modum medicinę. sic igitur sumens cibum ante sacramentum non est transgressor præcepti. ¶ Sexto sic. sumere species in prima celebratione non impedit secundam celebrationem, quāuis nutriant, quia non sumuntur propter corporale alimentū sed propter aliud puta spirituale, ergo medicinalia quamuis nutriant si non propter nutrimentum, sed aliud intendatur post ea poterit communicare. ¶ Septimo Christus, & apostoli communicauerunt post esum agni, quia nō comederunt illum propter nutrimentum, sed propter mysterium. Et quod non propter alimentum probatur, quia Christus legit nunq̄ comedisse carnes nisi tunc. ¶ Octauo appellatione nutrimentorum non intelliguntur, siue non continentur medicamenta, vt dr̄. ff. de penu legata. l. nō est se. & hanc induxit glo. sed non soluit 7. q. 1. c. nihil, & extr. de celeb. miss. ex parte &c. ¶ In oppositum est tex. præsens quia ex hoc ipso reuerentia sacramento exhibetur, quod prius in os corpus domini sumitur à christianis, sed quicunque cibus præponeretur, & etiam in quacunque parua quantitate non esset corpus prius acceptum, ergo quęlibet sumptio cibi impedit à perceptione huius sacramenti. ¶ Respondeo dicendum, quod oīs cibi, vel potus sumptio proprie dicta quocunque fine facta fuerit impedit dignam eucharistiæ sumptionem, etiam si fieret causa medendi tantum, vel nutriendi, sicut in electuarijs, & potationibus, quæ tantum causa medicinæ conceduntur, quia sicut dictum est in reuerentiam huius sacramenti institutū est, ꝙ os christiani suscipientis corpus Christi quasi nouū ad ipsum sumendum accedat, cum autem quantitatibus cibi assumptio hanc auferat nouitatem, sequitur ꝙ quælibet cibi sumptio impedimentum præbeat sumptioni huius sacramenti. vnde extra de celeb. mis. c. ex parte dicitur ꝙ semper sacerdos vino post communionē debet perfundere digitos, & sumere vini infusionem, nisi sit secundo celebraturus, nisi illa perfusio impediat. q. d. si sumeret illud vinum, quod tamen non sumeret animo nutriendi, nihilominus ieiunium solueret, & secundo celebrare, non posset. ergo licet non causa nutriendi, sed medendi comederet, vel biberet, postea non debet celebrare. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum, ꝙ legis præcepta se habēt ad ea, quæ agenda sunt sicut vniuersalia ad singularia, sicut dicitur in 5. Ethicorum, quia. n. legislator non potest ad omnes attendere euātus, oportet ad ea, quæ in pluribus accidunt attendere, vniuersalem legem constituit, vt lex vniuersalis sit, & quia, vt frequenter per cibum turbatur hoīs discretio, & sobrietas, quæ præcipue in hoc sacramento, exigitur, ideo vniuersaliter ꝓhibetur post cibum corpus Christi sumi, quamuis aliqua cibi sumptio non impediat rationem præcipue cum nihil periculi accidat si post cibū sumptum abstineatur à perceptione huius sacramenti, q̄a in articulo necessitatis licet accipere post alios cibos. ¶ Ad secundam dicendum, ꝙ si medicinæ, & potus, aquæ non frangant ieiunium ecclesiæ, frangunt tamen ieiunium naturæ. ¶ Ad tertiam dicendum negando consequentiam, quoniam ieiunium naturæ, dr̄ per priuationem alicuius comestionis, secūdum ꝙ comestio etiam potationem includit, comestio autem principaliter dicitur à sumptione exterioris cibi, quāuis terminetur ad traiectionem in ventrem, & vlterius ad nutritionem, & ideo ea, quæ interius geruntur, sine exterioris cibi sumptione non vidētur soluere ieiuniū naturæ, nec impedire eucharistiæ sumptionem sicut deglutio saliuæ, & similiter videtur de his, quæ infra dentes remanent, & de eructuationibus, tamen propter reuerentiam nisi necessitas incumbat potest sine periculo abstineri. ¶ Ad quartam dicendum, quod ieiuniū, quod requirit ecclesia non est ieiunium ecclesiæ, sed naturæ, quia si ieiunium ecclesiæ solum requireret, quādo nō esset ieiunium ecclesiæ non posset cōmunicari. Quod aūt ecclesia interpretetur hoc ieiunium esse naturæ, patet tā ex consuetudine ecclesiæ, quā ex verbis capituli pñtis in verbo placuit. ¶ Ad quintam dicendū, ꝙ quando prohibetur vsus alicuius rei, prohibetur ēt oīs alius in principali inclusus, præcipue si subesset eadem causa prohibitionis, sed sumere cibum ante, & post causa medicinæ includit principalem vsum, semper. n. nutrit, & in proposito est eadem causa prohibitionis. s. irreuerentia sacramenti, quæ vtrobique committitur, & ideo vterque vsus est prohibitus. non est autem simile de duplici vsu calcei, quorum secundus non includit primum. Nec etiam est simile de duplici vsu cibi, licet secundus includatur in primo, quando non est in eadem causa prohibitionis. ¶ Ad sextam dicendum, quod non est simile, quia non est prohibitū ante cōmunionem sumere aliquod nutrimentum, sed prohibitum est ante eucharistiam sumere alium cibum vel potū. vna autem eucharistia nō est alius cibus ab alia, sed vnus, & idem numero, quo ad rem contentam, & eiusdem rōnis sacramentalis, quo ad rē continentē. vnde non est ad ꝓpositum. ¶ Ad septimam respōdetur negando, quod apostoli ideo communicare potuerunt post agnum, quia non nisi sacramentum comedebant siue propter mysterium. Præterea non est verosimile, ꝙ tota illa die nihil recepissent causa nutrimenti, attento maxime ꝙ discipuli non ieiunarent quandiu cum illis sponsus erat. ¶ Ad octauam dicendum, ꝙ appellatione alimenti non intelligitur medicamentum, vnde appellatione pęnus legatæ continetur cib. & potus, non quicunque, sed alicuius. inde est, ꝙ in pœnu legata medicamentum non est legatum, vt ibi dr̄. sed appellatione cibi, & potus continetur q̄cq̄d comeditur. & bibit, siue nutriat, siue non nutriat, siue sumatur ad nutriēdum, siue ad quodcunque aliud. Communicaturo autem siue celebraturo non prohibetur alimentum, neque nutrimentum, sed cibus, & potus quantumcunque minimus, nec distinguitur quo fine sumatur.

Ad tertium †Respondetur, quod non est tenendum quod notauit Hug. vt hic dicit gloss. ꝙ cum cætera sacramenta possint confici à pransis, licet non debeant. eucharistia tamen neque debet, neque potest confici post prandium, quoniam hoc est falsum. potest. n. sicut ante, licet non debeat fieri. qđ probatur duppliciter. Primo q̄a Christus post prandium cōfecit. secundo qu a positis illis, quæ sunt de substantia est verum sacramentum. cum ergo character intentio sacerdotis verba & materia possint concurrere ita post prandium, sicut ante, ita erit verum sacramentum confectum post prandium, sicut ante. ¶ Secundo dicitur, ꝙ tamen non licet ꝓ aliqua necessitate celebrare non ieiuno, sicut licet communicare. Cuius ratio est secundum Petrum de palude, quia cum vtrunque sit à papa, & nulla cōsuetudine prohibitū, solus papa, vel generalis consuetudo potest hoc dispensare. inuenitur tamen de communione hoc permissum in necessitate, & dispensatum & à papa, & à generali consuetudine. Non sic autem de celebratione, imo cum licet plures missas celebrare, in prima non est sumenda lotio, quæ soluit ieiunium, ergo in nulla necessitate celebrare licet non

Marginalia: Tertium ar. · Durandus · Pe. de palu. · Quartū ar. · Quintū ar. · Sextum ar. · Septimum argu. · Octauū ar. · Opponit in contrarium · Respondet. · Ad primum arg. · Ad secūdum · Ad tertium · Ad quartū · Ad quītum · Ad sextum. · Ad septimū · Ad octauum · Respondet · Pet. de Pa.

cet non ieiuno.Lege.¶[Calumniandum].i.improperandum quasi dicat non, arg.⁊ꝙ non oĩs Christi actio est nostra instructio infra dist.4 proprie.& c.sequenti 14.q.5.dixit.Non.n.semper exemplis Christi, & est hic argumentum.Non semper esse faciendum quod papa facit, nisi illud doceat esse faciendum 11.dist.Nolite[in honore].i. ꝓpter honorem & reuerentiam[mos iste].vt in ore Christiani prius intret,corpus Christi,quam alius cibus naturalis, seu corporalis nisi infirmus pro viatico accepit sicut dictum est.[neque]secunda pars.remouet argumentum quod fieri posset ex practica Christi.[neq; &c.] .i.iõ.[post &c.namque &c.]assignat rationem, quare ita tunc fecit.[digressurus]supra e.distin.c.quia corpus ibi satis dictum est de hoc [seruaret hunc locum]. i. dispositionem huius ritus commisit apostolis.[nam si assignat rationem quare dicendum est, ꝙ christus licet ita practicauerit die cœnæ, ꝙ pransis discipulis sumendum hoc sacramentum dedit, non tamen ita in posterum seruandum præcepit, aut voluit,quia,si ita mandasset,nullus posterior mutasset nec mutare potuisset,quia quod Deus iubet seruus non ꝓhibet.vt 28.q.1.sic.n.arg.26.q.7.alligãt.[Cum vero]tertia pars.ostendit id quod supra dixit, ꝙ Christus reliquerat apostolis suis vicarijs dispositionem,& ordinationem obseruandi ritus in sacramentis,multaque ab eis esse disposita,quæ non potuerunt omnia scripturis commemorari.

Exponit litteram

6 [multum].i.nimis.ar.⁊ꝙ ab apostolo ordinatũ fuit,vt post modum hoc sacramentum non nisi à ieiunis sumeretur [orarum].i.regionum.





**Panis in altari.** Hic incipit decima octaua pars huius distinct.vbi magister Gratianus ex authoritate B.Ambrosij agit de formis consecrationis,quibus consecratur hoc sacramentum,& de virtute verborum sacramentalium, assignans duas formas,vnam,qua consecratur panis, & aliam, qua consecratur vinum,ostendens verba illa,esse magnæ virtutis.Et diuiditur in quatuor partes.Primo ostẽdit, quod verbo Dei conficitur hoc sacramentum.Secundo persuadet possibilitatem huius operis ex parte creationis. Tertio remouet quandam obiectionem ex parte specierum assignans causam,quare non in propria persona, sed sub specie panis,& vini assumitur.Quarto explanat,quod verbis domini fiat consecratio.secunda ibi,quis sermo Christi.tertia ibi,sed forte dices. quarta ibi,vis scire,quia verbis.Pro pleniori intelligentia huius capituli, quæruntur hic septem.

Diuisio.

1 ¶Primo,vtrum hæc sit forma huius sacramenti eucharistiæ, hoc est corpus meum,& hic est calix mei sanguinis.
2 ¶Secundo,vtrum hæc sit conueniens forma consecrationis panis.hoc est corpus meum.
6 ¶Tertio,vtrum hæc sit conueniens forma consecrationis vini.hic est calix &c.
11 ¶Quarto,vtrum ne prædictis verbis formarum insit aliqua virtus creata.
24 ¶Quinto,vtrum istæ locutiones sint veræ,hoc est corpus meum,hic est calix sanguinis mei &c.
25 ¶Sexto,vtrum istæ formæ se expectent in operando.
27 ¶Septimo, vtrum verba cõsecrationis panis & vini omissis alijs præcedentibus,siue sequentibus ipsas formas in canone missæ vim habeant conficiendi.

1 **Ad primum** Sic proceditur.⁊Et videtur, ꝙ non sit huius sacramenti forma illa,hoc est corpus meum.& hic est calix sanguinis mei. ¶Primo sic,in ca.quia corpus supra e.dist.dr.ꝙ inuisibilis sacerdos visibiles creaturas in suum corpus conuertit dicens. accipite,& comedite,hoc est corpus meum,ergo totum hoc videtur pertinere ad formam sacramenti.Et eadem ratio est de verbis pertinentibus ad sanguinem.¶Secundo illa verba videntur pertinere ad formam sacramenti,quibus Christus corpus,& sanguinem suum consecrauit.sed Xps ante benedixit panem acceptum,& postea dixit.accipite,& comedite,hoc est corpus meum.vt habemus Matt. 26.& siŕr fecit de calice.ergo prædicta verba non sunt forma huius sacri.¶Tertio forma sacri sufficit ad perfectionem sacramenti.vnde baptismi sacramentum potest quandoque perfici solis verbis formæ prolatis,& oĩbus alijs prætermissis.si ergo prædicta verba sunt forma huius sacramẽti,videtur ꝙ aliquando possit hoc sacramentum perfici his solis verbis prolatis,& oĩbus aliis prętermissis,quæ in missa dicuntur,quod tamen videtur esse falsum,quia nisi verba alia præmitterentur,prædicta verba acciperentur ex persona sacerdotis proferentis in cuius corpus,& sanguinem panis,& vinum non conuertuntur,nõ ergo prædicta verba sunt forma huius sacramenti.¶Quarto in forma baptismi exprimitur persona ministri,& actus eius cũ dr.Ego te baptizo &c.sed in præmissis verbis nulla fit mẽtio de persona ministri,nec de actu eius,ergo non est conueniens forma sacramenti.¶In oppositum est capitulum præsens,vbi B.Ambrosius dr.ꝙ verbis Christi cõsecratur qui dr esse illa.hoc est corpus meum.¶Respondeo dicendum,quod forma cõsecrationis panis est,hoc est corpus meum.Pro quo notandum iuxta S.Thomam in tertia pte quod hoc sacramentum perficitur in consecratione materiæ. alia vero sacramenta perficiuntur in vsu materiæ consecratę.secundo quia in alijs sacramentis consecratio materiæ consistit solum in quadam benedictione,ex qua materia consecrata accipit instrumentaliter quandam benedictionem,ex qua materia consecrata accipit instrumẽtaliter quandam spiritualem virtutem,quæ per ministrũ qui est instrumentum animatum potest ad instrumenta inanimata procedere.Sed in hoc sacrmento consecratio materiæ consistit in quadam miraculosa conuersione substantiæ,quæ à solo Deo perficitur. vnde minister in hoc sacramento perficiendo non habet alium actum nisi prolationem verborum.Et quia forma debet esse conueniẽs rei,ideo forma huius sacramenti differt à formis aliorum sacramentorum in duobus. primo quidem, quia formæ aliorum sacramentorũ important vsum materiæ,puta baptizationem,vel consignationem,sed forma huius sacramenti importat solum consecrationem materiæ, quæ in transsubstantiatione cõsistit puta,cum dr hoc est corpus meum,vel hic est calix sanguinis mei.secundo,quia formæ aliorum sacramentorum proferuntur ex persona ministri,siue per modum exercẽtis.actum,sicut cum dr.Ego te baptizo.siue ego te confirmo.siue per modum imperãtis,sicut in sacramento ordinis dr.Accipe potestatem &c.siue per modum depræcantis.sicut cum in sacramẽto extremæ vnctionis dr.Per istam vnctionem,& nostram intercessionem &c.Sed forma huius sacramenti profertur ex persona ipsius Christi loquentis,vt detur intelligi, qđ minister in perfectione huius sacramẽti nihil agit, nisi ꝙ profert verba Christi. Cum ergo per hæc verba exprimatur transsubstantiatio ipsa panis in corpus Christi, in qua pfectio huius sacramenti cõsistit,patet quod hæc forma huius sacramenti sit cõueniens.¶Ad rationes. Ad primam dicendum,quod in his verbis,accipite,& comedite intelligitur vsus materiæ consecratę,qui non est de necessitate huius sacramenti,vt supra habitum est,& ideo nec hæc verba sunt de substantia formæ, quia tamen ad quandam perfectionem sacramenti pertinet materiæ consecratæ vsus

Primum arg.

Scd̃m arg.

Tertium ar.

Quart. ar.

Opponit in cõtrarium. Respondet.

S.Thomas.

Ad primum argu.

tæ vsus,sicut operatio non est prima,sed secūda perfectio
rei.Ideo per omnia hæc verba exprimitur tota perfectio
huius sacramenti,& hoc modo Eusebi. intellexit his ver
bis confici sacramentum,quantum ad primam,& secun-
Ad scdum. dam perfectionem ipsius.¶ Ad secundam dicendum, qđ
Prima opi. circa hoc est multiplex opinio.Quidam.n.dixerūt,quod
Christus,qui habebat potestatem excellentiæ in sacramē
tis absque omni forma verborum hoc sacramentum per-
fecit,& postea verba protulit sub quibus alij postea con-
secrarent,quod videntur sonare verba Innocent. tertij di
centis.sane dici potest,ꝙ Christus virtute diuina confecit
& postea formam expressit sub qua posteri benedicerent.
Sed contra hoc expresse sunt verba euāgelij,in quibus dī,
quod Christus benedixit.quæ quidem benedictio aliqui-
bus verbis facta est,vnde prædicta verba Innocē.sunt opi
Scda opin. natiue magis dicta,quam determinatiue.Quidam autem
dixerunt,ꝙ benedictio illa facta est quibusdam alijs ver-
bis nobis ignotis.Sed nec hoc stare potest, qa benedictio
consecrationis nūc perficitur per citationem eorum,quæ
tunc acta sunt.vnde si tunc per hæc verba non est facta cō
Tertia opi. secratio,nec modo fieret.Et ideo alii dixerunt,ꝙ illa be-
nedictio ex eisdem verbis facta est,quibus modo fit. Sed
Christus ea bis protulit.Primo quidem secrete ad consc-
crandum.secundo manifeste ad instruēdum. Sed nec hoc
stare potest, quia sacerdos consecrat proferens hæc ver-
ba,non vt à Christo in occulta benedictione dicta, sed vt
publice prolata.vnde cum non habeant vim huiusmodi,
verba nisi ex Christi prolatione,videtur,ꝙ etiam Christ⁹
manifeste ea proferens consecrauit.Et ideo alii dixerunt,
Quarta op. Augu. ꝙ euangelistæ non semper eundem ordinem in recitan-
do seruauerunt,quo res sunt gestę.vt patet per Augu.in li
bro de consensu euangelistarum.& in c.nihil obstat.extra
de verborum signifi.vnde intelligendum est ordinem rei
gestæ sic,exprimi posse.Accipiens panem benedixit dicēs
hoc est corpus meum.& demum fregit,& dedit discipu-
lis suis.Sed idem sensus potest esse in verbis euangelii, nō
mutatis.Nam hoc participium dicens cōcomitātiam quā
dam importat verborum prolatorū ad ea,quæ præcedūt,
non autem oportet,ꝙ hæc concomitantia intelligatur so
lum respectu verbi vltimi prolati,quasi Christ⁹ ista verba
protulerit tunc,quando.s. dedit discipulis suis , sed potest
intelligi concomitantia respectu totius præcedentis,vt sit
sensus.dum benediceret, & frangeret , & daret discipulis
Ad tertium suis,hæc verba dixit.Accipite &c.¶ Ad tertiam dicendū,
ꝙ quidem dixerunt hoc sacramentum perfici non posse
prædictis verbis prolatis,& aliis prætermissis præcipue,q̄
sunt in canone missæ.Sed hoc patet esse falsum. Tum ex
verbis Ambrosii supra inductis.Tum etiam , quia canon
missę non est idem apud omnes,nec secundum oīa tem-
pora,sed diuersa sunt a diuersis apposita. vnde dicendum
est,quod,si sacerdos sola verba prædicta proferret , cum
intentione conficiendi hoc sacrificium, perficeretur hoc
sacramentum,quia intentio faceret,vt hæc verba intelli-
gerētur,quasi ex persona Christi prolata,etiam si verbis p̄
cedentibus hoc non recitaretur, grauiter tamen peccaret
sacerdos sic conficiēs hoc sacramētum vt puta ritum eccle
siæ non seruans.Nec est simile de baptismo quod est sacra
mentum necessitatis,defectum autem huius sacramēti po
Ad quartū test supplere spūalis manducatio vt Aug.dicit.¶ Ad quar
tam dicendum,quod in sacramento baptismi minister ali
quem actum exercet,circa vsum materiæ , quæ est de es-
sentia sacramenti,quod non est in hoc sacramēto,& ideo
non est similis ratio.

2 Ad secundum Sic ꝓceditur. †Et videtur quod
hæc non sit cōueniens forma cō
secrationis panis,hoc est corpus meum.¶ Primo sic. ex ca
Primum ar. pitulo præsenti,in quo Ambrosius dī.ꝙ sermo Chri hoc
conficit sacramentum,qui sermo Chri,quo facta sunt oīa
iussit dñs,& facta sunt cœli,& terra.ergo forma huius sa-
cramenti conuenientior esset per verbum imperatiuum
Secundum argu. vt diceretur,hoc sit corpus meum.¶ Secundo sic. per for
mam sacramenti exprimi debet sacramenti effectus, sed
effectus,qui fit in consecratione panis est conuersio sub-
stantiæ panis in corpus Xpi,qui magis exprimitur p hoc
verbum sit,quam per hoc verbum est,ergo in forma con
secrationis debet dici,hoc sit corpus meum . ¶ Tertio p
Tertium ar subiectum huius locutionis importatur id, quod conuer-
titur,sicut per prædicatum importatur conuersionis ter-
minus sicut est,ergo determinatum id,in quod fit conuer
sio,quia non fit conuersio nisi in corpus Christi,ita est de
terminatū id,ꝙ conuertitur.non.n.conuertitur in corpus
Xpi,nisi panis.ergo sicut à parte pdicati ponit̄ nomē.Ita ex
pte subiecti debet poni nomē,vt dicatur hic panis est cor
pus meum.¶ Quarto sicut id in quod terminatur conuer Quartū ar.
sio est determinatæ personæ naturæ, qa ē corpus.ita est ēt
determinatæ personæ, ergo ad determinandum personā
debet dici hoc est corpus Christi.¶ Quinto in verbis for Quintū ar.
mæ non debet poni aliquid,quod non sit de substantia ei⁹
inconuenienter.ergo additur in quibusdam libris hæc cō
iunctio.n.quæ non est de substantia formæ.¶ In oppositū Opponit &
est textus præsens &c. ¶ Respondeo dicendum,ꝙ hæc est Respondet
conueniens forma consecrationis panis hoc est, corpus
meum.patet,quoniam nulla conuenientior esse potest,q̄
ea,qua dominus in consecrando vsus est. Est autem vsus
hac forma,vt patet Matth.26.& hoc testatur Beatus Am-
brosius in hoc capitulo cuius formæ cōuenientia sic ostē
ditur secundum S.Thomam in parte tertia.dictum est au S. Thomas
tem superius,quod hæc consecratio consistit in cōuersio
ne substantiæ panis in corpus Christi.oportet autem for
mam sacramenti significare id,ꝙ in sacramēto efficitur.
vnde,& forma consecrationis panis debet significare ip-
sam conuersionē in corpus Christi,in qua tria consideran
tur.s.ipsa cōuersio,terminus à quo,& terminus ad quem.
3 †Conuersio autem potest fieri tripliciter, vno modo, vt
in fieri.Alio modo,vt in facto esse.Non autem debuit si-
gnificari conuersio in hac forma,vt in fieri,sed vt in facto
esse.Primo quidem,quia hæc conuersio non est successi-
ua,vt supra habitum est,sed instantanea.In huiusmodi au
tem mutationibus fieri non est.nisi factum esse.Secundo,
quia ita se habent formæ sacrales ad significandū effectū
4 sacramenti,sicut se habent.formæ artificiales ad præsentā
dum effectum artis.†forma autem artificialis est similitu-
do vltimi effectus,in quem fertur intentio artificis. Sicut
forma artis ī mēte ædificatoris est forma domus ædificatę
principaliter.ædificatoris autem per consequens,vnde in
hac forma debet exprimi conuersio , vt in facto esse ad
quod fertur intentio. Et qa ipsa conuersio exprimitur in
hac forma,vt in facto esse,necesse est,ꝙ extrema conuer-
sionis significentur,vt se habent in facto esse conuersio-
nis,tunc autem terminus in quem habet propriam natu-
ram suæ substantiæ.Sed terminus à quo non manet secun
dum suam substantiam,sed solum secundum accidentia,
quibus sensui subiacet,& ad sensum determinari potest.
vnde conuenienter terminus conuersionis à quo exprimi
tur per pronomen determinatum relatum ad accidentia
sensibilia,q̄ manent.Terminus aūt ad quē exprimitur per
nomen significans naturam eius in quod fit cōuersio , qd
qdem,& totum corpus Christi,& nō sola caro eius,vt di-
ctum est.vnde hæc forma est cōuenientissima.hoc est cor
pus meum.¶ Ad rationes.Ad primam dicendum , quod Ad primum arg.
sermo Dei operatus est in creatione rerum,qui etiam ope
ratur in hac consecratione,aliter tamen,& aliter.Nā ope
ratur hic sacramentaliter.i. secundum vim significatio-
nis,& ideo oportet in hoc sermone significari vltimum
effectum consecrationis per verbum substantiuum indi-
catiui modi,& præsentis temporis.Sed in creatione rerū
operatus est solum effectiue, q̄ quidē efficiētia est per im
perium suæ sapientiæ,& ideo in creatione rerum expri-
mitur sermo dominicus per verbum imperatiui modi se-
cundum illud Genesi.1.fiat lux,& facta est lux.¶ Ad secū Ad scdum
dam dicendum,quod fieri non est vltimus effectus conse
crationis,sed factum esse.vt dictum est.& ideo hoc potius
exprimi debet in forma.¶ Ad tertiam dicendum , quod
terminus à quo in ipso facto esse conuersionis nō retinet Ad tertium
naturam suæ substantiæ,sicut terminus ad quem . & ideo
non est simile. ¶ Ad quartam dicendum , quod per hoc
pronomen meum,quod includit denominationem pri- Primum ar.
mæ personæ,quæ est persona loquentis,sufficienter expri
mit̄ persona Christi,ex cuius persona hæc proferuntur, vt
dictum est. ¶ Ad quintam dicendum,†quod hæc coniun
5 ctio.n.importat ordinem consecrationis ad vsum mate- Ad quītum
riæ consecratę,& ideo sicut verba,quæ pertinent ad vsum
non sunt de forma,ita nec prædicta coniunctio,sed appo
ni debet secundum vsum Romanæ ecclesiæ, quæ à Beato
Petro initium sumpsit supra 21.dist.c.in nouo. Nec est si-
mile de hoc sacramento & de alijs.verba.n.huius formę p
feruntur

feruntur à ministro in persona Christi, quasi recitatiue, & ideo oportet apponere continuationem ad recitationem præmissam, quam facit coniunctio.n. Aliorum autem sacramentorum formæ ex persona ministri preferuntur, & ideo non oportet interponere aliquid quod nõ sit de forma, ratione continuationis cum absolute proferantur.

6 **Ad tertium** Sic ꝓceditur.†Et videtur quod hæc non sit conueniens forma consecrationis vini. Hic est calix sanguinis mei noui, & æterni testamenti mysterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Primum ar. ¶ Primo sic. ex capitulo præsenti, vbi Be. Ambrosius dr̃ verba Christi fuisse ista in cõsecratione calicis. accipite bibite ex eo omnes, hic.n. est sanguis meus. Et idem magister sententiarum in quarta d.8. dr̃, ꝙ illa est forma. Secũdm arg. ¶ Secundo sic. sicut panis cõuertitur in corpus Chr̃i ex vi cõsecrationis, ita, & vinum in sanguinem Christi, sicut ex prædictis patet. sed in forma consecrationis panis ponitur in recto corpus Christi, nec aliquid aliud additur. inconuenienter ergo in hac forma sanguis Christi ponitur in obliquo, & additur calix in recto cum dr̃. hic est calix sanguinis mei. Tertium ar. ¶ Tertio sic. Non sunt maioris efficaciæ verba, quæ proferuntur in cõsecratione panis, quam ea, quæ proferuntur in cõsecratione vini, cum vtraque sint verba Christi. sed dicto hoc, est corpus meum, est perfecta consecratio panis. ergo statim cũ dictum est. Hic est calix sanguinis mei, est perfecta consecratio sanguinis, & ita ea, quæ sequuntur non videntur esse de substantia formæ, præsertim cum pertineant ad proprietates huius sacramenti. Quartũ ar. ¶ Quarto testamentum nouũ pertinere videtur ad internam inspirationem, vt patet ex hoc, quod apostolus ad Hæbr.8. introducit verba, quæ habentur in Hiere.c.1. Consummabo super domum Israel testamentum nouum dando leges meas in mentibus eorum. Sacramentum autem exterius visibile agitur. inconuenienter ergo in forma sacramenti dr̃ noui testamenti. Quintũ ar. ¶ Quinto. nouum dr̃ aliquid ex eo, quod est prope principiũ sui esse, æternũ aũt non habet principiũ sui esse, ergo inconuenienter dr̃ noui testamenti, & æterni, quod videtur implicare contradictionem. Sextum ar. ¶ Sexto sic. Occasiones erroris sunt hoĩbus subtrahendæ secundũ illud Esa.7. auferte offendicula de via populi mei, sed quidã errauerũt existimantes mystice esse solum corpus, & sanguinẽ Christi in hoc sacramento, ergo in hac forma inconuenienter ponitur mysterium fidei. Septimum argu. ¶ Septimo. Supradictum est, ꝙ sicut baptismus est sacramentum fidei, ita eucharistia est, sacramentum charitatis, ergo in hac forma magis debuit addi charitas, quã fides. Octauũ ar. ¶ Octauo totũ hoc sacrm̃, & quantum ad corpus & quãtũ ad sanguinem est memoriale dominicæ passionis ꝫm illud 1. ad Cor.11. Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annuntiabitis. Non ergo in forma consecrationis sanginis Chr̃i debuit fieri mentio de passione Christi, & de eius fructu, quam in forma consecrationis corporis præsertim cum Lucæ 22. dominus dixerit, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Nonum ar. ¶ Nono passio Christi (vt supra habitum est) ad sufficientiam profuit oĩbus, quantum vero ad efficaciam profuit multis. debuit ergo dici qui effundetur pro oĩbus, aut pro multis, sine hoc, ꝙ adderetur pro vobis. Decimum arg. ¶ Decimo verba quibus hoc sacramentum conficitur efficaciam habẽt ex institutione Xp̃i, sed nullus euangelista recitat Christum hæc omnia dixisse. ergo non est conueniẽs forma consecrationis vini. Opponit in contrarium ¶ In oppositum est, ꝙ ecclesia ab apostolis instructa vtitur hac forma in consecratione vini, quæ putatur à Christo tradita & per apostolos promulgata, vt patet ex. de celebratio. missa. c. cum Marthe. Respondet. ¶ Respondeo dicendum, quod circa hanc formam duplex est opinio. Prima opp. Quidam.n. dixerunt, qđ de substantia huius formæ est hoc solum, quod dr̃. hic est calix sanguinis mei, non autem ea, quæ sequuntur, vt forma vtriusque consecrationis sit consimilis. Pro quã opin. adducuntur quatuor rõnes prout dñs Durãdus, & Petrus de Palude inducunt. Prima rõ. ¶ Prima est in illis verbis præcise cõsistit sacri huius forma, quæ sunt expressiua totius effectꝰ cõtenti in hoc sacro, sed hæc sunt, hoc est corpus meũ, respectu consecrationis panis. & hic est calix sanguinis mei respectu consecrationis sanguinis, seu vini. ergo in his verbis præcise consistit forma huius sacramenti. maior patet cũ hoc sacramentum consistat in consecratione materiæ. Et minor similiter patet, quia quicquid est in consecrata materia exprimitur sufficienter per verba prædicta. Secũda rõ. ¶ Secunda rõ. verba pertinentia ad vsum huius sacramenti magis pertinent ad integritatem formæ, quam verba pertinentia ad eius effectum, quia inter hoc sacramẽtum, quod consistit in consecratione materiæ, & eius effectum vsus est medius, sed verba pertinentia ad vsum non sunt de integritate formæ, vt illud, accipite & mãducate, ergo multo minus verba pertinentia ad eius effectum. talia autem sunt illa, quæ adduntur, vt noui, & æterni testamenti, vsque in remissionem peccatorum. ergo nõ sunt de essentia formæ. Tertia rõ. ¶ Tertia rõ. in consecratione corporis forma consistit præcise in illis verbis, hoc est corpus meum, ergo cum ista verba. s. hic est calix sanguinis mei. vel hic est sanguis meus, non sint minoris efficaciæ, videtur ꝙ præcise consistat in his verbis nihil addẽdo. Quarta rõ. ¶ Quarta rõ, quia latini confitentur græcos conficere sicut & baptizare, sed ipsi in consecratione sanguinis non addunt omnia illa verba, ergo &c. Secũda opi. ¶ Aliorum est opinio, quod in illis verbis, hic est calix sanguinis mei. non consistit tota forma consecrationis vini, sed in oĩbus illis verbis, quæ ibi continentur vsq; in remissionem peccatorum inclusiue, & huius opinionis est S. Thom. tam in quarto dis.8. quam in 3. parte q.78. ad quod induxit duas rationes. S. Thoma. Prima rõ. ¶ Prima est, quia cum forma sacramẽti sit enũtiatiua, quicquid est de integritate enuntiationis, est de integritate cõsecrationis, sed illud totum inclusiue vsque in remissionem peccatorum, est de integritate enuntiationis, cum sit determinatio prædicati, ergo est de essentia formæ. Secũa rõ. ¶ Secunda est, quia sub eodem ꝓfertur totum à principio vsq; in finem dicendo, hic ẽ calix sanguinis mei noui, & æterni testamenti, vsq; in remissionem peccatorum. quod non fieret nisi totum pertineret ad formam consecrationis. ergo &c. ¶ Sed quidẽ fautores primæ opinionis dicunt ad rõnes S. Tho. illas non valere. Non primam, quia determinatio ẽt prædicati est, quod ꝓ vobis tradetur, & tamen non est de essentia formę. Sir̃ secunda rõ non valet dicunt, quia non quæcunque dicuntur eodem ritu sunt de essentia. sicut accepit panẽ & huiusmodi, quæ non sunt de essentia. Sed hæ impugnationes parum militant. Non prima, nam determinatio illa, quod pro vobis, non ponitur in forma consecrationis panis, licet ponatur in historia euangelij. Alia vero determinatio ponitur in forma calicis licet ponatur ibi plus quam in historia. quia neq; intentio euangelistarum fuit ponere formas sacrorum, sed magis formas dictorũ. Nec secunda rõ valet, quia nõ oĩa, quę pertinent ad ritũ sunt de substantia, sed illa solũ, quæ significant illa, q̃ ad essentiam pertinent, vel ex parte subiecti, vel ex ꝑte prædicati, & sub eodem ritu proferuntur. & de talibus intelligitur assumptum rõnis inductæ S. Thomæ de quibus verbis sunt illa noui, & æterni testamenti &c. Confirmatur etiam opinio S. Thomæ, quia in missali Ambrosiano, vt dicunt totũ illud. s. Hic est & cætera, vsque in remissionem a peccatorum inclusiue scriptum est literis aureis, sicut illud, hoc est corpus meũ. Nec obstat si dicatur, quod ẽt.n. est scriptum literis aureis, & tamen non est de essentia. quia hoc est, ga in medio partium essentialium formæ, & ne viderentur duæ formæ, & ideo factum est. ista etiam opinio dicens non in illis solis verbis. s. hic est calix sanguinis mei. consistere formam huius sacramenti, sed in oĩbus alijs verbis sequẽtibus, vsque ad remissionẽ peccatorũ inclusiue, est securior tali rõne, quam ponit Duran. in 1. Cũ Xp̃s non expressit clare in libris sacri canonis, nec ẽt determinauit, quę verba pręcise censentur de consecratione sanguinis, periculum vr esse dicere, illa verba ꝓcise esse de forma consecrationis sanguinis, & ista non. quia periculum est in tali materia asserere, quod nescitur. sed periculum non est ignorare quod non determinatur. iam nũc restat soluere rõnes q̃ inductæ sunt pro contraria opinione. ¶ Ad primam dicendum, ꝙ maior est falsa, quia in illis verbis, quę Chr̃s instituit consistit forma, & non in medietate illorum quãuis contineãt totum effectum. Si.n. dicam. Ego baptizo te, & nihil plus, non est baptismus quamuis id, quod additur, in nomine patris &c. non pertineat ad effectum, sed ad causam. Similiter si dicatur. confirmo te, & nõ addatur cõsigno te &c. non est confirmatio. Sir̃ ita est in proposito, quia ex ritu Romanæ ecclesiæ ab apostolis tradito supponimus sicut acceperunt à domino, quod illa verba dicãtur sub eodem ritu,

a ¶ Remissionẽ. Remissiones ad quid valeant, vide P. de Anc. in c. quod autẽ nu.3. de pœni. & remis.

Durandus.

Ad primum rõnem cõtrariæ opinionis.

ritu, ideo dicimus, quod illis oĩbus, & non paucioribus posse consecrari. ¶ Respondeo secundo negando minorẽ dicimus.n.ꝙ per illa verba tantum. hic est calix sanguinis & cætera. Non sufficienter exprimitur effectus sacramenti eo modo, quo consecratur sanguis Christi sub spẽb. pani, consecratur autem, vt est per passionem effusus, de cuius rõne, vt sic, videntur esse ista verba prædicta. Noui testamenti &c. per quæ sufficiẽter exprimitur virtus sanguinis Xp̃i in passione effusi. ¶ Ad secundam dicendum, quod verba pertinentia ad effectũ, q causatur ad vsu huius sacramenti inter, quem & sacramentum est vsus medius, non sunt de essentia sacramenti, nec de his verbis fit hic mentio, sed verba pertinẽtia ad effectum sanguinis Christi nõ prout est in sacramento, sed prout fuit fusus in cruce, pertinent ad essentiam pro tanto, quia, vt determinatiua prædicati sunt posita locutione vna, quæ est consecratiua sanguinis, nec est completa, nec per consequẽs, est totalis effectus ante quia significando causant. & de talibus verbis est quæstio hic non de primis. ¶ Ad tertiam dicendũ, ꝙ non est mirum si verba consecrationis panis sine determinatione sufficiunt, quia in consecrando Christus sine determinatione ea ꝓtulit, & talem vim dedit, qui potuit ẽt vni verbo eãdem vim tribuere, si voluisset. Nam quod addidit, quod vobis tradetur, non in consecrando, sed ante, vel post dictum est, vt supponimus ex ritu ecclesiæ, quę nec ante nec post illud dr̃, q̃ tñ in cõsecrãdo nihil de verbis Christi omittit. in cõsecratione aũt sanguinis pro tãto talia verba nõ sufficiũt sine determinatione, quia Christus sine determinatione ea non protulit, sicut protulit prima, & sic voluit proferri, vt ipse ꝓtulit, & sic habere efficaciã sicut tunc habuerunt & non aliter.

*Ad scdum. rationem.* *Ad tertium rationem.*

7 ¶ Et si quæratur, †quare in consecratione sanguinis plus voluit addere determinationem quam in consecratione corporis. Potest dici vt dr̃ Petrus de palude, quod ideo, quia ĩ effusione totali sanguinis fuit consummatum mysterium redemptionis, nõ in traditione corporis, quod die præcedenti factum est, quia in lanceatione expressius significatum est quia de latere Christi formata est ecclesia, sicut de latere Adę dormientis Eua supra 33.q.5. mulier. ¶ Ad quartam dicendũ iuxta Petrum de palude, ꝙ si verum est, ꝙ dr̃. s. ꝙ græci aliqua verba omittant de prædictis, ꝙ ipsi non conficiunt licet baptizarent. nec à latinis græci ipsi non denegãtur cõficere propter mutationem formæ, sed solum dicitur, qđ mutatio qualitatis in materia, quia in fermentato conficiunt non impedit sacramentum, quamuis ipsi econuerso dicant nos, non conficere in azimo. Visa ergo inualitudine rationum præfatarum alterius opinionis. Tenendum videtur cum S. Thom. & alijs doctoribus, quod oĩa prædicta verba sunt de substantia formæ. verum, vt idem S. Th. dr̃ in tertia parte, per prima verba, hic est calix sanguinis mei, significatur ipsa conuersio, vini in sanguinem eo modo quo dictum est in forma consecrationis panis. per verba autem sequentia designantur virtus sanguinis effusi in passione, quæ operatur in hoc sacramento.

*Quæstio.* *respondet. Pet. de Pal.* *Ad quartũ rationem. Pet. de Pal.* *S. Thomas*

8 †quæ quidem ad tria ordinatur. Primo quidem & principaliter ad adipiscendam æternam hæreditatem secundum illud ad Hębr. 11. habemus fiduciam in introitum sanctorum per sanguinem eius. Et ad hoc significandum dr̃ noui testamenti & æterni. secundo ad iustitiam gratiæ, quæ est per fidem secundum ad illud Rom. 3. quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine eius, vt sit ipse iustus, & iustificans eum, qui ex fide est Iesu Chr̃i & quãtum ad hoc subditur mysterium fidei. Tertio autem ad remouendum impedimenta vtriusque prædictorum. s. peccata, secũdum illud ad Hebrę. 10. Sanguis Xp̃i emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis. i. à peccatis, & quantum ad hoc subditur. qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. ¶ Iam dicendũ est ad rõnes principales. Ad primam respondetur, quod forma prædicta instituta ab ecclesia. s. hic est calix sanguinis mei &c. est forma, quæ tenenda est, qa talis creditur tradita à domino ex eo, quod tradita fuit à beato Petro, q fuit cum dño, à quando formã tradidit & ab ipso apostolo Paulo, q accepit à dño per reuelationem notitiam faciendorum, circa hoc sacramentum. vnde 1. ad Cor. 11. Ego accepi à dño, quod & tradidi vobis. vnde Innoc. Romana ecclesia illud semper integra fide seruauit, quod ab ipsis apostolis qui eam principaliter sacris instruxere doctrinis & ecclesiastici ritus regulam docuerunt: Ab istis ergo apostolis B. Petro & Paulo, quos & viuos habuit, & defunctos custodit, hũc sacrificij ritum accepit, quem hactenus inuolabili cultu seruauit. Accipienda erga est forma à canone. quia illa traditur ibi non per modum narrationis, sed institutionis. beatus vero Ambrosius in capitulo præsenti & magister sententiarum loco supra nominato, non intenderunt dare formas, sed referre verba euangelij vt sunt relata ab euangelistis, q non intendebant dare formas sacramentorum, sed narrare diuina verba, & opera, attendentes ad intellectũ nõ ad vocem. Et ideo nec euangelistę in forma conuenerunt vt dr̃ dominus Bonauentura. vnde Ambrosius in hoc cap. non intendit diffinite ponere verba quibus fit consecratio, sed explanare, quod verbis dñi fit. Nec tamen oĩb. verbis, quæ ipse ponit nec eisdem numero, sed eisdem quo ad sensum vt dr̃ S. Tho. ¶ Ad secundam dicendum, quod quia dictum est sanguis seorsum consecratus expresse passionem Xp̃i repręsentat, ideo potius in consecratione sanguinis fit mentio de effectu passionis, quã in consecratione corporis, quod est passionis subiectum, quod etiam designatur in hoc quod dominus dr̃, quod pro vobis tradetur quasi dicat quod ꝓ vobis passioni subijcietur. Ad id vero quod dr̃ ꝙ prædicta verba designent proprietates aliquas sanguinis, quæ cum naturaliter consequantur substantiã rei, vr̃ ꝙ prædicta verba non sint de substantia transsubstantiationis. Respondet S. Tho. in quarto quod quamuis illa quæ sequuntur sint vt proprietates consequentes Xp̃i sanguinem inquantum hmõi sunt, tamen essentiales sanguini Xp̃i inquantum est per passionem effusus. Non autẽ seorsum à corpore consecraretur sanguis Christi, sicut neque aliæ partes eius, nisi ꝓ eo ꝙ est in passione effusus, & ideo illa quæ sequuntur sunt essentialia sanguini prout in hoc sacramento consecratur. & ideo oportet ꝙ sint de substantia formæ. hæc responsio est valde notanda pro intellectu huius qõnis. ¶ Ad tertiam dicendum quod cum

*Ad primum argu.* *Bonauent.* *Ad scdum* *S. Thoma* *Ad tertium*

9 dr̃†, hic est calix sanguinis mei. est locutio figuratiua. & potest dupliciter intelligi. vno modo secũdum metonymiã, qa ponitur continens pro contento, vt sit sensus. Hic sanguis meus contentus in calice de quo fit hic mentio, qa sanguis Chr̃i in hoc sacramento consecratur inquantũ est potus fidelium, quod non importatur in rõne sanguinis, & ideo oportuit hic designari per vas huic vsui accõmodatum. Alio modo potest intelligi secundum metaphorã secundum quod per calicẽ intelligitur sĩtudinarie passio Xp̃i, quæ ad sĩtudinem calicis inebriat, & sua amaritudine quasi hoĩem extra se ponit. secundum illud Thr. no. 3. repleuit me amaritudinib., & inebriauit me absinthio. & hoc modo loquendi vsus est dominus de sua passione loquens videlicet Matth. 26. trãseat à me calix iste. & hic modus loquendi ẽt est conueniens in hac forma, quia (vt dictũ est) in consecratione sanguinis exprimitur directe mysterium passionis. capiendo ergo hoc modo hic nomẽ calix sensus est iste. hic est calix passionis meæ, de qua fit mentio in sanguine seorsum à corpore cõsecrato, quia separatio sanguinis à corpore fuit per passionẽ. ¶ Ad quartam dicendum quod testamentum est dispositio hæreditatis percipiendæ facta filijs à patre. hæreditatem autem cœlestẽ disposuit Deus hoĩbus dandam per virtutem sanguinis Iesu Christi, quia vt dr̃ ad Hebræ. 9. vbi est testamen-

*Ad quĩtum*

10 tum, mors necesse est, vt intercedat testatoris. †Sanguis autem Xp̃i dupliciter est hoĩbus exhibitus. primo quidem in figura, quod pertinet ad vetus testamentum, & ideo apostolus ibidem concludit. vnde nec primum testamẽtum sine sanguine dedicatum est. Quod patet ex hoc qđ sicut dr̃ Exod. 24. lecto oĩ mãdato legis à Moyse, omnem populum aspersit dicens. hic est sanguis testamenti, quem mandauit ad vos Deus. ¶ Secundo autem est exhibitus in rei veritate, quod pertinet ad nouum testamentum. Et hoc est quod apostolus ibidem præmittit dicens. Ideo noui testamenti mediator est Christus, vt morte intercedente repromissionem accipiant, qui vocati sunt æternæ hæreditatis. dr̃ ergo hic sanguis noui testamenti, quia iã non in figura. sed in veritate exhibetur. vnde subditur, qui pro vobis effundetur. ¶ Ad quintam dicendum quod hoc testamentum est nouum rõne exhibitionis. dr̃ autem æternum tam rõne præordinationis Dei æternæ, quã ẽt æternæ hæreditatis, quæ per hoc testamentum disponitur, ipsa etiam persona Xp̃i per cuius sanguinem testamentum disponitur

*Ad quĩtum*

Ad sextum. disponitur est æterna. ¶ Ad sextam dicendū, quod myste
rium hic ponitur si quidem non ad excludendam rei veri
tatem, sed ad ostendēdum occultationem, quia & ipse san
guis Xpi occulto modo est in hoc sacro, & ipsa passio Chri
Ad septimū sti occulte fuit figurata in veteri testamento. ¶ Ad septimā
dicendum, ꝙ dr̄ sacr̄m fidei, qa est quædā fidei protestatio,
hoc autem est sacramētum charitatis, quasi figuratiuum
Ad octauum & effectiuum. ¶ Ad octauam dicēdum ꝙ sicut dictum est
sanguis seorsum consecratus à corpore expressiue repræ
sentat passionem Xpi, & ideo in consecratione sanguinis
fit mentio de passione Xpi, & fructu eius potius, quam in
Ad nonum consecratione corporis. ¶ Ad nonam dicendū, ꝙ sanguis
passionis Christi non solum habet efficaciā in Iudæis ele-
ctis quibus exhibitus est sanguis veteris testamenti, sed et
in gentilibus. Nec in solum sacerdotibus, qui hoc cōficiūt
sacramentum, vel alijs qui sumunt, sed etiam in illis, pro
quibus offertur, & ideo signāter dr̄ pro vobis Iudæis, & ꝓ
multis .s. gentilibus, vel pro vobis manducantibus, & pro
Ad decimū multis pro quibus offertur. ¶ Ad decimam dicendum, ꝙ
euangelistę non intendebant tradere formas sacramento
rum quas in primitiua ecclesia competebat esse occultas,
Diony. vt dr̄ Dionysius in fine ecclesiasticæ hierarchiæ, sed inten-
debant historiā de Christo texere & tamen oīa verba hęc
fere ex diuersis scripturæ locis accipi possunt. Nam ꝙ dr̄
hic est calix habetur Lucæ 22. & primæ ad Cor. 11. Matt.
autem 26. dr̄ hic est sanguis noui testamenti, qui pro mul-
tis effundetur in remissionem peccatorum. Quod autem
additur, æterni, & iterum, mysterium fidei ex traditione
dn̄i habetur quæ ad ecclesiam per apostolos peruenit s̄m
illud 1. ad Cori. 11. Ego. n. accepi à dn̄o, ꝙ & tradidi vobis.

11 Ad quartum Sic proceditur. † Et videtur, quod
Primum ar. prædictis verbis formarum nō in-
sit aliqua vis creata effectiua consecrationis. ¶ Primo sic,
dr̄ Damascenus in quarto libro. Sola virtute sp̄us sancti fit
conuersio panis in corpus Chri. sed virtus sp̄us sancti est,
virtus increata. ergo nulla virtute creata horum verborū
Scd̄m arg. conficitur sacr̄m hoc. ¶ Secūdo sic. Opera miraculosa nō
fiunt aliqua virtute creata, sed sola virtute diuina, sed con
uersio panis & vini in corpus & sanguinē Xpi est opus nō
minus miraculosum, quā creatio rerū, vel et formatio cor
poris Chri in vtero virginali, quæ quidem virtute creata
fieri non potuerunt, ergo neque hoc sacramentum conse
Tertium ar. cratur virtute creata aliqua prædictorum verborū. ¶ Ter
tio sic, faciens & factum causa & causatum debent esse si-
mul, quia quod non est non potest aliquid facere, vel alicu
ius causa existere, sed cum conuersio prædicta fiat in instā
ti, & verba formæ successiue proferuntur quando fit con
uersio verba illa nō possunt simul esse, nisi secundum ali-
quid sui, ergo virtute aliqua quæ insit verbis nō potest fie
Quartū ar. ri hmōi conuersio. ¶ Quarto sic, verba ista non habēt vir
tutem ex seipsis hoc est planum. si ergo habent aliquam
hmōi virtutem, oportet quod eis sit diuinitus data, opor
tet autem hanc virtutem esse simplicem cum eius effect⁹
sit in instanti, simplex autem virtus non potest successiue
dari, & eius subiectum oportet esse simplex, cū ergo ver-
ba prædicta compositionem habeant & successionem, nō
Opponit in cōtrarium potest ipsis talis virtus esse collata &c. ¶ In oppositum est
textus præsentis cap. in quo dr̄ Ambrosius. Si causata est,
vis in sermone domini nostri Iesu Xpi, vt inciperet esse,
quod non erat, quanto magis operatorius est, vt sint quæ
erant, & in aliud commutentur. & sic, quod erat panis an-
te consecrationē, iam corpus Christi est post consecratio
nem, quia sermo Christi creaturam mutat, sed sermo Xpi
est forma prædicta à Christo instituta. & ex eius persona
Respondet. recitata. ergo virtute horum verborum fit trāssubstantia
Prima opp. tio. ¶ Respondeo quod circa hoc est duplex opinio. qui-
dam. n. dixerunt nullam virtutem creatam esse, nec in prę
dictis verbis ad transsubstantiationem faciendum. Nec et
in alijs sacramentorum formis. vel et in ipsis sacramentis
ad inducendos sacramentorum effectus, sed quod dr̄ ali-
quando quod virtute horum verborum fiat transsubstan-
tiatio, dicunt ꝙ virtus verbi extenso nomine dr̄. Non ꝙ
aliqua virtus sit data verbo, per quam operetur. sed ex di-
Cōtra prædictam opinionem. uina institutione hoc firmatum est, vt ad prolationem ho
rum verborum conuersio prædicta fiat diuina virtute tā-
tum. Et sic, etiam dixerunt in oībus alijs sacramētis. ¶ Sed
Secūda opi. Diony. hæc opinio dictis sanctorum repugnat & derogat sacra-
mentorum dignitati nouæ legis. Et ideo dicendum est, ꝙ

in verbis prædictis formalibus huius sacramenti sit quæ-
dam virtus creata ad conuersionem huius sacramenti fa
ciendam, instrumentalis tantum sicut in alijs sacramentis
vnde Dionysius in fine ecclesiasticæ hierarchiæ dr̄ in ipsis
.s. consummatiuis inuocationib. i. formis sacramentorum
esse virtutes operatiuas ex Deo, sed verba prædicta sunt
forma dignissimi sacramēti, ergo est in ipsis aliqua virtus
ad transsubstantiādum. Præterea super illud 1. ad Cor. 11.
Accipite, & comedite dr̄ B. Ambrosius, antequam conse- Ambros.
cratur panis est & vinum, vbi autem verba Christi opera
ta fuerint corpus & sanguis efficitur. Ecce quod dr̄ verba
Xpi operata esse, sed verba prædicta sunt forma huius sa-
cramenti, ergo & cæte. Præterea sacerdos non operatur
ad transsubstantiationem nisi proferendo verba. Si ergo
in verbis non esset virtus ad transsubstantiandum, tunc sa
cerdos non haberet aliquam potestatem conficiendi, &
sic non haberet aliquem ordinem, quæ est quædam pote
stas ad hoc principaliter. dicendum est, ergo quod verbis
prædictis inest aliqua virtus à Deo collata, sed hæc virtus
non est qualitas habens esse completum in natura, qualis
est virtus alicuius principalis agentis, secundum formam
suam, sed habet esse incompletū sicut virtus, quæ est in in-
strumento ex intentione principalis agentis. Contra hanc
sententiam S. Thomæ & domini Alexandri de Halis sunt
aliqui alij doctores. s. dominus Bonauentura in quarto di.
10. & Scotus, & Durandus. verum quia longum esset om Bonauen. Scoti.
nium dicta narrare inducemus nunc quædam dubia, quę Durandus.
mouet dominus Bonauentura circa hanc virtutem, quæ
in verbis illis sacramentalibus ponitur, ad ostendendum
difficultatem intelligēdi virtutem aliquam esse in verbis,
per quorum dubiorum responsiones credimus satisfactū
esse rōnibus & argumentis omnium qui virtutē in verbis
sacramentalibus esse negant. mouent autem dominus Bo
12 nauentura duodecim qōnes circa hanc virtutem. ¶ † Pri-
ma est circa eius essentiam, qd sit, an. s. substātia an, accidēs Prima qō.
& cuius generis & sp̄ei. ¶ Respondetur s̄m S. Tho. quod Respondet. S. Thoma.
est accidens. Et cum quæritur cuius generis & sp̄ei sit, dr̄
quod cum non sit ens cōpletū, nō est per se in aliquo ge-
nere, nisi per reductionem sicut motus reducitur ad illud
genus in quo sunt termini motus, sicut imperfectum ad
perfectum. vnde hæc virtus quæ est in sacramentis re-
ducitur ad idem genus, in quo est virtus principalis agen-
tis, quæ est qualitas, vel in quo esset si in genere esset, quia
virtus iterata nō est in aliquo genere, & reducitur etiam
ad secundam speciem qualitatis, quæ est naturalis poten-
tia & c. ¶ Secunda quæstio est. † In quo genere bonorum
13 sit illa virtus an. s. minorum, vel mediorum, aut maximo Scd̄a qō.
rum. ¶ Respondetur secūdum S. Thomam, quod sicut vir Respondet.
tus prædicta non potest poni in aliquo genere entis, nisi
per reductionem, ita nec constitui in aliquo gradu boni
nisi per reductionē. reducitur. n. ad bona maxima, in qui
bus est gratia, quæ quodammodo est complemētum vir
14 tus quasi finis eius. ¶ Tertia qō † an virtus illa in verbis sa
crametalibus sit, vna vel plures, & si vna quomodo stat in Tertia qō.
diuersis subiectis. ¶ Ad hoc respondetur, quod est vna nec Respondet.
stat in diuersis subiectis. sed in vno si subiectum debeat dr̄
ci, videlicet in vltimo verbo in ordine ad præcedentia.
¶ Quarta qō † cui verbo datur illa virtus. an. s. verbo men Quarta qō.
tali, an in scripto, an in prolatione. ¶ Respon. quod datur Respondet.
verbo in prolatione. ¶ Si dicatur quod verbum quod Xp̄s
protulit iam transiuit, & resumi non potest, nec potest di Opponit
ci ꝙ data sit alteri verbo ꝙ non fuit. ¶ Respondetur quod
virtus illa data fuit nedum verbo vocali Christi, sed etiā Respondet.
oī verbo vocali sacerdotis exprimentis formam illam cō
secrtionis secundum intentionem ecclesiæ & ritum, vnde
dr̄ S. Thom. in 3. parte. q. 78. articulo 5. ꝙ propter infinitā
virtutem Chri sicut ex contactu suo vis regeneratiua pro
uenit non solum ad illas aquas quæ Xp̄m tetigerunt, sed
ad omnes vbique terrarum per oīa futura secula, ita etiā
ex prolatione Xpi hæc verba virtutem consecratiuā sunt
consecuta, à quocunque sacerdote dicantur, ac si Xp̄us ea
principaliter proferret & præsentialiter. hæc ille. ¶ Quin
16 ta q. † cui detur illa virtus an. s. toti prolationi verborum, Quinta qō.
an parti. Si toti, an quęlibet pars habet totam virtutem, an
partem. Si parti alicui tantum detur quæro cui. ¶ Respon
detur quod quodammodo datur toti, & quodammodo Respondet.
parti. toti in vltimo verbo in quo completur totius oratio
nis significatio, & parti. s. vltimo verbo in ordine ad præ-
cedentia.

Sexta qõ. 17 cedentia.¶ Sexta quæstio est† an virtus illa detur subito an successiue, non successiue vt videtur, si subito, aut ergo in principio, aut in medio, aut ĩ fine. si in principio & statim cum est operatur, ergo in principio fit transubstantiatio. ergo etiam si non compleret verba facta erit. similiter in medio. si in fine, sed verbum in fine non est, ergo datur nõ enti. Item si in fine constat, ꝙ verbo desinẽte desinit & virtus, ergo in eodem virtus incipit, & desinit, est, & non est.

Respondet. ¶ Respondetur ꝙ datur subito, ꝙ datur in fine. Et cum arguitur ꝙ tunc verbum non est. negatur hoc, & dr̃ quod in instanti in quo profertur vltimum verbum illud verbum est, & in eo est tota oratio simul sicut in termino completiuo, & ita virtus datur enti. non autem non enti. Et cum arguitur consequenter, ꝙ si in fine datur, sequitur ꝙ in eodem inciperet & desineret esse, & esset, non esset. negatur ista consequentia, quoniam in eodem in quo datur nõ deficit illa virtus sed in sequenti.

Septima qõ 18 ¶ Septima quæstio est. † an sit simplex an composita. Composita non videtur, cũ eius effectus sit in instanti simplex nõ quia eius subiectũ oportet esse simplex. prædicta autem verba cõpositionem habent & successionem.

Respondet. ¶ Respondetur quod virtus illa simplex est. Et ad argumentum in contrarium dr̃ iuxta

S.Tho. Sanc. Thomam quod significatio orationis quamuis relata ad personas quibus fit significatio videtur composita tamen relata ad rem significatam simplex est, inquantum significat vnum quid, & quoniã virtus ista sequitur significationem, ideo in ipso complemento significationis datur. Et per consequens ista virtus simplex est rõne significati, licet in ipsis verbis exterius prolatis sit quædam compositio.

Octaua q. 19 ¶ Octaua qõ†. Quãdiu durat virtus illa, quia si dat̃ verbo vltimo cum illud prolatum deficiat, vr̃ similiter, quod illa virtus nobilis desinat, videtur autem inconueniens, ꝙ Deus sic, tam nobilem rem daret, quæ ita cito desineret esse.

Respondet ¶ Respondetur quod deficit post prolationem vltimæ syllabæ. Et quando dr̃ quod est inconuenies, negatur imo conuenies vt id quod est propter alterum non propter se, illo propter quod est habito desinat esse sicut & columba formata in missione spũs sancti peracto officio suo desijt esse.

Opponit in cõtrarium. ¶ Et si dicatur secundum istam responsionem factum & faciẽs non sint simul. s. virtus conuersiua cum corpore Christi, quod tamen debet esse.

Respondet. ¶ Respõdetur, ꝙ imo sunt simul. Cum. n. conuersio ista non sit successiua, sed instantanea simul sunt fieri & factũ esse. ideo in illo instanti quo virtus verbo datur, facta est cõuersio, ita quod simul est verborum completio virtus collatio, & panis transsubstantiatio.

Nona qõ. 20 ¶ Nona qõ† quando detur illa virtus verbo.

Resp ondet Ad hoc iam patet responsio ex dictis, quod in complemento orationis hoc est in vltimo prolationis.

Decima qõ ¶ Decima qõ est.

21 † Si corrumpitur in quid cedit, aut in aliquid, aut in nihil. in aliquid non, quia est ex aliquo. Si in nihil, tunc videtur contra communem sentẽtiam & sanctorũ & philosophorum, quæ est ꝙ nihil, quod corrumpitur cedit oĩno in nõ ens.

Respondet S.Thomas ¶ Ad hoc respondetur secundum Sanctum Thom. in quæstione de virtutibus in respõsione vnius alterius argumenti quod fit. si charitas corrumpitur per peccatum aut cedit in aliquid, aut in nihil. dr̃. n. quod corrumpi vel generari vel fieri proprie est eius, quod habet esse, & hoc est solum res subsistens. accidentia. n. nõ sunt entia, quia habeãt esse, sed quia eis aliquid est, & ideo fieri, & corrumpi non proprie est accidentium & formarum, sed subiectorum, & ideo corruptibile vel incorruptile non attribuuntur per se accidenti, sed substantiæ. vñ non proprie dr̃ charitas corrumpi in aliquid, vel in nihil. hæc S. Thom.

S.Thomas Et si ista vera sunt de accidentibus habentib. esse stabile & firmum in subiecto, multo magis de accidẽtibus quæ habẽt esse in fluxu quodã cuiusmodi est virtus ista, quæ ponitur in sacramẽtalibus verbis.

Vndecima quæstio. 22 ¶ Vndecima questio est. † vtrum virtus illa agat actione vniuoca vel æquiuoca.

Respondet ¶ Respondetur quod non est necesse dare alterum illorum, quia illa diuisio actionis est principalis virtutis, & non instrumẽtalis. Secundo respondetur ꝙ per reductionem agit actione qua principalis virtus agit vt inquit S.Tho.

Duedecima quæstio. 23 ¶ Duodecima quæstio †. vtrum virtus illa agat educendo obiectualit.

Respondet ¶ Respondetur ꝙ virtus illa cum nihil efficiat circa terminum huius cõuersionis, non dr̃ agere educendo aliqd de aliqua potentia. solum. n. operõnem habet circa substãtiam panis illam conuertendo in corpus Christi.

S.Thoma. Vnde S. Tho. in quarto sic dr̃. virtus illa instrumentalis habet operationem supra substãtiam panis, quia verbum ad elementum accedit dr̃ August. Non est autem causa aliquo modo termini, nec eorum quæ in termino ad quem sunt.

Ale.de Hal. Et hoc idem dr̃ Alexander de Halis sic, virtus illa data verbis non efficit aliquid in corpus Christi, nec circa id, sed efficiẽtia illius est circa elementum conuertendum in corpus Xpi. Et ita patet responsio ad omnia illa dubia. s. iuxta doctrinam S.Tho. & magistri Alexandri de Halis. ¶ Nunc dicendum est ad rõnes principalis quæstionis.

Ad primum argu. Ad primã respõdetur negando consequẽtiã. quia dictio exclusiua adiũcta principali agenti non excludit agens instrumentale, non. n. sequitur, solus hic faber fecit cultellum, ergo hic faber nihil operatus est. virtus. n. ministri non est nisi quædam redundãtia virtutis principalis agentis. vñ ex hoc ꝙ dr̃ ꝙ sola virtute spũs sancti fit huius conuersio non excluditur virtus instrumentalis quæ est in verbis præmissis.

Ad scd̃m. ¶ Ad secũdam dicendum, ꝙ opera miraculosa nulla creatura potest facere quasi agens principale, potest tamen ea facere instrumentaliter, sicut ipse tactus manus Christi sanauit leprosum, & p hunc modum verba eius conuertunt panẽ in corpus ipsius, quod quidem fieri non potuit in conceptione corporis Chr̃i, qua Christus formabatur. vt aliqd à corpore Xpi procedens haberet instrumentalem virtutem ad ipsius corporis formationem, nec fuisset conueniens vt alicui creaturæ conferretur talis virtus propter dignitatem corporis Xpi seruãdam, quod tunc fiebat simpliciter prius non existens quod hic non accidit, & ideo nihil deperit dignitati corporis Christi, si aliqua creatura accipit instrumentalem virtutem operandi in id, quod in corpus Christi transsubstãtiatur. In creatione etiam nõ fuit aliquod extremum in quod instrumentalis actio creaturæ posset terminari. vnde non est simile.

Ad tertium ¶ Ad tertiam dicendum ꝙ virtus hæc conuersiua quæ est in his verbis cũ sit sacramentalis, sequitur significationem vt dictum est. Significatio autem existentis conuersionis cum importat ordinem vnius ad alium nõ potest fieri perditionem, sed oportet quod per orationem fiat cuius partes quanuis successiue proferrantur tamen significatio est tota simul quã complet vltima orationis particula ad modũ vltimæ differentiæ in diffinitionibus. & hac significatione existente in vltimo prolationis instanti fit transsubstantiatio.

Ad quartũ. ¶ Ad quartam dicendum ꝙ significatio orationis quãuis relata ad partes quibus fit videatur cõposita tñ relata ad rẽ significatam simplex est inquantum significat vnum ꝙ licet secundum compositionem huius cum hoc & cum virtus cõuersiua sequatur significationem quæ in prolatione vltimæ dictionis terminatur in vltimo instanti prolationis, verborum prædicta uerba consequuntur hanc uirtutem in ordine tamen ad præcedentia, & hæc uirtus est simplex ratione significati licet in ipsis uerbis exterius prolatis sit quædam compositio ut dictum fuit supra.

24 Ad quintum Sic proceditur. † Et uidetur quod prædictæ locutiones non sunt uere uidelicet hoc est corpus meum, & hic est calix sanguinis mei &c.

Primum ar. ¶ Primo sic. Cum. n. dr̃, hoc est corpus meum ly hoc est demonstratiuum substantiæ, sed secundum prædicta quando profertur hoc pronomen hoc adhuc est substantia panis, qa transsubstantiatio fit in ultimo prolationis uerborum. sed hæc est falsa panis est corpus Chr̃i. ergo etiam hæc est corpus meum.

Scd̃m arg. ¶ Secundo hoc pronomen hoc, facit demonstrationem ad sensum. sed species sensibiles quæ sunt in hoc sacramento neque sunt ipsum corpus Chr̃i, neque accidentia corporis Chr̃i. ergo hęc locutio non potest esse uera. hoc est, corpus meum.

Tertium ar. ¶ Tertio hæc uerba sicut supra dictũ est sua significatione efficiũt conuersionem panis in corpus Christi. Sed causa effectiua p̄ intelligitur effectui. ergo significatio horũ uerborum, præintelligitur conuersioni panis in corpus Christi. sed ante conuersionem hæc est falsa, hoc est corpus meum, ergo simplr̃ est iudicandum quod sit falsa. Et eadem rõ est de hac locutione, hic est calix sanguinis mei.

Opponit in cõtrarium. ¶ In oppositum est tex. præsentis cap. ubi Ambro. testatur illa uerba esse Chr̃i, qui cum de se dicat Ioã. 14. Ego sum ueritas. Patet locutiones istas uerissimas esse.

Respondet. Prima opi. ¶ Respondeo dicendum qđ circa hoc multiplex fuit opinio. Quidam. n. dixerunt, qđ in hac locutione hoc est corpus meum, hæc dictio hoc nullam demonstrationem facit. quia sumitur materialiter, cum recitatiue proferatur. recitat. n. sacerdos dixisse Christum

stum hoc est corpus meum,huius sententiæ, videtur esse Io.glossator supra.e.dist.c.timorem.vbi quærit.quid demonstratur per hoc pronomen hoc. & et commemorat in glo.præsentis cap.Sed hæc positio stare non potest quia secundum hoc verba illa nullum ordinem habent,si non applicarentur ad materiam corporalem præsentem,& ita non perficeretur sacramentum.Præterea ex hoc totaliter non euitatur difficultas huius quæstionis,quia eædem rationes maneat circa primā prolationē, qua Christus hęc verba protulit,quare manifestum est,quod non materialiter,sed significatiue sumebantur.& ideo dicendum est, ꝙ etiam quando accipiuntur à sacerdote & proferuntur significatiue tantum,& non materialiter tantum accipiuntur.Nec obstat,ꝙ sacerdos ēt recitatiue ꝓfert verba à Xpo dicta propter infinitam virtutem Christi,sicut ex cōtactu suæ carnis vis generatiua non solum peruenit ad aquas, q̄ Christum tetigerunt,sed ad omnes vbique terrarum per omnia futura secula.Ita etiam ex prolatione ipsi⁹ Christi hæc verba virtutem consecratiuam sunt consecuta à quocunque sacerdote dicātur, ac si Christus ea præsentialiter ꝓferret.Et ideo alij dixerunt,quod hæc dictio hoc in hac locutione facit demonstrationem non ad sensum, sed ad intellectum.vt sit sensus.hoc est corpus meum.i.per hunc panem, vel per has species significatur corpus meum,vel significatum per hoc est corpus meum.Sed nec hoc stare potest,quia cum in sacramentis hoc efficiatur quod significatur non fieret virtute verborum,siue per hanc formā vt corpus Christi sit in hoc sacramento secundum veritatem,sed solum sicut in signo,quod est hæreticum,vt supra dictum est.Et ideo alij dixerunt,quod hæc dictio hoc facit demonstrationem ad sensum sed intelligitur hæc demonstratio non pro instanti locutionis quo profertur hęc dictio,sed pro vltimo instanti locutionis,sicut cum aliqs dr̄.Nunc taceo hoc aduerbium nunc facit demonstrationem pro instanti immediate sequenti locutionem.Est.n. sensus,ꝙ statim dictis his verbis taceo. Sed nec hoc stare potest.Tum quia secundum hoc significatio horum verborum præsupponeret transsubstātiationem iam factam. ergo virtute verborum non fieret. Tum quia secundum hoc sensus huius locutionis esset.corpus meum est corp⁹ meum,ꝙ prædicta locutio non facit, quia hoc fuit etiam ante prolationem verborum,vnde nec hoc prædicta locutio significat,& ideo aliter dicendum est. Quod sicut prædictum est hæc locutio habet virtutem factiuam conuersionis panis in corpus Christi,& ideo comparatur ad alias locutiones,quæ habent solum vim significatiuam,& non factiuam,sicut comparatur conceptio intellectus practici quæ est factiua rei conceptioni intellectus nostri speculatiui,quæ est accepta rebus. Nam voces sunt signa intellectuū ꝯm Philosophum,& ideo sicut cōceptio intellectus practici non præsupponit rem conceptam,sed facit eam, ita veritas huius locutions non præsupponit rem significatam,sed facit eam.Sic.n.se habet verbum Dei ad res factas per verbum.hæc autem conuersio non fit successiue, sed in instanti,sicut dictum est,& ideo oportet quidem intelligere prædictam locutionem secundum vltimum instans prolationis verborum.Non tamen ita ꝙ præsupponatur per ly hoc, ex parte subiecti id qđ est terminus conuersionis.s.ꝙ corpus Christi,quia iam significatio lotutione præsupponeret entitatem rei,quia tunc esset sensus, ꝙ corpus Christi sit corpus Christi,nec ēt ꝙ fuit ante cōuersionem.s.panis,quia eius significatio impediret veritatē significationis totius locutionis cum terminus à quo non remanet in vltimo locutionis,relinquitur ergo,quod demonstret id,quod communiter se habet quantū ad vtrunque.s.contentum in generali sub istis speciebus.Non.n.faciunt hæc verba,ꝙ corpus Christi sit corpus Xpi, nec qđ panis,sit corpus Christi,sed ꝙ contentum sub istis speciebus quod prius erat panis sit corpus Xpi,& ideo signanter non dr̄ dn̄s hic panis est corpus meum , quod esset secundum intellectum secūdæ opinionis.Nec hoc corpus meū est corpus meum,ꝙ esset ꝯm intellectū tertiæ,sed in generali hoc est corpus meum, nullo nomine apposito ex parte subiecti,sed solo pronomine quod significat substantiā in communi sine qualitate.i.forma determinata.¶ Ad rōnes.Ad primam dicendum ꝙ hæc dictio hoc,demonstrat substantiā,sed absque determinatione ꝓpriȩ naturæ sicut dictum est.¶ Ad secundam dicendum,ꝙ hoc pronomen hoc non demonstrat ipsa accidentia,sed substantiam sub accidentibus contentam,q̄ primo fuit panis, & postea est corpus Chr̄i,ꝙ licet non informetur his accidentibus tn̄ sub eis continetur.¶ Ad tertiam dicēdum, ꝙ significatio huius locutionis præintelligitur rei significatæ ordine naturæ,sicut causa naturaliter prior est effectus, non tamen ordine temporis. quia hæc causa simul secum habet effectum suum & hoc sufficit ad veritatem locutionis.

Cōtra prædictam opinionem. Secūda opi. Cōtra secundam opi.2 Tertia opi. Contra tertiam opi. Quarta op. Ad primu argu. Ad scđm. Ad tertium

25 Ad sextum Sic proceditur.†Et videtur ꝙ prædictę formæ expectent se in operando.

¶ Primo sic.Sicut se habet res ad rem,ita se habet forma ad formam,sed res corporis non est sine re sanguinis,quia non consecratur corpus Chr̄i exāgue,ergo nec forma corporis operatur siue forma sanguinis.¶ Secūdo hoc sacramentum est vnum,sed propter vnitatem sacramenti spēs duæ.s.panis & vini se habent in rōne vnius signi, vt dictū est,ergo à simili duæ formæ se habēt in rōne vnius formę, sed in vna forma partes se expectāt,inuicem ad agendum vt dictum est,ergo & forma corporis expectat formā sanguinis.¶ Tertio in baptismo tres immersiones se expectant in agendo,ergo & similiter hæ duæ plorationes verborum.¶ In oppositum est tex.præsentis cap.vbi beatus Ambro.ait,ꝙ prolatis verbis Xpi.s.hoc est corpus meum. statim est corpus Christi.Præterea si statim in verbis prolatis quando est orationis significatio non est ibi verum corpus Christi,hæc esset falsa, hoc est corpus meum . sed in sacramento veritatis non contingit aliquid esse falsum, ergo forma prima non expectat. secundam in operando.¶ Secundo hostia non esset adoranda ante consecrationem,sed secundum communem morem ecclesiæ statim dictis primis verbis formæ super panem ante formam sanguinis eleuatur hostia à populo adoranda.ergo ante formam sanguinis hostia est consecrata.¶ Respondeo dicendum,ꝙ quidam antiqui doctores dixerunt,quod hæ duę formæ.s.consecrationis panis,& vini se inuicem expectāt in agendo,ita.s.ꝙ prima non perficit suum effectum antequam proferatur alia.Sed hoc stare non potest,quia(sicut dictum est)ad veritatem huius locutions, hoc est corpus meum,requiritur propter verbum præsentis temporis ꝙ res significata simul cum tempore sit cum ipsa significatione locutionis,alioqui si in futurum expectaretur res significata apponeretur verbum futuri temporis, non autem verbum præsentis temporis.ita.s.ꝙ nō diceretur,hoc est corpus meum.sed hoc erit corpur meum.Significatio autem huius locutionis completur statim cōpleta prolatione horum verborum,& ideo oportet rem significatā statim adesse,quæ quidem est effectus huius sacramēti. Alioqui locutio non esset vera.Est etiam hæc positio contra ritum ecclesiæ,quę statim post prolationem verborum corpus Xpi adorat.vnde dicendum est quod prima forma nō expectat secundam in agendo,sed statim habet suum effectum.¶ Ad rationes.Ad primam dicendum est,ꝙ hac ratione videntur fuisse decepti hi,qui prædictam positionē posuerunt.vnde intelligendum est, ꝙ in hoc sacramento dupliciter aliquid continetur, scilicet ex vi sacramenti & ex naturali concomitantia, & quia sacramentum est institutum in vsum fidelium. Ideo ex vi sacramenti continetur in hoc sacramento quod in vsum fidelium venit, & quia in pane consecrato non continetur sanguis Christi secundum quod est in vsum potus fidelium, ideo nō cōtinetur ibi ex vi sacramenti, sed ex naturali concomitantia,qua conuenit vt corpus Christi non sit sine sanguine, & cconuerso est de vino consecrato.vnde panis non conuertitur per vim primorum verborum in corpus exāgue, sed in corpus sine sanguine veniente in vsum potus fidelium,secundum hoc debet intelligi quod dr̄.extra de summa tri.& fi.ca.c.1.§.vna autem.transsubstantiatis pane in corpus,& vino in sanguinem.s.ex vi sacramēti quodlibet

26 transsubstantiatur in vtrunque.†Causa autem quare diuisim corpus à sanguine consecratur cum nunc non sit diuisus potest sumi,vt dr̄ Petrus de palude, & in vsu ad quem est sacramentum,quia manducatio in cibo & potu consistit,& ex eo quod per sacramentum repræsentatur quod est passio Chr̄i,quia in passione sanguis Chr̄i a corpore diuisus fuit.¶ Ad secundam dicendū,quod duæ formæ non pertinent in hoc sacramento ad vnum sacramentum quasi vnam formam constituant,sicut ex diuersis dictionibus constituitur vna forma.sed pertinet ad vnum sacramentū mediantibus

Primum ar. Scđm arg. Tertium ar. Opponit in contrarium Scđa opin. Respondet. Ad primum arg. Ad scđum.

mediantibus diuersis partibus huius sacramenti, & ideo vtraque habet seorsum effectum suum supra partem ad quam ordinatur. Ad tertium ¶ Ad tertiam dicendum, quod tres immersiones referũtur ad vnum characterem qui est res sacramentum in baptismo, sed diuersæ formæ referuntur ad diuersa, quæ sunt res & sacramentum hic & ideo non est simile.

27 Ad septimum Sic proceditur. † Et videtur, qđ verba consecrationis panis & vini omissis omnibus alijs præcedentibus siue sequentibus ipsas formas in canone missæ vim habeant cõficiendi, & videtur quod non. Primum ar ¶ Primo sic. In hoc sacramento requiritur intentio faciendi id, quod facit ecclesia, & sic, intentio debet esse secundum statuta ecclesiæ regulata, sed proferens hæc verba tantum non seruat ecclesiæ statuta. ergo non conficit. Scđm arg. ¶ Secundo verba quibus fit consecratio per se prolata ad personam dicentis referuntur. sed conuersio panis & vini non fit in corpus & sanguinem dicentis, sed in corpus & sanguinem Christi, ergo sine verbis præmissis quibus verba formæ determinantur ad personã Christi scilicet. Qui pridie quam pateretur & cætera. non potest fieri conuersio. Tertium ar ¶ Tertio si verbis prædictis tantum posset fieri consecratio, tunc aliquis in periculo mortis existens posset licite sine verbis præcedentibus conficere. Sicut aliquis in necessitate potest baptizare omissis illis, quæ sunt ad decorem sacramenti. sed hoc nunquam licet, ergo sine verbis alijs ista non habent vim conuertendi. Opponit in cõtrarium. ¶ In oppositum est textus præsentis capituli, vbi Ambrosius ita dicit. Consecratio autem quibus verbis & quibus sermonibus est domini Iesu, nam per reliqua omnia quæ dicuntur laus Deo defertur, oratione petitur pro populo, pro regibus, pro cæteris. vbi autem sacramentum conficitur, iam non suis verbis sacerdos, sed vtitur sermonibus Christi. Respondet ¶ Respondeo dicendum quod quidam dixerunt quod ista verba in quibus forma consistit (vt dictum est) si per se dicantur sine alijs, non faciunt conuersionẽ, ad minus quæ sunt in canone missæ. sed hoc non videtur probabile, quia secundum Augustinum. Augus. Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. verbum autem quo accedente ad elementum fit sacramentum à sanctis dicitur esse verbum Saluatoris. vnde alia sunt de solennitate sacramenti non de necessitate. Et ideo cum alijs dicendũ est, quod in his verbis sine alijs potest confici corpus Christi, quamuis grauiter peccaret, qui hoc faceret. Et quod hæc sit opinio verior patet ex isto, quod non est idem canon missæ apud omnes, & secundum diuersa tempora diuersa sunt in canone missæ superaddita. Ad primum argu. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum, quod ad sacramentum requiritur intentio faciendi, quod facit ecclesia in essentialibus sacramenti. Non autem in his quæ pertinent ad decorem vel solẽnitatem sacramenti, sicut in baptismo patet. Ad scđm. ¶ Ad secundam dicendum, quod ex ipsa intentione proferentis possunt verba formæ ad personam Christi referri etiã verbis aliis non præmissis, si sacerdos verba prædicta in persona Christi dicere intenderet. Ad tertium ¶ Ad tertiam dicen-
28 dum † quod baptismus est sacramentum necessitatis, & ideo concessum est vt imminente necessitatis articulo possit aliquis baptizare sine solennitate ab ecclesia instituta. Secus autem est de hoc sacramento, quia alicui in necessitate constituto sufficeret spiritualiter manducare si sacramentaliter manducare non posset, & ideo in nullo casu à peccato excusaretur. Pet.de Pal. vnde dicit Petrus de palude, ꝙ in nulla necessitate licet celebrare si desit aliquod istorum quæ de præcepto ecclesiæ & generali vsu seruantur in celebratione huius sacramenti siue vestimenta, siue huiusmodi, quæ tamen non sunt de essentia. Exponit literam. Lege. ¶ [Sacramentorum] in plurali loquitur, quia materialiter dicitur plura propter pluralitatem specierum, vnum tamen est sacramentum, sicut circa principium supra huius distinctione dictum est [de pane] ista est impropria quia ista præpositio de, denotat consubstantialitatem, quæ non est inter panem, & corpus Christi. Panis enim non est materia eius. potest autem ly de, exponi pro ex, ita vt sit sensus. [de pane] id est, ex pane. Ista magis conceditur secundum quod ex, tantum dicit ordinem terminorum conuersionis. Sed de istis propositionibus infra eadem distinctione circa capitulũ non omnis panis. plenius dicemus [Sermonibus Christi] hoc est corpus. Quod autem hic dicit Glossa Ioannis de ficonia & supra in capitulo timorem eadem distinctione Ioan. Teutonicus notauerat, quod sacerdos non vtitur his verbis significatiue, sed materialiter falsum dicit, sicut patet ex his quæ dicta sunt circa quintam quæstionem. Contra gl. & Ioannis. [Quis sermo.] secunda pars videtur quod hæc probatio non valeat, quia sermo quo omnia facta sunt ex nihilo, est verbũ increatum. Ioannes primo. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Nunc autem loqui debuit de verbo creato, scilicet ex forma sacramenti, videlicet hoc est corpus meum. Respondetur quod probatio est sufficiens, quia licet autoritas huius virtutis resideat in verbo increato est nihilominus in verbo creato, instrumentaliter, vt dictum est in quæstione quarta. [vt sint] id est, permaneant quantum ad speciem. [Quod erat panis] Ista etiam est impropria cum videatur, exprimere aliquod vnum subiectum sub vtroque terminorum quod hic non est, sed exponenda est sic, vt dicit Sanctus Thomas. S.Thom. quod est sub speciebus panis primo fuit panis & postea corpus Christi. plenius tamen videatur infra capitulo non omnis. [Sed forte.] tertia pars. [speciem] id est substantiam siue naturam [sanguinis sicut] Respondet sicut [similitudinem mortis] scilicet in baptismo. vt infra eadem distinctio. vtrum [vbi nihil rationabilius.] ad Romanos tertio, quicunque baptizati sumus in Christo Iesu in morte ipsius baptizati sumus, & sequitur. ita & vos existimate mortuos quidem esse peccato viuentes autem in Christo [Nullus horror.] supra eadem distinctio. capitulo forte [pretium] id est effectum vsque ad accipite. Non tamen intelligas omnia verba Christi esse de forma consecrationis. [Edite & hic est sanguis meus] videntur ista duo falsa, de primo patet, quia non dicitur in euangelio edite, sed manducate. Secundo patet, quia non dicitur hic est sanguis. Sed hic est calix sanguinis mei. Opponit in cõtrarium Respondet. S.Thom Respondet. secundum Sanctum Thomam, quod Ambrosius in hoc capitulo non intendit diffinite ponere verba quibus fit consecratio, sed explanare, quod verbis domini fit, non tamen omnibus verbis, quæ ipse ponit, nec eisdem numero, sed eisdem quo ad sensum [Ergo vides] concludit veritatem corporis Christi sub sacramento ex duobus, primo ex potentia Dei, quę potest vniuersa conuertere. Non enim est impossibile apud Deum omne verbum. Lucæ primo. Secundo ex testimonio Christi, qui cum sit veritas de eius verbis dubitare non licet.

1 *Species sacramenti eucharistiæ an possint nutrire corpus humanum.*

2 *Panis dupliciter potest dici in sacramento facta consecratione.*

3 *Ecclesia quotidie reficitur corpore Christi.*




On iste panis. Sequitur decimanona pars huius distionis, in qua postquam magister Gratianus ostendit veritatem huius sacramenti, consequenter per multa capitula ostendit effectum eius multiplicem. Diuisio. Et diuiditur in tres partes. In prima ponit ex authoritate beati Ambrosii quod iste panis non est, qui in refectionem corporis assumitur: sed est panis vitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulcit. In secunda ex hac vtilitate persuadet ad frequentationem eius. In tertia admonet vt sic, sanctè & virtuosè, quis viuat, vt illum quotidie mereatur accipere. Secunda ibi, Accipe quotidie. Tertia ibi, sic viue. ¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli. Quæri-
1 tur. ¶ † Vtrum species huius sacramenti possint nutrire corpus humanum. Quæstio. de frequentatione vero eius satis dictum est superius capitulo quotidie eadem distinctio. de effectibus vero in sequentibus capitulis erit sermo. ¶ Circa hoc sic, proceditur. Et videtur quod non. Primum ar. Primo ex textu præsenti, vbi dicitur beatus Ambrosius. quod iste panis non vadit in corpus, sed est panis vitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulcit. sed omne quod nutrit vadit in corpus, ergo panis iste non nutrit, & eadem rõ est de vino. Scđm arg. ¶ Secundo sic. Sicut dicitur in libro de generatione ex eisdem nutrimur, ex quibus sumus. Species autem sacramentales sunt accidentia, ex quibus homo nõ

constat. Non. n. accidens est pars substantiæ. ergo videtur quod species sacramentales nutrire non possunt. ¶ Tertio (Tertium ar.) philosophus dicit secundo de anima, ꝙ alimentum nutrit prout est quædam substantia, auget autem prout est aliqd quantum, sed species sacramentales non sunt substãtia. ergo non possunt nutrire. ¶ Quarto omne quod nutrit quo (Quartũ ar.) cunque modo soluit ieiunium, si ergo species istę nutrirẽt soluerent ieiunium, & sic post sumptionem corporis Xp̄i non posset aliquis communicare, quod est falsum. ¶ In op (Opponit in cõtrarium.) positum est quod habetur 1. Cor. 11. vbi apostolus loquẽs de hoc sacramento dicit. Alius quidem esurit, alius ebrius est. vbi dr̄ glo. hos notat qui post celebrationem sacri mysterij & consecrationem panis & vini suas oblationes vendicabant, & alijs non communicantes sibi solis sumebant ita etiam vt inebriarentur, quod quidem non potest contingere. si sacramentales species nõ nutrirent. ergo species sacramentales nutriunt. ¶ Secundò sic. Nihil aufert famem, (Secũda op.) vel sitim, nisi quod nutrit. sed sensibiliter reperiri potest ꝙ ex potu illo sitis tollitur præcipue si in multa quãtitate sumatur. ergo nutriunt species illæ. ¶ Respondeo di (Respondet. Prima opi.) cendum, quòd circa materiam illam varia fuit opinio doctorum. Quidam. n. dixerunt, ꝙ spẽs illę non nutriunt, sed reficiunt, & inebriant ex sola immutatione accidentali, sicut aliqui inebriantur odore vini, & reficiuntur & famẽ amittunt ex sapore & odore. Sed talis opĩo nõ potest esse, quia talis immutatio quamuis ad horam reficiat nõ tamẽ diu sufficit hoĩ cuius corpus propter continuam deperditionem restauratione indiget, & ita talis refectio sustentare hominem non potest, quod tamen facerent species illæ (Scd̄a opin.) si in magna quãtitate sumerentur. Et ideo alij dixerunt, ꝙ forma substantialis manet panis, & illa, eadem habet operationem, quam habebat panis, & ideo nutrit sicut panis nutriret. Sed hæc positio non potest stare. Tum quia non remanet forma substãtialis panis, sicut supra habitum est. Tum quia non est actus formæ nutrire sed magis materię quæ accipit formam nutriti. vnde dr̄ in secũdo de anima, ꝙ nutrimentum in principio est dissimile, in fine autem (Tertia opi.) simile. Ideo alij dixerunt, & sanius. ꝙ species sacramentales vere nutriunt. Pro quo notandum, ꝙ cum vnusquisq; agat inquantum est ens actu consequens est, vt vnũquodque sicut se habet ad esse, ita se habet ad agere, quia ergo speciebus sacramentalibus datum est diuina virtute vt maneant in suo esse, quod habebant substantia panis, & vini existente, cõsequens etiam est, ꝙ remaneant in suo agere, & ideo oẽm actionem quã potuerunt agere substantia panis & vini existente, possunt etiã agere substantia panis & vini transeunte in corpus & sanguinem Christi. vnde sicut in illis conuenit aliquid generari, ita ex illis conuenit aliquid generari, ita illis potest aliquid nutriri. de hac materia plenius dicemus infra e. d. c. qui non bene. ¶ Ad rõnes.

2 Ad primam respondetur ꝙ facta consecratione dupliciter (Ad primum argu. Greg.) potest dici panis in hoc sacro. Primo modo species panis quæ retinet nomen siue vocabulum prioris substantiæ vt Greg. dicit in homilia paschali, & habetur supra. e. di. c. species. Alio modo potest dici panis ipsum corpus Christi verum, ꝙ est panis mysticus de cœlo descendens secundum illud Io. 6. Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendit. Ambro. ergo cum dicit, ꝙ panis iste non transit in corpus loquitur de pane secundo modo dicto. i. de corpore Christi vero, hoc. n. non conuertitur in corpus hominis, sed reficit mentem eius. Non autẽ loquitur de pane primo modo dicto, quia species tales in corpus comedentis conuertuntur, sic etiam in aliud corpus conuerti possunt sicut dictum est. ¶ Ad secundam dicẽdum ꝙ species sacra (Ad scd̄um) mentales & si non sint ea ex quibus corpus hominis constat, tamen in ea conuertuntur vel aliquid sub eis creatur, vel redit, ẽm varios modos loquendi doctorum ex quib. vel corpus hoĩs nutriatur & sustentetur. ¶ Ad tertiam di (Ad tertium) cendum ꝙ species sacramentales quamuis non sint substãtia, habent tñ virtutem substantiæ, vt dictũ est. ¶ Ad quar (ad quartum) tam respondetur, ꝙ illa nutritio non est omnino secundũ ordinem naturæ, vt dictum est, & ideo talis manducatio ieiunium non soluit, vel dicendum ẽm dominum Bona. (Bonauent.) ꝙ non soluit ieiunium, quia sacramentum dũ sumitur nõ est cibus corporalis. Tum etiam rõne corporis Christi interius contenti, qui tantum est cibus mentis, & ideo non est simile de ablutione vini, quæ prohibetur sacerdotibus (Exponit literam) debentibus secundas missas cantare. Lege. ¶ [Nõ transit] quod dicit hic gl. quod species bene descendunt in vẽtrẽ, sed non corpus Christi, & quod ita cito corpus Christi rapitur in cœlum, quam cito species dentibus conteruntur falsum est, & ab omnibus theologis reprobatum, vt circa capitulum tribus gradibus. e. dist. ostendimus. dicendũ (Contra gl.) est ergo, ꝙ ipse panis. s. corpus Christi qui dicitur panis viuus, qui de cœlo descendit, non transit in corpus. i. in refectionem corporis assumentis, sed in refectionem mentis, nec hoc ita, vt conuerti intelligatur in manducantem, sed ipsum in se mutat spũaliter secũdum illud ꝙ dominus ait Aug. Non tu me mutabis in te, sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me [vitæ æternæ]. i. qui vitam æternam habet, & præbet se digne manducãtibus, vt in duobus sequẽtibus capitulis [fulcit] sustentat roborat & firmat eum. Io. 6. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus [quotidianus.] ¶ Contra iste panis à paucis sumitur in ec (Opponit in contrarium) clesia. quomodo ergo dr̄ quotidianus quasi quotidie ab oĩbus sumatur. ¶ Respondetur ẽm magistrum Alexand. de (Respondet. Ale. de Hal.) Halis in quarto ꝙ quilibet existens extra mortale peccatum isto pane reficitur. cibus. n. intrans per os alicuius corporis non tantum reficit ipsum os, sed oĩa commẽbra sua, ecclesia autem tota vnum corpus est 1. ad Cor. 11. oẽs nos in vnũ corpus baptizati sumus huius. corporis caput Christus est. ad Col. 1. Et caput corporis ecclesię. huius capitis os prælatus siue sacerdos est Hier. 15. Si separaueris pretiosum à vili quasi os meum eris illud est proprium sacerdotis separare. s. pretiosum. i. animã à peccato, ꝙ est vi-

3 le Hier. 2. quam vilis facta es & c. † Iste igitur panis ex quo quotidie ab aliquo sacerdote comeditur, quotidie totum corpus ꝙ est ecclesia à pane illo reficitur. Item ꝙ est vnius membri propter vnionem membrorũ dr̄ esse alterius. vt lingua dicit se habere annulum, quã habet manus. & calciamentum quod illud pes habet. Igitur ꝑpter vnionem membrorum ecclesiæ ꝙ est vnius membri dr̄ esse oĩum commembrorũ, sacerdos autem cõicans quotidie membrum ecclesiæ est, ideo panem illum ratione illius cõicant omnia membra ecclesiæ. vnde quodlibet membrũ ecclesiæ potest dicere illud psal. 118. Particeps ego sum omniũ timentium te & c. vel dr̄ quotidianus quasi quotidie illius refectione indigeamus pro sanãdis quotidianis infirmitatibus nostris vt j. e. di. c. iteratur. vel quotidianus, quia quãtum est de se quotidie sumendus est, quia virtus eius hominib. est salutaris, & multiplicis vtilitatis, vt supra e. di. Si quoties & c. quotidie. [Sic]. 3. pars. [Merearis]. i. sis dignus. Simile supra e. di. c. quia corpus.

3 *Caro Christi verbo Dei vnita est viuificatiua.*



Hristus. Sequitur ẽm c. eiusdem partis in quo dicit magister Gra. ꝙ effectus huius sacramenti sit etiam adeptio vitæ æternę. Et diuiditur in 2. ptes. In j. facit qđ (Diuisio) dictum est. In 2. ostendit ꝙ Chistus non solũ secundum diuinitatem, sed etiam secundum carnem assumptam vitam conferat. 2. ibi, determinat. Pro ampliori intelligentia huius capituli quæruntur duo.

1 ¶ Primum vtrum per hoc sacramentũ cõferatur vita grãe.

2 ¶ Secundo vtrum effectus huius sacramenti sit adeptio vitæ æternæ.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur quod per hoc sacrm̄ non conferatur vita gratię. ¶ Primo sic. Hoc sacramentum est nutrimentũ spirituale. Nutrimentum autem non datur nisi viuenti. cum (Primum arg.) ergo vita spũalis sit per grãm non cõpetit hoc sacrm̄ nisi iam habenti gratiam. Non ergo per hoc sacrm̄ confertur grã vt primo habeatur. ¶ Secundo sic. hoc sacrm̄ assumitur (Secundũ ar.) vt quædam refectio spũalis, sed refectio spũalis magis vr̄ pertinere ad vsum gratiæ, quam ad grãe consecutionem. ergo vr̄ ꝙ per hoc sacrm̄ grã non conferatur. ¶ Tertio sic. In (Tertium ar.) hoc sacro corpus Xp̄i offertur pro salute corporis, sanguis aũt pro salute aĩæ, sed corpus nõ est subiectum gratiæ, sed aĩa, ergo ad minus quantum ad corpus grã non confertur. ¶ In opposi. est textus præsentis ca. in quo inducitur auctoritas illa Io. 6. panem quem ego dabo vobis caro mea est pro mundi vita. sed vita spũalis est per grãm, ergo per hoc sacramentum grã confertur. ¶ Respondeo dicendum ꝙ p (Opponit in cõtrarium. Respondet S. Thom.) hoc sacrmentum, gratia confertur quod iuxta S. Thom. in tertia parte sic, ostenditur ex triplici consideratione sua. Pro quo notandum, quod effectus huius sacramenti

potest

potest considerari ex tribus. Primo quidem & principaliter ex eo, quod in hoc sacramento continetur. quod est Christus qui sicut in mundum visibiliter veniens contulit mundo vitam gratiæ, secundum illud Ioannis 1. gratia & veritas per Iesum Christum facta est, ita in hominem sacramentaliter veniens vitam gratię operatur, secundum illud Ioannis 6. qui manducat me viuet propter me. vnde & Cyrillus dicit viuificatiuum dei verbum viuens seipsum proprię carni fecit ipsam viuificatricem. decebat. n. ipsum nostris vniri quodammodo corporibus per sacramenta eius carnem, & pretiosum sanguinem quæ accepimus in benedictione viuificatiua, & in pane, & vino. ¶ Secundo consideratur ex eo, quod per hoc sacramentum repræsentatur, quod est passio Christi, sicut supradictum est, & ideo effectum, quem passio Christi fecit in mundo, hoc sacramentum fecit in homine. vnde super illud Ioannis. 19. continuo exiuit sanguis, & aqua. dicit Chrysosto. quod hinc suscipiunt principium sacra mysteria. cum accesseris ad tremendũ calicem, vel ab ipsa bibiturus Christi costa ita accedas, vt & ipse dominus dicit Matthæi vigesimo quinto. Hic est sanguis meus, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. ¶ Tertio consideratur effectus huius sacramenti ex modo, quo traditur hoc sacramentum. traditur enim per modum cibi, & potus, & ideo omnem effectum, quem cibus, & potus materialis facit, quantum ad vitam corporalem, quod scilicet sustentat auget reparat, & delectat hoc totum facit hoc sacramentum quantum ad vitam spiritualem. vnde Ambrosius dicit in libro de sacramentis. Iste panis est vitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulcit in capitulo præcedenti. Et Chrysostomus dicit super Ioan. præstat se nobis desiderantibus & palpare, & amplecti, & comedere, vnde & ipse dominus dicit Ioan. 6. caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. ¶ Quarto cõsideratur hoc sacramentum. seu effectus huius sacramenti ex speciebus in quibus hoc traditur sacramentum. vnde & August. ibidem dicit dominus noster corpus & sanguinem suum in eis rebus commendauit, quæ ad vnum aliquod redigũtur. ex multis namque aliud. s. panis ex multis granis in vnum constat. Aliud scilicet vinum ex multis scilicet racemis confluit. Et ideo ipse alibi super Ioannem & habetur infra eadem dist. ait, hoc est sacramentum ait. ô sacramentum pietatis, ô signum vnitatis, ô vinculum charitatis, & quia Christus, & eius passio est causa gratiæ, & spiritualis refectio, & charitas sine gratia esse non potest ex omnibus præmissis manifestum est, quod hoc sacramentũ gratiam conferat. ¶ Ad rationes. Ad primam dicẽdum quod sacramentum ex seipso habet virtutem gratiam conferendi nec aliquis habet gratiam ante susceptionem huius sacramẽti, nisi ex aliquali voto ipsius, vel per seipsum sicut adulti, vel voto ecclesię sicut paruuli. vnde ex efficacia virtutis ipsius est, quod etiam aliquis ex voto ipsius aliquis gratiam consequatur per quam spritualiter viuificetur. Restat igitur, vt, cum ipsum sacramentum realiter sumitur, gratia augeatur, & vita spiritualis perficiatur. ¶ Ad secundam dicendum, quod hoc sacramentum confert gratiam specialiter cum virtute charitatis. vnde Damascenus comparat hoc sacramẽtum carboni, quem Esa. vidit Esa. 6. carbo enim lignum simplex non est, sed vnitum igni, ita & panis communicationis non simplex panis est, sed vnitus diuinitati. Sicut autem Gregorius dicit in homilia Pentecostes. Amor Dei non est otiosus, magna enim operatur si est, & ideo per hoc sacramentum quantum est ex sui virtute non solum habitus virtutis, & gratiæ cõfertur sed etiam excitatur in actum secundum illud 2. ad Corin. 4. charitas Christi vrget nos, & inde est, ꝙ ex virtute huius sacramẽti anima spiritualiter reficitur per hoc, quod anima delectatur & quoddammodo inebriatur dulcedine bonitatis diuinæ secundum illud Canticorum 5. Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi. ¶ Ad tertiam dicendum, quod quia sacramenta operantur secundum similitudinem, per quam significant, ideo, per quandam assimilationem dicitur, quod in hoc sacramento corpus offertur pro salute corporis, & sanguis pro salute animę quamuis vtrunque ad salutem vtriusque operetur cũ sub vtroque totus sit Christus, vt supra dictum est. Et licet corpus non sit immediatum subiectum gratiæ, ex anima tamen redundat effectus gratiæ ad corpus dum in præsenti membra nostra exhibemus arma iustitiæ Deo, vt habetur ad Romano. 6. & in futuro cor nostrum sortietur incorruptionem & gloriam animæ.

Cyrillus. Chrysosto. Ambrosiu. Chryso. Augu. Ad primum argu. Ad secũm. Dæmasc. Grego. Ad tertium

2 Ad secundum. Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ effectus huius sacramenti non sit adeptio gloriæ. ¶ Primo sic. Effectus proportionatur suæ causæ, sed hoc sacramentum competit viatoribus. vnde, & viaticum dicitur, cum ergo viatores nõdum sint capaces gloriæ, videtur, quod hoc sacramentum non causet adeptionem gloriæ. ¶ Secundo sic, posita causa sufficienti ponitur effectus, sed multi accipiunt hoc sacramẽtum qui nunquam peruenient ad gloriam. vt patet per Augusti nũ 21. de ciuitate Dei, non ergo sacramentum est causa adeptionis gloriæ. ¶ Tertio maius non efficitur à minori quia nihil agit vltra suam speciem. sed minus est percipere Christum sub specie aliena, quod fit in hoc sacramento, quam frui eo in specie propria quod pertinet ad gloriam, ergo hoc sacramentum non causat adeptionem gloriæ. ¶ In oppositum est textus præsentis capituli. In quo inducitur authoritas illa Ioann. 6. Si quis manducaueritis ex hoc pane, viuet inæternum. sed vita æterna est, vita gloriæ. ergo effectus huius sacramẽti est adeptio gloriæ. ¶ Respondeo, quod effectus huius sacramenti sit adeptio gloriæ. Pro quo notandum iuxta Sanctum Thom. in 3. parte, quod in hoc sacramento potest considerari, & id ex quo habet effectum. s. ipse Christus contentus, & passio eius repręsentata, & ideo per quod habet effectum. s. vsus sacramenti, & species eius, & quantum ad vtrunque competit sacramento huic, ꝙ causet adeptionem vitæ æternæ. Nam ipse Christus per suam passionem aperuit nobis aditum vitæ æternæ, secundum illud ad Hebræ. 9. Noui testamenti mediator est, vt morte intercedente, qui mortui sunt accipiant repromissionẽ æternæ hæreditatis. vnde & in forma huius sacramenti dicitur. Hic est calix sanguinis mei, noui, & æterni testamenti. Similiter etiam refectio spiritualis cibi, & vnitas significata per species panis, & vini, habentur quidem in pręsenti, sed imperfecte, perfectè autem in statu gloriæ. vnde Aug. dicit super illud Io. 6. Caro mea vere est cibus. Cũ cibo, & potu id appetant hoĩes, vt non esuriant, neque sitiant hoc veraciter non præstat, nisi iste cibus & potus, qui eos à quibus sumitur immortales, & incorruptibiles facit in societate sanctorũ, vbi pax erit, & vnitas plena atque perfecta. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum, ꝙ sicut passio Christi ex cuius virtute hoc sacramentum operatur est quidem causa sufficiens gloriæ, non tamen ita ꝙ statim per ipsam introducamur in gloriam. sed oportet, quod prius simul compatiamur, vt post ea simul glorificemur sicut dicitur ad Ro. 8. Ita hoc sacramentum non statim nos ad gloriam introducit, sed dat nobis virtutem perueniendi ad gloriam, & ideo viaticum dicitur. In cuius figuram legitur 3. Regum 19. quod Helias comedit, & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illi' 40. diebus, & 40. noctibus vsque ad montem Die Oreb. ¶ Ad secundam dicendum, quod sicut passio Christi non habet suum effectum in his, quæ se ad eam non habent, vt debent, ita & per hoc sacramẽtum non adipiscuntur gloriam, qui indecenter ipsum suscipiunt. vnde Augustinus dicit super Ioannem exponens illa verba. Aliud est sacramentum. aliud est virtus sacramenti, multi de altari accipiunt, & accipiendo moriuntur & cætera. Panem ergo cœlestem spiritualiter manducate. innocentiam ad altare portate. vnde non est mirum si illi, qui innocentiam non seruant effectum huius sacramenti nõ consequantur. ¶ Ad tertiam dicendum, quod hoc, ꝙ Christus sub aliena specie sumitur pertinet ad rationem sacramenti, quod instrumentaliter agit, nihil autem prohibet causam instrumentalem producere potiorem effectum, quam possit secundum propriam speciem. Lege textum. ¶ [ Christus panis est ] Ioannis sexto. Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi [ viuit in æternum ] dixit Ioannis sexto [ determinat quo modo ] secunda pars. Per hoc enim quod Christus addidit, & panis, quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. exposuit, quod non solam diuinam naturam siue verbum, quo omnia viuunt. Ioannis primo. quod factum est in ipso vita erat, & lux hominum, sed secundum carnem assumptam [ pro mundi vita ] scilicet expo-
3 posita. † Caro enim Christi verbo Dei vnita habet etiam

Primum ar. Scdm arg. Tertium ar. Opponit in cõtrarium. Respondet S. Thoma. Ad primũ argu. Ad secũm. Augu. Ad tertium Exponit literam.

S.Thom. etiam quod sit viuificatiua, vt deducit Sanctus Thomas super Ioanne. vnde corpus Christi sacramentaliter sumptum viuificatiuum est. Quomodo autem viuificet decla rat.[ Caro enim peccato mortua ]id est à peccato liberata cuiusmodi dicitur bonus fidelis [ carni mundæ ] id est cor pori Iesu Christi, cuius caro mundissima fuit [ vnita ] per dignam sumptionem [ vnum cum illa effecta ]vnitate spi rituali per fidem, & charitatem [ viuit ] de spiritu eius. omnes enim fideles cum Christo vnum corpus sunt vno spiritu vegetati. primo ad Corinthios duodecimo. Et enim in vno spiritu omnes in vnum corpus baptizati sumus id est, omnes nos baptizati, & per cōsequens peccato mortui per vnū spūm ducti sumus in vnum corpus eccle clesiæ. vbi glossa dicit quod sicut totum corpus hominis vna anima vegetatur, ita vnus spiritus sanctus facit omnia in membris Christi, & hoc quod sequitur sicut [ scilicet vegetatur vnum corpus de suo spiritu. Qui vero sicut e- conuerso dicitur ] ad Romanos octauo. Si quis spiritum Christi non habet non est eiusdem scilicet membrum cor poris eius, vt ait ibi glo.

2 *Conuersio panis in corpus Christi an sit mirabilis omni alia mu tatione.*

*Christus habitat in cordibus nostris spiritualiter.*



Vi manducant. Sequitur tertiū capitulum eiusdem partis in quo magister Gratianus con tinuat ex dictis Augustinus quod effectus huius sacramenti sit collatio vitæ spiritua lis. Et diuiditur in duas partes. In prima fa cit, quod dictum est. In secunda ostendit, quod Christus non ita manducatur in hoc sacramento, quemadmodum cibus corporalis, qui cum manducatur in partes diuiditur dicens, quod Christus non mortuus, sed viuus non diuisus sed integer manducatur in hoc sacramento, & ita diuisione sacramenti nec moritur nec diuiditur. Causam assignans inquit quia surrexit occisus. Tertio ostendit, q̃d ad digne sumendum hoc sacramentum necesse est tenere vinculum pacis.i. dilectionem Dei & proximi. 2. ibi, nec quando. 3. ibi, qui accipit. (Diuisio)

¶ Pro intelligentia pleniori huius capituli, quia de effectu huius sacramenti supra circa præcedens capitulum di ctum est, & infra, in sequenti etiam dicetur solum, pro nunc quæruntur tria.

1 ¶ Primo ratione eius quod dicit Augustinus in litera manducatur Christus, & viuit manducatus, quia surrexit occisus, quærendum venit vtrum hæc sit ratio con ueniens.

3 ¶ Secūdo vtrum corpus Christi consecratum si fuisset ab aliquo apostolorum consecratum fuisset ibi mortuum.

4 ¶ Tertio si in triduo quis consecrasset hoc sacramentum fuisset ibi corpus Christi viuum.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur quod non sit ratio conueniens, quare Christus cum manducatur non occiditur, aut non diuiditur, quia scilicet surrexit occisus, quoniam ante resurre ctionem Christus manducabatur à discipulis in cœna, & tamen manducatus ab eis non fuit occisus, nec per partes diuisus, ergo ratio illa non videtur conueniens, consequē tia est manifesta, quoniam nihil potest dici causa alicuius effectus, sine qua est ipse effectus. ¶ In oppositum est textus præsentis capituli, qui est beati Augustini. & habetur in sermone de verbis euangelij. ¶ Respondeo dicendum, quod tam glossator Decreti quam Archidiaconus viden tur referre illud quia, ad id quod sequitur in textu videli cet. Nec quando manducamus parte de illo facimus. Et exponunt dupliciter ly quia. vno modo, vt sit causale, & est sensus, quia semel est mortuus, & resurrexit ad immor talitatem, ergo amplius nec mori nec diuidi pōt. Alio mo do. vt sit reprobatio à maiori. vnde glossa super verbo, sur rexit, inquit, nec mirum quia surrexit, quasi dicat hoc est maius illo. Sed modus dicendi illorum doctorum non vi detur nobis conueniens non quidem, quod primo dicunt quod ly, quia teneatur causaliter, quoniam resurrectio Christi non est propria causa, quod Christus cum manducatur non occidatur, nec diuiditur. quia apostoli, vt (Primum ar. — Opponit in contrarium — Respondet)

dictum est, die cœnæ manducantes hoc sacramentum licet corpus Christi mortale, & passibile sumpserint, non ta men diuiserunt per partes, vt patet. Præterea nec videtur verum, quod secundo dicunt, quod ly, quia faciat argumentum à maiori, vt dicatur, q̄ resurrectio Christi maius opus sit, quam mysterium huius sacramenti. Et per consequens si illud factum est, ergo & istud. quoniam quod præsupponunt videtur falsum, quia mysterium transsubstantiationis panis in corpus Christi videtur multo mai' miraculum, quam resurrectio sit corporis cuiuscunque hominis, quod facile deduci potest ex rationibus Sancti
2 Thomæ. in 4. distinct. 11. vbi quærit. † vtrum conuersio panis in corpus Christi sit mirabilior omni alia mutatione, & de hoc habetur infra eadem distinct. cap. re uera dicendum est ergo. quod ly quia refertur ad antecedentia vide licet, quod ideo Christus in hoc sacramento manducatus viuit, siue viuus ac in corpore, & in anima integer est, quia surrexit, qui occisus fuerat. In mortis. n. tempore anima se parata erat à corpore facta autē resurrectione cum reinte grata fuit natura humana in Christo, non est in sacramen to sine anima corpus Christi, sed eius anima est, corpori coniuncta, & per consequens corpus viuum est in sacramento quod non fuisset si ante resurrectionem post mor tem Christi fuisset facta consecratio. Et ita ratio illa assignata Augustini est sufficientissima, quia ideo post mortē Christi consecratione facta corporis Christi totus & integer Christus in anima & corpore sumitur in sacramento, quia resurrexit Christus, qui occisus fuerat, in qua resurre ctione anima reunita est corpori. vel dicendum, quod & si sufficiens, & immediata ratio, quare Christus cum mādu catur non occidatur, aut diuiditur, non sit resurrectio Xpi quia principalis ratio est vt tangit S. Thom. in 4. dist. 12. quia corpus Christi non comparatur ad species sub quib. continetur mediantibus suis dimensionibus, imo dimensiones eius sunt ibi quasi ex consequēti, & ideo quidquid conuenit corpori Christi mediantibus dimēsionibus suis hoc non conuenit ei secundum quod est sub sacramento. Cum ergo diuisio quantitatiua ei cōuenire non possit, ni si mediante diuisione propria, constat quod fractione spe cierum ipsum corpus eius non diuiditur, nec frangitur et si passibile esset, sicut in cœna fuit. Nihilominus est aliqualis ratio maxime post resurrectionem, quia cum post resurrectionem corpus Christi fuerit gloriosum, & per con sequens impassibile, & immortale, & cōsecratio sequatur statum conditionis corporis Christi, sequitur, quod cum māducatur, nec patitur, nec diuiditur, sed partitio, & diui sio referendæ sunt ad species, sub quibus latet sicut dictū est supra eadem distinct. capit. Triforme. & capitulo. Ego Berengarius. Ad rationem in contrarium patet responsio ex dictis. (S.Thomas. — S.Thomas.)

3 Ad secundum Sic proceditur. † Et videtur, q̃d nullo casu corpus Christi non moreretur. ¶ Primo sic, corpus enim Christi non est mor tuum nisi crucifixione. sed ibi non crucifigebatur ergo ibi non moriebatur. ¶ Secundo sic. actio Iudæorum erat cau sa mortis Christi, & sang inis effusio. sed ibi non effudisset sanguinem nec actio Iudæorum ibi fuisset. ergo non fuisset ibi mortuum. ¶ Tertio sic. si corpus Christi mortuum fuisset in pixide, aut eodem genere mortis, vt in cruce aut alio. Si alio ergo duplici genere mortis mortuū fuisset, quod est falsum. Si eodem ergo crucifigeretur, lan cearetur, sanguis eius effunderetur in pixide, quod est fal sum. ¶ Quarto mors Chri accidit per passionē, sed Christus impassibili modo fuisset in sacramento tunc sicut & nunc est. ergo sequitur quod ibi non fuisset mortuum. ¶ In oppositum esse videtur textus præsentis capituli. viuit manducatus, quia surrexit occisus. Præterea à ratione. Idem Christus quia erat in cruce fuisset in sacramento, sed in cruce moriebatur, ergo & in sacramento conseruatum moreretur. ¶ Respondeo dicendum, quod in illo casu corpus Christi mortuum fuisset in pixide, licet non fuisset crucifixum in pixide. Pro quo notandum iuxta S. Tho. in 3. parte, q̄ corpus Christi idem in substantia est, in hoc sacramento, & in propria specie, sed nō eodem mo do. Nam in propria specie contingit circunstantia corpo ra per proprias species. Non autem prout est in hoc sacra mento, & ideo quidquid pertinet ad Xpm ẽm q̄ est in se pōt attribui ei, & in propria spē, & in sacramento existenti, sicut (Primum ar. — Secundū ar. — Tertium ar. — Quartū ar. — Opponit in cōtrarium — S.Thoma.)

ti, sicut viuere, mori dolere, animatum vel inanimatum esse, & cætera huiusmodi. Quæcunque vero conueniunt ei per comparationem ad corpora extrinseca possunt attribui ei in propria specie existenti. Non autem prout est, in sacramento, sicut irrideri, conspui, crucifigi, flagellari, & huiusmodi. vnde quidam metrice dixerunt, Versus. Pixide seruatus, poterat sentire dolorem, Innatum, sed non illatus conuenit illi. ¶ Ad rationes. Ad primum argu. Ad primam dicendum, quod crucifixio importat passionem per comparationem ad agens extrinsecum. Ideo non conuenit corpori Christi prout est in sacramento, nec flagellari nec cætera similia. ¶ Ad secundam patet responsio per idem, Ad scdum. quoniam actio Iudæorum extrinseca erat fluxus etiam sanguinis ad motum localem pertinet, & sic importat ordinem ad aliquid ad extra. ¶ Ad tertiam dicendum, quod Ad tertinm mortuum fuisset eodem genere mortis, & ad hoc, quod infertur, quod in pixide crucifigeretur, lancearetur & cætera. Respondetur dupliciter. Primo, vt dicit magister Alexander de Halis, Ale. de Ha. quod huiusmodi propositiones Christus crucifigitur in pixide, vel lanceatur, duplices sunt. quia hæc determinatio in pixide determinat tantum subiectum vel prædicatum. Si enim hæc determinatio in pixide determinat tantum subiectum, vt sit sensus. Christus in pixide lanceatur, vera est. Si enim determinaret prædicatum, falsa esset. tunc enim esset sensus, quod Christus perforatur lancea in pixide. & cum agens sit præsens passo haberetur ex hoc, quod Longinus in pixide lancearet Christum, quod est falsum. Secundo respondetur, quod non est simile de mori, & lanceari ratione iá dicta, quia lanceari, & crucifigi dicunt passionem illatam, mori vero innatam. ¶ Ad quartam dicendum, Ad quartum quod sicut dictum est passio conuenit corpori passo per comparationem ad agens extrinsecum, & ideo Christus secundum quod est sub sacramento pati nõ potest, potest autem mori.

4 Ad tertium Sic proceditur.†Et videtur, quod si in triduo quis consecrasset hoc sacramentum, fuisset viuum siue animatum. ¶ Primo sic. Primum ar. Tunc enim fuisset perfectum sacramentum. sed de perfectione sacramenti, est non solum corpus, sed etiam anima, quia totus Christus in sacramento continetur. ergo fuisset ibi anima. ¶ Secundo sic, Scdm arg. verba formæ non fuissent tunc minoris virtutis, quam modo. sed modo ex vi formæ conficitur corpus cum anima. ergo &c. ¶ In oppositum est tex. Opponit in cõtrarium præsentis capituli, quia surrexit occisus sequitur manet integer totus in corde tuo &c. ergo videtur, quod si ante resurrectionẽ fuisset in triduo confectum hoc sacramentum, non fuisset ibi anima, & per consequens non totum, quod erat humanæ naturæ. ¶ Secundo sic. Secũda op. corpus Christi non est perfectius sub specie sacramenti, quam sub specie propria. sed corpus Christi tunc erat exanime. ergo sub sacramento tale fuisset. ¶ Respondeo dicendum, Respondet q in prædicto casu non fuisset sub sacramento anima Christi, & per consequens corpus Christi non fuisset viuum. Quod autem gloss. Ioan. dicit supra eod. dist. circa capitulum. timorem, quod forma sacramentalium verborum fuit suspensa in illa triduo. Ita q sic data est, vt tantum post resurrectionem efficaciam haberet, & per consequens, q nemo ante resurrectionem conficere potuit, nisi Christus, friuolũ est, vt dicit S. Tho. quia nec authoritate, nec rõne firmatur. ¶ Ad rationes. Ad primũ argu. Ad primam dicendum, q sicut supradictum est anima non est in ipso sacro ex vi sacramenti, sed propter concomitantiam ad corpus, & ideo corpore sine anima existente nihil deperit perfectioni sacraměti, si anima ibi non contineatur, vel dicendum secundum quod dicunt Alexander, & Bonauentura. Alexander. Bonauen. quod sacramentum tũc non fuisset perfectum, quantum ad perfectionem continentiæ, quam modo habet, quia ipsum corpus contentum non erat omnino in sua perfectione perfectum, fuisset tamen quantum ad efficaciam, quia corpus erat vnitũ diuinitati quantum ad significantiam. ¶ Ad secundam dicendum, Ad scdm. quod hoc non est propter defectum virtutis verborum, sed propter diuersam dispositionẽ corporis Christi. Le. ¶ [Manducant]. s. digne, siue spiritualiter. Exponit literam. alias secus supra e. d. Quid est. [Refici]. s. spiritualiter in anima supra e. dist. Non iste panis [viuere] infra qui manducat. & Io. 6. qui manducat hũc panem viuet in æternum [visibiliter]. i. sub speciebus visibilibus. s. panis & vini. [Manducatur]. i. per modum manducationis sumitur. Hug. Hug. [quia] istud qa non refertur ad id, quod sequitur. sicut exponit glo. s. [nec quando manducamus] quia non potest cum illo construi, vt causalis, nec facit argumentum à maiori, vt in quæstione deductum est. [Norũt]. i. noscere debent [partem vnã] s. speciei, nihilominus totum corpus Christi sub ea infra ea. dist. c. singuli & c. vbi pars. [vnde, & ipsa gratia]. i. eucharistia, quæ dicitur bona gratia. Partes vocantur ex parte q dem specierum, dicitur hoc sacramentum partes habere. & in partes diuidi, non autem ex parte rei contentæ & significatæ. s. corporis Christi veri. vnde sequitur [per partes fractas]. s. in speciebus [mandatur] & manet integer [in corde] non q nõ traijciatur corpus Christi in corpus, sed quia ad refectionem sumitur non corporis, sed cordis, iõ dicit in corde. ¶ Sed videtur male dicere, Opponit in cõtrarium. quia corpus Xpi non intrat cor hominis, cum sit quid corporale. sed solus Deus illabitur animæ. si ergo Christus integratur ex anima, & corpore non est verum, quod sit vel maneat totus
5 in corde. ¶ Respondetur† q Christus habitat in cordibus Respondet. nostris, nõ corporaliter, sed spiritualiter, sicut dicitur ad Ephe. 3. hinc est, quod corpus dicitur integrum manere in corde, quia quantumcunque specie frangatur cor fide le credit corpus Christi manere integrum, & illibatum. Non quod corpus secundum veritatem animam ingrediatur [apud patrem] secdm diuinitatem nec recessit ab eo, cũ quo est vnus Deus. [Quod videtur panis]. i. species panis [calix]. i. species calicis. i. vini. [Quod autem fides postulat. i. hoc fides postulat, de qua debent instrui omnes fideles [postulat]. i. vult [panis]. i. contentum sub specie panis est corpus Christi [& calix sanguinis]. i. contentum sub specie calicis. i. vini sit sanguis Christi, intelligitur. s. corpus & sanguis Christi. [Qui accipit] tertia pars supra expositum est in capitulo, quia passus e. dist. [spiritualem]. s. vitam animę sicut in principio capituli dicitur.

1 *Virtutes an augeantur per sacramentum eucharistiæ. Quia sic, quantum ad tria. nu. 5.*
2 *Virtutum augmentum fit per diuersa sacramenta, sed differenter.*
3 *Augmentum dicitur dupliciter.*
4 *Perfectio charitatis est duplex.*



Credere in Iesum &c. Sequitur capitulũ quartum eiusdẽ partis. Et diuiditur in duas partes. Diuisio. In prima ostendit, quid sit manducare Christum viuum, dicens hoc idem esse, quod credere in Iesum Christum. Secundo ponit fructum siue effectum huius sacraměti, qui est augmentum virtutũ. In tertia excludit ab huius effectus participatione iniustos, & peccatores. 2. ibi. Qui credit. 3. ibi, ad altare Dei inuisibile. ¶ Pro ampliori huius capituli intel- Quæstio.
1 ligentia. Quæritur. ¶†Vtrum per hoc sacramentum augeãtur virtutes, Et arguitur multipliciter quod non. ¶ Primo sic. Primum ar. diuersarum causarum diuersi sunt effectus, sed augmẽtum virtutis est effectus baptismi, & etiam confirmationis, ergo nõ est effectus eucharistiæ. ¶ Secũdo sic. Scdm arg. per augmentum virtutis ad perfectionem charitatis venitur. si ergo per hoc sacramentum charitas, & aliæ virtutes augeantur toties posset sumi, quod homo in hac vita ad perfectã charitatem veniret & ad summum gradum ipsius, quod non est nisi in patria. vt dicit Augustinus & est damnatum per cle. ad nostrum. extra de hæretic. ¶ Tertio omnes virtutes simul augentur. Tertia arg. si ergo augmentum virtutum esset effectus huius sacramenti, non magis deberet poni effectus eius augmentum charitatis, quam aliarum virtutum. ¶ Quarto vnius sacramenti, Quartũ ar. vnus est effectus proprie. ergo non debent tot effectus assignari huic sacramento. ¶ In oppositum est textus capituli præsentis Opponit in cõtrarium. vbi dicitur, quod qui manducat inuisibiliter saginatur, id est impinguatur & per consequens eius bonum augetur. ¶ Respondeo dicendum, Respondet quod per hoc sacramentum augentur virtutes in anima digne sumentium illud. Probatur conclusio ista. dicit enim Dionysius, Diony. quod eucharistia habet virtutem perfectiuam, cum autem nihil spiritualiter perficiatur, nisi per augmentum virtutum, patet manifeste, quod effectus huius sacramenti sit virtutis augmentum.

tum. Præterea hoc patet ex illo, quod dicitur in oratione canonis, vt quotquot ex hoc participationem sumpserimus omni benedictione cœlesti, & gratia repleamur. Cum autem ad plenitudinem gratiæ per augmentum virtutum perueniatur, patet, quod huius sacramenti effectus sit augmentum virtutum. vnde Innocentius dicit. Per huius sacramenti virtutem vniuersæ virtutes augentur, & omnium gratiarum fructus exuberant. Pro cuius intellectu est notandum cum Sancto Thoma in quarto distinctione duodecima. quod proprius effectus cuiusli bet sacramenti debet assumi ad materiam sacramenti illius, sicut expurgatio veteris vitæ est effectus baptismi per ablutionem aquæ significata, & ideo cum materiale in hoc sacramento sit cibus, oportet quod effectus proprius huius sacramenti accipiatur secundum similitudinem ad effectum cibi. Cibus autem corporalis primo in cibatum conuertitur, & ex tali conuersione deperdita restaurat, & quantitatem auget, sed spiritualis cibus non conuertitur in manducantem, sed eum ad se conuertit. vnde proprius effectus huius sacramenti est conuersio hominis in Christum. vt dicat cum Apostolo. viuo iam non ego, viuit vero in me Christus. ad Galathas secundo. Et ad hoc sequuntur duo effectus augmentum spiritualis quantitatis in augmento virtutum, & restauratio deperditorum in remissionem venialium, vel reparationem cuiuscunque præcedentis defectus. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum † quod augmentum virtutum fit per diuersa sacramenta, sed differenter. quia per sacramentum confirmationis augetur, & perficitur gratia, ad persistendum contra exteriores impugnationes inimicorum Christi. per hoc autem sacramentum augetur gratia, & perficitur spiritualis vita ad hoc, quod homo in seipso perfectus existat Notandum † quod augmentum dicitur dupliciter, vno modo communiter prout inuenitur in viuentibus, & non viuentibus, secundum, quod quælibet additio augmentum facit, & hoc modo virtutes augentur per omnia sacramenta, quæ gratiam inueniunt in subiecto ex hoc, quod ipsa de se nata sunt gratiam causare. Alio modo augmentum dicitur proprie prout est in viuentibus ex coniunctione nutrimenti, & talis modus augmenti virtutum est proprius tunc sacramento. ¶ Ad secundam dicendum † quod duplex est perfectio charitatis, scilicet viæ, & patriæ, & quamuis non possit hoc sacramentum existentes in via perducere ad perfectionem patriæ propter diuersum statum, potest tamen perducere ad perfectionem viæ. per augmentum enim charitatis ad perfectionem patriæ in via peruenire non possumus. dicit autem magister Alexander de Halis, quod licet in hoc sacramento augeantur virtutes, non tamen ex hoc sequitur, quod contingat peruenire ad summum gradum virtutis in via, frequenti sumptione huius sacramenti, quia hoc sacramentum cum detur in robur medicinæ, & remedium magis fit hæc augmentatio quantum ad robur ne succumbat tentatione aduersitatis, & in remedium, ne succumbat tentatione voluptatis, & in medecinam quantum ad curationem venialium, quam quantum ad augmentum secundum essentiam virtutum & cætera. † vnde quantum ad tria augentur virtutes in hoc sacramento, scilicet quantum ad robur contra tentationes aduersitatis. vnde dicitur panis confirmat cor hominis. Quantum ad efficaciam efficiendi animam sobriam contra incentiua voluptatis. vnde glossa super illud Matthæi decimo quarto Accepit Iesus panem. ebrietas felix, salutaris facietas, quæ quanto copiosius sumitur tanto sobrietatem mentibus donare dignatur, quantum ad curationem venialium. vnde Gregorius in homilia paschali. dedit nobis hoc sacramentum salutis, vt quia nos quotidie peccamus, & ille iam mori non potest, per illud sacramentum peccatorum remissionem consequamur. ¶ Ad tertiam dicendum, quod charitatis, proprium est transformare amantem in amatum, quia ipsa est, quæ extasim facit, vt dicit Dionysius. & quia augmentum virtutum in hoc sacramento fit per conuersionem manducantis in spiritualem cibum, ideo magis attribuitur huic sacramento charitatis augmentum, quam aliarum virtutum. ¶ Ad quartam cum dicitur quod vnius sacramenti vnus est effectus, dicendum est, quod hoc est verum, primus & proprius, plures tamen sunt consequentes. Effectus autem huius sacramenti primus est vnio membrorum cum capite Christo, & membrorum adinuicem charitate mediante. vnde Augustinus vnus panis & vnum corpus ecclesia dicitur pro eo quod sicut vnus panis ex multis granis, & vnum corpus ex multis componitur membris. sic ecclesia ex multis fidelibus charitate copulante connectitur. Lege textum. ¶ [Credere in Iesum] quod est per fidem per dilectionem operantem [hoc est manducare] scilicet spiritualiter. vt supra eadem distinctione vt quid [saginat] secunda pars, id est impinguatur augmento gratiæ, & virtutum. [Renasci tur] per appositionem gratiæ supra eadem distinctio. quia pastus. [manducans] scilicet digne [viuit] scilicet de spiritu eius. [In sacramento] scilicet sacramentaliter tantum [sed vsque ad spiritus] quod facit cum non tantum sacramentaliter, sed etiam spiritualiter sumitur. tunc enim cum corpori mystico incorporetur particeps efficitur spiritus eius, vt eodem spiritu vegetetur, quod est [dum eius mandata seruat] id est, tunc videtur habere fidem per dilectionem operantem. qua quis particeps fit corporis Christi, dum mandata eius seruat secundum illud. Si diligitis me, mandata mea seruate. Ioannes decimo quarto. [Ad altare] tertia pars id est ad consecutionem inuisibilis gratiæ, siue internæ refectionis [discernit causam suam] id est merita sua examinando seipsum, & probando an dignus sit. iuxta illud apostoli. Probet autem seipsum homo & sic de pane illo edat, & de calice bibat, vt supra eo. dist. Qui scelerate.

Innoc.

S Thomas

Ad primum arg. 2

3

Ad secūdm. 4

Ale. de Hal.

5

Gregorius.

Ad tertium

Diony.

Ad quartū.

Aug.

Exponit literam.

1 *Transsubstantiatio panis in corpus, & vini in sanguinem Christi an sit attribuenda spiritui sancto.*



Corpus. Sequitur. 5. capitulum eiusdem Partis. Et diuiditur in duas partes. In prima repetit, quod sæpenumero dictum est, quod verum corpus, & verum sanguinem in hoc sacramento sumimus. Secundo dicit, quod hoc tam magnum misterium non perficitur nisi operante spiritu Dei. 2. ibi, quæ cum per manus. ¶ Pro maiori intelligētia huius capit. quæritur. ¶ † Vtrum transsubstantiatio panis in corpus, & vini in sanguinem Christi sit attribuenda spiritui sancto. Et videtur quod non. Primo quia, vt dicit August. In primo de trinitate indiuisa sunt opera trinitatis, sicut indiuisa est essentia trinitatis, sed transsubstantiare panem in corpus Christi est opus diuinum. ergo non videtur magis attribuendum spiritui sancto, quam patri, vel filio. ¶ Secundo dicitur Prouerbiorum nono. Sapientia ædificauit sibi domum, miscuit vinum, & posuit mensam. est autem Dei sapientia Christus. secundum illud 1. ad Cor. 1. Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Mensa autē est hoc sacramentum, in quo panis vitæ nobis offertur. ergo videtur magis filio attribuendum opus transsubstantiationis. ¶ Tertio arguitur ex capitulo panis est in altari supra eadem dist. in quo dicitur, quod sermone Christi cōficitur hoc sacramentum. ¶ In oppositum est textus præsentis capituli, in quo dicitur, quod fit operante spiritu Dei. ¶ Respōdeo dicendum, quod ad transsubstantiationem istam tota trinitas operatur, quia vt dictum est. Indiuisa sunt opera trinitatis. Quod innuitur etiam in hoc capitulo, cum subditur. cū omnia hæc, quæ per corporales motus in illo operefiunt Deus operetur. Attribuitur tamen spiritui sancto. Primo quia hoc congruit causæ institutionis huius sacramēti, quæ consideratur ex parte Dei, quæ est summa charitas. Spiritus sanctus. n. est amor patris, & filij, hoc autem sacramentum ex maxima charitate donatum est. vnde in institutione huius sacramenti dicitur Ioa. 11. Cum dilexisset suos in finem dilexit eos. ¶ Secundo hoc conuenit nomini huius sacramenti & continentiæ eius. vocatur enim eucharistia. i. bona gratia, & præterea nihil aliud quam gratiam continet. gratia autem spiritui sancto attribuitur secundum illud 1. ad Cor. 12. diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus. ¶ Tertio hoc congruit effectui huius sacramenti, qui est vnio ad Christum per charitatem. vnde hoc sacramentum dicitur sacramentum vnitatis, & charitatis, vt infra ead. dist. hoc est sacramētum. Charitas autem, & vnio corporis mystici appropriatur spiritui sancto secundum illud 1. ad Cor. 12. etenim in vno spiritu omnes nos

Diuisio.

Quæstio. 1

Primum ar.

Scdm arg.

Tertia reg

Opponit & Respondet

Ad primum argu. nes nos in vnum corpus.¶ Ad rationes. Ad primam respondetur, quod opus transsubstantiationis est bene commune toti trinitati, sed tamen secundum aliquem modũ põt attribui singulis personis. patri quidem ratione potentiæ, quæ multum relucet in multitudine miraculorum, quæ sunt in hoc sacramento. Secundo filio sicut operanti & efficienti, quia ipse sacerdos & hostia vt infra eadem d. capitulo. Sacerdos. Tertio spiritui sancto, tanquam virtuti, quia operatur, vt infra distinct. verum quia ipse est virtus, quæ de illo exibat, & curabat omnes. Lucæ. 6.¶ Ad secundam, & tertiam patet respõsio ex superius dictis. Le ge.¶ [Corpus, & sanguinem, quia ex fructibus]. i. illum in quem illud quod de fructibus terræ nostræ acceptum est, scilicet panis, & vinum [& pce mystica]. i. verbo habente occultam siue latentem diuinam virtutem [consecratum est] id est transsubstantiatum est. [ad salutem] si digne alias secus vt supra eadem dist. Qui scelerate, & infra eadem di. illa sancta per manus hominis] qui solus homo minister est huius sacramenti sacerdotali potestate præditus, vt in proemio Gregoriano [producatur] quia homo minister est non significatur.]. i. non transsubstantiatur [nisi operãte] non negatur hic, quod homo non possit transsubstantiare, sicut videtur glossa. dicere, & male, quia sacerdos conficit, & consecrat [sed non nisi operante spiritu Dei] licet. n. homo principaliter non operetur transsubstantiationem, quia hoc est supra naturam nihilominus instrumentaliter operatur ad illam sicut dictum est supra circa capitulum panis est in altari. [spiritũ Dei] non tamẽ excludendo alias personas quia indiuisa sunt opera trinitatis sicut essentia, & potestas in eis, vt 28. quæstione prima sicut in eis.

Ad scđm. Exponit literam

1 *Panis accipiens benedictionem an fiat corpus Christi.*
2 *Verba omnia significantia identitatem panis ad corpus Christi faciunt sermonem falsum.*
*Idem de verbis significantibus innouationẽ circa corpus Christi. num. 3.*


On omnis. Sequitur sextum capit. eiusdem partis. Quod quia breue est, non diuiditur. Attento qđ superius per multa capitula visum est de veritate huius sacramenti pro nunc nõ restat disputare, nisi de hac propositione, quam in hoc capitulo ponit Beatus Ambrosius videlicet. Quod panis accipiens benedictionem fit corpus Christi. Et de illa, quæ posita est in capitulo panis est in altari, qđ de pane fit corpus Christi. Et de alijs similibus, vt de illa: Quod est panis erit corpus Christi, vel quod est corpus Christi fuit panis. Et de illa panis potest esse corpus Christi. ¶ Vtrum istæ sint veræ. Et arguitur, quod sint veræ, primo de duabus est authoritas Beati Ambrosij in præsenti capitulo, & in capitulo, panis est in altari. In quo etiam capitulo ponitur ista, quod erat panis ante consecrationem iam est corpus Christi post consecrationem. Item in eodem capitulo ponitur etiam illa propositio ex pane fit corpus Christi. ¶ Ratione etiam arguitur sic. quod præfatæ propositiones sint veræ. Maior est conuenientia, quanto perfectior est conuersio, sed conuersio, quæ fit in hoc sacramento perfectior est omnibus, quia conuertitur totum in totum, & partes in partes, sicut ex prædictis patet circa capitulum panis, & calix supra eadem distinctione. Cum ergo in alijs conuersionibus vtamur tali modo loquendi, quod erat aqua est vinum, vel quod erat aer est ignis, videtur multo fortius quod hic possit dici, quod est corpus Christi, erat panis, & quod est panis, erit corpus Christi, vel quod est corpus Christi, fuit panis & cætera. ¶ In oppositum arguitur sic. Quod est relatiuum suppositi eiusdem, sed non est accipere aliquod suppositum. quod sit quandoque panis, quandoque corpus Christi, ergo non est dicendum, quod est corpus Christi fuit panis. ¶ Respondeo dicendum pro declaratione veritatis omnium illarum propositionum iuxta sanctum Thomam in tertia parte, quod hæc conuersio panis in corpus Christi, quantum ad aliquid conuenit cum creatione, & transmutatione naturali, & quantum ad aliquid differt ab vtroque. Est enim commune his tribus. Primo

Quæstio. 1
Primum ar.
Scđm arg.
Opponit in contrarium
Respondet
S. Thom.

ordo terminorum, scilicet, vt post hoc sit hoc. In creatione enim esse post non esse in hoc sacramẽto corpus Christi post substantiam panis, in transmutatione naturali album post nigrum, vel ignis post aerem. ¶ Secundo, quod prædicti termini non sunt simul. Conuenit autem conuersio de qua nunc loquimur cum creatione, quia in neutra earum est aliquod commune subiectum vtrique extremorum. Cuius contrarium apparet in omni transmutatione naturali. conuenit enim hæc conuersio cum transmutatione in duobus, licet non simpliciter. Primo quidem, quia in vtraque vnum extremorum transit in aliud sicut panis in corpus Christi, & aer in ignem. Non autem non ens conuertitur in ens aliter tamen hoc accidit vtrobique. Nam in hoc sacramento tota substantia panis transit in totum corpus Christi. Sed in transmutatione naturali materia vnius suscipit formam alterius priore forma deposita. Secundo conuenit in hoc quod vtrobique remanet aliquid idem quod non accedit in creatione differenter tamen. Nam in transmutatione naturali remanet eadem materia, vel subiectum. In hoc sacramento remanent eadem accidentia. Et ex his accipi potest, qualiter differenter in talibus loqui debeamus, quia enim in nullo prædictorum trium extrema sunt simul, ideo in nullo eorum potest vnum extremum, de alio prædicari per verbum substantiuum præsentis temporis. Non enim dicimus, non ens est ens, vel panis est corpus Christi, vel aer est ignis, aut album est nigrum, propter ordinem vero extremorum possumus vti hac præpositione ex, quæ ordinem dicit. Possumus enim vere, & proprie dicere, ex non ente fit ens, ex pane corpus Christi, & ex aere ignis, vel ex albo nigrum, quia vero in creatione, vnum extremorum non transit in alterum, non possumus in creatione vti verbo conuersionis, vt dicamus, quod non ens conuertitur in ens, quo tamen verbo vti possumus in hoc sacramento sicut in transmutatione naturali. Sed quia in hoc sacramento tota substantia in totam mutatur propter hoc hæc conuersio proprie transsubstantiatio vocatur. Rursus, quia huius conuersionis non est accipere aliquod subiectum, ea quæ verificantur in conuersione naturali ratione subiecti non sunt concedenda in hac conuersione. Et primo quidem manifestum est, quod potentia ad oppositum consequitur subiectum ratione cuius dicimus, quod album potest esse nigrum, vel aer potest esse ignis licet non sit ita propria sicut prima. Nam subiectum albi in quo est potentia ad nigredinem est tota substantia albi. Non enim albedo est pars eius. subiectum autem formæ aeris est pars eius. vnde cum dicitur aer potest esse ignis uerificatur ratione partis per Synecdochen. Sed in hac conuersione & similiter in creatione, quia nullum est subiectum non dicitur, quod vnum extremum possit esse aliud, vel quod panis possit esse corpus Christi. Et eadem ratione non potest proprie dici, quod de ente fiat ens, vel de pane fiat corpus Christi, quia hæc præpositio de, designat causam consubstantialem, quæ quidem consubstantialitas extremorum in transmutationibus naturalibus attenditur pœnes conuenientiam in subiecto, & simili ratione non conceditur, quod panis erit corpus Christi, sicut nec conceditur in creatione, quod non ens erit ens, vel quod non ens fiat ens, quia hic modus loquendi verificatur in trãsmutationibus naturalibus ratione subiecti puta cum dicimus, quod album fit nigrum, vel album erit nigrum, quia tamen in hoc sacramento facta cõuersione aliquid idem manet, scilicet accidentia panis, vt supra dictum est secundum quandam similitudinem aliquæ harum locutionum possunt concedi, scilicet, quod panis fit corpus Christi, vel panis erit corpus Christi, vel de pane fit corpus Christi, vt nomine panis non intelligatur substantia panis, sed in vniuersali hoc, quod sub speciebus panis continetur sub quibus continetur prius substantia panis, & postea corpus Christi. Satis concordat magister Alexander de Halis, & dominus Bonauentura cum sententia Beati Thomæ in quarta distinctione vndecima. ponentes circa hoc quatuor regulas. Prima est quod omnia verba significantia identitatẽ panis ad corpus Xpi faciunt sermonem falsum. vt omnes tales ꝓpositiones impꝓpriæ sunt, & exponẽdæ, panis erit corpus Xpi, q̃ fuit panis ẽ corpus Xpi. Sed debẽt exponi. i. cõuersũ est in corpus Christi

Ale. de Hali.
2 Prima reg.

Christi.Similiter non sunt recipiendæ propositiones prolatæ cum relatiuo,& verbo substantiuo,videlicet cum dicitur, quod erat panis est corpus Christi. ¶ Secunda re-
Secunda re. 3 gula est,q; omnia verba significantia innouationem circa corpus Christi sunt falsè dicta, vnde hæc est falsa, corpus Christi mutatur,vel transsubstantiatur,vel fit, sed innouatio exprimenda est circa panem,verbis tamen, quæ cõuersionem vel transitum dicunt. vnde in hac materia recipiũtur verba mutationis,vt transsubstantiatur,mutatur,& cõuertitur.Non motus,vt generatur,vel corrumpitur. vnde cum hoc verbum fit. sit dicẽs motum,& successionã.vnde successiua dicuntur esse in fieri.Non dicitur propriè panis fit corpus Christi,nisi secundum, quod fieri dicit mutari in aliud.vnde quando reperitur aliquod huiusmodi verbum.Panis fit corpus Christi,exponi debet.i.mutatur vel transsubstantiatur.¶ Tertia regula, quia non est ordina-
Tertia reg. tio panis ad corpus,secundum causas inferiores,ideo verba hoc significantia sicut hoc verbum potest,absolute dictũ faciunt propositionem falsam, vt si dicatur,panis potest esse corpus Christi.Si autem exprimatur ordinatio secundum causas superiores, vt si dicatur panis potest conuerti à Deo in corpus Christi.tunc est veritas in locutione & sic loquitur Ambrosius cum ait.Quod est panis potest
Quarta re. esse corpus Christi in consecratione.¶ Quarta regula est, quia nulla est causalitas,sed solum transitus panis in corpus Christi,omnes propositiones causalitatem importantes reddunt locutionem impropriam. vnde impropriæ sunt cum hac præpositione de,vel ex,secundum quod dicunt causalitatem, bene autem secundum quod importãt ordinem vnius termini ad alterum concedi possunt, in quo sensu capiuntur verba Beati Ambrosij. ¶ Ad ratio-
Ad primum argu. nes.Ad primã patet responsio ex dictis.In quibus data est
11 intelligentia, sub qua propositiones illæ positæ à sanctis doctoribus accipiendæ sunt,& quæ sunt impropriæ.¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam.Et ratio
Ad scd̃m. est,quia secundum Philosophũ secundo de anima in principio passum est dissimile,sed in fine est simile. vnde perfecta conuersio requirit perfectam distantiam in principio,quia importat terminum à quo,& ideo quanto perfectior est conuersio tãto minus potest corpus Christi de
Exponit literam pane prædicari.Lege. ¶ Benedictionem].i.consecratiuã, verba autem,in quibus consistit consecratio dicuntur be-
Bonauent. nedictio. vt dicit Bonauentura in quarto.dist.10.Tum ratione benedictionis præcedentis,ante enim dicitur benedixit,& fregit. Tum quia ad eorum prolationem dominus benedicit, quia conuertit panẽ in corpus[fit]id est cõuertit in corpus suum.



Ommendauit &c. Sequitur septimum capitulum.Quod quia totum expositũ est supra eodem dist.circa capitu.Quia passus.Ideo ptransimus.

1 *Christus an ostenderit nobis maius signum dilectionis tradendo nobis corpus suum in cibum, quam patiendo pro nobis.*
2 *Homo vult sibi triplex bonum particulare.*
3 *Fideleles vniti adinuicem in corpore ecclesiæ colligati sunt vinculo pacis, vnitatis ac dilectionis.*



Oc est. Sequitur octauum capitul.eiusdem partis.Et diuiditur in duas
Diuisio. partes.In prima dicit hoc sacramentum esse signum vnitatis,& vinculũ charitatis.In secunda explanat, quid per cibum,& potũ accipiendum sit,cum.s.dominus ait in euã-
Quæstio. gelio.s.Ioan.6.Qui manducat meam carnẽ, & bibit meũ sanguinem & cætera.secunda ibi,hunc cibum.¶ Quia de istis plura disputata sunt superius in capitulo,quia passus. & in capitulo.Qui manducãt.solum nunc restat quærere, quia sæpe numero nominatur hoc sacramentum pietatis
Primum ar. & charitatis sacramentum.¶†Vtrum maius dilectionis si-
1 gnum ostendit nobis Christus tradendo nobis corpus suum in cibũ,quã patiẽdo pro nobis.Et videtur quod sic, caritas patriæ perfectior est,quam charitas viæ.sed beneficium illud, quod nobis Christus contulit, corpus suum dans nobis in cibum, magis assimilatur charitati patriæ, in qua plene fruemur Deo. passio autem, quam pro nobis subijt,magis assimilatur charitati viæ,in qua nobis pro Christo imminet patiendum. ergo maius est dilectionis signum,quam,quod passus est pro nobis.¶ In oppositum esse videtur illud Ioannes.15. Maiorem charitatem nemo habet quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis.¶ Respondeo dicendum, quod maius dilectionis signum ostendit nobis Christus moriendo pro nobis, quã tradendo nobis corpus suum in cibum in hoc sacramento.Quod patet sic, vt deducit Sanctus Thomas in quodam quolibeto, quia illud, quod est potissimum in vnoquoque genere est mensura omnium illorum, quæ sunt illius generis, vt patet per philosophum in decimo Metaphysicæ. Potissimum autem in genere amoris hominũ est amor,quo quis amat seipsum, & ideo ex hoc amore necesse est mensuram accipere omnis amoris, quo quis alium amat.vnde & nono Ethicorum philosophus dicit, quod amicabilia, quæ sunt ad alium venerunt ex amicabilibus,quæ sunt ad seipsum. Pertinet autem ad amorem quo quis amat seipsum,vt velit sibi bonum.vnde tanto aliquis aliũ amare probatur, quãto magis bonum, quod sibi vult propter amicum prætermittit. secundum illud Pro-
2 uerbiorum 12. qui negligit damnum propter amicum iustus est. † Vult autem homo sibi triplex bonum particulare, quæ sunt anima, corpus,& res exteriores. Est igitur aliquod signum amoris,quod aliquis in rebus exterioribus propter aliud detrimentum patiatur. Maius autem est amoris signum, si etiam corporis proprij detrimẽtum patiatur,vel labores, vel verbera pro amico sumendo. Manifestum est autem dilectionis signum si etiam animã suam deponere velit pro amico moriendo. Quia igitur Christus pro nobis patiendo animam suam posuit maximum fuit dilectionis signum. Quia autem corpus suũ dedit in cibum sub sacramento ad nullum eius detrimentũ pertinet.Vnde patet, quod primum est dilectionis signũ, vnde & hoc sacramentum est memoriale quoddam, & figura passionis Christi, veritas autem præeminet figuræ, & res memoriali.¶ Ad rationem ergo dicendum, quod exhibitio corporis Christi in sacramento habet quidem Ad primum arg.
figuram quandam charitatis qua diligit nos Deus in patria,sed passio eius pertinet ad ipsam dei dilectionem nos à perditione ad patriam reuocantem,dilectio autem dei non est maior in patria,quam sit in præsenti.Lege.¶[Pie Exponit literam.
3 tatis].i. cultu diuinæ religionis adorandum[vnitatis ]fidelium.designat.n.†quod fideles in corpore ecclesiæ adinuicem vniti pacis & vnitatis ac dilectionis vinculo sunt colligati,vt supra eadem distinctione, quia passus est vigesima tertia quæstio quarta, ipsa pietas. dicitur etiam signũ vnitatis,quia per ipsum digne sumptum vnitur quis Christo etiam natura quodammodo, vt infra eadem distinctione.In Christo patri.Hugu.[Accedat]ad hoc sacramen Hugo.
tum, & credat.s.fide per dilectionem operante[in corpore].s.ecclesiæ positus,supple,& viuet de spiritu Dei, quo totum ecclesiæ corpus viuit,& vegetatur supra e.di. Christus panis[hunc cibum]2.pars.[vult].s.Christus in euangelio[cibum & potum]id est carnem & sanguinem suũ.hoc .n.dicit August.super illum locum vbi Christus inquit Io. 6.qui manducat meam carnem &c.[societatem.].i. socialem & fraternalem vnitatem[corpus].i. ecclesia [& membrorum suorũ]in prædestinatis & iustificatis qui soli sortituri sunt efficaciter fructum passionis repræsentatæ per hoc sacramentum vt supra e.dist.semel immolatus.

1 *Sacramentum eucharistiæ an semper habeat efficaciam in omnibus iustis eam sumentibus.*
2 *Peccata venialia quare dicantur quotidiana.*
3 *Debitum hominis quid dicatur.*
4 *Debitum iustitiæ quid dicatur.*
5 *Debitum priuatum quid dicatur.*



Anem de altari. Sequitur nonum capitulũ eiusdem partis. In quo ostendit magister Gratianus ex authoritate beati Augustini, quod ad consequendum effectum siue virtutem huius sacri necessariũ est, vt cum innocentia.i.puritate à peccatis & cum fraterna charitate accedatur,quibus habitis dr̃ secure accedendum esse.de istis duobus

duobus agit in prima parte, de secundo in secunda, ibi secundum antequam accedatis.¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli. Quæritur.¶†Vtrum hoc sacramẽtum semper habeat efficaciam in omnibus iustis sumentibus hoc sacramentum.¶ Et arguitur quòd sic. primo ex textu præsentis capituli, vbi dicitur ex authoritate Ambrosij, quòd panem de altari spiritualiter manducare est innocentiam ad altare portare, innocentiam autem vocat purgationem à mortali, sed in omni qui taliter accedit ad altare, habet hoc sacramentum efficaciam, ergo &c.¶ Secundo sic, hoc sacramentum habet efficaciam nisi habeat obicem, sed in viro iusto non habet obicem, ergo in quolibet iusto habet efficaciam. ¶ Tertio sacramentalis manducatio quando coniuncta est spũali semper habet efficaciam, sed in viro iusto sacramentalis manducatio semper est spũali coniuncta, quia spũaliter manducare est in Christo manere, vt dicit Augu. sed omnis iustus manet in Christo.¶ In oppositũ arguitur sic. Nullus participat effectum huius sacramenti nisi qui accedit sicut accedendum est. s. cum debita & diligenti cõscientiæ suæ examinatione vt patet 1. ad Cor. 11. sed contingit quòd quandoque iustus accedit ad hoc sacramentum sine illa diligenti examinatione, ergo in tali nõ habebit hoc sacramentum effectum suum.¶ Respondeo dicendum iuxta magistrum Alexandrum de Halis, ꝙ hoc sacramentum non semper habet efficaciam in iust s, patet, quandoque. n. iustus accedit ad altare ita tepide, & indeuote, & ita sine reuerentia, & timore, & cum tanta distractione animi, ꝙ nullum reportat commodum, licet non semper incurrat offensam mortalem. Requiritur ergo, quòd iustus ad hoc quod sacramentum habeat in eo efficaciam, & ex eo fructum reportet, ꝙ præparatus & bene dispositus cum reuerentia & actuali deuotione accedat.¶ Ad rationes. Ad primam dicendum secundum Alexandrum de halis, ꝙ ille portat innocentiam ad altare, qui non habens maculam peccati mortalis, & sufficienter paratus accedit digne ad mensam domini, vt pote qui nec est in peccato mortali, nec peccat ex omissiõe alicuius quo sit dignus ad accedendum ad sacram communionem. Conformiter ad prædictam authoritatem præsentis cap. dr̃ S. Thom. in 4. ꝙ innocentiam portans ad altare spũaliter manducat, habitu non semper actu. Ad hoc autem quòd effectum sacramenti percipiat, oportet, quòd actu spiritualiter manducet, quod fit quando paratus accedit.¶ Ad secundam dicẽdum quod omissio debitæ præparationis obest in viro iusto, non tantum peccatum.¶ Ad tertiam dicendum, quòd vir iustus cum manducat sacramentaliter, non semper mã ducat actu spiritualiter licet bene habitualiter, & tamen non consequitur efficaciã huius sacramenti, quando actu spiritualiter non manducat sicut dictum est. Lege. ¶ Est prędicatio per causam sicut dr̃ quòd sol est calidus. i. causa caloris. Ita portare [innocentiam]. i. puritatem conscientiæ à peccatis mortalibus saltẽ ad altare est per causam disponentem [spiritualiter manducare]. i. efficit vt quis spũaliter manducet [si sint quotidiana]. i. venialia, †quæ ideo dicunt quotidiana, quia sine his mortalis infirmitas cõsistere nõ potest, vt. j. ead. dist. iteratur, & de pœnitentia dist. 3 [vel] ꝓ saltem [non sint mortalia] quia cum talibus non est accedẽdum, vt. s. e. dist. quotidie. Et c. qui scelerate [dimittite] secunda pars. i. nullum rãcorem retineatis, in signũ. n. quòd qui accedit ad hoc sacramentũ debet dimittere quidquid habet odij, vel rancoris contra proximum. Cantatur in missa ante communione alta voce, & intelligibili, oratio dominica. Est tamen hic notandum quod vt dicit Albert. in tractatu de missa. Quidam distinguunt hic quòd aliud est debitum hominis, aliud debitum iustitiæ, & hominis debitum aliud priuatũ, vnius solius hominis, & aliud est debitum priuilegij communitatis. †Debitum hominis est vt dicunt quod debetur homini fragili corrupto, qui cum prouocatur iniurijs, vel damnis lacessitur ad similia irrogãda vel ad maiora procedat, quia secundum hunc modum dicitur à quibusdam philosophis sicut à Socrate, & Platone & Aristotele, quod de natura hominis est amicis benefacere, & dicunt, quod de perfectione gratiæ Christi est hoc debitum dimittere.† Debitum autem iustitiæ est id, quod pro damno irrogato vel pro damno illato determinauit lex, sicut oculum pro oculo dentem pro dente, & huiusmodi. Exod. 21. Et simile in damnis & reddat quod subtraxit, vel quantam occasionem damno dedit, & hoc debitum (vt dicunt) potest quis sine peccato exigere tam secundum leges humanas, quam secundum leges diuinas, dummodo iniurijs & damnis vltra legem propter nocumentum sibi illatum non procedat.† Debitum autem priuatum est vt dicunt quod cuilibet personæ debet secundũ legem, & quia quiliget ei iuri quod pro se solo inductum est potest renuntiare. Ideo quilibet hoc debitum [a] potest remittere, debitum autem priuilegij communius est sicut quòd percutiens clericum incidit in excommunicationẽ maiorem, & quia hoc pro pace communitatis cleri inductum est. Ideo illud solus non potest dimittere vt in cap. Si diligenti, ext. de foro competenti. Quidquid autem sit de hoc, quia pro certo verum est, quod isti dicunt in ista dist. tamen consulendum est cuilibet, vt tam vnum quã aliud, debitum quantum in se est in se peccanti dimittat. Si autẽ nihil horum facit, & reseruat rancorem ad malefactorem, non adhuc consulendum est ei, vt pater noster dicat, sed potius vt in persona ecclesię dicat sępe, quæ omnibus dimittit debita, & dicat cum gemitu, vt cor eius dominus ad dimissionem debiti emolliat, & ad alia bona, quæ dominus paratus est dare orantibus, frequẽter. n. fit quod in ipsa oratione peccator conuertitur, & tunc dimittit vt etiam sibi dimittatur. Si dimittitis dimittetur vobis, alias non, Matth. 6. Si non dimiseritis ex corde vnusquisque vestrum proximo suo, nec pater vester cœlestis dimittet vobis peccata vestra, vnde Matth. 18. super eum qui noluit dimittere conseruo suo reuocauit dominus vniuersum debitum, vnde ecclesiasticus in 28. cap. dicit, homo homini seruat iram & à Deo quærit medelam. In hominem similem sibi non habet misericordiam, & à Deo veniam quærit, quasi dicat nunquam consequetur, qui non remittit in se peccanti fallere, quòd non potest quin sciat cum sit omnium secretorum cognitor, & renum & cordium scrutator, Hierem. 17. & distinct. 32. erubescant 24. quæst. tertia. Deus. Sed nec lædi, nec nocere potest, vt 11. quæstio tertia cap. Secundum.

Marginalia (left): Quæstio. 1 — Primum ar. — Scd̃m arg. — Tertium ar. — Opponit in cõtrarium. — Respondet Ale. de Ha. — Ad primum argu. Ale. de Hal. — S Thom. — Ad scd̃um — Ad tertium — Exponit literam. — 2 — Albertus. — 3 — 4 — 5

Marginal note (right): a ¶ Hoc debitum. De bitum si subtrahat̃ ecclię possunt eps & canonici ecclesiam subijcere interdicto Petr. de Anc. in c. quasi fiuit nu. 9. de his quæ fiũt à pla.

1 *Hæreticus an sumat corpus Christi sacramentaliter.*
2 *Sacramentaliter manducare quid dicatur.*



**QVi discordat.** Vicesima pars. In qua magister Gratian. prosequitur de indigne sumentibus hoc sacramẽtaliter dicens, quòd quemadmodum digne sumẽtes illud consequũtur fructum, & vtilitatem magnam, ita indigne sumentes damnum & nocumentum. hoc capitulum pro sua breuitate nõ diuiditur. Verum quia discordare à Christo contingit dupliciter à fide & charitate, sicut hæretici & infideles à charitate sola, quod fit per peccatum mortale, sicut sunt infideles existentes in peccato mortali, quia in superioribus circa capitulum vt quid. s. eod. dist. Quæsitum est. Vtrum peccator manducet corpus Christi sacramentaliter & vtrũ sumendo peccet. Nunc de eo qui discordat à Christo fide cuiusmodi est hæreticus & infidelis venit disputandum.
1 ¶†Vtrum. s. talis hæreticus sumat corpus Christi sacramẽtaliter. Et videtur qđ sic. ¶ Qui immergitur corporaliter in aquam forma baptismi seruata baptizatur sacramentaliter. ergo videtur à simili quod quicunque recipit sacramentum hoc corporaliter manducet illud sacramentaliter.¶ Secundo sic. Quæcunque sunt inseparabiliter vnita quandiu sunt in nullo actu separantur, ergo si vnum separatur, & manducatur, & aliud, sed sic se habent species panis & Corpus Christi, ergo qui comedit speciem comedit corpus Christi, sed non spiritualiter, ergo sacramentaliter. ergo sacramentaliter comedit sola actione corporali. ¶ Tertio sic. Plus est conficere corpus Christi, quam sumere, sed hæreticus habens ordinem potest conficere, ergo & potest manducare sacramentaliter.¶ In oppositum est tex. præsentis capituli, in quo dicitur, quod, qui discordat à Christo, nec manducat carnem eius, nac sanguinem bibit.¶ Rationes sic, fides est fundamentum omnium sacramentorum, & maxime huius, vnde in forma cõsecrationis eius dicitur, mysterium fidei, ergo si aliquis degustat, & nõ credit, non sumit sacramentaliter, sed huiusmodi est hæreticus, sive infidelis, ergo &c.¶ Respondeo dicẽdum, quod proprie simpliciter loquendo hæreticus, siue infidelis sumens hoc sacramentum, licet sumat in veritate corpus

Marginalia (right): Quæstio. Primum ar. — Secundũ ar. — Tertium ar. — Opponit in cõtrarium. — Scd̃a oppo. — Respondet

corpus Christi, non tamen illud sumit sacramentaliter, vt ly sacramentaliter determinat manducationem ex parte manducantis, huius conclusionis talis ratio est, vt declarat magister Alex. de Halis† quia sacramentaliter manducare, est sacramentum manducare, vt sacramentũ. Ad hoc autem, quod aliquis manducando species sacramentales, manducet hoc sacramentum, vt sacramentum, necessaria est intentio, & intentionis regulatio, vel secundum fidem, quæ est in ipso, vel secundum fidem, quæ est in altero, intẽtio inquam necessaria est. Nam si quis iret ad mensam, & intenderet corpus reficere, & aliquis pro pane communi, sacramentum, sicut panem, offerret, & ipse intenderet omnino cibum corporalẽ assumere, nemo diceret sacramentaliter manducare, necesse est etiam, quòd illa intentio dirigatur, vel secundum fidem, quæ est in ipso, vel in altero, quia, vel oportet, quod credat, ꝙ sub illa specie aliquid spirituale lateat, quod sumere intendit, vel oportet, quòd saltem intendat, quod alios credere æstimat, quãuis ipse non credat, vnde si aliquis intendit accipere, quod æstimat ecclesiam credere corpus Christi esse, quamuis non credat sacramentaliter comedit, quia quamuis intentio sua non reguletur, nec attingat rem sacramenti per propriam fidẽ, attingit mediante fide aliena. Nam sacramentaliter comedit, quamuis non ita attingat, sicut ille, qui credit fide propria. Et sic patet pro quanto quis dicatur sacramentaliter manducare, sed quia primo sacramentum vero existit, & ipse, qui manducat illud, vt sacramentum sumere intẽdit, siue quia credit esse verum sacramentum, siue quia existimat alios credere. Huius sententiæ est B. Tho. in 3. parte, q. 80. ar. 3. vbi sic dicit, q̃d si infidelis sumat species sacramentales, corpus Christi sub sacramento sumit, vnde manducat Christum sacramentaliter, si ly sacramentaliter determinat verbum ex parte manducati. Si autem ex parte mãducantis, tunc proprie loquendo non manducat sacramentaliter, quia non vtitur eo quod accipit, vt sacramento, sed vt simplici cibo, nisi forte infidelis intenderet recipere q̃d ecclesia confert, licet non haberet veram fidem circa alios articulos, vel circa hoc sacramentum, hæc S. Tho. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur, quod non sufficit in adulto immersio cum forma verborum, sed requiritur, quod assit intentio regulata fide propria, vel aliena, & sic est in proposito. ¶ Ad secundam dicendum, quod & si inseparabilia sunt, quantum ad simultatem essendi quandiu enim sensus est simul sunt, non tamen sunt inseparabilia, quãtum ad simultatem patiendi. Potest. n. quis perforare, & frangere speciem, tamen nihil fiet circa rem contentam, similiter, & manducare. Et quoniam sacramentum dicit comparationem ad rem, nihil dr̃ attingere sacramentum sacramentaliter, nisi attingat rem aliquo genere cognitionis. ¶ Ad tertiam dicendum, negando consequentiã, quia non est simile de vno, & de alio, consecrare. n. eucharistiã non est vti sacramento, sed quodammodo efficere ipsum, sed manducare est vti sacramento. Actio. n. vtentis recipit modũ ab eo, quo, quis vtitur, sed actio efficientis non recipit modum ab eo, quo quis efficit, sed à virtute actiua, vnde aliquis dicitur conficere sacramentum, non conficere sacramentaliter, dicitur autem manducare & sacramentũ, & sacramentaliter, & ideo non est mirũ, si aliquid requiritur ad hoc, quod aliquid manducet sacramentaliter, ꝙ nõ requiritur ad hoc, quod conficiat sacramentum Leg. ¶ [Discordat à Christo] per inconformitatem voluntatis, siue ꝑ peccatum mortale, quod est auersio ab incommutabili bono, & conuersio ad commutabile bonum [carnem]. s. spũalem. i. non incorporatur corpori eius, quod est ecclesia [& si sacramentum tante rei]. i. corpus Christi, quod est sacrm̃ carnis Christi [mysticæ]. i. vnitatis ecclesiasticæ, per eius carnem sanctificatæ, vt supra eadem dist. c. dupliciter, & similiter intellige de sanguine [ad iudicium] vt in se c. &. s̃. in c. quid est & c. credere, intelligendo de eo, qui per fidẽ à Christo discordat, litera sic exponetur [qui discordat à Christo] per fidẽ, sicut est hæreticus, aut infidelis [non manducat carnem eius]. s. aliquomodo, quia nec spiritualiter, nec sacramentaliter [Et si tantæ rei sacramentum sumat ad iudicium] Sicut. n. supradictum est e. dis. in circa capitulũ. Qui scelerate, grauius peccat infidelis sumens hoc sacramentum, quam peccator fidelis, & magis contemnit Christum secundum quod est sub hoc sacramento, præsertim si non credat verè Christum sub sacramẽto esse, quia quãtum est in se, minuit sanctitatem huius sacramenti, & virtutem Christi operantis in hoc sacramento, quod est contemnere ipsum sacramentum in seipsum, peccator autem fidelis, qui cum conscientia peccati sumit hoc sacramentum non contemnit illud in seipso, sed quantum ad vsum indignè accipiens.

Margin notes (left column): Ale. de Hal. 2 — S. Thomas. — Ad primum argum. — Ad. scd̃m. — Ad tertium — Exponit literam.

1 *Sancta an possint obesse malis.*
2 *Angelus satanæ quid dicatur in Paulo.*



T sancta. Sequitur secundum capitulũ eiusdem partis, in quo magister Gratianus ex authoritate B. Aug. qui assignat rationem eius, quod supra dixerat. s. ꝙ qui discordat à Christo, cum indignus accedat ad hoc sacramentum, ad iudicium suæ perditionis accedit ad illud. rõ est, quia sancta malis possunt obesse &c. Et diuiditur in duas partes, in prima parte docet, quod sancta possunt obesse malis, sed bonis sunt ad salutem, quod confirmat autoritate apostoli, & exemplo de bucella data Iudæ, in tertia ostendit, quod etiam mala prosunt bonis. secunda ibi, & mala. ¶ Pro ampliori intelli-
1 gentia huius capituli. Quæritur† vtrum hoc sit verum, q̃d sancta possunt obesse malis. Et videtur quod non. primo sic. Sicut proprius actus lucis est illuminare, ita boni bonum facere, & vtilitatem conferre omni vtenti illo, sed sancta, & maxime hoc sacramentum, quod continet Christũ sunt de genere maximorum bonorum, ergo ipsorum nõ est nisi prodesse. ¶ Secundo sic, baptismus nulli obest, vnde in quolibet baptizato, & ficte accedẽte habet effectum aliquem suum. s. characterem, & transeunte fictione confert plene effectum, sed hoc sacramentum est multa nobilius, ergo sequitur, quod non obsit alicui sed omnibus prosit. ¶ Tertio in naturalibus indispositio materiæ nõ impedit effectum agentis totaliter, nisi cum indispositio, quę est in materia est fortior quam virtus agẽtis, sicut patet de aquositate lignorum in comparatione ad calorem ignis, sed virtus diuina, quæ est in sacramentis, & maxime in sacramẽto hoc, in quo est ipse Christus, est potentior, quacunque indispositione nostræ voluntatis. ergo sancta non possunt obesse propter quantamcunque indispositionem suscipiẽtium. ¶ In oppositum est textus præsentis cap. qui est B. August. ¶ Respondeo dicendum quod sancta obesse aliquibus, potest intelligi dupliciter. vno modo quod ipsa sancta in se aliquando sint mala, & ita efficiantur nociua aliquomodo sumentibus sicut panis, qui nunc est bonus comedentibus, postea corruptus est nociuus. Alio modo, ꝙ hoc proueniat ex mala dispositione sumentium, vtputa quia irreuerenter, & præsumptuose acceditur ad illa, sicut ipse Augustinus dicit, quod oculis ægris odiosa est lux, quæ puris est amabilis, & palato non sano pœna est panis, qui sano est suauis, dicendum ergo, quod primo modo loquendo sancta nulli obesse possunt, patet, quia à quocunque sumantur sancta sunt, & incontaminata. Sed secundo modo dicuntur obesse. Et hoc est, quod August. dicit. Non quia illa res mala sit, sed quia malus male accipit, quod bonum est. ¶ Ad rationes. Ad primam patet responsio, procedit. n. de primo modo, & ita est verum. ¶ Ad secundam dicendum negando assumptum, quia qui ficte accedit ad baptismum, peccat. Quod autem dr̃, quòd imprimat characterem, dicendum, quòd nõ, propter hoc sequitur, quòd si fictus accedat nõ obest ei. Et cum dr̃, ꝙ recedente fictione baptismus habet efficaciam suam, dicendum est, ꝙ in hoc non est simile de baptismo, & eucharistia, quia baptismus imprimit characterem, virtute cuius quis recedente fictione percipit efficaci ã baptismi, hoc autem non est de eucharistia. ¶ Ad tertiam respondetur de ratione voluntatis est, quod cogi nõ possit, & ideo non est simile de indispositione voluntatis, & aliarum rerum naturalium, quæ per violentiam agentis dispositiones contrarias admittunt. Lege. ¶ [Obesse] occasionaliter cum. s. indigne, irreuerenter ac præsumptuosè sumuntur, & tractãtur, vt. s̃. e. dist. quotidie & c. Qui scelerate [ nõ. n. mala erat bucella &c.] Bucella. n. ista sicut. s̃. e. dist. cum omne, dictũ est, non erat eucharistia, sed panis purus, vt etiã. ĩ. plenius dicetur e. dist. circa c. Sicut Iudas. ista non erat mala, imo bona, cum Christus illi eam ad salutem porrexerat, vt videns se deprehensum ab iniquo proposito desisteret, sed ex hoc magis exasperatus fuit, ideo sequitur [salutem medicus

Margin notes (right column): Diuisio. — Quæstio. Primum ar. — Secundum argu. — Tertium ar. — Opponit & Respondet. — Ad primum arg. — Ad scd̃um — Ad tertium — Exponit literam.

dicus dedit, sed quia ille &c. Et mala] secunda pars [mala prosunt] Rom. 8. diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Mala etiã culpæ occasionaliter sicut habetur ex gl. quia humiliores resurgũt, & cautiores, ac fortiores. ar. dist. 50. fidelior, de pœnitentia dist. 2. talibus. §. hæc itaque, vel mala appellat mala pœnalia, sicut aduersitates, tribulationes, angustias præsentis vitę, quæ patiẽter toleratæ prosunt bonis, vnde gl. ad Rom. 8 dicit, ipsorum infirmitate exercetur humilitas afflictione, patientia, contradictione, sapientia, odio, beneuolentia 1. Petr. 4. si quid patimini ꝓpter iustitiã beat [sicut angelus sathanæ] qui datus est Paulo, vt per infirmitatem corporis seruaretur sanitas mentis.

2 † Angelus iste dictus est stimulus carnis, inerat. n. Paulo, vt per infirmitatem corporis &c. vt dicit August. motus concupiscentiarum, quos tamen diuina gratia refrenabat. iste dr̃ angelus satanæ. i. malignus. Est autẽ angelus à Deo missus, seu permissus, sed satanæ intentio est vt subuertat, Dei vero, vt humiliet, & probatum reddat. Quidam autem dicunt hunc stimulum carnis non fuisse carnis tentationem, sed dolorem, quo vehementer affligebatur. s. illorum vel capitis, vel lateris, vt alij volunt per malum s. pœnæ, fit bonum. i. vtilitas aliqua [cum bene]. i. patienter [accipitur]. i. toleratur ipsum malum aduersitatis. — Augus.

1 *Sacerdos an debeat dare corpus Christi petenti, si sciat eum peccatorem.*




On prohibeat. Sequitur capitulũ tertium huius partis, in quo magister Gratianus inducit dictum Augus. dicentis, quod non sunt prohibendi mali accedere ad mensam domini. Et conuenienter hic hoc inseruit, quia cum dictum sit in superiori capitulo, quòd sancta malis obesse possunt, crederet aliquis, quod hac ratione prohibendi essent mali accedere ad hanc sanctam mensam, & ideo merito subiungit hoc capitulum.

Quæstio. Primum art. 1 ¶ Pro intelligentia pleniori huius capituli. Quæritur † vtrũ sacerdos dare debeat corpus Christi petẽti, si sciat ipsum esse peccatorem. Et videtur quod non. Et primo sic. Medicus non debet dare medicinam infirmo, quam scit ei esse mortiferam, sed sacerdos scit peccatori corpus Christi esse mortis causam, ergo non debet ei dare. ¶ Secundo sic. (Secundũ ar.) Contra veritatem vitę non est faciendum aliquid propter vitandum scandalum, sed potius omnia mala pati cap. secundo, & capitulo ad aures, ext. de temp. ord. sed dare corpus Christi peccatori, est contra veritatem vitæ, cum sit contra præceptum domini Mat. 7. Nolite sanctum dare canibus, ergo quantumcunque possit sequi scandalum, nullo modo est ei dandum, sicut, nec pro aliquo scandalo vitando, deberet dari cani, aut in lutũ proijci. ¶ Tertio, de duobus malis minus malum est eligendum. capit. duo mala, & c. verum 13. distinctione, sed peccatori minus est malum si infametur, quam si corpus Christi manducet indigne. ergo magis sacerdos debet ei negare in publico, etiã si crimẽ ipsius in notitiam veniat. quam ei dare. ¶ Quarto, si dat ei hostiam non consecratam nullum scandalum erit, ergo videtur ꝙ hoc debeat magis facere. ¶ In oppositum est text. præsentis capituli. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ circa peccatores distinguendum est. Quidam. n. sunt occulti. Quidã manifesti. s. per euidentiam facti. s. publici vsurarij, aut publici raptores, etiam per aliquod iudicium ecclesiæ, vel seculare talibus manifestis peccatoribus sacerdos nõ debet dare corpus Christi siue sacram communionem, vt. j. ea. dist. pro dilectione tua. Si vero non sunt manifesti peccatores, sed occulti, sacerdos non potest denegare sacram communionem petentibus in publico propter quatuor rationes, quas assignat S. Tho. in 4. dist. 9. prima quatuor prædictarum est, quia sacerdos denegans peccatori occulto petenti publice eucharistiam, videtur esse reuelator confessionis, aut proditor criminis. ¶ Secundo quia quilibet christianus ex hoc ipso, ꝙ est baptizatus, habet ius in perceptione eucharistiæ, nisi illud per peccatum mortale amittat, vnde cum in facie ecclesiæ non constet istum amisisse ius suum, non debet ei in facie ecclesiæ denegari, alias daretur facultas malis sacerdotibus pro suo libito punire maxima pœna quos vellent. ¶ Tertia propter incertitudinẽ datus sumentis, quia spiritus vbi vult spirat, vnde subito potest esse compunctus, & diuinitus à peccato purgatus, & diuina inspiratione ad sacramentum accedere. ¶ Quarta quia esset scandalũ si denegaretur, si vero est manifestum debet ei denegare, siue in manifesto, siue in occulto petat, vt colligit ex ca. quod iure. ex. de pœ. & re. ¶ Ad rõnes. Ad primã dicẽdum, ꝙ potius eligeret medicus medicinam eẽ mortiferam infirmo, ꝗ̃ sibi, si alterũ oporteret. Et similiter sacerdos potius debet eligere, quod peccator assumat ad perditionem suam, quam ipse deneget in perditionem ꝓpriam scandalizando & peccatum occultum reuelãdo. Et præterea non est certum, vtrum fit ei mortifera, quia subito homo spũ Dei mutatur. ¶ Ad secundam dicendum, ꝙ non dimittitur tantum propter scandalũ, sed propter alias causas, quæ faciunt ad hoc, nec esset contra veritatem vitæ, si negaret dominus, ergo nõ prohibuit simpliciter, sed voluntatem dandi dicẽs. Nolite sanctum &c. sacerdos autẽ in casu proposito non dat propriam sponte, sed magis coactus. Nec est similis ratio de animalibus brutis, & de proiectione in lutum, quia causæ prædictæ non sunt ibi. ¶ Ad tertiam dicendum ꝙ secundum Innocent. 3. Cum nemo debeat vnum mortale committere, vt proximus aliud nõ committat eligendum potius sacerdoti non prodere peccatorem, quam, vt ille non peccet, sed peccator debet potius eligere, vt abstinendo reddatur suspectus, quam communicando manducaret indignus. ¶ Ad quartam dicẽdũ, ꝙ nullo mõ debet dari hostia nõ consecrata. Tum quia in sacramento veritatis non debet esse fictio. Tum quia cum manducans adoret. vt dicit August. daret sacerdos ei occasionem idolatrandi, vnde decretalis dicit ext. de cœle. mis. c. de hominis, in casu simili, quod falsa sunt abijcienda remedia, quæ sunt veris periculis grauiora. Lege. ¶ [Non prohibeat] Aug. hoc ponit super illud psal. 21. Manducauerũt, & adorauerunt omnes pingues terræ. i. peccatores, isti dicuntur [pingues terræ] quia terrenorũ pinguedine nutriuntur, & pascuntur [exactorem] i. qui importune siue inuerecunde petit, licet sit indignus [moneat timere] in generali dicendo, quod nullus accedat, nisi præparatus, nisi bene dispositus, nisi contritus, & confessus, declarando quantum peccatum committit, qui indigne accedit ad hoc sacramẽtum, inducendo verba apostoli primo ad Corinth. 11. probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat, & similia bona verba sicut illa de capitulo. Qui scelerate, & illa de capitulo. Qui discordat, & de capitulo sancta vel [moneat] in secreto, si potest cum secrete retrahere. Si vero non potest, non prohibeat rationibus assignatis in quæstione.

(Marginalia: tertium ar. — Quartũ ar. — Opponit & Respondet. — S. Thom. — Ad primum argu. — Ad secũdum — Ad tertium — Ad quartum — Augu. — Exponit literam.)

2 *Iudas suscepit corpus & sanguinem Christi vere cum alijs discipulis.*

4 *Satan qualiter intret in hominem.*



Icut Iudas. Sequitur quartum capitulum eiusdem partis in quo magister Gratianus idem ponit, quod in capitulo sancta, & inducitur hic in exemplum vt peccatoribus occultis non denegentur sacramenta. Pro pleniori intelligentia huius cap. & præfati quæruntur duo.

1 ¶ Primum est vtrum, Christus corpus suum Iudæ tradidit.

¶ Secundum, vtrum sub bucella ei corpus suum dederit.

3 Ad primum sic proceditur. † Et videtur, quòd Christus corpus suũ Iudæ dederit. ¶ Primo sic. ipse. n. impleuit, quod mandauit, sed mandauit sanctum non esse canibus dandum Matth. 8. ergo ipse Iudæ non dedit corpus suum sanctissimum. ¶ Secundo secundum Augustinum Deus non est causa alicui, ꝙ deterior fiat, sed si Iudas corpus Christi sũpsisset, ex hoc factus fuisset deterior, quia sumendo peccasset, ergo Christus ei corpus suum manducandum non dedit. ¶ Tertio dominus dicit Matth. 26. postquam dederat corpus suum, & sanguinem apostolis non bibam amodo de genimine vitis huius, vsque in diem illum dũ bibam vobiscum &c. Ex quo videtur, ꝙ discipuli bibentes tunc cum eo, in cæna bibituri essent illud nouum in regno patris sui, & quòd erat eis in remissionem peccatorũ, sed neutrum Iudę competit. ergo ipse non sumpsit, & hęc est B. Hilarij ratio. ¶ In oppositum est textus capituli præsentis. item illud Matth. 26. vbi dominus sine exceptione aliqua dixit. accipite omnes, & comedite. ¶ Respondeo dicendum, quòd Hilarius posuit super Matt. quòd Christus Iudæ corpus suum, & sanguinẽ non

(Marginalia: Primum ar. — Scdm arg. — Tertium ar. — Opponit in cõtrarium — Respondet.)

S. Thomas. non dedit. & hoc quidem conueniẽs fuisset, vt dicit S. Th. in tertia parte, considerata malitia Iudæ. sed quia Christus debuit nobis esse exemplum iustitiæ, non cõueniebat eius magisterio, vt Iudam occultum peccatorem sine accusatore, & euidenti probatione ab aliorum communione separaret. Ne per hoc daretur exemplum prælatis similia faciẽdi, & ipse Iudas in se exasperatus sumeret occasionem peccandi, dicẽdum est igitur† ꝙ Iudas simul cum alijs discipu-
2 lis corpus, & sanguinem domini vere suscepit, vt dicit Be. Dionysius in lib. ecclesiasticæ hierarchiæ, & August. super Ioan. & Chrysost. super Mattheum homi. & habetur capitulo secundo de offic. ord. Addit tamen hic magister Alex. de Halis multas rationes, propter quas Deus voluit Iudæ conferre corpus suum, quarum, quædam sumptæ sunt ex parte diuinæ sapiẽtiæ, quædam ex parte diuinæ misericordiæ, quædam ex parte diuinæ iustitiæ. Ex parte diuinæ sapientiæ ratio fuit duplex instructio. s. omnium, vt inimicis benefacerent, secundum illud Matt. 6. benefacite his, qui oderunt vos. Dominus. n. cibãs proditorem suum propria carne, instruxit membra sua, quod deberent bene facere inimicis. ¶ Secundo, etiam est instructio ministrorum huius sacramenti. In hoc. n. ꝙ nõ negauit corpus suum Iudæ, qui erat graui peccato irretitus, instruxit dispensatores huius sacramenti, ꝙ peccatoribus in casu idem deberent conferre, in quo casu infra dicetur. Item ex parte diuinæ misericordiæ fuit subuentio, & hoc quantum ad duo, quæ sunt à malo reuocatio, & in bonum promotio. Bene. n. debuit miser ille ex cõsideratione diuinæ bonitatis, quæ maxime apparuit in hoc, quod tradidit illi corpus suũ à malo proposito reuocari, & consequenter virtute tanti sacramenti meliorari, sed ille auxit peccatũ, vnde debuit auxisse meritum. Vnde Chrisost. super Matthe. dicit factum est illud peccatum alterutrumque. Et quoniam cum tali mente ad mysteria accessit, & quoniam neque à timore, neque à beneficio, neque ab honore cum accepisset, non est factus potior. A timore dico comminationis, quæ exprimitur Matth. 26. ibi, Ve homini illi &c. A beneficio collationis sacramenti, ab honore conformis dispensationis. magnum. n. honorem exhibuit illi dominus dispensando ei ipsum sacramentum cum apostolis alijs. Ex parte diuinę iustitiæ ratio fuit euidentia diuinæ iustitiæ, quantum ad duo, quæ sunt augmentum culpæ, & retributio siue damnatio pęnę. Ex quo. n. tanto beneficio noluit à malitia concepta cessare, iusto iudicio Dei punitus est lapsu culpæ grauioris. s. desperationis. iuxta illud Apoc. vlt. Qui in sordibus est, sordescat adhuc. vt. n. dicit gloss. quædam ad Ro. 1. Strictissimo iudicio Dei fit vt peccata peccatis puniantur. Præterea ex ingratitudine tanta euidentior est diuina iustitia in eiusdẽ punitione. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum, ꝙ quamuis Iudas in rei veritate canis esset, tamen nõ in manifesto, & ideo noluit eum detegere coram alijs discipulis, ne desperationem incurreret, & sic liberius peccaret. ¶ Ad secũdam dicendum, quòd Christus non dedit causam, nec occasionem Iudæ peccandi, sed peccatum euitandi. ex mansuetudinis suæ ostensione ad ipsum, sed ipse ex vitali medicina sumpsit periculum mortis. ¶ Ad tertiam dicendum, ꝙ illa ratio est Hilarij ad ostẽdendum, quòd Iudas corpus Christi non sumpserit, non tamen cogit, quòd Christus loquitur discipulis à quorum collegio Iudas se separauit, iõ autem Christus eum exclusit, & ideo Christus quãtum est in se etiam cum Iuda vinum in regno Dei bibit, sed hoc cõuiuium ipse Iudas repudiauit. ¶ Vel dicendum, vt dicit idẽ Tho. in 4. ꝙ Iudas bibit cũm alijs sacramentaliter, sed non spiritualiter, vnde nec remissionem consecutus est, nec in regno patris secum bibit, quia potus ille tantum spirituali ter bibentibus debetur.

Diony. August. Chryso. Ale. de Hal.

Ad primum argu. — Ad scđum — Ad tertium — S. Thom.

3 Ad secundum sic proceditur. †Et videtur quòd Christus sub bucella corpus suũ Iudæ dederit. ¶ Primo ex textu præsentis capituli, vbi dicit Aug. Iudas, cui bucellam tradidit Christus, non malum accipiendo, sed bonum male accipiendo locum præbuit diabolo, &. s. in c. sancta e. dist. Nõ. n. mala erat bucella, quę Iudę tradita est à domino salutem medicus dedit. si. n. buccella panis tantum fuisset, non dicta fuisset salus, nec quod eam Iudas male accipiendo locum præbuisset diabolo, ergo videtur, ꝙ fuit corpus Christi. ¶ Secundo diabolum intrare in hominem est effectus peccati, sed secundum Ioã. 13. dicitur, quòd post bucellam introiuit in eum satanas, ergo accipiẽdo buccellam peccauit, ergo bucella erat corpus Christi. ¶ In oppositum est gloss. huius cap. & gloss. super Ioan. 13. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ Christus non dedit Iudæ corpus suum sub bucella. Christus. n. primo dedit corpus suum ei, cum alijs discipulis, sed bucella intincta in ostensione proditionis eius fuit ei porrecta, & purus panis fuit, sicut patet ex gloss. inducta. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum, quòd August. loquitur non de bucella intincta, sed de eo, quòd prius cum alijs discipulis accepit, vel dicẽdum, ꝙ dr̃ ad perniciem accepisse, quia quod Christus ad salutem suam fecerat porrigendo bucellam, vt videns se deprehensum ab iniquo ꝓposito desisteret, sed ille ex hoc magis exasperatus fuit. ¶ Ad secundam dicendum, quòd in comestione buccellæ intinctæ peccatum Iudæ augmentatum fuerat, vel ex hoc, quòd exasperatas [illegible] magis vel propter præsumptionem, qua cum magistro in catinum manum mittebat, vt audacia bonam conscientiam mentiretur, vt dicitur Matt. 13. super illud, qui intingit manum mecum &c. & ratione huius augmenti dr̃ diabolus post bucellam panis in eum intrasse. iam. n. præmissum erat in euangelio, ꝙ diabolus immiserat in cor Iudæ Schariotis, vt traderet eum. Lege. ¶ [Locum præbuit diabolo]. s. intrãdo ipsum, vt plenius possideret, & ad implendam malitiã induceret, in quem primo intrauerat vt deciperet, vnde dicitur Lucę. 22. quòd intrauit satanas in eum, & Marc. 14. ꝙ diabolus immiserat in cor Iudæ Schariotis, vt traderet ipsum, dr̃ tunc diabolus intrasse Iudam, non quidem primo, sed plenius possidendo, sicut licet apostoli spiritum sanctũ acceperunt ante resurrectionem, dicunt tamen spiritũ sanctum accepisse in die pentecostes ad maiorem plenitudi-
4 nem. ¶ Sed hic ẽ quæstio † quomodo satanas in hominem intrat. Ad quod respõdetur vt respondet S. Thom. in quodam quolibeto, & etiam supra Ioannem in ca. 8. Quod satan intrare in hominem contingit dupliciter. vno modo, in corpore hominis sicut in his, qui corporaliter à dæmone vexantur, & hoc modo potest essentialiter diabolus intrare in hominem, vel potest intelligi intrare in mentem, ita quòd menti diabolus essentialiter illabatur, & sic nihil potest intrare in hominem, nisi solus Deus. Anima. n. rationalis non habet dimensiones quantitatis, vt aliquid in ea esse dicatur quasi infra eiusdem dimensiones contentum, & ideo nihil potest in ea esse, nisi quod dat ei esse, ꝙ in ea est per virtutem suam. dico ergo, quòd Deus qui animam in esse produxit, est in anima per suam virtutem, vbi autem est virtus Dei, ibi est essentia Dei. in Deo. n. idẽ est essentia & virtus, manifestum est ergo, quòd solus Deus essentialiter est in anima, dr̃ tamen diabolus intrare mentem humanam per affectum, & effectum malitiæ, inquantum. s. homo ab eo seductus sequitur eum ad perpetrandũ malum, quod suggerit, & hoc modo intrauit in Iudã [manducat]. s. sacramentaliter. Notat hic gloss. quod male fit, fit tamen, & quod male accipitur accipitur sic. prima quęstio prima. Quod quidam.

Primum ar — Scđm arg. — Opponit & Respondet. — Ad primum arg. — Ad scđm. — Exponit literam. — Quæstio. Respondet. S. Thoma.

1 *Ambrosius an conuenienter arguat possibilitatem conuersionis panis in corpus Christi.*
2 *Impius quando fit iustus duo concurrunt propter quæ opus est difficillimum.*
3 *Mirabile dicitur quod est supra cursum naturæ.*
4 *Manna quale fuerit.*

Re uera. Sequitur 21. pars huius distinct. in qua magister Gratianus principaliter nititur multis exemplis diuinorũ operum ostendere non esse impossibile panem in corpus Christi conuerti, & vinum in sanguinem. Et diuiditur principaliter in tres partes. In prima commendat hoc sacramentum corporis, & sanguinis Christi in comparatione ad manna, quod pluit patribus in deserto, & ad aquam quæ fluxit de petra. In secunda deducit multa exempla ad ostendendum possibilitatem conuersionis, quæ in hoc sacramento fit. In tertia inuitat ad credendum illud de hoc sacramẽto, quod fides Christiana docet. secunda ibi. Et hoc nobis. tertia ibi, quod sermo, prima pars, & secunda subdiuiduntur in plures partes secundum ꝙ videbitur in expositione literæ, licet autem in hoc capitulo contineantur multa digna amplissima disputatione. Nos tamen ne in longum extendamus præsentem

Diuisio.

Quæstio 1 præsentem lecturam solum disputabimus† vtrum conuenienter arguat in hoc cap. B. Ambrosi. possibilitatem conuersionis panis in corpus Christi exemplis in litera positis. Et quia arguit ex triplici genere miraculorum, videlicet miraculorum sanctorū per homines factorum. s. Moysem Heliam, & Helizeum. secundo ex opere creationis. tertio ex operæ diuinæ incarnationis, videtur quod ex nullis istorum conuenienter arguat in litera. ¶ Primo sic, opus transubstantiationis panis in corpus Christi est mirabilius omnibus miraculosis mutationibus factis per Moysem, Heliam & Helizeum positis in litera, ergo ex illis non cōuenienter arguitur possibilitas conuersionis panis in corpus Christi, consequentia patet, quoniam à minori opere non sumitur argumentum ad possibilitatem maioris operis, antecedens etiam patet. ¶ Secundo sic. Respectu operis creationis opus cōuersionis panis in corpus Christi est miraculosius, quam opus creationis, ergo inconueniēter arguitur ex hoc illud, consequentia patet, antecedens probatur dupliciter, tum sic. Quanto alicui magis de facili consentit ratio humana tanto minus videtur habere de miraculo, sed non est aliqua miraculosa conuersio nec ipsa creatio, cui non magis consentiat ratio humana, quam huic, quia creationem etiam quidā philosophi posuerunt ducti ratione naturali. Tum probatur sic. Maius est vt dicit August. facere de impio pium quam facere cœlum, & terram, sed magis est transsubstantiare panem in corpus Christi quam iustificare impium, ergo illud est maioris virtutis quam creatio. ¶ Tertio respectu operis incarnationis arguitur simili modo sic. Hoc opus transsubstantiationis est mirabilius illo, ergo ex illo non conuenienter assumitur argumentum huius, antecedens probatur sic. Quanto illud ex quo incipit actio minorem habet dispositionem ad terminum actionis, tanto virtus educens est excellentior, & mirabilior, sed panis habet minorem dispositionem ad carnem Christi, quam caro Beatæ virginis, ergo transsubstatiatio panis in corpus Christi est mirabilius quam conceptio Christi facta in vtero Beatæ Mariæ virginis, in qua humana natura vnita est verbo Dei. ¶ In oppositum est B. Ambrosi. in præsenti capitulo. ¶ Respondeo dicendum, quod conuenientissime B. Ambrosi. arguit in præsenti capitulo ex prædictis exemplis possibilitatē conuersionis panis in corpus Christi. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur negando consequentiam, & ad probationem dr̄, ꝙ Ambrosius non arguit à minori in isto exemplo ex parte mutationum illarum factarū ad præces Moysi, Heliæ, & Helizei, sed arguit à minori ex parte operātiū arguendo sic, hoc potuit facere propheta participatione cuiusdā gratiæ à Deo siue præcibus, multo magis ipse Deus fons virtutum, & cui nihil est difficile vel impossibile, vnde B. Ambr. ex illis operibus infert. Si tantum valuit humana benedictio, vt naturam commutaret, quid dicemus de diuina, vbi verba ipsa diuini saluatoris operantur. Et iterum. Quod si tantum valuit sermo Heliæ, vt ignem de cœlo deponeret, non valebit Christi sermo, vt species mutet elementorum. ¶ Ad secundam respondetur negando antecedens, pro quo notādum, quòd nos non loquimur hic de vnitate creante, & trasubstantiante disputantes, quę maior sit, quia quantum in se est, vna, & eadem est, non intensa, nec remissa, nec est differentia, sed loquimur de ipsis effectibus, quis eorum sit indicatiuus, siue declaratiuus magis diuinæ potentiæ, habeatque maiorem difficultatem factibilitatis, & secundum hoc dicimus, quòd opus creationis simpliciter est magis declaratiuum, siue indicatiuum maioris potētiæ, quam trasubstantiatio panis in corpus Xp̄i, quoniam, quanto aliqua sunt magis distantia, tanto difficilius adinuicem mutantur, sed magis distat non ens simpliciter ab ente, quam hoc ens ab hoc ente, ergo difficilius est ex non ente simpliciter facere ens aliquod, quam ex ente illud, & ita creatio est maioris operis indicatiua, quam trāsubstantiatio, & ideo conuenienter argumentatur ex hoc B. Ambr. in hoc cap. dicens. Si sermo Christi poterat facere &c. ¶ Ad probationem vero antecedentis primo respōdetur negando assumptum, quoniam sæpe ratio humana faciliora iudicat, quæ sunt magis vsitata, sicut dicit Aug. in homilia de quinque panibus, & duobus piscibus. Maius miraculum est gubernatio totius mundi, quam saturatio quinque millium hominum de quinque panibus, & tamē hoc nemo miratur, illud mirantur homines, non quia maius est, sed quia rarum est. ¶ Ad secundam dicendum secū dum magistrum Alexandrum de Halis, ꝙ ideo maius est

Primum arg.

Secundum argu.

Augu.

Tertium arg.

Opponit & Respondet.

Ad primum arg.

Ad secundum.

Ad primum argum.

2 de impio facere pium, quam creare cœlum† quia quando impius fit iustus, duo concurrunt propter quæ opus hoc est difficillimum. s. gratię infusio, & informatio liberi arbitrij repugnantis, in opere creationis simpliciter non est informatio liberi arbitrij repugnantis, nec alicuius alterius, vnde in iustificatione impij ex hoc respectu est maior difficultas, quam in conuersione elementi in corpus Christi, vel respondetur, vt dicit S. Thom. in 4. dist. 8. quòd verbū August. intelligendum est quantum ad id, quòd fit, quia in creatione cœli, & terræ fit res secundum esse naturæ, quod est minus, quam esse gratiæ, quod fit in iustificatione. ¶ Ad tertiam respondetur, quòd negatur assumptum simpliciter, dicimus. n. iuxta S. Thomam, quod, licet ex parte eius quod mutatur, miraculosius opus sit transsubstantiatio panis in corpus Christi, quam mutatio, quæ fit in vnione humanæ naturæ ad diuinam personam, opus tamen incarnationis ex parte eius, ad quod est mutatio, est multo miraculosius, & præcellit omnes mutationes in difficultate, vnde est miraculum miraculorum omnium. Ad probationē antecedentis patet responsio, verum est. n. ex parte eius, qđ conuertitur, quod ratio arguit, non tamen ex parte eius ad quod est ipsa mutatio sicut dictum est. Lege. ¶ [Mirabile]

3 † mirabile. n. dicitur, quod est supra cursum naturæ cuiusmodi fuit hoc, vnde videntes illud filij Israel admirantes dixerunt, quid est hoc, quia cursus naturæ non consueuerat dare. [Pluit manna] vt. n. habetur Exo. 16. murmurantibus filijs Israel, quod defuerat eis panis. pluit illis manna,

4 habens dulcedinem mellis erat. n. granum minutum quasi semen coriandri album in modum pruinæ, & quasi pilosum. manna quidam dicunt esse indeclinabile. Alij declinabile secundum primam declinationem. Alij secundū tertiam, secundum quod dicitur de hoc nomine Pascha. vt dicit magister historiarum super Exo. & inducit Hug. etiam [cœli]. i. in aere non hominum labore parato pascebantur [dictum est]. s. psalm. 77. [angelorum]. i. quia angelico ministerio præparatum siue datum est, dr̄ etiam panis angelorum, quia significat Christum, qui est panis angelorum, secundum diuiuitatē, in comparatione autem huius panis commendat B. Ambrosius panem huius sacramenti à quatuor prærogatiuis. primo à maioritate virtutis, quia corpus Christi manducantibus illud, præstat vitā æternam, hanc autem virtutem non habuit manna, quia, qui panem illum manducauerunt, omnes mortui sunt. Ioann. 6. Nam sicut habetur Iosue. 5. omnes qui murmurauerunt præter Iosue, & Caleph mortui sunt in deserto, non corporaliter tantum, sed etiam quidam spiritualiter, iste panis &c. Ioann. 6. [& substantiā]. i. subsistendi virtutē æternaliter siue vitam indeficientem, cuius ratio secundū S. Thom. est, quia omnis cibus nutrit secundum proprietatem suæ naturæ. cœlestia autem incorruptibilia sunt, & iō quia cibus iste cœlestis est, non corrumpitur, sed quādiu viuificatur manet, qui ergo manducauerit ex hoc digne, non morietur in æternum sicut si cibus aliquis corporalis nunquam corrumperetur dans nutrimentum semper viuificaret. Et ideo panis iste figuratus est per lignum vitæ, quod erat in medio paradisi, quodammodo dans vitam in perpetuum, secundum illud Gen. 3. Ne forte mittat manū suam, & sumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum [corpus est vitæ]. i. vitam conferens [considera] hic commēdatur panis noster respectu manna in prærogatiua virtutis operantis cum ait [considera an præstantior sit panis angelorum]. i. ministerio angelorū præparatus [an caro Christi] quam non angelico ministerio, sed ipse Christus immediate in hoc sacramento manducandam nobis præparauit. sermo. n. Christi conficit hoc sacramentum, vt. s. ead. dist. panis in altari. tertio commendat hunc panē sacramentalem prerogatiua nobilitatis originis [quia manna de cœlo] contra Ioann. 6. dr̄. non dedit vobis panem de cœlo. Respondetur, quod cœlum accipitur quandoq; pro aere secundum illud Matth. 13. volucres cœli comederūt illud, quandoque pro cœlo sydereo secundum illud psal. 112. Cœlum Cœli Domino &c. primo modo capitur hic Cœlum, secundo modo Ioan. 7. de cœlo, ergo. i. aere [hoc]. s. corpus Christi [supra cœlum] quia virtute spūs sancti formatum est. s. ead. dist. quia corpus [illud cœli]. i. aeris tā quam originis sui [hoc domini cœlorū] de quo in psal. 32. verbo

Ad secdm. Ale. de Hal.

S. Thomas.

Ad tertium

S. Tho.

Exponit literam.

S. Thoma.

Opponit & Respondet.

verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum, quarto commēdat illud prærogatiua incorruptibilitatis cum ait [ illud corruptioni &c.] putrefiebat .n.si in diem alterum seruaretur, præter quam seruatum in sabbato, cum in die illa non colligeretur de prouisione facta præcedenti die comedebant[hoc].s. corpus Christi [alienum] psalm.15. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem, & non solum in se est alienum à corruptione, sed & digne sumentes reddit à corruptione alienos. sequitur[quicunque religiosè].i.dignè[ corruptionem].s. mortis æternæ. Ioann.6. Qui enim manducat digne.s.hunc panem, viuet in æternum[illis aqua] hic secundo commēdat sanguinem Christi in respectu aquæ quæ fluxit de petra in alijs tribus prærogatiuis. primo ex parte originis [ quia aqua de petra. sanguis vero de Christo]secundo in veritate potus [quia aqua illa satiabat ad horam tc. sanguis Christi diluit]quia cibus, & potus iste nunquam corrumpitur[ tu cum biberis].s. spiritualiter, & finaliter[sitire non poteris] sed semper manēs semper dat vitam, & ideo homo semel comedens, & bibens nunquam esuriet, nec sitiet. Apocal. 7. Non esurient, nec sitient amplius. tertio cōmēdat in prærogatiua nobilitatis[ quia illud].i.aqua[in vmbra]fuit.n.figura[hoc].i.sanguis in veritate[illud vmbra hoc lux]quod vero fuerit aqua vmbra siue figura sanguinis Christi inducit testimonium apostoli 1. Cor. 11. bibebant autem de spirituali consequente eos petra, petra dr̄ spūalis, vt dicit gl. quia Dei virtute ex ea fluebat aqua, & dr̄ consequēte eos, quia, vt dr̄ satisfaciebat voluntati eorum, & quia quocunque irent aquæ inundantes secutæ sunt eos, petra autem erat Christus in signo. solet.n. res quę significat nominari nomine rei, quam significat, erat ergo Xps petra non per substantiam sed per significationem[ sed non eorum].s.iudæorum, qui offenderunt eum, ingrati de tot beneficijs eis collatis. nam in signum eius, quod in quibusdam eorū nō est placitum Deo est quod[prostrati sunt. hæc autem in figura facta sunt nostri].i.non propter illos tantum, sed etiā propter nos, & propter correctionem, & informationem nostram, illæ.n.pœnę figuræ sunt nostrarum pœnarum[& forte dicas]secunda pars[vtimur].i.vti possumus[ benedictionis].i.gratię diuinæ[ista]secunda pars diuiditur in tres partes secundum triplex genus mutationum siue operum mirabilium, quod inducit ad probandam possibilitatem cōuersionis panis in corpus Christi. Primo inducit ea, quę per homines sanctos benedictione diuina facta sunt. Secundo inducit in exemplum opus creationis. Tertio opus diuinæ incarnationis. Circa primū inducit septem exempla, quinque sub Moyse, vnum sub Helia, & vnum sub Heliseo [virgā tenebat Moyses] ecce primum exemplum, in quo gratia data prophetæ natura virgæ mutata est in serpētem, & econuerso, de quo Exo.7.[currebant]ecce secundū exemplum de mutatione aquarum in sanguinem, de quo Exo.7.[circūclusus]ecce tertium exemplum, in quo aqua tanquam congelata facta est.s.murus, ita vt filij Israel ambularēt sicco pede, vt habetur. Exo. 14 [Circunclusus hinc Aegyptius].i.ex vna parte erant Aegyptij, qui sequebātur, ex alia parte mare, & ex alia montes inascensibiles[separauit].i.diuisit in 12. vias, vt queq; tribus per suas turmas incederet[Iordanis]iuxta illud. psalm. 113. & tu Iordanis cōuersus es retrorsum. ¶ Sed contra Iosue 3. dicitur, quod steterunt aquæ descendentes in vno loco, & instar montis intumescentes apparebant, quæ autem inferiores erant, in mare mortuum descendebant. ¶ Respondetur quod hic, & in psalm. istorum verborum sensus est vnus, videlicet, quod aquæ descendentes ita cessauerunt velut si cursu reciproco remearēt[sciebat populus]quartum exemplum de fluxu aquæ de petra, de quo habetur Exod. 14. [nunquid non &c.].i. certe sic[natura].i. naturaliter[Marath ] quintū exemplum de mutatione amaritudinis in suauitatem, & dulcedinem, de quo Exo. 15.[sub Helizeo propheta]sextū exemplum de ferro, quod contra naturam suam ascendit, & sup aquas natauit, graue.n. naturaliter descēdit, de quo habetur historia 4. Reg. 6. qualiter Helizeus cum filijs prophetarum incidentibus ligna ad Iordanem, cecidit ferrum vnius in aquam. Cumque ille clamauit, misit Helizeus lignum in aquam, vbi ceciderat ferrum, & natauit ferrum, & ille tulit. ¶ [Quod si tantum]septimum exemplum de Helia, qui ignem suis præcibus de cœlo descendere fecit, vt habetur 4. Regum 1. & 23. q. 4. Sed obijcitur[quod si tantum valuit sermo Heliæ]argumentum est à minori, vnde vult arguere, quod plus valeat sermo Christi in persona Christi prolatus, quia sermo Heliæ non habebat in seipso virtutem aliquam, sed operabatur per modū intercessionis, vt dicit S. Thom. in 4. dist 4. [sermo].i. forma huius sacramenti habet virtutem intraneam, sicut supra dictum est e. dist. circa c. panis est in altari[de totius]hic incipit arguere ex opere creationis per locū à maiori[minus dare] .i. de nouo facere [ sed cuius ] hic arguit ex opere incarnationis, exemplis, q̄ ipse Xps in se exhibuit[ nūquid naturæ vsus &c.]quasi dicat non[ si ordinem ].s. naturæ probat qđ dixit[ viro &c. quid hic &c. ] .i. in sacramento hoc [ quæris &c.]Multa de his exposita sunt. s. eod. dist. in quibus & quia passus & c. ante.[sacramentum est].s. species, quæ exterius apparet alia species.i. natura siue substantia nominatur, & est[auditis autem].s. finito canone, cum dr̄ per omnia secula seculorum, respondetur Amen. i. verum est, & fideliter tenendum. Nota quod Amen est hebreum vocabulum, & nullus interpretum ipsum transtulit in aliam linguam, sed eisdem literis apud omnes gentes habetur, designat.n. veritatem, quæ incommutabilis est, vnde in seculum seculi veritas eius. psalm. [quod sanat ] tertia pars, in qua inuitat ad perfecte credendum fide per charitatem formata[quod sermo sonat].s. in ore [ sermo].s. exterior fidem proferens[affectus].s. cordis sentiat amando, ac debita reuerentia colendo. de commendatione autē corporis Christi, & mirabilibus, quæ in ipso resplendent, habentur multa in clem. 1. ex. de reli. & vene. sanct.

*Opponit in contrarium* — *Respondet* — *S. Thom.*

1 *Christus an maneat totus integer in cœlo.*
2 *Sanguis miraculosus qua adoratione sit adorandus.*



INuitat. Secundum capitulum eiusdem partis, quod diuidit in duas partes. In 1. repetit illam ineffabilem Dei Charitatem ad nos, quia seipsum in cibum in hoc sacramento præparauit, & nos ad sumendum inuitat. In secunda remouet quādam dubitationem, seu obiectionem, quæ posset oriri ex falsa intelligentia de modo manducandi Dominum, ostendens, quod cum manducatur, nec occiditur, nec per partes diuiditur. Secunda ibi, Quis audeat. ¶ Pro ampliori intelligentia istius capituli, quia de alijs facta est mentio. s. circa capitulum. Qui manducat, quæritur vtrum sit verum, quod Xps totus integer maneat in cœlo. Et videtur quōd nō. Primo sic. Aliquid de sanguine Christi in quibusdam ecclesijs reseruatur pro reliquijs, ergo non est in cœlo corpus Christi cum integritate omnium partium suarum. ¶ Secundo arguitur sic. Præputium fuit aliqua pars corporis Christi, & tamen dicitur esse in ecclesia sancti Ioannis de Laterano Romę, ergo idem quod prius. ¶ In oppositum arguitur ex textu præsentis capituli. ¶ Respondeo, & primo circa sanguinem Christi, an scilicet totus sanguis reassumptus fuerit in resurrectione Christi. Dicimus cum S. Thom. in quolibeto, quōd totum quod fuit de veritate humanæ naturæ, reassumptum fuit à Christo, non autem illa, quæ de veritate humanæ naturæ nō fuerunt, & ita erit in resurrectione nostra. Verum quāuis circa ea, quæ sunt de veritate humanę naturę sit diuersa diuersorum opinio, secundum tamen quamlibet opinionem nō totus sanguis nutrimentalis.i. quæ ex cibis generatur, pertinet ad veritatem humanæ naturæ. Cum ergo Christus ante passionem comedit, & bibit, nihil prohibet in eo fuisse aliquem sanguinem nutrimentalem, qui ad veritatem humanę naturę non pertineret, & quē non oporteret ad corpus eius in resurrectione redire. Sed loquendo de sanguine qui est in passione effusus pro redemptione humani generis, dr̄ qđ totus in resurrectione ad corpus Christi redierit. Quod triplici ratione probat S. Thom. vbi supra. ¶ Prima est, seu accipi potest ex ætate Christi patientis. passus est.n in perfectissima ætate, in qua propter fortitudinem caloris, & virtutis desiccantis superfluitates corporis, videntur ea, quæ in homine inueniuntur ad veritatē humanæ naturæ pertinere, tanquam ad maximam perfectionem adducta. ¶ Secunda sumitur ex merito passionis. Si.n. martyrum illæ partes in quibus passionē pro Christo sustinuerunt quendam priuilegiatum fulgorem in resurrectione habebunt, vt August. dicit 21. de ciuitate Dei, multo magis sanguis Christi, quem pro salute humani generis effudit ad gloriosam

*Diuisio. — Quæstio. — Primum ar. — Scd̄m arg. — Opponit & Respondet. — S. Thom — S. Thomas — August.*

sam resurrectionem reparatus est.¶Tertia ratio sumi pôt ex ipsa virtute passionis. Sanguis .n.ille in passione effusus humanum genus sanctificauit secundum illud ad Hebre. vlt.Iesus, vt sanctificaret per sanguinem suum populum, extra portam passus est.Humanitas autem Christi salutiferam virtutem habuit ex virtute verbi sibi vniti, vt Damascenus dicit in tertio libr. *Damascen.* Vnde manifestum est, ꝙ sanguis in passione effusus,qui maximè fuit salubris,fuit diuinitati vnitus,& ideo oportuit quod in resurrectione vniretur alijs humanitatis mẽbris,siue partibus, & ita habetur primo,quod totus sanguis, qui fuit de veritate humanæ naturę in Christo resurrexit in primo secundo,quod totus sanguis, qui effusus est in passione Christi cũ totus videatur pertinuisse ad veritatem humanitatis suæ dr̃ resurrexisse in eius resurrectione. ¶ Ad rationes.Ad primam in qua dicebatur, quod sanguis quidem in quibusdam ecclesijs seruatur pro reliquijs Christi, & adoratur à populo, & credendum est quod ecclesia ibi non errat. *Ad primum argum.* Ad hoc respondetur secundum S.Thomam primo quod sanguis ille de quadam imagine percussa miraculose fluxisse dr̃. *S.Thomas.* Et hoc etiã S. Thom.in 3.parte confirmat,ita dicens.Sanguis ille,qui in quibusdam ecclesijs pro reliquijs obseruatur, nõ fluxit de latere Christi, sed miraculose dr̃ effluxisse de quadam imagine Christi percussa.Addit autem S. Thom.in quolibeto præfato,vel alias ex corpore Christi, ita quod non videtur inconueniens quod de sanguine nutrimentali Christi.i.qui ex cibis in Christo generatus est, aliquid dicatur in terris remansisse.Sed de adoratione illius remanet difficultas† qua adoratione adorabitur talis sanguis. *Quæstio. 2* Ad hoc magister Ioann.de Poliaco respondens in quolibeto quarto,art.3.dicit,quod si illi,qui talem sanguinem habent,dicerent, quod sanguis ille fluxerit de corpore Domini,male dicerent iudicio suo, sed quod adorandum ostendãt non videtur periculum quia ille sanguis, vt dr̃ à quibusdã de quadam imagine Christi in contumeliam Christi percussa,vel potuit fluxisse de hostia cõsecrata puncta in Christi contumeliam, sicut Parisijs contingit. *Io. de po.* Si fluxerit de corpore Christi potest,& debet adorari adoratione latriæ,sicut sacratissime reliquiæ Christi.Si fluxit de imagine Xpi, aut hostia consecrata, quia talis fluxus fuit miraculosus repræsentãs Christi passionem, & ipsum Christum passum, ideo debet adorari adoratione latriæ, non propter se, sed propter Christum,& eius passionem,quam repræsentat,sicut & Christi imago.Et ideo siue effluxit de corpore Christi,siue non,non est error in ecclesia, nisi asseratur, quod de corpore Christi fluxerit,quod,vt puto nõ faciunt,hæc ille,de præputio vero dominus Bonauent.in 4.12. dist.ponit plures modos dicendi in ista materia.dicit.n.sic, quod *Bonauent.* obijcitur de præputio dicendum,vel quod non fuit de carne Christi secundum speciem,sed diuina dispensatione parum de carne secũdum materiam,vt daretur nobis in deuotionem sicut reliquiæ, & sic dicendum est de sanguine, vel aliquid fuit de veritate, & illud resurrexit cũ Christo, & est in cœlo,& residuum mansit, aliqui tamen dicunt,ꝙ circuncisi resurgent sine præputio,quia est signaculum ad decorem.Et si tu objcias quod totum resurgit. dicunt qđ verum est totum quod spectat ad rem,vel pulchritudinẽ, & ideo non est instantia de præputio.Quod autem eorum verius sit difficile est scire,tamen quocunque modo dicatur verum est,quod totus Christus quantum ad esse,& bene esse in cœlo est,hæc Bonauent.Et sic patet responsio ad omnes rationes.Leg.¶[Inuitat.]Cant.6.Comedite amici mei,& inebriamini charissimi satis aperte inuitat pconizãdo virtutem carnis suæ cum ait Ioann.6. *Exponit literam.* Qui manducat meam carnem,& bibit meum sanguinem habet vitã æternam.Satis clare nos inuitat ad manducandum cum ait.Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem,non habebitis vitam in vobis.Ioann.6. [mortuos]in peccatis[viuificat]digne.n.[sumens hoc sacramentum vitam sumit.Ioann.6.Qui manducat hunc panem, viuet in æternum,[cætera exposita sunt supra ea.dist.in cap. manducant &c.

1 *Missa an debeat celebrari in ecclesia omni die.*
2 *Missa celebratur quotidie in ecclesia quinque de causis.*
3 *Memoria passionis Christi prodest nobis ad multa.*



Teratur. Sequitur 22. pars huius dist. in qua assignat Gratianus ex authoritate Paschasij rationes, propter quas, hostia iteratur,siue frequentatur quotidie in altari.Et diuitur in tres partes.In 1.ponit vnã rationem.In secunda secundam.In tertia ponit rationem quare passio Christi semper commemoranda sit,secunda ibi,iteratur hoc.tertia ibi,interdum autem. *Diuisio.* ¶Pro intelligentia pleniori huius præsentis capituli,quæritur † vtrum debeat omni die missa in ecclesia celebrari. *Quæstio. Primum ar.*
1 Et arguitur quod non.primo sic.in missa recolitur dominica passio,sed ecclesia celebrat memoriam dominicę passionis semel in anno,ergo nõ pluries in ecclesia debet missa dici.¶Secundo in die parasceues agitur memoria dominicæ passionis,nec tamen tunc consecratio fit,ergo multo minus deberet fieri in alijs diebus. *Secundum argu.* ¶Tertio sic.Aliquibus diebus celebratur hoc sacramentum pluries vna die solenniter in ecclesia, sicut patet in festo natiuitatis, & multis alijs diebus,ergo videtur,quod aliquando deberet præter mitti. *Tertium ar.* ¶In oppositũ est textus capituli præsentis.¶Respõdeo dicendum,quod secundum Innocent.†quinq; de causis quotidie missa in ecclesia celebratur.prima, quia semper oportet esse paratam medicinam contra quotidiana peccata.secunda,vt lignum vitæ semper sit in medio paradisi.tertia,vt nobis Christus semper vniatur sacramentaliter,& nos ei spiritualiter.quarta, vt sit apud nos iugis memoria passionis eius.quinta,vt vero agno loco typici quotidie vtamur ad vesperam, quem Iudei conuertendi ad vesperam esurient, secundum illud conuertentur ad vesperam &c. *Opponit & Respondet.* 2 ¶Ad rationes. Ad primam dicẽdum, quod passio Christi prout in capite contingit semel tantum repræsentatur in anno in ecclesia,sed prout in nos effectus eius puenit quotidiæ debet repræsentari, quia eius effectus in nobis continuus est, & sic repræsentatur in hoc sacramento. *Ad primum arg.* ¶Ad secundam dicendum,quod ecclesia volens populum Christianum circa ipsam dominicam passionem prout in capite nostro fuit mente occupari, statuit, vt illa die non consecraretur corpus Christi. *Ad scđum.* Ne tamen ecclesia omnino sine corpore Christi esset corpus Christi præcedenti die consecratum & reseruatum sumitur,sanguis autem nõ reseruatur propter effusionis periculum.Nec est verum, qđ quidam dicunt, quod ex parte immissionis partis hostiæ in calicem consecratur,quia transsubstantiatio nõ fit sine debita forma verborum, vnde post potum illum non liceret eadem die communicare. ¶ Ad tertiam dicendum,ꝙ omnis nostra actio per Christum perfici debet,& ideo qñ in vna die occurrunt, vel diuersa Dei officia commemoranda,vel pro quibus sunt gratiæ Deo reddendæ,vel etiam plura à Deo impetrãda pro salute viuorum,& mortuorũ, oportet quod pluries missa in ecclesia celebretur, si adsit facultas.Nec ex hoc sequitur, quod aliquando debeat intermitti, & ita ratio non procedit, quare &c. *Ad tertium.* Lege.¶[Prouidit]vt.s.huiusmodi sacramenti quotidie in ecclesia celebraretur oblatio[primo].i.prima causa [ quotidie peccamus]vt.s.e.dist.Si quotiescunque,& de pœ.dist.3.quotidianus[donata].i.remissa peccati originalis,vt.i. di.4. per baptismum,non ex ęquo[in carne]per causam,quia eius causa est [in carne] propitiatis [omnibus] illas remittendo sanat omnes illas mitigando in vita præsenti, & totaliter remouendo in futura vita, quia corruptibile corpus nostrum induet incorruptionem &c.[quotidie labimur]saltem venialiter,de pœn. dist.2.si.n.[quotidie Christus] præterquam in die veneris sancta,& sabbato,vt infra 3.distin. sabbato[mystice immolatur ].i.immolatio pro nobis facta in cruce in hoc sacramento repræsentat[in mysterio] .i.in sacramento [recidiua].i.renascentia,siue per iterationem redeuntia[oramus]Matt.6.[veritas in nobis non est] 1.Ioanne.1. [ob commemorationem] secunda causa[ait] Matth.26.& Lucæ.22.[donec veniat].s.ad iudicium, quia hoc sacrificium non cessabit vsque tunc. *Exponit literam.* Ego autem vobiscum sum vsque ad consummationem seculi.Matt.vltim. Cum consummatione seculi consumabuntur velamina sacramentorum[interdum autem].i.interim tertia pars[annuntianda].i.in sacramento repræsentanda, vnde bene dr̃ Exod.14.mementote diei qua egressi estis de Aegypto.Et ecclesiast. 19.gratiam fideiussoris tui ne obliuiscaris.posuit .n.animam suam pro te[vicem ] vnde propheta psal.115. quid retribuã domino pro omnibus, quæ retribuit mihi.

Calicem

Calicem salutaris accipiam &c. de vtilitate memoriæ passionis Christi diximus supra in c. semel Christus mortuus est. repetimus etiam nunc aliqua pro gratitudine, & vtilitate materiæ iuxta illud, quod notauit Arc. in hoc ca.† quod memoria passionis Christi prodest nobis ad multa. obscurat. n. gaudia mundi, in signum cuius vt dicitur Luc. 23. sol obscuratus est, quod moraliter significat, ꝙ cogitatio passionis Christi obscurat in nobis gloriã, & prosperitatem huius mundi. ¶ Secũdo tremorem incutit in signum cuius passionis tempore factus est terræ motus magnus, vt habetur Matth. 27. per quod significatur, quòd corda nostra in memoriam passionis Christi debent timere, & tremere cõsiderata tanta humilitate Christi patientis, timentes ne vacui reddamur fructu passionis suæ. ¶ Tertio duritiã cordis emollit, in cuius signum tempore passionis petræ scissæ sunt, vt habetur Matth. 27. ¶ Quarto à peccato suscitat in cuius signum tempore passionis Christi monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum, qui dormierãt resurrexerunt Matt. 27. ¶ Quinto à morsibus demonum sanat, quod figuratum fuit nume. 21. vbi dominus dixit Moysi. fac serpentem, & erige eum in palo, quicunque aspexerit eum viuet. ¶ Sexto labores pœnitentiæ dulcorat, quod significatum fuit exo. 15. vbi dr, ꝙ ostendit dominus Moysi lignum quod cũ misisset in aquas marath dulcoratæ sunt. ¶ Septimo liberat a morte æterna, quod significatum fuit Iosuæ sexto vbi dicitur, quòd Raab meretrix per filum coccineum pendens in fenestra liberata est, filum coccineum quod rubeum est significat passionem, fenestra cor nostrum designat, ista coniuncta cum alijs, quæ sunt in capitulo semel Christus reddent maiorem vtilitatem passionis Christi.

Archid.

3 *Altare sublime quare dicatur ecclesia triumphans*



Verum. &c. Sequitur 23. pars huius distinctionis, in qua magister Gratian. inducit iterum authoritates sanctorum doctorum ad probandum, ꝙ in hoc sacramento altaris verum corpus, & sanguis verus Christi sub speciebus panis, & vini contineatur. & non vt in figura aut signo tantum. Et non debet alicui videri mirum, aut inconueniens, quòd toties repetit hanc materiam, quia materia ista ꝓ summa sua altitudine, qua supergreditur non modo naturam, sed etiam intellectum nostrum difficillima est ad capiendum. non. n. mirum si toties illam disputet, ex principijs tamen fidei. i. fundamẽtis inconuulsis sacræ scripturæ, & sanctorum patrum. Diuiditur autem hoc capitulum in sex partes, In prima ostendit, ꝙ in hoc sacramento vere est corpus Christi, & ꝙ hoc factum est virtute Dei. In secunda interserit causas, propter quas non in specie propria interseritur, sed aliena. In tertia quare immolatur quotidie. In quarta qualiter non minus ab vno sacerdote, quam ab alio conficitur assignando rationem, quia non in merito sacerdotis sed in verbo conficitur saluatoris. In quinta probando, quod dixerat, explanat quædã verba, quæ sacerdos dicit in canone. In sexta concludit, quod licet sacerdos multa verba dicat in canone, sicut preces, laudes, gratiarum actiones, & fidelium petitione sacramentum, tamen solis verbis Christi conficitur. secunda ibi, sed quia. tertia ibi, iteratur. quarta ibi, intra catholicam. quinta ibi, vnde & sacerdos. sexta ibi, reliqua. Pro pleniori intelligentia huius capituli, in superioribus plura dicta sunt, solum nobis videtur reliquũ disputare de materia quartæ partis, & sextæ. Et quæruntur duo.

Diuisio.

1 ¶ Primo, vtrum malus sacerdos possit hostiam consecrare, & hoc circa quartam partem capituli.

2 ¶ Secundo, vtrum hoc sacramẽtum prosit alijs, quam sumentibus, circa sextam partem capituli.

1 Ad primum sic proceditur. † Et videtur, quòd malus sacerdos eucharistiam consecrare non possit. ¶ Primo sic, dicit Hier. super Sopho. sacerdotes, qui eucharistiæ seruiunt, & sanguinem domini diuidunt, impie agunt in lege Christi, putãtes eucharistiã precantis facere verba non vitam, & necessariã esse solennem orõnem, & nõ sacerdotis merita, de quibus dr̃ sacerdotib. in quacunq; fuerit macula non accedat offerre oblationes dño, sed sacerdos peccator cum sit maculosus nec vitã habet, nec merita huic conuenientia sacramento, ergo sacerdos peccator non potest consecrare eucharistiam. ¶ Secundo sic, Damas. dicit in 4. lib. ꝙ panis, & vinum per aduentũ spiritus sancti supernaturaliter transit in corpus domini, & sanguinem, sed Gelasius papa dicit, & habetur 1. q. 1. c. sacrosancta, quomodo ad diuini mysterij consecrationem cœlestis spiritus inuocatus aduenit si sacerdos qui eum ad esse deprætatur criminosis plenus actionibus comprobetur, ergo per malum sacerdotem non potest eucharistia consecrari &c. ¶ Tertio sic. sacramentũ sacerdotis benedictione consecratur, sed benedictio sacerdotis peccatoris non est efficax ad benedictionem huius sacramenti, cum scriptum sit. maledicam benedictionibus vestris. Et Dyo. dic. t. in epistola ad Demophilum monacum perfecte cedit à sacerdotali ordine, qui esse illuminatus, & audax quidem videtur talis sacerdotibus manum apponẽs audet immundas infamias. nõ. n. dicam orationes super diuina symbola Christi firmiter annuntiare. ¶ Quarto ius dicit. s. 11. q. 3. c. priuilegium, & habetur de re iud. in sexto priuilegiũ meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate gratuita, & priuilegiata similiter, qui dono abutitur gratis cõcesso, sed malus sacerdos potestate gratuita, & priuilegiata sibi à Deo collata abutitur, ergo iusto Dei iudicio illa debet priuari, sed Dei iudicium firmum est, & infallibile, vt extra de sen. excom. c. à nobis, &. ƒ. eo. panem, ergo malus sacerdos illa potestate priuatur. ¶ In oppositum est textus præsentis capituli, in quo B. Augu. dicit intra ecclesiam catholicã in mysterio corporis, & sanguinis dñi nihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur sacerdote, quia nõ in merito cõsecrãtis, sed in verbo pficit creatoris, & in veritate spiritus sancti. ¶ Respondeo dicendum, quòd malus sacerdos in moribus eucharistiam consecrare potest, sicut hic dicit August. patet ista conclusio iuxta S. Thom. in tertia parte. Quia sacerdos consecrat hoc sacramentum non in virtute propria, sed sicut minister Christi, in cuius persona consecrat hoc sacramentum. Non autem ex hoc ipso desinit aliquis esse minister, ꝙ est malus. habet. n. dominus ministros bonos, & malos, seu seruos, vnde Matt. 24. dominus dicit quis putas est fidelis seruus, & prudens &c. & postea subdit, si aũt dixerit malus ille seruus in corde suo &c. Et apostolus dicit 1. Cor. 4. sic nos existimet homo vt ministros Christi. Et tamen postea subdit nihil mihi conscius sum, sed nõ in hoc iustificatus sum, erat ergo certus se esse ministrum Christi, non tamen erat certus se esse iustum, potest ergo aliquis esse minister Christi, etiam si iustus nõ sit, & ideo hoc ad excellentiam Christi pertinet, cui sicut vero Deo seruiunt non solum bona, sed etiam mala, quæ per ipsius prouidentiam in eius gloriam ordinantur, vnde manifestum est, quòd sacerdotes, etiam si nõ sint iusti, sed peccatores, possunt eucharistiam consecrare. s. 15. q. vlt. c. fin. ¶ Ad rationes. Ad primã ergo dicendum, quòd Hiero. per illa verba improbat errorẽ sacerdotum, qui credebant se digne posse eucharistiam consecrare ex hoc solo, ꝙ sunt sacerdotes etiam si sint peccatores, ꝙ improbat Hierony. per hoc, quòd maculosi accedere ad altare prohibentur non tamen remouetur quin si accesserint sit verum sacrificium quod offerunt. ¶ Ad secundam dicendum, ꝙ ante illa verba Gelasius præmittit sacrosancta religio, q̃ catholicam continet disciplinam tantam sibi reuerentiam vendicat, vt ad eam quilibet nisi pura conscientia non audeat ꝑuenire. Ex quo manifeste apparet eius intentionis esse, ꝙ peccator sacerdos non debet accedere ad hoc sacramẽtũ, vnde per hoc quod subdit, quomodo cœlestis spũs aduocatus aduenit intelligi oportet, quòd non adueniet ex merito sacerdotis, sed ex virtute Christi cuius verba profert sacerdos, & hoc est verum. ¶ Ad tertiam dicendum, ꝙ sicut eadem actio inquantum fit ex praua intentione ministri, potest esse mala, bona autem inquãtum fit ex bona intentione domini, ita benedictio sacerdotis peccatoris inquantũ ab ipso indigne fit est maledictione digna, & quasi infamia, seu blasphemia, & ideo non oratio reputatur, inquantum vero profertur ex persona Christi est sancta, & efficax, vnde signanter dr̃ maledicam benedictionibus vẽstris. ¶ Ad quartam iuxta magistrum Alexandrum de Halis in 4. respondetur dupliciter. primo, ꝙ talis bene amittit priuilegium. i. beneficium priuilegiatum, ex quo ex illo nullum reportat commodum, sed potius damnum, seu damnationis dispendium. secundo respondetur quòd & si sit dignus, hanc potestatem amittere, quantum est de se, tamen diuina bonitas non illam subtrahit sibi, nec deceret, quod

Primum ar. · Scd̃m arg. · Tertium ar. · Diony. · Quartũ ar. · Oppositũ cõtrarium · Respondet · S. Thom. · Ad primum argu. · Ad scd̃m. · Ad tertium · Ad quartũ. Al e. de Hal

ret, quod subtraheret, quia illam contulit in sempiternum habendam.

2 Ad secundum sic proceditur.[Et videtur, quod hoc sacramentum non prosit nisi sumenti illud. ¶ Primo sic, hoc sacramentum est vnius generis cum alijs sacramẽtis, vtpote alijs condiuisum, sed alia sacramenta non prosunt nisi sumentibus, sicut effectũ baptismi non suscipit, nisi baptizatus, ergo nec hoc sacramentum prodest alijs nisi sumentibus. ¶ Secundo sic, effectus huius sacramenti est adeptio gratiæ & gloriæ, & remissio culpæ ad minus venialis, si ergo hoc sacramentum haberet effectum in aliis, quam in sumentibus, posset contingere, quod aliquis adipisceretur gratiam, & gloriam, & remissionem culpæ, absque actione, & passione propria alio offerente, vel sumente hoc sacramentum. ¶ Tertio multiplicata causa multiplicatur effectus, si ergo hoc sacramentum prodest alijs, quam sumẽtibus, sequeretur, quòd magis prodesset alicui, si sumeret hoc sacramẽtum in multis alijs hostijs in vna missa consecratis, quòd non habet ecclesiæ consuetudo, vt.s. multi communicent pro alicuius salute, non ergo videtur, quòd hoc sacramentum prosit nisi sumenti. ¶ In oppositum est Bea. August. in capitulo præsenti vbi dicit, quòd in hoc sacramento fiunt obsecrationes, & deprecationes pro multis, frustra autẽ hoc fieret, nisi hoc sacrm̃ illis prodesset, ergo sacrm̃ hoc non solũ sumẽtibus prodest, sed etiam alijs, pro quibus offertur siue præces funduntur ad Deum &c. ¶ Respondeo dicẽdum, quòd hoc sacramentum non solum prodest sumentibus, sed etiã alijs, pro qua conclusione notandum iuxta S. Thom. in 3. parte, quòd hoc sacramentum non solum est sacramentũ, sed etiam sacrificium, inquantum.n. in hoc sacramento repræsentatur passio Christi, qua Christus se hostiam Deo obtulit, vt dicitur ad Ephe. quinto. habet rationem sacrificij, inquantum vero in hoc sacramento traditur inuisibilis gratia sub visibili specie habet rationem sacramenti, sic igitur hoc sacramentum sumentibus quidem prodest per modum sacramenti, & per modum sacrificij, quia pro omnibus sumẽtibus offertur, dicitur autem in canone missæ, quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum corpus, & sanguinem filij tui sumpserimus omni benedictione cœlesti, & gratia repleamur, sed alijs, qui non sumunt, prodest per modum sacrificij, inquantum pro salute eorũ offertur, vnde, & in canone missæ dr̃. Memento domine famulorum, famularumq; tuarum, pro quibus offerimus tibi hoc sacrificium laudis, pro se suisque omnibus pro redẽptione animarum suarum pro spe salutis, & incolumitatis suæ. Et vtrunq; modum dominus exprimit dicens.s. Mat. 26. qui pro vobis.s. sumentibus. & pro multis alijs effundetur in remissionem peccatorum. ¶ Ad rationes. Ad primã dicendum, quod hoc sacramentum præ alijs habet, quòd est sacrificium, & ideo non est similis ratio de ipso, & de alijs. ¶ Ad secundam dicendum, quòd sicut passio Christi prodest quidem omnibus ad remissionem culpæ, & adeptionem gratiæ, & gloriæ, sed effectum non habet nisi in illis, qui passioni Christi coniunguntur per fidem, & charitatem, ita etiam hoc sacrificium memoriale passionis dominicæ non habet effectum, nisi in illis, qui coniunguntur huic saracmento per charitatem, & fidem, vnde Augustinus, dicit ad Renatum, quis offerat corpus Christi nisi pro his, qui sunt membra Christi, vnde & in oratione missæ non oratur pro his qui sunt extra ecclesiã, illis tamen prodest plus vel minus secundum modum deuotionis eorum. ¶ Ad tertiam dicendum negando consequentiam. Et ad probationem respõdetur, quòd sumptio pertinet ad rationem sacramenti, sed oblatio pertinet ad oblationem sacrificij, & ideo ex hoc quod aliquis sumit corpus Christi, vel etiam plures hostias non accrescit alijs aliquod iuuamentum, similiter nec ex hoc, quòd sacerdos plures hostias cõsecrat in vna missa multiplicatur effectus huius sacramenti, quia non est nisi vnum sacrificium. nihil enim plus virtutis est in multis sacrificijs hostijs consecratis, quam in vna, cum sub omnibus, & sub vna non sit, nisi totus Christus, vnde nec si aliquis simul in vna missa multas hostias consecratas sumat, participabit maiorem effectum sacramenti. in pluribus vero missis multiplicabitur effectos sacrificij, & sacramenti. Lege. ¶ [ Mysticum].i. occultũ & valde secretum sacramentum [fiat sub figura].i. tãtum sub signo, ita vt tantum ibi sit figuraliter siue significatiue. Et non realiter sicut dicebat Berẽgarius, probat ꝙ in veritate sit ibi corpus Christi dupliciter. primo ibi [ veritas] quæ.s. mentiri non potest. ait.n. Ioã. 6. [caro mea &c.] 2. ibi [quomodo] si.n. tantum ibi esset, vt in signo, plane non esset magnum hoc sacramentum, nec verba Christi possent verificari de hoc sacramento [quia] dat rationem, qua re sub speciebus panis, & vini datus est nobis cibus iste, & non in propria specie [in mysterio].i. in sacramẽto sub specie panis, & vini [ consecratione ].i. virtute consecratiua, qua spiritus sanctus facit talem transsubstantiationem [immolari ].i. sub sacramento Christi repræsentari [ex substãtia mystice].i. absconse, siue latenter, siue inuisibiliter, sed tamen veraciter [figura].s. species [iteratur ] tertia pars, de ista parte dictum est in præcedenti capitulo, iteratur [intra catholicam ] 4. pars [catholicam ecclesiam] obseruantiam formæ ecclesiæ, quia si formam ecclesiæ teneant sacerdotes nihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur sacerdote, siue sit malus, siue hæreticus, aut schismaticus, ratio sequitur [ quia non immerito &c.] transsubstantiatur panis in corpus Christi sed in vero &c. pertinent] tantum [nunc autẽ] inducit exemplum de baptismo [ipse est].i. Christus non sacerdos [ qui baptizat ] interius abluendo animam à peccatis, & infundendo gratiam, & virtutes [ hanc substantiam ] panis [ efficit ].i. transsubstantiat in suam carnem, & vinum in suum sanguinem [vnde & sacerdos] 5. pars. hic ostendit, ꝙ non merito sacerdotis fit, dicit [ iube ] o Deus [hæc perferri] angelus interesse sacris mysterijs credẽdus est dicit S. Tho. habetur.s̃.c.se, non vt consecret, quia huiusmodi potestatem nõ habet, sed vt orationes sacerdotis, & populi Deo repræsentet, secundum illud Apo. 8. ascendit fumus aromatum in conspectu dñi in manu angeli, quæ sunt orationes sanctorum, petit ergo sacerdos vt hic, &c. Non demonstratur inquit Alexander per ly hoc corpus, & sanguis Christi. Non.n. petit ecclesia illa perferri in sublime altare Dei, cum semper sint ibi, sublime altare dr̃ ecclesia triumphans, siue dextera Dei patris, sed potius vota fidelium, vnde sensus est [iube ].s. per virtutem huius sacramenti, quæ est virtus Christi [hæc].i. vota fidelium, videlicet supplicationes, & præces [perferri per manus sancti angeli tui] hoc est per ministerium angelorum, iuxta illud, quod ait angelus ad Thobiam. Tob. 12. Quoties orabas cũ lachrimis, ego orationem tuam obtuli domino [ in sublime altare tuum ] hoc est in conspectum diuinę maiestatis tuæ, porro sicut B. Aug. determinat, non dr̃ angelus orationes nostras offerre Deo, quasi tunc primo Deus nouerit quod uolumus, quia Deus omnia nouit antequam fiant, sed quia necesse habet rationis creatura temporales causas ad æternitatem deferre siue petendo, quid fiat sibi, siue consulendo quid faciat, vt quod Deo iubente faciendum cognouerit, hoc nobis, vel latenter, vel euidẽter reportet, vel potest aliter dici, & est etiam expositio S. Thom. ꝙ per hoc pronomen hæc demonstretur res huius sacramẽti.s. corpus Christi mysticum, sępe.n. signans pro signato ponitur. Est ergo sensus [iube hæc perferri].i. signatum horum .s. ecclesiam militãtem [ per manus angeli ].i. ministerio angelorum [perferri].i. peruenire ad ecclesiam trumphantem, siue vniri, & assimilari illi, & hoc est, quod petitur Matt. 5. adueniat regnum tuũ. vel [altare].i. participatione diuinitatis [plenam] quia Deus ipse altare dr̃ Exo. 20. Non ascendes ad altare meum per gradus.i. in trinitate non facias gradus vel [angeli].i. Christi, qui est magni consilij angelus, qui corpus suum mysticum Deo patri coniungit, & a ecclesiæ triumphanti [hanc igitur oblationem] a hic postulatur hostiæ benedictæ.i. verum & summum sacrificium transmutatio, dr̃ ergo [ quam oblationem tu Deus facere digneris in omnibus benedictam ] hoc est transmutare in illam hostiam, quæ est omnino benedicta &c. hæc autem vocabula, [benedictam, ascriptam &c.] multipliciter exponuntur, vno modo secundum Augustinum, vt habetur in isto capitulo, vbi sic dicit [ hanc igitur oblationem benedictam, per quam benedicimur, ascriptam, per quam homines in cœlo ascribuntur, ratam, per quã visceribus Christi censeamur, rationabilem, per quã à bestiali sensu exuamur, acceptabilem, vt qui nobis ipsis displicemus, per quã acceptabiles eius vnico filio fiamus. Nihil autem rationabilius, quam vt nos, qui iam similitudinem mortis eius in baptismo accepimus, simititudinem quoque carnis, & sanguinis sumamus. ] Et hæc expositio est secundum similitudi-

Primũm ar. Scd̃m arg. Tertium ar. Opponit in cõtrarium. Respondet. S. Thomas. Ad primum arg. Ad scd̃m. Augus. Ad tertium. Exponit literam. S. Thom. Alexander. S. Thom. a ¶ Oblatio nẽ. oblatio nes quæ dicantur illarge, quę stricte. vide Petr. de An. in cap. causa nume. 1. de ver. sign.

similitudinem huius sacramenti: Alio modo secundum Innocen.quam oblationem tu Deus facias transmutare in eam hostiam, quæ est omnino benedicta a scripta rata rationabilis, & acceptabilis,benedicta dicitur salutaris hostia.i.ab omni causa maledictionis immunis, tam originali,quam actuali,tam criminali,quam veniali.Lucæ 1.benedictus fructus ventris tui.ascripta dicitur.i. figuris, & scripturis veteribus designata tam in agno paschali. Exod. 12. quam in manna cœlesti Exod.16. tam in Isaac immolando Gen.22.quam in Abel immolato.Gen.3.Apocalip.13. hic est agnus,qui occisus est ab origine mundi,rata dicitur quasi intransitoria, sicut vetus quæ cessit,vbi noua nec esset,sed quæ permanet in æternum secundum ordinē Melchisedech, rationalis dicitur.i.habens effectum cōgruum, quasi non pœnalem, sicut legalis erat,quæ sanguine hircorum, aut taurorum nō poterat à peccato mūdare,sed quæ sanguine proprio conscientias emundat ab operibus mortuis,ad Hæbræ.9.Acceptabilis dicitur, quia non est illa,de qua dicit propheta,sacrificium, & oblationem noluisti.Sicut dicit dominus,non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos.Sed illa,de qua ecclesiast.35.Sacrificium iusti acceptum est, & ecclesiast.45.ipsum elegit ex omni viuente offerre sacrificium Deo incensum,& bonum odorem. secundum hanc expositionem recte subiungitur[vt fiat n.corpus, & sanguis dilectissimi filij tui domini nostri Iesu Christi similitudine mortis]ad Rom.6.Nam sicut ipse mortuus est vetustati pœnę,ita, & nos in baptismo morimur vetustati culpæ,& pœnæ, vt infra distinc.4. quod si baptizati[ similitudinem].i.sacramētum corporis, & sanguinis,siue corpus,& sanguinem Christi [ sub similitudine].i.specie panis, & vini[ita].i. hoc modo seruantur duo.s.veritas in sacramento,& tollitur occasio ridiculi,qđ fieret à paganis, si in propria specie sumeretur exemplo discipulorum Christi, qui dixerunt, durus est hic sermo supra eadem dist.1.quidem[procreantur].i.in melius mutantur[reliqua] sexta pars sciendum iuxta Sanctum Tho. in quarto, quod eorum, quæ in officio missæ dicuntur, quædam dicuntur per sacerdotem,quędam per ministros quædam à toto choro, ea quidem, quibus populus immediate ordinatur ad Deum per sacerdotes tantum dicūtur, qui sunt mediatores inter populum, & Deum, quorum quædam dicuntur publice spectantia ad totum populum, in cuius persona ipse solus à Deo proponit orationes, & gratiarum actiones. Quædam priuatim,quæ ad officium eius tantum spectant,vt consecrationes,& huiusmodi orationes, quas ipse pro populo facit, non tamen in persona populi orans[in hoc].i.in verbis Christi creatur[illud corpus] id est in illud transsubstantiatur panis supra eadem distinctio. quia corpus, & capitul. non omnis multa ponit hic glossator exponendo textum, de quibus parum curandum est, quia non videtur bene intellexisse dicta Beati Augustini. *S. Thom.*

2 *Deus,quare non dedit angelis potestatem conficiendi corpus Christi.*

5 *Corpus Christi potest esse, & est in multis locis, si in pluribus locis consecretur.*

*Sed non localiter nu.6.& 7.*

*Diuisio.*



Vid sit. Sequitur secundum capitulum eiusdem partis, & diuiditur in sex partes.in prima ostendit magister Gratianus,ex authoritate Beati Gregorij, ꝙ ex corde, & ore sumendum est corpus Christi,In secunda ostēdit, quòd licet Christus semel sit mortuus quotidie tamen repræsentatur in hoc sacramento,mors eius.In tertia dicit, quòd angeli adsunt in celebratione huius sacramenti,quarto dicit, quòd licet in multis locis conficiatur hoc sacramentum,non sunt tamē plura corpora Christi,sed vnum tantum,quòd in quolibet loco consecratur,quinto ponit, quòd à quibuscunque corpus Christi sumatur integrum tamē sumitur, & æqualiter ab omnibus. sexto ponit rationem,quare sub specie panis, & non sub specie propria sumendum proponitur.secunda ibi,item.tertia ibi,quis enim sacramentum. quarta ibi, talis,quinta ibi, vnde animaduertendum.sexta ibi, sed cum ministerium, pro intelligentia pleniori huius capituli dimissis multis alijs dictis, supra & quæ infra circa capitulū singuli dicturi sumus, quæruntur tria quæ magis videntur ad propositum.

1 ¶ Circa tertiam partem quæritur, vtrum angelus possit consecrare hoc sacramentum.

3 ¶ Circa quartam partem queritur secundo vtrum,corpus Christi sit in hoc sacramento sicut in loco.

4 ¶ Tertio vtrum possit esse in pluribus locis.

1 Ad primum sic proceditur.† Et videtur quòd angelus possit conficere hoc sacramen. ¶ Primo authoritate Gregorij in præsenti capitulo dicentis vno eodemque momento, & in cœlo capitur ministerio angelorum,consociandum corpori Chri, & ante oculos sacerdotis videtur in altari,sed quod ante oculos sacerdotis videtur in altari est elementum sensibile,rapi autem in cœlum consociandum corpori Chisti, nihil aliud videtur esse quam transmutari in corpus Christi,quod est cœleste, & glorificatum, si autem hoc fit ministerio angelorum, ergo per se attribuenda est angelis ipsa consecratio. ¶ Secundo sic, dicitur ad Hæbreos primo de angelis, quod sunt administratorij spiritus in ministeriū missi &c. sed cum sint spiritus nobilissimi,congruit illis, mitti in nobilissimum ministerium,hoc autem videtur esse ministerium consecrandi sacramētum eucharistiæ,ergo videtur, quod angelis congruat potestas consecrandi.¶ Tertio hoc sacramento ministratur homini panis cœlestis.s.panis angelorum,sed magis conuenit, hunc panem ministrari ministerio cœlesti.s.angelico, quam terreno.s. hominis,ergo ex quo ex summa sapientia sunt omnia conuenienter prouisa, & disposita, videtur, quod angelis data sit hæc potestas.¶ In oppositum est illud Gregorij in præsenti capituli dicentis,calix enim quam sacerdos catholicus sacrificat, non est alius,quam, quem dominis apostolis tradidit, solius autem sacerdotis est cōficere,soli autem homini competit,esse sacerdotem, ergo homo, & non angelus hoc sacramentum conficere potest.¶ Et confirmatur per illud. Lucæ 22.accipite inter vos,& diuidite,glos.accipite,& date, ex his verbis dan. ad apostolos directis patet, quod solis apostolis immediate dedit potestatem. Constat autem quod hanc potestatem non acceperunt angeli ab apostolis,ergo non habent illam.¶ Tertio sic,virtus transsubstantiandi elementum in corpus Christi,& sanguinem data est verbo sensibili, ergo cuius est proferre verbum sensibile, eius est ministerialiter mediante verbo tali ministrare, seu consecrare,hoc autem est hominis,& non angeli,ergo angelis non competit conficere hoc sacramentum.¶ Respondeo dicendum, quod angelis non competit conficere hoc sacramentum propter hoc, quod Deus non dedit angelis hoc sacramentū conficiendi potestatem, ergo illā non habent.Antecedens patet ex præsenti capitulo. ¶ Si

2 autem quæritur.†quare non dedit Deus angelis hanc potestatem.¶ Respondet magister Alexander de Halis, qđ, quia non congruit,& hoc ex causa multiplici. Vna quidē est,quia si sacramenta ministrarētur homini per angelos, esset homo in sui reparatione subiectus naturæ angelicæ, & sic non esset per Christum solum restitutus in pristinā dignitatem. Alia ratio est,quia,si susciperet homo ab angelo,non esset ibi humiliatio sufficiens sacramento. Angelus.n.superiore est hīe,& natura,& gratia & officio.Tertia vero ratio est, quia potestas dispensandi sacramētum hoc fluit à capite in membra. hoc enim primo fuit in Christo sicut in primo sacerdote & dispensatore,& hoc secundum proprietatem humanæ naturæ,quoniam ergo angeli non sunt membra Christi, & alieni sunt ab humana natura, ideo in eos non descendit dicta potestas. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum,quod non est intentio Beati Gregorij in verbis, quæ ponit in capitulo præsenti.quod ministerio angelorum fiat conuersio in corpus,& sanguinem Christi licet glossator ita videatur asserere & male, quod patebit viso intellectu illorum verborum,intelligendum est ergo vt dicit magister Alexāder de Halis verbum Gregorij secundum regulam Ticonij quæ est. Quando de diuersis tanquam de eisdem scriptura loquitur in psalm. 77. cum occideret eos quærebant eum. Alij enim quærebant, seu erant quærentes, & alij erant interficiendi. Nota ergo tria in hoc sacramento, panis ante transubstantiationem corpus Christi facta transsubstantiatione, & species post. Similiter in verbo Gregorij sunt tria verba, rapitur associandum

*Primum ar.* *Scđm arg.* *Tertium ar.* *Opponit in cōtrarium* *Scđa oppo.* *Tertia opp.* *Respondet.* *Quæstio.* *Respondet Ale. de Hal.* *Ad primum argu.* *Contra gl*

aſſociandum in altari videt. Primum verbum.ſ.rapitur, pti net ad panem. Secundum.ſ.aſſociandum, pertinet ad corpus. Tertium vero.ſ.videtur, pertinet ad ſpecies. Eſt ergo ſenſus, vno eodéq; momento in cœlum rapitur.ſ.panis.rapitur inquam in cœlum.i.in cœleſte corpus, & ſpirituale mutatur. Quod vero ſequitur aſſociãdum pertinet ad corpus Chriſti naturale, quod corpori Chriſti myſtico.i.eccleſiæ aſſociatur, dum per charitatem membra ipſius in Chriſto vniũtur. Tertium vero quod ſequitur.ſ.quod oculis ſacerdotis videtur, pertinet ad ſpecies, quæ remanent ibi poſt tranſſubſtantiationem, nec intelligendum eſt, qđ hoc quod dico miniſterio angelorum notetur aliqua ratio cauſæ huius tranſmutationis, ſed ſolum ratio aſſiſtentiæ, quod etiam patet per alia verba Gregorij in eodem capitulo præcedentia, videlicet quis fidelium habere &c. ¶ Ad ſecundam dicitur, quod, licet angeli ſint nobiliſſimi ſpiritus, non conueniebat tamen hanc poteſtatem illis dari à domino, cuius eſt de omnibus vtiliter, & modo congruo prouidere. habent enim à domino poteſtatem illuminandi, purgandi perficiendi, vota, & orationes Deo offerendi, quæ eis potiſſime conueniunt, & aliorum multorum ſalubèrrimorum effectuum virtutem, & poteſtatem ſicut Beatus Dionyſius libr. de cœleſt. hierarch. pleniſſime proſequitur. ¶ Ad tertiam patet reſponſio ex dictis, quoniam rationibus aſſignatis non congruebat, quod angelis daretur huiuſmodi poteſtas conficiendi hunc panem cœleſtem, non tamen vacant à miniſterio huius ſacramenti, quoniam ſacro myſterio aſſiſtunt vna nobiſcum præcantes, vt nostra munera Deo ſint accepta, orationes noſtras, & vota Deo offerentes.

*Ad ſcd̄m.* *Ad tertium*

3 Ad ſecundum ſic proceditur. † Et videtur quod corpus Chriſti ſit in hoc ſacramento ſicut in loco. ¶ Primo ſic. corpus Chriſti eſt in hoc ſacramento, ſed non eſt alium modum aſſignare de modis eſſendi in quos aſſignat philoſophus in quarto phyſicorum, vt videtur, ergo corpus Chriſti eſt in hoc ſacramento ſicut in loco. ¶ Secũdo ſic. in lib. ſex principiorum dicitur, quod proprium eſt poſitionis adhærere primo loco ſubſtantiæ, ſed corporis Chriſti ſubſtantia non denudatur ab alijs proprietatibus, prout eſt ſub ſacramento, ergo nec poſitione, ergo ſecundum ꝙ eſt ſub ſacramento eſt in loco, quia poſitio ordinem partium in loco dicit. ¶ Tertio arguitur ſic, corpus Chriſti eſt circunſcriptiuè vel diffinitiuè in hoc ſacramento, ergo corpus Chriſti eſt in hoc ſacramento, ſicut in loco, conſequentia patet, antecedens probatur. Primo ſic quod ſit circunſcriptiue in loco, omne corpus, quod continetur ſuperficie alterius corporis, ita quod nec excedit, nec exceditur circũſcriptiue illa ſuperficie continetur ſicut loco, ſed corpus Chriſti totum, vt dictũ eſt continet̃ ſub vltima ſuperficie dimenſionũ panis, q̃ manet & nec excedit, nec excedit̃, ergo eſt ibi ſicut in loco circunſcriptiue. Quod vero diffinitiue ſit in ſacramento probatur ſic. omne finitum exiſtens alicubi diffinitiue eſt ibi, ſed corpus Chriſti eſt huiuſmodi, ergo &c. ¶ In oppoſitum eſt textus capituli præſentis, vbi dicit B. Gregorius, quòd in multis locis, & innumerabilibus diebus conſecratur corpus Chriſti, ſed eſſe in pluribus locis repugnat eſſe in loco circunſcriptiue, aut diffinitiue, ergo corpus Chriſti non eſt in ſacramento vt in loco. ¶ Secundo eſt illud quod oportet locum, & locatum eſſe æqualia, vt patet quarto Phyſicorum, ſed locus vbi eſt hoc ſacramentum eſt multo minor, quam corpus Chriſti, ergo corpus Chriſti non eſt in hoc ſacramento, vt in loco. ¶ Reſpondeo dicendum, quod corpus Chriſti non eſt in hoc ſacramento, vt in loco, hæc concluſio probatur ſic iuxta ſanctum Thomam in tertia parte, quia corpus Chriſti nõ eſt in hoc ſacramento ſecundum proprium modum quantitatis dimenſiuę, ſed magis ſecundum modum ſubſtantiæ. Omne autem corpus locatum eſt in loco ſecundum modum quantitatis dimenſiuæ inquantum.ſ. menſuratur loco ſecundum ſuam quantitatem dimenſiuam, vnde relinquitur quod corpus Chriſti non eſt in hoc ſacramento, ſicut in loco, ſed per modum ſubſtantiæ, eo.ſ.modo quo ſubſtantia continetur à dimenſionibus, ſuccedit enim ſubſtantia corporis Chriſti in hoc ſacramento ſubſtantiæ panis, vnde ſi ſubſtantia panis non erat ſub ſuis dimenſionibus localiter, ſed modum ſubſtantiæ, ita nec ſubſtantia corporis Chriſti, nec tamen ſubſtantia corporis Chriſti eſt ſubiectum illarum dimenſionum, ſicut erat ſubſtantia panis, & ideo panis ratione ſuarum dimenſionum localiter erat ibi, quia comparabatur ad locum mediantibus proprijs dimenſionibus, ſubſtantia autem corporis Chriſti comparatur ad locum illum mediantibus dimenſionibus alienis, ita quòd & econuerſo dimenſiones propriæ corporis Chriſti comparantur ad locum illum mediãte ſubſtantia, quod eſt contra rationem corporis locati, vnde nullo modo corpus Chriſti eſt in hoc ſacramento localiter.

*Primum ar.* *Scd̄m arg.* *Tertium ar.* *Opponit in cõtrarium.* *Scd̄a opin.* *Reſpondet.* *S.Thomas.*

¶ Ad rationes. Ad primam dicendam, quòd comparatio corporis Chriſti ad ſpecies ſub quibus eſt, non eſt ſimilis alicui comparationi naturali, & ideo non poteſt reduci proprie loquendo ad aliquem modorum à philoſopho aſſignatorum, habet tamen aliquam ſimilitudinem cum illo modo, quo aliquid dicitur eſſe in loco ſecundum quod eſſe in loco eſt eſſe in aliquo ſeparato extra ſubſtantiam ſuam, quod non eſt eius cauſa, & ſecundum hoc etiam Innocent. dicit corpus Chriſti eſt in pluribus locis eo qđ continetur ſub pluribus ſpeciebus. ¶ Ad ſecundam reſpondetur, quòd quamuis corpus Chriſti non denudetur poſitione, nec aliqua ſuarum proprietatum, ex hoc, quòd eſt ſub ſacramento. non tamen ſequitur, quòd ſecundum quòd habet figuram & quantitatem, & poſitionem comparetur ad ſpecies ſacramẽti ſicut hõ nõ comparatur ad locũ, ex hoc ꝙ habet aĩam, vel mediante aĩa, quãuis per hoc, ꝙ in loco eſt aĩa non priuetur. ¶ Ad tertiam reſpondetur negando aſſumptum, quoniam nec corpus Chriſti eſt in ſacramento circunſcriptiue, quia non eſt ibi ſecundũ commenſurationem propriȩ quantitatis ad locum, nec eſt ibi diffinitiue, cum non ſit ibi, ita ꝙ non alibi. eſt. n. in cœlo in propria ſpecie, & in multis altaribus ſub ſpecie ſacramenti ad probationem qua arguebatur, quod eſſet ibi circunſcriptiue. Reſpondet, ꝙ ad hoc, ꝙ aliquid ſit in loco circũſcriptiue, plus exigitur, quam contineri ſub ſuperficie alterius corporis, & non excedit, nec excedere, ſed exigitur vlterius, quod locatum configuretur, ſiue commenſuretur loco, hoc autem non eſt in propoſito ratione iam dicta. ad rationem vero, qua probatur, quod corpus Chriſti eſſet in ſacramento diffinitiue. ¶ Reſpondetur, quod finitũ & infinitum ſunt paſſiones quantitatis ſecundum philoſophum 1. Phyſico. vnde cum corpus Chriſti non habeat ex ratione ſuæ quantitatis, quod ſit vbi conſecratur, ſed magis ex conuerſione alterius in ipſum corpus Chriſti eſſe, ſic in plurib. & non diffinitiue in vno non pertinet ad eius finitatem, vel infinitatem, ſed magis ad numerum eorum quæ conuertuntur in ipſum.

*Ad primum arg.* *Ad ſcd̄m.* *Ad tertium*

4 Ad tertium ſic proceditur. † Et videtur qud corpus Chriſti non poſſit eſſe in plurib. locis. ¶ Primo ſic, nullum corpus poteſt eſſe ſimul in diuerſis locis, ſed corpus Chriſti vere eſt corpus, ergo aſſumptum probatur, quia nihil continetur extra ſuos terminos, ſi terminos habet, ſed termini cuiuſlibet corporis locati ſunt ſimul cum terminis corporis locantis, ergo nullum corpus locatum in vno loco poteſt eſſe extra terminos illius loci, & ita non poteſt eſſe in duobus locis ſimul. ¶ Secundo, eadem ratione poteſt poni corpus Chriſti eſſe in diuerſis locis, & eſſe vbique, ſicut ponentes angelum eſſe in diuerſis locis dicunt, quod etiam eſt vbique, ſi velit, ſed ponere, quod corpus Chriſti vbique poſſit eſſe, eſt hæreticum, quia hoc ſolius diuinitatis eſt, ergo non poteſt eſſe in diuerſis locis ſimul. ¶ Tertio, angelus eſt ſimplicior quam corpus Chriſti, ſed angelus non poteſt eſſe ſimul in pluribus locis, ergo nec corpus Chriſti, ergo idem quod prius. ¶ Quarto, corpus Chriſti inquantum corpus non habet, quod ſit in pluribus locis, quia ſic cuilibet corpori conueniret. Neque inquantum glorioſum, quia multo fortius ſpiritui glorificato conueniret. Neque inquantum diuinitati vnitum eſt, quia vnio non ponit ipſum extra limites corporis, ergo nullo modo ſibi competit. ¶ In oppoſitum eſt textus capituli præſentis, vbi dicit Beatus Gregorius, quod in multis locis conſecratur, ſed ibi eſt vbi conſecratur, ergo cum in multis locis ſimul conſecretur, ſimul in multis locis eſſe poteſt. ¶ Reſpondeo dicendum ſub tribus concluſionibus. ¶ Prima. † quòd corpus Chriſti poteſt eſſe, & eſt in multis locis, ſi in pluribus locis conſecretur. Patet concluſio ex eo, quòd Beatus Gregorius dicit in præſenti

5

*Primum ar.* *Scd̄m arg.* *Tertium ar* *Quartũ ar.* *Opponit in cõtrarium.* *Reſpondet.*

6 capitulo.¶ Secunda conclusio.† quod non est in pluribus locis localiter, patet quia secundum quod corpus comparatur ad locum mediantibus proprijs dimensionibus quãtitatiuis, ita quod dimensiones eius commensurentur dimensionibus loci, qđ est esse localiter in loco corpus Christi non est nisi in vno loco.s. in cœlo, sacramentaliter autẽ est in pluribus locis, secundum quod plures hostiæ, & in pluribus locis locatæ in ipsum conuertuntur. Est autem circa hoc sciendum, quòd vt dicit Innocent. papa. Altitudo cœlestis consilij disposuit, vt sicut sunt tres personę in vnitate substantiæ, ita tres essent substantiæ in vnitate personæ.s.diuinitas, corpus, & anima in Christo, cum igitur Christus secũdum diuinam naturam tribus modis existat in rebus. in omnibus per essentiam. in solis iustis per gratiam. in homine assumpto per vnionem voluit, vt idem ipse secundum humanam naturam tribus modis existeret localiter in cœlo, personaliter in verbo, sacramentaliter

Tertia con.

7 in altari.¶ Tertia conclusio.† quòd nec corpus Christi nec aliquod aliud corpus potest esse simul in diuersis locis localiter. probatur conclusio sic. corpus Christi, vel aliud corpus esse simul in diuersis locis localiter implicat contradictionem. ergo non potest esse. Antecedens probatur sic, qa esse aliquod corpus localiter in aliquo loco nihil aliud esse videtur quam corpus circunscribi, & comprehendi à loco secundum commensurationem dimensionum, quod autẽ comprehenditur à loco ita est in ipso loco, quod nihil est extra locum ponere, ergo quod corpus aliquod sit simul in diuersis locis est ponere contradictoria simul, quod erat probandum, ergo &c.

Scotus. contra.

¶ Contra hanc conclusionem est Scotus in quarto di. 10. asserens, quòd vnum corpus & per consequens corpus Christi potest simul esse in pluribus locis localiter. Cuius rationes quatuor sunt quæ sequũtur.

Prima rõ. Scoti.

¶ Primo sic, duo corpora possunt simul esse in vno loco, ergo vnum corpus potest simul esse in duobus locis. Antecedens relinquit tanquam concessum à Sancto Thoma, & patet etiam in egressu Christi de vtero virginali, & ingressu ad discipulos ianuis clausis, cõsequentiam vero probat sic, magis possibile est cũ vnitate prioris naturaliter stare multitudinem posterioris naturaliter, quã econuerso. dimensio autem locati priorem dimension eloci, tum quia dimensiones locati sunt causæ dimẽsionum loci, tum quia prius est quod potest esse sine alio, & non econuerso, dimensiones autem corporis possunt esse sine dimensionib. loci, quod patet de superficie primi cœli non autem econuerso, ergo simpliciter magis possibile est vni corpori locato respondere plures dimensiones locorum, quam econuerso.

Secunda rõ. Scoti.

¶ Secundo sic, possibile est quod Deus conuertat quantitatem in quantitatem, quo dato cum in id quod aliud conuertitur sit vbi prius fuit, id quod conuertitur, vt videtur dicere idem Sanctus Thomas. sequitur tunc, quod corpus propter suam quantitatem & ratione sui erit in loco, vbi prius res fuit, ergo localiter erit ibi & in celo, ergo simul in duobus locis.

Tertia rõ. Scoti.

¶ Tertio vbicunque Deus potest facere substantiam naturalem non sub suo modo naturali, vel sub modo opposito, potest eam facere sub modo naturali, qa in primo sunt duo miracula. in secundo nõ est nisi vnum, sed Deus secundum omnes potest facere corpus suum sacramentaliter, & non suo modo naturali simul in diuersis locis, & facit de facto. ergo potest facere, quod sit in eisdẽ modo suo naturali.i.localiter, & dimẽsiue.

Quarta rõ. Scoti.

¶ Quarto sic, angelus potest esse simul in diuersis locis diffinitiue ergo vnum & idem corpus dimensionaliter, & localiter, consequentia patet, quia similis est limitatio hic, & ibi, & per consequens similis determinatio ad locum modo vtrique conuenienti. Antecedens probatur, Deus potest conuertere panem in angelum, sed si vbi conuersum fuit ibi est in quod conuertitur, sequitur quod angelus est vbi fuit panis, sed non potest ibi esse præsens, quin sit vt in loco secundum locum sibi conuenientem essendi in loco, & manet tamen in proprio loco, & non mouetur de cœlo, ergo est in duobus locis diffinitiue, hæ sunt rationes Scoti. Faciemus autem duo. Primo corroborando conclusionem Sancti Thomæ ostendemus opinionem Scoti esse falsam. Secundo dabimus responsa ad rationes eiusdem. ¶ Circa primum, quod vnum corpus per vnam, & eandem quantitatem esse simul in diuersis locis localiter sit impossibile,

S.Thom.

probatur quatuor vijs, sequendo Sanctum Thomam, & dominum Egidiũ in quolibetis. Primo ex eo, quod quantitas corporis locati includitur & comprehẽditur à loco. Secundo ex eo, quod corpus locatum adæquatur loco. Tertio ex eo, quod corpus per quantitatem determinatur ad locum. Quarto ex ipsa contrarietate locorum.

Prima probatio.

¶ Primo sic, quantitas corporis existentis localiter in loco videtur claudi intra terminos loci, sicut natura clauditur inter principia diffinitiua quo ad hoc, quod sicut extra diffinitiua nihil est de natura rei, sic extra locum nihil est de quãtitate corporis locati, sed si vnum corpus esset in diuersis localiter oporteret, quod esset extra locum aliquid de quantitate illius corporis, quod est cõtra rationem corporis localiter existentis in loco, vt dictum est, ergo impossibile videtur, quòd vnum & idem corpus sit in pluribus locis localiter.

Secũda pb.

¶ Secũdo sic, corpus existens in loco localiter commensuratione suarum dimensionum adęquatur loco, sed hoc nõ potest esse, nisi vnum corpus sit in vno loco localiter, quia si de re aliqua inueniretur aliquid extra locum suum non adęquaretur illa res suo loco, sicut si de vlna inueniretur extra pannum non adęquaretur vlna panno, quotiescunque ergo quantitas alicuius rei adęquatur alicui oportet, quod sit pars in parte, & totum in toto, ita quod extra totum nihil sit de toto, vt extra totum locum nihil sit de totalitate rei. ergo impossibile est quod idem corpus localiter sit in pluribus locis.

Tertia pba.

¶ Tertio sic, substantia corporalis cum secundum se sit indiuisibilis, non per se sed secundum suam quantitatem determinatur ad locum, sed substantia corporalis per id, per quod est apta nata determinari ad locum inueniatur in pluribus locis, implicare videtur repugnantiam intellectuum, ergo illud est impossibile, quod eadem substantia per vnam & eandem quantitatem simul sit in diuersis locis localiter.

Quarta pb.

¶ Quarto sic, loca secundum aliquam loci contrarietatem oportet distingui, quæ sunt sursum, & deorsum. ante, & retro, dextrum, & sinistrum, si ergo vnum corpus esset in diuersis locis localiter, simul esset sursum & deorsũ, ante & retro &c. sed Deus non potest facere, quod duo cõtraria sint simul, quia hoc implicat contradictionem, ergo impossibile est quod vnum corpus sit in diuersis locis localiter. & hoc de primo.

Ad primã rõnẽ Scoti.

¶ Nunc veniendo ad secundum respondendum est ad rationes Scoti. Ad primam quicquid sit de maiori, dicitur, quod minor est falsa. locus enim secundum sententiam Aristotelis quarto Physicorum habet magis rationem principij respectu locati, quam econuerso, vnde Porphirius in vniuersalibus locum quasi patrem nominat generatorum in eo, est enim conseruatiuus naturæ locati, vnde vnumquodque naturaliter mouetur ad locum suum tanquam ad conseruatiuum naturæ eius, & ad probationes respondetur, quòd falsa fundamenta assumit, falsum enim est quòd dimensiones locati sint causa dimensionũ loci, imo ordine naturæ dimensiones loci præcedere videtur dimensiones corporis locati in eo. Præterea falsum est vniuersaliter, quod prius sit id quod potest esse sine alio & non econuerso, quoniam secundum communiorem opinionem, quantitas potest esse sine substantia naturali, sicut patet in sacramento, vbi est quantitas sine substantia panis, & tamen non potest fieri substantia naturalis, vtputa homo panis & cætera sine quantitate, nihilominus quantitas posterior est substantia.

Ad scdam. rõnẽ Scoti.

¶ Ad secundum respondetur negando, quòd posito illo casu corpus Christi esset in sacramento & ad probationem respondetur quod falsũ pręsupponit, quòd Sanctus Thomas dicat, quod vniuersaliter id in quo aliquid conuertitur sit vbi prius fuit id quod conuertitur. hoc enim tantum dicit esse verũ in duobus exemplis. Primo in conuersione naturali qua aliquid conuertitur in aliud, sicut ligna conuertuntur in ignem, ibi enim ignis generatus efficitur præsens, vbi fuerunt prius ligna. Secundo in conuersione sacramentali, quæ cum ad hoc diuina prouidentia ordinetur, vt sub specie panis corpus Christi fidelibus proponatur in cibum spiritualem, necessario conuersa substantia panis corpus Christi efficitur præsens sub speciebus illis, quod non fieret, si cum substantia simul conuerterentur species ipsæ. Aut etiam substantia conuersa panis species annihilarentur, sicut plenius supra circa capitulum panis, & capitulum calix.

Ad tertiam rõnẽ Scoti.

¶ Ad tertium respondetur dupliciter. Primo negando consequentiam, licet enim concedatur, quod in quocunque loco potest Deus facere corpus Christi modo sacramentali posset ipsum facere esse localiter mouendo

uendo illud de cœlo negatur tamen, quod si simul pôt in pluribus locis facere illud esse sacramentaliter, quod possit illud facere esse localiter, imo arguendo sic videtur cōmitti fallacia figuræ dictionis. ¶ Secundo respondetur negando maiorem, quia illa est falsa simpliciter. Deus.n.pôt & de facto facit, vt corpus Christi sub modica quantitate sit modo non naturali, sed sacramentali, & tamen non pôt facere quod sub tam modica quantitate hostiæ sit modo suo naturali. Dicendum est ergo, quod illa maior vera nō est, quando repugnat naturæ, ita esse modo naturali sicut est in proposito, quoniam repugnat quantitati corporis Christi, & cuiuscunque alterius corporis esse modo naturali.s.localiter in pluribus locis non autem modo naturali sed supernaturali.s.sacramentaliter.

Ad quartā rōnē Scoti.

¶ Ad quartam respondetur negando assumptum, ad probationem respondetur quod dato illo casu angelus non esset sub illis speciebus diffinitiue, sicut nec modo est sub speciebus sacralibus diffinitiue substātia corporis Christi, aut eius anima vt dictū est in præcedenti articulo.

Ad primum argu.

¶ Ad rationes. ¶ Ad primam dicēdum, quod assumptum est verum, quod nullum corpus potest esse in diuersis locis simul.s.localiter, quod est esse sicut dictum est per commensurationem propriarum dimensionum ad dimēsiones loci, sic autem corpus Christi non est in diuersis locis.

Ad scdm.

¶ Ad secundam respondetur negādo assumptū, quia sicut ex dictis patet corpus Christi nō est in altari ratione propriarum dimensionum, sed illius corporis, quod in ipsum conuersum est. Non est autem possibile, quod dimensiones propriæ eius sint vbique, nec quod corpus in ipsum conuertendum vbique sit. Et ideo quamuis corpus Christi sit in pluribus locis, aliquo modo non potest esse vbique. Et conformiter respōdet magister

Ale. de Hal.

Alexander de Hal. quod non in omnibus locis potest esse conuersio, quia ad hoc quod fiat cōsecratio oportet quod sacerdos cuius ministerio fit habeat locum. Posito autem per impossibile, ꝙ tantum essent tria loca, & in omnibus illis consecraretur tunc dicēdum est, quod esset vbique, sed non sicut Deus, quia Deus est vbique propter sui immensitatē, vnde nulli potest abesse, sed corpus Christi esset vbique propter locorum paucitatem.

Ad tertium

¶ Ad tertiam dicendū, quod ratio illa bene sequeretur, si ratione propriorum terminorum esset in pluribus locis quod multo fortius angelo conueniret, sed conuenit ei inquantum aliquod corpus conuertitur in ipsum corpus Christi, non autem in angelum.

Ad quartū.

¶ Ad quartam dicendum quod hoc non conuenit corpori Christi, neque inquantū est corpus, neque inquantum est glorificatum, neque inquātum diuinitati vnitum, sed inquantum est terminus conuersionis, vnde similiter accideret de corpore lapidis, si Deus similiter panis substātiam in lapidem conuerteret, quod non est dubium eum posse, vt dicit S.Tho.Lege.

Exponit literam.

¶ [Quid si agni].i.Christi [non tam audiendo] tātum [sed bibendo bene didicistis] diuina enim experiendo discimus ait Dio.psal.32.gustate & videre, quoniam suauis est dominus [vtrunque postem].i.oris & cordis [quoniam non solum] ad Roma.10. dicit apostolus corde creditur ad iustitiam, sed ore confessio fit ad salutem, tangit hic historiam veteris testamenti de eo quod mandatum erat. Exod.12.ꝙ de sanguine agni tingerent vtrunque postem & super liminare domus [item] secunda pars [salutaris].i.præstat salutē [in mysterio].i.in sacramento [reparat] id est ad memoriam reducit [moritur] i.mors eius repræsentatur, quia non est verum, quod moriatur, quia vt supra eadem distinct.cap. qui manducant, & infra eadem distinctio. qui manducat Christus viuus manducatur, quia surrexit occisus, pro quo notandum quòd omnia verba quæ important comparationem Iudæorū ad Christum, & pœnam Christi non dicuntur fieri quotidie. non .n. dicimus ꝙ Christus quotidie crucifigatur occidatur, quia actus iudæorum & pœna Christi transijt, illa autem, quæ important comparationem Christi ad patrem dicuntur quotidie sicut offerri, sacrificari, & huiusmodi eo ꝙ hostia illa perpetua est, & hoc modo est semel oblata ꝑ Christum, & etiam quotidie per membra ipsius offerri potest, patitur.i.eius passio facta pro salute populi repræsentatur. Hug.[quis] tertia pars [possit] q.d. nullus dicuntur vt dicit

S. Thomā

Sanctus Thomas in quarto, distinct.11.cœlū aperiri in ipsa immolationis hora propter efficaciam virtutis, quæ operatur in sacramento [summa imis sociari] quia ex speciebus, & corpore Christi fit vnum sacramentum, & iterum membra capiti vniuntur, & iterum in cœlum rapitur corpus Christi inquantum fidelium deuotio non sistit in specie sacramenti, sed fertur vsque ad Christum secūdum quòd est in cœlo sub specie propria per desiderium, vel dicendum secundum quòd dicit Bonauentura in fi. 11. dist.

Bonauent.

in quarto super verbo, aperiri, quòd panis qui in altari conficitur est panis cœlestis, cœlum dicitur aperiri quoniam vehemens est influentia de superius, quin ergo in immolationis hora nobis panis cœlestis & super substantialis tribuitur, hinc est quod Greg. dicit cęlos aperiri, sicut in eius natiuitate dicitur, quòd per totum mundum melliflui facti sunt cœli, quia datus est nobis ille qui dulcior est super mel & fauum [rapitur] videtur falsum, quia à sacerdote sumitur, ergo non rapitur in cœlum.

Opponit & Respondet.

¶ Respondetur quòd rapi non intelligitur sacramētum localiter, siue situaliter, sicut nec sociari, quod consequenter dicit. Sed hoc intelligendum est, quòd sicut angeli intelliguntur offerre Deo orationes, & petitiones nostras, sic intelligendum est offerre sacrificia, quia sacris mysterijs assistentes vna nobiscum præcantur vt nostra munera sint accepta & vna nobiscum reuerentur corpus sanctissimum Christi, sicut in cœlo, & ideo dicuntur in cœlum rapere, & consociare, quātum ad hoc, quod repræsentant honore dignum in altari, vt in cœlo, hæc Bonauentura.

Bonauen.

Multa hic dicit glossator quæ minus videtur vera, sicut & maxime quod dicit quòd ministerio angelorum conficitur hoc sacramentum [tanta videtur] quarta pars [vnus sit calix] quo ad rem contentam [sacerdos] ad quem pertinet hoc sacramentum conficere. dis. 21. cleros, & distinct. 25. perlectis. [implet] cœlum & terrā ego impleo, scilicet influentia bonitatis suæ. [catholicus] aliqui volunt ex hoc elicere, quod sacerdos hæreticus, & schismaticus non conficit sacramentum. Sed non bene dicunt, vt partim visum est in quæstione, propter hæresim enim hæreticus non desinit esse sacerdos, quia vt dicit Au

Augu.

gustinus in secundo contra Permenianum de hæreticis loquens sicut in eis mansit baptismus ita est ordinatio integra. [Sed vnum corpus Christi replet id] scilicet donis gratiarum ac virtutum, & iungit scilicet corpus Christi speciebus panis & vini [ac facit] id est conficit hoc sacramentum, quare cum vnum & idem sit corpus in quibuscunque locis consecretur, sequitur quod semper manet in vnitate hoc faciente diuina potentia [vnde] quinta pars. [omnes æqualiter] quia totus Christus continetur sub qualibet specie huius sacramenti, & plenus, & integer sub qualibet eius particula, vt infra eadem distinctio. capitul. singuli. [pauendum est] id est reuerendum [sed cum mysterium] sexta pars, de hoc supra diximus eadem distinct. cap. forte & vtrum.

1 *Deus an possit facere accidentia esse sine subiecto.*
2 *Accidentia sunt sine subiecto in sacramento eucharistiæ.*
3 *Accidentia possunt conseruari in esse sine substantia diuina potentia.*
4 *Accidens dicitur quasi ad aliud cadens.*
5 *Accidentia manere sine subiecto in sacramento eucharistiæ non est necesse dicere.*
*Congruit tamen multipliciter.nu.6.*
7 *Incarnatio quare attribuatur spiritui sancto.*



Mnia. Sequitur tertium capitulum eiusdem partis, vbi ex authoritate Ambrosij prosequitur magister Gratianus, quod accidentia panis, & vini manent sine subiecto in hoc sacramento. Vnde summa eius est, quod nihil secundum substantiā credendum est esse sub illis speciebus, facta consecratione, nisi verum corpus Christi, & eius sanguis, & idem corpus quod natum est de virgine, & idem quod in cruce suspensum est mortuum, & sepultum. Et diuiditur in duas partes. In prima parte facit quod dictum est, illud testimonijs Christi confirmando. In secunda elicit ex testimonijs inductis conclusionem principalem. Secunda ibi, ex his namque. ¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli.

Quæstio 1. Primum ar.

1 quæritur, † vtrum Deus potest facere accidentia esse sine subiecto. Et arguitur quòd non, primo sic. Si esse rei separaretur ab ente, ens esset non ens, sed hoc Deus non potest facere, quia non potest facere quod duo contradictor ia

tradictoria sint simul vera. ergo nõ potest separare esse rei ab ente, sed accidentis esse, est inesse, ſm philosophũ, ergo Deus non potest facere quin accidens insit. ¶ Secundo sic. Quicunque separat diffinitionem à diffinito, ponit duo cõtradictoria simul esse vera, quia hoc ipsum qđ est homo, est animal rationale mortale, & ita si ponatur esse homo, & non animal rationale mortale, ponitur esse homo, & nõ esse, sed diffinitio accidentis est, quod inest substantiæ, vnde in diffinitione singulorum accidentium oportet, ꝙ ponatur substantia, ergo cum Deus non possit facere contradictoria esse simul vera, neque facere poterit ꝙ accidẽs sit sine substantia. ¶ Tertio. Deus non potest facere ꝙ diffinitio insit alicui, & diffinitũ nõ insit eidem, nec ꝙ inter affirmationem & negationem sit medium, sed si ponamus accidentia esse sine substãtia, oportet alterum dictorum sequi, ergo non potest hoc facere, probatio mediæ, non esse. n. in subiecto, sed per se existere, est diffinitio substantiæ, & opponitur contradictoriè ei, quod est esse in subiecto, sed si ponamus aliquod accidens non esse in subiecto, vel ponemus ꝙ aliquid sit medium inter esse in subiecto, & inter non esse, vel ponemus ꝙ aliquid sit non ens in subiecto, & non sit substantia, quia si est substantia non est accidens, ergo si ponamus accidens esse sine subiecto, sequitur alterũ duorum, vel ꝙ inter cõtradictoria sit medium, vel ꝙ diffinitio separetur a diffinito, quod iterum implicat duo contradictoria esse simul vera. ¶ Quarto. sicut relatiui est esse ad aliud se habere. s. ad correlatiuum, sic accidentis esse, est in alio esse. s. in subiecto, sed nulla virtute potest fieri quòd relatiuum sit, & non dicatur ad aliud correlatiuum, ergo similiter nulla virtute potest fieri, ꝙ accidens sit, & non sit in alio. ¶ Quinto. Sicut se habet quantitas ad substantiam, sic qualitas ad quãtitatem, sed qualitas nullo modo potest esse sine quantitate, vt probabitur, ergo nec quantitas sine substantia potest esse quacunque virtute, probatio minoris, quia impossibile est, ꝙ aliquid participet naturam spẽi & nõ generis, eo quod genus includitur in specie, sed hoc sequeretur, si qualitas posset esse, sine quantitate. Si. n. albedo hostiæ separaretur à quantitate, ipsa maneret in specie albedinis, & tamen non esset in genere qualitatis sensibilis, quia non posset mutare sensum visus. ¶ In oppositũ est tex. præsentis c. in prin. vbi dicit B. Amb. Oĩa quæcunq; voluit dominus fecit in cœlo & in terra, & quia voluit, sic factũ est. Ita licet figura panis, & vini videatur, nihil aliud quam caro Christi & sanguis post consecrationem credẽda sunt esse, ecce ꝙ B. Ambr. ponit ꝙ diuina potentia accidentia, q̃ intelligit per figuram panis & vini sunt sine subiecto proprio. s. substantia panis & vini, & per consequens Deus potest facere accidentia sine subiecto. ¶ Secundo. est illud Luc. 1. Nõ erit impossibile apud Deum omne verbũ. ¶ Ratione sic. Sicut accidentis esse, est inesse, ita esse substãtiæ completæ est per se esse, sed Deus potest facere, ꝙ substantia completa non sit per se, sed in alio, vt est de natura humana in Christo, ergo potest facere de accidente, ꝙ nõ sit in alio per se. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ hic veniunt quatuor dicenda. Primo, quæ sit veritas huius quæstionis. Secundo veritatis possibilitas est declaranda. Tertio necessitas. Quarto congruitas. Circa primum sit hæc conclusio,

2 hec est veritas † in hoc sacramento sunt omnia accidẽtia sine subiecto. Primo qđ est substantia, patet conclusio, quia substantia panis, & vini non remanet, vt. s. habitum est. e. dis. c. species, & similitudo, manifestum est etiam, ꝙ non sunt in substantia corporis Christi, & sanguinis sicut in subiecto, quia substãtia humani corporis, nullo modo potest his accidentibus affici. Nec etiam est possibile, ꝙ corpus Christi gloriosum & impassibile existens alteretur ad suscipiendas huiusmodi qualitates, ergo conclusio vera. Quod autem quidam dicunt, quod huiusmodi accidentia sint sicut in subiecto in aere circunstante non potest habere veritatem multiplici ratione. Primo quidem, quia aer non est huiusmodi accidẽtium susceptiuus. Secundo quia huiusmodi accidẽtia sunt vbi non est aer, quinimo ad motum harum specierum aer depellitur. Tertio quia huiusmodi accidentia non transeunt de subiecto in subiectum, vt. s. idem accidens numero sit quod prius fuit in vno subiecto, postmodum fiat in alio. Accidens. n. numerum accipit à subiecto, vnde nõ potest esse quod idem numero manens sit quandoque in hoc quandoque in alio subiecto. Quarto cum aer nõ spolietur accidentibus proprijs simul haberet accidentia propria & aliena, nec potest dici, quod hoc fiat miraculose virtute consecrationis, quia verba cõsecrationis hoc non signant, quæ tamen non efficiunt nisi signatum. Et ideo relinquitur, quod accidentia in hoc sacramento manent sine subiecto quod est substantia. Possibilitas autem huius veritatis, quod erat secundo declarandũ ostenditur sub hac conclusione. † Diuina potentia pos-

3 sunt sine substantia in esse conseruari accidentia, probatur conclusio sic, vt enim habetur in prima propositione libri causarum. Prima causa est vehementioris impressionis supra causatũ secundæ causæ, quam ipsa causa secunda, vnde quidquid potest facere causa secunda, potest facere prima & plus, cum causa prima omnium accidentium Deus sit, sicut est substantiarum, causa autem secunda accidentium sit substantia, quia accidentia ex principijs substantiarum causantur, ergo Deus per suam infinitam virtutem poterit accidentia conseruare in esse subtracta substantia, per quam conseruabantur in esse sicut per secundam causam, sicut etiam per alios effectus causarum naturalium potest producere sine naturalibus causis sicut corpus humanum formauit in vtero virginis sine virili semine. ¶ Sed videtur aliquibus ꝙ ista ratio S. Tho. non sit valida, quia ex hac ratione sequeretur, quod Deus posset facere omne accidẽs tam absolutum quam respectiuũ esse sine subiecto, quod non videtur verum, nec à doctoribus concessum. ¶ Respondetur quòd causa communis propter quam accidens non potest esse sine subiecto est, quia habet dependen-

4 tiam subsistentiæ à subiecto. † vnde accidens dicitur quasi ad aliud cadens, & quantum ad hanc rationem communẽ omnibus accidentibus procedit ratio Sancti Thomæ, & extendit se ad omne accidens inquantum huiusmodi. Habent autem aliqua accidentia causas particulares, non cõmunes omnibus accidentibus, propter quas ipsa accidentia non possunt esse singulariter, sine subiecto videlicet. Aut quia in ratione eorum implicant subiectum vt motus mobile simitas nasi curuitas quantitatem, aut quia in rõne sua implicant fundamentum, vt similitudo qualitatem, aut terminum, sicut pater filium, & econuerso. Et de istis in speciali ratio Sancti Thomæ non procedit, sed de istis subtilibus disputare relinquimus dominis theologis in quarto sententiarum distinct. 12. ¶ Circa tertium sit ista

5 conclusio † quòd est necessarium dicere accidentia in hoc sacramento manere sine subiecto, patet quia (vt dictum est) non manẽt in substantia panis & vini. non sunt etiam in substantia corporis & sanguinis Christi, non in substantia aeris circumiacentis vt probatum est, ergo necessarium est dicere quòd sint sine subiecto. ¶ Circa quartum

6 sit ista conclusio. † accidentia esse sine subiecto in hoc sacramento multipliciter congruit, patet multiplici ratione vt Sanctus Thomas deducit in quarto distinct. duodecima. Primo quantum ad significationem, quia species sine substantia existentes expressius ducunt in corpus Christi, quod sub eis continetur, & immediatius, si enim subiectum haberent ducerent immediate in subiectum illud. Secundo propter effectum qui est vnio membrorum ad caput, quæ fit per fidem, & ideo in hoc sacramento oportet aliquid esse supra naturam, per quæ intellectus noster assuescat ad ea quæ sunt fidei credẽda. Tertio quantum ad vsum, quia est cibus spiritualis, & ideo competit, quòd nullum accidentibus subiectum subsit, quod cibus corporalis esse possit. Quarto quantum ad perfectionem, quia enim hoc sacramentum est perfectissimum, ideo omnia quæ sunt in hoc sacramento altissimum statum accipiunt, sicut, quòd substantia panis in corpus domini gloriosum diuinitati vnitum conuertitur, & propter hoc etiam accidentibus datur in hoc sacramento sine subiecto esse. ¶ Notandum tamen, quod & si omnia accidentia quæ sunt in hoc sacramento sint sine subiecto primo quod est substantia, cætera tamen accidentia alia à quantitate sunt in hoc sacramento in ipsa quantitate dimensiua, sicut in subiecto, hoc primo apparet ad sensum, quia nos videmus ibi aliqđ quantum esse coloratum, sicut hostiam albam rotundam, & alijs accidentibus affectam nec in talibus sensus decipitur. Secundo ostenditur sic, qualitates non sunt dimensibiles nisi per accidens, scilicet ratione subiecti sicut albedo non diuiditur, nisi ad diuisionem quantitatis, quæ est proximum subiectum illius, sed qualitates remanentes in hoc sacramento, diuiduntur per diuisionem

Secundum argu.

Tertium ar.

Quartũ ar.

Quintum ar.

Opponit in contrarium

Secũda op.

Respondet.

Opponit in cõtrarium

Respondet.

uisionem quantitatis diuisiuæ, sicut patet ad sensum, ergo quantitas diuisiua est subiectum proximum accidentium quæ remanent in hoc sacramento. ¶ Ad rationē. Ad primam dicendum ꝙ inesse non dicit rationē accidentis absolute, sed magis modum essendi, qui competit ex ordine ad causam proximam sui esse, & quia remoto ordine accidentis ad causam proximam, adhuc potest remanere ordo ipsius ad causam primam, secundum quem modum ipsius essendi non inesse, sed ab alio esse, ideo potest Deus facere ꝙ sit accidens & non insit. Nec tamen esse accidentis ab accidente remouebitur, sed modus essendi. ¶ Ad secundam respondetur negando minorem, ꝙ diffinitio accidētis sit inesse substantiæ, vnde sicut probat Auicenna in Metaph. sua per se existere non est diffinitio substantiæ, sed diffinitio substantiæ est res, quod est res habens quiditatem, cui acquiritur esse, vel debetur non in alio. Et similiter esse in subiecto non est diffinitio accidentis, sed ꝙ est res cui debetur esse in alio, & hoc nunquam separatur ab accidente, nec separari potest. Et hoc vocat Scotus aptitudinalem inhærentiam. Sed bene potest fieri virtute diuina, ꝙ actu non conueniat sibi, seu ꝙ actu non inhæreat, vnde patet, ꝙ facere accidentia sine subiecto non est separare diffinitionem à diffinito. ¶ Ad tertiam dicendum, ꝙ sicut dictū est non esse in subiecto non est diffinitio substantiæ. Nec esse in subiecto est diffinitio accidentis, sed habere quiditatem cui competat esse in subiecto, & hoc semper remanet in accidente existente sine subiecto hic in sacramento virtute diuina. ¶ Ad quartam respondetur negādo assumptū, quia non est simile de relatiuo accidente, & absoluto, quia accidens relatiuum siue respectiuum in sui ratione includit obiectum, siue suum correlatiuū, quia hæc est prędicatio per essentiam relatiui ꝙ eius esse est ad aliud esse. Accidentis autem non est diffinitio, sicut dictum est inesse subiecto, & ita accidens absolutum non implicat ita necessario subiectum sicut accidens respectiuum suum correlatiuum. ¶ Ad quintam respondetur negando minorem, & ad probationem respondetur, ꝙ dato ꝙ qualitas sensibilis sit nomen generis ad colorem, & cæteras qualitates sensibiles, posset nihilominus dici ꝙ albedo separata esset qualitas sensibilis, & si non actu, quid hoc non posset esse sine quantitate, aptitudine tamen & potentia, est sensibilis, & hoc modo intelligendum venit quod S. Th. dicit in quol. 5. art. 9. ꝙ albedo separata à quantitate non esset qualitas sensibilis. Lege. ¶ [Credenda sunt] sub illis speciebus siue figuris esse [vnde] confirmatur testimonio Christi [inquit] Ioā. 6. [pro mundi vita] Ioan. 6. ego veni vt vitam habeant [reparatur]. i. digni efficimur vita æterna, vel reparatur ꝑ restaurationem, quemadmodum autem cibus corporalis cum in cibatum conuertitur ex tali conuersione deperdita restaurat, & quantitatem auget, sic cibus iste spiritualis conuertendo manducantem se in se, facit in eo augmentum quantitatis spūalis, & restaurat deperdita remittendo venalia peccata, & reparando alios defectus in anima [in mysterio]. i. in sacramento manu sancti spiritus. † licet. n. incarnatio opus sit totius trinitatis. opera. n. ad ext. indiuisa sunt trinitatis (vt dicit Aug. 1. de trin.) attribuitur. n. spūi sancto ſm illud Lucæ 1. spūs sanctus superueniet in te &c. Et hoc maxime, quia ex charitate, que spiritui sancto attribuitur prouenit, vt filius Dei carnem sibi assumeret in vtero virginali, vnde dr̄ Io. 3. sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. [angelorum] ſm diuinitatē per assumptionem humanæ naturæ [factus est cibus] hominum [ait] Io. 6. [de cœlo] quia cœlesti virtute formatus [ex his] secunda pars concludit [non duo sed vnus] eundem. n. panem cœlestem eandem carnem & idem corpus omnes sumimus [viuos]. i. bonos vita æterna remunerandos [mortuos in peccatis]. i. malos morte æterna damnandos vel viuos. i. qui in aduentu eius inuenientur, & resuscitabuntur, mortuos ante aduentum eius.

Ad primum argu. | Ad secūm. | Auicen. | Scotus. | Ad tertium | Ad quartū. | Ad quītum. | Exponit literam.

2 *Corpus Christi est sub speciebus in propria quantitate.*



QVi manducat &c. Sequit̄ quartum capitulū eiusdem partis, in quo Gratianus repetit ex authoritate Ambrosij, ꝙ cum Christus sumitur in hoc sacramento non diuiditur sed integer sumitur. Pro huius ca. pleniori intelligentia & aliorū quæ de hac integritate & totalitate corporis Christi in qua dicitur manere quantumcunque à multis sumatur, quæruntur duo.

1 ¶ Primo, vtrum corpus Christi sit sub specie panis secundū propriam quantitatem.

3 Secundo, vtrum sit ibi secundum totam suam quantitatem.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur quod corpus Christi non sit in hoc sacro sub specie panis secundum propriam quantitatem. ¶ Primo sic nihil quod manet conuertitur in alterum, sed quantitas panis manet, ergo non conuertitur in quantitatē corporis Christi, sed corpus Christi non est in altari, nisi vt est terminus conuersionis, ergo non est ibi secūdum propriā quantitatem. ¶ Secundo impossibile est secundum duas quantitates dimensiuas esse simul etiam si vna sit separata, & alia in corpore naturali, vt patet per philosophum tertio metaphysicæ, sed in hoc sacramento remanet quātitas dimensiua panis, vt sensu apparet, ergo non est ibi quantitas dimensiua corporis Christi. ¶ Tertio accidens plus dependet à substantia, quam substantia ab accidente, sed ex parte eius quod est sacramentum tantū inuenitur accidens sine substātia, ergo multo magis potest poni ex parte eius, quod est res & sacramētū, ꝙ sit substantia sine accidēte, & ita corpus Christi sine quantitate. ¶ Quarto vbicunque est corpus aliquod ſm proprias dimēsiones est ibi vt in loco, sed corpus Christi non est sub sacramento vt in loco, quia iam esset extra terminos loci proprij, ergo impossibile est ꝙ sit ibi secundum dimensiones proprias. ¶ Quinto sic. in hoc sacramento est Christus vt cibus spiritualis iuxta capitulum. non iste. s. e. dist. sed quantitas nihil facit ad esse cibi spiritualis, ergo non est necesse dicere, ꝙ sit ibi ſm propriam quantitatem. ¶ In oppositum arguitur ex tex. præsentis cap. dicit. n. ibi Aug. ꝙ manducatur Christus viuus, sed de ratione corporis viui est organizatio, vt patet in 2. de aīa, sed organizatio requirit diuersum situm partiū, situs autem prę̄supponit quantitatem, ergo cum corpus Xp̄i viuum sit ibi sub sacramento, ergo est ibi ſm propriā quantitatem. Item in eo. cap. inquit Augu. vnusquisque accipit partem suam & per partes manducatur, & manet integer totus, ex quo verbo habetur, ꝙ in illa totalitate qua manet in cœlo, manet etiam in sacramento, & per consequēs ſm propriam quantitatem. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ vt inquit magister Alex. de Hal. & Bonauen. Quidam posuerūt corpus Christi esse sub sacramento non ſm quantitatē, nec ſm alia accidentia quia hæc nihil faciunt ad finem huius sacramenti qui est cibare spūaliter. Sed hæc positio est erronea, quia & si substantia possit intelligi sine accidentib. non tamen est sine illis. dicit Augu. in de quantitate aīæ. Non dubito corpora omnia his carere non posse. i. dimensionibus. Præterea, ꝙ corpus viuat, & sit organizatū & non quantum, hoc nec esse nec intelligi potest. Ex hac ergo positione sequitur corpus Christi nec bene esse ibi, nec viuere, quod erroneum est sentire, propter hoc dicendum, † ꝙ

2 corpus Christi est sub his speciebus in propria quantitate, quæ conclusio probatur sic, quantitas dimensiua corporis alicuius non separat̄ à substantia eius substantia manente sed substantia corporis Christi est in hoc sacramento. Est tamen hic notandum, quòd vt dictum est. s. ead. distinct. circa cap. ante benedictionem dupliciter aliquid Christi est in hoc sacramento, vno modo ex vi sacramēti. Alio modo ex naturali concomitantia. Ex vi quidem sacramenti quantitas dimensiua corporis Christi non est in hoc sacramento, patet, quia ex vi sacramenti est in hoc sacramento id, in quod directe conuersio terminatur, cōuersio autem quæ fit in hoc sacramento terminatur directe ad substantiam corporis Christi, non autem ad dimensiones eius, quòd patet ex hoc, ꝙ quantitas dimensiua remanet facta consecratione sola substantia panis transeunte, quia tamē substantia corporis Christi realiter non diuidit̄ à sua quantitate dimensiua, & ab alijs accidentibus, inde est, quòd ex vi realis concomitantię est in hoc sacramento tota quantitas dimensiua corporis Christi, & omnia alia accidentia eius. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur, quòd ratio illa probat, quòd quantitas Christi non sit in sacramento ex vi sacramenti, & hoc concedimus. ¶ Ad secundam respondetur, quòd verum est, quòd duæ quantitates non possunt naturaliter simul esse in eodem, ita quod vtraque sit secundum modum proprium quantitatis dimensiuæ,

Primum ar | Secūm arg. | Tertium ar | Quartū ar. | Quinta ar. | Opponit in cōtrarium | Respondet. Ale de Hal. Bonauent. | Ad primum argu. | Ad secūm.

mensiuæ, in hoc autem sacramento non est quantitas dimensiua corporis Christi, secundum modum proprium, sed secundum modum substantiæ. Quantitas vero dimensiua panis est secundum proprium modum.i.secūdū commensurationem quandam. Non autem quantitas dimensiua corporis Christi, sed est ibi per modum substantiæ, vt dictum est. ¶ Ad tertiam respondetur, quod non est similis ratio, quia non potest fieri sine mutatione panis, quin eius accidentia sine substantia remaneant. Et similiter nō posset fieri, quod substātia corporis Christi esset sine accidentibus sine sua mutatione, & quia non est inconueniens panem mutari, esset autem inconueniens corpus Christi sic Christum mutari aliqua mutatione, ideo non est simile quod inducit ratio, præterea non conueniebat vt dicit magister Alexander de Halis quod corpus Christi abstrahatur à quantitate secundum quod est sub sacramento multiplici ratione, vna est verbi Dei adimpletio, cū hoc sacramentum instituerat. s. hoc est corpus meum. si. n. esset ibi tantum veritas substantiæ abstracta à quantitate nō vere diceretur corpus Christi. Alia est conformitas ipsius, secūdum esse eius absolutum. Et secundum ꝙ est sub sacramento, quòd autem in cęlo esset debitę, & proprię quantitatis, & sub sacramento nullius minus bene conueniret, alia est perfectio corporis, si enim corpus domini esset ibi sine quantitate, siue sine debita quantitate esset ibi imperfectū & non in suo bene esse, quod minime congrueret. Præterea ex hoc magna prouenit vtilitas quantum ad meritum fidei. ¶ Ad quartā respōdetur, quod quamuis corpus Christi cum quantitate propria sit sub sacramento, non est tamen ibi mediante sua quantitate, & ideo non est ibi vt in loco. ¶ Ad quintam respondetur quod & si quantitas non facit cibationem, facit tamen ad sacramenti veritatem, & perfectionem vt corpus contentum ibi sit habens omnem perfectionem vt dictum est.

Ad tertium

Ale. de Ha.

Ad quartum

Ad quītum

Ad secundum Sic proceditur. † Et videtur, qđ Christus non sit in hoc sacramēto secundum totam suam quantitatem. ¶ Primo sic, quantitas corporis Christi non inuenitur extra corpus Christi, nec corpus Christi sine propria quantitate, sed constat, ꝙ corpus Christi non est vltra dimensiones panis, nec aliqua pars dimensionis est sub qua non sit corpus Christi, ergo si est ibi quantitas tota corporis Christi, nec excedat dimēsiones panis, nec exceditur, sed cōis animi cōceptio est, ꝙ duæ quātitates, quarum vna alteri supposita neq; excedit, neq; excedit, sunt æquales, vt patet in principio Euclidis, ergo quātitas corporis Christi tota æquatur quantitati panis, quod est falsum, quia conuenit esse, & maiorem & minorem. ¶ Secundo sic. nullum corpus secundum totā quantitatem suam potest contineri indifferēter à magna & parua quantitate extrinseca, sed corpus Christi continetur indifferenter sub parua parte vel magna panis consecrati, ergo non est ibi secundum suam totam quantitatem. ¶ Tertio sic, quandocunque sub aliqua quantitate extrinseca cōtinetur corpus aliquod habens partes distinctas secundū suam intrinsecam quantitatem totam conuenit assignare sub qua parte illius quantitatis singulæ partes contineātur sed corpus Christi cum sit organicum, habet partes distinctas. si ergo secundum suam totam quantitatem cōtinetur sub dimensionibus panis, erit assignare vbi sit caput eius, & manus, & pes quod est impossibile, quia paruitas quantitatis non sufficit ad talem distātiam, & præcipue cum partes habeant distantias determinatas propter multa intermedia, quæ habent quantitates determinatas. ¶ In oppositum est tex. præsentis ca. vbi dicit B. Augustinus ꝙ totus Christus manducatur in hoc sacramento, sed totalitas corporis Christi attendit̄ s̄m quantitatē ipsius, quia s̄m quantitatē diuiditur, & partes habet &c. ¶ Respōdeo dicendū, quòd corpus Christi est in hoc sacramento secundum totam suam quantitatem. Patet hæc conclusio, quia qua ratione ponitur ibi pars quātitatis, eadem ratione debet poni ibi esse tota quantitas, quia sicut corpus Christi non separatur à propria quantitate ita vna pars quantitatis non separatur ab alia, vtrunque enim sine mutatione corporis Christi non posset euenire. Ad cuius rei ampliorem manifestationem Notandum iuxta Alexandrum de Halis in quarto, quòd in hoc sacramento quædam sunt secundum naturam quædam supra naturā, sed non supra intellectū, quædam supra intellectum & supra naturam. Secundum naturam sunt ibi accidentia quædam, sicut color, sapor, in magnitudine aptitudo accidentis respectu actus sui, sicut albedinis ad immutandum visum. Supra naturam sunt accidentia sine subiecto, vt color sapor, rotunditas, siue substantia, hoc autem est supra naturam sed non supra intellectum, intelligit autē intellectus accidentia sine subiecto per abstractionem, supra naturam & intellectum est ibi Christus in tota quantitate, in quanta est in cœlo, & non excedit terminos illius paruulæ formæ, hoc autem est supra naturam & intelligentiam. ¶ Ad rationes Ad primam respondetur, quòd ratio non procedit, quia in suppositione directe quantitas applicatur quantitati, & quia quantitas Christi non directe applicatur quātitati panis, quia nō mediante ipsa corpus Christi sub dimensione panis est, ideo non est ibi aliqua suppositio quantitatis ad quantitatem nec aliqua commensuratio quantitatum, & ideo non sequitur quòd sint æquales. ¶ Ad secundam respondetur, quòd sicut illa quæ non habent quantitatem possunt esse indifferenter sub magna & parua quātitate, sicut patet de anima, quæ est indifferenter in magno & paruo corpore, ita illud quod non rōne suæ quantitatis continetur sub aliqua quantitate, potest esse indifferenter in magna & parua quantitate, sicut est in proposito. ¶ Ad tertiam respondetur quòd situs sicut obiectio tangit quantitatem pręsupponit, & quia quantitas Christi nullam habitudinem habet ad dimensiones panis, ideo etiam nec situs partium corporis Christi, & ideo quamuis corpus Christi prout est sub sacramento habeat partes distinctas & situatas situ naturali, non tamen est assignare in partibus dimensionibus panis, vbi singulæ partes corporis Christi iaceant. Nec tamē sequitur quòd dicamus corpus Christi confusum, quia ordinem habent partes in se, sed secundum ordinem illum non comparantur ad dimensiones exteriores. Leg. Fere totum positum est. s. e. d. c. qui manducat, & c. inuitat, & ibi expositum est, ideo transimus ad alia.

Primum ar.

Secundum argu.

Tertium ar.

Opponit in contrarium

Respondet.

Ale. de Hal.

Ad primum argu.

Ad scdūm

Ad tertium

DE hacquidem &c. Quintum ca. eiusdem partis in quo magister Gratianus ex authoritate B. Hieronym. ostendit, ꝙ & si corpus Christi sub sacramento sumendum sit, non tamen sub specie propria, in qua in ara crucis Christus se Deo patri obtulit. breue est. Et quia de hoc capitulo habitum est supra ead. dist. non hoc corpus. ideo ad alia transimus. Lege. ¶ [In Christi commemorationem.] id est in memoriam mortis eius, vt supra eod. distinctio. quia passus [mirabiliter] quia opus est diuinum sola Dei potentia factibile supra naturam & supra rationem humanam [edere licet] scilicet sub illa specie panis in qua miraculose licet sit id est consecratione de illa autem [secundū se] id est specie propria edere non licet, vt supra ead. dist. non hoc corpus &c.

Exponit literam.

1 *Christus totus an sit in qualibet parte specierum panis & vini, & nu. 2. c. vbi pars.*

SInguli &c. Sequitur sextum capitulum eiusdem partis, in quo magister Grat. ex authoritate Hier. in sermone epipha. ostendit, ꝙ Christus ita totus est in sacramento ꝙ totus sit in toto sacramēto & in singulis portionib. eius. breue est. ¶ Pro intelligē-
1 tia pleniori huius c. quæritur † vtrum quod hic dicit text. p̄sens, videlicet, ꝙ totus Christus sit in qualibet parte sp̄erum panis, & vini, & videtur ꝙ non. ¶ Primo sic. species. n. illæ diuidi possunt in infinitum, si ergo Christus totus est sub qualibet parte specierum prædicatarum sequeretur, ꝙ infinities esset sub hoc sacramento, ꝙ est inconueniens. nam infinitum non solum repugnat naturę, sed etiā gratię. ¶ Secundo sic. corpus Christi cum sit organicum habet partes determinate distantes. ē n. de ratione organici corporis determinata distantia singularum partium abinuicē, sicut oculi ab oculo, auris ab aure, sed hoc non posset esse si sub qualibet sp̄erum esset totus Christus, oportet. n. ꝙ sub qualibet parte esset quælibet pars, & ita vbi esset vna pars esset alia. non ergo pōt esse, ꝙ corpus Xpi sit sub qualibet parte hostiæ, vel vini contēti in calice. ¶ Tertio, corpus Xpi verā retinet corpus naturā, nec vnquā mutatur in sp̄ū, sed de rōne corporis est, vt sit quātitas positionē habens, vt patet ex prædi

Quæstio.

Primum ar.

Secundū ar.

Tertium ar.

ex prædicamentis, sed ad rationē huius quantitatis, requiritur, quod diuersę partes in diuersis partib s loci existāt. non ergo potest esse, vt videtur, quod tot⁹ Christus sit sub qualibet parte spērum. ¶ Quarto sic. Aug. dī, ꝙ proprium est spūs, ꝙ possit simul in diuersis partibus totius esse. sed corpus Christi non ponitur nec per vnionem, nec gloriā extra limites corporis, vt possit participare proprietatem spūs, ergo corpus Christi non est totum in qualibet parte specierum. ¶ Quinto ad hoc sacramentum concurrit verbum, & elementum, & intentio. sed intentio ministri est, ꝙ sub totali specie totus sit Christus nec fertur intentio eius super partes, quia partes sunt innumerabiles. ¶ In oppositum est textus præsentis capituli. ¶ Respondeo sicut tangūt magister Alexander de Halis, S. Tho. & Bonauent. dist. 10. circa hoc est duplex opinio. Quidam. n. dicunt, ꝙ hostia remanēte integra Christus totus ē sub hostia tota, non tamen sub qualibet parte hostiæ sed hostia diuisa Xps totus remanet sub qualibet parte, & ponit exemplum de speculo, quia August. dicit, quod sicut fracto speculo multiplicantur species, vel imagines, sic post fractionem quot sunt partes toties est ibi Christus. Constat autem, quod ante fractionem speculi non erat ibi nisi vna imago. Istud autem non potest stare, vt arguit S. Tho. in quarto, quia hostia integra remanēte aliquo modo est corpus Christi sub partibus hostiæ. si ergo non sit ibi secundum totum erit secundum partem. sed omne quod est totum in toto & pars eius in pte est ibi situaliter, & ita corpus Christi esset situaliter sub sacramēto, & circumscriptiue. Quod est impossible. Exemplum etiam non est conueniens, quia imago speculi non est ibi vt forma absolute quiescens in subiecto. Sed generatur ex reuerberatione, & ideo quandiu est vna superficies speculi fit vna reuerberatio, & per consequens vna imago resultat. fracto au em speculo sunt multę supficies, & per consequens multæ reflexiones, & multæ imagines resultantes. Si autem esset forma absolute quiescēs in subiecto, aut esset consequens quantitatem, sicut albedo quæ fundatur in superficie, aut præcedens quātitatem vt forma substantialis. si primo modo de necessitate esset, tota in toto, & pars in parte ante formationem speculi & post. ¶ Si autem esset præcedens quantitatem esset ante, & post, & tota in toto, & tota in partibus, sicut forma substātialis ligni est in qualibet parte eius, quia totalitas formæ substantialis non respicit quantitatis totalitatem, sicut est de totalitate formarum accidentalium, quæ fundātur in quantitate, & præsupponunt. Corpus autem Christi continetur absolute sub speciebus, & hoc non cōuenit substantiæ mediante quantitate, vt dictum est, sed ratione substantiæ, inquantum substantia panis est conuersa, & ideo etiam ante fractionem est totum in toto, & totum in partibus, quia vbicunque erat tota natura panis, est tota natura Christi, & per consequens etiam totum corpus, & tota quantitas eius. Et hæc est alia opinio, quæ magis uera videtur. Cuius veritatis necessitas, & congruitas ostenditur præterquam ex iam dictis tribus rationibus iuxta magistrum Alexandrum de Halis. ¶ Prima est in conuersione panis est totum homogeneum, vnde quælibet pars habet rationem totius. ergo non est maior ratio quare hæc pars conuertatur in illam quam pars alia, ergo qua ratione vna conuertitur in vnam, & omnes, & qua ratione in vnā, & in omnes, ergo quælibet pars conuertitur in totum ex quo ex parte formæ verborum non est aliquod discretiuum propter quod vna pars magis cōuertatur in aliam, quam in omnes. ¶ Secunda signemus aliquam partem hostiæ, in hac autem est totum corpus, aut pars. si totum habeo propositum, si pars diuidatur hostia. & tunc quæritur aut est hic pars, aut totum. Si pars diuisus est Christus. si totum, & prius non erat, ergo plus continet hæc pars modo quam prius. ergo aliquod est hic conuersum in partes, qđ prius non fuit. Et præterea locus est mutatus, quia pars illa cessit aliis partibus., quæ de nouo ibi esse incipiunt, sed ista sunt inconuenientia, ergo oportet dicere sicut prius. ¶ Tertia, ponatur quod consecratio fieret in pane, qui esset maioris quantitatis, quam corpus Christi. tunc vel aliqua pars hostiæ esset vacua à continētia corporis Christi, aut corpus Christi est ibi maius, quam sit per naturam, aut est in qualibet parte, sed primum est contra veritatem sacramenti secundum contra perfectionem corporis Chri. ergo tertium est ponendum. ¶ Pro declaratione huius veritatis notandum cum S. Thoma in tertia parte, quod sicut ex supradictis patet in hoc sacramento est substantia corporis Christi ex vi sacramenti, quantitas autem dimensiua ex vi realis cōcomitantiæ. Corpus autem Christi est in hoc sacramento per modum substantiæ. i. p modum, quo substantia est sub dimensionibus, nō aūt per modum dimensionum. i. non per illum modum, quo quātitas dimensiua alicuius corporis est sub quantitate dimēsiua loci. manifestum est autem quod natura substantiæ tota est sub qualibet parte dimensionum, sub quibus continetur, sicut sub qualibet parte aeris, & sub qualibet parte panis est tota natura panis, & hoc indifferenter siue dimēsiones sint actu diuisæ, sicut cum aer diuidit, vel panis secatur, vel etiam sint actu indiuisæ diuisibiles vero potentia, & ideo manifestum est, quod Christus totus est sub qualibet parte specierum panis, etiam hostia integra manente, & non solum cum frangitur. Congruitas autem huius. s. ꝙ sub singulis partibus contineatur totus Christus colligitur ex multiplici vtilitate. vna causa est dispensatio necessitatis, vt dī magister Alexander de Halis. qui autem necesse est, vt frequenter frāgatur hostia, vt pluribus impartiatur necessaria est continentia Christi sub partibus fractionis. Alia est vitatio erroris, quia si totum contineatur sub tota specie, & sub parte posset intelligi partem contineri sub parte sicut totum sub toto, & ita sequeretur error. s. quod corpus Christi esset cōmensurabile hostiæ per correspondentiam partium vnius partibus alterius. Præterea sequetur error, ꝙ pars conuerteretur in partem, sicut pars cōtineretur sub parte. Contra quod dī Innocen. ego salua fide concesserim, quod totalis panis in totale corpus cōuertitur, ita tamen quod nulla pars panis in aliquam partem corporis, vnde dicendum, quod totum corpus cōtinetur sub tota specie, & sub qualibet parte, & quod totale conuersum est in totale, non pars in partem propter quod requiritur, quod totale retineatur sub totali non pars sub parte. sicut nec pars conuersa est in partem. Item alia ratio est veritas, significationis, quælibet autem pars hostiæ est signum refectionis spūalis, quare oportet, quod Christus cuius est reficere spūaliter, sit sub qualibet pte sicut, & sub toto. indifferenter. n. totum & partes refectionem, quę est in Christo significant. Alia est ratio, modus essendi datus illi à virtute supra natura. habet. n. conformem modum essendi cum spū. vnde nota, quod est natura creata corporalis non vnita diuinæ, & spūalis vnita diuinæ & ipsa natura diuina. Illa autem, quæ est corporalis non vnita arctatur ita, quod cum est in aliquo continēte, est ita, quod totum continetur à toto, & pars à parte, vnde totum est ita in toto, quod non est in parte totum. Substantia autem spūalis, non vnita non est ita arctata. potest. n. esse tota in toto, & tota in parte, vt anima quæ est in toto corpore tota, & in qualibet parte tota, arctatur tamen, quod non est in qualibet parte, nisi cum pars sit vnita toti. vnde anima non est in parte separata à corpore. in 3. vero natura, quæ est vnita diuinæ, vt corpus Xpi est minor arctatio, pōt. n. esse in toto aliquo, & in qualibet parte, & hoc siue pars sit vnita toti, siue diuisa. vnde corpus Chri est sub qualibet parte hostiæ, siue sit fracta, siue integra, & in qualibet hostia consecrata, tamen in hoc arctatur, quod non pōt esse in qualibet parte corporis alicuius, nisi vbi est sacramentaliter, sicut anima vnita diuinitati, quę est in qualibet parte corporis sui, & vbicunque est ipsum corpus sacramentaliter coarctatur tamen ita, quod non pōt esse vbique in vniuerso. Sola. n. hoc habet diuina natura. corpus. n. Chri habet modum existentię similem spūm propter quod conuenit illi esse in qualibet parte continentis. ¶ Ad rōnes. Ad primam respondetur secundum S. Thomam, negando consequentiam. Et ad probationem dī, quod ad numerum seqtur diuisio, & ideo quandiu quantitas manet indiuisa actu nec substantia alicuius rei est pluries sub dimensionibus propriis, nec corpus Chri sub dimensionibus panis, & per consequens nec in finities, sed toties in quot partes diuiditur. Alexander autem & dominus Bona. ponunt exemplū de anima, quia quanuis anima sit in qualibet parte corporis, tamen semel est, q̄a corpus vnum est. Similiter corpus, Chri in vna hostia semel est, quanuis sit diuisibilis in multas ptes. Dicunt præterea ad hanc rōnem rn̄dendo, ꝙ non est verum, ꝙ præsumit, ꝙ hostia sit diuisibilis in infinitas partes secundum speciem. Ita quo ratio totius. s. panis, vel

proprietatis

Marginalia (left): Quartū ar. — quītum ar. — Opponit & Respondet. — Alexander. Prima opi. — S. Thom. — Ale. de Ha.

Marginalia (right): S. Thomas. — Ale. de Hal. — Ad primū argu. S. Thom.

proprietatis consequentis saluetur in omnibus illis, quia in diuisione continui status est naturalis quantum ad partes secundum formam, vt ponit Philosophus primo

Ad secũdum.

Physicorum. ¶ Ad secundam respõdetur negando minorem. dicimus n. quod determinata distantia partium, & ordo earum adinuicem est in ipso Christi corpore vero. Est tamen verum, quod secundum hanc distantiam, & ordinẽ partium corpus Christi non comparatur ad partes hostiæ sed secundum modum substantiæ secundum quem modum quantitas est ibi, vt dictum est.

Ad tertium

¶ Ad tertiam respondetur, quod ratio illa procedit de natura corporis, quam habet, secundum quantitatem dimensiuam. dictum est. n. quod corpus Christi non comparatur ad hoc sacramentũ

Ad quartum

ratione quantitatis dimensiuæ, siue rõne substantiæ. ¶ Ad quartam respondetur prout respondet magister Alexander, quod licet corpus Christi non perueniat ad simplicitatem spũs, quantum ad substantiam nihilominus habet modum conformem existendi aliquo modo, imo vt tactum est minus arctatur quantum ad aliquid, quam spũs. ¶ Ad

Ad quĩtum Bonauen.

quintam respondetur secundum Bonauenturam, quod non oportet, quod specialiter, & discrete feratur intentio ministri super omnes partes, sed cum omnes partes habẽt rationem totius, sufficit quod super totum feratur intentio, & sic in qualibet parte sit quod in toto. Lege.

Exponit literam

¶ [Singuli accipiũt] in sacramento [Christum] totum [portionibus] .i. sub qualibet parte ipsarum specierum [totus est] totalitate naturarum, quia in sacramento non solum est humanitas Christi, sed etiam diuinitas ex inseparabili concomitantia. item [totus] totalitate partium essentialium ipsius humanitatis Christi, quia in hoc sacramento vtraque pars humanitatis Christi est. s. corpus, & anima, corpus ex vi sacramenti, anima ex naturali concomitantia [totus] totalitate partium quantitatiuarum, quia vt visum est in quæstione hic Christus etiam totus secundum quantitatem suam totã, in toto sacramento est & in qualibet parte eius [nec per singulas sumẽtes in singulis partibus specierum.]

2 *Esse in loco, & esse in loco vt in loco quomodo differant.*



Bi est pars. Sequitur septimum capitulum eiusdem partis, in qua magister Gratianus ex authoritate Hilarij continuat, quod superius videlicet, quod totus Christus sit in qualibet portione sacramẽti, dicens, quod vbi est pars, ibi est totum.

Quæstio.

¶ Pro pleniori intelligentia huius cap. Quæritur: vtrum

Primum arg. 1

hoc sit verum, & videtur, quod non. ¶ Primo sic. si vbi est pars, est totum. ergo vbi ẽ vna pars, ibi quælibet. ergo pars non est distincta à parte, ergo corpus Christi est ibi confusum.

Scđm arg.

¶ Scđo sic, si vbicũq; est pars ibi est totũ. ergo in eodẽ loco primo sunt ptes & totũ. sed quęcũq; sunt, in eodẽ loco primo sunt æqualia, ergo pars & totum sunt ęqualia, quod est con ra il am maximam, oẽ totũ est maius sua parte.

Tertium ar.

¶ Tertio sic. nulla quantitas dimensiua continetur in aliquo toto, & in qualibet parte eius, sed Christus est in sacramento per suam quantitatem dimensiuam, ergo est impossibile, quod vbi est pars, ibi sit totum.

Opponit in cõtrarium.

¶ In oppositum est textus præsentis ca. vbi ait B. Hilarius vbi est pars corporis, ibi est totum.

Respondet.

¶ Respõdeo dicendum, quod verum est, quod dr̃ B. Hilarius, sicut patet ex dictis in præcedenti cap. quoniam si corpus Christi est totum in toto sacramẽto & in qualibet portione eius, manifestũ est, ꝙ vbi pars est, ibi & totum esse confitendũ est.

Ad primum arg.

¶ Ad rationes. Ad primam respondetur negando consequentiam. cõfusio. n. opponitur ordini partium, qui pertinet ad rationem situs. & quia corpus Christi non est situaliter sub sacro, ideo non sequitur ibi aliqua confusio partium ex hoc, quod in quolibet signato hostię est totum corpus, & quælibet pars eius quamuis. n. non sit accipere ordinem partium corporis Christi secũdum comparationem ad partes hostiæ, tamẽ est accipere ordinem ipsarum adinuicẽ in corpore Christi secundum propriam quantitatem. Et hoc est idem, cum

Bonauent.

eo quod Bonauentura dicit, quod ibi non est confusio, quia & si partes non diuidantur secũdum positionem in loco, diuiduntur tamen secundum positionem in toto, & ideo non est ibi cõfusio, quia est ibi positio, quæ est ordinatio partium in toto.

Ad scđm.

¶ Ad secundam respondetur. quod rõ illa procedit ac si corpus Christi esset in sacramento sicut in loco siue situaliter, quod non est verum, sicut dictum est.

Ad tertium

¶ Ad tertiam respondetur, ꝙ modus existendi cuiuslibet rei determinatur secundum illud quod est ei per se, non autem secundum id quod est ei per accidens, sicut corpus est in visu secundum ꝙ est album, non autem secundum quod est dulce. licet idem corpus sit album & dulce. vnde & dulcedo est in visu secundum modum albedinis, & non secũdum modum dulcedinis, quia ergo ex vi sacramenti est in altari substantia corporis Christi, quantitas autem dimẽsiua eius est, ibi concomitanter, & quasi per accidens. ideo quantitas dimensiua corporis Christi est in hoc sacramẽto, non secundum proprium modum, vt. s. sit totum in toto, & singulæ partes in singulis partibus. sed per modum substantiæ, cuius natura est tota in toto, & tota in qualibet parte. Pro magis firmanda ista solone, quæ est S. Thomæ in tertia parte, inducemus contra hunc modum dicendi eius alias obiectiones aliquorum doctorũ sicut Durandi, & Scoti, & eas soluemus.

Durandus.

Contra hunc modum dicendi S. Thomæ, quod quantitas sit in sacramento modo substantiæ, & ita modo indiuisibili arguit Scotus & Durandus in 4. dis. 10. quorum rõnes potiores sunt tres. ¶ Primo sic. vnumquodque siue sit terminus transsubstantiationis primus, siue secundus, siue communicans, si tamen est ibi habet proprietates suas, quæ sibi necessario, & naturaliter cõueniunt. ergo quantitas corporis cum existat in sacramento, nõ carebit suo modo naturali, sed modus necessario, & naturaliter conueniens quantitati est esse diuisibiliter, cum de ratione sua intrinseca habeat partes positione distinctas, vt pote partem extra partem. ergo quantitas corporis Christi non est in sacramento modo substantiæ, sed quantitatis. ¶ Secundo sic. impossibile est, quod quantitas comparetur alteri modo naturæ suæ incompossibili. sed modus incõpossibilis naturæ quantitatis est indiuisibilis, ergo impossibile est, quod quãtitas comparetur alteri mõ indiuisibili. ¶ Tertio sic, vbicunque est substantia ibi, est substantialiter siue modo substantiæ, quia iste modus est ab ea inseparabilis, ergo similiter vbicunque est quantitas in se realiter, ibi est quantitatiuo modo. quia iste modus est sibi essentialis, & inseparabilis. Sed salua grã istorũ doctorum si voluissent attendere ad mentem doctoris San. Thomæ, sicut ad contradicendum verbis non curassent tot argumentis folia implere, quoniam reperissent eum

S. Thomas.

esse eiusdem sententiæ cum eis S. n. Thom. non dr̃, quod quantitas in saramento ita sit modo substantiæ indiuisibiliter, ꝙ ipsa in se sit indiuisibilis non habẽs partem ex. partem in ipso corpore Chri, cum ipse dicat in præsenti cap. quod corpus Christi prout est in sacrmento habet partes distinctas & situatas situ naturali. ita quod vbi est pes, non est oculus, nec oculus vbi est auris. sed omnia officialia eius membra, imo omnes partes sui corporis certo ordine & absque vlla confusione adinuicem constant, quod esse non posset, si quantitatem poneret habere indiuisibilitatem, sed dr̃, quod in comparatione ad species sacrãles non habet modum indiuisibilem, ita quod pars coextendatur parti quantitatis, & specierum, & totum toti, sed habet modum subãæ cuius conditio est, quod indifferenter se habet ad paruam, & magnam quantitatem, sicut patet in anima, quę est indifferenter in paruo, & magno corpore, & ita non habet ibi quantitas habitudinem ad quantitatem specierum, secundum modum proprium quantitatis vt sit totum in toto, & singulæ partes in singulis partibus. sed secundum modum substantiæ. cuius natura tota est in toto, & tota in qualibet parte, & hoc idem ipsi cogũtur dicere, cum aiunt, ꝙ positio, quæ est differentia quantitatis necessario inest quanto cõtinuo ꝑmanenti. & istam oportet saluare in proposito, quę. s. dr̃ ordinem partium in toto, nec ab ista põt priuari quantitas cum in hoc cõsistat formalis eius rõ, positio autem, quæ ponit in prædicamento situs, quæ est ordo partium ad partes loci, vel locantis, hoc est dictum, quod partes coextendant partibus sicut totum dr̃ commensurari toti loco, in quo habet situm. vbi ista põt separari à quanto, sic in præsenti dicũt esse quod diuina virtute quãtitas corporis Christi separatur ab ista habitudine ad locum, quem vocant respectum extrinsecum. ita vt partes eius loco non commensurentur, sed indifferenter se habeant ad totum, & partem. hoc idem dicit S. Tho. modo subtiliori tamen nostro iudicio.

Ad primum argum.

¶ Ad rõnes patet responsio. Ad primam (quæ est Scoti) respondet. quod non negat quin quantitas corporis Chri habeat par

Ad sc

modus

tes positiōe distinctas in toto, sed hoc negat, quod habeat partes distinctas positione in habitudine ad species. ¶ Ad secundam (quæ est Durandi) pariformiter respondetur. ꝙ modus incompossibilis quantitati est indiuisibiliter se habere quo ad ordinem partium in toto, quia positio partiū quæ est in rōne quantitatis includit oppositum. s. diuisibilitatem. sed positio partium respectu loci non est de rōne intrinseca quantitatis, & ideo oppositum potest ei conuenire virtute diuina, vt. s. indifferēter se habeat ad partem, & totum, qui modus est substantiæ, vt dictum est, & ita, id, quod est intrinsece diuisibile, comparatur ad extra modo indiuisibili.

Ad tertium ¶ Ad tertiam quæ est eiusdē posset responderi eodem modo. s. quod quātitas semper manet hic cū illo modo intrinseco, qui est diuisibiliter se habere, quo ad ordinem partium in toto. posset etiam responderi negādo assumptum, quoniam substantia corporea existens in loco, per accidens est modo diuisibili, & quantitatiuo, & non est tota in qualibet parte, qui sunt modi quantitatis, & non substantiæ, sed oppositi, & hoc quia ibi est rōne alterius ita hic possit dici de quantitate sicut dictum est.

Exponit literam. Lege. ¶ [Vbi]. i. in quacūque parte sacri est pars corporis, ibi est totum vel vbi, i. in quocunq; loco, sub aliqua specie sacramenti est pars corporis Christi, ibi est totum. Nota tū
2 iuxta superius posita. aliud esse in loco, & eē in loco, vt in loco, quod idē est ꝙ esse localiter. primum cōceditur, sed secundum negatur, sicut visum est supra e. dis. iuxta capitulum quid sit, quare male dicit hic Archidiaconus dicens.

Contra ar. dicas quod verum est sine dubio, quod Christus ē in hoc sacramento sicut locatum in loco, licet. n. modus quo corpus Chri est in hoc sacramento habet similitudinem aliquam paruam, tamen cum modo existendi in loco sicut circa præfatum capitulum diximus ex sentētia S. Thomę, non tamen propter hoc dicendum est ita audacter, ꝙ Xps sit in sacramento sicut locatum in loco [māna] figura fuit corporis Christi quod infra e. di. circa capitulum corporeum illud manna. explanabimus [non habuit amplius.] sicut enim legitur Exod. 16. dixit Moyses filijs Israel. colligat ex eo vnusquisque quantum sufficit ad vescendum Gomor per singula capita. sequitur feceruntque ita filij Israel, & collegerunt alij plus, alij minus, & mensi sunt ad mensuram Gomor. neque qui plus collegerat habuit amplius neque qui minus parauerat reperit minus. Quod autem tangit Apostolus 1. ad Corin. 8. [non est quantitas] vt secundum commensurationem ad illam iudicandum sit de totalitate, & partibus corporis Christi in hoc sacramento, quia tunc falsum esset. quod vbi pars corporis Xpi ibi est totum, [sed virtus sacramenti spūalis] quia iudicandum est de modo existentiæ corporis Christi, hic ad modum virtutis spūalis, quæ indifferēter se habet ad magnū, & ad paruum locum, & est tota in toto, & tota in qualibet parte. Quod aūt dr̄ hic gl. pro similitudine, quod nō maiorē locū accipiat totū corpus gloriosum, quā eius pars, nec eius pars minorem, quam totū falsum est, & ex mala opinione procedit. Procedit. n. ex opinione eorum, qui dixerunt corpus gloriosum ex sua subtilitate habere ꝙ possit esse in loco inæquali sibi, quam opinionem improbat doctor sanctus multum subtiliter in 4. dist. 20.

Corpus Christi. Sequitur octauum capitulum eiusdem partis, quod pro sui breuitate non diuiditur. in quo magister Gratianus nihil aliud dicit, quam, quod corpus Christi. i. sacramentum corporis Christi in exteriori habet speciem quæ videtur, & est signum, siue figura rei contentæ. interius vero vt Christiana fides credit veritatem cōtinet corporis & sanguinis Christi. Quia hoc expositum supra e, di. cap. vtrum. non plus dicimus ad præsens.

Necessaria &c. Sequitur capitulū nonum eiusdem partis, in quo magister Gratianus continuans tractatum de veritate corporis Xpi in hoc sacramento ex authoritate concilij Ephesini ostendit, quod in hoc sacramento sumimus varaciter carnem Christi, non sub specie tamen propria, sed panis, & vini, & quod in illius pceptio-

Diuisio ne sanctificamur. Et diuiditur in duas partes. In prima facit, quod dictum est. In secunda ostendit nobilitatem huius sacramenti, seu carnis, quæ sumitur in hoc sacramento

Secunda ibi, non vt communem carnem. Nec carnem hominis puri quantumcunque iusti, aut sancti, sed carnem in vnitatem diuinæ personæ vnitatem. Sed cum verbo vitæ, & per carnem viuificatam. Circa hoc capitulum nihil occurrit disputandum, nisi vellem propositum præsentis tractatus exire. Lege. ¶ [In cruentam]. i. non in specie propria siue in specie cruentæ carnis. vt supra e. di. forte & c. panis. [Sacrificii seruitutem]. i. sacrificiū seruitutis nostræ Iuxta illud, quod in canone dicitur & supra e. dist. ca. vtrū hanc igitur oblationem seruitutis nostræ, Sed &c. [sanctificamur]. i. à peccatis mundamur [participes]. i. participatione corporis Christi. & sanguinis. [Non vt communem] secunda pars. i. non eam, quæ in communi vsu habetur ad manducandum. [Nec verificati, & verbo vniti] secundum dignitatis vnitatem. i. non carnem alicuius puri hominis sancti, & verbo Dei vniti secundum dignitatis honorem. Vbi notandum, quod vt dicit S. Thom. in 3. parte questio. 4. hæresis fuit Nestorii, & Theodori monostoni, quod in Christo fuerunt duæ personæ, vna diuina. s. verbū Dei, & alia hominis assumpti. quas dicebāt adinuicem esse vnitas, primo quidem ſm inhabitationem, inquantū. s. verbū Dei habitauit in illo homine sicut in tēplo. Secundo ſm vnitatem affectus inquātum. s. voluntas illius hoīs est semper conformis volūtati Dei. Tertio modo ſm opinionē, prout. s. dicebant hominem nullum esse verbi Dei instrumentum. Quarto ſm ignitatem, honoris. prout omnis honor, qui exhibetur filio Dei, exhibetur filio hominis propter coniunctionem ad filium Dei, & de ista tangitur in hoc loco, propter quam vnitatē Nestorius & Theodorus aliquando dicebant vnam esse personam verbi & hoīs. Contra quos diffiniuit sexta synodus cuius est capitulum præsens dicens anathema eum, qui dr̄ vnam personam secūdum dignitatem honorem & adorationem sicut Theodorus & Nestorius insanientes conscripserunt, dr̄ ergo eadem Synodus in hoc c. quod caro quam sumimus in hoc sacramento non est caro alicuius hoīs sic vniti verbo dei, secundum dignitatem honoris, sicut dicebant illi hæretici. sed est caro quæ personaliter vnita est verbo Dei fonti vitæ, ex quo habet quod sit viuificatrix iuxta illud Ioann. 6. Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Qđ verbum tractans Beatus Thomas super Ioann. dr̄ ne hoc intelligatur, quod esset secundum verbum vel secundum animam tantum. Ideo dicit caro mea est pro mundi vita. Ostendens etiam, quod caro sua etiam viuificatiua est, est. n. organum diuinitatis suæ. quare cum instrumentū agat virtute agētis sicut diuinitas Christi viuificatiua est, ita vt Damascenus dicit, & caro virtute verbi adiuncti viuificat. vnde Christus tactu suo sanabat infirmos [propriam ipsius verbi factam] per assumptionem scilicet ad vnitatem personæ.

S. Thom. (margin)

S. Thomas. (margin)

Damascen. (margin)

1 *Patres antiqui an manducauerunt sacramentum eucharistiæ spiritualiter. quod non num. 2.*

Inquit apostolus &c. Sequitur capitulū nonum eium partis, in quo magister Gratianus ex authoritate B. Augusti. inducit, quod antiqui sancti patres ante incarnationem Christi eandem escam spiritualem manducauerunt quam nos, cum commederunt manna, & eundem potum spiritualem biberunt, quem nos, cum biberunt aquam de petra. Capitulum hoc non diuiditur. ¶ Pro pleniori vero ipsius intelligētia. Quæritur † vtrum antiqui sancti patres manducauerunt hoc sacramētum spiritualiter. Quæstio. Primum ar.
1 Et videtur quod sic. ¶ Primo ex præsenti cap. vbi dr̄. quod omnes eandem escam spiritualiter manducauerūt, quam nos manducamus. ¶ Secundo sic, illi habuerunt eandem fidem, quam habemus. licet. n. tempora variata sint, vna tamen est fides omnium. vt ait Aug. sed nos credendo manducamus spūaliter hoc sacramētum, secundum illud Augu. supra vt quid. e. dist. Crede & manducasti. ergo similiter videtur, ꝙ illi manducauerunt spiritualiter hoc sacramentum. Secundū ar. ¶ Tertio sic, super illud 1. ad Corint. 11. omnes eandem escam spiritualem manducauerunt. dicit gloss. cibum visibilem spiritualiter intellexerunt, spiritualiter esurierunt, spiritualiter gustauerunt, vt spiritualiter sanarentur, & loquitur ibi gl. de antiquis patribus. Tertium ar. ¶ Quarto sic. eadem glo. ibidem dicit. Manducauerunt escam corporalem Quartū ar.

Exponit literam. (margin)

Opponit in cōtrarium poralem vtique & spūalem eandem quam nos. ¶ In oppositum arguitur. Baptisma est primum sacramentum nouę legis & fundamentum aliorum. sed antiqui patres non receperunt baptisma, ergo nec aliquod aliud sacramentum
2 consequens. ¶ Respondeo dicēdum, †quod antiqui patres non manducauerunt hoc sacramentū spūaliter, probatur conclusio. tum quia nōdum erat institutum, nec traditum ad manducandum. tum secundo quia nondum erat consecratum. Consecratio. n. præcedit manducationem. Mādu- cauerunt tamen spiritualiter Christum secundum quod hic, dr̄ in textu. In eum. n. crediderunt venturum, quē nos credimus iam venisse. ¶ Ad rationes. Ad primam, & secū dam dicendum, quod esca, quam illi manducauerunt, Xp̄s fuit. non hoc sacramentum. Vbi tamen notandum, ꝙ apostolus 1. ad Corinth. 10. distinguit inter illos, qui manducauerunt manna manducatione carnali tantum, & inter illos, qui non tantum carnali, sed manducauerunt, manducatione carnali, & spūali. i. intelligentes per illum cibum, Christum fore verum cibum electorum. Non ergo vult capitulum præsens, neque glo. inducta in tertio articulo quod antiqui patres manducauerunt habendo fidem de sacramento isto, sed quod manducauerunt intelligendo p̄ cibum illum Christum. s. esse cibum spūalem, quem venturum crediderunt. ¶ Ad tertiam dicendum quod gl. dr̄ verum, quia esca illa fuit Christus, qui est panis verus, qui de cœlo descendit. Ioann. 6. quem ipsi manducauerunt credendo ipsum esse futurum, & figuratū per cibum corporalem. s. manna quod manducamus spūaliter credendo ipsum esse sub sacramento. vnde eadem fuit esca, quam mā ducauerunt, quam nos, sed alius modus mādu candi. vt dr̄ magister Alexander de Halis, quia illi credendo ipsum significatum per manna esse venturum. nos credēdo ipsum contineri sub sacramento. ¶ Ad quartam dicēdum, quod verum est quod glo. dr̄, quod illi sancti patres manducauerunt escā, vtique corporalem, & spiritualem, sed spiritualem eandem, quam nos, corporalem vero alteram, s. manna, quod significat Christum, manducauerunt ergo spiritualiter. Manducare autem spiritualiter secundum intellectum glo. fuit credere Christum fore cibum spiritualem significatum per manna, quod corporaliter manducauerunt. Lege. ¶ [Inquit]. 1. ad Cor. 10. [omnes] tam nos, quā patres veteris testamenti [eandem escam spiritualem manducauerunt]. i. Christum [non corporalem] quia illi manducauerunt manna, & biberunt aquam de petra, & nos nō [Sed aliud nos] specie visibili, verumtamen idem spiritualiter, quia idem significabatur per manna, ꝙ realiter continetur sub sacramento. s. ipse Christus.

(Margin: Ad primum argum. Ad secūdum — Ad tertium — Ale. de Ha. — Ad quartum — Exponit literam)

1 *Christo an vniamur vnione naturali per sumptionem sacramē ti eucharistiæ.*
2 *Christo faciunt nos connaturales, & vnibiles quinque.*
3 *Charitas quare vocetur sincera.*
4 *Vnitas qua vnimur Deo est duplex.*
5 *Missio filij Dei dicitur ipsa incarnatio.*
6 *Religio quid dicatur.*



N Christo. Sequitur decimum capitulum eiusdem partis vbi magister Gratianus continuans principalem conclusionem suam, videlicet ꝙ in hoc sacramento corpus & sanguis Christi contineatur in veritate. Inducit ad hoc dictum B. Hilarij, qui hoc prosequitur 9. de trinitate arguē do contra Arrianos, qui patrem, & filium esse vnum in voluntate asserebant, sed vnum in natura esse negabant. ¶ Pro cuius progressus clariori notitia est sciendum, quod præfati hæretici ad erroris sui probationem inducebant illud tanquam fundamentum. Io. 17. ait. Non pro eis rogo tātum, sed etiam pro eis, qui per verbum eorum credituri sunt in me. vt omnes vnum sint sicut tu pater ī me, & ego in te. vt & ipsi in nobis vnum sint. Ex hoc arguebant sic. Cum ergo fideles pro quibus orabat Christus non erant futuri vnum cum patre, & filio nisi in vnitate voluntatis, sequitur, quod nec pater in filio nec filius in patre sunt vnum nisi vnitate voluntatis. Ad hoc respōdens Beatus Hilarius negat minorem propositionem. videlicet illam, qđ fideles non essent futuri vnum cum patre & filio nisi vnitate voluntatis. Asserens fideles, vnum fieri cum filio, non tā tum vnitate voluntatis, sed etiam vnitate quoddam modo naturæ, & hoc per sacramentum corporis, & sanguinis ei' & sic, mediante filio vnum efficimur cum patre quodam modo vnitate naturæ. i. mediante naturali vnitate, quam constat esse inter nos & filium eius. Et diuiditur hoc capitulum in tres partes. In prima facit quod dictum est. In secunda probat illud testimoniis Iesu Christi. In tertia assignat rationem, quare tanto commemorauit de sacramento hoc. quia videlicet hæretici ex vnitate nostra ad Deum (quam dicebant solum esse in voluntate) arguebant inter patrem & filium, non naturæ, sed voluntatis tantum esse vnitatē. Secunda ibi ipse. n. ait. Tertia ibi, hæc autem idcirco. Secunda diuiditur in tres ſm quod tria probare intendit. Primo. n. probare nititur, quod in hoc sacramento vera Christi caro, & eius sanguis contineatur. In secūda inducit testimonium, quod per susceptionem huius sacramenti vniamur Christo. Tertia inducit probationem, quod talis vnio sit naturalis non tantum voluntatis. Secunda ibi, hac accepta. Tertia ibi, quod in eo. ¶ Pro euidentiori intelligentia huius capituli. Quæritur † vtrum hoc sit verum quod per sumptionem sacramenti vniamur Christo vnione naturali. Et arguitur quod non sit verum. ¶ Primo sic. Talis vnio naturalis nostra ad Christum non videtur posse intelligi, nisi ꝙ natura Christi & nostra adinuicem trāsmutarentur, vt ex duabus efficeretur vna tertia, sicut fit ex elementis mistis, vel quod vna transiret in aliam, sicut cibus transit in cibatum, sed nullum horum fit in sumptione huius sacramenti, vt patet cum natura vtraque in Christo non possit tali mutatione mutari. vnde nec ipsa potest conuerti in aliam, cum sit incorrruptibilis, nec alia natura in ipsam conuerti, ergo per hoc sacramentum non consequimur vnionem aliquam naturalem cum Christo. ¶ Secūdo natura corporis Christi assumpta in hoc sacramēto, & natura hoīs assumentis semper manent distinctæ, ergo nullo modo fit aliqua vnio naturalis inter assumentem, & assumptum. consequentia patet, & antecedens est manifestum. ¶ Tertio. Quandocunque aliqua sunt vnum vnitate naturę diuinæ, quidquid conuenit vni personæ inquā tum est vnum cum alia conuenit alteri. vnde quidquid de patre prædicatur absolute, vt puta quia est sapiens bonus & cætera, prædicatur de filio, & spiritu sancto, sed si per assumptionem corporis & sanguinis efficeretur digne sumens vnum vnitate naturali cum Christo. sequitur, quod quicquid prædicaretur de Christo ratione naturæ prædicaretur de assumente hoc sacramentum, sed hoc non est verum. ergo nec id ex quo sequitur. ¶ Quarto ita Christus est cibus angelorum, sicut & hominum. sed angelus cibatus Christo. non efficitur vnum vnitate naturæ cum Christo. ergo nec nos. ¶ In oppositum esse videtur textus c. p̄sen. ¶ Respōdeo dicendum quod beatus Hilarius bene intellectus verum dicit. quomodo autem intelligēdus sit exponit Albertus magnus in tractatu suo de corpore Chr̄i ita dicens Hilarius li. 9. de sinod s, dr̄, quod hoc donum. s. sacramentum hoc naturalem nostri ad Christum perficit vnionem, sed naturalem vocat vnionem. i. veram vnionem naturarum, quia per hoc sacramentum Christus in nobis per vtramque manet naturam, & nos in ipso per corpus, & aīam, q̄ quasi duæ naturæ sunt in nobis, Christus. n. veraciter in nobis per diuinitatem & humanitatem, & nos in Christo manemus spiritualiter per sacramentalem manducationem. hæc Albertus. plane recte hoc sacramentum dictum sacramentum siue mysterium vnitatis, vt in capitulo, quia passus, & in cap. hoc est sacramentum, & in cap. præsenti, quia perfectiuum & cōsumatiuum est tantæ vnitatis, vltra quam anima nostra in isti' peregrinationis conditione non videtur posse Deo perfectiori modo vniri. Primo, quia vnio ista, quam in nobis p̄ ficit, non tantum spiritualis est, sed etiam naturalis, quodammodo, inquantum per hoc sacramētum Christus manet in nobis, secundum vtramque naturam diuinam. s. & humanam. quæ in vtroque sacramento integrē cōtinetur vt supra c. Qui manducant & c. qui manducat. vnde extra de summa trin. & fide catho. c. 1. dr̄. Ad perficiendum mysterium vnitatis accipimus ipsi de suo quod accepit ipse de nostro. ¶ Est autem in hoc notādum cum domino Al
2 berto loco supra dicto. † quod quinq; sunt quæ nos faciunt Christo connaturales, & vnibiles. quorum vnum est & primum diuina generatio 1. Ioan. 5. & omnis qui natus est ex Deo

(Margin: Diuisio. — Subdiuisio. — 1 — Primum ar. — Scd̄m arg. — Tertium ar. — Quartū ar. — Opponit & Respondet. — Alber. mag. — Alber tus.)

Deo non peccat.sed generatio Dei conseruat eum,& malignus non tangit illum.Est autem spiritualis quædam,& optima generatio,qua homo in corpus & membrum Xpi generatur.Si.n.cibus olerum bonum suū cognoscere posset,quando ad corpus & mēbrum hoīs per generationem quandam mutatur, & conuertitur cum gaudio sustineret vbi sciret,ꝙ à suo eē ignobili & vili in tā nobile corpus mutaretur.quantas ergo gratiarū actiones debemus Christo,qui suo corpore viuifico nos in se transmutat, vbi corpus eius efficiamur sanctum & mundum & diuinum. Ioā. 1.quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios Dei fieri,quia qui recipiunt eum in hoc sacramento spūali manducatione & corporali,filij sui efficiūtur & sic filii Dei sunt,& dicuntur.Et Io.1.dr̄.Qui non ex sanguinibus,neque ex voluntate carnis &c. Non.n.caro & sanguis .i.concupiscētia carnis,& sanguinis in illa generatione aliquid possunt.sicut dr̄ 1.ad Cor.15.caro & sanguis regnū Dei non possidebunt.Est autem secunda vnio in vita & similitudine virtutis,& operationis,quia & in naturali cibo perfecte mēbris vnito nō est ꝙ nō habeat membra virtutem & operationem. sicut dr̄ Esa.56.Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos,& Deum vestrum.Ac si dicat.Si dissimilitudo in vita non esset,sed essetis Deo in vita & virtute & operatione similes,tunc Deo vestro vniti essetis, ita,ꝙ inter vos,& Deum nihil distaret.Et hoc est, quod dr̄ actuum 17.Nō longe est ab vnoquoque vestrum.In ipso.n. viuimus,mouemur,& sumus.Per virtutem.n.suā nobis influxam efficitur non longe,quia ipse suam non dimisit virtutem & in sua virtute nobis communicata & influxa,& ipse influit nobis seipsum,& cōmunicat. & sic ī ipso viuimus sua virtute, & in ipso mouemur sui incrementi perfectione, & in ipso sumus stantes consummati in sua perfectione donec occuramus omnes in virū perfectum in mensura & plenitudine Christi.Ephe.4.¶ Tertium autem nos vniens Christo est dilectio plena,& sincera, quia etiam cibus corporalis postquam ad substantiam mēbri quod nutrit mutatus & generatus est, & postquam virtutem & operationem & vitam illius membri assumpserit, statim ordine naturæ colore viuifico illius membri & spiritu penetratur & afficitur,& sic perfectius quam primo vnitus fuit vnitur, & hoc est quod dr̄ Augu.quod fides in compositiome corporis mystici & membra iungit.spes autem nectit,& charitas vnit,qa fidei generatio membri attribuitur,de quo diximus primo.Spei autem nexus in virtute & operatione de qua secundo.Charitati autem attribuitur vnio,de qua hic dr̄ habetur.Et hoc est quādo dr̄ ad Ephe.4.qui est caput Christi,ex quo totum corpus coniūctum,& connexum per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem vniuscuiusque mēbri augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate. hæc est vnitas spūs charitatis Christi totum corpus vniēs ad Ephe.4.soliciti seruare vnitatem spūs in vinculo pacis: In hoc calore charitatis quasi sub quodam palio concorporales,& iunctos nos sibi facit dominus.Ruth.3. expande pallium,quia propinquus es.Sic ergo vnio fit per dile-
3 ctionem synceram & pulchram.†Syncera autem vocatur charitas,ᵃ quia nihil corruptibile admittit.pulchra autē, quia nihil fœdum cogitat.Quarto loco sicut quilibet sapiens videre potest postquam cibus aggrauatus est membro,& virtutibus eius, & calore membri viuifico est affectus,& spū membri penetratus statim paulatim incipit assumere calorem illi membro proprium,& venustatem quod fit per illustrationem æternæ veritatis in facie Iesu Christi sicut expresse dr̄ apostolus ad Cor.4. Deus, qui dixit de tenebris lumen splendescere,illuxit in cordibus nostris,ad illuminationē sciē claritatis ī facie Iesu Xp̄i. Oīno .n.innaturale esset, qđ tenebrosum mēbrū esset tā lucidi, & pulcherrimi corporis, & ideo oportet vt sibi assumat Christus naturalem lucem,& pulchritudinem.sicut Exodi.30.Splendida facta est facies Moysi ex cōsortio sermonis domini ita vt non posset filij Israel intendere in faciē eius propter gloriam vultus eius, ita & multo magis assumit membrum incorporatum Christo gloriam, & lucem, & pulchritudinem in fulgore mentis illustratæ per veritatis contemplationem.vnde Cori.4.Nos.n.reuelata facie gloriam domini speculantes in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem tanquam in domini spiritu.Sic dr̄ animæ illi vnitæ in psal.44.Specie tua,

a¶ Vocatur charitas addē quod caritas dicitur dilēctio in dei & pximi. P. de Anc. in c.maiores n.4.de baptismo.

& pulchrit.&c.Spē veritatis figurata & pulchritudine sapientię decorata prospere sine impedimēto. intendit,per intellectū,& procedit, per affectū, & regnat in rege.cuius vt membrū pulchritudinē assumpsit. Melior.n.color quē habere potest membrum corpori bene vnitum, & viuificatum,est color substantialis sanguinis per cādorē pellis, & carnis emicantis.Et iste est color Christi.Cantic.7. dilectus meus candidus.Et hęc est pulcherrima vidua Iudith. 10. cui etiam dominus contulit splendorem, quia omnis ista compositio non ex libidine,sed ex virtute pendebat. hoc est,ꝙ de beata Agneta dr̄ Beatus Ambrosius.Iam corpus eius corpori meo sociatū est, & sanguis eius ornauit genas nostras.Quinto sequitur vnio indissolubilē habens ad corpus vnionem,& indistantem.vt in corpore sit,& ēt in ipso animetur,& viuat,vt iam de cætero nō nisi de corpore esse reputetur.vnde de vnitis Christo dr̄ apostolus ad Ro.10.insertus es in bonam oliuam,& socius radicis, & pinguendinis oliuæ factus es.qui oīa bona,quæ fluunt à Christo taliter vniti percipiunt.Et sic dr̄ Christus Ioan. 17.Ego claritatem,quam dedisti mihi,dedi eis,vt sint vnū sicut & nos, vnum sumus.hæc Albertus. Quibus habitis dicendum est.¶ Ad rationes.Ad primam,secūdam,& tertiam respondetur vna responsione,quæ clarissime sumitur ex intelligentia dictorū Beati Hilarii, videlicet quod non intendit Beatus Hilarius per illa verba dicere,qđ hoc sacramentum efficiat in nobis sic,vnionem naturalem cū Christo,quod efficiat nos vnius naturę cum Christo.quia hoc est impossibile,sicut rationes bene arguunt. Sed vult dicere,quod participatione huius sacramenti nō tantum efficimur vnum cum Christo vnitate voluntatis per conformitatem in volito, nihil aliud volendo, nisi quod Deus vult secundum quod dicit Aristoteles.9.Ethicorum quod vnum de amicabilibus est eadem velle & diligere, sed vnum quodammodo vnitate naturali inquantum per hoc sacramentum manet in nobis Christus secundū vtranque suam naturam. ¶ Ad quartam dicendum quod Angelus non manducat hoc sacramentum nec sacramentaliter nec spiritualiter.quia Christus eis non proponitur sub sacramento,sed sub nuda veritate. sicut circa capitulum, vt quid supra ea.dist.declarauimus.Præterea cum teste apostolo ad Hebræ.2.Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ.Et ad Philippen.2.dr̄ idem apostolus. In similitudine hominum factus habitu inuētus est, vt homo. Non est tanta conformitas istius cibi ad Angelos, sicut ad homines.quia cum hoībus est conformitas eiusdem speciei,quam non habet cum Angelis.Et ideo non mirum, si hoīes ex beneficio incarnationis aliquid cōsecuti sunt gloriæ,& vtilitatis.quod nō sunt consecuti ipsi Angeli. Lege. ¶[In Christo pater.] Notato quod in principio diximus ad declarationem mentis totius cap.Est consequenter aduertendum,quod verba Hilarii vbicunque occurrunt diligenter,& prudenter intelligenda sunt,quia licet planum sit,quod intendit dicere,tamē obscuris,& scrupulosis vtitur verbis is inclytus doctor,vt dr̄ Hieronymus Gallicano Cothurno extollitur,longis semper periodis inuoluitur & à locutione simplicium fratrū procul est.Sed vt melius intelligantur,quæ dicuntur,notandum †quod vnitas, 4
qua vnimur Deo duplex distigui videtur à doctore isto in hoc capitulo.vna est voluntatis, & hæc est duplex,vna qua per inhabitantem gratiam sic, in hac vita vnimur deo, vt ab eo non dissentiamus alia, qua vniuntur ei sancti per gloriam in alia vita, vt nihil velint, uel velle possint, nisi quod ipse Deus vult. Alia est vnitas naturæ, vel naturarum,& ista videtur distingui dupliciter. vna est ꝑ assumptionem carnis nostræ in vtero virginis, in qua factus est nobis cōformis ī natura. Altera est ꝑ participationem corporis & sanguinis Christi in sacramento, in qua secundum vtramque naturam Christus manet in nobis, secūdum vtramque vnitatem voluntatis vnimur patri, & filio,& spūi sancto.per vtramque vnitatem naturæ vnimur proprie filio,& filio mediāte quodammodo vnimur patri.& spūi sancto.Quibus notatis accedamus ad literā. [In Christo pater,& Christus in nobis vnū in his esse nos faciunt] quasi vellet sic arguere.In Christo est pater secundum illud Ioan.9. pater in me manens ipse facit opera. Et Ioan.10.Non solus sum.sed pater mecū est[& Christus in nobis]iuxta illud Ioann. 1.verbum caro factum est, & habitauit in nobis[ergo in his].i.per hoc sequitur manifeste quod

Ad primum & secundū & terciū argumen.

Ad quītum

Exponit literam.

Hieron.

quod vnum nos faciant ſecum. Iuxta illud Ioan. 17. vt ipſi in nobis vnum ſint [Si vere] hic oſtendit quomodo vnum efficimur cum Chriſto, & ex hoc arguit, & per conſequēs Chriſto mediante vnum efficimur cum patre, cum à Chriſto pater nō ſeparetur, ſed ſemper in eo maneat ita dicēs: [Si] pro quia vere carnem cui corporis noſtri Chriſtus aſſumpſit [vere] .i. veram non fantaſticam, vt dicebat hæreticus Manichæus naturalem, non cœleſtem, vt dicebat hæreticus Valentinus. [Sub myſterio] .i. ſacro. [& ꝑ hoc] .i. ex hoc ſequitur [ꝙ vnum erimus] .i. ſumus. Nam quandoque futurum pro præſenti, & econuerſo ponitur. vt in c. peruenit infra diſt. 3. & ff. de verborum ſignificatione verbum erit, & diſt. 21. in nono. vnum inquam non tantum vnitate voluntatis, ſed etiam vnitate quodammodo naturali ad ſenſum in quæſtione declaratum, quia vt inquit Leo papa. Nihil aliud dr̄ participatio corporis, & ſanguinis Chri, niſi in id, quod ſumus tranſeamus. vnde hoc ſacramentum eſt cauſa noſtræ non tantum viuificationis, ſed etiam deificationis, quia pater eſt in eodē, & ille in nobis, quaſi diceret, non poſſumus vnum effici cum Chriſto quin etiam illo mediante vnum efficiamur cum patre cum ipſe ſit in filio per vnitatem naturæ, non poteſt filius in nobis eſſe ꝑ vnionem naturarum, quoniam etiam pater ſit ſecundum diuinæ naturæ inhabitationem. Quomodo ex quo inuehit contra hæreticos Arrianos dicentes inter patrem & filium ſolam voluntatis vnitatem eſſe non naturæ. Quomodo .i. qua audacia qua præſumptione aſſeritur ab hæreticis vnitas voluntatis .ſ. tantum, & non vnitas ſubſtantiæ & naturæ inter patrem & filium [cum naturalis proprietas] id eſt naturalis, & ꝓpria ipſa caro Chri ſumpta [per ſacramentum ſit perfectum ſacramentum] .i. ſignum [vnitatis] vnitas. n. noſtra cum Chriſto res eſt ſignificata, & eſt ectá per ſacramentum, ſicut dictum eſt ſupra eadem diſt. qua paſſus, & dr̄ perfectum, qua non tantum ſignum eſt vnitatis volūtatis, ſed et naturæ eo modo, quo in qōne declaratum eſt. [Non eſt humano] volens inducere teſtimonia ſacræ ſcripturæ. ad confirmandum, quæ dixerat, præmittit quod de his rebus, tam obſcuris, & difficilibus [non eſt humano ſenſu] .i. ſeculari, qui ex principijs naturæ ſiue ſolito curſu naturæ procedit, cum hæc diuina ſint, & ſupra naturam. [Nec per violentiam.] Sic debet iuxta Hu. & veritatē litera ordinari & conſtrui [Peruerſitas alienæ atque impię intelligentiæ] .i. intelligentia aliena à ſanctis ſcripturis [& impia] cuiuſmodi eſt, quæ eſt contra ſynceritatem. & pietatem fidei Chriſtianæ. [Non eſt extorquenda] .i. danda [ſanitati] id eſt integritati [dictorum cœleſtium] .i. cœlitus reuelatorum, ſpū. n. ſancto locuti ſunt hoīes Dei aliter [Neque per violentiam] quod quidam faciunt cum vim vltra rectum ſenſum faciunt literæ ex illa conantes aliquem falſum intellectum elicere. Ac per imprudentem prædicatione .i. per inſolitam, & imperitá interprætationē. qua dicat dicta cœleſtia ſanè & catholicè debent intelligi, & non ꝑuerſè interpretari & ad impium, & alienum ſenſum extorqueri, vim faciendo literæ, ſecūdum proprium ingenium vnde Auguſt. optimus lector eſt, qui doctorum intelligētiam expectat ex dictis potius, quam imponat. nec cogat id videri dictis cōtineri. quod ante lectionē pręſumpſerit intelligendum. Præterea lex Dei non debet exponi ſecundum ſenſum quem ſibi quiſque præſumit, nec ſecundum ſenſum ad quemcunque poteſt trahi, & inuerti, ſed ſecundum ſenſum, quē ſpūs ſanctus efflagitat, qualiter facit hæreticus, dr̄, & vino inebriatur, 37. d. vino, & c. relatum, & 24. q. 3. hæreſis. [De naturali virtute] .i. de naturali, & vera carne Chriſti, per quam Chriſtus eſſe in nobis dicitur. [Stulte] contra rōnem. [Impie] contra fidem, ſiue ſcripturas pietatis. [Dicemus] quaſi dicat abſit, vt. n. ait Auguſt. 4. de trinitate contra rationem nemo ſobrius contra ſcripturam nemo Chrianus, contra eccleſiá, nemo pacificus ſenſerit [Ait] intendit inducere teſtimonia, & primo ad hoc, quod in ſacramento vera Chri caro contineať. [Caro mea vere eſt cibus] Hilarius veritas ex veritate naturæ eſt, & niſi vere reficeret vera caro, & qui edit meam carnem &c. Quo inducto teſtimonio, cum ſit teſtimonium veritatis, quæ mentiri non poteſt inquit [de veritate, & hæc accepta quantum ad carnem, & exhauſta quātum ad ſanguinem] hic inducit quod per ſumptionem corporis, & ſanguinis efficitur, vt nos in Chriſto, & Chriſtus in nobis ſit. Et qđ ita ſit, inducit teſtimonium illud Ioan. 9. vos autem me videbitis, quoniam ego in patre meo per ſubſtantialitatem naturę, & vos in me, per naturam veſtram, quam aſſumpſi, aſſumendo. n. naturam veſtram aſſumpſi vos omnes. Heb. 2. Nuſquam angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ. [& ego in vobis] per mei ſacramēti ſumptionem. [Qui ſumit corpus Chriſti Chriſtus eſt in eo.] Ioann. 6. Qui manducat meam carnē in me manet, & ego in eo. Ita hoc exponēdū ſecundum Hilarium dr̄ S. Th. ſupra Io. [Si voluntatis &c.] Hic proſequitur ad probandum tertium, videlicet, quod iſta vnio non ſit accipienda tantum ſecundum voluntaté ſed etiam ſecundum naturam. & hoc dupliciter, ſ. rōne, & authoritate iam poſita. Secundo ex alia authoritate, quam inducit ibi, quod autem in nobis. Primo dr̄ ſic. [Si voluntatis tantum cur gradum] id eſt gradatim a cordinate locutus eſt de hmōi coſummato [vnitatis myſterio dicēs. Ego in patre & vos &c.] niſi vt intelligeretur. ſ. quod [ille] id eſt Chriſtus [in patre eſſet] ſecundum naturam diuinitatis [& nos econtra in eo per corporalem] .i. temporalem [natiuitatem] .i. per naturam aſſumptam in natiuitate temporali, qua natus eſt de virgine Maria. [& ille rurſus in nobis per ſacramentum] .i. per corpus & ſanguinem eius quæ in ſacramento ſumimus. ¶ Sed nonne hoc eſt contra id quod ſuperius dictum eſt. In verbo eſt ergo, vbi dr̄, ꝙ Xp̄s eſt in nobis per carnem aſſumptam, & nos in eo per ſacramentum communicatæ carnis. Dicendum, quod iſta quatuor ſunt vera, uidelicet, ꝙ corpus eſt in nobis per ſumptá carnem in qua conformis nobis eſt in natura. i. per ſacramentum communicatæ carnis, quia ipſe Chriſtus manet in eo qui manducat Io. 6. ut dictum eſt. Secundo uerum eſt, ꝙ in eius carne eſt, & nos ſumus in Chriſto per aſſumptam carnem à nobis. & participando eius carnem. Tertio, qđ ipſe eſt in nobis per aſſumptam carnem, & nos in ipſo per ſacramentū communicatæ carnis ſicut dictum eſt ſupra. Quarto ꝙ nos etiam ſumus in eo per aſſumptam carnem à nobis, & ipſe in nobis per aſſumptionem corporis, & ſanguinis ſui in ſacramento, ſicut hic dr̄, unde quomodocunque dicatur non uariat propoſitum. [Ac ſi] id eſt & ita perfecta unitas, quæ eſt. ſ. non tantum uoluntatis, ſed per unionem naturarum hic oſtenſam, quæ eſt inter nos, & Chriſtum doceret ipſum mediatorem eſſe. Sane ſi Chriſtus nō aſſumpſiſſet naturam noſtram, & coniunxiſſet diuinæ naturæ ſuæ, cuius gratia mediator dr̄, nō eſſet talis perfectio unitatis inter nos & Deum, tolle Chriſtum mediatorem, iam nulla unitas naturæ eo modo deſignata, ſicut dictum eſt erit inter nos, & Deum. Si litera in originali dicatur eſſe iſta. [Ac ſi perfecta per mediatorem docetur] plana eſt in litera [per mediatorē] id eſt Chriſtum. In illis. n. uerbis Chrs docuit aliam eſſe unitatem inter nos & ipſum, & per ipſum ad patrem, quam ſit uoluntati. ſ. quoddammodo naturalem, ut explanatum eſt. [Cū nobis in ſe manētibus] per humanitatis noſtræ naturam ab illo aſſumptam [et in patre manens] per unitatem, et ſubſtātialitatem naturæ [maneret in nobis] ſecūdum utramque naturam. ſ. diuinam, ſecundum quam eſt in patre, in humanam, ſecundum quam ſumus in eo [et ita ad unitatē proficiſceremur] iſte profectus intelligitur in hoc, ꝙ eſt unum effici cum Chriſto, et quodammodo per Chriſtum, cū patre ꝑ unionem naturalem ſicut expoſitum eſt. [Cum] declarat profectum iſtum ſenſus eſt [ut in eo] .ſ. patre, in quo Chriſtus eſt naturaliter. i. per cōſubſtātialitatem unius et eiuſdem naturæ, quod habet [per natiuitatem,] ſiue gn̄ationem æternam, per quam communicatur ſibi eadem natura diuinitatis ſecūdum illud pſalm. 109. In ſplendorib. ſanctorū ex utero. i. ex natura et eſſentia genui te. Ante luciferum. ſ. ab æterno. [Nos etiam naturaliter] id eſt per inhabitationem naturæ ſuæ in nobis, et per deificationem quādam noſtrā in eo ſecūdum illud 2. Petri primo. cōſortes facti diuinæ naturæ ibi eſſemus. [Quod autem] hic inducit teſtimoniū ſacræ ſcripturæ ad probādum unitatem illam naturalem eſſe in nobis. ¶ Sed uidetur, quod nō dicat uerum. cum ait ꝙ naturaliter ī nobis ſit iſta unitas, cum ſit ſupra naturam et nobis in ſumma gratia cōceſſa. ¶ Reſpōdeo dicendum ꝙ naturaliter nō capiť hic, pro eo ꝙ ex principijs naturalibus nobis īnaſciť, ſicut eſſe riſibile naturaliter nobis ineſt, ſed capiť naturaliter hic pro eo, ꝙ idem eſt, ꝙ ueraciter ſiue realiter, ut ſit ſenſus, ꝙ uera naturarū unitas ſiue unio in nobis ſit [ipſe] .ſ. Chrs [teſtatus eſt] Ioa. 6. [Nō. n. in eo] id eſt in Chriſto erit, ſed fidelis manducans [Niſi in quo ipſe]

ſcilicet

Margin notes: Hug. — Augu. — Augu. — Opponit in cōtrarium. Reſpondet. — Opponit in contrarium. Reſpondet.

.s.Christus[fuerit eius tamen]Declarat quomodo est in eo [In se assumptam carnem].i.sic est in eo, qui eius carnem manducat, vt eius sit habens carnem per mysterium incarnationis.[Qui].s.fidelis mãducans[suam in se sumpserat] in sacramento altaris.Sensus est Christus in nobis est per assumptam humanitatẽ in mysterio incarnationis,& nos in ipso per assumptionem eiusdem humanitatis in sacramento altaris[Item]inducit aliud testimonium Io.6.[Sicut me misit me pater].i.fecit me incarnari.†missio.n.filij
5 Dei est eius incarnatio.Ad Gal.4.Misit Deus filium suum & cætera.[viuens]quia pater viuens est imo vita per naturam.de quo in psal.35.apud te est fons vitæ[& ego viuo ꝓpter patrem]filius tantum Dei inquantum Deus viuit per patrem inquantum procedit ab eo,accipiens eandem vitam,quam habet pater.secundum vero,quod homo viuit per patrem inquantum vnitur supposito procedenti à patre.quam vnionem concomitatur plenitudo gratiæ, quæ est spũalis vita[Et qui manducat meam carnem in ipso viuet per me[quia].s.talis vnitur mihi. vnde talis acccipit spiritualem vitam per communionem sacramẽti,in quo vnitur Christo[quomodo] similitudo est ad veritatem non ad æqualitatem[Per patrem viuit].s.filius,quia habet in se naturam patris[eo modo]licet non æqualem[nos per carnem eius]in sacramento sumptam[viuimus.hoc ergo vitæ nostræ causa est]quod habemus in nobis Deum manẽtem per sumptionem huius sacramenti.In quo non modo caro Christi,sed ipsa diuinitas per concomitantiam inseparabiliter ad carnem assumpta est,per quam victuri sumus[ea conditione].i. ea similitudine loquendi, qua viuit.s.filius per patrem[qui].s.viuit per hoc quod habet naturam patris[quomodo ergo est similitudo,non æqualitas]quia magna est differentia[Ille.n.viuit per patrem]nõ quidem manducantem,sed generantem sine æqualitatis detrimento.[Nos vero participatione corporis, & sanguinis sui]qa nos efficimur meliores.Sed in hoc est similitudo aliqualis,ad propositum S.Hilarij,quod sicut filus dr̃ viuere ex hoc,quod in se habet naturam patris, quæ vita est ꝑ essentiã,ita nos uiuimus per hoc,quod sumimus carnem realiter Christi vere viuificatricẽ.[Sic ergo]hic Hilarius concludit errorem Arrij dicens[Si ergo nos secundũ carnem naturaliter per eum viuimus] id est naturam carnis suæ adepti.sensus est.idest per hoc quod de natura sua participamus[quomodo non naturaliter secundum spiritum]id est spiritualem naturam ipsam diuinitatis.[In se] patrem[habeat cum viuat ipse per patrem]quasi dicat nõ potest esse. viuit ergo,quia habet naturã patris, non autẽ partem, quia simplex & indiuisibilis est,ergo habet totam naturam eius per patrem.ergo viuit filius,quia eãdem naturam æque plene plenam,atque perfectam habet cum patre,licet à patre habeat per generationem æternam. vnde & idem dr̃ Hilarius.Natiuitas non alteram ei tulit diuersamque naturam[hæc autem]tertia pars hæc superiora,& tanta commemoramus.propter Arrianos confundendos qui tantum vnitatem voluntatis inter patrem & filium ponebant, assumentes ad hoc argumentum ex vnitate nostra ad Christum.quam dicebant esse per conformitatem voluntatis argumentantes sic,Talis est vnitas filij ad patrẽ qualis est nostra ad filium.sed nostra ad filium non est vnitas aliqua alicuius naturæ,sed vnitas conformitatis voluntatis quæ stat[in obsequio]id est in adimpletione mandatorum Dei.[Aut in voluntate religionis] seu obseruantia
Augu. Tullius. 6 religionis.†Religio.n.vt ait Aug.in de ciuitate Dei est deitatis debitus cultus.vel vt dr̃ Tullius secũdo Rhetoricæ religio est,virtus quæ cuidam superiori naturæ,(quam diuinam vocem )cultum cerimoniamque affert. [Ita vt nulla proprietas].s.vera naturarum communio per hoc sacramentum daretur nobis,quod est falsum cum in hac participatione corporis & sanguinis Chr̃i Chr̃o incorporemur & vniamur.[Cum & per honorem] ostendit illos non dicere verum, quia tam per mysterium incarnationis ĩ quo cum assumpta sit natura humana ad consortium & vnitatem personæ diuinæ maximus honor nobis exhibitus est per quam manet in nobis Dei filius carnaliter id est veraciter nobis conformis in natura & nos in eo,eadem rõne [nobis].s.existentibus sic,corporaliter. .s.per assumptionẽ veræ naturæ humanæ [Inseparabiliter unitis] quia Christus,quod assumpsit nunquam dimisit nec dimittet, vel inseparabiliter,si digne perseueramus.Et tunc corporaliter vnitis refertur ad vnionem incarnationis,& ad participationem corporis,& sanguinis Christi,in sacramẽto mysterium hoc vere sacramentum[Naturalis vnitatis].i.vnitatis naturarum[non voluntatis]supple tantum prædicandum est idem corpus Christi supra eadem di.c.corpus est positum & expositum est,& ideo non repetimus.

2 *Corpus,& sanguis Christi manet in sacramento quandiu manent species sacramentales eædem numero.*

3 *Species sacramentales in sacramento possunt agere, & pati.*

5 *Potus sanguinis Christi in sacramento facit sex operationes et nu.6.*

7 *Panis sacramentalis dicitur supersubstantialis multiplici ratione.*



N calice. Vicesima quarta pars hui⁹ distinctionis.In qua magister Gratianus principaliter assignat eas figuras in quibus figuratur hoc sacramentum, propter quas aqua admiscetur vino in hoc sacramento. Et diuiditur ĩ tres partes.In 1.facit quod dictum est.In secunda commendãdo hoc sacramentum assignat aliquos effectus huius sacramenti,& maxime sanguinis Chr̃i. In 3.elicit,quod de propriis verbis sacramentalibus iam non panis materialis, sed corpus Chr̃i in veritate est sub specie panis,& sanguis sub specie vini.Secunda ibi.Idem audi.Tertia ibi,dixi vobis.Circa hoc capitulum licet fiat mentio de admistione aquæ in vino ante consecrationem nihil de hoc dicimus. quia supra e.d.circa capitulũ in sacrmento.& tribus sequẽtib. satis dictũ est.Sed quæremus de admistione aquæ,vel alterius liquoris post consecrationem quærentes. Diuisio

1 Vtrum vino consecrato possit aliquis liquor misceri.

4 ¶ Secundo vtrum hoc sacramentum conferat effectus descriptos in litera præsentis capituli.

1 Ad primum Sic proceditur†& vr̃, quod nullus liquor possit admisceri vino consecrato siue speciebus huius sacramenti.¶ Primo sic.in primo de generatione probat philosophus,qđ accidens non permiscetur substantiæ.sed qlibet liquor substantia est.cũ ergo illę species sint tantum accidentia vr̃ quod nihil possit eis permisceri.¶ Secundo omne quod miscetur alicui recipit qualitatem eius,sed nullus liquor potest recipere qualitatem sacrmentalium specierum, qa accidentia illa sunt sine substantia, ergo videtur quod nullus liquor &c. ¶ Tertio si aliquis liquor permisceatur illius speciebus, oportet,quod ex his fiat aliquod vnum,sed non potest fieri aliquod vnum nec ex liquore cum sit substantia. & speciebus eius,quæ sunt accidentia.Nec ex liquore & sanguine Christi qui ratione suæ incorruptibilitatis neque additionem recipit nec diminutionem,ergo nullus liquor potest admisceri vino consecrato. ¶ Quarto sic. Si duorum vnum totaliter corrumpatur non erit mistio, vt dicitur primo de generatione. sed per mystionem cuiusli bet liquoris videntur corrumpi species sacramentales vini,ita quod sub eis desinat esse sanguis Christi,tum quia magnum,& paruum sunt differẽtiæ quantitatis,& diuersificant ipsam,sicut album,& nigrum colorem,tum etiam, quia liquor permistus,cum non habeat obstaculum,videtur vndique diffundi per totum,& ita desinit esse sanguis Christi,qui non est ibi simul cum alia substantia.Non ergo aliquis liquor põt permisceri vino consecrato. ¶ Quinto sic.Si aliquis liquor miscetur vino consecrato, videtur quod fiat totum consecratum.quia sicut hoc sacramentũ sub certa forma verborum consecratur,ita & aqua benedicta.sed si aqua permiscetur aquæ benedictæ totum fit benedictum.Si ergo aliquis liquor posset permisceri vino cõsecrato esset totum consecratum,& sic liquor ille transiret in sanguinem Chr̃i sine forma verborũ,quod falsum est.

Primum ar.

Secundum argu.

Tertium ar.

Quinta ar.

Quĩtum ar.

¶ In oppositum est experientia,quia sensu videmus liquorem permisceri posse speciebus sacramentalibus. ¶ Secũdo est illud,quia maius est corrumpi, quam permisceri. sed species illæ possunt corrumpi.ergo possunt permisceri.¶ Respondeo dicendum,quod,vt inquit S.Tho.in 4.di. 11.Quidam dicunt,quod quicunque liquor addatur speciebus vini in quantacunque quantitate statim desinit ibi esse corpus Christi.qa dimensiones illæ non manent eædem.Et item liquor,si additur per totum diffunditur.vnde,cum

Opponit in cõtrarium.

Respondet S. Thomas

de, cum corpus Xpi non sit sub speciebus cum alio corpore oportet quod in toto desinat esse corpus Chri. Sed hæc positio non potest stare. constat. n. quod corpus Xpi manet ibi, quandiu illa accidentia manent. Illa autem accidentia non corrumpuntur aliter quam corrumperetur substantia panis, & vini. Constat autem, quod ex paruo liquore addito non destrueretur vinum. & ideo nec species vini remanentes. Rones et prædictæ non cogunt. Primo quia nõ quælibet dimensionis distinctio tollit sacramentum. Sicut. n. additio ita, & diminutio facit aliam dimensionem. vt ex dictis patet per philosophum. diminutio autem non tollit virtutem sacramenti, vt patet in pane, qui frangitur. vnde nec additio, quia varietas dimensionum quam facit talis additio & diminutio est quantum ad determinationem ipsarũ, non quantum ad indeterminatum esse earum, secundum quod competit eis subsistere. Nec quantũ ad esse, in quo subsistũt formæ substantiæ præcedentis. Similiter et paruus liquor constat, quod non potest diffundi per omnes dimensiones, nisi rarefieret, & transmutaretur in aliam speciem. vnde nõ oportet, quod occupet omnes dimensiones. & ideo aliter dicendum est. Pro quo præmittenda sunt duo tanquam fundamenta. Primum est, †ꝙ
2 corpus & sanguis Chri manet in hoc sacramento quãdiu manent spẽs sacramentales eædem numero. Secũdum est, †quod species sacramentales in hoc sacramento permanẽ
3 tes sicut adipiscuntur virtute cõsecrationis modum essendi substantię, ita et adipiscuntur modum agendi & patiendi. vt. s. agere & pati possint, quicquid ageret vel pateretur substantia panis vel vini, si ibi præsens esset. Quibus præmissis dicimus cum S. Tho. in 4. quod eodem modo, quo substantiæ vini si esset ibi liquor aliquis posset ei admisceri, ita etiam eodem modo nunc post consecrationem quãdo sola eius accidentia sunt liquor aliquis potest ei admisceri, & admiscetur. Huius autẽ permistionis diuersus est effectus, & secundum formam liquoris, & secundum quãtitatem. quoniam liquor additus si esset æqualis quantitatis, vel maioris, diffunderetur per totum vinum, & pertingeret ad omnes dimẽsiones vini, & si esset alterius speciei faceret aliam speciem liquoris mediam, quia quod est ex duobus commistum neutrum miscibilium est, sed vtrunque transit in quoddam tertium ex his compositum. Si vero esset eiusdem speciei liquor additus, sicut est vinum, faceret aliud vinum secundum numerum maxime quãtum ad accidentia, quod declarat diuersitas accidentium, puta si vnum esset album, & aliud rubeum. Si autem liquor additus esset minoris quantitatis, quod non posset perfundi per totum, & ita non posset pertingere ad omnes dimensiones totius vini, sed ad aliquis, tunc nõ fieret totum vinum permistum, sed aliqua pars eius, quæ quidem non remaneret eadem numero propter permistionem extraneæ materiæ remaneret tamen eadem specie non solum si paruus liquor permistus esset eiusdem spẽi, sed et si esset alterius spẽi, quia gutta aquæ multo vino permista transit in spẽm vini, vt dr̃ primo de generatione. Manifestum est autem ex prædictis, quod corpus & sanguis Chri remanẽt in hoc sacramento, quandiu illæ spẽs manent eædem numerum. Cõsecratur. n. hic panis, & hoc vinum. vnde si fiat tanta permistio liquoris cuiuscunque, quod pertingat ad totum vinum consecratum, & fiat permistum, & aliud numero, non remanebit ibi sanguis Xpi. Si vero fiat tam parua alicuius liquoris adiunctio, quod non possit diffundi ꝑ totum, sed vsque ad aliquam partem specierum desinit esse sanguis Christi sub illa parte vini consecrati, remanebit tamen sub alia. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur quod philosophus intelligit de accidente cuius subiectum est substantia, quod ei non permiscetur, sic autem non est in proposito. ¶ Ad secundam dicendum quod Innocentius tertius dr̃ in quadam decreta. quod ipsa accidẽtia vinum appositum videntur afficere, quia si aqua fuerit apposita vini saporẽ consumeret. Contingit igitur accidẽtia mutare subiectum, sicut & subiectum contingit mutare accidentia, cedit quippe natura miraculo, & virtus supra consuetudinem operatur. Hoc tamen non est sic, intelligendum, quasi idem numero accidens, quod prius fuit in vino ante consecrationem, postmodum fiat in vino apposito, sed talis permutatio fit per accidentia. Nam accidẽtia vini remanentia retinent actionem substantiæ secundum prædicta, & ita immutando afficiunt liquorem appositum. ¶ Ad tertiam dr̃, quod liquor appositus vino consecrato nullo modo miscetur substantiæ sanguinis Xpi, miscetur tamen speciebus sacramentalibus. Ita tamen, ꝙ per mistionem factam corrumpuntur prædicta spẽs, vel in toto, vel in parte secundum modum, quo supra dictum est, quod ex speciebus illis potest aliquid generari. Et si quidem corrumpãtur in toto, nulla iam remanet quæstio, qa iam totum erit, vniforme. Si autem corrumpantur in parte erit quidem vna dimensio secundum continuitatẽ quãtitatis, non tamen vna secundum modum essendi, & quia vna pars eius est sine subiecto, sicut si aliquod corpus constituatur ex duobus metallis erit vnum corpus secundum quantitatis rõnem non tamen vnum secundum speciem naturæ. ¶ Ad quartam respondetur, quod minor est falsa. hac. n. rõne fuerũt decepti illi, quorum opinionem in principio recitauimus, qui posuerunt quod quantumcunque parua fiat extranei liquoris admistio substãtia sanguinis Xpi desineret esse sub toto, sed rõ illa non militat. Tũ primo, quia paruum, & magnum non diuersificant quantitatem dimensiuam quantum ad eius essentiam, sed quãtum ad determinationem mensuræ. Nec oportet in sacramento altaris remanere dimensiones easdem secundum determinationem eandem, quia sic, diuisis spẽbus non remanerent eędẽ dimensiones, nec per consequens idem sacramentum, quod est falsum. Sed sufficit ad consistentiam sacramenti, quod remaneant dimensiones eædem secundum quod indeterminate intelligunt. Tum secundo quia liquor appositus adeo potest esse paruus, quod sua paruitate impeditur ne diffundatur per totum. ¶ Ad quintam dicendum, quod sicut Innocent. tertius dr̃ in decretali prædicta. Si post calicis consecrationem aliud vinum ponatur in calice, illud quidem non transit in sanguinem, nec sanguini commiscetur, sed accidentibus prioris vini commistum corpus quod sub eis latet vndique circunfunditur, non madidans circumfusum, quod quidem intelligendũ est, quando non fit tãta permistio liquoris extranei, quod sanguis Chri desinat esse sub toto. tunc. n. vndique dr̃ circumfundi, non quia tangat sanguinem Chri secundum ꝓprias eius dimensiones, sed secundum dimensiones sacramentales sub quibus cõtinetur. Nec est simile de aqua benedicta quia in aqua benedicta non fit aliqua mutatio substantialis ipsius aquæ sicut est in hoc sacramento. sed acquiritur ei virtus aliqua ex benedictione, & ideo illa virtus potest peruenire ad aquam additam, sed in hoc sacramento vinum cõuertitur substantialiter in aliud virtute verborum, & ideo non oportet quod vnum additum substantialiter etiam conuertatur in sacramẽtum, sed potest esse quod conuertitur in vinum virtute accidentium vini, quę remanent vt dictum est.

Ad tertiam (margin: Ad tertium) — Ad quartũ — S. Thomas. — Ad quĩtum — ad primum argu. — Ad scd̃um

4 **Ad secundum** Sic proceditur. † Et videtur quod non conueniant sanguini Chri in hoc sacramento sumpto operationes & effectus descripti in hoc cap. Et primo arguitur quod per hoc sacramentum non præseruetur qs à futuris pc̄tis siue periculis aię. ¶ Primo sic. Multi digne sumentes hoc sacramentum postea in peccatum cadunt, & à tentationibus superantur, ꝙ non accideret si corpus Chri sumptum in hoc sacramento præseruaret hoĩem à futuris peccatis, & à tentationibus liberum faceret, non ergo effectus huius sacramentalis mensæ est præseruare à futuris peccatis, & à dæmonum infestationibus. ¶ Secundo arguitur, quod non sit eius effectus remissio peccatorum. Illud ꝙ præsupponitur ad dignitatem, seu dignã sumptionem huius sacri requirit, ꝙ homo sit purgatus à peccatis, & viuat vita grẽ, quia nutrimentũ non datur nisi viuenti, ergo &c. ¶ Tertio arguitur quod effectus huius sacramenti nõ sit ebrietas, quia ebrietas videtur contradicere grauitati & sobrietati, quam hoc sacramentum confert bibentibus Chri sanguinem. vnde Ecclesiastic. 31. dr̃. æqua vita hoĩum vinum in sobrietate potatum. ¶ In oppositum est textus cap. præsentis, vbi de primo effectu inducit illud psalm. 22. Parasti in cõspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. De secundo dr̃. Quotiescunque bibitis, remissionem accipitis peccatorum. De tertio dr̃. Poculum inebrians quam præclarum est. ¶ Respondeo dicendum, quod effectus huius sacramẽti recte describuntur in hoc ca. Pro quo notandum, quod dupliciter colligere possumus operationes & effectus sanguinis Christi in hoc sacramento sumpti. Primo ex similitudi-

Primum ar. — Scd̃m arg. — Tertium ar. — Opponit in cõtrarium — Respondet.

tudine ad speciem vini. Cum.n. species sacramentalis sit signum rei in ea contentę oportet vt effectus rei assumatur ex similitudine elemeti cuius species manent in sacramento, ita vt quod vinum naturale efficeret bibitum, dicamus facere spiritualiter sanguinem Christi in sacramento sumptum. ¶ Secundo ex ea parte inquantum est potus sanguinis. Ex similitudine quidem speciei sacramẽtalis habet in primis quatuor effectus. Vinum.n. naturale facit iocunditatẽ ex subtili calore, ex subtili humido claret leues faciẽs ipsũs, vt dicit Albertus magnus in tractatu suo de corpore Christi. Secundo facit bonam spem vnicuique de seipso, ex hoc, quod confortat, & excitat virtutem. Tertio facit opilationem in capite, quasi obliuionem suiipsius, ex hoc quod ẽ vaporosum, Quarto facit calorẽ digestiuũ, ex hoc ꝙ est calidum, & sic facit bonum genium nutrientem optimè ad cibum membrorum & refectionem. Hæc quatuor videmus spũaliter in sacramento. Primo quidem dãdo nobis Christus sanguinem suum, largitus est optimum spũm cuius sedes est in sanguine. hinc est, quod etiam spiritus dr̃ bonus in psal. 142. Spũs tuus bonus deducet me in terram rectam &c. vnde sicut dulce vinum bonum & amicum naturæ est. Ita dulcis est spũs quem in sanguine largitur. Christus. Ecclesiastici 24. Spũs meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel, & fauum. Et de hoc sacramento dicitur. Parasti in dulcedine pauperi Deus. Sic ergo dat spiritum bonum, & dulcem, & ita iocunditatem. Secundo bonam speciẽ nobis tribuit cuncta impetrandi, cuncta vincẽdi. Vnde dr̃ Deutornom. 24. de Iuda. Manus eius pugnabit pro eo, & adiutor illius contra aduersarios eius erit. Vnde autem ista confidentia sibi euenerit dr̃ Genesi. 49. Lauit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum. Nisi .n. stolam conuersationis in vino sacramenti sibi spiritualiter infuso, lauisset, hoc est, nisi in sanguine benedictæ vuæ Iesu Christi pallium intinxisset, pro certo tantam confidẽtiã in Deo, & contra inimicos non habuisset. De hoc, etiã dr̃ in psalm. & inducitur à Beato Ambrosio in capitulo p̃senti. Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulãt nos. Tertio dãdo nobis sanguinẽ Xps optima inebriatione nos inebriat. Nullus plane nostrũ de cætero sui ad commodum deber recordari ex quo sic, frater noster Christus coram nobis inebriatus est, qui vt dicit Hieronymus, inebriatus est intantum, quod quasi oblitus sui. & denudatus spoliantibus eũ in cruce, velut Noe tectus est operimento duorum filiorum celo lumen retrahente, & terra tenebras, ne nudus videretur super eum tendente cuius figura est Gene. 40. Quare dr̃ Cãticorum 10. Comedite amici, & bibite, inebriamini charissimi. totus.n. nos destituit, & inebriauit iste amor, quod non tantum sanguinem pro nobis fudit, sed etiam eundem sanguinem in sacramento infundit. Quare conuenienter dicit psal. 72. & inducit Beatus Ambrosius in capitulo presenti. Calix inebrians, quam præclarus est. Quarto sanguis Christi calore suæ charitatis optime nos reficit, sicut etiam de optime & naturalissime, reficientibus est vinum rubeum sanguine simile, & dulce & quia sanguis Christi dulcissimus est, & optime reficiens. Ideo vino optimo comparatur Deuterono. 32. Sanguinem vuæ biberent meracissimum. Et Canticorum 3. Botrus cypri dilectus meus mihi in vineis engaddi. in quibus locis crescit optimum vinum, & valde nutritiuum. Circa secundum notandum secundum eũdem Albertum loco supra allegato † ꝙ sex operatione facit potus sanguinis in sacramento. vnam habet essentialem, & alias habet adiunctiuas. Illa autẽ quæ est operatio specialis, & essentialis est, quod facit operationem veri potus in vita spirituali, & esse spũali secundum quod esse in baptismo nascimur filij, & inconfirmatione in eodem esse accipimus confortationis perfectionem. Non.n. potest esse quoniam ex multis occupationibus, & negligentijs hoĩs in hoc esse fiat aliqua deperditio, sicut in confecto fame fit deperditio caloris, & virtutis membrorum, quæ per alimentum corporale restituitur, & similiter per potum spiritualem qui cibũ influit membris, & deducit fit spiritualis reparatio in esse spirituali diminuto per famem, & carentiam alimenti spiritualis. Et hoc ex sua operatione substãtiali est, vt Christo, & membris eius incorporemur perfecte. Adiunctæ autem operationes, quas habet hoc sacramentum, inquantũ est potus sanguinis Iesu Christi, sunt quinque, secundum
6 † quod quinque sunt in sanguine Christi. Quarum prima

Albe. mag

Hieronym.

Albertus.
5

est redemptio à debito mortis æternæ, quam habet inquãtum sedes animæ in sanguine est, quam pro nobis deus posuit. Secunda est quod sanguis à peccato lauat, & hoc habet ex vi diuinitatis, quæ coniũgitur sangini. Tertia quod rigat arida, & infundit, & hoc habet ex humore pietatis proprie. Quarta est quod tangit ex hoc roseo, & purpureo colore. Quinta est quod signat, & hoc habet inquantum est afflictio crucis Chuisti. ¶ Est autem prima operatio eius redemptio à debito mortis æternæ, quam habet inquantum sedes animæ est in sanguine. Et hoc modo sanguis Christi sumptus dicitur pignus redemptionis, & salutis. quia sicut homo qui pignus habet vel pecuniam ab oĩ se redimit impetitione, sic incorporatus sanguinis secũ habens Christi animam tanquam per pignus redimit se ab impetitione debiti, & obligatiõe omnis peccati, & hoc quia animæ illi per vnionem coniunctus est spiritus diuinus, qui est diuinitas æterna faciens hoc pignus, valere in copiosam redemptionem. psalmus 129. Quia apud dñm misericordia & copiosa apud eũ &c. ¶ Secunda operatio ipsius sanguinis est lauare sordes vitiorum, & sordes venialium, & sordes reliquiarum peccatorum. Sanguine suo volens Christus lauare peccata mundi acumen dedit sanguini, vt sordes in nobis profundatas, lauare, posset, sicut illi, qui faciunt lixiuium, qui acuunt humorem, quo fit lixiuium, vt, sordes profundatas in pannis acumine suo lauare, possit. Ita dominus apposuit humori sanguinis acumen diuinitatis, vt sanguine Dei electi omnes lauaret sordes vitiorum. vnde Apocalypsis primo dicitur, qui dilexit nos, & lauit nos in sanguine suo. ¶ Tertia operatio est, quod rigat arida, & infundit. & per hãc operationem extinguit incensa à malo calore concupitatis, & concupiscentiæ. Naturale enim est, quod nihil ad operandum & fœcundandum rigat, sicut sanguis bonus, & nihil adeo extinguit mala incendia, & substantiam consumentia, sicut subtilis sanguinis, & bonus, quando tali sanguine membra infunduntur. hoc significatum est ecclesiast. 44. Rigabo hortum plantationum, & inebriabo partus mei fructum, & factus est mihi trames abundans, & fluuius meus ad mare appropinquauit. Ex sanguine enim lateris & cordis sui Christus rigauit ecclesiæ hortum, vt omnes boni stipites in eo oriantur, & factus est ei trames sanguinis, de quinque decurrens vulneribus, abundans in totius mundi rigationem, vt arida ipsius humectentur, & extensa extinguantur, & fluuius iste appropinquauit amaritudini passionis Christi. Hierem. decimo sexto dicitur de beato viro, qui confidit in domino, & erit dominus fiducia eius. quod erit sicut lignum viride, quod ad humorem mittit radices suas, & in tempore siccitatis non erit solicitum, ne aliquando desinet facere fructum. ¶ Quarto operatio sanguinis est, quod tingit omne id, super ꝙ funditur, & omne tinctum ab ipso innuitur, & securatur ab angelo percussore, & ideo sanctum vocatur ab antiquis legibus sanguine tinctum, quia tinctura sanguinis cõfirmabantur leges, & ideo filij Israel vtrunque postem, & superliminare domorum suarum tinxerunt sanguine agni, vt angelus percussor non posset ingredi. Exodi. duodecimo. erit sanguis, vobis in ædibus, in quibus eritis, et videbo sanguinem, et transibo vos, nec erit plaga in vobis disperdens. Aedes enim in quibus habitamus sunt virtutum, et operum bonorum conuersationis. Hostia autem sunt sensuum apprehensiones, et sensibilium ad nos ingressus. vterque postis est ratio deliberata in parte vna, et libera ad consentiendum, vel dissentiendum, et voluntas in parte altera. Superliminare est portio rationis superior, quæ contemplandis superioribus inhærere debet ad regendam totam domum, et custodiendum ostium. In quibus si sanguis agni tinctus fuerit per communionem sancti calicis [a] & considerationem passionis Christi percussor, et nequam angelus appropinquare non audebit, et plaga disperdens non erit in omnibus ædibus nostris. ¶ Quinta autem et vltima operatio sanguinis est, quod signat, et hanc habet à cruce à qua defluxit, per quam omnes in Dei familiam, et Christi filij eius Cathecizamur, et distinguimur, et consignamur. Hinc est quod dicitur Apocalipsis septimo. Nolite nocere, neque terræ, neque mari, neque arboribus et cætera. Consignari enim debet Christo qui est de familia

a ¶ Sãcti calicis. Adde qđ sacramentũ sanguinis ex solo vino sine aqua consistere põt licet sacerdos grauiter peccet. Pet. de Anc. in c. literas. n. 4. de cel. mi.

lia Christi signo crucis,& sanguine eius, quia nō consignati percutiuntur. Terra, quæ terrenorum significat dilectores. Et mare quod mundanorum significat inquietas solicitudines,& cum arboribus,quæ personatuum,& honorum altas & proceras dignitates. Ezechielis 9. Signa Thau super frōtes virorum gementium,& dolentium. Thau autem est signū crucis,& sanguinis Christi. In isto signo sanguinis & passionis Christi Paulus gloriabatur. Philippen. 4. configuratus morti eius sequor, si quando occurram ad resurrectionem,quæ est ex mortuis. Galathas vltimo: de cætero nemo mihi molestus sit. ego stigmata domini nostri Iesu Christi in corpore meo porto. Stigmata autē sunt consignationes passionis domini nostri Iesu Christi. Turpe est ergo nos fœda concupiscentia inquinatos mundo cōsignari,& pollutum ducere sanguinem Iesu Christi. Et ita patet,quam conuenienter attribuantur sanguini Christi effectus,& operationes descriptæ in præsenti capitulo.

Ad primum arg. ¶ Dicendum est ergo ad rationes. Ad primam dicēdum, quod effectus huius sacramenti recipitur in homine secūdum hoīs conditionem sicut contingit de qualibet causa actiua,quod eius effectus recipitur in materia secundum modum materiæ. Homo autem in statu viæ est huius conditionis,quod liberum arbitrium eius potest flecti in bonum,& in malum. Vnde licet hoc sacramentum quantum est se habeat virtutem præseruatiuam à peccato,non tamē

Ad secūdum. aufert hoī possibilitatem peccandi. ¶ Ad secundam respōdetur,quod sicut supra e.d.c. quotiescunque,& circa c. iteratur dictum est. Remissio peccatorum venialium est effectus huius sacramenti,peccata autem venialia non contrariantur vitæ spūali,& non tantum delet venialia,sed,vt dr̄ Inno. cauet mortalia. ¶ Ad tertiam respondetur, qđ ebrie

Ad tertium tas corporalis,quæ sobrietati,& grauitati opponitur, sed est spūalis,quæ,vt dr̄ Ambrosius. in præsenti capitulo, sobrietatem mentis operatur. Lege. ¶ [In calice]. Quid est,

Exponit literam. quod Ambrosius non soluit argumentum quod mouet. Respondet gl. quod licet expressum in authoritate non sit ꝙ Melchisedech aquam obtulerit. Præsumimus tamen, ꝙ si,cum sacrificare voluerit aquam vino non miscuerit. Vinum tamen limphatum obtulit, quia prohibitum erat sacerdotibus in tēplo,ne vinū purū biberent. Sed dicēdum videtur subtilius,& magis ad propositum tanti sacramen-

Ale. de Hal. ti,vt dr̄ Alexander de Halis in quarto respondens ad hoc argumentum, ꝙ non oportet, ꝙ cuilibet in significato cōtento respondeat aliquid in signo,sed sufficit, ꝙ sit responsdentia eorum,quæ principalia sunt in vtroque. s. signo,& signato. Signa autem per se,& principalia in hoc sacramento,& manentia sunt species panis,& vini,& ideo tātum illa duo exprimuntur in eius sacrificio. Secundo in sacrificio Melchisedech figurabatur tantum illud,quod erat prima res huius sacramēti. s. Christus,quia illud figurabatur quod offerendum erat Deo,& accipiēdū in cibum. Hoc autem erat corpus Christi & sanguis. In aqua autem admista vino figuratur vnitas membrorum corporis mystici, cum capite,& ideo conuenienter illa duo tantum oblata leguntur. In sacramento autem nostro,quod maioris virtutis est & efficaciæ,quam sacrificium Melchisedech, non tantum res prima res significata,& contenta figuratur. sed,vt res secunda. s. vnitas ipsa membrorum corporis mystici cum capite Christo,quare non solum panis,& vinum, sed etiam aqua venit offerenda, vino tamē cōiuncta, & est notabilis respōsio. [Quid sibi vult] quare autem aquæ permistio fiat in calice. Respondet per tres figuras,prima ibi, cū ait. [bibebant autem de consequēti]. i. satisfaciēti. [eos petra] fuit .n. figuratum hoc sacramentum in illa aqua,quæ fluxit de petra. sicut dr̄ B. Ambro. hic. & supra e.d.c. re uera. vbi expo-

Ale. de Ha. sitū est. Aqua de petra fluxit,& sanguis fluxit de Xp̄o. vbi nota, ꝙ vt dr̄ magister Alexander de Halis. In aqua, quæ fluxit de petra significatur effectus huius sacramenti. s. extinctio æstus peccati,& ablutio peccati vt dictis Ambrosij patet. [erat]. i. significabat Christum. [nō immobilis petra] .s. erat [quæ populum sequebatur]. s. satians & reficiens [vide mysterium]. i. secretum, siue sacramentum [tangit petram] verba sunt figuralia,sensus est nostro iudicio. [sacerdos virga]. i. sermone & verbo Christi conuertit vinum in sanguinē Christi,vt quasi videatur de latere Christi fluere sanguis figuratus,per illam aquam [& bibit populus Dei] .i. fideles [redundat] facta consecratione [aqua]. i. sanguis in aqua illa signi ficatus [salit in vitam æternam]. i. facit nos salire in vitam æternam,per sancta desideria,& iusta opera. [Item] secūda figura. vnde capitur rō,propter quam aqua ponitur in calice. [Item accipe illud de latere eius.] Io. 19. vnus militum latus eius aperuit,& cōtinuo exiuit sanguis & aqua. Aqua ablutionis,& sanguis redemptionis. Et hæc est causa potissima vt dicit Albertus magnus,quia in hoc significabatur, ꝙ populus in sanctificatione sua coniungendus est Christo,qui aliter gratiam redemptionis non obtineret. Sequitur [aqua] vt mundaret [sanguis] vt redimeret, quare & c. q. d. de latere culpa,& de latere gratia,qu a de la ter Adæ fœmina fuit, vnde culpa. de latere vero Christi sanguis. vnde gratia. Hu. Et sic adimpletum est, vnde mors oriebatur inde vita resurgeret [Audi psalmum]. s. vicesimū secundum. [aptus]. i. plenus, vel quam apte respondeat cœlestibus sacramentis ad commendationem eorum, de quibus loquimur [dominus pascit me.] Alia litera habet, regit .i. Christus qui pastor est pascit me pabulo corporis,& sanguinis sui corporaliter,& spūaliter, & ita sufficienter [& nihil mihi deerit.] Io. 6. Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, habet vitam ęternam. i. Christū, qui est vita æterna. In qua est status omnium bonorum aggregatione perfectus [virga tua] In eodem psalmo. virga secundum glossam est disciplina,quæ leuis est, quæ fit quasi ad oues Baculus dr̄ qui est fortis,qui fit ad grandiores, & sic habetur 41. d. disciplina. Tamen Ambrosius aliter exponit hic per virgam .n. intelligitur eius imperium. i. crux in qua principaliter triumphauit,& propter quā Deus exaltauit illum,& donauit illi nomē,quod est super omne nomen. ad Philippen. 2. de hoc dr̄ Esa. 9. factus est principatus super humerum eius,& multiplicabitur eius imperium. i. fideles, qui eius suberunt imperio multiplicabuntur numero,& merito per prædicationem apostolorum,& successorum suorum. Per baculū vero intelligitur diuinitas. vnde sequitur [diuinitas ęterna] quę. s. sicut baculus est. Passio uero quæ per virgam designatur temporalis est [illa]. s. diuinitas [creauit] quæ. s. passio redemit [parasti] in eodem psalm. habetur [mensam]. i. communionem corporis tui. [in conspectu meo]. i. sub visibili specie panis, quæ à me videtur, vel in conspectu meo. i. fidelium,& non in conspectu impiorum. [Et poculū]. s. sanguinis Christi. [inebriās] dās obliuionē vanarū delectationū. [pclarū]. i. valde clarū. dat. n. claritatem vitæ æternæ. [Item]. s. ipse Ambrosi. [quotiescunque bibis remissionem] supra ead. d. cum omne crimen & c. si quotiescunque. [inebriaris]. i. impleris spū sancto. [nolite.] ad Ephe. 4. [in quo]. s. causaliter. Ex vini. n. nimio vsu procedit luxuria. Luxuriosa. n. res est vinum. Pro-

Hieronym. uerbiorum 20. & d. 35. c. luxuriosa. & Hier. ait. venter mero æstuans facile despumat in libidinem. [quotidianum] .i. continue nobis necessarium in hac peregrinatione tendentibus ad patriam celestem, quia hic est panis, qui de cęlo descendit,& dat vitam mundo. hic est qui reficiēdo corconfortat. psal. 103. panis cor hominis confirmat. hoc est fortissimam tribuit virtutē, vt via meriti, qua iter ad Deū perficiatur 3. Regum 19. Comedit Helias,& bibit,& ambulauit in fortitudine cibi illius vsque ad montem Dei Oreb. quare merito hoc sacramentum viaticum dicitur [sanguinem]. s. Christi ad Colossenses. 1. [omnia pacificauit quæ in cœlis siue in terris sunt.] vt ait glossa. magistri, id est cœlestia,& terrestria. quia patet hoī introitus ad cœlum, vel [quæ in cœlis sunt] id est sanctos, qui iam sunt in cœlo [& quæ in terris sunt] id est sanctos, qui adhuc ista vita sunt, vel omnia. prius enim erat discordia inter Deum, & homines propter peccatum, hanc pacificauit, quando per crucem destruxit peccatum inter angelos, & homines propter separationem nostram à Christo. hanc pacificauit per assumptionem nostræ humanitatis, in qua angelorum dominus factus est homo. Hinc angeli cantauerunt in die natiuitatis Christi. Lucæ secundo. Gloria in excelsis Deo & in terra pax hominibus. Tertio erat discordia inter Gentiles, & Iudæos, illi sine lege viuebant, isti sub lege. hanc discordiam tulit Christus per adimpletionem legis. Ipse est. n. pax nostra, qui fecit vtraque vnum ad Ephesios secundo [Sanctificatum cœlum] id est reseratum,& apertum hominibus, quod ante erat clausum. In cuius figura legitur Genesis tertio quod post peccatum primi hominis collocauit Deus Cherubin, & flammeum gladium, atque versatilem ad custodiendam viam ligni vitæ, dicitur autem clausum, primo propter

Albe. mag. Hug.

peccatum

peccatum prohibens hominem ab ingressu regni cęlestis, quia sicut dicit Esa.35.via illa sancta vocatur,& non transibit per illam pollutus,quia autem per sanguinem Christi remotum est peccatum,dicitur cęlum sanctificatum esse, vnde apostolus ad Hebræo.11.Christus assistens pontifex futurorum bonorum per proprium sanguinem introiuit semel in sancta æterna redemptione inuēta.Et ad Hebræ. 10.habemus fiduciam in introitum sanctorum[.s.cœlestium]in sanguine Christi[deiectus est diabolus] vbi conuersatur homo Apoc.12 Proiectus est draco ille magnus serpens antiquus,qui vocatur diabolus,& satanas, qui seducit vniuersum orbem proiectus est in terram,& angeli eius.[dicit vobis]tertia pars.[supersubstātialem.]ita ponitur Matt.6.

7 †Dicitur autem panis sacramentalis supersubstātialis multiplici ratione.Primo,quia est super omnem substantiam.Corpus eius est super omnem corporalem substantiam.Anima eius super omnem spiritualem substātiam.Deitas.n.eius super omnia est.Ratione cuius posset dici super substantialis,sicut dr̄ super bonus secundū Dionysium,& Damascenum.Secundo,quia in hoc sacramento continetur Christus, qui portat omnia verbo virtutis suæ ad Hebræos 1.Tertio,quia cum panis materialis substantialis dici possit,quia sustentat nostram substantiam infimam.s.corpus. Iste autem ex quo sustentat supremam .s.animam,merito supersubstantialis dici potest. Prouerbio.12.Iustus comedit,& replet animam suam. Quarto alius panis substantialis cedit in naturam comedentis, nō sic iste,sed mutat comedentem in se.vnde August. dicit. Non me mutabis in te,sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me.Merito ergo panis iste sacramentalis dicitur super substantialis.

Diony. Damascen.

2 *Adoptio,vt recte fiat,quæ requirantur.*

4 *Filiatio adoptionis est participata similitudo filiationis naturalis.*



Sicut verus. Incipit tertia pars huius distinctionis in qua magister Gratianus per plura capitula vult ostendere, quod in hoc sacramento Christus in veritate deitatis,& humanitatis sit. hoc capitulum diuiditur in tres partes. In prima præsupponit,quod Christus non sit filius adoptiuus, sed naturalis Dei filius contra Arrianos.Ideo veram carnem assumpsit contra manichæos.In secunda parte inducit ad hoc testimonium Christi.In tertia concludit,quod,qui accipit carnem Christi particeps est diuinæ substantiæ,quæ carni inseparabiliter est vnita.secunda pars ibi,ego sum.tertia ibi & tu qui.Pro pleniori declaratione huius capituli quærūtur duo.

Diuisio

1 ¶ Primo, vtrum Christus sit filius Dei per adoptionem, siue per gratiam adoptionis.

3 ¶ Secundo,vtrum Christus assumpserit veram carnem,siue verum corpus.

1 Ad primum Sic proceditur.†Et videtur ꝙ Christus fuerit filius adoptiuus. Primo sic.Hilarius in de trinitate dicit, potestatis dignitas non amouetur dum carnis humanitas adoptatur. si ergo hoc, dicit quantum ad assumptionem humanę naturę à verbo, videtur quod in Christo humana natura sit adoptata. ¶ Secūdo spiritus charitatis est ille,qui facit filios adoptionis. sicut patet ad Rom.8. Non accepistis spūm seruitutis in timore,sed spūm adoptionis filiorum,sed Christus habuit spūm dilectionis,secundum quod alij,quem & accepit ꝑ donum gratiæ inquantum homo,ergo est filius adoptiuus ¶ Tertio sic. Aut Christus est filius Dei secundum, quod homo,aut non.sic non,& alii homines sunt filii Dei.ergo maioris dignitatis sunt alii homines,quam ille,ꝗ est deus quod est absurdum.Si ergo est filius Dei secundum quod homo,aut naturalis,aut adoptiuus.sed non naturalis,quia tunc esset eiusdem naturæ secundum quod homo. restat ergo, quod sit filius adoptiuus. ¶ Quarto omnes sumus filii Dei per creationem, sed hoc impedit quin possimus esse filii per adoptionem mediante dono gratiæ, ergo pari ratione quamuis Christus sit filius Dei per æternam generationē,nihil impedit qn sit filius adoptiuus ꝑ susceptionem gratiæ diuinæ in tempore.¶ In oppositum est textus præsentis capituli,vbi dicit Beatus Ambrosius, quod dominus noster Iesus Christus est verus Dei filius.Tunc arguitur sic.Sicut Christus est verus Deus,ita est verus Dei filius.ergo sicut veritas deitatis nō patitur ipsum dici deū per adoptionem,sic veritas filiationis non admittit gratiā adoptionis.¶ Secundo sic.Idem Ambrosius tractans illud ad Roma.primo. prædestinatus est dicit legi & religi scripturas Iesum filium Dei nunquam adoptiuum inueni, sed non debemus Christo attribuere,quod nō possumus per scripturas ostendere,ergo &c.¶ Respondeo dicendum ꝙ Christus non est dicendus aliquo modo filius adoptiuus. Probatur hæc conclusio,primo sic.Filiatio proprie conuenit personæ,vnde dr̄ proprietas personalis, sed in Christo non est alia persona,nisi increata,cui competit esse filium per naturā. Filiatio aūt adoptationis est participata similitudo filiationis naturalis,non autem dicitur participatiue quod per se dr̄.ergo Christus, qui est Dei filius naturalis nullo modo potest dici adoptiuus.Secundo. Cui competit ex naturali sua progenie habere ius ī hæreditate paterna,non conuenit ei per gratiam habere, & per consequēs non potest dici filius adoptiuus,sed Christo competit ex natura sua,secundum quam æternaliter à patre nascitur habere ius in hæreditate paterna, quia omnia quæ habet pater sua sunt.vt dicitur Ioann.17.ergo hoc non conuenit sibi per gratiam aduenientē,vt possit dici filius adoptiuus. Probatur autem siue declaratur hæc conclusio sic, etiam secundum dominum Bonauenturam in 3.dist.4.quia filiatio respicit personam, & adoptio in adoptato præsupponit extraneitatem,& ponit gratificationem,& ordinat ad possidendum hæreditatem.& ista sunt tria substantialia ipsi adoptioni.

Im opinio. Respondet. Opponit in cōtrarium. Primum ar. Scd̄m arg. Tertium ar. Quartū ar.

2 †Ad hoc ergo,quod quis sit filius ꝑ adoptionem necessario requiritur,quod persona illa habeat ante adoptionem aliquomodo extraneitatem,quia non adoptantur filii proprii sed alieni,necesse est etiam, quod recipiat donum gratiæ, per quod ordinatur ad possidendum hæreditatem,quamuis autem Christo competant duo vltima.s.gratiæ susceptio, & hæreditatio secundum naturā assumptam.extraneitas tamen non competit. Ille nanque extraneus est à filiatione,qui est non filius.Non filius autē dupliciter potest dici,vel negatiue vel contrariè. Non filius negatiue dr̄,qui non habet filiationē Dei,siue habeat oppositam filiationem siue non. Non filius contrariè siue priuatiue dr̄ ille,qui est filius iræ.Ad hoc ergo, quod aliqua persona sit adoptabilis necesse est,quod secundum suā primam originem, vel sit indifferens ad filiationem gratiæ,& iræ,vel habeat filiationem irę.Et quia persona Christi nullo istorum modorum etiam secundum naturam assumptam habuit extraneitatem, quia nec peccatum habuit nec habere potuit.Omnes autem aliæ personæ habentes gratiam habuerunt aliquam extraneitatem. hinc est, quod de oībus habentibus gratiam potest dici,filii adoptiui excepta sola persona Christi.¶ Ad rationes. Ad primā respondetur secundum Sanctum Thomam. quod filius non proprie conuenit naturæ,ita nec adoptio. Et ideo cū dr̄,quod carnis humanitas adoptatur impropria est locutio,& accipitur ibi adoptio pro vnione humanæ naturæ ad personam filii,vel dicendum secundum dominum Bonauenturam,quod humanitas Christi dr̄ in authoritate Hilarii adoptari non ratione illius singularis naturæ, quæ assumpta fuit à verbo in vnitatem personæ,sed ratione cōsimilium,quia per illam vnionem adoptati sunt homines. Et ita dicit Sanctus Thomas in tertio sententiarum, quod humanitas adoptatur non in ipso capite, sed in membris. ¶ Ad secundam dicendum, quod spiritus charitatis facit filios adoptiuos in his,qui habent aliquam extraneitatem & quia hanc non est reperire in Christo,ideo non tenet ratio illa.Conformiter respondet Sanctus Thomas in 3. sententiarum vbi supra,quod in aliis hominibus per spiritum inhabitantem acquiritur ius in hæreditate cœlesti de nouo,quod non competit eis per naturam,sicut filio Dei cōpetit.vnde ideo per spiritum inhabitantem Christus non dicitur adoptari. ¶ Ad tertiam dicendum, quod vt dicit dominus Bonauentura,quod Christus, secundum, quod homo est,est filius per gratiam.sed tunc nō sequitur, quod sit filius adoptiuus,quia hoc non est per gratiam adoptionis,sed gratiam vnionis,quæ multo est excellentior. Nec habet repugnantiam ad filiationem naturalem, imo facit illam cōmunicari.Nec impartat imperfectionē sicut gratia adoptionis,prout explicatum fuit.¶ Ad quartam dicē dum

Bonauent. Ad primum argum. S. Thom. Ad secūdum. S.Thomas. Ad tertium Bonauent. Ad quartum

dũ, quod nõ est simile de alijs puris hominibus, & de Christo Deo, & homine, quia alij homines, qui sunt filij Dei p creationem, quamuis non sint omnino extranei à Deo, tamen possunt fieri extranei, si per culpam fiant filii diaboli. Nec per creationem sunt perfecti filii. Non sic autem est de eo qui per generationem naturalem est filius. Ille. n. non est extraneus, nec potest perfectius habere rationem filij quare nõ potest per adoptionem filius Dei dici de nouo. & ideo ratio illa non valet hic secundum Bonauenturam, & Sanctum Thomam.

3 Ad secundum Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ filius Dei non assumpserit verũ corpus. ¶ Primo sic. dicitur enim ad Philippen. 2 ꝙ in similitudine hominum est factus. sed, quod est secundum veritatem non dicitur esse secũdum similitudinem, ergo filius Dei non assumpsit verũ corpus. ¶ Secundo sic. Assumptio corporis in nullo derogauit diuinitatis dignitati. Dicit. n. Leo in sermone de natiuitate, quod nec inferiorem naturam consumpsit glorificatio, nec superiorem minuit assũptio, sed hoc ad dignitatẽ pertinet, quod sit omnino à corpore separatus, ergo videtur, quod per assumptionem nõ fuerit Deus corpori vnitus. ¶ Tertio, signa debent respondere signatis, sed apparitiones veteris testamenti, quæ fuerunt signa, & figuræ apparitionis Christi non fuerunt secundum corporis veritatem, sed secundum imaginariam visionem, sicut patet Esaiæ 6. vidi dominum &c. ergo etiã videtur, quod apparitio filij in mundo non fuerit secundũ veritatẽ, sed solũ ẽm imaginationem. ¶ In oppositum est authoritas Beati Ambrosii in capitulo pręsenti. Item est illud August. in lib. 83. Si fantasma fuit corpus Christi fefellit Christus, & si fefellit veritas non est. est aũt veritas, ergo non fantasma, sed fuit veritas corpus eius, & sic patet, quod verum corpus assumpsit. ¶ Respondeo dicendum, quod filius Dei verũ corpus assum. patet cõclusio ista primo ex authoritate B. Ambrosii in præsenti capitulo, & authoritate B. August. in libro de ecclesiasticis dogmatibus. dicentis. Natus est Dei filius non putatiue quasi imaginatum corpus habuerit, sed corpus verum. ¶ Secundo probatur ratione. Et huius ratio triplex potest dici, vt ait Sanctus Thomas in tertia parte. Quarum prima sumitur ex parte naturæ humanæ. Ad quam pertinet verum corpus habere. supposito ergo quod conueniens fuerit filium dei assumere humanam naturam, cõsequens est, quod verum corpus assumpserit. Secũda ratio potest sumi ex his quæ in mysterio incarnationis sunt acta. Si. n. non fuit verum corpus eius, sed fantasticum, ergo non veram mortem sustinuit, nec aliquod eorum, quæ de eo euangelistæ narrãt secundum veritatem gessit, sed solum secundum apparentiam quandam, & sequitur, quod non fuit vera salus hominis subsecuta, oportet. n. effectus causę proportionari. Tertia ratio potest sumi ex ipsa dignitate personæ assumentis quæ cũ sit veritas non decuit, vt in opere eius aliqua fictio esset. vnde, & dominus hunc errorem per seipsum excludere dignatus est. Lucæ vltimo. Cum discipuli conturbati, & contriti putabant se spiritum videre, & nõ verum corpus, & ideo seipsum eis palpandum præbuit dicens. Palpate, & videte, quia spiritus carnem, & ossa non habet. sicut me videtis habere. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum, quod similitudo illa exprimit veritatẽ humanæ naturæ in Christo per modum, quo omnes, qui vere in humana natura existunt similes specie esse dicuntur. Non intelligitur autẽ similitudo fantastica ad cuius euidentiam apostolus subiungit, quod factus est obediens vsque ad mortem, mortẽ autem crucis, quod fieri non potuisset si fuisset sola fantastica similitudo. ¶ Ad secundam dicendum, quod per hoc, quod filius dei nostrum corpus assumpsit, in nullo est eius dignitas diminuta. vnde August. dicit in libro de fide ad Petrum exinaniuit semetipsum formam serui accipiẽs vt fieret seruus, sed formæ Dei plenitudinem non amisit. Non enim filius Dei sic, assumpsit verum corpus, vt forma corporis fieret, quod repugnat diuinæ simplicitati, & puritati, hoc enim esset assumere corpus in vnitatem naturæ, ꝙ est impossibile, sed salua distinctione naturæ assumpsit in vnitate personæ. ¶ Ad tertiam dicẽdum, quod figura respondere debet, quantum ad similitudinem, non quantum ad rei veritatem. Si enim per omnia esset similitudo, iam non esset signum, sed ipsa res, vt Damascenus dicit in libro 3. Conueniens igitur fuit, vt apparitiones veteris testamenti essent, secundum apparentiam tantum quasi figuræ. Apparitio mentis filii Dei in mundo esset secundum corporis veritatem, quasi res figurata siue signata p illas figuras. vnde apostolus ad Colossensis 2. quæ sunt vmbra futurorum corpus autem Christi. vbi inquit glossa. & est Augustinus contra Faustum corpus id est veritas huius vmbræ est Christi id est ad Christum pertinet, quia per eũ impleta. Lege. ¶ [Per gratiam] s. adoptinis. Alio modo dicendum est, quod sit filius adoptiuus prout dictum est in quæstione. Pro quo considerandum iuxta Sanctum Thomam in tertia parte. † quia filiatio adoptionis est participata similitudo filiationis naturalis. non autem dicitur aliquid participatione, quod per se dicitur. & ideo Christus, qui filius Dei est naturalis, nullo modo potest dici adoptiuus. [Quasi] expressiuum est veritatis non designatiuum similitudinis. [Ex substantia patris] non enim est ex nihilo nec ex aliqua materia, sed est substantia patris. secundum illud psalm. 109. vbi pater inquit ad filium ex vtero ante luciferum genui te. glossa. id est ex occulta & secrata substantia mea genui te ineffabiliter, & hoc ante luciferum id est ante omnia tempora, & omnem creaturam. [Sed caro.] Arguit, quod hoc non possit intelligi de carne, cum Christi caro non de cœlo descenderit. sed de bea. Virgine assumpta fuerit [quia] respondet. [Quia item dominus Iesus consors est diuinitatis & corporis] id est humanitatis sensus est. Est vna eademque persona in duabus naturis diuina. s. & humana subsistens, verus Deus, & verus homo existens, vt extra de hære. cum Christus &c. Vbi notandũ secũdum Sanctum Thomam supra Ioannem. Cum enim in Christo sit vnum suppositum, vel persona duarum naturarum diuinæ scilicet, & humanæ, ex quacunque earum hoc suppositum nominetur poterunt ei attribui, & diuina & humana. possumus. n. dicere, quod filius hominis creauit stellas, & quod filius Dei crucifixus est. sed Christus filius Dei crucifixus est, non secundum diuinam naturam, sed secundum humanam. filius autem hominis creauit stellas secundum diuinam naturam. Ita vt in his quæ de Christo dicuntur attendenda est distinctio, non quãtum ad eum, de quo dicuntur. quia indifferenter, & diuina, & humana dicuntur de Deo & homine, sed vt fiat distinctio quantum ad id secundum quod dicuntur, quia diuina dicuntur de Christo secundum diuinam naturam. humana autem secundum humanam, descendere ergo de cœlo dicitur de filio hominis non secundum humanam naturam, sed secundum diuinam, secundum quam conuenit ei ante incarnationem in cœlo fuisse. secundum illud psalmus, 113. Cœlum Cœli domino &c. dicitur autem descendisse non motu locali, quia sic, non remaneret in cœlo. Nihil enim localiter motum manet vnde descendit. sed descendit de cœlo non quidem desinens esse sursum, sed assumens naturam, quæ est deorsum. & quod hoc modo dicatur descendisse quia assumpsit naturam humanam dicitur Ioannis 3. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo filius hominis, id est inquantum factus est filius hominis. Dicit consequenter Sanctus Thomas, quod etiam potest dici Christus secundum corpus descendisse de cœlo, vt Hilarius dicit. non quod materia corporis Christi de cœlo descẽderit. sed quia virtus formatiua de cęlo fuit. [Et tu qui] tertia pars [diuinæ eius substantiæ]. s. vnitæ ipsi carni propter inseparabilem. n. concomitantiam animæ rationalis ad carnem, & diuinitatis ad vtrunque, qui communicat carni Christi particeps est diuinæ substantiæ.

Primum ar. — Scdm arg. — Tertium ar. — Opponit in contrarium — Respondet. — S. Thom. — Ad primum argum. — D amascen — ad scdum. — Ad tertium — 4 — Exponit literam. — S. Thom. — S. Tho. — S. Thomas.




In illo. Sequitur secũdum capitulum eiusdem partis, quia vero supra disputauimus de materia huius capituli circa capitulum inquit apostolus. Nihil aliud dicimus, nisi quod explanabimus literam. Lege. ¶ [In illo sacramento Christus est] quia eius corpus est. Corpus. n. Christi ibi est ex vi sacramenti, anima vero, & diuinitas ex inseparabili concomitantia. & ita bene sequitur. [Corpus Christi est in hoc sacramento, ergo, & Christus. [Corporalis] quia non impropria specie sui corporis nobis proponitur ad vescendum, sed occulta aliena specie, & fide credita, & spiritualiter intellecta. [Spiritualis] id est inuisibilis. vnde apostolus] prima ad Corinthios. 10. [& eandem quam nos scilicet Christus supra eadem dist. reuera. & capitulo in- (Exponit literam.)

qu. t.

quit.[Spirituale est]id est inuisibile sub aliena specie propositum,sicut Christus in manna illo corporali,quod patres mãducantes dicuntur eandem escam spũalẽ nobiscũ mãducasse spiritualiter designabat siue intelligebat. Sed hic non solum designatur,sed continetur vel spũale spũm alens,& reficiens.non est enim cibus ventris sed mentis supra eadem distinctione.non iste,vel potest dici,vt ait glo. spirituale,eo quod post resurrectionem glorificatum est, vel spirituale.quia diuino spiritu formatum non humana generatione. [Corpus est diuini spiritus]id est operatione & authoritate spiritus sancti formatũ, vel corpus diuini spiritu.id est vnitum diuino spiritui,quia vnitum diuinitati &c.

1 *Recte offerre quid dicatur,& quid recte diuidere.*


SI credis. Sequitur tertium capitulũ eiusdẽ partis,in quo magister Gratianus inducit authoritatem aliam ipsius Ambrosij,quod oporteat credere,quod ĩ hoc sacramento Christus sit integer,& totus secundum vtranque naturam diuinam.i.& humanam,non confusas,aut permistas,sed distinctas. Sed quia de hoc satis disputauimus supra eadẽ distinctione circa ca.ante benedictionem.Ad præsens nihil noui occurrit disputatione dignum, quod faciat ad propositum. Lege. ¶[Si credis susceptum] in virginis vtero[& transfiguratum]id est sub alia figura.i.panis opertum.Hugu.[Nec tamẽ distinguis naturam verbi]id est diuinam naturam [& corpus]id est naturam humanitatis. Ita non credas ibi esse vtranque[si recte] id est si rectum sit,& iustum offerri[recte autẽ non diuidas] vt dicas,& credas hoc in sacramento esse naturam corporis sine natura verbi[peccasti] quia si sint diuisæ,seu distinctæ speciebus naturalibus.vnitæ tamen sunt in persona verbi.hoc autem quod hic dicitur.[Se recte offeras]ad literam dictum est de Cain, de quo Genesi.3.Recte obtulit Cain,quia bonum erat,quod obtulit & de genere bonorum.sed non recte diuisit, quia seipsum in obstinatione reliquit,& ideo subtraxit Deo, ꝙ ei magis placeret,& ideo non recte diuisit.†Recte offerre est bona intentione agere,& recte diuidere est discrete agere.bona est ergo oblatio bona,si bona intentione fiat,& discrete. Sic in proposito,qui in altari offert sacrificiũ corporis,& sanguinis recte facit.Sed si in Christo duas naturas non distinguit,vel non credit duas esse naturas distinctas,sed aut vnã tantum.i.humanam, sicut Arrius, & Nestorius & Theodorus,vel vnam compositam ex duobus simul commistis,sicut posuerunt Eutices & Dioscorus. Nõ bene siue non recte diuidit &c.

Exponit literam.

1 (margin, beside "ei magis placeret")

3 *Verum capitur dupliciter.*


NEc Moyses. Sequitur quartum capitulum eiusdem partis,in quo magister Gratianus ad idem inducit authoritatem Hieronymi dicentis, quod dominus Iesus ipse erat conuiua & conuiuium ipse comedens,& qui comeditur &c.Pro ampliori intelligentia præsentis capituli quæruntur duo.

1 ¶Primum est,vtrum Christus manducauerit corpus suũ in cœna cum discipulis suis.

2 ¶Secundum est,vtrum in cœna discipulis suis corpus impassibile dederit,& ipse sumpserit.

1 Ad primum Sic proceditur.† Et videtur, quod Christus non sumpserit corpus suũ, & sanguinem.Primo sic.Non.n.de factis Christi,& dictis asseri debet,quod authoritate sacræ scripturæ non traditur.sed in euangelijs non habetur,quod Christus corpus suum mãducauerit,aut sanguine biberit, nõ ergo est hoc asserendum.¶Secundo sic.Nihil potest esse in seipso nisi forte ratione partium,prout.s.vna pars est in alia vt habetur in 4.physicorum.sed illud quod manducatur, & bibitur est in manducante & bibente.cum ergo totus Christ⁹ sit in vtraque specie sacramenti, videtur impossibile fuisse quod ipse sumpserit hoc sacramentum. ¶ Tertio sic. Duplex est assumptio huius sacramenti.s.spiritualis, & sacramentalis.sed spiritualis non competebat Christo,quia nihil à sacramento accepit,& per consequens nec sacramẽtalis,quæ sine spũali est imperfecta, vt supra habitũ est. ergo Christus nullo modo hoc sacramentũ sumpsit.¶In oppositum est textus capituli præsentis,vbi ait Hieronymus Dominus Iesus ipse conuiua,& cõuiuium,ipse comedẽs, & qui comeditur.Item ad hoc est gloss.super illud Leuiti. 8. Cũque de sanguine arietis &c. vbi sic dicit.Primo sacerdos postea filij eius sanguine vngebãtur, quia Christus in cœna prius sanguinem accepit deinde discipulis dedit. ¶Respondeo dicendum,quod,vt Sanctus Thomas ait in tertia parte & etiam Alexander,& Bonauentura recitant. Quidam dixerunt,quod Christus in cœna corpus, & sanguinem suum discipulis tradidit,non tamen ipse sumpsit. Sed hoc non videtur conuenienter dici,quia Christus ea, quæ alijs obseruãda instituit,ipse primitus obseruauit.vnde & ipse prius baptizari voluit,quã aliis baptismum imponeret.secundum illud Actuum primo.cæpit Iesus facere,& docere. vnde dicendum est,quod ipse prius corpus suum,& sanguinem sumpsit,& postea discipulis suis tradidit sumendum.Conclusio patet hæc quia Ruth.3.super illud.Cum comedisset,& bibisset &c.dr̃ glo. ꝙ Christus comedit,& bibit in cœna corporis & sanguinis sui sacramentum discipulis tradidit.¶Ad rationes.Ad primam dicẽdũ, ꝙ in euangelijs legitur, ꝙ Christus accepit panem & calicem.Non est autem intelligendum, quod solum accepit in manibus,vt quidam dicunt.sed eo modo accepit, quo alijs accipiendum tradidit.vnde cum discipulis dixerit accipite,& comedite.& iterum.Accipite, & bibite intelligẽdũ est, ꝙ dominus ipse comederit,& biberit.vnde & quidã meretrice dixerunt.Rex sedet in cœna turba cinctus duodena.Se tenet in manibus se cibat ipse cibus.¶ Ad secũdã dicendum, ꝙ sicut supra dictum est.Christus secundum, ꝙ est sub hoc sacramento comparatur ad locum , non ẜm proprias dimensiones.sed secundum dimensiones specierum sacramentalium.Ita ꝙ in quocunque loco,vbi sunt illę spẽs,est ipse Christus,& quia spẽs illæ poterãt esse in manibus,& in ore Christi ipse totus Christus potuit esse in manibus suis,& in suo ore.Non autem potuisset hoc esse. ẜm ꝙ comparatur ad locum ẜm proprias spẽs.¶ Ad tertiam dicendum ꝙ sicut supra dictum est.Effectus huius sacramenti est non solum augmẽtum habitualis gratiæ, sed etiam actualis delectatio spũalis dulcedinis,quanuis autẽ Christo gratia non fuerit augmẽtata ex sumptione huius sacramenti, habuit tñ quandam delectationem spũalem in noua institutione huius sacramenti.vñ ipse dicebat Lu. 22.Desiderio desideraui hoc Pascha mãducare vobiscum, ꝙ Eusebius exponit de nouo mysterio huius noui testamenti, ꝙ tradebat discipulis.& ideo spũaliter mãducauit & etiam sacramentaliter inquantum corpus suum sub sacramento sumpsit, ꝙ sacramentum sui corporis intellexit,disposuit.Aliter tamen quam cæteri sacramentaliter, & spiritualiter sumant,qui augmentum gratię suscipiunt, & sacramentalibus signis indigent ad veritatis perceptionem.

Primum ar. / Secundum argu. / Tertium ar. / Opponit in cõtrarium. / Respondet S.Thomas. / Ad primum argu. / Ad scd̃um. / Ad tertium

2 Ad secundum Sic proceditur.†Et videtur quod Christus sumpserit, & dederit corpus suũ impassibile discipulis.¶Primo sic, super illud Mat.17.transfiguratus est ante illos.dr̃ quædam glo.illud corpus, ꝙ habuit ꝑ naturã dedit discipulis ĩ cœna nõ mortale,& passibile.Et Leu.3.super illud.Si oblatio tua fuerit de sartagine dr̃ gl.crux sup oĩa fortis carnẽ Christi,quæ ante passionem non videbatur esui apta,post aptam fecit.sed Christus dedit corpus suum,vt aptum ad manducandũ,ergo dedit tale,vt habuit post passionem.i.impassibile,& immortale.¶Secundo sic.Omne corpus passibile per contactum,& manducationem patitur. si ergo corpus Christi erat passibile per contactum,& per comestionem discipulorum passum fuisset.¶Tertio. verba sacramentalia non sunt modo maioris virtutis,quando proferuntur à sacerdote in persona Christi, quam tunc,quando fuerunt probata ab ipso Christo,sed nunc virtute verborum sacramẽtalium in altari consecratur corpus Christi impassibile,& immortale,ergo multo magis tunc. ¶ In oppositum est Innocentius tertius dicens , quod Christus tale corpus tũc dedit discipulis,quale habuit.habuit aũt tũc corp⁹ passibile,& mortale.ergo corpus passibile & mortale dedit discipulis suis.¶Respondeo dicendum, quod, ut dicit Sanct.

Prima arg. / Scd̃m arg. / Tertium ar. / Opponit in cõtrarium / Respondet S.Thom. Bonauẽtu.

Thomas tam in quarto, quam in tertia parte, & concordat
Hug. de sancto victore Bonauentura in quarto distinctione 11. quod Hugo de
sancto Victore posuit quod corpus Christi ante passionē
diuersis temporibus quatuor dotes corporis glorificati as
sumpsit, subtilitatem in natiuitate, quādo exiuit clauso. s.
vtero virginis, agilitatem, quando siccis pedibus supra ma
re ambulauit. Claritatem in transfiguratione, impassibili
tatem in cœna, quando corpus suum discipulis suis tradi-
dit ad māducandum. & secundum hoc dedit discipulis cor
pus impassibile, & immortale. Sed quicquid sit de alijs de
quibus supra dictum est, quid sentiri debeat circa impassi
bilitatem, tamen impossibile est esse quod dicitur. Manife
stum est enim, quod idem verum corpus Christi erat, qđ
à discipulis tunc in propria specie videbatur, & in specie
sacramenti sumebatur. Non autem erat impassibile secun
dum quod in propria specie videtur, quinimo erat passio
ni paratum. vnde nec ipsum corpus, quod in specie sacra-
menti dabatur impassibile erat. Impassibili tamen modo
erat sub specie sacramenti, quod in se erat visibile. Sicut. n.
visio requirit cōtactum corporis quod videtur à circum
stantia medium visionis. Ita passio requirit cōtactum cor
poris, quod patitur ad ea quæ agunt. Corpus autem Chri
sti secundum quod est sub sacramēto. vt supra dictum est
non comparatur ad ea, quæ circumstant mediantibus pro
priis dimensionibus, quibus se tangunt, sed mediantibus
dimēsionibus specierum panis & vini. & ideo illæ species
sunt, quæ patiuntur, & videntur, non autem ipsum corpus
Christi. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum, quod Chri
ad primum argu. stus dr̄ non dedisse in cæna corpus suum mortale, & passi
bile, quia non dedit corporali, & passibili modo. Crux au
tem facit carnem Christi aptam manducationi inquātum
hoc sacramentum repræsentat passionem Christi. ¶ Ad se
Ad secūdum cundam dicendum, quod ratio illa procederet si corpus
Christi sicut erat passibile. ita passibili modo sit sub sacra-
mento. ¶ Ad tertiam dicendum, quod sicut supra dictum
Ad tertium est. Accidentia corporis Christi sunt in hoc sacramēto ex
reali concomitantia, non autem ex vi sacramenti, ex qua
est ibi substantia corporis Christi, & ideo virtus verborū
sacramentalium ad hoc se extendit, vt sit sub sacramento
corporis Christi, s. quibuscunque accidentibus realiter in
eo existentibus. Lege textum. ¶ [Non Moyses.] Ioann. 6.
Exponit literam. Sed contra hoc videtur esse, quia verus panis videtur fuis
se, quem patres habuerunt in deserto. respondeo secundū
S.Thoma. 3 Sanctum Thomam supra Iannem, †quod verum capitur
dupliciter. Vno modo, vt distinguitur cōtra falsum, & sic
panis ille verus fuit. Non. n. falsum erat miraculum de mā
na. Alio modo capitur verum prout distinguitur contra fi
guram, & sic panis ille non fuit verus. sed figura panis spi-
ritualis. s. domini nostri Iesu Christi, quem ipsum manna
significabat, vt dicit apostolus 1. ad Corin. 11. Omnes ean
dem escam manducauerunt. [Comedens]. s. seipsum tam
sacramentaliter quam spiritualiter. Sacramentaliter qui-
dem, vt dicit Sanctus Thomas in quarto, quia corpus suū
sub sacramento sumpsit. Spiritualiter autem inquantum
re sacramenti delectabatur. Non tamen hæc spiritualis re
fectio ex sacramento causabatur, nec augebatur, vnde nec
spiritualis manducatio erat in eo sicut in alijs, nec sacra-
mentalis. Et ideo quidam dixerunt, quod nec sacramenta
liter nec spiritualiter manducauit. Quidā, quod sacramen
taliter, sed non spiritualiter. Huius vltimæ opinionis sunt
Alexander. Alexander, & Bonauentura dicentes, quod sicut Christus
Bonauentu baptismum recepit tantum sacramentaliter, & non rem,
sic, & hoc sacramentum & hoc quidem in exemplum fe-
cit, Comeditur dicit hic gloss. Concedendo hanc Deus co
medit, Christus comeditur, non autem hanc, Deus come
ditur, vel anima. Sed videtur nobis non bene dicere. Pri-
mo, quia quicquid prædicatur de Christo prædicatur de
Deo. dicimus enim, quod Christus est passus, & Deus est
pas sus, & sic de similibus. Secundo, quia quādocunque ali
qua sunt cōiuncta in vnitate suppositi si vn um sumi dica
tur, & reliquum: si ergo in sacramento corpus Christi su-
mitur necesse est, quod deitas, & anima simul sumi dican
tur cum quibus in vno supposito verbi coniungitur. Ter-
tio dicitur Ioann. 6. Ego sum panis viuus, qui de cœlo de-
scēdi. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternū,
quod non solum secundum carnem assumptam, sed prin
cipaliter secundum verbum, quo omnia viuunt intellīgē
Augus. dum dicit Aug. quia caro non viuificat nisi ratione diuini
tatis adiunctæ, de hoc aliquid notauimus supra in ca. quid
est Christum manducare.

2 *Eucharistia est sacramentum necessitatis, quantum ad fidem eius, quod repræsentat.*
4 *Pascha capitur multipliciter.*



ACcipite. Sequitur quintum capitulū
eiusdē partis cuius sensus pla
nus est. Verum quia hic mentio fit de dua-
bus figuris huius sacramenti. s. de sacrificio
Melchisedech, & de agno paschali. Pro ple
niori intelligentia huius capituli duo ve-
niunt discutienda.
1 ¶ Primo, vtrum congruebat hoc sacramentum aliquibus
figuris præfigurari.
3 ¶ Secundo, vtrum agnus paschalis fuerit præcipua figura
inter figuras huius sacramenti.
1 Ad primum Sic proceditur. †Et videtur, quod
hoc sacramentum non debebat ali
quibus figuris præfigurari. ¶ Primo sic. Signi nō est signū Primum ar.
sed sacramentum hoc, eo quod est sacramentum, est si
gnum & figura, ergo non debuit aliquo signo alio præfi-
gurari. ¶ Secundo. Matrimonium pœnitentia, & ordo, Secundū ar.
& secundum quosdam confirmatio, et extrema vnctio nō
fuerunt præfigurata. Matrimonium enim pœnitentia, &
ordo in lege naturæ prodierūt in esse sine figura. Alia duo
licet prodierint in esse lege gratiæ non tamen fuerunt præ
figurata in lege naturæ, vel scripta secundum quosdam.
A simili ergo videtur de hoc sacramento. ¶ Tertio sic. Si
debuit præfigurari cum sit sacramentum excellētissimum Tertia opp.
videtur, quod debuit præfigurari aliqua figura, quæ nō tā
tum fuit figura, sed remedium sicut baptismus habuit fi-
guram quæ non tantum fuit figura, sed remedium scilicet
circumcisionem, sed non habuit huiusmodi: ergo videtur
quod non congruebat, illud figurari. ¶ In oppositum est
textus præsentis capituli, vbi duæ eius assignantur figuræ, Opponit in cōtrarium.
scilicet sacrificium Melchisedech & agnus paschalis. ¶ Re Respondet
spondeo dicendum, quod congruebat, & conueniens fuit
vt hoc sacramentum aliquibus præfiguraretur figuris. Cō
clusio ista patet triplici ratione iuxta Alexandrum Sanct. Ale. de Hal.
Thomā, & Sanctum Bonauenturam. Tum ratione digni S.Thomas.
tatis, tū ratione difficultatis, tum ratione significationis. Bonauen.
Primo quidem ratione dignitatis quia hoc sacramentum
inter cætera sacramenta nouæ legis erat excellentissimū,
cōgruebat ergo vt præfiguraretur vt eius dignitas famo
sior redderetur, vnde figurarum præmissio non fuit aliud
quam famę eius & nobilitatis diuulgatio, ex hoc etiam re
sultabat consolatio fidelium expectantium. ¶ Secundo
ratione difficultatis, congruebat. etiam hoc sacramen-
tum figurari, quia cum inter cætera credibilia sit difficilli
mum ad credendum, conueniebat, vt manuductione figu
rarum homines assuefierent ad hoc figurali quadam man
ductione. ¶ Tertio, ratione etiam significationis fuit cō
gruum hoc præfigurari. Repræsentat. n. hoc sacramētum,
& continet Christum passum, quo datur vita fidelibus, sed
congruebat Christum passum præfigurari. ergo, & hoc sa-
cramentum, quo significatur, & continetur. vel sic, vt ar-
guit S.Tho. Hoc sacramentum est specialiter memoriale
passionis Christi, sed passionem Christi præcipue oporte S. Thom.
bat præfigurari, per quam nos redemit, vt fides antiquorū
ad redemptorem referretur, ergo præcipue conueniebat
hoc sacramentum præfigurari. ¶ Ad rationes. Ad primam
dicendum, quod hoc verum est per se loquendo, quod si Ad primum arg.
gni non est signum, sed sacramentum duo concernit. s. si
gnum, & rem signi, siue veritatem rei contentæ. vnde & si
sacramentum non præfigurabatur ratione, qua signū est,
præfigurabatur tamen ratione rei, siue veritatis cōtentæ.
¶ Ad secundū dicendum, quod secus est de hoc sacramen Ad secūdum
to, & de aliis sacramentis, de quibus arguitur, quia, vt ta
ctum est plures causæ concurrunt, quare hoc sacramentū
debuit præfigurari, quæ aliis non conueniunt. Præter ea cō
firmatio, & extrema vnctio. Tum quia non sunt sacramē
ta necessitatis, sicut baptismus, quo ad effectum, & eucha
ristia, quo ad fidem eius, quod repræsentatur per ipsum
scilicet passionis Christi. Tum quia dicunt quandam su
perabundantiam perfectionis additæ super effectum
sacramenti baptismi, & eucharistiæ ad robur in pugna,
& in

& in exitu de pugna.Ideo hæc duo non fuerunt pfigurāda aliquibus expressis figuris in antiqua lege,quia lex illa neminem ad perfectionem duxit, sed tantum pertinent ad nouam legem.Alia autem sacramenta. s. matrimonium, pœnitentia,& ordo,non erant præfiguranda,quia statim prodierunt in esse. Matrimonium.n.statim fuit necessarium propter multiplicationem fidelium, qui multiplicarent regnum Dei,etiam si homo non peccasset.Item postquam homo peccauit existēte peccato actuali statim fuit necessaria pœnitentia,vt curreret medicina cum morbo, vnde quia commisit peccatum,cōueniebat statim esse pœnitētiam.Item ordo etiam statim,fuit,& habuit principiū in lege naturæ,& in iure primogenitorū,quia omnes primogeniti rationem sacerdotij tenebant,quia illud quod conuenit modo sacerdotibus,conueniebat illis,donec veniebat vnctio in lege veteri.Illa ergo tria quantum ad aliquem effectum statim prodierunt,licet non quantum ad perfectū effectum,siue terminum sicut modo.¶Ad tertiā respondetur vt ponit Sanctus Thomas in quarto.Non est simile de baptismo,& de eucharistiæ sacramento,quia baptismus est sacramentum necessitatis,quantum ad effectū quia delet peccatum originale quo manente nō est salus, Et ideo oprtebat,quod in veteri lege responderet sibi aliqua figura,quæ cōtra originale remedium præberet.s.circuncisio.

Ad tertium

2 †Sed eucharistia est sacramentū necessitatis quātum ad fidem eius,quod repræsentat.s.opus nostræ redēptionis,& ideo non oportuit,ꝙ haberet figuras remediū præbentes,sed significantes.

3 Ad secundum Sic proceditur.†Et videtur quod agnus paschalis nō sit præcipua figura huius sacramenti.¶Primo sic.vt habetur in præsenti capitu. Christus dicitur sacerdos secundum ordinē Melchisedech,propter hoc ꝙ Melchisedech gessit figurā sacrificii Christi offerens panem,& vinum. sed expressio similitudinis facit,quod vnum ab alio denominetur.ergo videtur,ꝙ oblatio Melchisedech fuerit potissima figura huius sacramenti.¶Secundo.Transitus maris rubri fuit figura baptismi.secundum illud prima ad Cor.10.omnes baptizati sunt ī nube,& in mari,sed immolatio agni paschalis præcessit transitum maris rubri quem subsecutum est manna,sicut eucharistia sequitur baptismum,ergo manna est expressior figura huius sacramenti,quam agnus pascalis.¶Tertio.Potissima virtus huius sacramenti est, qđ introducit nos in reguum cœlorum,sicut quoddam viaticum,sed hoc maxime figuratum fuit in sacramento expiationis,quando pontifex intrauit semel in anno cū sanguine in sancta sanctorum,sicut apostolus probat ad Hebræ. 9.ergo videtur,quod illud sacrificium fuit expressior figura huius sacramenti,quā agnus paschalis.¶In oppositum videtur esse textus capituli præsentis,vbi typicum Pascha dicit esse figuram huius sacramenti,quod cōsummatum est per hoc sacramentum, sicut figura per veritatem eius. ¶Secundo videtur etiam pro hac parte, illud apostoli 1. ad Cor.5.Pascha nostrum immolatus est Christus. itaque epulemur in azimis synceritatis,& veritatis.¶Respōdeo dicēdum, ꝙ Agnus Paschalis fuit præcipua figura simpliciter huius sacramenti Pro cuius conclusionis declaratione notandum est cum Sancto Thoma in tertia parte,quod in hoc sacramēto tria considerare possumus.s.illud quod est sacramentum tantum.s.panis,& vinum,& id quod est res & sacramētum.s.Corpus Xpi verū,& id quod est res tantū .s.effectus huius sacramenti.quantum igitur ad id, quod est sacramentū tantū potissima figura fuit huius sacramēti oblatio Melchisedech,qui obtulit panem,& vinū,quantum autem ad ipsum Christum passum,qui continetur in hoc sacramento figuræ eius fuerunt omnia sacrificia veteris testamenti,& præcipue sacrificium expiationis, quod erat solennissimum quantum autem ad effectum fuit præcipua figura cuius manna,quod habebat in se omnis saporis suauitatem, vt dicitur Sapientiæ 16. sicut & gratia huius sacramenti quantum ad omnia reficit mentem.Sed agnus paschalis quantum ad tria præfigurabat hoc sacramentum.quantum.n.ad primum quia manducabatur cū panibus & azimis.secundum illud Exod.12.Edent carnes & azimos panes.Quantum vero ad secundum, quia immolabatur ab omni multitudine filiorum Israel 14.luna. quod fuit figura passionis Christi,qui propter innocentiā dicitur agnus.Quantum vero ad effectum,quia per sanguinem agnis Paschali protecti sunt filii Israel à deuastante angelo,& educti de ægyptiaca seruitute. Et quantum ad hoc ponitur figura huius sacramenti præcipue agnus Paschalis,quia secundum omnia ipsum repræsentat. Et per hoc patet responsio,quantum ad obiecta.Concordat magister Alexander de Halis in quarto.Lege.¶[Typicum]

Primum ar.

Scđm arg.

Tertium ar.

Opponit in cōtrarium

Scđa oppo.

Respondet

S.Thomas.


Ale. de Ha.

4 id est figuratiuum verę paschæ.vbi notandum † quod pascha capitur multipliciter, vt dicit Alexander de Halis. vno modo dicitur hora immolationis agni typici. Lucæ 22.appropinquabat dies festus azimorum,qui dicitur pascha.gl.Pascha vocatur solus dies, in quo agnus paschalis occidebatur ad vesperam id est 14.luna primi mensis. Quandoque dicitur dies festus azimorum,qui dicitur pascha,qui dies fuit 15.dies post ęquinoctium vernalis Ioannis 13.Ante diem paschę sciens Iesus quia venit &c.Quandoque dicitur agnus paschalis typicus.Lucæ 22. venit autem dies azimorum, in quo necesse erat occidi pascha. Quandoque dicitur verus agnus. prima ad Corinthios 5.etenim pascha nostrum immolatus est Christum.Quandoque dicitur cibus paschalis,qui comedebatur 7. diebus paschalibus.Ioannis 18.non introierunt in prætorium ne contaminarentur sed manducarent pascha,id est cibos paschales. s.azima. [Confortator]psalmi 103.panis cor hominis confirmat. Transit instituendum illud sacramentū, duobus.n.modis instituit sacramentum corporis, & sanguinis. s. facto, & præcepto. facto quando post typicum agnum corpus, & sanguinem suum consecrauit, & discipulis in cœna porrexit. de qua institutione habetur supra e. di. Quia corpus[præcepto]quando mandauit aliis sic faciendum in futurum dicens.hoc facite in meā cōmemorationem.Et hæc de secundo.

Exponit literam.

Ale. de Ha.

2 *Sacerdos dicitur quasi sacra dans.*



Acerdos. Sequitur sextum capitulum eiusdem partis, in quo magister Gratianus inducit authoritatem Hieronymi dicentis,quod Christus in ara crucis simul sacerdos fuit & sacrificium.Prò pleniori huius capituli intelligentia duo quæruntur.

1 ¶Primo,vtrum Christo conueniat esse sacerdotem.

3 ¶Secundo,vtrum verū sit,ꝙ Christus fuerit simul sacerdos,& sacrificium.

1 Ad primum sic proceditur. † Et videtur, quod Christo non cōuenita esse sacerdotem. Et primo sic. Sacerdos est minor angelo.vnde dicitur Zacha.3.ostendit mihi dominus sacerdotem magnū stantem coram angelo domini, sed Christus est maior angelis.secundum illud ad Hebræos primo.Tanto melior angelis effectus,quanto differentius præ illis nomen hæreditauit.Christo ergo non cōuenit esse sacerdotem.¶Secūdo,ea,quæ fuerunt in veteri testamento, fuerunt figuræ Christi, secundum illud Colossen.2. quæ sunt vmbra futurorum, sed Christus non traxit carnis originem ex sacerdotibus veteris legis.dicit.n.apostolus ad Hebræos 7. manifestum est,quod ex Iuda ortus sit dominus noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus locutus est Moyses. ergo Christo non conuenit esse sacerdotem.¶Tertio in veteri lege, quæ est figura Christi, non est idem legislator,& sacerdos.vnde dicit dominus ad Moysem legislatorē Exodi vigesimo octauo.Applica Aaron fratrem tuum, vt sacerdotio fungatur mihi.Christus autem est lator nouæ legis secundum illud Hieremiæ trigesimo primo, dabo leges meas in cordibus eorum, ergo non conuenit Christo esse sacerdotem. ¶In oppositum est primo textus capituli præsentis. Secundo illud, quod habetur ad Hebræ. quarto.habemus pontificem,qui penetrauit cœlum.s.Iesum filium Dei.Tertio illud psalmi centesimo nono. Tu es sacerdos in ęternum secūdum ordinem Melchisedech. ¶Respondeo dicendum, quod Christo maxime conuenit esse sacerdotem. Pro quo notandum iuxta Sanctum Thomam in tertia parte, quod proprium sacerdotis est, esse mediatorem inter Deum, & populum, inquantum

Primum ar

Secundum argu.

Tertium ar.

Opponit in cōtrarium.

Respondet

S. Thomas

2 scilicet diuina populo tradit. † vnde sacerdos dicitur quasi sacrā dans. secundum illud Malachias secundo. legem requirent ex ore eius.s.sacerdotis. Et iterum inquantum preces populi Deo offert,& pro eorum peccatis Deo aliqualiter satisfacit.vnde apostolus dicit ad Hebræ. quinto.

Oīs pontifex ex hoībus assumptus, pro hoībus constituitur in his, quæ sunt ad Deum, vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis. hoc autem maxime conuenit Christo. Nam per ipsum dona hoībus sunt collata ẜm illud 2. Petr. 1. per quem. s. Christum maxima, & pretiosa nobis promissa donauit, vt per hoc efficiamini diuinæ consortes naturæ. Ipse ēt humanum genus Deo reconciliauit ẜm illud Collos. 2. in ipso. s. Christo complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliare oīa. vnde Christo maxime conuenit esse sacerdotem. ¶ Ad rationes dicendum, ꝙ potestas Hierarchica conuenit quidem angelis inquātum & ipsi sunt medij, inter Deum & hoīem, vt patet per Dionysium in libro cęlestis hierarchiæ. Ita ꝙ ipse sacerdos in quātum medius est inter Deum & populum angeli nomē habet. ẜm illud Malachiæ 2. Angelus dñi exercituū ē. Xp̄s autem maior angelis fuit non solum ẜm diuinitatem, sed ēt ẜm humanitatem, inquantū habuit plenitudinē grãe, & gloriæ, vnde, & excellētiori modo hierarchiam. s. sacerdotalem potestatē præ angelis habuit. Ita ēt, ꝙ ipsi angeli fuerunt ministri sacerdotij eius. ẜm illud Matt. 4. accesserunt angeli, & ministrabant ei. secundum tñ passibilitatem modice ab angelis minoratus est vt apostolus dr̄ ad Heb 2. Et ẜm hoc conformis fuit hoībus viatoribus in sacerdotio cōstitutis. ¶ Ad tertiam dicendum, ꝙ sicut supra dictum est. Alij hoīes particulatim habent quasdam gratias, sed Christus tanquam oīm caput habet perfectionem oīm gratiarum, & ideo quantum ad alios pertinet. alius est legislator & alius sacerdos, & alius rex. sed hæc oīa cōcurrūt in Xp̄o tanquam in fonte omnium gratiarum. vnde dicitur Esaię. 33. dominus iudex noster dominus legifer noster dominus rex noster ipse veniet & saluabit nos.

*Ad primum & secūdū argumen.* — *Ad tertium*

2 Ad secundum sic pceditur. † Et videtur ꝙ Xp̄s non fuit simul sacerdos & sacrificium siue hostia. ¶ Primo sic. Sacerdotis est hostiā occidere. sed Christus non seipsum occidit. ergo ipse non fuit sil' sacerdos, & hostia. ¶ Scd̄o sacerdotiū Xp̄i magis est simile sacerdotio Iudæorum, ꝙ erat à Deo institutū, quam sacerdotio gentilium, quo dæmones colebantur. In veteri autē lege nunquam homo in sacificium offerebatur, quod maxime reprehenditur in sacrificijs gentilium. ẜm illud psal. 105. Effunderunt sanguinem innocentem, sanguinem. s. filiorum, & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaam, ergo in sacerdotio nō debuit esse ipse hō Xp̄s, & hostia. ¶ Tertio. oīs hostia ex eo ꝙ Deo offert Deo sanctificat, sed ipsa Xp̄i humanitas à principio fuit sanctificata, & Deo coniuncta, ergo non conuenienter pōt dici, ꝙ Christus ẜm ꝙ homo fuerit hostia. ¶ In oppositum est textus præsentis cap. Respondeo dicendū, ꝙ Christus fuit sacerdos, & sacrificium, patet per illud apostoli ad Ephe. 5. Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiā Deo in odorē suauitatis. Pro quo notandum iuxta S. Tho. in 3. parte, ꝙ sicut dr̄ Augu. in 10. de ciuitate Dei, & habitum fuit supra e. d. c. sacrificium. Omne sacrificium visibile inuisibilis sacrificij est sacramentū. i. sacrum signum. Est autem īuisibile sacrificium, ex quo homo spūm offert Deo ẜm illud psal. 50. Sacrificium Deo spūs contribulatus. & ideo omne illud, ꝙ Deo exhibetur ad hoc ꝙ spūs hoīs feratur in Deum potest dici sacrificiū. Indiget igitur hō sacrificio propter tria, vno quidem modo ad remissionem peccati, per quod à Deo auertitur. Et ideo dr̄ apostolus ad Hebr. 5. ꝙ ad sacerdotem pertinet, vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis. Secundo, vt homo in statu gratiæ conseruetur semper Deo inhærens, in quo eius pax, & salus consistit. vnde & in veteri lege legitur, ꝙ immolabatur hostia pacifica pro offerētium salute, vt habetur Leu. 3. Tertio ad hoc, ꝙ spūs hoīs perfecte deo vniatur, quod maxime erit in gloria. vnde in veteri lege offerebatur holocaustum, quasi totum incensum. vt dr̄ Leu. 1. Hæc autem per humanitatē Christi nobis exhibita sunt. Nam primo quidem nostra peccata deleta sunt. secūdum illud ad Ro. 4. traditus est propter delicta nostra. Secundo gratiam nos saluantem per ipsum accepimus. secundum illud ad Hebræos 5. factus est oībus obtemperantibus, se causa salutis æternæ. Tertio per ipsum perfectionem gloriæ adepti sumus. secundum illud ad Hebræ. 10. habemus fiduciā per sanguinem eius in introitu sanctorum, s. in gloriam cœlestem. & ideo ipse Christus inquantum homo fuit non solum sacerdos, sed etiam hostia perfecta simul existens hostia pro peccato, & hostia pacificorum & holocaustum. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum, quod Xp̄s non se occidit, sed seipsum uoluntariæ morti exposuit secundum illud Esa. 53. oblatus est, quia ipse voluit, & ideo dr̄ seipsum obtulisse. ¶ Ad secundam dicendum, quod ipsius hoīs occisio potest ad duplicem voluntatem comparari, vno modo ad voluntatem occidentium, & sic non habuit rationem hostiæ. Non. n. dicuntur Christi occisores hostiā Deo obtulisse, sed grauiter deliquisse, & huius peccati similitudinem gerebant impia gentilium sacerdotia quibus, homines idolis immolabāt. Alio modo potest dici, seu considerari occisio Christi per comparationem ad voluntatem patientis, qui voluntarie se obtulit passioni, & ex hac parte habet rationem hostiæ, in quo non conuenit cum sacrificijs gentilium. ¶ Ad tertiam dicendū quod assumptum non est vniuersaliter verum. licet. n. hostia figuralis, quæ erat in veteri lege non aliunde sanctitatem haberet, nisi quia, vt veræ hostiæ figura Deo offerebatur. Hostia tamen vera pro peccatis nostris emundandis oblatis. s. ipsa Christi humanitas à principio sanctificata fuit iuxta illud Lucæ 1. quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius Dei. Lege textum. ¶ [Acceptabile sacrificium] de acceptabilitate huius sacrificii considerādum occurrit iuxta Albertum magnum in tractatu suo de sacramento altaris, quod acceptabilitas huius sacrificij, ex quatuor ppenditur, secundum quod quatuor iuxta Augustin. quarto de trinitate. In omni sacrificio veniunt attendēda. s. Cui offertur, & à quo pontifice, siue sacerdote, & quid offeratur, & pro quo offeratur id, quod offertur. Sapiētia autem diuina sic ingeniata est hoc sacrificium, vt non possit esse non acceptum. Offertur. n. patri, offertur à filio nostro pontifice. Offertur Christus in humana natura corporis, & sanguinis. Offertur & pro hominibus. Sapientia autem diuina vniuit oblatum offerenti, quia qui offert, & quod offertur, sunt vnum in esse persone, vniuit offerentem cum eo, cui fit oblatio. quia vnum ī deitate sunt pater, & filius, vniuit oblatum cum his, pro quibus offertur, quia vnius naturæ sunt Christus & homines, & sicut sibijpsi pater Deus non potest non esse acceptus, Ita pontifex offerens vnum cum patre existens, non potest esse non acceptus, & sicut pontifex patri non potest esse non acceptus. ita id quod est vnum cum pontifice offerente non potest esse non acceptum, & sic oblatio est accepta, & sicut offerens, & oblatum non potest esse non acceptum. Ita hi pro quibus offertur non possunt esse non accepti, quia vnius naturæ oblatio, & offerens & sanguis Christi purgauit id in eis, ꝙ solū facit esse non acceptum & incorporatio sacramenti, vniuit eos, & oblationi, & offerenti, & ideo pluribus oblationibus non indigemus, qa ista pro oībus sufficit semel oblata. Antiqui autem multis indigebant quia nulla in his, quę dicta sunt fuit perfecta. & ideo nulla accepta. vnde ad Hebræo. 9. Nec, vt sæpe offerat semetipsum quemadmodum pōtifex intrat ī sancta per singulos annos in sanguine alieno, alioqui oportebat eum frequenter pati. nunc autem semel in consummatione seculorum ad destructionem peccati per hostiam suam apparuit, & quemadmodum constitutū est hominibus semel mori, sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata. Obtulit. s. volūtariē. Esa 53. Oblatus est, quia ipse voluit.

*Primum arg* — *Secundū ar.* — *tertium ar.* — *Opponit & Respondet* — *S. Thomę* — *Ad primum argum.* — *Ad secūdum* — *Ad tertium* — *Exponit literam.* — *Alber. mag.*



Nunc eis. Septimum capitulum eiusdem partis, in qua ponit historiam Actuū. & compunctis. n. corde Iudæis ad verba Petri dixerunt ad Petrum, & ad reliquos apostolos. Quid faciemus viri fratres. Petrus vero ait ad illos pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque in nomine dñi nr̄i Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum. Et habetur dist. 10. pprie. Et ita Petrus eis annuntiauit eum colendum, quē crucifixerunt. vt eum iam biberent. s. bibitione spirituali credentes in ipsum tanquam in saluatorem mundi verū Deū & verum hominem existentem [sanguinem quem fuderunt seuientes] hic nihil aliud occurrit dicendum.

1 *Sacramentum eucharistiæ an conuenienter fuerit præfiguratū per manna.*
2 *Infirmus omnia putat amara.*
3 *Chermel interpretatur agnus tener.*
4 *Christus dicitur panis verus.*

Corporeum.

Orporeum. Sequitur octauum capitulum eiusdem partis, in quo dicit magister Gratianus authoritate B. August. quod manna, quod fuit patrib. datum miraculosè, figura fuit huius sacramenti, in quo verus panis de cœlo, & perfectus nobis datur. Pro pleniori intelligentia huius cap. quæritur.

Quæstio. 1 † Vtrum conuenienter fuerit hoc sacramentum præfiguratum per manna. Et videtur quod non.

Primum ar. ¶ Primo sic, manna habuit in se omnem saporis suauitatem, vt dicitur Sapientiæ. 16. Sed hoc sacramentum non habet in se omnem saporis suauitatem, quia sic haberet in se effectus omnium sacramontorum, & alia sacramenta superfluerent, ergo manna non est conueniens figura huius sacramenti.

Scd'm arg. ¶ Secundo sic. Non potest figurari hoc sacramentum in quo Christus patri offertur, quod non offerebatur Deo, sed manna est huiusmodi, ergo non est conueniens figura eius.

Tertium ar ¶ Tertio, vt dicit Ambrosius, & habetur. s. eadem dis. in c. re uera, & habetur originaliter Ioannis 6. Omnes, qui manducauerunt manna in deserto, mortui sunt, esca autē, quam continet hoc sacramentum vitæ æternæ substantiā ministrat, ergo non videtur, quòd hoc sacramentum conuenienter figuratur per manna.

Opponit & Respondet. Albertus. ¶ In oppositum est textus cap. presentis. ¶ Respondeo dicendum, quod conueniēter figuratur corpus Christi per manna. Et hæc conclusio probatur quinque rationibus prout dicit Albertus magnus in tractatu suo de corpore Christi. Primo. s. quantum ad originem, quia cœleste fuit manna. in sapore, quia diuersos sapores habebat. Et in loco, quia transeuntibus per desertū tantum dabatur. Et in miraculo, quia miraculosè venit. Et in defectu, quia gustatis fructibus patriæ defecit. In primo ergo istorum conuenit, quia origine cibus noster de cœlo est, hoc est de altitudine humanæ naturæ, in qua Christus nostram naturam accepit immunem à culpa. Ioann. 3. qui de cœlo venit super omnes est. Non ꝙ è cœlo corpus attulerit, sed quia naturam humanā accepit in altitudine sua, secundum quod fuit in primo statu ante peccatum. Assumpsit. n. carnem non coinquinatam contagione peccati originalis. licet. n. corpus Christi materialiter de terra fuerit actiue tamen de cœlo venit, inquantum virtute diuina formatum fuit, cœlestem ergo originem habuit. Cōueniunt secundo in saporum diuersitate, quia sicut manna diuersos sapores habuit corporaliter, ita diuersos sapores gratię habet iste cibus spiritualiter. Dicit. n. Hieronym. in suo exodo, quem fecit texendo historiam pentateuci, quia manna masticatum semper conuertebatur ad saporem desideratum à comedente. Ita tamen, quòd vincebat in eo sapor dulcis, & pinguis, vt ex dulcedine reficeret naturam, vt ex pinguedine condiret cibum, & ex affectato sapore ad quē conuertebatur satisfaceret appetitui comedentis. Et hoc est, quod dicit philosophus. Item dicit psal. 77. Manducauerunt, & saturati sunt nimis, quia dulcedine attulit saturitatem, ex pinguedine demulciuit gustum, & ex sapore desiderato attulit desiderium. Sap. 16. Angelorum esca nutriuisti populum tuum domine paratum panem de cœlo præstitisti illis sine labore habentem in se omne delectamentum, & omnem saporē suauitatis. Et post voluntati vniuscuiusque deseruiens, ad quicquid volebat conuertebatur. Ita etiam spiritualiter panis noster, quem ad aram deuoramus omnium vas est gratiarum, omnem saporem gratiæ exhibens, & præter hoc dulcedinem diuinæ naturæ & pinguedinem deuotionis ad nos gustu exhibens spirituali, & sicut aures diuersorum verba Dei audientium diuersas in verbo inueniunt pro vniuscuiusque facultate illuminationes, ita fauces diuersorum tunc cibum gustantium diuersas gratiarum inueniunt refectiones. Iob. 12. Nonne auris verba diiudicat, & fauces comedētis saporem, quasi dicat sic, dummodo fauces aliena amaritudine non sint infectę.

2 † Infirmus. n. omnia amara putat, sicut dicit philosophus, quia cholerica, & fellea amaritudo palatum inficit febricitantium, & sic infirmi ex amaritudine peccati non dijudicant verum saporem illius cibi. Actuum 8. in amaritudine fellis, & obligatione iniquitatis video te esse. Tertio in loco vtriusque gratiæ conueniunt. Non. n. dabatur manna nisi in deserto, vbi aliud delectabile & reficiēs ad esum nō fuit. Et sic non sentitur dulcedo gratiæ. Et sapor eucharistiæ nisi ab his, qui se in desertum corde trāsierunt mundanas non sentiunt delectationes, vnde dicit Bernar. delicata est diuina consolatio non datur admittētibus alienam. Et hoc est quod dicit Psal. 67. pinguescent speciosa deserti, & exultatione colles accingentur. Hæc. n. sunt speciosa deserti, quæ seipsa speciosa faciunt, ne in eis quicquā colat mundus de multuosis, & caducis delectationibus, & colles tam altitudine cordium frequenter exultatione diuinę consolationis accingentur. In hoc deserto dominus bis turbas pauit, & alibi pauisse non legitur. Matth. 16. & Marci 16. & Ioanni. 6. patres vestri manducauerunt manna in deserto. Hoc est desertum, de quo Esa. 32. erit desertum in Chermel, & Chermel in saltum reputabatur.

3 † Chermel enim agnus tener interpretatur, quia desertum istud delitias nostri, & Dei agni omni gratia tenerrimi experitur, & Chermel reputabitur in saltum, quod quia ibi omnia exiliunt fruticeta saltus vocatur, quia in delitijs saltus est omnis virtutis. Conneniūt quarto in creationis, & exhibitionis modo, vtrunque. n. miraculose est exhibitum naturalibus potentijs ad hoc existentibus in primis & in validis. Vnde Exod. 16. Ecce ego pluam vobis panes de cœlo, egrediatur populus, & colligat, quæ sufficiant per singulos dies. psal. 77. portas cœli aperuit dominus, & pluit illis manna ad manducādum &c. Sic etiam solus dominus sua voluntate, & non alius, quia non nisi Deus hunc cibum gloriosum saporem in se contentæ diuinitatis habentem poterit dare. Vnde etiam Deus præferens hunc cibum manna ostendens, quòd nec illū nec istum poterit dare nisi solus Deus, dicit Ioā. 6. Amen amen dico vobis, non dedit vobis Moyses panem de cœlo, sed pater meus dat vobis panem verū de cœlo. panis. n. verus est, qui de cœlo descēdit, vt det vitā mundo. Ille panis, quem Moyses oratione impetrauit nō ad vitam æternam sumentes eum vegetauit, quamuis de cœlo descēderit, sed ille panis, qui sicut ille de cœlo descendit dat vitam mundo, de quo pane quidam ignorantes verum dixerunt, domine da nobis semper panem hunc, de quo, & dominus exponēs dixit. Ego sum panis vitæ, qui venit ad me, non esuriet, patet ergo quòd per miraculum vterque est exhibitus. Dicit enim Ioann. Chrysostomus, quòd omne id per miraculum fit, quod sola fit Dei voluntate nulla potentia naturæ cooperante. Chryso. Est etiam conuenientia quinta in defectione. Manna. n. defecit filijs Israel terram promissionis intrantibus, & de fructibus terræ gustantibus, Iosue 5. defecitque manna postquam comederunt de fructib. terrę, nec vsi sunt cibo illo vltra filij Israel, sed comederunt de fructibus pręsentis anni terrę Chanaā. Ita etiam in transitu vitæ huius, nos vtimur cibo eucharistię sub speciebus panis, & vini velato, sed cum ad patriam veniemus ipsam rerum veritatem gustabimus in vera specie Dei, qui est fructus terræ Chanaam, hoc est transmutatio, quia etiam gratia mutatur in gloriam, vnde Ioann. 15. Hæc in prouerbijs locutus sum vobis, sed venit hora cū iam non in prouerbijs, sed palam de patre meo annuntiabo vobis &c.

Ad primum argu. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum, ꝙ vt inquit S. Thom. in quarto. Hoc sacramentum habet omnē suauitatem inquantum continet fontem omnis gratiæ, quamuis non ordinetur vsus eius ad omnes effectus sacramentales gratiæ. Vel dicendum, ꝙ etiam quantum ad effectum habet omnem suauitatis effectum in reficiēdo, quia hoc solum sacramētum per modum refectionis operatur.

Ad scd'm. ¶ Ad secundam dicendum secundum magistrum Alexandrum de Halis, quod hoc sacramentum non solum offertur ad cultum, sed etiam ad esum, ratione qua offertur ad esum figuratur per manna.

Ad tertium ¶ Ad tertiam dicendum, quod non est necesse, quod signum, & signatum in omnibus conueniant, sed sufficit, quod in aliquibus. semper. n. figura deficit à perfectione signati, maxime cum figura, siue signum sit tantum signum, & non causa sicut est in proposito. Lege. ¶ [Corporeum illud manna] quod. s. de cœlo olim patribus datum est in deserto supple olim fuit [nunc autē est res tanti miraculi]. i. corpus Christi, quod est res significata per illud corporeum manna miraculosè datum de cęlo [qui venit quod perfectum est] quasi diceret illud fuit, & non est, quia adueniente veritate cessat figura, & adueniente, quod perfectum est, cessat id, quod ex parte est. prima ad Cor. 13. [perfectus autem panis de cœlo] corpus ex virgine [perfectus] quia perfecte cibat, & vere nutrit. Ioannis sexto. Non Moyses dedit vobis panem de cœlo, sed pater meus dat vobis panem de cœlo verum.

4 † Panis enim verus est, qui vegetare, & nutrire habet ad vitam cœlestem.

vnde

vnde Ioan. sexto. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.


1 *Misericordiæ Dei multi sunt gradus.*
2 *Asser interpretatur beatus.*



Ccesserunt. Sequitur 26. pars huius distinctionis, in qua magister Gratianus postquam multa est de veritate, & virtutibus huius sacramēti locutus, per hanc authoritatem Augustini multipliciter inuitat ad perceptionem corporis, & sanguinis Christi specialiter commendans hoc sacramentū, & virtutem eius. Et diuiditur in quinque partes secūdum quod ex quinq; inuitat nos ad assumptionem huius sacramenti. Primo videlicet ex nobilitate præparātis. Secundo ex magnitudine charitatis, quæ apparuit in præparatione huius cibi. Tertio ex prætiositate huius cibi, quia verum corpus Christi, & verus eius sanguis. Quarto ex necessitate sumendi. Quinto ex multiplicitate suauitatis huius cibi. prima ibi, item vere magnus dominus. secunda ibi, & magna misericordia. tertia ibi, de carne mariæ, quarta ibi, idē super Ioannem. quinta ibi, habent ergo impij. Omnia ista patebunt in explanatione literæ, & non est opus alia disputatione pro præsenti. Lege. ¶[Nos accedamus] ecce dulcis inuitatio, vt corpus & sanguinem eius accipiamus[ vere magnus est Deus.] Ecce prima ratio inuitationis conuiuiū hoc nobis præparantis, vere magnus dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis, rex regum, & dominus dominantium, qui hoc conuiuium nobis præparauit, de quo Lucæ 14. dicitur. Homo quidam fecit cœnā magnam, homo quidam. i. Christus, qui singulariter fuit homo, nō purus sicut cæteri homines, sed Deus & homo, hic singularis homo fecit cœnam magnam. i. hanc sacramentalem mensam, quæ merito magna cœna vocatur. tū propter magnitudinem excellentiæ facientis, & præparantis hanc cœnam, quia magnus dominus. s. Christus eam fecit. Secundo magna magnitudine conuiuarum, magni plane sunt conuiuæ huius mensæ magnitudine virtutum videlicet omnes fideles, qui digne ad eam accedunt. Tertio magna magnitudine honorificentiæ ministrantium, qui sunt angeli sancti Dei, qui huic mensæ assistere credūtur, vt. s. e. dist. c. quid sit sanguis. Quarto magna magnitudine ferculorum. s. corporis, & sanguinis Christi, cui vnita est ipsa diuinitas, quare Prouerb. 23. dr̄. Cum sedes, vt comedas cum principe, diligenter attende, quæ sunt posita ante faciem tuam. Sequitur[& magna misericordia eius, qui nobis dedit manducare corpus suum, & sanguinem suum bibere] ecce secundo inuitat nos ad sacramentalem mensam ex singularitate charitatis & misericordiæ, qua nobis eam Deus præparauit. Magna profecto misericordia Dei in huius mensæ sacramentalis institutione ostensa est, in qua carnem suam ad manducandum & sanguinem suum ad bi
1 bendum nobis proponit. ¶ Pro quo notandum †quod multos gradus diuinæ largitatis, & magnificētiæ misericordiæ suæ erga nos distinguere possumus. Primus est, ꝙ largitus est sua. s. irrationales creaturas ad seruitutem hominis secundum illud psalm. 8. Oīa subiecisti sub pedibus eius &c. Secundus gradus est quòd largitus est homini duces, principes, & barones curiæ suæ angelos in ministerium salutis suæ. Ad Heb. 1. Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt vitæ æternæ. Tertius est, quia largitus est homini seipsum, & hoc multis modis. Primo. n. se dedit in socium in incarnatione per assumptionem nostræ humanitatis. Exinaniuit .n. seipsum formam serui accipiens. ad Philipp. 2. & paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Esa. 9. Secundo dedit seipsum in magistrum, & verbo in prædicatione Io. 13. vos vocatis me magister, & domine, & benefacitis, sum etenim. Tertio dedit se in ducem per exemplum in operatione. Io. 13. Exemplum. n. dedi vobis, vt quemadmodū ego feci &c. & Exo. 15. & in psalm. 79. Dux fuisti in misericordia populo tuo, quē redemisti. Quarto dedit seipsum inpretium in passione. prima ad Cor. 16. Empti. n. estis pretio magno, glorificate &c. Vltimo dat seipsum quotidie in cibum. Ioann. 6. panis, quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. In quo singulariter magnitudo diuinæ misericordiæ relucet psalm. 110. Memoriam fecit mirabiliū suorum misericors, & miserator dominus, escam dedit timentibus se[per gratiam biberunt] .s. spiritualiter credentes in Christum tanquam in saluatorem mundi, Deum verum, & verum hominem existentem, vt. s. ea. dist. ca. Tunc [de carne Mariæ] inuitat nos hic ad mensam sacramentalē ex pretiositate cibi. quia non carnes vitulorum, aut hircorum, aut gallinarum, aut perdicum, non panis materialis,
a non vinum a materiale in quo est luxuria, sed de carne Mariæ virginis caro pretiosissima assumpta spiritui diuinitatis vnita in cibum, & sanguis eius pretiosissimus in potū. Ioann. 6. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Vnde Ambro, vt. s. e. di. c. omnia. Panem istum, quē sumimus in mysterio, illum vtique intelligo panem, qui manu sancti spiritus formatus est vtero virginis, & igne passionis decoctus in ara crucis. Panis. n. angelorum factus est panis hominum &c. [¶ Nemo carnem illam vere manducat, nisi prius adorauerit] hoc intelligendum est de mā ducatione spirituali, quæ dicitur vera, quia verā habet efficaciam, vnde manducare vere est manducare efficaciter, & hoc modo nemo vere manducat, nisi quia adorat, quia non manducat efficaciter, nisi qui manducat reuerenter. Et ita soluitur obiectio, quæ fieret de multis manducantibus hoc sacramētum sine præambula adoratione, de hoc autem quod dicit hic gl. ꝙ Christi humanitatem non adoramus latria, sed quadam adoratione maiori, quam alias creaturas, quæ dicitur dulia, vide. s. eadem dist. circa c. nos autē, vbi de hac re disputauimus[ Dauid ferebatur manib. suis] Historia ista tangitur primo Regum cap. 21. licet sub alia litera videlicet tollebatur inter manus eorum ibi. [Quousque biberent sanguinem, quem fuderant desperauerunt]. s. de salute. Hic quarto loco inuitat ad hanc sacramentalem mensam ex necessitate salutis sumendi illius cibum. Ioann. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem nō habebitis vitam in vobis. Necessaria est manducatio spiritualis huius cibi, quæ est ꝑ fidem formatam. Sacramentalis vero saltem in voto necessaria etiam est, vt superius declaratum est circa capitulum peracta est dist. ea. habeant impij epulas suas, habeant & pij suas, hoc quinto inuitat ad hoc sacramentum ex plenitudine & amplitudine delitiarum eius. Nullus quippe suauitatem huius sacramenti exprimere sufficit, per quod spiritualis dulcedo in suo fonte gustatur, fons plane totius suauitatis continetur in hoc sacramento, à quo epulæ suauissimæ singulis animæ viribus virtutibus, & potentijs deriuantur, quare merito in manna figuratum est, sicut in proximo capitulo dictum est, de quo habetur Sapientiæ. 16. vbi dr̄. Panem de cœlo prestitisti eis omne delectamentum suauitatis in se habentem, vnde in figura huius panis dicitur Genesi. vlti. Pinguis est panis asser † qui interpreta
2 tur beatus præbebit delitias regibus, id est deuotis, decore virtutum coronatis. Alia inuitatoria ad sumptionem huius sacramenti deuotam posuimus in tractatu nostro de corpore Christi, circa capitulum nonum, de istis autem bene loqui voluimus, quæ in præsentis capituli litera tangi videbantur.

a ¶ Non vinum. Qui non pōt bibere vinū an possit ꝓmoueri. vide Pe. de An. in c. ex parte nu. 1. de celeb. miss.

1 *Christus an contineatur totus sub vtraque specie sacramenti.*
2 *Corpus Christi qualiter dicatur esse sub specie vini.*



Resbyter. Sequitur 27. pars huius distinctionis, in qua magister Gratianus ponit ex authoritate concilij vormaciensis, quòd eucharistia semper parata habeatur pro infirmis. Et potest diuidi in duas partes. In prima dicit quòd dictum est. In secunda assignat rationem. secunda ibi, vt quando. Pro intelligentia pleniori huius capituli, quia sicut dicit gl. sanguis non præcipitur seruari, tum quia nimia cautela opus esset in seruando, tum quia non est necesse, quia vbi corpus ibi sanguis, & dicit Hug. quia sub vtraque specie totus, & inte
1 ger est Christus, quæritur. † Vtrum hoc sit verū, quòd sub vtraque specie huius sacramenti totus Christus contineatur. Et videtur quòd non. ¶ Primo sic, hoc sacramentum ad salutem fidelium ordinatur, non virtute specierum, sed virtute eius, quòd sub speciebus continetur, quia species erant etiam ante consecrationem ex qua est virtus huius sacramenti. Si ergo nihil continetur sub vna specie, quod non contineatur sub alia, & totus Christus continetur sub vtraque, videtur, quòd altera illarum superfluat in hoc sacramento. ¶ Secundo sic, dictum est, quod sub nomine carnis

Diuisio.

Expositio literæ.

Quæstio. Primum ar

Scdm ar

carnis omnes aliæ partes corporis continentur sicut ossa, nerui,& alia huiusmodi sed sanguis est vna partiū corporis humani,sicut patet per Aristotelem in libr. animalium.Si ergo sanguis Christi continetur sub specie panis sicut continentur ibi aliæ partes corporis,non deberet seorsum sanguis consecrari,sicut nec seorsum consecratur aliqua pars corporis.¶ Tertio sic. Quod iam perfectum est,iterum fieri non potest, sed corpus Christi iā incepit esse in sacramento per consecrationem panis,ergo non potest esse, ꝙ denuo incipiat esse per consecrationem vini, & ita sub specie vini non cōtinebitur corpus Christi ,& per consequēs nec totus Christus. Non ergo sub vtraque specie corpus Christi continetur.¶ In oppositum est textus præsentis capituli,quoniam nisi totus Christus contineretur sub qualibet specie,eucharistia non sub vna tantum specie præciperetur seruari pro infirmis, sed sub vtraque. Item est illud, quòd gloss. dicit super illud calicem 1. Cor. 11. ꝙ sub vtraque specie.s.panis, & vini idem sumitur , & ita videtur, ꝙ sub vtraque specie totus Christus sit. ¶ Respondeo dicendum, quòd certissime ex supradictis tenendum est, quòd sub vtraque specie sacramenti totus est Christus,aliter tamen,& aliter,quæ conclusio sic declaratur. Nam sub speciebus panis est quidem corpus Christi, ex vi sacramenti, sanguis autem ex reali concomitantia, sicut supra dictum est de anima,& de diuinitate Christi. Sub speciebus vero vini est quidem sanguis Christi ex vi sacramenti, corpus vero reali concomitantia,sicut anima , & diuinitas ex eo, quòd nunc sanguis Christi non est ab eius corpore separatus,sicut fuit in tempore passionis,& mortis , vnde si tunc fuisset hoc sacramentum celebratum sub speciebus panis, fuisset corpus Christi sine sanguine , & sub speciebus vini sanguis sine corpore,sicut erat in rei veritate. ¶ Ad rationes.Ad primam dicendum,quòd quamuis totus Christus sit sub vtraque specie non tamen frustra. Nam primo quidem hoc valet ad repræsentandam passionem Christi , in quo seorsum fuit sanguis à corpore , vnde & in forma consecrationis sanguinis fit mentio de eius effusione.¶ Ad secundam,quòd in passione Christi, cuius hoc sacramētum est memoriale non fuerunt aliæ partes corporis ab inuicē separatæ,sicut sanguis,sed corpus indissolutum permansit secundum quòd legitur Exod. 12. Os non comminuetis ex eo,& ideo in hoc sacramento seorsum consecratur sanguis à corpore,non tamen aliqua pars alia. ¶ Ad tertiam
2 dicendum†quòd sicut dictum est, corpus Christi non est sub specie vini ex vi sacramenti, sed ex reali concomitantia,& ideo per consecrationem vini nō fit ibi corpus Christi per se sed concomitanter.Leg.¶[Paratam]non tamen intinctam sanguini , sicut quondam obseruatum est, vt in Brochardo lib.5.c. vt omnis.hoc.n.abrogatum est vt dicit Hu.[paratam]non nisi pro infirmis,vt hic,vel causa necessitatis,vt fit propter diem sanctum veneris, ar.s.e.dist.ca.tribus.Hu.de sanguine vero non dicitur ꝙ obseruetur. Nec obest,quia sub vtraque specie totus,& integer Christus cōtinetur.Hugu.[Ne sine communione moriatur].Multum est aduertēdum quātū fieri potest,vt sine communione huius sacramenti non exeat quis fidelis de hac vita. Valde.n. consolatus recedit, qui primo huius sacramenti communione vadit præmunitus,cum in eo suscipiat Christum , qui lux via veritas cibus& vita est, lux ad eius illuminationē,vt videat quo vadat,via , vt eum ducem siue socium habeat in itinere, veritas, vt de familia Christi esse cognoscatur.Cibus,vt illo roboratus viriliter gradiatur,vita,vt securus procedat.

Tertium ar | Opponit in cōtrarium, | Respondet. | Ad primum argu. | Ad scd̄m. | Ad tertium | Exponit literam. Hug.

1 *Mus,vel aliquod aliud animal irrationale an sumat aliqualiter corpus Christi si contigerit illud animal hostiam comedere.*
2 *Sacramentum corporis Christi est maioris perfectionis , quam baptismus.*
3 *Baptismi sacramentum quid operetur.*



Q Vibene. Sequitur 28. pars huius distinctionis , in qua magister Gratianus ex authoritate concilij Aurelianen. ponit pœnitentiam,quam ferre debent,qui non bene custodierit hoc sacramentum.Et diuiditur in duas partes. In prima ponit pœnitentiam eorum , qui non bene custodiunt . In secunda eorum qui perdunt. secunda ibi, qui autem. ¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli, in quo præsupponitur,quod mus,vel aliud animal posset comedere hoc sacra
1 mentum quæritur.† Vtrum mus,vel aliquod aliud animal irrationale sumat aliqualiter Corpus Christi, cum contigerit illud hostiam comedere.Et videtur quod nullo modo sumat corpus Christi.¶ Primo magister sententiarum dicit in sententijs. dist. 12. quod à brutis sumitur non est corpus Christi.¶ Secundo sic.†hoc sacramentum est ma-
2 ioris perfectionis,quam sit baptismus,sed quantumcunq; brutum animal aqua abluatur,non dicitur baptismi sacramentum accipere aliquo modo,ergo nec sacramētum corporis Christi.¶Tertio sic,constat, quod non percepit spiritualiter,quia non credit,nec sacramentaliter,quia sacramenta creaturæ rationali sunt tradita,si ergo aliquo modo sumat erit tertius modus manducandi præter duos communiter assignatos à doctoribus, de quibus supra eadem distinctio.capitulo quid est Christum manducare.¶In oppositum est textus capituli præsentis.¶ Respondeo dicendum ſm S. Th. in quarto dist.9.quod circa hoc duplex est opinio. Quidā.n.dicunt,sicut glossator in isto capitulo, qd̄ corpus Christi non manducatur à brutis,ita quod in ventrem traijciatur,imo dicūt, quod statim cum sacramētum tangitur à mure,vel cane,desinit ibi esse corpus Christi.Ratio eorum est, eo quod corpus Christi nō est sub specieb. illis,nisi prout est ordinabile ad vsum humanum , ex quo autem in ventrem muris descendunt species,non possunt ordinari ad vsum humanum , & ideo desunt esse corpus Christi.Sed hæc ratio non valet propter duo,primo, quia supponit falsum. Cum.n. non statim species in ventrem traiectæ esse desinant , vel in aliud conuertantur , possent adhuc de ventre animalis extrahi,& in vsum venire. Secūdo,quia quamuis aliquid ad vsum ordinetur aliquem,non tamen oportet,quod esse desinat, quando quis eo vti non potest.Et ideo hac opinione dimissa, quia adhuc derogat etiam veritati sacramenti Secundum alios dicendum est, quod verum corpus Christi manet adhuc sub speciebus à brutis seu brutorum ore acceptis , & in ventrem traiectis, quamdiu species illæ manent , hoc est quandiu substantia panis maneret,sicut etiam si proijceretur in lutum neque hoc vergit in deterimentum dignitatis Christi, vt dicit S. Thom.in tertia parte, qui voluit à peccatoribus crucifigi absq; diminutione suæ dignitatis,præsertim cum mus,aut aliquod aliud animal irrationale non tangat corpus Christi secundum propriam speciem,sed solum secundum species sacramentales. ¶Ad rationes.Ad primam dicendum, quod nulla ordinatio brutorū est ad corpus Christi secūdum quā possint Christo incorporari, & ideo non sumūt corpus Christi,nisi per accidens,inquantum sumunt illud sub quo est corpus Christi & sic magister intellexit,ꝙ non sumitur corpus Christi à brutis , vel loquitur secundum
3 aliam opinionem.¶ Ad secundam dicendum,†quòd illud quod est sacramentum in baptismo,est aliquis effectus dictus in recipiēte,cuius creatura irrationalis nec per se nec per accidens est capax,sed sacramentum eucharistię consistit in ipsa materiæ consecratione, & ideo potest creatura irrationalis ipsum accipere non per se , sed per accidens. ¶ Ad tertiam dicendum,quod creatura irrationalis nullo modo,spiritualiter manducat neque sacramentaliter,quia nec vtitur manducato, vt sacramento,nec manducat sacramentum secundum rationem sacramenti,sicut dicitur sacramentaliter manducare infidelis, qui intendit recipere hoc quod recipit ecclesia, quamuis hoc credat nihil esse. Et similiter ille,qui manducat hostiam consecratam , nesciens eam consecratam esse, non manducaret sacramentaliter aliquo modo,quia non manducaret sacramentum nisi per accidens, in quod plus accederet ad sacramentalē manducationem inquantum est aptus natus sacramentū, vt sacramentum manducare,quod bruto non competit. Nec tamen oportet, quòd sit alius modus manducationis tertius à duobus prædictis , quia id , quod est per accidens non cadit sub diuisione alicuius generis . Lege text. ¶[Sacrificium].i.eucharistiam,cætera plana sunt.

Diuisio | Primum ar. | Scd̄m arg. | Tertium ar. | Opponit & Respondet. Prima opi. | Contra gl. | Scd̄a opin. | S. Thom. | Ad primum argum. | Ad scd̄um. | Ad tertium

1 *Communio an conuenienter denegetur magis,& histrionibus.*
2 *Existens in mortali peccato non debet accedere ad sacramentum altaris.*
3 *Communio nulli notorio,& manifesto infami est impendenda.*
4 *Excommunicatio dicitur multipliciter.*

Prn




Ro dilectione &c. Sequitur 29. pars huius distinctionis, in qua magister Gratianus ex authoritate B. Cypriani ostendit, quibus hoc sacramentum non sit dandum, quia nec magis,
Diuisio. nec histrionibus. Et diuiditur hoc capitulum in duas partes. In prima petitur, an sacra communio danda sit histrioni cuidam. In secunda respondet, quod non. secunda ibi,
Quæstio. Primum ar. 1 puto. ¶ Pro cap. huius pleniori intelligentia quæritur. † Vtrū conuenienter magis, & histrionibus communio denegetur. Et videtur quòd non, per illud. s. e. dist. Si non habetur. vbi dicit B. Hilarius papa, si non sunt tanta peccata, vt excōmunicetur quis, nec se debet à medicina corporis, & sanguinis separare, ergo videtur, quòd nec magis nec histrionibus, nec alijs peccatoribus sacra communio est deneganda, nisi tam graui innectantur peccato, quòd debeant excōmunicari. In oppositū est textus præsentis capit. Respon-
Opponit & Respondet. Prima cō. 2 deo dicendum † quòd nullus existens in mortali peccato, siue sit histrio, siue magus, siue alio peccato notatus, debet accedere ad hoc sacramentum. Hęc conclusio satis probata est supra sæpe maxime circa capitulū qui
Secunda cō. 3 scelerate e. dist. ¶ Secunda conclusio. † Nulli notorio & manifesto infami est impartienda hæc sacra communio. patet, quia, vt dicit B. Cyprianus in præsenti capitulo, puto, quod nec maiestati diuinæ, nec euāgelicę disciplinę cōgruat, vt pudor & honor ecclesiæ tam turpi, & infami contagione fędetur. infami dicit, quia tales infames sunt, de hac materia satis notatum est. s. ea. dis. circa capitulum non prohi
Ad arg. beat. ¶ Ad rationem in contrarium dicendum, vt. s. diximus circa capitulum, si non. † quod excommunicatio dr tripli
Ale. de Hal. 4 citer, vt dicit magister Alexander de Halis, vno modo separatio à communitate fidelium, vt 6. q. 1. illi, qui illa. Alio modo dicitur separatio à communione sacramentorum, vt 11. q. 3. nullus sacerdotum. Tertio modo dr separatio à numero fidelium. Separatio dico quantum ad meritum, & hoc vltimo modo sumitur hic excommunicatio, & hoc vltimo mō aliquis existens in mortali est excōicatus. vnde sic intelligitur verbum Hilarij. s. si non sunt tanta peccata, vt excommunicetur. i. sit separatus à numero fidelium, merito dico, sic. n. omne peccatum mortale efficit excommunicatum. i. separatum à Deo. Sciendum tamen, quòd si conuertatur histrio, seu alio peccato notatus ad Deum, relictis peccatis suis, non debet illi negari gratia, siue beneficium communionis, vt in sequenti cap. habetur. Leg. ¶ [Pu
Exponit literam. dor]. i. decor [infami] tales. n. infames sunt vt. ff. de his q no. infa. l. 2. §. ait prætor. Et intellige hoc de manifesto, & notorio, & perseuerante in delicto, alias secus. vt. s. c. non prohibeant, & c. proximo.

1 *Scena quid dicatur.*



Cenicis. Sequitur secundum capitulum eiusdē partis, in quo magister Gratianus ex concilio Carthaginēsi ostēdit, quod scenicis, & histrionibus, siue quibuscunque alijs apostatis reuersis ad Deum, nec gratia communionis, nec reconciliatio pœnitentiæ deneganda est. Ad præsens non occurrit aliquid in speciali notabile disputandum. Cum de hac materia plenius loqui spectet ad tractatum de pœnitentia. Lege. ¶ [Sceni-
Exponit literam. 1 cis]. i. qui in scena ludunt. Hug. † Scena est locus vmbratus cortinis coopertus, vel asseribus, vbi olim probant personæ laruatæ ad ludos faciendos, & gestus repræsentandos, sicut sæpæ fiebat in recitatione comediarum, & tragediarum. Et dicitur scena à scenon, quod est vmbra. Ibi ludentes proprie dicūtur histriones. i. ludibria sui corporis exer
Archid. centes. Arch. in ca. maritum dist. 33. de quibus legitur. ff. de his qui notan. infa. l. 2. §. prætor ait in auth. scenicas non solum. colla. 1. & 33. di. maritum [Histrionibus] qui dicantur histriones habetur di. 86. donare, & se [gratia] communionis [reconciliatio] pœnitentiæ, penitentibus. n. venia non negatur, vt 2. q. 7. si quis omnem. C. de summa trin. reddentes. ad fi. C. de hæret. Manichæos in fi.



Naltari. Hæc est 30. pars & vltima huius distinctionis, in qua magister Gratianus ex concilio vrbico introducit, reuerentiam præstandam in altari, in quo eadem die episcopus celebrauit dicens, quòd in altari hoc propter solam episcopi reuerentiam introductum est. Hu. quòd semper obseruandum est nisi in altero trium casuum. Primo, cum licentia domini episcopi ad hoc accedit. Secūdo, cum necessitas ad hoc impellit, vt cum solum illud altare est in ecclesia, & necessario alia missa celebranda venit. Tertio cum contigerit, quod episcopus celebrans missam non perfecerit. Litera plana est.

## *Distinctio tertia.*

2 *Præceptum de obseruatione alicuius diei, puta sabbati, conuenienter traditum est inter præcepta diuina.*
3 *Opera à quibus cessandum est in diebus festiuis sunt opera seruilia.*
4 *Seruitus est triplex.*
5 *Peccans venialiter die festiuo, non agit contra præceptum de obseruatione festi.*
6 *Circunstantiæ sunt tres, quæ faciunt opera corporalia licita in die festo.*
7 *Obseruatio festorum non impedit ea, quæ ordinantur ad hominis salutem.*
8 *Vacandum est diebus festiuis circa quinque.*
9 *Obseruantia diei dominicæ in noua lege succedit obseruationi sabbati veteris legis.*
10 *Festa in noua lege qualiter succedant septem festiuitatibus veteris legis.*
11 *Præceptum de sanctificatione sabbati literaliter intellectum, est partim morale, & partim cerimoniale.*
13 *Festiuitates sanctorum, quod agantur in terris institutum est multiplici de causa.*
14 *Betsabee interpretatur puteus satietatis.*
16 *Festum Machabęorum quare recolatur ab ecclesia.*
18 *Conceptio Beatę virginis de se, aut ratione sui non est celebranda.*
*Et quare celebretur. nu. 19.*
20 *Spiritus sanctus aliquando operatur, vt spiritus, aliquando vt sanctus.*
22 *Canonizatio sanctorum rationabiliter reseruatur summo pontifici triplici ratione.*
23 *Cathalogus dicitur sermo vniuersalis.*
24 *Feriæ dicuntur quasi foeriæ.*
25 *Feriæ temporaneæ quæ dicantur.*
*Quæ repentinæ. nu. 26.*
*Quæ solennes siue festiuæ. nu. 27.*
28 *Dies festiuus quomodo computetur.*
29 *Dies qualiter incipiat. & terminetur.*
30 *Theophania quid dicatur.*



Ronuntiandum. Hic incipit tertia distinctio huius tertiæ partis Decreti de festiuitatibus, quæ per certa tempora anni in alicuius rei sacræ memoriam celebrātur. In prima. n. distinctione egit de missarū celebratione. In secunda de eucharistia multa disseruit. Sed quia in diebus festiuis missa deuotius, & solennius celebratur, & communio corporis, & sanguinis Christi potius frequētatur, ideo ordine congruo post præmissa de festiuitatum celebratione continuat, vbi generales festiuitates describit, quibus feriari debemus. Generalia quoque ieiunia, in quibus ieiunandum est interse- Diuisio. distinction.
rit, vnde talis nota hic inuenitur. Quæ festiuitates sint cele Diuisio capituli.
brandæ, & quando sit ieiunandum. Diuiditur autem hæc distin. secundum Archidiaconum in 13. partes. In quarum prima par. 10. capitula agit de celebratione festiuitatum Christi & sanctorum. Diuiditur autem hoc capitulum primum in tres partes. In prima statuit dominicū diem esse facienDum, & feriandum. Secūdo subiungit festiuitates, quæ vniuersaliter ab omnibus sunt colendę. Tertio præcipit, vt ieiunia per ecclesiam indicta obseruentur ab omnibus. 2. ibi, feriandi vero per annum. 3. ibi, indictum vero ieiuniū. Pro pleniori vero intelligentia eorum, quæ tanguntur in hoc capitulo quæruntur quinque.
1 ¶ Primo, vtrū conuenienter tradatur præceptum aliquod de ob-

de obseruantia feriarum, in quibus specialiter vacandum sit diuinis.

12 ¶ Secundo, vtrum sancti sic laudandi sint, quòd eis festa celebranda sint in ecclesia.

15 ¶ Tertio, vtrum de sanctis veteris testamenti fieri debet festum.

17 ¶ Quarto, vtrum de conceptione B. Mariæ virginis conuenienter possit festum celebrari.

21 ¶ Quinto, vtrum episcopus possit aliquem sanctum canonizare, siue reddere colendum in sua diocœsi.

Primumar. 1 Ad primum sic proceditur. †Et videtur, quod non conuenienter tradatur aliquod præceptum de obseruantia feriarum, siue alicuius die festi ui ad vacandū Deo. ¶Et primo sic, dicitur in psal. 33. benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius ore meo, sed feriæ instituunt ad laudandum Deum. Non ergo fuit conueniens, vt aliqui certi dies statuerentur ad laudandum Deum, seu solennitates peragendas, sed totum tempus vitæ humanæ. ¶ Secundo sic, si aliquod festum de obseruantia alicuius diei festiui esset datum, hoc maxime videtur esse de sabbati obseruantia, sed hoc non videtur, cū obseruantia sabbati fuerit cerimonialis secundum illud Exo. 31. videte, vt sabbatum meum custodiatis, quia signū est inter me, & vos in generationibus vestris, præcepta autem decalogi moralia sunt. ¶Tertio sic quicūque transgreditur præceptum decalogi peccat, sed in veteri lege aliqui transgredientes obseruantiam sabbati non peccabant sicut circūcidētes pueros 8. die, & sacerdotes in templo sabbatis operantes. dicitur etiam Luc. 13. nonne vnusquisque vestrum soluit bouem, & asinum suum, & ducet ad aquare, ergo inconuenienter inter præcepta decalogi ponitur præceptum Dei de obseruantia sabbati. ¶ Quarto præcepta decalogi sunt etiam in noua lege obseruanda, sed in noua lege non obseruatur hoc præceptum, nec quantum ad diē sabbati, nec quantum ad dominicam in qua, & cibi coquūtur, & itinerant, & piscantur homines, & alia multa hmōi faciunt. Ex quibus videtur, ꝙ dies dominica non succedat obseruationi sabbati. nec conuenienter tradatur præceptū de obseruantia eiusdem. ¶In oppositum est sacræ scripturæ autoritas Exo. 20. & Leuit. 23. & tex. præsentis c. vbi maxime dies dominica pronuntiatur ferianda. ¶ Respondeo hic videnda sunt quatuor. primo de conuenientia institutionis feriarum. i. dierum festorum quibus vacandum sit diuinis. secundo à quibus operibus cessandum sit in diebus festiuis. tertio quibus operibus vacandum est diebus festiuis. quarto de successione diei dominici obseruātiæ sabbati, & aliarum festiuitatum solennium solennitatibus veteris testamenti.

Scđm arg.

Tertium ar.

Quartū ar.

Opponit in cōtrarium.

Respondet.

Primus art. 2 ¶ Circa primum, sit ista conclusio. † Conuenienter inter præcepta diuina traditum est præceptum de obseruatione alicuius diei. s. sabbati, in quo specialiter vacandum sit Deo, probatur ista conclusio iuxta S. Tho. in 2. 2. sic. cum necesse fuerit, vt homini præceptum daretur, per quod in vera religione fundaretur, & ad religionem pertineat cultum exhibere Deo, non tātum interiorem, qui cōsistit in oratione, & deuotione, sed etiam exteriorem aliquod sensibile signum, ait. n. Tullius. 2. Rhet. religio est virtus cuidam superiori naturæ, quam diuinam vocant, cultū cerimoniamque affert, conueniens fuit, vt homini traderetur præceptum aliquod de exteriori cultu, etiam secundū actus corporales, qui sunt quasi quędam signa interiorū & spiritualium actuum, vt habetur in c. sacrificium. s. e. dist. 2. quæ per se Deus acceptat, vnde August dicit in 4. de ciui. Dei, quibus Deo mens hominis coniungitur, & sacrificiū visibile inuisibilis sacrificij sacramētum. i. sacrum signum est, & quia non erat possibile omnibus quibus dabatur præceptum, vt semper, & qualibet die dimissis curis temporalium vacarent Deo assignata est inter alios dies vna præcipue ad vacandū Deo. s. dies sabbati, & hoc præcipuè, quia illa die dicitur Deus cessasse ab opere suo secundum illud Gen. 2. compleuitq; Deus die septimo opus suum, quod fecerat & requieuit die septimo ab oī opere suo, ꝙ patrarat, vnde hac ratione dies septima mandatur sanctificanda. i. deputanda ad vacandum Deo, vnde Exo. 20. præmisso præcepto de sanctificatione sabbati consequenter assignatur ratio, quia videlicet sex diebus fecit Deus cœlum, & terrā, & mare, & omnia, quæ in eis sunt, & requieuit die septimo. ¶ Secundo, quia secundum tropologicam significationem sabbatum significat quietem Christi in sepulchro, quæ fuit die septima. ¶ Tertio, quia secūdum sensum moralem significat quietem à vitijs, quæ ad septimum numerum in genere reducuntur. ¶Quarto, quia secundum significationem anagogicam significat quietem animarum futuram in septima ætate, in qua nos sumus. ¶ Præterea etiā secundo, quòd tempus aliquod deputetur ad vacandum Deo dictat ipsa ratio naturalis, & multo magis, quam ad vacandum sensibilibus operibus, maxime cum, vt ait Aristotel. 9. Ethi. homo sit magis intellectum, quam sensus quare merito præceptum de obseruatione diei festiui ad vacādum Deo datum est nobis ab ipso Deo inter alia precepta moralia. ¶ Tertio prefata conclusio probatur sic iuxta eundem S. Tho. in 3. dist. 37. hominibus spirituali vita viuentibus maxima cura adhibenda est, vt Dei omnipotētiam, & prouidentiam cognoscāt, sed lex mosaica data est ad instruendum spiritualem vitam, ergo præcipue hoc illud debuit præcipi, quod Dei omnipotentiam, & prouidētiam credēdum homines assuefaceret, hæc autem est obseruatio sabbati, quæ in memoriam inducit, vt Rabi Moyses dicit principium mundi cuius factura septē diebus consummata est, qua supposita cunctis etiam simplicibus euidens est Deum omnipotentem esse, & ex prouidentia non ex necessitate agere, ergo conueniens fuit, vt obseruatio sabbati lege statueretur. ¶ Circa secundum notandum, ꝙ

Augu.

Thullius.

S. Thom.

Scđs artic S. Thom.

3 cum S. Tho. in 2. 2. q. 122. art. 4. † ꝙ opera, à quibus cessandū est in diebus festiuis, sunt opera seruilia, secūdū illud Leu. 23. omne opus seruile non facietis in eo. Opus autem seruile dr̄ à seruitute. †Est autem triplex seruitus, vna quidem, qua homo seruit peccato, secundum illud Ioann. 8. qui fa-

4 cit peccatum seruus est peccati, & secundum hoc omne opus peccati dr̄ seruile. Alia vero seruitꝰ est, qua homo seruit homini. Est autem homo alterius seruus non secundū mentem, sed secundum corpus, & ideo opera seruilia s̄m hoc dicuntur opera carnalia in quibus vnus homo alteri seruit. tertia est autem seruitus Dei, de qua Lucæ. 1. seruiamus illi in sanctitate & iustitia. & secundum hoc opus seruile posset dici opus latriæ, quod pertinet ad Dei seruitiū. Qua distinctione posita sit ista conclusio. Capiendo opus seruile à seruitute Dei opus seruile non prohibetur in die festo, sed præcipue præcipitur exercendum, patet, quia finis obseruationis festi est, vt exercitijs spiritualibus homo vacet Deo. Homo. n. ad hoc ab alijs abstinet in die festo, vt vacet operibus ad Dei seruitutem pertinentibus. Et inde est, quòd sicut dr̄ Io. 7. circuncisionem accipit homo, vt nō soluatur lex Moysi. inde etiam est, quòd sicut dicitur Mat. 12. Sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant. i. corporaliter in sabbato operātur, & sine crimine sunt. Et sic Prima cōc. etiam sacerdotes in sabbato circunferentes arcā non transgrediebantur præceptum de obseruantia sabbati, & similiter etiam nullius spiritualis actus exercitium est cōtra obseruantiam sabbati, puta si quis doceat verbo vel scripto, vnde Numeri 28. dicit gloss. quod fabri & huiusmodi artifices otiantur in die sabbati, lector autem diuinæ legis, vel doctor ab opere suo non desinit, nec tamen cōtaminatur sabbatum, sicut sacerdotes in templo sabbatum violant, & sine crimine sunt. ¶ Secunda conclusio loquēdo de opere seruili. i. seruitute peccati maxime prohibetur in die festo patet, vnde quia magis per opus peccati impeditur homo à diuinis, quam per aliquod opus licitum, quamuis sit corporale, ideo magis contra hoc præceptum agit qui peccat in die festo, quam per aliquod opus licitū faciat, vnde vt dicit dominus Bonauentura in tertio maxime opera carnalia prohibentur sicut ebrietates, lites, & iurgia, quæ maxime libertati spiritus repugnant, & hoc est quod dicit Augu. in libro de 10. chordis. dicitur tibi vt spiritualiter obserues sabbatum, non quomodo iudæi obseruant carnali otio, vagari. n. volunt ad nugas, atque luxurias suas. melius. n. faceret iudeus in agro suo aliquod vtile, quam in theatro seditiosus existeret, & melius fœminæ eorum lanam die sabbati facerent, quam tota die in neomenijs suis impudice saltarent: Hoc autem dicit Aug. non, quia nō sit cessandum in diebus solennibus à negotijs actuum exteriorum, sed ꝙ maxime debent homines animum suum reuocare ab his, quæ maiorem occasionē peccandi præbent.

Scđa conc.

Bonauent.

Augu.

5 Est tamen hic aduertendum, †quòd peccans venialiter die festiuo non agit contra hoc præceptum, quia peccatum veniale non excedit sanctitatem nec Dei seruitutem.

Tertia cōc. ¶ Tertia conclusio, loquendo de opere seruili à seruitute qua

qua homo seruit homini talia seruilia opera contrariantur obseruantiæ festi inquantum impediunt applicationem hominis ad diuina sicut est agricultura, & opera mechanica, & huiusmodi ad, quorum exercitium olim soli serui deputabantur, de quibus in concilio apud Medardum, quod præsente Carolo Imperatore dicitur celebratum, vt dicit Brocardus libr. 2. ita legitur, statuimus secundum ꝙ in lege dominus mãdauit, vt opera seruilia diebus dominicis non agantur, quod nec viri ruralia exerceant, nec in vinea colenda, nec in campis arando, vel metendo, vel fenum secando, vel sepem ponendo vel in syluis extirpando, vel arbores scindere, vel in petris laborare, nec ad placita conueniant, nec mercatus fiat, nec venationes exerceantur, & infra, fœminæ opera texilia non faciant die dominico, nõ apulent vestitus, non consuant, non lauent, carpent, non licet linum bractere, aut vestimenta lauare, nec barbices tondere, vt omni honore requies persoluatur, sed ad missarum solennia vndique conueniant, & laudent Deum pro omnibus bonis, quæ nobis in illa conferre dignatus est. verum notandũ, quod, vt ait S. Th. in secunda secundæ, vbi supra. Opera corporalia ad spiritualem Dei cultum non pertinentia in tantum seruilia dicuntur, inquantum proprie pertinent ad seruientes, inquãtum vero sunt communia & seruis, & liberis seruilia non dicuntur, quilibet autem tam seruus, quam liber tenetur in necessarijs ꝓuidere non tantum sibi, sed etiam proximo. Præcipue quidem in his, quæ ad salutem corporis pertinent, secũdum illud Prouerbiorum. 4. Erue eos, qui ducuntur, secũdario autem etiam in damno rei vitando secundum illud Deuteron. 23. non videbis bouem, & ouem fratris tui erranté, & præteribis, sed reduces fratri tuo. Et ideo opus corporale pertinens ad conseruandam salutẽ proprij corporis, nõ violat sabbatum. Non. n. est contra obseruantiam sabbati, quod quis comedat, & alia huiusmodi faciat, quibus salus corporalis conseruatur, & propter hoc Machabæi non polluerunt sabbatum pugnantes ad sui defensionem die sabbati, vt legitur. j. Machabæorum 1. Similiter etiam nec Helias fugiens à facie Iezabel in die sabbati, & propter hoc ẽt dominus Mat. 12. excusat discipulos suos, qui colligebant spicas in die sabbati propter necessitatem, quam patiebantur. Similiter etiam opus corporale, quod ordinatur ad salutem corporalem alterius non est contra obseruantiã sabbati, vnde dominus Ioãnis 7. mihi indignamini, quia totũ hominem saluum feci in die sabbati. Similiter etiam opus corporale, quod ordinatur ad imminens damnum rei exterioris vitandum non violat sabbatum, vnde dominus dicit Matt. 12. quis est ex vobis, qui habet vnam ouem, & ceciderit sabbato in foueam, nonne tenebit, & leuabit illam,
6 †ex quibus dictis S. Thom. colligere possumus, tres esse circunstantias a. quæ opera corporalia faciũt esse licita in die festo. primo obseruatio propriæ salutis, propter quam licitum est die festo cibos coquere, & pręparare. Item licitum est carnifices, & panifices præparare victualia die festo, vt die sequenti vendant si prius non possent commode præparare, aut preparata conseruare, vt dicit Guilielmus. item licitũ est die festo minui, medicari, tondi, & alia, quæ fiunt propter conseruandam salutem proprij corporis. Item instante necessitate bellare die festo in quo opere intellgenda veniunt omnia opera bello necessaria. Item licitum est die festo quocunque opera corporalia necessaria venirent ad saluationem proprię salutis. †Obseruatio. n. festorũ non
7 impedit ea, quæ ordinantur ad hominis salutem, vt patet ex allegatis, & maxime Ioannis. 7. ¶ Secunda circunstãtia est conseruatio salutis corporalis alterius propter qđ barbitõsores, chirurgici, medici, minutores, ad necessitatẽ hominum die festo licite possunt operari. ¶ Tertia circunstantia est vitatio damni imminẽtis, propter quod licitum est iacentibus segetibus in agro, & fenis in prato, & vuis in vinea si immineat tempestas, aut hostes discurrant per territorium illas in die festo remouere. Item hac ratione licitũ est ferratores ferrare die festo, si fiat in casu necessitatis, & non poterit alias commode prouideri, item hac ratione licitum est bestias cadentes, aut infirmantes leuare, & medicare, Breuiter omnia opera corporalia, quæ ad imminens damnum euitandum sunt necessaria, licitẽ possunt fieri in
8 die festo, verum de his infra eadem adhuc circa cap. peruenire, & capitulum ieiunia. ¶ Circa tertium notandũ† quod quinque sunt quibus in diebus festiuis specialiter vacandũ est à digne feriantibus. Primo quidam vacandum est diuinis laudibus, & hymnis & canticis spiritualibus Deo psallentibus, vt infra eadem dist. ieiunia, & secundum illud psalm. 80. Exultate Deo adiutori nostro iubilate Deo Iacob. Secundo vacandum est prædicationibus, regularibus disciplinis, secundum illud Ecclesiast. 38. Sapientiam scribe in tempore vacuitatis. i. vacationis festiuæ, & qui minoratur actu. i. mundano opere percipiet illam. tertio vacandum est meditationi sanctæ, vtputa, quam gloriosus sit Deus in potestate sua, quam potens in rerum creatione, quam pius & largus eis, qui bene colunt Deum. Oculus. n. non vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis ascẽdit, quæ præparauit Deus diligẽtibus se. primæ ad Corinthios secundo, vnde propheta in psal. 33. Gustate, & videte, quoniam suauis est dominus, beatus vir, qui sperat in eo. Quarto vacandum est in festo deuotę orationi, tunc autem maxime, & fiducialius orandus est Deus. Orandi sunt sancti, quando eorum festa celebrantur, & eorum gloria commemoratur. Maxime quando ipse dominus inuitat nos dicens. Matth. 7. & Luc. 11. petite, & accipietis, quærite, & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis &c. Quinto vacandum est in festis eleemosynarum largitionib. debent. n. largiores eleemosynæ fieri in festis, quam in alijs diebus. hoc. n. multum iuuat ad impetrandum Dei, & sanctorum gratiã. Prouerbiorum 18. donum hominis dilatat viam eius, & ante principes spatium ei facit. ¶ Circa quartum est notan-
9 dum, vt inquit S. Tho. in secunda secundæ, vbi supra. †Obseruantia diei dominicæ in noua lege succedit obseruantiæ sabbati in veteri lege. Non quidem ex vi præcepti legis sed ex constitutione ecclesiæ, & consuetudine populi christiani, quæ ex ordinatione siue reuelatione diuina, & apostolorum obseruatione exordium habuit. Conuenienter ergo loco diei sabbati instituta est dies dominica fidelibus celebranda, secundum Augustinum propter tria. primo propter signatorum præeminentiam. Secundo propter ipsorum sanctorum excellentiam. tertio propter ipsorum maiorem cõuenientiam. primo quidem longe melior est & perfectior requies animarum, & corporum futura in octaua ætate, quam significat dies dominica, quæ est octaua dies hebdomadæ, quam sit requies animarum solum futura septima ætate in qua nunc sumus, quam significat dies sabbati q̃ est septima dies. Similiter secundo opera recreationis, & regenerationis, quæ fuerunt die dominica facta excellentiora fuerunt, quam opera cessationis à creando, & quietis Christi in sepulchro, quæ fuerunt facta die sabbati. Eodem modo tertio habere aliquid iam in re longe melius est quam sperare in futura spe, sed sabbatum significabat requiem animarum, vt adhuc futuram. dies vero dominica significat requiẽ animarum in nostro capite Christo inchoatam. dominus vero Bonauentura in tertio ponit hanc obseruantiam diei dominicæ inductam. Tum propter memoriam beneficij redemptionis. Tum in figuram futuræ resurrectionis. Tum pp gaudiũ resurrectionis domini. tũ propter amotionem cuiusdam erroris, quia secundum gentiles dies dominica, primus est cum in principio huius diei incipiat dominari principalis planeta, vt dicunt, scilicet, sol propter quod vocabant eum diem solis, & exhibebant ei venerationem, vt igitur error solis excluderetur, & reuerentia cultus soli Deo exhiberetur, præfixa fuit dies dominica. in qua populus Christianus specialiter vacaret ad cultum Dei, & prætermitteret negotia terrena, quæ animã distrahunt ne Deo intendat.
† Qualiter autem festa præcipue in lege noua succedant septem solẽnitatibus, quæ fuerunt in veteri lege sicut dies dominica sabbato, ita declarat S. Tho. in prima secundæ quæstione. 103. art. 3. ita dicens sabbatum quod significabat primam creationem mutatur in diem dominicam, in qua commemoratur noua creatura inchoata in resurrectione Christi, & similiter alijs solennitatibus veteris legis nouæ solennitates succedunt, quia beneficia illi populo exhibita significant beneficia nobis concessa per Christũ, vnde festo paschæ succedit festum passionis Christi, & resurrectionis, festo pentecostes, in quo fuit data lex vetus, succedit festum pentecostes, in quo data fuit lex spiritus vitæ, festo neomenię succedit festum Beatę virginis in qua primo apparuit illuminatio solis. i. Christi, per copiam gratiæ, festo tubarum succedunt festa apostolorum, festo expiationis succedunt festa martyrum, & confessorum, & festo ta-

Thoma.

a ¶ Circunstãtias q̃ dicuntur circunstantiæ negotij vide ꝑ Pe. de An. in c. cũ sãm nu. 5. de te & declarãtur ꝑ assertionẽ suspecti de crimine in foro cõsciẽtiæ, idẽ in c. ex literis el. 2 nu. 2. de homici.

Tertius art.

Quart' art. S. Thomas.

Bonauen

sto tabernaculorum succedit festum dedicationis ecclesię, festo cętus, atque collectæ succedit festum angelorum, vel etiam festum omnium sanctorum. ¶ Nunc dicendum. Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam, quia hic loquimur de vacatione diuinorū per cessationē ab operibus seruilibus, quod cum non esset possibile semper, & qualibet die cessare à seruilibus operibus, & illud pręceptum daretur toti populo, conueniens fuit, vt certus dies institueretur festiuus ad vacādum Deo hoc modo, & non totum humanæ vitę tempus. ¶ Ad secundam respondetur negando quod præceptum de obseruantia sabbati sit simpliciter cerimoniale. vt.n. inquit S. Tho.

Ad primum argu.

Ad scđm.

S. Thom. 11 in secunda secundæ, vbi supra. † Præceptum de sanctificatione sabbati literaliter intellectum est partim morale, & partim cerimoniale. Morale quidem quantum ad hoc, ꝙ homo deputet aliquod tempus vitæ suæ ad vacandum diuinis. inest.n. homini naturalis inclinatio ad hoc, quod cuilibet rei necessario deputetur tempus aliquod sicut corporali refectioni somno, & alijs huiusmodi, vnde etiam spirituali refectioni, qua mens hominis in Deo reficitur secundum dictamen rationis naturalis aliquod tempus deputat homo, & sic habere aliquod tempus deputatum ad vacandum diuinis cadit sub præcepto morali, sed inquantum in hoc præcepto determinatur speciale tempus in signū creationis mundi, sic est præceptum cerimoniale. Ponitur autē inter præcepta decalogi inquantum est præceptum morale, non inquantum est cerimoniale. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Et cum dr̄, ꝙ in veteri lege aliqui fuerunt transgredientes obseruantiam sabbati, & tamen &c. Respōdetur, quòd illi, de quibus arguitur, non transgrediebantur sabbatum, quoniam (sicut dictum est) talia opera, quæ erant ad cultum Dei sicut circuncisio, & ea, quæ faciebant sacerdotes in templo, & opera, quæ ordinabantur ad salutem corporalem non violabāt sabbatum, sicut dictum est circa tertiam conclusionem. ¶ Ad quartā respondetur, negando quod in noua lege non obseruetur præceptum de obseruatione dicti festi, quoniam (vt dictū est) Obseruantia diei dominicæ succedit obseruationi diei festi sabbati. Et quando arguitur, quòd multa fiunt in die dominica, quæ non fiebant in die sabbati. dicendum, ꝙ hoc non arguit. Cuius ratio est secundum S. Thomam in secunda secundæ, vbi supra, quòd huiusmodi obseruantia die dominica non est figuralis, sicut fuit obseruatio sabbati in veteri lege, & ideo non est ita arcta prohibitio operādi in die dominica, sicut in die sabbati, sed quædā opera concedantur in die dominica, quæ in die sabbati prohibebantur, sicut decoctio ciborum, & alia huiusmodi. de consecratione di.3. peruenit. in fi. Et etiam in quibusdā operibus prohibitis facilius propter necessitatem dispensatur in noua, quam in veteri lege, quia figura pertinet ad protestationem veritatis, quam nec in modico præterire oportet. opera.n. secūdum se considerata immutari possunt pro loco & tempore. vnde Alexander tertius propter necessitatē indulget quibusdam, vt aleca capiant diebus dominicis & alijs festis præterquam in maioribus anni solennitatibus, vt habetur extra de fer. c. licet.

Ad tertium

Ad quartum

12 Ad secundum sic proceditur † Et videtur quod sancti homines iam mortui nō sint festiuis honorificentijs colendi. ¶ Et primo sic non est faciendum aliquid, quod possit esse erroris occasio, sed festiuare homines mortuos videtur ad errorem gentilium pertinere, qui mortuis hominibus honorificentiam impendebant, ergo sancti mortui non sunt talibus festiuis honorandi. ¶ Secundo sic. homines ad hoc ore & exterioribus honorificentijs collaudantur, vt ad meliora prouocentur, sicut enim mali ex suis laudibus superbiunt, ita boni ex suis laudibus ad meliora prouocantur. Vnde prouerbiorum 27. dicitur, quomodo probatur in conflatorio argentum, sic probatur homo ore laudantium, sed sancti in cœlo per verba aut laudes hominum non prouocātur ad meliora, cum eorum bonum non crescat, quia iam in termino sunt, ergo videtur, quod non sint talibus laudibus honorandi. ¶ Tertio si sancti mortui deberent ita coli à fidelibus, videtur quod eis sacrificium offerēdum esset, sed hoc est proprium soli Deo. Vnde Exod. 22. dr̄, qui immolat dijs occidetur præter domino soli, ergo sancti nō sunt tali honorificentia colendi, quod dies mortis eorum celebrentur, laudes eis, & sacrificia offerantur. ¶ In oppositum

Primum ar.

Secundum argu.

Tertium ar.

Opponit & Respondet.

est textus præsentis capituli, & ext. de fer. cap. conquestus. ¶ Respondeo dicendum, quod conuenientissime, actum est, vt sancti siue angeli siue homines festiuis laudibus honorentur, vnde dr̄ Eccl. 20. laudemus viros gloriosos, & pa-
13 tres nostros in generatione sua, vbi notandum † quod multiplici de causa institutum est, vt festiuitates sanctorum in terris agamus, magist. Guilielmus antissiodorē. episcopus in summa sua de officio ponit sex rationes. prima propter honorem diuinæ maiestatis. cum.n. sanctis honorē impendimus Deum in sanctis honoramus, & ipsum in eis mirabilem prædicamus, quia, qui sanctis honorem tribuit, illum specialiter honorat, qui eos sanctificauit. ¶ Secunda est, propter auxilium nostræ infirmitatis, quia.n. per nos salutem habere non possumus, ideo sanctorum intercessionibus indigemus à quibus, vt adiuuari mereamur merito ipsos honorare debemus. legitur.n. tertij Reg. 1. quod Betsabee † quæ interpretatur puteus satietatis. i. ecclesia trium-
14 phans filio suo. i. ecclesiæ militanti regnum suis præcibus obtinuit. ¶ Tertia est propter augmentum nostræ securitatis, & ad spei nostræ subleuationem, vt per sanctorū gloriam, quæ nobis in eorum festiuitate proponitur nostra spes, & securitas augeatur. Si.n. homines mortales nobis similes potuerunt, ita per sua merita sublimari, constat quia nos similiter poterimus, cum manus domini breuiata non sit. ¶ Quarta est propter exemplum nostræ imitationis. Cū.n. eorum festiuitates recensentur, ad eorum imitationem prouocamur, vt. s. eorum exemplo terrena cōtemnamus, & cœlestia desideremus. ¶ Quinta est propter debitū mutuæ vicissitudinis. Sancti.n. de nobis in cœlo festum faciūt, quia gaudium est angelis Dei, & animabus sanctis super vno peccatore pœnitentiam agente, vt igitur eis vicissitudinem rependamus iustum est, vt quia ipsi de nobis festū agunt in cœlis, & nos de ipsis festū agamus in terris. ¶ Sexta est pp procurationē nostri honoris. cū.n. sanctos, honoramus tūc nostram rem agimus, & nostrum honorem procuramus, quia eorum festiuitas est nostra dignitas. Nam cū honoramus fratres nostros, honoramus nosipsos, vñ apostolus, omnia nostra sunt, nos autem Christi. Charitas.n. omnia facit cōmunia. ¶ Præter has autem rationes ponit alias rationes Ioannes Damascenus libr. 4. cap. 7. Quare. s. sancti, & eorum corpora siue eorum reliquiæ debeant honorari: quarum quædam sumuntur quantum ad eorum dignitatem, quædam quantum ad eorum prætiositatem corporum, dignitas autem eorum, vt ibidē dicit quadruplex est, quoniam ipsi sunt amici Dei, vt filij Dei hæredes Dei, & duces nostri. Quantum vero ad corporum eorum prætiositatem ponit etiam idem quatuor, & Augu. addit quintum per quæ manifestatur prætiositas corporum. s. sanctorum, siue reliquiarum. Ipsa.n. sanctorum corpora fuerunt promptuarium Dei templum Christi, alabastrum spūalis vnguēti, fontes diuini, & organum spiritussancti. Propter quæ sancti merito veniunt colendi. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum est, quod ratio procederet si sanctos angelos, aut hoīes honoraremus adoratione latrię, sed hoc nō facimus, sed adoramus eos adoratione duliæ, quæ viris optimis conuenit. ¶ Ad secundam dicendum, quod assumptum non est verum vniuersaliter, quoniam nec Deū nec sanctos laudamus, vt ipsi prouocentur ad meliora, sed, vt noster affectus magis in Deum, & sanctos excitetur per deuotionem, & alijs etiam sit in exemplum excitatiuum eorum in Deum, secundum illud psalm. 33. Semper laus eius in ore meo, & sequitur. Audiant mansueti, & lętentur. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam, quia licet festiuitates sanctorum celebrandę sint, nulli tamē eorum, vel etiam angelis, sed soli Deo sacrificare debemus, vnde Augu. 8. de ciuitate Dei. Non constituimus martyribus templa nec sacerdotia, quoniam non ipsi, sed Deus eorum nobis est Deus, vnde sacerdos non dicit, offero tibi sacrificium Petre vel Paule, sed Deo de illorū victorijs gratia agimus, & nos ad imitationem eorum adhortamur, vnde Alexander de Hal. in tractatu canonis in quarto dicit. Non.n. proprie loquendo sanctis ad honorem dedicantur templa consecrantur altaria sacerdotia statuuntur sacrificia offeruntur, sed Deo potius ad honorem sanctorum, ne forte si secus ageretur non theosebia, sed idolatria cōmitteretur, hinc dicit dominus Matt. 4. dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies, id est seruitutem cultus impendes. hæc Alexander.

Ad primum arg.

Ad scđm.

Ad tertium

Augu.

Ale. de Ha.

15 Ad tertium sic proceditur.† Et videtur quod de sanctis veteris testamenti ecclesia debeat celebrare. ¶ Et primo sic. Rationes propter quas de sanctis noui testamenti festiuitas celebratur videntur currere ita de sanctis veteris testamenti sicut de sanctis noui testamenti. Sunt.n. filij amici, & hæredes, ergo pari ratione de eis est celebrandum. ¶ Secundo sic. Si dicatur, quod de illis non celebratur, vt in capitulo præsenti habetur, cum ipsi mortui fuerunt ante passionē Christi ad inferos descēderunt, ergo videtur, quòd propter illam rationem debeat omitti festum innocentium, sicut aliorum sanctorum veteris testamenti. ¶ Tertio idem arguitur de Be. Ioanne Baptista, & de Machabæis, de quibus habetur secundo libro Macha. qui non obstante, quod in limbum descenderunt, nihilominus tamen tam decollatio Bea. Ioannis Baptistę, quam Machabæorum martyrium celebratur. ¶ In oppositum est textus præsentis capituli, in quo de alijs sanctis veteris testamenti nulla fit mentio. ¶ Respondeo dicendū, vt dicunt magistri, licet ecclesia oriētalis festa faciat de sanctis vtriusq; testi, occidētalis tñ ecclesia nō celebrat festa de sanctis veteris testamēti, eo ꝙ in morte eorū ad inferos descenderunt. Et hoc videtur certe rationabile, licet.n. præfacti sancti de morte absq; dubio finaliter transituri essent ad æternam gloriam aperta ianua regni cœlorū per Christum vnde ad Hebreos 11. dicitur de eis. sancti per fidem vicerunt regna operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones in Christo Iesu domino nostro, nihilominus, quia pro tempore mortis eorum nō erat introitus, adhuc regni celorum, descendebant omnes in limbum, vbi subditi erāt pœnæ, non gloriæ, & ideo de mortibus eorum ecclesia occidentalis festiua gaudia non celebrat. Excipiuntur tamē ab hac communi regula innocentes Ioanis Baptista, & Machabæi propter causas inferius assignandas. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando assumptū quoniam ratio principalis, propter quam in mortib. vel in transitu sanctorum festa celebramus, deficit in proposito'. in mortibus.n. sanctorum gaudia celebramus propter gloriam animæ, quam eos tunc consecutos credimus, vnde eorum transitum cum gaudio recolimus, quia de morte ad vitam, de tenebris ad lucem, de exilio ad regnum, de miseria ad gloriam, de præsenti seculo nequam transiuerunt in cœlum, hoc autem non fuit in mortibus patrū sanctorum veteris testamenti, qui non in cœlum ascenderūt, sed in limbum, siue ad inferos descenderunt, vbi non gloriæ, sed pœnæ subditi sunt, quia mortui erant ante Christi mortem, per quam ianua regni cœlestis aperta est secūdum illud apostoli ad Hebreos 11. Christus assistens pontifex futurorum bonorum per proprium sanguinē introiuit semel in sancta æterna redemptione inuenta. ¶ Ad secundam respondetur, quod speciale est innocentibus, quia licet in limbum descenderunt, ex eo tamen quia in ipsis singulis occisus est Christus martyrium eorum specialiter festiuat ecclesia. ¶ Ad tertiam respondetur eodem modo, dicit.n. Guilielmus in rationali, quòd decollationis festum a sancti Ioannis Baptistæ celebrat ecclesia, quia pro veritate mortuus est, licet non sit solennitas sicut de natiuitate eius, eo quod descendit ad inferos.† Ad illud quod dicitur de Machabæis, respondetur, quod festum eorum recolit ecclesia propter quatuor. ¶ Primo propter prerogatiuam martyrij, quia.n. inaudita supplicia super sanctos veteris testamēti pertulerunt, ideo in hoc priuilegiati sunt vt eorum passio merito celebretur, hęc ratio ponitur in historia scholastica. Secundo propter representationem mysterij. septenarius.n. numerus est numerus vniuersitatis, significantur autem in istis omnes patres veteris testamenti celebratione digni. nam, licet de ipsis non solennizet ecclesia, tum quia ad limbum descenderunt. tum, quia multitudo nouorum intrauit in his septem impendit omnibus reuerentiam, quia per septem, vt dictum est vniuersitates designantur. ¶ Tertio propter exemplum patiendi, proponuntur.n. in exemplum cæteris fidelibus, vt horum constanaia ad zelum fidei animentur, & ad patiendum pro lege euangelij, sicut illi pro lege Moysi accingantur. ¶ Quarto propter causam supplicij. nam pro defensione legis suæ talia supplicia possi sunt sicut Christiani pro defensiones legis euangelij, si necesse fuerit pati debent esse parati, has tres vltimas rationes assignat magister Ioannes beleth. in summa de officijs.

Primum arg. | Secundum argu. | Tertium arg. | Opponit in cōtrarium. | Respondet. | Ad primum argu. | Ad secūm. | Ad tertium

a ¶ Festum. a adde ꝙ festorū principium & finis debet fieri s̄m ipsorum magnitudinē & consuetudinē regionum Pe. de An. in cap. quoniā nu. s. de fer.

17 Ad quartum sic proceditur.† Et videtur, quòd licet celebrare festum decōceptione B. Mariæ virginis. ¶ Et primo sic. Si.n. hoc non liceret, hoc non esset nisi quod esset concepta in originali peccato, sed nō fuit concepta in originali peccato, vt videtur quia beata virgo facta est, vt esset speciali modo habitaculum Dei: ergo debuit ad hoc specialiter præparari, non autem præparata est specialiter secundum corpus, quia concepta est ex feminum commistione, nec etiam quantum ad animam, quia etiam alij leguntur sanctificati in vtero, ergo relinquitur, quod fuerit specialiter præparata quātum ad immunitatem ab originali peccato, & ita licet eius conceptionem celebrare. ¶ Secūdo ad hoc videntur esse miracula, quæ dicunt aliqui Be. Anselmum Canthuarien. episcopum reddere in epistola, quam eum asserunt scripsisse ad coepiscopus Angliæ de celebranda conceptione B. Mariæ virginis, quorum primum est de Elsino abbate rhemesi. cœnobij. qui cum in medij Oceani fluctibus angelo ab eo poscenti vouisset annuatim celebrare, celebrandamque prædicare conceptionem immaculatæ virginis sedata tēpestate saluus cum vniuersa comitiua reuersus est in patriam. ¶ Secundum referre dicitur de quodam clerico ordine leuita regis vngariæ germano, quem de nuptijs virgo immaculata reuocans admonit celebrare celebrandamq; prædicare suam conceptionem. ¶ Tertium referre dicitur de quodam clerico presbytero, qui in pago Gallico canonicus erat, quem punitione perpetrati adulterij vltione diuina submersum, immaculata virgo de profundis sequanę gurgitibus post triduum reddidit viuum. reducit, sibique pro recompensatione suscepti beneficij suam annuatim celebrare celebrendamque prædicare conceptionē iniunxit. ¶ Tertio arguitur ad idem authoritate, vt dicitur eiusdem B. Anselmi, qui in eadem epistola dicit. Non eo verus amator virginis, qui respuit colere diem cōceptionis eius. Quarto potest argui, quia ex institutione, concilij Basiliensis, quoe videtur hoc festum celebrandum instituisse. ¶ In oppositum est gloss. capituli præsentis, vbi dicitur de festo conceptionis, hic nihil dicitur, quia celebrandum non est, sicut in multis regionibus fit, & maxine in Anglia, & hæc est ratio, quia in peccatis concepta fuit, sicut & cæteri sancti, excepta vnica persona Christi. ¶ Responsio primo. Circa hanc materiam sunt duæ conclusiones antiquorum doctorum. prima † quòd conceptio beatæ virginis de se aut ratione sui non sit celebranda, quæ conclusio triplici via ostenditur. Primo authoritate. secundo ratione. tertio testimonio multorum doctorum. primo quidem authoritate sacræ scripturæ videtur per illud probari. Iob 3. vbi de communi omnium hominum conceptione, quæ viri & mulieris commistione peracta est cuiusmodi fuit conceptio passiua B. virginis loquens sub noctis nomine ita ait, sit nox illa solitaria, nec laude digna. Item eadem conclusio probatur authoritate B. Bernar. qui licet præcipuus fuerit B. uirginis amator, & honoris eius zelator, nihilominus dure repræhendit canonicos Lugdunen. qui conceptionem eiusdem Beatissimę virginis celebrabant, quam epistolam pro pleniori habenda mente huiusmodi facti circa hanc materiam pro maiori parte, hic totam inducemus, & est q̄ sequitur. ¶ Inter ecclesias Galliæ constat pro fecto Lugdunen. hactenus præeminuisse, sicut dignitate sedis, sic honestis studijs, & laudabilibus institutis, vbi etenim æque viguit disciplinæ censura morum grauitas, maturitas cōciliorum, authoritatis pondus, ęquitatis insigne, præsertim in ecclesiasticis officijs, haud facile vnquam repentinis visa est nouitatibus acquiescere, nec se aliquando iuuenili passa est decolorari leuitate ecclesia plena iudicij, vnde miramur satis quid visum fuit hoc tempore quibusdam vestrum voluisse mutare colorem optimum, nouam inducendo celebritatem, quam ritus ecclesiæ nescit, non probat ratio, non commendat antiqua traditio, nunquid patribus doctiores, aut deuotiores sumus periculosè præsumimus quidquid ipsorum in talibus præsentia præteriuit, nec vero id tale est quod nisi prætereundum fuerit patrum quiuerit omnino diligentiam præterisse, at valde honoranda est inquis mater domini, bene admones, sed honor reginæ iudicium diligit, virgo regia falso non eget honore, veris cumulata honorum titulis infulis dignitatum honora, sanæ integritatem carnis, vitæ sanctitatem mirare, fœcunditatem in virgine prolem venerare diuinam.

Primum. | Scdm arg. | Tertium ar | Quartū ar. | Opponit in cōtrarium. | Respondet. Prima cō.

Extolle nescientem, vel in concipiendo concupiscentiam, vel in parturiendo dolorem, prædica venerandam angelis, desideratam gentibus, patriarchis prophetisque præcognitam, electam ex omnibus, prælatam omnibus, magnificam gratiæ inuentricem, mediatricem salutis, restauratricem seculorum, exalta denique exaltatam super choros angelorum ad cœlestia regna. hęc mihi de illa cantat ecclesia, & me eadem docuit decantare. Ego vero quod ab illa accepi securus teneo, & trado, quod non scrupulosius fateor admiserim. Accepi sane ab ecclesia illum diem cum summa veneratione colẽdum, quo assumpta de seculo nequam cœlis quoque intulit celeberrimorum festa gaudiorum, sed & ortum virginis didici, nihilo minus in ecclesia, & ab ecclesia indubitanter habere festiuum atque spiritum sanctum firmissime cum ecclesia sentiens in vtero eam accepisse, vt sancta prodiret, & de Hieremia siquidem lego, quod priusquam de vulua exiret sanctificatus sit, & de Ioanne Baptista non secus sentio, qui ex vtero dominum in vtero sensit, & infra quod itaque vel paucis mortalium constat fuisse collatum, fas certe nõ est suspicari tantę virgini esse negatum per quam omnis mortalitas emersit ad vitam, fuit procul dubio mater domini sancta, antequam nata, nec fallitur omnino sancta ecclesia sanctum reputans ipsum natiuitatis diem, & omni anno cum exultatione vniuersæ terræ votiua celebritate suscipiens diem. Ego puto, quod copiosior sanctificationis benedictio in eam descenderit, quę ipsius non solum sanctificaret ortum, sed et vitam deinceps peccato custodiret immunem, quod nulli alteri quidem in natis mulierum creditur esse donatum, decuit nimirum reginam virginũ singulari priuilegio sanctitatis absque omni peccato duce re vitam, quæ dum peccati mortisque pareret peremptorem munus vitæ, & iustitiæ præ omnibus obtineret. Sanctus ergo ortus quoniam immensa, prodiens sanctitas sanctum fecit illum, quid adhuc addendum his putamus honoribus, vt honoretur (inquiunt) & conceptus, qui honorandum præiuit partum, quoniam si ille non præcessisset, nec iste esset, qui honoraretur. Quid si alius propter eandẽ causam etiam vterque parenti eius festos honores asserat deferendos. Sed de auis, & proauis idipsum posset pro simili causa quilibet flagitare, & sic tenderet in infinitum, & festorum non esset numerus patriæ est nõn exilij frequentia hæc gaudiorum, & numerositas festiuitatum ciues decet non exules. Sed profertur scriptum supernæ, vt aiunt reuelationis quasi quiuis non queat & scriptum æque producere, quæ virgo videatur idipsum mandare, & de parentibus suis iuxta domini mandatum dicentis. honora patrẽ tuum, & matrem tuam. Ipse mihi facile persuadeo scriptis talibus non moueri quibus nec ratio videtur suppeditare, nec certa inuenitur fauere authoritas, nam quid consequentiæ habet, vt quoniam sanctum præcessit natalem cõceptus, propterea reputetur, & ipse sanctus. Nunquid quoniam præcessit eum fecit eum sanctum, vt si præcessit vt esset non tamen, vt sanctus esset, vnde etenim illa ipsi sanctitas, quam securato transmitteret. An non potius quia pręcessit absque sanctitate conceptus, oportuit nimirum sanctificari conceptam, vt sanctus sequeretur iam partus. An forte mutuatus sit sanctitatem à posteriore prior, potuit sane illa, quæ in iam conceptam facta est sanctificatio ad ipsum, qui sequebatur transire natalem, redire vero retrorsum ad conceptum, qui præcesserat iam omnino non potuit, vnde ergo conceptionis sanctitas, an dicatur sanctificatione præuenta quatenus iam sancta conciperetur, ac per hoc sanctus factus fuerit, & conceptus, quemadmodũ sanctificata in vtero iam dicitur, vt sanctus sequeretur & ortus, sed non valuit ante sancta esse, quam esse, siquidem non erat antequam conciperetur, an forte inter amplexus maritales sanctitas seipsi cõceptioni immiscuit, vel simul & sancta fuerit, & concepta nec hoc quidem admittit ratio, quomodo namque, aut sanctitas absque spiritu sanctificante, aut sancto spiritui societas cum peccato fuerit, aut certe peccatum quomodo non fuit vbi libido non defuit, nisi forte qui dicat de sancto spiritu eam & non de viro cõceptã fuisse, sed hoc hactenus inauditum lego, denique spiritum sanctum in eam non cum ea venisse dicente Angelo, spiritus sanctus superueniet in te, & sic licet quod ecclesia sentit, & verum ipsa sentit dico gloriosam virginem de spiritu sancto concepisse, non autem conceptam fuisse dico peperisse virginem non tamen partam à virgine. Alioqui vbi est prærogatiua matris domini quomodo singulariter creditur exultare, & munere prolis, & integritati carnis si tantundem dederis, & matri ipsius, non est hoc virginem honorare, sed honori detrahere sic, ergo ante conceptum sui sanctificari minime potuit, quoniam non erat, sed nec in ipso conceptu propter peccatum, quod inerat restat, vt post conceptum in vtero iam existens sanctificationem accepisse credatur, quæ excluso peccato sanctam fecerit natiuitatem, non tamen etiam conceptionem. Quamobrem & si quibus vel paucis filiorum hominum datum est cum sanctitate nasci, non tamen & concipi, vt vni sane seruaretur sancti prærogatiua conceptus, qui omnes sanctificaret solusque absque peccato veniens purgationem faceret peccatorum. Solus itaque dominus Iesus de spiritu sancto conceptus, quia solus, & ante conceptum sanctus, quo excepto de cætero vniuersos respicit ex Adam natos, quod vnus similiter de semetipso ac veraciter confitetur. psalmo 50. In iniquitatibus inquiens conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Cum hæc, ita se habeant, quæ nam iam erit festiuæ ratio conceptionis, quo pacto inquam & sanctus asseritur conceptus, qui de spiritu sancto non est, ne dicam de peccato est. Aut festus habebitur, qui minime sanctus est. Libenter gloriosa virgo hoc honore carebit, quo vel peccatum honorari, vel falsum induci videtur sanctitas, alioqui ei nulla ratione placebit contra ecclesiæ ritum præsumpta nouitas mater temeritatis, soror superstitionis, filia leuitatis, nam si sic videbatur consulenda erat prius apostolicæ sedis authoritas, & non ita præcipitanter, atque inconsultè paucorum sequenda simplicitas imperitorum. Et ante quidem apud aliquos errorem compereram, sed dissimulabam parcens deuotioni, quæ de simplici corde, & amore virginis veniebat, verum apud sapientes atque in famosa nobilique ecclesia, & cuius simpliciter filius sine superstitione deprehensa nescio an sine graui offensa etiam vestri omnium dissimulare potuerim, quæ autem dixi absque præiudicio sane dicta sanius sapientis. Ratione præsertim ecclesiæ authoritati atque examini totum hoc sicut, & cætera, quæ huius sunt vniuersa reseruo ipsius, si quid aliter sapio paratus emendare iudicio, ecce testimonium clarissimum, & tantæ authoritatis, quod plane in hoc ipsum solum sufficere deberet pro determinatione quæstionis, attento eo potissime, quod nedum maxima sapientia, & sanctitate floruit, sed etiam peculiari, & priuilegiata deuotione ferbuit ad beatissimam virginem, & eius singularissimus seruitor fuit, & capellanus sicut patet tam ex eius historia, quam ex libris eius, quæ eiusdem virginis laudibus cæteris amplius redolere videntur. ¶ Secundo ratione sic probatur præfata conclusio. Statuta vniuersalis ecclesiæ de sanctorum celebritate omnia fundata sunt super sanctitate, vt nullo modo nullo die pro aliquo sancto solennizet, & in quo vel pro persona sancta non fuerit, cui honor ille defertur vt colligitur extra de re. & ven. sancto. audiuimus, sed conceptio Beatæ Mariæ virginis non fuit sancta, cum fuerit in originali peccato concepta, vt infra distinctione quarta capitulo firmissime. Et in epistola supradicta expresse ponitur, & glossa in capitulo præsenti, ergo sequitur, quod conceptio Beatæ virginis de se aut ratione sui non sit celebranda, hæc consequentia est Beati Bernardi in epistola supradicta, vbi ait. Quomodo festus habebitur conceptus qui minime sanctus est. ¶ Tertio probatur conclusio multorum, probatissimorum testimonio doctorum. Sunt omnes quasi antiqui doctores theologi, & iurisperiti, doctores excellentissimi, quorum aliquos commemorabimus, infra distinctione quarta circa circa capitulum firmissimè, qui omnes asserentes Beatam virginem conceptam fuisse in originali peccato, consequenter habent inferre conceptionem eius de se vel ratione sui non esse celebrandam. Sufficit autem hic inducere doctores, qui specialiter loquuntur de festo conceptionis. in primis est glossator Theutonicus in glossa præsentis capituli, ad idem est Bartholomeus Brixiensis, qui eadem verba ponit cum, Ioanne glossa. Ad idem

Secda prob.

Tertia pb.

Io. theuto.
Bar. Brixi.

Hugu. Raymund. Huguitio in capitulo firmissime, ad idem est Raymundus in titulo de fer. sic dicens, de conceptione virginis non fit mentio, quia illud non debet celebrari, eo quod concepta fuerit in peccatis, sicut & ceteri sancti excepta vnica persona Christi, qui non ex virili semine sed mistico spiramine conceptus est, hæc ille, ad idem est Guido Archidiaconus super verbo natiuitate, in capitulo firmissime, dicēs sic, vt hoc melius intelligas scias, quod duæ sunt natiuitates, scilicet in vtero, alia ab vtero. Beata autem virgo Ioannes Baptista, & Hieremias cum originali peccato nati fuerunt in vtero, & hoc vult dicere litera capituli. in principio in omnem hominem, vnde conceptio Beatæ virginis non debet celebrari, sed natiuitas ex vtero celebratur, & sancti Ioannis baptistæ, quia fuerunt sanctificati in vtero, & eis fuit dimissum originale peccatum, hęc ille. item ad idem est Ioannes Andrea. in cap. conquestus, extra de fe. super verbo virginis gloriosæ. ita. d. festum autem passiuæ conceptionis ipsius virginis, hic non includitur, licet in multis locis celebretur ex deuotione non improbanda, de hoc in speculo eodem titulo, tamen dicas conceptionem illam (quæ fuit ex humano semine) non venerandam, & hoc tenendum, quia fuit in originali concepta, vt nota, de consecratione distinctio. tertia. capitulo primo, post conceptionem vero immediate sanctificata est, & adhuc colit ecclesia natiuitatis festum, hæc ille. Item ad hoc est dominus Petrus de braco doctor solēnissimus decretorum, qui in repertorio suo diffuso in litera cōceptio dicit sic, quod festum conceptionis Beatę Marię non debeat celebrari, notatur de consecratione distinctio. tertia capitulo primo tertia quæstio. quarta per baptismum, quod concepta fuerit in peccato originali notat Guido, de consecratione distinctio. quarta. firmissime, hęc ille. Item ad idem est dominus Guilielmus Durandi, qui in suo rationali de diuinis officijs loquens de festis Beatę Marię virginis in titulo de purifica. eiusdem ita ait. Quidam etiam faciunt quintum festum, scilicet de conceptione Beatę Marię, dicētes quod, sicut celebratur de morte sanctorum non propter mortem, sed quia tunc recepti sunt in nuptijs ęternis. Similiter celebrari potest festum conceptionis, non quia sic concepta, quia in peccato est concepta, sed quia mater domini est concepta. Asserentes hoc fuisse reuelatum cuidā Abbati in naufragio constituto, quod tamen non est authenticum, vnde non est approbandum, cum concepta fuerit in peccato verumtamen licet concepta fuerit in peccato dimissum est ei illud originale peccatum, & sanctificata fuit in vtero, sicut & Hieremias, & Beatus Ioannes Baptista, quare merito eius natiuitas, & Beati Ioannis celebrantur, hęc ille item ad idem est magister Ioannes vale ti in summa sua de diuinis officijs q sub rubrica de assumptione Beatæ Marię dicit festum conceptionis, quidam aliquando celebrant, & forte celebrant, sed non est authentica illa festiuitas, imo videtur prohibenda. in peccato. n. fuit concepta, hęc ille. Sunt multi alij, qui pariter loquuntur sequentes gloss. positam in præsenti capitulo, ad idem est inter theologos Beatus Thomas tam in quolibetis, quā in tertia parte. Et dominus Bonauentura in tertio, quorum dicta inferius recitabuntur. ¶ Secunda conclusio antiquorum doctorum est † quod conceptio Beatæ mariæ virginis celebrari potest respectu, siue ratione sanctificationis sequentis de proximo ipsam conceptionem naturæ, ita quod festiuitas referatur ad sanctificationem, & non ad conceptionem, quorum ratio est, quia tempus sanctificationis incertum est, vnde sicut olim institutio Melchiadis Papę festum quatuor coronatorum fiebat sub nominibus aliorum martyrum propter incertitudinem nominum eorum, sic in die conceptionis potius celebratur festum, quam in die sanctificationis, quāquam festum, quod celebratur potius sit sanctificationis, quam conceptionis, vnde Sanctus Thomas in tertia parte dicit, quod ecclesia Romana non celebrat, conceptionem Beatę virginis, & licet tolleret consuetudinem aliquarum ecclesiarum illud festum celebrantium, non tamen per celebrationem huius festi datur intelligi, quod in sua conceptione fuerit sancta, sed quia quo tempore sanctificata fuerit ignoratur, celebratur festum sanctificationis potius quā conceptionis in die conceptionis. Vbi considerandum, vt idem sanctus Thomas ait in quolibeto octauo argum. septimo. quærens, vtrum liceat celebrare festum conceptionis dominæ nostræ, quod propter hunc diuersum respectum habitum circa conceptionem Beatæ virginis diuersa consuetudo ecclesiarum circa celebrationem conceptionis inoleuit. nam Romana ecclesia, & plurimæ aliæ ecclesiæ considerantes conceptionem virginis in origina li peccato fuisse, festum conceptionis non celebrant. Alii qui vero considerantes sanctificationem eius in vtero, cuius tempus ignoratur celebrant conceptionem. Creditur enim, quod cito post conceptionem, & animę infusionem fuerit sanctificata, vnde illa celebritas non est referenda ad conceptionem ratione conceptionis, sed potius ratione sanctificationis, sic ergo non est, ideo celebranda conceptio prædicta, quia fuerit sine originali concepta, hæc Sanctus Thomas, cuius sententiam dominus Bonauentura sequens, ita ait in tertio distinctio. tertia. Notandum † quod spiritussanctus aliquando operatur, vt spiritus, aliquando vt sanctus, tunc quidem operatur vt spiritus, quando opus facit supra naturam, tunc, vt sanctus operatur, cum non solum facit opus supra naturam, sed etiam sanctificat id supra quod operatur, dico quod in conceptione solius filij Dei, qui est sanctus sanctorum non solum operatus est, vt spiritus, sed vt spiritussanctus, in conceptione qua Beatus Ioannes est conceptus, siue Beata virgo operatus est, vt spiritus, ideo sola Beata virgo dicitur concepisse de spiritu sancto. Præterea nullius conceptionis solennitatem celebrat ecclesia nisi solius filij Dei in annuntiatione virginis Mariæ. Sunt tamen aliqui, qui ex speciali deuotione celebrant conceptionem Beatę Mariæ virginis, quos nec omnino laudare, nec simpliciter audeo vituperare, pro eo, quod sancti patres, qui alias solennitates virginis spiritu sancto donante statuerunt, qui etiam magis amatores, & veneratores Virginis Mariæ fuerunt, conceptionem virginis solennizare non docuerunt. Beatus etiam Bernardus pręcipuus virginis amator, & honoris eius zelator, illos reprehendit, qui conceptionem virginis celebrant. Statuta etiam vniuersalis ecclesiæ de sanctorum celebritatibus omnia fundata, sunt super sanctitatem. vt nullo die, pro aliquo sancto solennizet in quo, vel pro quo persona sancta non fuerit, cui honor ille defertur. Si ergo sanctitas non erat in virgine ante infusionem animæ, non videtur vsquequaque securum conceptionis illius solennitatem celebrare, non etiam audeo omnino repræhendere, quia, vt quidam dicunt, hæc solennitas celebrari non incepit humana inuentione, sed diuina reuelatione, quod, si verum est, sine dubio bonum est solennizare in eius conceptione, sed quia hoc authenticum non est, non compellimur credere, quia etiam contra fidem rectam non est, non compellimur negare. Potest etiam esse, quod illa solennitas potius referretur ad diem sanctificationis, quam conceptionis, quoniā dies conceptionis fuit certa, dies vero sanctificationis incerta, & ideo nō irrationabiliter solennitas diei sanctificationis statui potuit in die cōceptionis, nō immerito, quamuis conceptionis diem, non oporteat celebrari, pro eo, quod non fuit sanctitas in conceptu, possunt tamen irrepræhensibiliter animæ sanctę gaudere, pro eo, scilicet quod tunc inchoatum est, quis audiens virginem de qua salus totius mundi processit conceptam gratias Deo exsoluere negligat, & omittat exultare in Deo solutari suo, nisi qui ergo gloriosam Dei Genitricem virginem minus deuotè afficitur, & magis considerat præsentia, quam futura, magis considerat boni defectum, quam fundamentum. Etenim si filius regis claudus nascatur, qui sit à claudicatione processu temporis liberandus non est de claudicatione dolendum, sed potius de natiuitate gaudendum. Per hunc modum, si quis in die conceptionis eiusdem solennizet, attendens magis sanctificationem futuram, quam conceptionem pręsentem non videtur dignus redargui, & ideo dixi, quod tales nec laudare audeo, nec vituperare: Credo tamen, & confido de gloriosa virgine, quod si quis hanc solennitatem celebrat non ex amore vanitatis, sed potius ex deuotione virginis, non credēs etiam contra illud, quod elici potest ex sacra scriptura, quod Beata virgo eius deuotionem acceptet. Et si aliquid est repræhensibile, spero, quod apud iustum iudicem dignabitur excusare, nec huic obuiant dicta Bernardi.

Marginalia: Archid. (beside "Guido Archidiaconus"); Pe. de braco (beside "dominus Petrus de braco"); Duranidus. (beside "Guilielmus Durandi"); S. Thomas. Bonauent. (beside "Beatus Thomas ... Bonauentura"); 19 (beside "antiquorum doctorum est †"); S. Thom. (beside "vt idem sanctus Thomas"); Bonauent. (beside "dominus Bonauentura"); 20 (beside "Notandum †").

potius enim intendit excludere errorem, ne quis credat virginem sanctificatam in conceptione, quam erga virginem nostram deuotionem minuere, cui nullus potest esse nimis deuotus, ita tamen, quod nihil credat de ea, quod sit contra veritatem sacræ scripturæ, & fidei Christianæ. Quæ omnem deuotionem nostram tam erga Deum, quã erga matrem eius præcedere debet. Hæc ille. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur negando secundum dicta prædictorum doctorum, quod conceptio Beatæ virginis fuerit sine peccato originali, & cum arguitur quod Beata virgo Maria fuerit speciali modo præparata habitaculum Dei. respondet Sanctus Thomas in quolibeto supradicto ad hoc argumentum, quod per hoc, quod concepta fuit in originali peccato non tollitur, quin fuerit specialis cæteris præparata, eo quod in ipsa sanctificatione copiosius cæteris munus accepit gratiæ non solum, vt purgaretur à peccato originali, sed vt tota eius vita redderetur immunis ab omni peccato tam mortali, quam veniali, vt dicit Anselmus. ¶ Ad secundam respondetur, vt dicit Beatus Bernardus, & dominus Bonauentura, & hoc idem dicit Gulielmus in rationali. Non est authentica illa reuelatio, vnde non facit fidem. Præterea falsum esse videtur, quod Beatus Anselmus fecerit illam epistolam, quod ex multis colligitur. Tum primo ex tempore, quo prædicta reuelatio dicitur esse facta, cum quo non videtur posse concordare tenor præfatæ epistolæ. Pro quo notandum, quod, vt habetur ex præfata epistola, reuelatio prædicta facta fuit tempore Guilielmi ducis Normandiæ, qui regnum Angliæ fertur conquisisse. Cuius tempore fuit etiam Beatus Anselmus, vt patet ex Vincentio historiali libro vigesimo sexto, capitulo trigesimo sexto, vbi colligitur, quod beatus Anselmus fuit anno domini. M XXVII. vt ibidem Vincentius dicit, dictus vero dux Gulielmus mortuus fuit anno domini M XCII. vt idem Vincentius dicit libro supradicto, & capitulo, quo notato manifeste patet ex principio epistolæ prædictæ, quod Beatus Anselmus non fuit author eius. dicitur enim in principio epistolę sic. Anselmus & cætera conceptio veneranda genitricis Dei Mariæ dilectissimi fratres quemadmodum per experimenta multa signorum in Anglia, & in Francia, cæterisque climatibus celebranda sit, olim declarata me narrante audiat dilectio vestra. Tempore autem illo, quo diuinæ placuit voluntati Anglorum gentem de malis suis erroribus corrigere, suæque seruitutis officijs arctius stringere, gloriosissimo Normanorum duci Guilielmo eandem patriam debellando subegit, & infra. Qui comperto, quod Daci super hoc indignati essent. Helsinum quẽdam abbatem religiosum in Daciam direxit, & cætera. Non dubium, quod ex modo loquendi illius epistolæ actoris clarissimũ accipitur argumentum, quod res hæc multo tempore præcesserat ipsum scribentem, quare manifestum est, quod Beatus Anselmus, qui tempore præfati ducis fuit, non fuit author illius epistolæ. Non enim dixisset olim, sed siue illo tempore contigisse, sed dixisset his nostris diebus aut temporibus. ¶ Secundo hoc idem colligitur ex stylo, & forma loquendi authoris illius epistolæ. Stylus enim eius non est conformis, sed multum difformis stylo, quo vsus est Beatus Anselmus in suis libris. ¶ Tertio ex contrarietate ad Beatum Bernardum. Beatus enim Bernardus, qui multis annis posterior fuit Beato Anselmo in epistola sæpius commemorata canonicos Lugdunen. repræhendit, quia nouam inducebant festiuitatem, quam ritus ecclesiæ nescit, quam non probat ratio, non commendat antiqua traditio, author vero illius epistola innuit contrarium tam in principio illius, quam in principio tractatus, qui de conceptione virginis sibi ascribitur, vbi sic ait. in principio, principium quo salus mundi processit mihi considerare volenti occurrit hodierna festiuitas, quæ de conceptione Beatissimæ Matris Dei Mariæ multis in locis recolitur à quibusdam priscis temporibus frequentiori vsu celebratæ & cætera. Ecce manifesta contradictio. Bernardus ait, quod erat noua festiuitas, quam non habebat ritus ecclesiæ. Hic autem dicit multis in locis recolebatur, & quod priscis temporibus frequentiori vsu celebrabatur. Magis enim est credendum, quod aliquis paruæ authoritatis vir confinxit illam epistolam, quam quòd isti duo sancti viri in hac re tam grandi sibi inuicem contradicerẽt. ¶ Quarto hoc colligitur ex personis siue conditione hominum, quibus facta est reuelatio, & quibus iniungebatur hoc festum celebrare, & celebrandum vbique prædicare, vnus enim eorum scilicet secundus fuit apostata, quia cum ordine esset leuita consilio parentum suorum contraxisse fertur patrimonium cum quadam iuuencula, & benedictionem nuptialem à presbytero suscepisse, licet, vt dicitur in historia à Beatissima virgine post fuerit à nuptijs reuocatus. Alius vero dicitur fuisse quidam presbyter adulter. Plane non videtur verisimile, quod tales homines eligerentur à Beatissima virgine primarij prædicatores celebrandæ suæ festiuitatis eo maxime considerato, quod nulla mentio sit de prælatis ecclesiæ, ad quos spectabat, & potissime de sede apostolica, sine cuius authoritate nullus debet venerari pro sancto [a] etiam si miracula faciat, vt habetur in capitulo audiuimus, extra de re. & ven. sanctorum. ¶ Quinto hoc idem colligitur ex parte causæ, quæ assignatur in prædicta epistola propter quam esset hoc festum celebrandum, quæ sua paruitate siue nullitate non credit processisse à tanto doctore, sicut fuit Beatus Anselmus. dicitur enim in prædicta epistola, tota mentis deuotione simus soliciti, vt nullus nostrum ita sit rebus temporalibus occupatus, aut proprijs delictis desperatus quin Beatissimæ virginis Mariæ conceptionem pro posse suo celebret annuatim. Sicut enim in sancta ecclesia eius extollitur natiuitas, sic debet extolli eius conceptio, nisi enim conciperetur, nunquam nasceretur, sicut enim ad saluandum genus humanum olim fuit necessaria eius natiuitas, sic fuit similiter necessaria eius conceptio, nisi enim conciperetur mundo ex ea redemptor non nasceretur, iussu enim Dei concipitur, & nascitur, hæc ibi. Sed si hæc causa, & ratio assignata, vt celebretur gloriosæ virginis conceptio sit alicuius roboris audiamus Bernardum in epistola, ad canonicos Lugdunenses sic dicentem. Quid adhuc addendum his putamus honoribus, vt honoretur inquiunt, & conceptus, qui honorandum præiuit partum, quoniam si ille non præcessisset nec iste esset qui honoratur. Quod si alius propter eandem causam etiam vtrique parenti eius festos honores asserat deferendos, sed de auis, & proauis id ipsum posset pro simili causa flagitare, & sic tenderet in infinitum, & festorum non esset numerus, hæc Bernardus. Et infra, quod consequentia habet, vt quoniam sanctum præcessit natalem conceptus propterea reputetur, & ipse sanctus, nunquid quoniam præcessit eum fecerit, & sanctum, & si fecit, vt esset non tamen vt sanctus esset, hæc Beatus Bernardus. Non ergo verosimile est, quod epistola illa, in qua argumentationes tam paruæ virtutis sunt & vt videtur derisibiles à Beato Anselmo dictata fuerit. ¶ Sexto hoc idem colligitur ex eo, quod doctrina illius Epistolæ contradicit doctrinæ ipsius Anselmi, quam ponit tam in libro. cur Deus homo, quam in libro de conceptu virginali, sicut patet legenti. ¶ Septimo hoc idem colligitur ex doctrina falsa, quæ in eadem epistola continetur, quæ à Beato Anselmo nullo modo credenda est emanasse, dicitur autem in prædicta Epistola sic. tempus, & horam conceptionis eius hodie celebrare delectet, qua ipse animarum creator animam suæ matris dignam, & sanctissimam corpori virginali eius angelis ministrantibus copulauit, hæc in dicta Epistola. Planum autem est, quod hæc doctrina in schola theologorum pro falsa teneatur, quod anima rationalis copuletur corpori mediantibus Angelis, doctrina enim est magistri sententiarum ex dictis sanctorum in secundo sententiarum distinctio. decima septima. quod Deus immediate creat animas, & corporibus creando infundat, & ita copulet eas immediate suis corporibus. Vnde magister ibidem dicit, certissime sentiendum est, quod in corporibus creantur animæ, creando enim infundit eas Deus, & infundendo creat. Sanctus vero Thomas in quarto sententiarum distinctio. quadragesima tertia dicit sic, quod sicut anima immediate creata est à Deo immediate à Deo corpori vnitur, sine aliqua operatione Angelorum, sicut & animam immediate glorificat. ¶ Octauo hoc idem colligitur ex eo, quod inter libros Beati Anselmi quos enumerat Vincentius historialis libro 26. capitulo 17. de tali epistola nulla fit mentio, nec de aliquo tractatu, qui ascribitur sibi de exordio humanæ salutis, quare videtur, ꝙ tam

*Ad primum arg.* — *S. Thom.* — *Ad secundum.* — *Vincentius historialis.*

[a] ¶ Venerari pro sancto. quõ autem fiat sancto rum canonizatio vide per Pe. de An. in c. 1 nu 5 de reli. & ven. sanct.

epistola, quam tractatus prædictus, sint per aliquem opinionis ex aduerso cōficti, & ascripti falsè huic glorioso doctori Beato Anselmo. ¶ Nono ex eo etiam colligi potest, quod prædicta Epistola non sit authentica, nec Beati Anselmi, quia in prædicta Epistola dicitur, quod Elsino abbati quærenti, quo officio vteretur in hac festiuitate cōceptionis, dicitur angelus respondisse mandādo, quod omne obsequium, quod dicitur in eius natiuitate diceretur in eius conceptione excepto, quod nomen natiuitatis mutaretur in nomen conceptionis, hæc ibi. Sed an hoc obseruetur à celebrantibus præfatam festiuitatem manifeste eorū breuiaria, & missalia ostendunt, quod non, in quo non parum notandi venirent de contemptu supernæ reuelationis, & dispositionis Angelicæ, si prædicta Epistola authentica esset, & tanti doctoris sicut Anselmus est testimonio roborata. Et hæc pro prima responsione danda. ¶ Secūdo posset responderi, qđ reuelatio illa esset authentica nihilo minus tamen in nullo militat contra prædicta, Multū quidem differt dicere, quod conceptio Beatæ virginis, sit celebranda, & dicere, quod conceptio de se, & ratione sui sit celebranda, doctores enim præfati dicentes, quod cōceptio beatæ virginis per respectum ad sanctificationem securè celebrari possit, ad quē intellectum accipiendæ essent præfatæ reuelationes, si alicuius essent authoritatis dicunt, quod conceptio Beatæ virginis de se aut ratione sui celebranda non sit tanquam sancta, cum hoc sit proprium solius filij Dei, sicut ex superioribus patet. ¶ Ad tertiā rōnē respondetur primo, quod illud dictū non est Anselmi, sed confictum ab aliquo alio paruę authoritatis. ¶ Secundo dicitur, quod dato, quod illud dictum Anselmi esset intelligendum, est de eo, qui respueret colere festum conceptionis ratione sanctificationis, quæ licet consecuta fuerit cōceptionem naturæ eodem tamen die creditur esse facta.

Ad tertium

¶ Ad quartam respondetur, quod falsum est, quod Basiliensium congregatio tempore, quo concilij nomen, & veritatem habuit, aliquid circa hanc materiam diffinierit, aut instituerit, cum nos illo tempore ibidem fuerimus præsentes habentes in mandatis ab ipsa synodo, vt nos colligeremus ea, quæ inducuntur à doctoribus pro parte affirmatiua, videlicet quod Beata virgo concepta fuerit in originali peccato. Sed postmodum postquam translatum fuit cōcilium per sanctæ memorię Eugenium in Ferrariam, & tandem in Florentiam, & præsidentes Papæ iam recessarant à Basilea, & prædicta congregatio tanquam schismatica sacrilega, & hæretica fuerit condemnata per eundem dominum Eugenium cum synodo tua, aliquid circa hoc tentauerunt, & præsumpserunt diffinire Basilienses, vt intelleximus, sed nihil per illos actum habet aliquid vigoris, seu authoritatis, sicut per homines à Deo auersos, & hostes ecclesiæ sanctæ Dei, & fabricatores mendaciorum, ac peruersorum dogmatum cultores.

Ad quartum

2 Ad quintum sic procreditur. † Et videtur, quod episcopus in sua diocœsi possit aliquem sanctum canonizare. Et primo sic, dicit Aristoteles. primo ethicorum, quod vnusquisque bene iudicat de his, quæ nouit, & horum est bonus iudex, sed episcopus melius nouit de sanctitate, & vita illorum, qui sunt in sua diocœsi, ergo erit melior iudex in canonizando, & approbando eorum sanctitatem. ¶ Secundo sanctos canonizare est ex operibus, & miraculis eos populo venerandos prędicare siue mandare, sed talia quandoque fiunt in vna diocœsi, & non alia, ergo videtur quod episcopus possit aliquem canonizare in diocœsi sua. ¶ Tertio canonizatio videtur pertinere ad potestatem ordinis, cum ibi requiratur celebratio ad honorem sancti, sed in potestate ordinis quilibet episcopus est æqualis papæ, & per consequens quilibet episcopus potest in sua diocœsi aliquem canonizare. ¶ In oppositum est. glossa in præsenti capitulo, ex qua colligitur, quod quanquam episcopus possit in diocœsi sua instituere aliquem colendum non tamen prius non canonieatum per sedem apostolicam. ¶ Item idem habetur extra de re. & ve. sanctorum, in capituto audiuimus, vbi Alexander tertius, ita de quodam, qui colebatur à quibusdam, cum non esset colendus dicit. illum ergo non presumatis de cætero colere cum etiam si per eum miracula fierent, non liceret vobis ipsum pro sancto absque authoritate Romanæ ecclesiæ venerari.

Primum ar.

Scđm arg.

Tertium ar.

Opponit in cōtrarium.

22 ¶ Respondeo dicendum † quod rationabiliter reseruatur canonizatio sanctorum summo pontifici triplici ratione: tum quia ipse est vniuersalis iudex totius ecclesiæ, nona quæstio. tertia. cuncta per mundum nouit ecclesia, vnde maxime ad ipsius potestatem tantum pertinet testimonia sanctitatis sanctorum examinare & examinata approbare, & tandem populo Christiano ipsos sub veneratione haberi mandare, siue cathalogo Sanctorum ascribere.

R[illegible]

23 † Cathalogus enim vniuersalis sermo dicitur. à catha qđ est vniuersale, & logos quod est sermo, annumerari ergo cathalogo Sanctorum soli vniuersalis ecclesiæ principi rationabiliter reseruatur. ¶ Secundo canonizatio sanctorum innititur fidei Christi, in quem sancti credentes miracula faciunt, quæ attestantur eorum sanctitatem & fidei integritatem fides autem Christi vna est iuxta illud ad Ephæsios quarto. vnus Deus, vna fides, vnum baptisma, ad illum ergo pertinet sanctorum canonizatio, per quem omnia membra ecclesiæ vniuntur in vnitate fidei, ne sit inter fideles schisma de sanctis canonizatis, sicut erat inter Corinthios de baptizatis, quorum aliqui dixerunt, ego sum Pauli, ego sum Apollo, ego vero Cephæ. ¶ Tertio sicut vna fides debet esse totius ecclesiæ, secundum illud primæ ad Corinthios primo idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata, vt quem quidam dicunt sanctum alij reprobum dicant. nam vt dicit Hieronymus super Epistolam Pauli ad Philemonem, & habetur in capitulo si quis, vndecima questio. tertia, si quis dixerit iustum iniustum, & iniustum iustum abominabilis est vterque apud Deum. Similiter, qui dicit, sanctum, non sanctum, & rursum non sanctum asserit esse sanctum, abominabilis est apud Deum. item idem, & habetur in sequenti capitulo, si quis hominem, qui sanctus non est, sanctum esse crediderit glossa, id est asseruerit, & Dei iunxerit societati, Christum violat cuius membra sumus, ergo sicut ad solum summum pontificem, quæstiones de fide ortas pertinet determinare, vt in capitulo quoties 34. quæstione prima, ita quis debeat in ecclesia tanquam sanctus coli declarare, & mandare. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur negando consequentiam, quia ad canonizationem alicuius sancti non tantum requiritur sanctitas illius, sed authoritas conscribendi cum in cathalogo sanctorum, quæ non est in quolibet episcopo, sed in summo episcoporum sicut dictum est. ¶ Ad secundam dicendum, quod licet multi colantur in aliquibus diocœsibus, qui non in alijs, quia de omnibus, qui sunt ascripti in cathalogo sanctorum festiuitates vniuersaliter celebrari non possunt, nulli tamen coluntur nisi primo fuerint canonizati authoritate summi pontificis iuxta superius dicta. ¶ Ad tertiam respondetur, quod mandare sanctum aliquem vniuersaliter à toto populo venerari pertinet ad illum, qui præest toti ecclesiæ, vnde quantum ad hoc sanctorum canonizatio non ad potestatem ordinis, sed iurisdictionis pertinet.

Ad primum argu.

Ad scđum.

Ad tertium

Lege. ¶ [ Pronuntiandum tempora feriandi per annum] id est quæ festiuitates, & quando sunt celebrandæ, feriæ

Exponit literam.

24 dicuntur, † quasi foriæ eo quod præstant vacationem ab his, quæ in foro scilicet iudiciali agi consueuerunt, vel dicuntur feriæ quasi festiuæ. Vnde Papias feriati dies sunt in quibus res diuina fit, & sic feriæ dicuntur quasi festiui dies, & sic accipitur hic. item not. quod feriarum, quędam sunt temporaneæ, quędam repentinæ, & quædam solen-

25 nes. † Temporaneæ sunt, quæ dantur pro fructibus colligendis, & sunt duorum mensium, & gratia messium, & vindemiarum, & secundum diuersas regiones citius, aut tardius indicuntur, & præconizantur. ff. eodem titulo. l. præsides, & de officio. proconsul. l. sed in aliam, in his autem non potest fieri processus iudicialis nisi de consensu.

26 extra. eadem conquestus. † Repentinæ vero feriæ, sunt quas Imperator indicit, vel propter victoriam, quam fecit, vel quia ei natus sit filius vel huiusmodi. Et dicuntur repentinæ, quia repente siue subito indicuntur, & nullus præter principem indicere potest. C. de fer. leg.

27 à nullo. † feriæ vero solennes siue festiuæ, sunt quædam præcipue solennitates, quæ indicuntur ad honorem Dei, & sanctorum eius de quibus in capitulo conquestus. extra de fer. [ deinde diem dominicam ] quæ inter præcipuas solennitates computanda venit propter honorem, & gaudium resurrectionis domini nostri Iesu Christi, vt infra eadem distinct. capitulo sabbato, tanta est excel-

lentia

letia huius Diei, vt in nullo alio die debeat episcopus consecrari. dist. 75. quod de dominica, vbi & subditur, quod quidquid insigne à Deo constitutum est in terris in huiusmodi diei dignitate gestũ est, in hac mundus sumpsit exordium, in hac post resurrectionẽ, & mors interitum, & vita
28 cepit principium [à vespera] † ponit quomodo computatur dies festiuus. s. à vespera sabbati vsque ad vesperam ipsius dominicæ. Leu. 23. à vespera vsque ad vesperam celebrabitis sabbata vestra, & hoc idem extr. de fe. ca. 2. in princip. ideo autem dico à vespera sabbati, & non à nona, vel alia præcedenti hora sabbati [ne à iudaismo capiantur] si plus die sabbato feriaretur. Hug. vbi notandum secundum
Goff. 29 Goff. in summa in tit. de ferijs † quòd secundum diuersitatem eorum, quæ geruntur diuersimode dies incipit & terminatur, quia quantum ad officij celebrationem de vespera in vesperam fit computatio vt hic, quantum vero ad ordinandum, dies incipit à vespera, & finit in mane sequenti, vt 75. dist. quod à patribus, quo ad iudicandum incipit ab ortu solis, & finitur in occasu cum iam iudex pro tribunali honeste sedere non potest, vt extr. de offic. deleg. consuluit, in authen. de iudic. sedebunt. colla. 6. quo ad soluendũ siue quo ad cõtractus dies incipit in medietate noctis præcedentis, & finitur in medietate noctis sequentis, vt in dicta decreta consuluit, & ff. e. tit. more romano, quo ad treugas obseruandas dies incipit ob ortu solis, & finitur in occasu, vt extr. de tre. & pa. cap. 1. Quo ad esum carnium incipit post cenam vsque ad diluculum vt j. ea. dist. de esu. quo ad ieiunium sexta feria incipit post cenam die iouis & finitur in mane die sabbati, & idem in alijs diebus ieiuniorũ, vt in cap. precedenti [octaua domini]. i. dies circuncisionis
30 [theophaniam] id est † dies epiphaniæ, siue apparitionis à theos. i. Deus, & phanes apparitio, quia tũc stella apparuit, quæ magos duxit ad Christum [festiuitates.] intellige sanctorum, qui iam canonizati sunt. Eorum enim, qui per apostolicam sedem non sunt canonizati episcopi non possunt inducere festiuitates, vt iam dictum est circa quintam quæstionem, & habetur extra de re. & ve. sanctorum. cap. primo, de festo trinitatis faciendo consuetudo tenenda est extra de fe. quoniam. hodie tamen ex mandato papę Ioannis 22. fit per vniuersam ecclesiam, & de festo corporis Christi habetur in clemen. si dominum de re. & ve. sanctorum. [generaliter] ar. vt inquit Hugutio, quod particularia decreta episcopi possunt condere, leges constituere, & consuetudines inducere seruandas in parochijs suis inter subditos suos cum consensu eorum sine præsentia Papæ, vel eius legati, vt 11. distinct. catholica, ad idem tertia quæstio quarta nullus, extra de maio. & obedien. capitulo secundo, de locato, & conducto vestra, facit etiam illud quod legitur, & notatur distinctio 54. & capitulo primo. Et quia ordo senatorum, & decurionum facit statutum. ff. de decre. ab ordi. l. prima & ecclesia habet senatum suum 16. quæstio. prima ecclesia. item potest vnaqueque ecclesia sibi proprias constitutiones facere 12. distinctio. nouit.
Laurent. quod verum est secundum Laurent. vbi consuetudo allata
Raymund. ra est onus, secus si honorem. [nec prohibendi.] dicit Raymundus, quod magister, vel episcopus simoniam committeret, qui festum de iure colendum, vel de consuetudine non vult scholaribus concedere colendum, nisi pecunia sibi data, vel econuerso diem non colendum concedit pro pecunia. prima quæstione tertia, vendentes, & capitulo non solum extra de simo. nemo. Et hoc ipse notat in summa. rubrica de magistris. [indictum] statutum præceptum. Hugutio [generale] vel particulare. [ab omnibus] ex quo est statutum & approbatum, vt infra eadem distinctio. ieiunia, de obligatione horum ieiuniorum infra eadem erit sermo.

2 *Vigilia quid dicatur.*



Rreligiosa. Sequitur secundum capitulum eiusdem partis, in quo magister Gratianus ad ostendendum, quod in sanctorum solennitatibus diuinis officijs intendendum sit, & non saltationibus, & cantilenis turpibus inducit institutum concilij Toletani, in quo mandatur extirpari quorundam irreligiosa consuetudo, quæ in vigilijs sanctorum vbi vacare debebant diuinis, & orationibus, vacabant saltationibus turpibus, & dissolutionibus, capitulum non diuiditur. ¶ Pro intelligentia huius capituli notandum, quòd olim in vigilijs festiuorum dierum masculi, & fœminæ boni, & mali conueniebant in ecclesiam, & ibi cum luminaribus
1 pernoctabant, † & propter talem vigilationem dies ille dicebatur vigilia. Sed quia in huismodi vigilijs ad maleficia maior opportunitas habebatur, & ibi sæpe virgines corrumpebantur, vxoratæ adulterabantur comessationibus, & ebrietatibus, & saltationibus multi dissoluebantur, & multa alia turpia, & inconuenientia inde sequebãtur, institutum fuit, vt talis irreligiosa consuetudo tanquam execrabilis extirparetur, & loco vigiliarum haberent ieiunia, & confessionem peccatorum, vt sordibus peccatorum depositis sanctius ac deuotius festa sanctorum percolerent. secũdum illud psalm. 94. Præoccupemus faciem eius in confessione, & in psalmis iubilemus ei. iubilus enim, quem Deus in festis sanctorum principaliter acceptat est iubilus cordis, qui in puritate cordis consistit, secundum illud Exod. 20. memento, vt diem sabbati sanctifices. s. quantum in te est nihil immundum, aut execrabile faciendo. Bernardus. Bernard.
Ad hoc nobis vigiliæ sanctorum instituuntur, vt vigilemus si in aliquo peccato, vel negligentia dormiuimus ad nos purificandos. Lege. ¶ [Saltationibus] tales sunt excommu- Exponit literam.
nicandi: Hug. vt supra eadem distinctio. prima qui die [; perstreperunt] id est, molestiam inferunt, qui talia faciunt debent eijci cum dedecore, & excommunicationi trium die rum supponi, vt 4. quæst. 4. in loco. [sacerdotum]. i. episcoporum [& iudicum]. i. rectorum illorum locorum, vel [sacerdotum] & i. iudicum, soli enim episcopi sunt iudices ecclesiastici in episcopatibus suis, vt sexta quæst. 3. scitote, & 5. q. 4. c. 2. Hug.

1 *Litania Græce, apud nos supplicatio, siue rogatio dicitur.*
2 *Litania quare fuerit instituta.*
3 *Ieiunium in triduo rogationum non est de præcepto, sed de concilio:*
4 *Litaniarum tempore omnes debent a seruilibus operibus vacare.*
*Et an tali tempore sit abstinendum a lacticinijs, & ouis, numer. 5.*
6 *Dominus si præcipiat seruis operas seruiles tempore litaniarum, an teneantur impendere.*
7 *Operas an liceat exigere a seruo, vel saraceno tempore litaniarum.*


Ogationes. Sequitur tertium capitulum, eiusdem partis vbi magister Gratianus introducit celebrationem rogationum, siue litaniarum. Circa hoc capitulum aliqua quæruntur sine disputatione, & sunt quinque. Primum est quid dicantur litaniæ siue rogationes. Secundum quare institutæ sunt. Tertio an ieiunium institutum obseruari in eis cadat sub præcepto. Quartum vtrum sint festiuandæ per cessationem ab operibus seruilibus. Quintum vtrum in illis diebus sit tantum cibis quadragesimalibus vtendum, de istis tangitur in capitulo præsenti. ¶ Ad primum dici-
1 tur † quòd litania Græce apud nos supplicatio, siue rogatio dicitur in qua sancta ecclesia Deum orat, vt nos à periculis eruat hostes visibiles, & inuisibiles remoueat, pacem tribuat, pestem repellat, aerem salubrem indulgeat, carnalia desideria deprimat, & omnes in salutis suæ prosperitate disponat. Rogamus etiam sanctos, vt pro nobis apud
2 Deum intercedant. ¶ Ad secundum † de causa institutionis dicendum, quod duplex litania. s. maior & minor. Maior fit in festo Beati Marci, quæ inuenta fuit à Beato Gregorio Papa propter pestem inguinariam, quæ Romæ ita grauis insurrexit, vt passim homines, & subito morerentur. Et inde dicta est maior, tum propter hoc, quòd à magno Gregorio Papa instituta est, tum ratione loci, Grego.
in quo instituta est, quia Romæ, quæ domina & caput mundi dicitur. Tum ratione illius, pro quo instituta, quia pro maximo, & grauissimo morbo. Alia dicitur litania minor, quæ fit tribus diebus ante ascensionem domini, quæ rogationes dicuntur, quas beatus Mamertus

episcopus viennensis instituit, qui propter pestem luporũ,
& aliarum ferarum in gallijs acriter homines perimentiũ,
& propter periculosos terræ motus illic crebro contingen
tes, indixit populis triduanum ieiunium, & litanias insti-
tuit. Cessante vero illa persecutione, litania & ieiunium il
lud in consuetudinem annuæ obseruationis deuenit, & si-
cut quidam referunt fuit per ecclesiam confirmatum, vt
vniuersaliter obseruetur. Dicitur ergo hæc litania episco-
po in minori loco, & pro minori morbo. Minor tamẽ anti
quior est tempore. Nam instituta est tempore Zenonis im
peratoris, maior vero tempore Mauricij imperatoris, fiũt
etiam litaniæ propter alias plures causas, vnde Liberius pa
pa statuit, quod pro guerra, pro fame, pro pestilẽtia, & hu
iusmodi aduersitatibus imminentibus semper litania fiat,
vt sic ista per supplicationes humiles, & deuotas orationes
& ieiunia effugiamus, quia ergo hoc tempore veris maxi
me bella emergere solent, & fructus terræ, quæ adhuc in
teneritate, vel in flore sunt pluribus modis facile corrum
pi solẽt, ideo hoc tempore fiunt litaniæ, vt rogemus Deũ,
quod talia à nobis auertat, & ab aeris intemperie, & à bel-
luis, & ab hostibus christianæ religionis, nos eripiat, & de
fendat super hoc patrocinia sanctorum specialiter, & ge-
neraliter implorantur, & ideo rogationes vocantur. ¶ Ad
3 tertium respondetur† ꝙ ieiunium in isto triduo rogationũ
non est de pręcepto, sed de cõsilio. Vnde Hu. dicit hic. hoc (Hug.)
ieiunium non est necessitatis, sed consilij, & persuasionis.
Inter pascha. n. & pentecosten dicunt Hieronymus, Augu.
& Ambrosius, non esse ex necessitate ieiunia indicenda ob
reuerentiam dominicæ resurrectionis ob memoriam do-
minici conuictus Christi cum discipulis ob spem gloriæ
immortalis, ita etiam dicit Ioan. in gl. respondens ad illud,
quod habetur 76. dist. c. nõ autem, vbi habetur, quod inter
pascha, & pentecosten non sit ieiunandum. Respondet, qđ
ieiunium, quod statuitur hic non præcipitur, sed persua-
detur. ¶ Ad quartam respõdent aliqui, vt Hu. ꝙ in omni
4 bus litanijs omnes debent à seruilibus operibus vacare, vi
ri, & fęminæ, serui, & ancillæ, donec processio terminetur,
& debent processioni adesse, vt sicut omnes peccauerunt
sic & omnes pro venia supplicent. Alij dicunt, quod isti
tres dies de facto non festiuantur, quantum ad cessationẽ
ab operibus, sed videntur abrogati per contrariam consue
tudinem, quæ in eis habet locum, tamen non ita sunt de
præcepto sicut est dominica dies, & aliæ maiores festiuita
5 tes. ¶ Ad quintum videtur dicendum† quod sicut ieiunium
non est necessitatis, sed consilij, ita & abstinere in istis die-
bus à lacticinijs & ouis maxime, quia, vt dixit S. Thom. in
(S. Thomas.) secunda secundæ quæstione 147. ꝙ in ieiunio quadragesi
mæ interdicunt vniuersaliter oua, & omnia lacticinia, in
alijs ieiunijs diuersæ consuetudines sunt, quas quisque ob-
seruare debet secundum mores eorum inter quos conuer
satur ar. 40. dist. c. 1. in principio 12. dist. illa. Vnde Hieron.
(Hieronym.) loquẽs de ieiunio dicit, vnaquęque prouincia abundat in
suo sensu 76. di. vtinam, vsus autem carnium vniuersaliter
est prohibitus in omni ieiunio, vt. ĩ. videbitur. Leg. ¶ [Ro (Exponit literam.)
gationes. i. litanias] restringit ampliationem vocabuli, ne
quis intelligeret de quibuslibet rogationibus [placuit] ꝟm
institutionem B. Mamerti [triduanum] more solito tridua
num ieiunium adducitur ad similitudinem Niniuitarum.
Ionæ 3. [ab opere seruili] eo modo sicut expositum est in
(Quæstio.) 4. articulo. [relaxantur]. ¶ Sed mouet hic articulus quæ-
6 stionem. † Nunquid si dominus à seruis suis his diebus ope
ras seruiles exigit tenẽtur impendere. Dicunt quidam for
te non, quia canon iubet contrarium, vt hic ar. 85. dist. am
7 putatis 11. q. 3. Si dominus. † Sed nũquid à seruo vel sarace
(Respondet.) no licet operas exigere in diebus festiuis. Respondeo vti-
que, cum ipsi honorem Deo non dent his diebus. ar. extr.
de vsu. quia frustra. [Conueniãt] ad processionem. Quadra
gesimalibus dicit iuxta quintum articulum.

1 *Episcopus debet interesse diebus dominicis in sua ecclesia nisi sit infirmitate detentus.*
*Non tamen tenetur adesse quotidianis officijs. nu. 2.*


Piscopus. Sequitur quartum capitulũ eiusdem partis, in quo indu-
cit magister Gratianus ex concilio Aurelian.
1 † ꝙ episcopus nisi sit infirmitate detentus, vel
etiam alia rationabili causa fuerit impeditus
diebus dominicis interesse diuinis officijs de
bet in ecclesia sua, quod similiter etiam de alijs festiuitati
bus solennibus accipiendum est. Hic non occurrit aliquid
disputandum. Leg. ¶ [Episcopus infirmitate] vel alia causa (Exponit literam.)
rationabili [impeditus] infirmitas in multis casibus excusat
7. q. 1. nihil 5. q. 3. si ęgrotans [ecclesiæ] de ecclesia cathedra-
li loquitur iuxta quam sacerdotali more præcipitur reside
re, vt 7. q. 1. peruenit ad nos [Cui proximus]. i. prælatus, vel
proximus. i. propinquus. i. à qua domum suam non longe
habebat, nec habere debet, vt 11. dis. episcopus vilem [die
2 dominico.] † Episcopus in sua cathedrali ecclesia non tene
tur adesse quotidianis officijs, nisi in diebus dominicis, per
quos ego intelligo omnes dies summe festiuos.


Vlli ciuium Sequitur quintum ca pitulum eiusdem par
tis, in quo magister Gratianus introducit
statutum eiusdem concilij, in quo præcipi
tur, vt nulli ciuium vnquam liceat celebra
re diem paschæ, Natalis domini, vel qua-
dragesimę solennitatem supple, nec aliorum festorum die
rum, qui sunt excepti à canone, vt. s. e. dis. si quis Hu. Tunc
. n. ad maiorem ecclesiam cõueniunt omnes, vt. s. e. di. oẽs.


Acerdotibus. Sequitur sextum capi- tulum eiusdem partis,
in qua magister Gratianus inducit ex pręfato
concilio, ꝙ ante solennitatem paschalem per
sacerdotes indicenda est populis quadragesi-
ma ieiunanda. Breue est & non diuiditur. Pro
cuius pleniori intelligentia quæruntur duo circa institu-
tionem ieiunij quadragesimalis.
1 ¶ Primum est vtrum ieiunium quadragesimæ fuerit insti-
tutum cõgruo tempore. s. in vere immediate ante pascha.
2 ¶ Secundum vtrum numerus quadragenarius fuerit huic
ieiunio conueniens.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ ieiu- nium quadragesimę non fuerit insti
tutum congruo tempore. Et primo sic. ieiunium quadra- (Primum ar.)
gesimę institutum est, vt conformaremur ieiunio Christi,
qui ieiunauit quadraginta diebus, & noctibus. Mat. 4. & Lu
cę. 3. sed ipse ieiunauit immediate post Epiphaniam. ergo
ieiunium quadragesimæ tũc debuit institui. ¶ Scđo sic. in-
centiuum carnis magis viget in æstate, & hoc patet ad sen (Scđm arg.)
sum, ergo cum ieiunium ordinetur cõtra illud, vr̃ ꝙ in tpe
æstatis debuit institui. ¶ Tertio sic. Greg. vult, & habetur (Tertium ar.)
ĩ. dis. 5. quadragesima, ꝙ ieiunium quadragesimæ sit ad si-
militudinem decimarum temporis nostri, sed Iudæi solue
bant decimas mense 7. ergo & nos tunc debemus soluere,
quadragesimale ieiuniũ. ¶ In oppositũ est cõis cõsuetudo (Opponit in cõtrarium)
ecclesiæ. scđo textus pręsentis cap. vbi dr̃ ante Paschę solen
nitatem. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ conuenienter ieiuniũ (Respondet)
quadragesimale institutum fuit tempore præfato. s. in ve-
re, & ante solennitatem paschalẽ. Cuius conuenientia acci
pi potest ex multis. Primo quia illo tempore fuit pecca-
tum Adæ, propter quod originaliter institutum est hoc ie
iunium. ¶ Secundo propter qualitatem temporis, quia in
vere maxime inualescunt motus carnales, & maxime in
vi generatiua. Est enim ver calidum & humidum, quod
maxime vi generatiuę conuenit, vnde conuenienter illo
tempore ieiunium institutum est, quod ad illos motus re-
primendos est ordinatum. ¶ Tertio quia per ieiunium
mundatur homo, & fit spiritualis, vt dicunt Grego. & Esa.
sed tali tempore debet homo accedere ad communionẽ
corporis Christi, ad quod recipiendum conuenit hominẽ
maxime spiritualem esse, ergo conuenienter in illo tem-
pore est hoc ieiunium institutum, vnde in quadragesima
repræsentamus Israeliticum populum, quia antequam co
mederent agnum paschalem, se affligebant lactucas agre-
stes & amaras comedentes. Ita & nos per pœnitentiæ ama
ritudinem debemus prius affligi, vt digne valeamus cor-
pus domini sumere. ¶ Quarto quia Christi passioni resur-
rectio cõtinuatur rationabile fuit, vt afflictio nostra conti
nua esset passioni saluatoris, cum enim ipse pro nobis pas
sus sit, & nos ei compati debemus, vt ita tandem cõregne
mus. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur negando (Ad primum arg.)
consequentiam, quia licet reuera bene conueniant, quod
fideles sint conformes Christo in exercitio ieiunij secun
dum quod congruit fragilitati humanæ, non tamen om-
nino quantum ad ritum temporis. Et ratio videtur esse
iuxta Sanctum Thomam in quarta distinctio. 15. quia (S. Thom.)
Christus

Christus non ieiunauit quasi ieiunio indigeret, sed vt ad gratiam eius suscipiendā exemplo sui ieiunij nos præpararet,& ideo post baptismum suum in quo plenitudo gratiæ eius declarata est testimonio patris & spiritus sancti,& etiā Ioannis decebat, vt exemplum ieiunij sui nobis proponeret. Nobis autem competit ieiunium, vt præparemur ad suscipiēdum gratiam ipsius. Et quia sacramēta gratiæ eius præcipuè proponuntur circa festum Paschæ, ideo immediate ante solennitatem paschalem quadragesimæ ieiuniū conuenienter est institutum.¶ Ad secundam respondetur iuxta magistrum Alexandrum de Halis, quod & si occasiones excitandæ concupiscentiæ magis vigeant post pascha, quam ante, tamen cōgruit imo magis expedit,& salubrius est ieiunare ante, quam post, vt ieiunio præparetur ieiunās ad corpus domini suscipiendum, & spiritualis efficiatur, & magis eleuetur secundum mentem ad Deum propter tanti sacramenti suscipiendi solennitatem,& reuerentiam. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam, qm̄ licet per decimam, quæ soluebatur à Iudæis poterat nostra decima designari, non tamen oportet, vt veritas vmbræ respondeat in tempore Solutio aūt nostræ decimæ salubrius fit hoc tempore propter præparationem faciendam ad susceptionem veri agni, vt dictum est.

Ad scđm. Ale. de Ha.

Ad tertium

Ad secundum sic proceditur. † Et videtur, qđ numerus quadragenari' in hoc ieiunio conuenienter non sit assignatus. ¶ Primo sic, lex noua mitior est, quam vetus, sed in veteri lege quando debebant comedere agnum paschalem ieiunabant tātum septem diebus, ergo videtur quòd talis numerus sufficeret conuenienter ad præparationem veri agni.¶ Secundo ieiunium quadragesimæ institutum est vt habetur à B. Gregorio infra distinctio. 5. cap. quadragesima. ad soluendum decimam dierum anni, sed decima non habet nisi 36. dies. cum totus annus non habeat nisi 366. ergo videtur ꝙ pauciores dies debuerunt institui in hoc ieiunio.¶ Si dicatur quòd debemus tot diebus ieiunare ad exemplum Christi. Contra pro tertio articulo Christus ieiunauit miraculosè sed in miraculosis non proponitur nobis Christus imitandus, sed admirandus, ergo in ieiunio quadraginta dierum ipsum imitari non debemus.¶ In oppositum est textus capituli præsentis.¶ Respondeo dicendum, quod sicut ieiunium quadragesimæ fuit congrue,& salubriter institutum quo ad tempus, vt habitum est in articulo præcedenti, ita in numero quadragenario dierum conuenienter est institutum. Ad quod tales rationes inducuntur à sanctis. Primo quia hic numerus in sanctis celebratur exemplis. Moyses enim legem accepturus à Deo ait Aug. in sermone 40. dies atque noctes absque cibo potuq; transgreditur, & ad suscipiendum domini voluntatem ieiunijs præparatus est. Helias post quadraginta dierum ieiunia curru igneo ad superna cœlorum de hoc mundo translatus est. ipseque dominus,& saluator noster quadraginta diebus ieiunans de diaboli tentatione triumphauit, vt ad prædicationem euangelij iam victor ascenderet. Merito ergo etiam nos hunc dierum numerū custodire debemus ieiunijs, quem per talia exempla legimus consecratum.¶ Secunda quæ est Gregorij in homilia quia virtus decalogi per libros quatuor sancti euāgelij impletur. denarius.n. quater ductus in quadragenarium surgit. quia tunc decalogi mandata perficimus cum profecto quatuor libros sancti euangelij custodimus. August. in homilia de transfiguratione domini. Ille quadraginta diebus mysticè ieiunat, qui per quatuor euangelij libros spiritualiter obseruat.¶ Tertia eiusdem est, quia in mortali corpore ex quatuor elementis subsistimus, & per voluptates eiusdem corporis præceptis dominicis cōtrahimus. Præcepta autem dominica per decalogum sunt accepta, qui ergo per carnis desideria decalogi mandata contempsimus dignum est, vt eandem carnem quater decies affigamus. Quarta quia lege Mosaica vniuerso populo generalis promulgata præceptio est, decimas,& primitias offeres Deo tuo. Itaque, qui substantiarum nostrarum, omniumque fructuum decimas offerre præcipimus, multo magis necesse est, vt ipsius quoque conuersationis nostræ, & humani vsus operumque nostrorum decimas offeramus, quæ profecto in supportatione quadragesimæ euidēter implentur, quia omnium dierum numerus, quibus reuolutus in orbē annus, includitur trigintasex ferias dierū numero decimatur, quib. videlicet in quadragesima ieiunatur. dignū.n. est ait Gregorius, vt qui nobismet ipsis per acceptum annum viximus, actori nostro nos in eius decimis per abstinentiam mortificemus. Aug. in sermone, demus corpori integrum annū, demus tantos animæ dies, impendimus tempora nobis demus tempus authori vniamur Deo paululum, qui seculo viximus totum.¶ Quinta, quæ dicitur August. quoniam Matthæus 40. generationes posuit. Ad hoc.n. Deus suo quadragenario numero ascendamus.¶ Sexta est eiusdem August. in quodam sermone, quia primum cum mundi, faciem iniquitas possideret, tot dierum curriculo Deus effusis è cœlo imbribus vniuersam terram diluuio superfudit. vides ergo iam illo tēpore mysterium in figura dispositum. Nam sicut tunc quadraginta diebus eluit ad purgandum mundum, ita nunc quadraginta diebus miseretur ad hominem purgādum.¶ Ad rōnes. ad primam respondetur negando consequentiam, quia ieiunium non respondet ieiunio veteris legis, quantum ad numerum dierum. Quare autem institutum est ieiunium quadragesimæ sub tali numero dictum est parum ante. ¶ Secundo potest dici, ꝙ ideo ratio non procedit, quia si illi ieiunabant septem diebus ad præparandum se ad comestionem agni veteris, multo maiori, & ampliori tempore, ieiunijs,& orationibus nos præparamus.¶ Ad secundam respondetur, vt habetur in prædicto capitulo quadragesima. ex Bea. Greg. quatuor dies adduntur prædictis 36. diebus, vt ieiunium nostrum sit conforme ieiunio Christi. ¶ Ad tertiam respondetur, ꝙ ieiunium Christi licet fuerit miraculosum quantum ad omnimodam abstinentiam à victualibus,& quo ad temporis continuationē. Nec quantum ad hoc proponitur nobis Christi ieiunium imitādū, sed magis admirandum, proponitur tamē nobis imitandū, quantum potest humana infirmitas, vt.s. imitemur ieiunādū quadraginta diebus semel in die comedendo. Leg.¶ [Sacerdotibus].i. episcopis in concilio congregatis[ non quinquagesima.]¶ Contra.s. dist. 3. denique, & c. quadragesima. Respondet gloss. ꝙ hic de ieiunio agit generali, quod omnibus imponitur, ibi de speciali, quod clericis persuadetur[quadragesima]. Non intelligas inquit Arch. ꝙ isti patres in hoc concilio congregati primitus instituerint hoc ieiunium quadragesimę. Nam B. Petrus ante pascha domini quadragesimale ieiunium ecclesijs tradidit, vt in chronica reperi. Et ita dicit Guilielmus in rationali. Sed vt colligitur ex collatione 21. patrum post tempus B. Petr.& apostolorum videtur ortum habuisse.

Primum ar.

Secundum argu.

Tertium ar.

Opponit & Respondet.

Augu.

Grego.

Augu.

Gregorius.

Ad primum argu.

Ad scđum.

Ad tertium

Exponit literam.

Opponit & Respondet. Archid.

Guiliel.

2 *Ieiunium est duplex.*

4 *Comestio secunda tertia vel quarta, an cadat sub prohibitione tempore ieiunij.*



On licet. Sequitur septimum capitulum eiusdem partis, in quo ex concilio Martini papæ inducit magister Gratianus, quod feria quinta hebdomadæ sanctæ, quæ dicitur cœna domini nullus audeat soluere ieiunium, sicut quidam. tum propter solennitatem diei. tum quia Christum illa die bis dicebant comedisse soliti erant facere, sed tota quadragesima est ieiunanda. Breue est. Pro pleniori intelligentia huius capituli veniunt duo quærenda.

1 Primum est, vtrum requiratur ad ieiunium, ꝙ homo semel tantum comedat.

3 ¶ Secundum est vtrum comedens tempore ieiunij plusquam semel qualibet vice peccet mortaliter.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur, quòd non requiratur ad ieiunium, quòd homo semel tantum comedat. Et primo sic, ieiunium est actus virtutis abstinentiæ, quæ quidem non minus obseruat debitam quantitatem cibi, quam comestionis numerum, sed non taxatur ieiunantibus quantitas cibi, ergo nec numerus comestionis debet taxari.¶ Secundo sic, ieiunium est determinatum ad subtractionem nutrimenti, sed non solum nutrimur cibo, sed etiam potu, cum ergo potus assumptus præstet comestionem ieiunium ad eorum institutum non soluit etiam si pluries bibatur, ergo nec etiam cibi bina sumptio.¶ Tertio sic, electuaria quidam cibi sunt, quæ tamen à multis in diebus ieiuniorum assumuntur post comestionem, ergo vnitas comestionis non est de ratione ieiunij.¶ Quarto ieiunium institu-

Primum ar.

Scđm arg.

Tertium ar

Quartū ar.

institutum est, vt mẽs eleuetur in Deum, vnde tẽpore ieiunij magis debet esse eleuata in Deum, sed virtus mẽtis deprimitur nimia comestione, & comedere semel in die magis impedit eleuationem mentis, & opera spiritualia, quã comedere pluries parum, ergo pluries comedere parum magis congruit institutioni ieiunij, quam semel, comedere & satis, vnde Hier. Melius est parum quotidie comedere, quam semel satis sumere.

Opponit in cõtrarium.

¶ In oppositum est textus præsentis cap. in quo qui die cęnę bis comedebant, dicuntur ieiunium soluere, & quadragesimam inhonorare. Item est communis consuetudo populi christiani.

Respondet.

¶ Respondeo dicendum, quod congruenter ab ecclesia institutum est, vt in ieiunio semel tantum comedatur. Quæ conclusio ostenditur sic, ieiunium ab ecclesia instituitur ad concupiscentiam refrenandam, ita tamen, quod natura saluetur, sed ad hoc sufficeret vnica comestio per quam homo potest & naturæ satisfacere, & tamen concupiscentiæ aliquid detrahit, diminuendo comestionis vices, ergo congruenter moderatione ecclesiæ videtur statutum, vt semel in die à ieiunantibus comedatur, & hæc est ratio S. Tho. in 2.2.

S. Thom.

¶ Secundo sic, sicut se habet multum ad paucum, ita frequẽter ad raro, sed peccatur comedendo frequenter & multum, ergo satisfacere debemus per ieiunium comedendo raro, & paucum, sed hoc magis fit comedendo semel in die, ergo hoc modo ieiunare videtur laudabilius, & conuenientius. ¶ Tertio sic, ieiunium est ad eleuandum mentem sursum, sed quanto quis pluries comedit, tanto pluries se ad inferiora conuertit, & de inferioribus curat, ergo conuenientius statutum est, vt semel tantum comedat. ¶ Ad rationes.

Ad primum argum.

Ad primam respondetur negando consequentiam. Et rõ est, quia quantitas cibi nõ potuit eadem oĩbus taxari propter diuersas corporum complexiones, ex quibus prouenit, quod vnus maiori, alter minori indiget cibo, sed vt plurimũ omnes possunt satisfacere per vnicam comestionem.

Ad scd̃m. 2

¶ Ad secundam respondetur, quod duplex est ieiunium. vnum quidem naturæ, quod requiritur ad eucharistiæ sumptionem, & hoc soluitur per quemlibet potum, et aquæ, post quem non licet eucharistiam sumere, aliud est ieiunium ecclesiæ, quod dicitur ieiuniũ ieiunantis, & illud non soluitur nisi per ea, quæ ecclesia interdicere intendit instituendo ieiunium. Non autem intendit ecclesia interdicere potum, quia potus licet aliquid nutriat, tamen de se non ordinatur ad nutriendum, sed magis ad dispositionẽ eorum, quæ nutriunt, vt. s. per membra deducantur, & in stomacho non comburantur, vnde sumptio potus non dr̃ manducatio, & ideo ille, qui potat extra horam vnicæ comestionis, nõ dicitur bis comedere, & propter hoc nec statutum ecclesiæ frangit, vnde licet pluries ieiunantibus bibere. verum si quis immoderato potu vtatur, potest peccare, & meritum ieiunij perdere, sicut etiam si immoderatè in vna comestione cibum sumat.

Ad tertium

¶ Ad tertiam dicendũ, ꝙ electuaria etiam si aliquo modo nutriant, nõ tamẽ sumũtur principaliter ad nutrimentum, sed ad digestionem ciborum. vnde non soluunt ieiunium. sicut nec aliarum medicinarum sumptio, nisi forte aliquis in fraudem electuaria in magna quantitate assumat per modum cibi &c. ¶ Ad quartam respondetur, quod ratio procedit de nimia comestione, hæc autem non debet esse in ieiunio nostro, sed moderata, & ideo non est ad propositũ. Illud vero, quod dicit Bea. Hierony. sic intelligendum est, ꝙ melius est quotidie moderate comedere, quam semel sumere ad superfluitatem, & hoc est verum, sed non facit contra.

3 Ad secundum sic proceditur† Et videtur quod comedens tempore ieiunij plus quam semel qualibet vice peccat mortaliter.

Primum arg.

¶ Et primo sic ex textu præsentis capituli, sicut dictum est in quæstione præcedenti, ex forma præcepti ecclesiæ tantum semel est comedendum tempore ieiunij, sed vnicæ comestioni adeo repugnat tertia, & quarta, sicut secundæ, sed comedens secundo peccat mortaliter, ergo tertio, & quarto.

Scd̃m arg.

¶ Secundo sic. præceptum negatiuum obligat ad semper, & pro semper, sed præceptum de ieiunio est negatiuum, nulli. n præcipitur, quod comedat semel inquantum ad illud quod est affirmatiuum, quia sic qui nõ comederet tota die esset transgressor præcepti, quod non est verum, cadit ergo sub præcepto id solum, quod est negatiuũ. s. quod nullus comedat vltra semel, ergo ad hoc obligatur homo per totum tempus, ergo quacunque vice comedat præter semel semper est transgressor præcepti, sed omni hora trãsgrediens præceptum peccat mortaliter, ergo qui tenetur ad ieiunium quotiescunque vltra semel comedit in die ieiunij peccat mortaliter.

Tertium ar.

¶ Tertio sic. præceptum obligat secundum intentionem præcipientis, sed intentio ecclesiæ præcipientis ieiunare est vt subijciatur caro spiritui, sed huic intentioni magis obuiat tertia comestio, & quarta, per quas superabundanter fouetur caro, quam secunda, & tamen in secunda peccat mortaliter, ergo multo magis in qualibet alia.

Opponit in cõtrarium

¶ In oppositum arguitur sic, sicut veget præceptum, ita & votum, sed ille, qui vouit virginitatẽ, & postea contrahit in primo actu carnalis copulæ peccat, & non in alijs, ergo similiter in proposito, qui tenetur ad ieiunium in prima comestione, qua ieiunium soluit peccat, & non in alijs.

Scd̃a opin.

¶ Secundo sic, quod est semel fractum amplius frangi non potest, sed ieiunium frangitur in secunda comestione, ergo vlterius frangi non potest per tertiam quartam & sic de alijs.

Respondet. Durandus.

¶ Respondeo vt dicit dominus Durandus in quarto. distinct. 15. hic est duplex modus dicendi. Primus modus, quod frangens ieiunium ad quod tenetur toties peccat, quoties frangit, pro quo sunt rationes in principio quæstionis positæ. Sed iste modus loquendi videtur aliquibus multum durus. Et ideo est secundus modus dicendi, quod talis frangens ieiunium non peccat mortaliter in qualibet comestione. dicit. n. Durandus multum refert inter præceptum negatiuum iuris naturalis, & iuris positiui. Iure enim naturali prohibetur actus, qui est de se malus vt Mæchari, & omnes tales cadunt æqualiter sub prohibitione, & peccat mortaliter, qui mechatur secunda vice, sicut prima, & sic de alijs omnibus. iure autem positiuo prohibetur actus, qui non est malus secundum se, sed potest bene fieri, imo in casu necessarium est fieri, vt comedere, vel de se videtur valde bonus, vt dicere diuinum officium alta voce. Et ideo prohibitio ecclesiæ, vel iuris positiui videtur cadere super vnum actum, & non super alium ex causa, sicut tempore interdicti prohibentur diuina celebrari alta voce. Sub hac autem prohibitione non videtur cadere Natalis domini, Paschæ, Pentecostes, & assumptionis domini, vt habetur de sententia ex alma mater libro sexto. Et eodem modo potest cadere sub præcepto vna comestio, & non alia, & in hoc nullum est dubium.

Quæstio. Respondet.

¶ Sed † vtrum cadat sub prohibitione ecclesiæ secunda, & non tertia, vel quarta. Et videtur, quod sic aliquibus rationibus. primo quia iura, & leges aptantur his, quæ communiter accidunt per edictum, ergo ieiunij, quod est prohibitorium prohibetur comestio, quæ diebus ieiunalibus communiter fieri consueuit, illud autem est bina comestio, ideo super binam videtur directe cadere prohibitio ecclesiæ. Secundo præcepta ecclesiæ, quo ad naturam præcepti secundum se considerata, vt plurimum sunt supererogationis, vt ieiunare, dicere horas, & huiusmodi, sed efficiuntur solo statuto ecclesiæ de necessitate salutis prohibentur, ergo præcepto ecclesiæ, quæ absque præcepto essent licita, sed comestio tertia, vel quarta non est licita regulariter, sed solum bina, ergo prohibitio ecclesiæ non cadit super tertiam vel quartam comestionem, sed solum super binam.

Durandus.

Quia tamen ecclesia non determinat expresse, quid circa hoc intendit. Nõ puto dicit Durandus, quòd sit alicui suadendum postquam secunda vice fregit ieiunium quod comedat tertia vice, vel quarta. Tum propter dubium, quod per ecclesiam nondum est determinatum, tum quia plures comestiones regulariter sunt illicitæ, & contra bonos mores, nisi in casu & ex causa. Et secundum hoc posset responderi ad rationes, vtriusque partis Lege.

Exponit literam.

¶ [Quinta feria] quæ dicitur cœna [nouissime] id est vltimo [soluere ieiunium] bis, vel pluries comedendo [ex honorare]. i. imperfectũ facere [sed syncere]. s. cibis quadragesimalibus vtentes, & semel in die, vel syncere, id est ex deuotione & charitate Hugut. Notaꝗ, quòd in hac quinta feria, quidam non ieiunabant, aliqui propter solennitatem diei, alij occasionem accipientes a Christo. Nam, quia Christus surrexit à cęna, & lauit pedes discipulorum, & inde rediit ad cęnam, volunt quidam ad similitudinem eius, & pedes alijs abluere, & bis comedere, & hæc consuetudo reprobatur hic. Nec possunt capere argumentum à Christo bis comedendi. Pro quo sciendum quod Christus dicitur Ioann. 13. surrexisse cęna facta, dupliciter exponitur, vno

tur:vno modo sic,secundum August.[facta].i.parata,non dum transacta,quia postea dr recubuisse,& buccellam inde Iudæ tradidisse,vel sic secundo.[Cœna facta] quantum ad agnum Paschalem,quia iam commederant agnum Paschalem,vt quidam dicunt.vnde Nicholaus de lyra dr sic. Cena facta.Non est intelligendum,quod esset totaliter cõpleta,quia postea dr.Cum recubuisset.sed erat facta quantum ad hoc,quod comederant agnum paschalem cum discipulis,secundo surrexit à cœna,& lauit pedes omnium discipulorum,& tersit.tertio recubuit.& docuit eos,& tradidit eis corpus suum in sacramento,etiam Iudæ.secundũ hoc post lotionem pedum Christus non comedit iterum,& ita falsum præsupponitur.vel dato quod comedisset etiã post lotionem pedum non tamen ideo dicendus est bis comedisse,vt dr Hugu.vel quod ieiunium fregerit.sed interrupit. Nec hoc prohibetur hic sed prohibetur quis bis integre comedere,& perfectè,cuiusmodi est,qui primo integre,& perfectè comedit,& postea surgit,& iterum comedit.Secus est si parum comedit,& post ad mãdatum faciendum,vel alicui necessitati succurrẽdum surgeret,quo facto ad mensam rediret,& comestionem inceptam perficiet.Nam certe talis ieiunans vel ieiunus diceretur secundum Hug.Ita etiam notat Host.in summa de obserua.ieiun.§.quando vbi tota.

Nico.de ly. — Hug. — Host.

1 *Abstinentia a carnibus, ouis,& lacticinijs, an conuenienter interdicatur ieiunantibus.*
*Quod sic.nu.2.*
3 *Libidinem tria sunt facientia.*



NOn oportet. Sequitur octauum capitulum eiusdem partis,in quo magister Gratianus in informationem capituli præcedentis inducit ordinationem etiam cõcilij Laodicen. patet capitulum.Verũ quia de cibis quadragesimalibus fit mẽtio cum ait, escis abstinentiæ conueniẽtibus,id ẽ aridioribus vti. ¶ Quærendum est pro pleniori intelligentia huius partis, à quibus cibis abstinendum est temporibus ieiuniorum. (Quæstio.) 1 Quæritur ergo. † vtrum conuenienter ieiunantibus interdicatur abstinentia à carnibus,& ouis,& lacticinijs.Et videtur quod non. (Primum ar.) ¶ Primo sic. ieiunium est institutum ad concupiscentias carnis refrenandas.sed magis ad concupiscentiam prouocat potus vini, quam esus carnium,secundum illud Prouerbiorum 20. luxuriosa res est vinum.& ad Ephe.5.Nolite inebriare vino in quo est luxuria.cum ergo non interdicatur ieiunantib. potus vini,videtur quod nõ debeat interdici esus carnium. (Secundũ ar.) ¶ Secundo sic,aliqui pisces ita delectabiliter comedũtur sicut quorundam animalium carnes. sed concupiscentia est appetitus delectabilis,vt supra habitum est, ergo in ieiunio quod est institutum ad refrenandum concupiscentiam,sicut non interdicitur vsus piscium, ita nec debet interdici vsus carnium. (Tertium ar.) ¶ Tertio sic,in quibusdam ieiuniorum diebus aliqui ouis,& caseo vtuntur. ergo pari ratione in ieiunio quadragesimali talib9 homo vti potest. (Quarta ar.) ¶ Quarto sic.cum ieiunium sit institutum cõtra lasciuiam carnis, ab illis cibis est maxime abstinendum,qui prouocant ad libidinem.hmõi autem sunt legumina,cum sint inflatiua siue ventosa.sed ista non prohibentur.ergo nec alia prohiberi debent. (Opponit & Respondet) ¶ In oppositum est textus cap.præsentis,& cõsuetudo communis fidelium. 2 ¶ Respondeo dicẽdum.† q rõnabiliter prædicta interdicuntur ieiunantibus,& maxime tempore quadragesimæ. Cuius ratio secũdum Sanctũ (S.Thom.) Thomam in secunda secundæ quæstione 147. articulo 8. est quia ieiunium est ab ecclesia institutum ad reprimendas concupiscentias carnis,quæ quidem sunt delectabiliũ secundum tactum,quæ consistũt in cibis venerijs,& illos cibos ecclesia ieiunantibus interdicit,qui & in comedendo maxime habent delectationem,& vere maxime hominem ad venerea prouocant.huiusmodi autem sunt carnes aĩaliũ in terra quiescẽtium,& respirantium,& quæ ex eis procedunt,sicut lacticinia,ex gressibilib.& oua ex auibus, quia.n.hmõi magis conformãtur humano corpori, plus delectant,& magis conferunt ad humani corporis nutrimẽtum,& sic ex eorum comestione plus superfluit, quod vertatur in materiam seminis,cuius multiplicatio est maximum incitamentum luxuriæ.& ideo ab his cibis præcipue statuit ecclesia ieiunantibus esse abstinendum. Ratio ẽt hmõi prohibitionis assignatur à domino magno Alb. (Alber.mge) super Matthæum.super illud. Tu autem cum ieiunas &c. vbi dr sic,quod intentio Dei,& ecclesiæ est,non vt ieiunio extinguatur natura,siue calor naturalis, sine quo non est vita,sed vt dometur pestis libidinis.Ideo præcipit abstinere a facientibus libidinem,sicut à carnibus,& his q̃ vicina sunt ex sanguine bene digesto animalium,sicut est, lac,& lacticinia,& permittit nutriri his, quæ sunt remotiora à carne,sicut seminibus,& his,quæ fiunt ex semine. Et licet concedat vinum,quod est calidum, tamen hoc est magis potus,quam cibus.& ideo cum miscetur frigidis, quibus tempore ieiunij reficimur,tẽperatur eius calor,& in hoc condescenditur hoĩ,ne minus infrigidetur.Pisces autem, qui conceduntur sunt frigidi,& viscosi,& non libidinem accẽdentes.Et licet species concedantur,hoc fit ad dissolutionem viscositatis,& dissolutionis ciborum,seu subtiliationis, quia aliter morbos graues, & graues humores ex melancholico sanguine generarent, & ideo ẽt tales species magis sunt medicina,quam cibus.¶ Ad rõnes licet ex dictis possit haberi responsio, nihilominus respondetur ad eas. (Ad primum arg.) Ad primam respondetur,quod rõ non procedit,qa vt dr S.Thom. (S.Thom.) in quarto vinum concupiscentiam incitat inflammando per modum alterantis,& quia tales alterationes non diu manent,ideo potus vini non adeo efficaciter operatur ad concupiscentiæ fomentum,sicut esus carnium,quo præcipue materia concupiscentiæ ministratur & calor naturalis confortatur radicitus magis. Præterea subtractio vini nimis naturã debilitaret propter digestionis impedimentum. Multi enim habent debilem stomachum, quibus necessarius est vsus vini propter digestionem celebrandam. vnde conuenienter actum est, quod vsus vini ieiunantibus communiter non sit interdictus. (Ad scđum.) ¶ Ad secundum respondetur, quod ecclesia ieiunium instituens intendit ad id, quod communius accidit. Esus autem carnium est magis delectabilis communiter,quam piscium, quamuis in quibusdam aliter se habeat, & ideo ecclesia ieiunantibus magis prohibuit esum carnium,quã esum piscium. (Ad tertium) ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam.Primo qa oua & lacticinia ieiunantibus interdicuntur inquantum sunt ex aĩalibus exorta carnes habentibus.vnde carnes principalius interdicuntur quam oua, vel lacticinia. ¶ Secũdo qa inter alia ieiunia solennius est ieiunium quadragesimale.Tum qa obseruatur ad imitationem Chri.Tum ẽt qa per ipsum disponimur ad redemptionis nostræ mysteria deuote celebranda,& ideo ĩ quolibet ieiunio interdr esus carnium.In ieiunio autẽ quadragesimali indifferenter,& vr oua, & lacticinia, circa quorum abstinentiam in alijs ieiunijs diuersæ consuetudines existunt apud diuersos,quos q̃sque obseruare debet secundum morem eorum,inter quos conuersatur. vnde Hieronymus (Hieron.) dr de ieiunijs loquens vnaquęque prouincia abundat in suo sensu,& præcepta maiorum leges apostolicas arbitrantur. (Ad quartu) ¶ Ad quartam respondetur,quod non est simile de leguminibus & alijs.Et rõ est secundum dñm Albertum (Alber mag) vbi supra sicut dicunt & Philosoph. 3 † Tria sunt facientia libidinem.s.calor calefaciens humidum,materiam ministrans,& ventosum membra extendens. legumina autẽ ventosa sunt,ita quod Auicẽna dr. quod faba tenet ventositatem vsque ad tertiam digestionem. Et Constantinus, (Auidenna a Constanti) quod ordei potus prouocat libidinem ex vẽtositate, legumina autem licet sint ventosa, fuerunt tamen semper cib. ieiunantium,quia ventositatem illam habent antequam carni socientur,& vniantur.& ideo transitoria est.Sed illa quæ calida & humida adduntur carni faciunt libidinem pmanentem,& ideo vitari præcipiuntur.hæc Albertus. Lege. (Exponit literam) ¶ [Totos]exceptis diebus dñicis,vt in c.sequenti. [Aridioribus]id est minus impinguantibus,& fomentum concupiscentiæ præstantibus,quemadmodum legumina,fructus,herbæ,parui pisciculi.



PLacuit. Sequitur nonum capitulum huius partis,in quo magr Grat.introducit ad idem propositum institutũ concilij Agathensis continẽs duo principaliter. Primum est,quod tota quadragesima est ieiunanda exceptis diebus dñicis. Secũdum est de hora comestionis,videlicet quod ieiunandum est, id est non comedendum siue ieiunium non soluendum nisi

nisi cantata,& terminata missa.i.finita hora nona. Pro pleniori intelligen tia huius ca.tria veniuntur quærenda.

1 ¶ Primum est vtrum conuenienter interdicatur ieiuniũ die dominica.

2 ¶ Secundum est. vtrum conueniẽter hora nona taxetur ad comedendum his,qui ieiunant.

3 ¶ Tertium vtrum anticipatio temporis frangat ieiuniũ.

1 **Ad primum** Sic proceditur. † Et videtur ꝙ die dominico non sit interdicendum ieiunium.¶ Et primo sic.Christi ieiunium est nobis propositum ad imitandum:sed Christus ieiunãdo 40. diebus ieiunauit & dominicis diebus,ergo &c.¶ Secundo sic, dr̃ Augus.in de consensu euangelistarum.quod sicut ieiuniũ est afflictionis,ita ieiunium est exultationis. sed maxime exultatio spũalis fidelibus prouenit ex Christi resurrectione.ergo maxime in diebus dominicis est ieiunandum. ¶ Tertio sic.si diebus dominicis ieiunandum non est. ergo videtur,quod in illis non sit abstinendum à carnibus, & lacticinijs,quibus abstinetur rõne ieiunij.¶ In oppositum est textus præsentis capitu.¶ Respondeo dicendum, quod conueniẽter diebus dominicis ieiunium interdr̃,vt vt hic habetur ex concilio Agathen.& infra dist. 5.ex Beato Grego.cap.quadragesima.Et hoc duplici rõne. Primo propter reuerentiam dominicæ resurrectionis.dies.n.resurrectionis dies est lætitiæ.vnde cantatur. Hæc est dies, quam fecit dominus exultemus,& lętemur in ea. Et ideo in illa non congruit tristitiæ signa ostẽdere,Et quia in singulis dominicis memoriã dominicæ resurrectionis agitur ideo in diebus dominicis secundum communem consuetudinem ecclesiæ ieiunia remittuntur. Secundo etiam in signũ octauæ resurrectionis,quæ est status resurrectionis gloriosæ,vnde Gregorius dialogo narrat quendam sacerdotem diuinitus missum à spũ sancto,& Beato Benedicto dixisse dies resurrectionis est,non licet tibi hodie abstinere.¶ Ad rationes in oppositum.Ad primam respondetur negando consequentiam.licet.n. conformemur ieiunãdo ieiunio Christi in aliquo, vtputa abstinendo ab aliquibus .s.carnibus,& lacticinijs.Non tamen oportet, quod cõformemur ei ieiunando diebus dñicis propter rationem iam dictam.¶ Ad secundam respõdetur,quod ieiunium exultationis,vt dr̃ S.Thom.in secunda secundæ.ex spũ sancto procedit,qui est spũs libertatis,& ideo hæc ieiunia sub ꝓcepto cadere non debent.Ieiunia ergo,quæ præcepto ecclesiæ instituuntur sunt magis ieiunia afflictionis, quæ nõ cõueniunt in diebus lętitiæ.propter quod non est ieiuniũ institutum in toto paschali tempore,vt & in diebus dñicis,in quibus si quis ieiunaret contra consuetudinem populi Christiani,qui vt August.dr̃ est pro lege habenda,vel & ex aliquo errore sicut Manichæi ieiunant quasi necessarium tale ieiunium arbitrantes,non esset à peccato immunis,quamuis ipsum ieiunium secundum se consideratum omni tempore sit laudabile,secundum quod dr̃ Hieronymus ad Lucinum capitulo vtinam 86.d.vtinam omni tempore ieiunare possemus.¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam,quia licet non congruat quod diebus dominicis ieiunemus propter causas dictas. congruit tamen,vt abstineamus à carnibus & lacticinijs, vt ieiunium nostrum sit conforme ieiunio Christi,ſm quod congruit.

(Margin: Primum ar. — Scd̃m arg. — Tertiũ arg. — Opponit in cõtrarium. — Respondet. — Greg. — Ad primum argu. — Ad secũdũ — S.Thom. — Ad tertium)

**Ad secundum,& tertium** Quid respondẽdum sit vide supra d.1.solent plures.Lege.¶ [Et etiam die sabbati]. s. paschalis.quod dr̃,ne forte propter solennitatem crederetur tunc ieiunium soluendum.Hugut.[ieiunent].id est nõ commedant[nisi sacerdotali oratione finita].i.missa prius 2 cantata,& terminata.†Missa dr̃ proprie oratio sacerdotis quia ab alio non potest cantari,nisi à sacerdote. Et quod de missa debet intelligi patet per illud,quod subdit exponendo[&]pro.i.[discretionis communione].i.eucharistia sumpta,& percepta à presbytero. quasi dicat ieiunent, & non comedãt,nisi prius missa celebrata in hora nona, supple & officio vespertino.vt supra ead.d.1 solẽt.eucharistia dicitur communio discretionis,quia cum discretione,& reuerentia debet tractari, & sumi dicente apostolo 1.ad Corinth.11.probet autem seipsum homo,& sic de pane illo edat,& de calice bibat.

(Margin: Exponit literam)

1 *Genua quod non flectantur diebus dominicis an sit conuenienter institutum.*

*Et quare.nu.2.*



**Voniam.** Sequitur decimum capitulũ eiusdem partis, in quo magister Gratianus prosequens celebrationem festiuitatum. introducit institutum concilii Niceni,quod nec dominicis diebus, nec in die pentecost.genua sunt flectenda in publica oratione,sed stando orandum est.Breue est non diuiditur.¶ Pro cuius capituli pleniori intelligentia. Quæritur. 1 †vtrum conuenienter institutum sit,quod diebus dominicis nõ flectãtur genua orando,sed stantes oremus. Et videtur quod non.¶ Primo sic,oratio quanto humilius fuerit celebrata,tanto videtur Deo acceptabilior. vnde ecclesia 35.dr̃.oratio humiliãtis se,nubes penetrat,& psal.101. Respexit in orationem humilium,& non spreuit precem eorum.sed oratio flexis genibus oblata videtur cum maiori humilitate facta.ergo illo modo maxime in festiuitatibus in quibus cũ maiori deuotione orãdũ est,orare debemus. ¶ Scd̃o,qñ leuatur corpus Christi oĩ tempore siue festiuo siue nõ festiuo genua flectenda sunt, vt in c.sane.de cel. miss.ergo non videtur conuenienter institutum, quomodo hic dr̃.¶ Tertio in præsentia domini Papæ diebus etiã festiuis publice flectũtur genua, cum dr̃ post pater noster lætatus sum.& oratio pro pace ecclesiæ,ergo &c.¶ Quarto quid,si quis haberet iniunctum pro pœnitentia ꝙ omnibus diebus genu flecteret orando,non videtur dicendum quod non debeat implere,ergo &c.¶ In oppositum est textus præsentis cap.¶ Respondeo dicendum quod conuenienter à sanctis patribus institutum est,vt diebus dominicis,& tempore paschali,& etiam aliis festiuis diebus non oretur publice flexis genibus,sed stando. Pro quo notandum,quod actus exteriores in diuino cultu 2 debent congruere temporibus,& solennitatibus iuxta ea, quæ fidelibus in illis commemorantur,vt exterior cultus cõformetur interiori cultui,qui cõsistit in deuotione, & oratione, Sunt autem in communi duo tempora, vnum tempus luctus,in quo commemoratur miseria nostra, incolatus noster,casus noster,& est tẽpus tristitiæ,& pœnitẽtiæ. Aliud est tempus iocunditatis,in quo commemorantur mysteria salutis,& reparationis nostræ.Et ideo ĩ ecclesia duplex seruatur modus in orando.In primo tempore oramus genuflectẽdo,aut toto corpore prostrato,quod facimus multiplici de causa.Primo ad significandum infirmitatem corporis nostri,quia de puluere assumpti sumus.Secundo, vt ad memoriam reducamus nos ꝓpter lapsum nostrum inter bruta aĩalia in terra iacere.Tertio,vt in ipso actu confiteamur nos esse peccatores,& terrenis desideriis inhærẽdo ventrem terre,& animam pauimento infigimus. quarto vt Christum adorantes eum ad terram descendisse pro salute nostra,& carnem de terra virginali sumpsisse significemus,nos veraciter credere.Quinto,quod innuamus,qđ Christo omne genu flectendum est.vnde non vnum genu flectendum sed vtrunque.In secundo vero tempore. s. iocunditatis,& lętitiæ,vt sunt dies dominica,& tempus pascale,quod computatur vsque ad octauas pentecostes inclusiue,& alii dies festiui oramus in oratione dominica in ecclesia non genu flectentes,sed stantes.quod etiam mul-
2 tiplici rõne facimus † die quidem dominica genua non flectimus propter lętitiam resurrectionis,quam tunc recolimus.Diebus vero paschalibus,tum propter statum æternæ fęlicitatis,& gloriæ nostræ quam expectamus post hãc vitam,quem dies paschales repræsentant, octauam resurrectionis significãtes,in qua nec ieiunabunt, nec etiam luctus nec labor,sed nec vllus dolor erit quoniam in priora transierunt.Apocalyp.21.sed perfectum gaudium oĩbus erit.Tum quia mulieres ad sepulchrum venientes non flexerunt genua,sed erectæ inspexerunt in sepulchro sicut dr̃ Ambrosius in fine Lucæ.diebus autem pentecostes quib. libertas spũs sancti nobis data recolitur,etiam genua non flectimus,sed stãtes oramus libertatis gratias nobis collatas,& conferendam gloriam profitentes, vt cum olim essemus serui curui nunc fracto iugo incedimus erecti. Cæterum hoc idem seruandum est in diebus etiam festiuis ꝓpter ipsarum festiuitatum in quibus recolimus sanctam societatem angelorum,& sanctorum hominum, qui iam sunt in lętitia sempiterna genua non sunt flectenda sed stãdo cum iocunditate orandum est. Verum, vt dr̃ Guilielmus in rõnali in istis diebus capite aliquantulum inclina-

to orare

(Margin: Quæstio. — Primum ar — Secundũ ar. — Tertium ar. — Quarta ar. — Opponit & Respondet — 2 ¶ Diuino cultu. Adde ꝙ cult° diuinus debet augeri non minui Pet. de An. in c.ex parte.nu. 2.de consti. — Ambrosius — Gilbert)

to orare debemus,sicut deuotæ mulieres ad monumentū venientes fecisse dicuntur,& leguntur.dr̄.n. Lucæ vicesimoquarto cum timerent autem,& declinarent vultum in terram.¶ Ad rationes.ad primam respōdetur,quod ratio non procedit,quia licet genu flectere sit magis signum humilitatis,quam stare.Nihilominus non ita respondet, aut mysterio festi,aut lætitiæ solennitatis,sicut statio quæ cōgruentia maxime attendēda est in celebratione festorum. Præterea humilitas cordis,quæ principaliter in oratione attenditur tanta potest esse in eo,qui non ex irreuerentia, sed ex obedientia,vt.s.respondeat materiæ festi orat stando,sicut in eo,qui orat genua flectendo. ¶ Ad secundam respondetur,quod casus ille excipitur. In præsentia.n. corporis Christi & sanguinis genua flectenda sunt.Non.n. tantum oramus, sed adoramus oratione latriæ perfectum Deum perfectumque hominem Christum existentem veraciter sub sacramento illo,¶ Ad tertiam respondetur,qđ hoc quod hic dr̄ de genua non flectendo præfatis temporibus intelligendum venit meo iudicio in officijs publicis siue ordinarijs orationibus, quæ fiunt in illis temporibus quibus seculares etiam correspondere debent in ecclesia orantes. Nam si in illis temporibus contingat alia officia celebrari pro aliquibus casibus occurrētibus , vt puta pro aduersitatibus famis, pestis,aut guerrarum tollendis , aut pro mortuis,non videtur statutum illud concurrere, videtur quod in talibus possunt homines orare flexis genibus & totis corporibus ad terram prostratis pro captanda facilius diuina gratia,& misericordia . Vnde etiam cum celebratur consecratio,aut ordinatio clericorum consecrans, & consecratus flectere genua possunt.secūdum quod modus consecrationis requirit,vt in capitulo 2.extra de fe. In alijs vero temporibus obseruanda est patrum consuetudo in publicis orationibus.Et ita patet responsio ad illud , qđ dr̄ de oratione,quæ fit pro pace die dominica , aut festiuis diebus in capella domini papæ.Illa oratio est extra ordinaria,& de illa non currit statutum patrum . ¶ Ad quartam dicendum,vt dr̄ Arch.quod si sacerdos iubeat publice genu flecti temporibus supradictis,non est obediendum sibi,quia presbyter non potest derogare iuri communi , secus si iuberet genua flecti priuatim.Et hoc idem notat Hugu.in cap.vltimo 3.d.Lege.¶ [In die dominico]id est dominicis diebus[flectentes].s.publice coram populo.priuatim siue secreto flectere in talibus diebus nullus prohibetur,vt in dicto cap.2.extra.de fe.[in die]. i.tempore pentecostes,quod est à resurrectione domini vsque ad octauas pentecostes,hoc etiam intelligendum est,vt dicit Hug. de solennitatibus aliorum sanctorum,quod in eis genua flectenda non sint, quæ festa habentur supra e.dist.c.1.& extra de fe. conquestus.

Ad primum argu.

Ad secūdū

Ad tertium

Ad quartum Arch.

Exponit literam.

Augu.

1 *Abstinere a carnibus an sit laudabilibus, quam a potu vini.*



De esu carnium &c. Hic incipit secunda pars huius distinctionis,in quo magister Gratianus tractat de abstinentia ab esu carnium. Dicens ex authoritate Leonis papæ quarti . qđ quarta,& sexta feria abstinendum est à carnibus,cum integris noctibus pręcedentibus,& sequentibus Hugu.Breue est.Sed vt dr̄ glo.quod hic dr̄ de abstinentia carnium de quarta feria est consiliū. de feria sexta est pceptum.¶ Quia vero hic fit mētio de abstinētia à carnibus , magis quā à vino,q̄rit† vtrū laudabilius sit abstinere à carnib.quam à potu vini. Et videtur quod laudabilius sit abstinere à potu vini.¶ Primo sic.Ecclesia.3 1.dr̄ multos exterminat vinum.gloss.Ebrietas multos subuertit,quia sensum minuit.Nam excitat libidinem,& inflammat,ac animi secreta reuelat.Ex his patet quod excessus in potu vini hominem valde lædit , & vituperabilem reddit a quibus obseruatur abstinendo à vino.Non autem tantum lędit hominem excessus in comestione carnium.laudabilior ergo est abstinentia à vino quam à carnib.¶ Secūdo dr̄ ad Ephesio.5.Nolite inebriari vino , in quo est luxuria.gloss. nihil est quod minus conueniat alios arguenti quam inebriari vino.¶ Tertio dr̄ Hieronymus ad Eustachium. hoc moneo,hoc obtestor, vt sponsa Christi vinum fugiat pro veneno.vt j.carnem.di 5.ergo vr̄ quod abstinentia à vino sit laudabilior.¶ In oppositum vr̄ tex.præsentis cap. quia vniuersalis ecclesia instituit abstinētiā à carnibus & nō abstinētiam à vino. hoc autem nō esset nisi laudabilior esse abstinentia ab esu carnium quam à potu vini.ergo &c. ¶ Respondeo ad hoc quidam respondēt per distinctionem sic. Quod quando iniungitur simul respectu eiusdē personæ, abstinentia à carnibus,& à vino,id est quando vnus & idē abstinet ab vtroque tunc laudabilior est in eo abstinentia à vino quam à carnibus.Ratio quia abstinentia à vino est magis purgatoria,magis satisfactoria,& magis eleuatiua mentis. Purgatoria,quia per huiusmodi abstinentiam magis mitigaт̄ carnalis cōcupiscentia,quā vinū auget.Itē magis satisfactoria,quia magis pœnalis est. Vnde pœnalius est huiusmodi abstinere à vino,quam à carnibus.Item magis est eleuatiua mētis , quia vinum magis impedit eleuationem mentis ad superna , & magis turbat rationem. Vnde in lege veteri.s.Leuit.10.capitulo.prohibebantur sacerdotes bibere vinum,quando introire volebāt sanctuarium,nunquam tamē prohibebatur eis vsus carnium.Sed quando diuersæ sunt huiusmodi abstinentiæ.Ita quod homo abstinet vel à vino tantum, vel à carnibus tantū, tunc dicunt,quod laudabilior est abstinentia à carnibus tātum, quam à vino,& hoc quia abstinentia à carnibus salubrior est & abstinentia à vino minus.Itē portabilior,quia leuius abstinet homo à carnibus,quā à vino.Item rationabilior, quia est contra concupiscentiam gulæ per quam peccatū in homines introiuit,vel etiam vt dr̄ S. Thom. in quarto. & dictum est.supra in ca.Non oportet. vinum incitat concupiscentiam inflammando per modum alterantis , & quales alterationes non diu manent,potus vini non adeo efficaciter operatur ad concupiscentiæ fomētum,sicut esus carnium. Nec est inducendum pro authoritate,quod machometus iniunxit abstinentiam à vino . quia hoc non fecit,quia abstinētia huiusmodi sit magis meritoria , et magis placens Deo,sed quia magis facit ad conseruationem reipublicæ.de qua semper Arabes curauerunt , quoniam cum in regione calida sit vinum fortissimum,si vterentur saraceni vino cum ipsi nō sint sobrij,quotidie essent ebrij & magis voluptati dediti,& se mutuo interficerent, ꝓpter quod legislator eorum prohibuit eis vinum . Et ita vt dictum est,una via abstinentia à vino est laudabilior.Et alia via laudabilior est abstinentia à carnibus.Et sic concedendæ sunt rōnes ad vtranque partem,quia procedunt secundum diuersas vias.Tenendo autem viam,quod abstinentia à carnibus sit laudabilior.Respondetur ad rationes dictas in oppositum vnico verbo.s.quod loquūtur de vino immoderatè sumpto. A tali.n.abstinendum est sicut à veneno.Nec possent describi mala,quæ excessus potus vini in homine operatur.Nos vero loquimur de vino sobrie sumpto,de tali.n.dr̄ Ecclesiast. 3 1.Aequa vita hoīs vinum in sobrietate potatum.vbi glo.inquit. vinum sobrie potatum æqualitatem vitæ non tollit, sed oīm virtutum ornamentum sobrius potus adducit.Lege.¶ [A cœnæ]quæ cœna fit in principio noctis quartæ feriæ.nox. n. semper est de sequenti die,& sic nox quæ est inter diē Martis,& Mercurij est quartæ feriæ,& non tertiæ.& hoc est quod subditur[quæ luscescit]id est deputatur quartæ feriæ, quæ habet esse ex luce & splendore solis super terram sicut cæteri dies.Nox.n.sequēti diei ad scribitur vsque in diluculum [quintæ feriæ]id est per duas noctes,& vnum diem inter positum Hugu.[ieiunatio]id est abstinētia à carnibus. sed vt dictum est,quo ad feriam quartam hæc abstinentia est in consilio quo ad feriam sextam est in præcepto.Ex hoc capitulo videtur colligi.quod in die Martis vel in die Iouis post vesperas cum sequens dies iam incipit.Non licet alicui comedere carnes.vnde dr̄ Hugut.quod consuetudine contrarium obseruatur,sed peccatur in hoc secundum eum.Sed rōne multitudinis & consuetudinis in tali casu excusatur quis à pœna,sed non à culpa supra d.4.denique. verum vt possimus totam multitudinem hominum non obseruantium excusare,non modo à pœna, vt facit Hug. sed etiam à culpa videtur posse dari talis color.videlicet, quod dies hic computetur secundum leges , quod etiam dicit Laurentius,videlicet à media nocte quando sol sub terra ad nos redire incipit.ff.de fe.l.more. Et quod hoc satis conuenienter fiat potest sic,probari.Maior puritas abstinētiæ,& ieiunij requiritur ad sumptionem eucharistię, quam ad obseruantiam feriæ quartæ vel sextæ cū ad sumptionem eucharistiæ non solum requiratur , quod homo sit ieiunus ieiunio ecclesiæ,sed etiam naturæ.sed ad sumptionem

Quæstio.

Primum ar.

Secundū ar.

Tertium ar.

Opponit in cōtrarium.

S.Thom.

Exponit literam

Hug.

ptionem eucharistiæ sufficit quod abstinentia cibi, & potius computetur à media nocte, vt habet communis doctrina doctorum, & ponitur in gl. super capitulo nihil. 7. q. 1. ergo videtur quod ad obseruantiam huius decreti de abstinentia carnium diebus prædictis abstinendo à media nocte excusantur etiam à culpa, maxime cum iam vetustissima consuetudine hoc videatur confirmari. [Sabbati] hic habetur quod in sabbato licite possunt comedi carnes Sed postea diem obtinuit & in sabbato .s. abstinendum esse à carnibus infra di. 5. quia dies. Sed & ieiunium in sabbato fuit postea consultum infra e. sabbato Hug.

2 *Sabbatum dupliciter consideratur.*
3 *Sabbatum significat quietem*
5 *Opera multa corporalia conceduntur in die sabbato in noua lege.*
6 *Arare agros pauperum diebus festiuis, an liceat pro elemosina.*
7 *Operari an liceat circa ecclesias diebus festiuis.*
8 *Seruitus spiritualis est duplex.*


Eruenit. Sequitur tertia pars huius distinctionis, in hoc. n. capitulo magister Gratia. inducit papam Gregoriũ. redarguentem duos errores. Primus est eorum, qui in sabbato prohibebant aliquid operari. Secundus est eorum, qui etiã in die dominica lauacrum prohibebant. Et secundum hoc diuiditur hoc capitulum in duas partes. In prima confutat primum errorem. In secunda secundum, secunda ibi, aliud quodque. Item prima in duas. In prima refert errorem illorum. In secunda reprehendit illos. secunda ibi, quos. Item secunda principalis in duas. In prima narrat errorẽ. In secunda ostendit quando liceat, & quando non lauacrũ facere. secunda ibi, equidem. Pro pleniori intelligẽtia huius capituli. Quæruntur duo.

Diuisio.

Subdiuisio.

1 ¶ Primum est. vtrũ licitum sit prohibere ne aliquod seruile opus fiat in sabbato.

4 ¶ Secundo vtrum liceat die festo facere lauacrum, & alia opera seruilia, quæ prohibebantur in lege veteri.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur quod non sit malum, sed licitum prohibere ne opus seruile fiat in sabbato. ¶ Primo sic, licitum est implere mandatum. sed mãdatum est, vt nullum opus seruile fiat die sabbati. secundum illud Exodi. 20. Sabbatum domini est. Nõ facies in eo omne opus tu & filius tuus, & filia tua, seruus, & ancilla. Et 31. die sabbati custodiat, quicũque fecerit in eo aliquod opus moriatur, & anima eius peribit de medio populi mei. ergo licitum est prohibere opus seruile in die sabbati. ¶ Secundo si dicas, quod cessauit iam, & ideo non est prohibendum in eo opus seruile fieri. contra scribitur Exo. 31. custodite sabbatum meum, pactum. n. sempiternum erit inter me & filios vestros in generationibus suis. ¶ Tertio dies septima est præcepta custodiri in signũ cessationis, siue quietis domini ab operibus, sicut patet Exod. 20. sed huiusmodi ratio obseruationis semper manet. ergo etiam præceptum de obseruantia sabbati. ¶ Quarto sic, quod diuina authoritate est præceptum semper est seruandum, nisi diuina authoritate sit reuocatum, sed præceptum de precepto non legitur reuocatum siue retractatum, ergo adhuc obseruandum est.

Primum ar.

Scdm arg.

Tertiũ arg.

Quarta ar.

¶ In oppositum est textus capituli præsentis. ¶ Respondeo dicendum, quod non est licitum prohibere opus seruile fieri in sabbato. quia vt supra circa primum capitulum huius distinctionis diximus. Iam obseruantia sabbati cessauit, sicut cætera legalia cessauerunt, tanquam vmbram adueniente veritate, quam futuram designabant. Dr. n. August. in lib. quæstionum noui testamenti. legis nomen vnum est, & tripertitam habet intelligentiam. Prima pars de Deo est. Secunda est, quæ sex preceptis cõtinetur. Tertia est in neomenijs, & sabbato. In istis discernẽdis, & eligendis & in circuncisione, & in hostijs pecudum offerendis, hanc itaque legem dicit vsque ad Ioannem non vltra seruandam. quia data est, vt completo tempore cessaret. Item Exod. 35. septimus dies erit vobis sanctus Augu. glo. ibi. illud vnum de sabbato in mysterio præceptũ fuit, vt hodie à nobis non seruetur, sed solum significatum intueamur.

Opponit. & Respondet.

Augu.

2 ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur † quod est considerare sabbatum dupliciter. vno modo secũdum quod dr̃ sanctificationem siue vacationem siue deputationem cultui diuino, & quãtum ad hoc est morale. Alio modo secundum quod dr̃ circumstantiam certi temporis, secundum quod septimus dies sabbatum dictus, & præceptum obseruari. in lege ab operibus seruilibus, & quantũ ad hoc est cerimoniale, quantum ad primũ, quod est morale, & fundamentum in ratione naturali sicut superius circa primum capitulum declarauimus currit semper preceptum de obseruãtia sabbati, id est de vacatione diuino cultui. hoc. n. semper dominus ab homine requirit, vt homo sibi habitaculum cordis præparet, & sibi aliquãdo vacet, secundum illud, vigilate. Quãtum vero ad secundum .s. determinationem temporis. s. septimo die cessauit præceptum de oseruantia sabbati sicut alia cerimonialia, & sic inquantum erat morale manet in lege noua. Inquantum vero ceremoniale est, euacuatum est veritate adueniente.

Ad primum arg.

¶ Ad secundam respondetur dupliciter iuxta Sanctum Thomam. primo quod sempiternũ ibi accipitur pro sancto. quod habet finem, sed non est determinatus nobis. Secundo dr̃, quod sabbatum fuit pactum sempiternum quãtum ad suum significatum, quod est cessare ab omni opere seruili, & vacare orationibus, & operibus spũalibus. Ad scdm. S.Tho.

¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam, licet .n. datum fuerit præceptum de sabbato in memoria quietis Dei ab operibus. Non oportet propter hoc seruari sabbatum inquit Alexander de Halis in quarto. quia memoria illius sufficienter habetur ex lectione sacræ scripturæ. Ad tertium

¶ Ad quartam respondetur iuxta sententiam S. Thomæ in quarto, quod dominus ipse reuocauit diem sabbati, sicut & alia legalia adimplens in re, quæ in figuram præceperat obseruanda valde signauerat habenda: vnde in sui passione dixit. cõsummatum est Io. 14. Ad quartũ Ale.de Hal.

3 †Sabbatum autem signat quietem in Christo per gratiam iam habitã in re, vnde August. contra Faustum. Quæritur sabbati otiũ quare non obseruat Christianus. Respõdeo imo ꝑpterea nõ obseruat christianus, quia quod ea figura præfigurabat iã Christus impleuit. in illo quippe habemus sabbatum, qui dicit venite ad me omnes qui la. &c. Mat. 11.

4 Ad secundum Sic proceditur. † Et videtur qđ nec lauacrum nec alia opera seruilia prohibita in lege veteri licite possunt fieri die dominico, vel diebus festiuis in lege noua. ¶ Et primo sic. Quãto lex aliqua grauior siue acrior est, tanto acriora præcepta instituit, sed lex noua acrior est, veteri, & difficilior. cum per additionem se habeat ad illam. Illa. n. ꝓhibet manum, vt non occides. hæc autem animum dicens. Nolite irasci, ergo videtur quod strictius prohibenda sunt opera seruilia die dominica, quam fuerunt prohibita in die sabbati in antiqua lege, & per cõsequens nunc non licent die dominica quæ non licebant die sabbati. Primum ar.

¶ Secũdo sic, opera seruilia minus decẽt liberos, quam seruos. sed nos per mortem Christi redempti sumus facti liberi Ioann. 8. si filius vos liberabit, vere liberi eritis, ergo magis in lege noua diebus festiuis vacãdum est à seruilibus operibus, quã in veteri lege vacabatur in sabbato. Secundũ ar.

¶ Tertio sic. dr̃ Matth. 5. nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum, ergo magis obseruare debemus diem dominicam, quam Pharisæi, & Scribæ obseruabant sabbatum, sed illi nihil serui le faciebant in sabbato, ergo die dominico similiter nullũ opus seruile agendum est. Tertiumar.

¶ In oppositum est textus præsenti ca. in quo lauacrum hominibus die dominico indulgetur, etiam coctio ciborum, & alia huiusmodi concedũtur die dominico, quæ prohibebantur die sabbati. Opponit in cõtrarium.

¶ Respondeo dicendum, quod vt dictum est superius circa primũ capitulum huius distinctionis, Opus seruile, quod ꝓhibetur die festiuo potest sumi tripliciter, vel. s. à seruitute peccati, vel à seruitute Dei, vel à seruitute, qua homo seruit homini. & secundum hanc triplicem seruitutẽ sunt tres conclusiones. Respondet

¶ Prima, quod loquendo de operibus seruilib. à seruitute peccati magis prohibetur in lege noua die dominica, siue festiua, quam in lege veteri in sabbato. Patet, quia lex noua perfectius regulat, & componit hominem quantum ad actus interiores, à quibus actus exteriores habent rationẽ peccati, vel bonitatis quam faciebat lex vetus. vnde Matthæi 5. inquit Christus. audistis, quia dictum est antiquis. non occides, ego autem dico vobis. Prima con.

quia

quia omnis qui irrascit fratri suo reus est iudicio. Et eodẽ modo dr̃ in alijs præceptis. Ex quo patet, quod lex noua non solum vetat actus exteriores inordinatos, sed etiam interiores. ¶ Secunda conclusio. Opera seruilia dicta à ser uitute Dei, quib. vacatur spũalibus, & colitur Deus, mul to amplius iubentur fieri in lege noua diebus festiuis, quã in veteri lege in die sabbati. Patet, quia lex noua est spũalis Io.6. verba quæ ego loquor vobis, spũs & vita sunt, lex vero vetus in huiusmodi comparatione carnalis dr̃. Vnde in lege noua præstantioribus virtutibus colitur deus sacratioribus cerimonijs, maioribus & melioribus sacrificijs altioris perfectionis, & sanctimoniæ exercitijs. ¶ Tertia conclusio. Opera seruilia à seruitute, qua homo hoĩ seruit non ita prohibẽtur in lege noua die dominica, sicut in veteri die sabbati. Patet quoniam vt inquit Sanctus Thom. in secunda secundæ quæstione 122.ar.quarto. Quædã opera conceduntur in die dominica, quæ in die sabbati prohibebãtur sicut decoctio ciborum, & huiusmodi. Et etiã in operibus prohibitis facilius propter necessitatem dispensatur in noua quam in veteri lege. huius possunt assignari duæ rationes, vna est Sancti Thomæ vbi supra videlicet, quod lex vetus fuit figuralis. Omnia.n. in figura contingebant illis 1.Cor.10. figura autem pertinet ad protestationem veritatis, quã nec in minimo præteriri oportet. Opera.n. secundum se considerata immutari possunt pro loco, & tempore. ¶ Secunda ratio potest assignari quia lex noua est lenior quam vetus. vnde de noua dr̃ Matth.11. Iugũ .n. meum suaue est, & onus meum leue. de onere importabili veteris legis inquit Petrus apostolus Act.15. quid, tentatis Deum imponere iugum super ceruices discipulorũ quod nec patres nostri nec nos portare potuimus.† Con-
5 ceduntur autem in lege noua multa opera corporalia in die festo, vt possunt fieri licite maxime in tribus casibus. Primus est cum vrget necessitas. Secundus cum cultus religionis hoc requirit. Tertius cum pietas persuadet. ¶ Primus est cum vrget necessitas. vnde dominus Matthæ.12. excusat discipulos suos, qui colligebant spicas in die sabbati propter necessitatem, quam patiebãtur in capitulo discipulos infra dist.5. propter necessitatem conceditur lauacrum die dominica, vt in præsenti capitulo. propter necessitatem conceditur piscatio piscium die festo, vt extra de fe. licet propter necessitatem conceditur bellare die festo, 1.Machabæo.2. & diebus quadragesimalibus 23.q.8.ca. si nulla vrget necessitas propter necessitatem conceduntur, quæ ad sustentationem & conseruationem salutis corporalis pertinent, vt decoctio ciborum, & alia huiusmodi, q̃ humana necessitas expostulat ad sui cõseruationem. propter necessitatem indulgetur ĩ festis agricultura, collectura frugum, putatio vinearum, vindemiatio earum cum propter tempestatem aut hostes, alijs diebus fieri non possunt, ne occasione momenti pereat commoditas cœlesti prouisione concessa. vt.C.e.titu.l. omnes. item propter necessitatem conceditur appellari die festo vt.C.e.ti.l.j. item propter necessitatem. vt breuibus nos absoluamus indulgetur omne opus seruile alias licitum fieri. ¶ Secundus casus est, cũ.s. hoc requirit cultus religionis, propter hanc causam multa opera corporalia conceduntur fieri die festo, sicut est pulsatio campanarum, incẽsio lampadũ, oblatio sacrificiorum, purificatio vasorum, administratio sacramentorum, & alia huiusmodi multa, quæ ad ornamentum ecclesiæ & executionem diuinorum officiorũ, & ad diuinum cultum ordinantur. & de hoc dr̃ dominus Matt. 12. sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant, id est corporaliter in sabbato operantur, & sine crimine sunt. Et sic, etiam in sabbato circunferentes arcam sacerdotes nõ transgrediebantur præceptum de obseruantia sabbati, de quo Iosuæ 6. ¶ Tertius casus cum pietas persuadet. ꝓpter pietatem.n. conceduntur multa opera corporalia fieri die festo. propter pietatem conceditur cura infirmorum, & omnia quæ ordinantur ad salutem corporalem proximi. Vnde dominus increpans pharisæos, ait Ioan.7. mihi indignamini quia totum hominem saluum feci in sabbato, ꝓpter pietatem conceditur etiam die festo cura aut liberatio rerum ab imminentibus periculis. vnde dominus dicit Matt.12. quis erit ex vobis homo, qui habet vnam ouem & ceciderit in foueam sabbato, nonne tenebit, & leuabit eam. propter pietatem conceditur die festo exercitium operum pietatis etiam corporalium, quoniam in operibus misericordiæ distinctio non est habenda. 75. di. vtinam, & infra eadem dist.5. nunquid propter pietatem conceduntur die festo fieri quæ ad pacem & cõcordiam pertinent vt pacta & contractus. C. eodem titu.l. vltima.
6 ¶ Sed hic occurrũt duo dubia. Primum est. † vtrum liceat diebus festiuis pro eleemosyna arare agros pauperum, vel
7 alia eorum opera facere. ¶ Secundum † vtrum liceat dieb. festiuis circa ædificationem ecclesiarũ aliquid facere vel operari. ¶ Ad primum respondet Ver. in gl. super summa Raymundi sic. Non credo quod diebus dominicis aut maioribus festiuitatibus liceat. de minoribus autem festiuitatibus sicut infra octa. Paschæ & similibus credo quod liceat sequi cõsuetudinem regionis, quam facit episcopus, & non reprobat. Verum ad hoc quod licite fiant talia in festis oportet primo quod propter ista non subtrahant se à diuinis. secundo quod talia non faciant propter affectionem carnalem aut spem remunerationis temporalis sed propter Deum, tertio, quod paupertas illius hoc exigere videatur. ¶ Ad secundum dubium respondetur secũdum eundem doctorem præfatum, quod liceat in festis nisi sit prohibitum vel consuetudini loci cõtrarium operari circa ædificationem pauperum ecclesiarum, quæ non habẽt redditus sibi sufficientes. ita tamẽ quod huiusmodi labor non sit vsque ad vltimam fatigationem. Nec propter hoc dimittantur diuina vt missa & huiusmodi. Et hæc de tota quæstione. ¶ Ad rationes Ad primam respondetur negando minorem. & cum dr̃ quod se habet per additionem. Ad illã respondetur, quod hoc non arguit maiorem difficultatem quoniam vt ait Sanctus Thomas in prima secũdę. Additio illa ad pręcepta veteris legis ad hoc ordinatur vt facilius impleatur quod mandabat lex vetus, vt dr̃ August. vnde per additionem prohibitionis de non irascẽdo fratri facilius adimpletur prohibitio de non occidendo, & ideo per talem additionem non ostenditur, quod lex noua sit grauior, sed magis quod sit facilior. ¶ Ad secundam respondetur, quod ratio non militat. quia nos ꝑ Christi passionem liberati sumus non à seruitute corporali, sed
8 spũali† quæ potest dici duplex, videlicet à seruitute diaboli, & ab obseruantia legalium præceptorum. Ratione primæ maxime in lege noua cessandum est à peccatis, sicut ab his quæ maxime repugnant spũali libertati, quia Christus nos liberauit. Ratione secundæ conuenientissimum fuit, vt diximus, quod in lege noua non essent tot opera corporalia nobis ꝓhibita die festo, sicut in veteri die sabbati, & ita ratio non procedit. ¶ Ad tertiam respondetur, ꝙ dominus non requirit in nobis maiorem abundantiam iustitiæ, quam in Scribis, & phariseis, quo ad obseruãtias legales, & rigorem, & multitudinem operum exteriorũ, sed quo ad sanctimoniam interiorum operum spiritualium, & ita ratio non est ad propositum. Lege. ¶ [Aliquid operari]. s. seruilis operis, quod non est faciendum ne videantur Iudaizare non credentes filium Dei incarnatum cuiusmodi sunt discipuli Antichristi. vnde sequit. [Quid aliud nisi Antichristi prædicatores] id est fautores & discipulos Antichristi. [Qui] assignat rationem [simulat] id est, simulabit [vult] id est vellet, præ nimia.n. certitudine ponitur hic præsens pro futuro. [compellit]. i. compellat [exteriorem] id est literalem seu carnalem [aliud.] secunda pars [lauacri] caput, vel pedes, vel manus. Arch. manus autem quadam honestatis & mundiciei necessitate abluimus, pcipue cum debemus cibum sumere, & ita à peccato excusamur, cum in festiuis diebus eas lauamus. Arch. Sed videtur nobis, quod Arch. nimis ample capiat istum textum, & vocabulum lotionis. Nostro.n. iudicio non loquitur textus de quacũque lotione manuum, pedum, aut corporis, alias non liceret se lauare die festo in fluuio pedes, aut natando corpus lauare, sed loquitur de lauacro balnei. Non enim licet diebus festis extra casum necessitatis balneis vti, & maxime cum fœminis, quod prohibetur & reprobatur distinctione octuagesima prima. Non oportet. [die dominico] eadem ratione nec in alijs diebus festiuis argum. supra eadem distinctione capitulo primo & capitulo rogationes [pro voluptate] scilicet carnis. In talibus enim non vsus, sed libido est in culpa. vt distinctione 11. quisque Hug.

*1 Ius idem attenditur in his in quibus est similis ratio.*

Sabbato

Marginalia: Scd̃a conc. — Tertia conc. — S.Tho. — S.Thom. — Primus casus. — Scd̃s casus. — Tertius casus. — Prima opi. — Secunda qõ. — Ad primum quæstione. — Ad secũdũ — Ad primum argu. — S Thomas. — Augu. — Ad scd̃m. — Ad tertium — Exponit literam. — Arch. — Contra Ar.



Abbato. Sequitur quarta pars huius distinctionis, vbi magister Gratian. in hoc capitu. præponit ex authoritate Innocen. Papæ, quod ob reuerentiã dominicæ passionis sepulturæ ieiunãdum sit die sabbati, quod institutum intelligendum est per modum consilij, non præcepti vt infra dist. 5. quia dies. Hic nihil aliud occurrit discutiendum. Lege.

Exponit literam. ¶ [Imaginem]. i. similitudinem. Nam dies ista similis est illi arg. dist. proxima. quæris Hug. [Frequentamus]. i. repræsentamus. quælibet. n. dies dominica dr̃ dies resurrectionis, vt dist. 75. quod à patribus, & c. sequenti. in fine. [Non debemus.] Non de præcepto, sed honesto. Arch. [biduo] die Veneris, & die Sabbati. Ma. 25. [Traditio]. s. in concilio Aurafico ca. 2. vbi sic, dr̃. Canonibus quædam iubentibus [biduo isto]. i. parasceue, & sabbato sancto sacramenta penitus non celebrari vt Brochardus libro 19. ca. vt in sabbato. Ex hoc habetur, quod capitula omnia, quæ dicunt qđ singulis diebus hæc sacramenta sint conficienda, vel quod missa quotidie sit celebranda, cum hac exceptione. s. istorum dierum sunt intelligẽda vt supra ea. dist. 1. visum. & dist. 2. iteratur Hugu. Illa autem missa, quæ in sabbato sancto videtur cantari, non pertinet ad ipsum diem sabbati, sed ad noctem paschalis festiuitatis, nec congrue cãtatur ante vesperas sabbati, sed post, cum tunc incipiat dies sequens Hugu. [quæ forma]. s. ieiunandi in sabbato, non solum in sabbato sancto, sed etiam per singulas tenenda est hebdomadas [pro id] id est ideo [quia illius]. s. sabbati cõmemoratio semper est faciẽda [quod si putant & c.] ar. ꝙ in quibus est similis ratio idem ius attenditur. ar. dist. 19. si Romanorum. & in c. translato. extra de const. [atque vno sabbato]. s. tantum in sabbato sancto, & feria sexta. circa Pascha in Parasceue semel erit vtique celebranda, quod supple est inconueniens.

Archid. — Hug.



Eiunium. Incipit quinta pars huius distinctionis secundum Arc. in cuius primo cap. magister Gratianus inducit constitutum Melchiadis Papæ, quod die dominica & feria quinta nõ celebratur ieiunium. Quia vero supra disputatum est circa capitulum. placuit. An die dominica licitum fuisset ieiunare, nihil hic amplius disputandum occurrit pro præsenti. Lege.

Exponit literam. ¶ [Debet] id est nemo tenetur ex constitutione ecclesiæ, & sic cessat contraria. ad hæc 26. quæstione 7. sacerdos vel. [Non debet] id est non est conueniens, vt in die in quo tota ecclesia festum agit, sicut est dies dominica ratione resurrectionis domini cuius singulis diebus dominicis memoria agitur aliquis operibus afflictionis intendat, siue tristitiæ signa ostẽdat. quia turpis est omnis pars, quæ suo toti non congruit, vt dr̃ Augu. August. in libro confess. cap. quæ contra morem, supra dist. 8. dies vero Iouis redditur etiam iocunda nobis, quo ad hoc ratione ascensionis domini nostri, de qua in psal. 46. ascendit. n. deus in iubilo & dominus in voce tubæ. [Gẽtilium] gentiles. n. infideles & hæretici maxime Manichæi nullã reuerentiam habẽt ad hunc diem, & ideo qua ratione abstinent in alijs diebus eadẽ & in illo, diem etiam Iouis ita congrue iudicantes abstinentiæ, sicut diem Veneris, si ergo hoc nos faceremus eorũ facta approbare videremur Hug. Istis autem diebus specialiter prohibetur ieiunare, quia maioris venerationis sũt vt dictum est, verum quod dr̃ de quinta feria intelligendum est secundum antiqua tẽpora. Antiquitas. n. sicut diem dominicam ratione resurrectionis domini, ita quintam feriam ratione ascensionis domini obseruabat, & fiebat processio in illa die. sed multiplicatis solennitatibus sanctorum sublata est solennitas quintæ feriæ, & processio translata est ad diem dominicã.


Hug.



E quis. Sequitur secundum capitulum eiusdẽ partis, vbi ad confirmationem præcedentis etiam introducit magister Gratianus institutum cuiusdam cõcilij, in quo prohibẽtur quatuor, secundũ quæ potest diuidi hoc capitulum in quatuor partes. primo. ¶ [Ne quis causa tumoris]. i. superbiæ & contemptus nolens se conformare consuetudini populi christiani dist. 30. si quis tanquam. vel tumoris id est alicuius vanæ superstitionis, Hug. [persuasionis]. s. hæreticæ prauitatis die dominica ieiunet. Secũdo prohibet ne quadragesimalibus diebus ab ecclesijs fideles desint ibi, vt quadragesimarum supra eadem dist. nulli. Tertio prohibet ne fideles habitent in latibulis idest secretis locis & remotis à communi habitatione hominum, & maxime qui in suspicionibus malæ vitæ vel alicuius hæresis perseuerant, singularitas. n. suspecta est. hinc dr̃ Ioann. 3. Qui male agit, odit lucem. 18. q. 2. perniciosum. Et Chrysostomus. Qui malorum sibi conscius est iudicem fugere consueuit ibi, nec habiten, t quarto prohibet, ne ad alienas villas causa agendorum conuentuum etiam licitorum conueniant die dominica, vel solennitatibus quadragesimalibus, in talibus enim diebus non debent deesse suis ecclesijs ibi, & ad alienas. Et ita patet tam sensus capituli quam etiam literæ.

Diuisio. — Exponit literam. — Ambrosius.

2 *Operationes multæ sunt licitę in die dominico.*
3 *Docere consulere, prædicare verbo aut scripto, est licitum die dominica.*
4 *Balneo vel lauacro non licet vti die dominica.*
5 *Mercatum fieri die dominica, est illicitum.*



Eiunia. Incipit secundum Archidiaconum sexta pars huius distinctionis. Et in capitulo introducit magister Gratianus dictum Sancti Apollonii, in quo ponit duo secundum quod hoc capitulum potest diuidi in duas partes. In prima ponit, ꝙ sine necessitate non sunt soluenda ieiunia feria quarta, & feria sexta. In secunda, quod die dominica nihil aliud agẽdum est nisi Deo vacandum. secunda ibi, die dominica. Circa secundam partem licet multa dicta sint supra, nihilominus pro pleniori intelligentia capituli quęrunt duo.

Diuisio.

1 ¶ Primum est, vtrum die dominica aliquid aliud licite agi possit, quam vacare Deo.

6 ¶ Secundum est, vtrum post celebrationem diuinorum in festis audita missa liceat aliquod modicum seruile opꝰ facere sine peccato mortali.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur quod nihil agendum sit die dominica, quam vacare Deo, ex capitulo præsenti. ¶ In oppositum vero arguitur ex dictis superius circa primum capitulum & capitulum, peruenit. eadem distinctione. ¶ Respõdeo dicendum, quod textus iste potest habere duplicem intellectum verum. vno modo die dominico cum ad cultum diuinum sit deputatus, nihil agendum sit, quod distrahat secundum se animum à seruitio Dei, siue, quod sit contrarium fini obseruationis festi, cuiusmodi sunt maxime quę causa cupiditatis aut lucri fiunt & hoc modo dr̃ Augusti. in libro de. 10. chordis, tangis tertiam chordam & interficies bestiam cupiditatis. vnde & tale vocatur opus illicitũ extra de feriis. capitulo 1. vbi sic, dicunt patres in concilio omnes dies dominicos à vespera in vesperam cum omni veneratione decernimꝰ obseruari, & ab omni illicito opere abstinere, vt mercatum in eo minime fiat & c. Alio modo potest intelligi illa vniuersalis. Nihil, & illa quæ sequitur, nulla operatio, ad operationẽ seruilem, quia talis sola videtur esse, quæ prohibetur die festo, quod patet ꝑ id quod exponitur Leuit. 23. vbi dr̃. Omne autem opus seruile non facietis in eo hoc etiam patet. extra de fer. ca. licet.

Primum ar. — Opponit in cõtrarium. — Respondet.

2 † Et secundum hoc multæ operationes sunt, quas licitum est fieri in die dominico. ¶ Primo quidem excipitur operatio spũalis, quia talis cum sit secũdum spiritum siue mẽtem, secundum quam homo non est seruus hoĩs, sed secũdum corpus non potest dici proprie seruilis. Ex quo sequitur corollarie.

3 † quod docere, cõsulere, ꝑdicare verbo aut scripto, sit licitum die dominica. ¶ Secundo quod studere pro cognoscenda veritate, aut pro consulendo, aut pro docendo, aut prædicando licitum sit die festo. ¶ Tertio lectiones scholaribus notare, aut legere, sed non tamen ꝓ pecunia sicut faciunt doctores salariati, qui habẽt operas locatas licitum sit die festo. ¶ Quarto disputare, aut etiam publicas repetitiones facere ꝓ illucidatione veritatis licitum est. ¶ Quinto in lectionibus libros corrigere die festo sine magna tamen fatiga licitum videtur. ¶ Sexto scribere aliquid vt colligendo aliqua vtilia ad legendum, vel prædicandum, vel componendum licitum videtur. Verũ vt dr̃ Guilielmus non licet scribere in aliquo grandi volumine, vt de quinterno in quinternum. Nec licet circa hoc operas


Guiliel.

operas locare,& pro pretio scribere,vel facere. ¶Septimo licitum est agere die dominico ea, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis.vt C.eodem tit.l.actus.§.in istis. Secundo excipitur operatio corporalis vbi interuenit necessitas vrgens,aut pietas consulens,sicut habetur extra de ferijs. conquestus. sicut etiam plene distinximus in ca. peruenit.Ex quo habetur quod omnis alia actio corporalis siue seruilis.extra præfatos casus die dominica est illicita.
4 Ex quo sequitur corollariè,† quod die dominica non licet vti balneo siue lauacro vt in capitulo præcedenti.Nec minuere sanguinem,nec facere barbam,nec capillos tondi,aut tonsari,vt ponit Arch.in cap.peruenit. eadem dist. Arch.
5 secundo sequitur†quod die dominica nõ sit licitum mercatum fieri.extra de ferijs.cap.1.Et ratio huius potest sumi ex his quæ habentur de pœnitentia dist. 5. cap. qualitas,& cap.negotium.vbi dr̃ difficile est inter ementis venditisque commercium non interuenire peccatum,verũ quia hoc intelligendum videtur cum hoc fit lucri, aut cupiditatis causa. quoniam vbi vrget necessitas ineuitabilis,potest quis licite vendere die festo.Contingit.n. quandoque consideratis conditionibus personarum,& temporum,negotiorum,& regionum,quod nisi fieret die dominica vel festiua in emendo vel vendendo res aliquas, magnum detrimentum personæ prædictæ reportarent, quia forte sunt artifices,& pauperes quos necesse est alijs diebus artificijs suis intendere,vt sic, victum & vestitum pro se & alijs quorum curam habent valeãt procurare.Tales enim ex quo ad minus propter mercata non se subtrahunt,sed missam audiũt,possunt vt videtur excusari à peccato mortali,potissime si in talibus operibus eorum mens non multum à diuino cultu & seruitio subtrahatur. Præterea possunt licite emi ea,quæ sunt ad humanam necessitatem.Et tantum dictum sit pro primo dubio. Ad rationes factas patet responsio ex dictis.

6 **Ad secundum** Respondetur secundũ Guilielmum in summa sua † q̃ & si nõ liceat die festo etiam audita missa aliquod opus seruile facere extra casus dictos,nihilominus tamen non propter quodlibet modicum opus peccatur mortaliter.vt si in vinea vel agro purget quis aliquod modicum, quod restabat per incuriam,aut repararet fracturã in sæpe,& huiusmodi.Lege.¶[Legitima].i.præcipua,& principalia ad ieiunandum.Et dicuntur legitima quia sunt statuta in legitimis ferijs,de quibus etiã habetur 22.q.5.c.1. in fine Hug. Audita est illa secunda feria 11.q.3.de illis.& supra di. 72. presbyter.[Non sunt soluenda]forte olim in primitiua ecclesia ad hoc arctabantur .s.ad talia ieiunia.sed nunc sunt tantum consilij,& persuasionis Hug.[nisi grandis]arbitrio boni viri relinquo Arch.[traditionem]ad ostendendum .n.dolorem & tristitiam de illa traditione illa dies fuit deputata abstinentiæ & sĩr sexta feria.[tradere].i. non videtur tristari de illa traditione.[crucifigere].i.crucifixo nõ compati Hu.[operatio]subaudi seruilis vt dr̃ Leu.23.& extra de ferijs cap.licet.Et de hac etiam intelligẽdum est extra casum necessitatis.quoniam vbi necessitas magna flagitauerit nullum tale seruile opus est,quod in festiuis diebus non liceat exercere,sicut circa capitulum primum & capitulum. peruenit eadem dist.dictum est: vbi vide plenius de hoc.

Respondet Guilielmu.
Exponit literam.
Hug. Arch.

4 *Gradus,quod reperiatur inter ipsa peccata mortalia.*



**DE pœnitentibus &c.** Hic incipit septima ps huius distinctionis, in qua agit de recõciliatione solenniter pœnitentium. Et diuiditur hoc capitulum in tres partes.In prima dr̃ ex constitutione Innocen.Papæ,quod pœnitentes solenniter feria quinta.s.die cœnæ reconcilientur siue accipiantur in ecclesia,& remissionem suscipiant peccatorum,nisi in egritudine sint impediti.Secundo dr̃ cui incumbit pondus satisfactionis æstimare imponendum talibus pœnitentibus.In 3.indulget,quod si periculum mortis immineat, talis pœnitens possit ante morem Easter tp̃s illud reconciliari.2. ibi,ceterũ.3.ibi,sane si quis.Quia de istis solenniter & publicè pœnitentibus agitur. distin. 5. in capite. parum hic dicendum est, de tribus tamen pro intelligentia præsentis capituli sine argumentis quærendum est.

Diony.

1 ¶Primum est quare ista reconciliatio pœnitẽtium reseruatur feriæ quintæ.s. die cœnæ dominicæ magis, quam alteri diei.
2 ¶Secundum est,quæ sit forma recipiendi in ecclesiam tales pœnitentes.
3 ¶Tertium est,vtrum hæc reconciliatio pœnitentium soli episcopo debeatur.

1 **Ad primum** Respondetur†quod vt colligitur tã ex Hugu.quam ex Guilielmo in rationali plures rõnes sunt ad hoc. ¶Primo quia tali die Christus instituit sacramẽtum corporis, & sanguinis sui quod est sacramentum misericordiæ & pietatis. Et quia Christus de sola mĩa crimina tollit: ideo pœnitentes hac die reconcilientur,quæ hac die minime consecrat sacramentum,& inde est,quod missa huius diei cum solennitate cantatur.merito ergo,hac die,quæ tota in remissione peccatorum consecrata est pœnitentes reconciliãtur ad digne percipienda corporis & sanguinis domini sacramẽta.¶Secundo in hac die absoluuntur pœnitentes,quia in ea fuit Christus captus,& ligatus,quæ ligatio absolutionẽ nostram operata est ad Rom.3.traditus est propter delicta nostra.s.tollẽda.¶Tertio quia hac die lauit Christus pedes discipulorum,ideo fit hodie absolutio penitentiũ. Nam lotio pedum remissionem denotat peccatorum nostrorum.dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris ĩ sanguine suo.¶Quarto.quia per passionis meritum,quod tali die fuit inchoatum captiuis indulgẽtia & clausis ministratur apertio.vnde Esa.61. Spiritus domini super me, eo quod vnxit me ad annuntiandum mansuetis misit me, vt mederer cõtritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam & clausis apertionem.

Respondet. Guilielm.

2 **Ad secundum** Respondetur†quod talis est forma reconciliationis.s. solennis, vt dr̃ Guilielmus in rõnali.Exit pontifex ad ianuas patentes ecclesiæ vbi iacent pœnitentes prostrati in terram, & eos vice Christi vocat ad timorem domini dicẽdo ter. venite,venite, venite filii. audite me, timorem dñi docebo vos.proinde pro eis orat,genua flectit,admonet,eosq; reconcilians in ecclesiam introducit. vbi non est prætereũdum,quod pœnitentes crines & barbam,quam nutrierãt deponunt,& se vestes mũdas, & cultiores depositis pœnitentialibus induunt.A Ioseph capientes exemplum, qui de carcere eductus tonsus est,& lotus & vestibus decoratus,vt habetur Gene.cap.41.Per hoc quoque designatur, quod deponentes multitudinem peccatorum induũt vestimenta virtutum.

Respondet. Gilbertus

3 **Ad tertium** Respondetur iuxta glossam & Hug. † q̃ duplex dr̃ hic reconciliatio. vna quæ fit quolibet anno iniunctæ penitentiæ.debet.n.solenniter pœnitens quolibet anno temporis impositæ penitẽtiæ die cœnæ introduci per sacerdotem proprium, & audire diuina vsque ad octauam paschæ tantum in ecclesia. sed non communicare cum aliis,nec in eucharistia, nec in osculo.hæc autem intromissio in ecclesiam fieri potest à propriis sacerdotibus vt dr̃ Hugu.& expulsio illius post octauas paschæ.Secunda recõciliatio dr̃,quæ fit in fine iniunctæ pœnitentiæ,vel ante si periculum mortis imminet,& talis soli episcopo competit.vt 26.q.6.§.1.c.1.in fine & 68.dist.quamuis.Et dr̃ Arch.quod hæc recõciliatio non potest committi non episcopo.Sed de hoc vide d.50. in capite vbi diffusius hæc materia tractatur.Lege.¶[De pœnitentibus]solenniter[ex leuioribus]tamen mortalibus[& grauibus]grauiora appellat valde enormia. leuiora minus enormia.alias non esset verum,quoniam pro leuibus etiam mortalibus non imponitur solennis pœnitentia,vt dr̃ 50.placuit.& 26.q.6.presbyter hic capitur argu-
4 mentum †gradus esse enormitatis inter ipsa mortalia, & quædam respectu aliorum leuia dici c.sicut. ext. de simo. & cap.at si clerici.extra de iudicijs.[feria quinta].i. in cœna domini,vt supra eadem dist.2.in cœna[& ideo ante nisi &c.[Remittendum].i.reconciliandum.[ceterum].2.ps [existimando].i. quãta sit pœnitẽtia pro delictis imponẽda,vel an pnĩa pro eis imponẽda seu imposita sit alleuiãda Hu.[Sacerdotis]in cuius iudicio positũ est de pœ.d.1.mensurã 26.q.7. de his[Sane]3. pars[ante tp̃s paschæ].i.ante feriam quintam,quæ pascha præcedit-Hugu.[Relaxandi] id est relaxatio & absolutio est adhibẽda[absque communione]in articulo mortis,nec reconciliatione nec eucharistia

Respondet.
Hugu.
Arch
Exponit literam.
Hug.

tristia est deneganda, vt dist. 1. pœnitens. & 26. q. 6. si quis.

1 *Vnctionis tres sunt species.*
2 *Chrisma quare consecretur in cœna domini.*
*Et quare fiat ex balsamo & oleo. nu. 3.*



Lteris. Sequitur octua pars huius distinctionis, in qua introducit magister Gratianus mandatum Fabiani Papæ de Chrismate semper singulis annis in die cœnæ domini conficiendo & renouando. Et diuiditur in duas partes hoc capitulum. In prima facit hoc quod dictum est. In secunda designat quid agendum sit de veteri chrismate. quia cremandum est, & reponendum in locis sacris. secunda ibi, vt vetus.

Diuisio.

¶ Pro huius c. pleniori intelligētia sunt aliqua notāda. Primo
1 †quod tres dicuntur species vnctionis. s. oleū infirmorum, oleum chrismatis, & oleū cathecuminorum. & hæ tres vnctiones ex eodem fiunt liquore, quia licet diuisiones gratiarum sint, idem tamen est spūs, qui omnia operatur
2 1. Cor. 6. ¶ Secūdo notandum †quod merito hoc oleū siue Chrisma hac die siue in cœna domini consecratur, quādo Christus suæ passionis mysterium inchoauit, per quam, & infirmi sanantur & diabolus eiicitur, & baptizati sanctificantur. Item merito hodie consecratur, quia hodie agnus vt habetur Exo. 12. Ad vesperam immolabatur de cuius sanguine vterque postis & superliminare domorum in quibus erat edendus liniebatur, vt hoc signo viso exterminator Aegypti domos sacri cōuiuii præteriret quo figuratum est, quod si in frontibus nostris vnctione chrismatis vt quasi sanguine Xpi q vnct⁹ interpretat᷑ signū crucis imprimitur, diabolus in domibus animarū nostrarum nullam nocendi habet potestatem. Hugu. ¶ Tertio
3 notandum est †quod chrisma conficitur ex balsamo, & oleo propter mysticam rationem, quoniam per oleum nitor conscientiæ designatur, iuxta illud euangelii Matt. 25. Prudentes virgines acceperunt oleum cum lampadib. suis. Per balsamum vero exprimitur odor bonæ famæ, ꝓpter quod dr̄ Ecclesiast. 24. Sicut balsamum aromatizans odorem dedi &c. Oleo ergo, quod lucet additur balsam⁹, qui redolet, quia fide operante per dilectionem lucere, & bona fama redolere ad honorem Dei & ꝓximi debemus. Sed de hoc plenius infra dist. 4. omni tempore. Leg. ¶ [Discrepare] & male, quia in sacramentis ecclesiæ non debet esse diuersitas. 11. dist. c. vlti. [Sacramentum]. i. ipsum chrisma. ꝙ hic dicitur sacramentū 1. q. 1. In die, id est, in cœna domini. Hugu. [Cremandum]. 2. pars. Et in loco sacro reponendum. Sic altaris Vestimenta vetera sunt cremāda. supra ead. dist. altaris.

Hug.

Exponit literam.

Hug.

1 *Festum in quo crux veniat honoranda, & adoranda a fidelibus an sit conuenienter institutum.*
*Quod sic multis rationibus, nu. 2.*
2 *Crux Christi est adoranda fidelibus adoratione latriæ.*
4 *Nonæ quare dicantur.*
5 *Calendæ quid dicantur.*



Rucis. Sequitur nona pars huius distinctionis, in qua magister Gratian. introducit institutum Eusebii Papæ de celebrando festo sanctæ crucis inuentionis. Breue est. ¶ Pro cuius intelligentia pleniori quæritur.
1 ¶ †Vtrum conuenienter institutum sit festum in quo crux Christi veniat honoranda à fidelibus, & adoranda. Et videtur quod nō. ¶ Primo sic. Nullus pius filius veneratur contumeliam patris, vtputa flagellum quo flagellatus est, vel lignum in quo erat suspensus. Sed magis abhorret. Christus autem in ligno est opprobrissimam mortem passus secundum illud Sapientiæ 2. Morte turpissima condemnamus eum, ergo à fidelibus non debet crux Christi venerari, sed magis abhorreri, & ita inconuenienter videtur statui festum aliquod de cruce. ¶ Secundo asina in qua Christus sedit & honorifice susceptus est, & honoratus die Ramorum non est venerata nec aliquod festum est sibi institutum, ergo multo minus debet institui cruci, in qua Christus fuit dehonestatus, & ignominiosè tractatus. ¶ Tertio sic. Crux est pura creatura non vnita diuinitati ergo videtur, ꝙ nō veniat adoranda nec veneranda. ¶ In oppositum est textus præsentis capitul. ¶ Hic sunt duo dicenda. Primo de adoratione sanctæ crucis, Secundo de conuenientia institutionis festiui
2 tatis eiusdem. Circa primum sit ista cōclusio. †Crux Christi est adoranda à fidelibus adoratione latriæ. probatur conclusio. Illi exhibemus adorationem latriæ in quo ponimus spem salutis, sed in cruce Christi ponimus spem salutis. Cantat. n. ecclesia, ò crux aue spes vnica, hoc passionis tempore, auge pijs iustitiam, reisque dona veniam, ergo crux Christi est adoranda adoratione latriæ. Pro quo tū notandum iuxta Sanctū Thomam in tertia parte. quæstio. 25. honor siue reuerentia non debetur nisi rationali creaturæ. vnde insensibili nō debetur honor, vel reuerentia, nisi ratione naturæ rationalis. Et hoc dupliciter, vno modo in qtū repræsentat naturam rationalē. Alio modo in quātum ei quocūque cōiungitur. Primo modo consueuerunt homines venerari regis imaginem. Secundo modo eius vestimentum, vtrunque. n. venerantur homines eadem veneratione qua venerantur & regem. Si ergo loquamur de ipsa cruce in qua Christus crucifixus est, vtroque modo est à nobis veneranda, vno modo. s. inquantū repræsentat nobis figuram Christi extensi in ea. Alio modo ex contactu ad membra Christi, & ex hoc ꝙ eius sanguine est perfusa. vnde vtroque modo adoratur eadē adoratione cum Christo. s. adoratione latriæ. Et propter hoc crucem alloquimur & deprecamur quasi ipsum crucifixū Si vero loquamur de effigie crucis Christi in alia materia puta lapidis vel ligni argenti vel auri sic, veneramur crucem tātum, vt imaginem Christi, & veneramur adoratione latriæ. Sed contra hoc quod dr̄ ꝙ propria crux Christi duplici adoratione adoranda est. Arguit Durandus in 3. dist. 9. sic. Id quod nō potest esse susceptiuum alicuius virtutis, vel sanctitatis, nō potest esse terminus alicuius adorationis, sed lignum in quo Christus pependit non potest esse susceptiuum alicuius virtutis vel sanctitatis, ergo non potest esse terminus alicuius adorationis. Nunquam ergo honor cruci debetur, nisi inquantum ducit in memoriā crucifixi. Sed hoc non obstat. dicendum est. n. sicut prius, ꝙ crux Christi non solum adoranda est adoratione latriæ cum Christo inquantum est imago ipsius crucifixi, sed & inquantum copulata est membris Christi, & sanguine ipsius respersa. vnde in hymno dr̄. Arbor decora & fulgida, & sequitur. tam sancta membra tangere. Beata cuius brachijs &c. in quibus versibus laudatur ipsa crux ex solo cōtactu cum corpore & membris Christi. ¶ Ad rationem Durandi respondetur concedendo, ꝙ nihil est per se terminus adorationis nisi creatura rōnalis. sed per accidens bene potest esse creatura insensibilis. & hoc est ratione alterius. s. rationalis creaturæ. vel quam repræsentat, vel ꝗ sibi coniungitur. & hoc modo adoratur crux. non. n. adoratur per se. vnde non est ipsa terminus adorationis, sed Christus cum quo coniuncta fuit, & cuius sanguine perfusa fuit, & ita ratio non procedit. ¶ Circa secundum notan
3 dum †quod possunt assignari multæ rationes, ꝓpter quas ecclesia merito honorat inuētionem sanctæ crucis. ¶ Prima est, quia in cruce, & per crucem facta est humani generis redemptio, & ab hoste liberatio, & peccatorum remissio. Murus. n. peccatorum, qui inter nos, & Deum erat ibi ruptus est, pœna originalis peccati (qua quisque impediebatur intrare ad gloriā) ibi remota est, & euacuata. Et sicut gladius Dauid, cum quo Goliath occidit, multo tēpore seruatus fuit, & in honore habitus, ita crux Christi, quæ per illum gladium figurata est honoratur, & adoratur, & ei reuerētia exhibetur, Salutatur, osculatur, & eius festum celebratur. ¶ Secundo propter pretiositatem tanti thesauri inuenti, de quo optime pōt intelligi illud Mat. 13. Simile est regnum celorū thesauro abscōdito in agro ad literam inuēta est in agro, vel allegorice in agro ecclesiæ inuenitur crux Christi, quæ dr̄ thesaur⁹, quia ex ea emptū est nobis regnū cœlorū. ¶ Tertio merito institutū est festū de inuētione sanctæ crucis ꝑ multiplicē eius virtutē. Si. n. Deus dedit aquis baptismalib⁹, vt possit sanctificare iuxta illud Aug. super Io. Quæ tanta est vis aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat. & in alijs sacramentis. Ita credendum est, ꝙ per contactum dominicæ carnis lignum crucis sanctificatū fuerit, & dotatū multa virtute. vnde Chrysostomus in homilia 13. de cruce ita loquitur. Si nosse desideras charissimæ crucis virtutem, audi quāta dicere possim ad ipsius laudem. Crux est spes christianorum crux resurrectio

Quæstio.
Primum ar.
Scdm arg.
Tertium ar.
Opponit & Respondet.
S. Thom.
Opponit Durandus.
Ad arg. Durand.
Augu.
Chryso.

surrectio mortuorũ crux dux cœcorum, baculus claudorũ &c. ¶ Quarto festũ sanctæ crucis institutũ est in ecclesia cum magna deuotione & reuerentia fiendum, vt eius munere nos animemur ad patienter sufferendum passiones, & laboret, perueniamus ad regnum cęleste, sicut Xps per passionem, & mortem crucis peruenit ad gloriam immortalitatis & resurrectionis. Exemplo apostoli ad Gala. 6. Mihi absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Xpi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. & hoc de secundo. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur ꝙ in cruce Christi quantum ad opinionem vel intentionem infidelium consideratur opprobriũ Christi, sed quãtum ad effectũ nostræ salutis consideratur virtus diuina ipsius, qua de hostibus triumphauit, secundum illud ad Colo. 2. ipsum tulit de medio affigens illud cruci, & spolians principatus & potestates traduxit confidenter palã triumphans illos in semetipso. Et ideo dicit apostolus 1. ad Corin. 1. verbum crucis pereuntibus quidem stultitia est, his autem qui salui fiunt. i. nobis virtus Dei est. ¶ Ad secundã respondetur sicut rñdetur in gl. ꝙ non est simile. Tum primo quia honor ille semper impensus super asinam transitorius & mundanus fuit, & de tali non est curandum. Ne ergo Christus terrenũ honorẽ vel humanam laudem videretur diligere, & vt nobis daret exemplum talẽ non appetendi, nec curãdũ de talibus, asinam suã noluit honorari, nec de ea festum agi. ¶ Tum secundo quia de asina nõ prodijt nostra salus, sicut de cruce. ¶ Tertio, quia vt ait dominus Guiliel. in rõnali per asinã sicut nec ꝑ alia multa, q̃ Christus tetigit non leguntur facta miracula, aut sanitates fieri nec per illa redempti sumus, sicut per crucem, & ideo rõ non procedit. ¶ Ad tertiam rñdetur vt dr̃ S. Tho. in 3. parte. ꝙ crux Christi licet non fuerit vnita verbo dei in persona, fuit tñ vnita ei aliquo modo. s. per repræsentationem, & tactum, & hac sola rõne exibetur ei reuerentia, & honor vt dictũ est. Leg. ¶ [Nonas]. i. quinta die ante
4 nonas maij. † Nonæ dicuntur quidam dies mensis à nundinis quæ olim in eis incipiebant. Hugo. [ꝑdicto Kalendarũ
5 die]. i. mensis eiusdem. s. nonis. † Kalendæ proprie appellãtur primus dies mẽsis. vñ improprie accipiunt̃ hic Calẽdę vbi nomine Calendarũ intelligitur ipse mẽsis, cuius sunt ipsę Calendæ. vel Calendæ sunt ipsa prima dies mensis. Et dicuntur Calendæ quasi Colendæ, quia tunc semper erat festum iunonis, vel quia tunc à populo Romano principia mensium colebantur, vel dicuntur à calo quod est voco vocas. Prima die namque mensis præco de more populum ad nundinas vocabat clamans toties Calo, quot dies erant vsque ad nonas, & ideo pluraliter dicunt̃ Calendæ à plurib. vocationib. vel à Calo, ꝙ est bonũ, quasi per totũ mensem habendum, tunc. n. mutuo sibi encenia transmittebant, inuenta est. s. à B. Helena matre Constantini mediãte Iuda, qui tunc Iudæus erat, qui Iudas postea conuersus factus est episcopus Hierosolymitanus, & mutato nomine vocatus est Quiriacus vt dicit, quædam Chronica.

Ad primum arg. | Ad secdm. | Guilielm. | Ad tertium S. Thom. | Exponit literam.

2 *Diabolus accepit potestatem propter peccatum hominis.*
3 *Exorcismus quid dicatur.*
4 *Baptismus est sacramentum non reiterabile.*
5 *Aqua sale conspersa conuenienter assignatur materia baptismi.*
6 *Peccatum duo dicuntur expellere.*
7 *Sacerdos dicitur proprius minister baptismi.*
8 *Aqua benedicta decem habet effectus.*
10 *Peccata venialia dimittuntur per aquam benedictam.*


Qua sale. Hic incipit decima pars huius distinctionis, in qua magister Gra. postquam in superioribus tractauit de obseruatione diei dominici, & aliorũ festorum, in principio huius distinctionis, qa in singulis dñicis diebus aqua cum sale solet benedici, merito quare sit institutum, quod aqua sale conspersa benedicatur, & ea populus aspergatur adiungit, vnde talis notula hic habetur. Quare aqua cum sale benedicatur. In prima ponit causam institutionis. In secunda, qđ aqua benedicta habeat illos effectus in hominibus, gratia quorum est instituta. inducit ad probandum aliqua argumenta ex veteri testamento, arguendo à minori. secunda ibi, nam si cinis. ¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli quæruntur duo.

1 ¶ Primum est, vtrum aqua benedicta habeat hos effectus qui assignantur in litera.

9 ¶ Secundum est, vtrum aqua apposita aquæ benedictæ efficiatur etiam benedicta, sine noua impositione seu benedictione.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur, quod aqua benedicta nõ habeat effectus qui describũtur in litera. ¶ Primo sic. Nihil plus exigitur ad sacramentum nouę legis, nisi quod significet & efficiat quod significat. si ergo aqua benedicta non solum significat emũdationem, aut sanctificationem, sed efficiat vt dr̃ in litera, sequitur, quod erit sacramentum nouæ legis, qđ non est verum, cum non sint nisi septem. ¶ Secũdo sic, ad idem. Superfluum est diuersa remedia ordinari. sed ad potestates diaboli arcendas ordinati sunt exorcismi, vt patet infra c. d. 4. sicut nostis, ergo aqua benedicta superfluit, vel exorcismi, quod non est dicendum. ¶ Tertio sic. Nos videmus sæpe, quod ex aspersione aquæ benedictæ non sequuntur huiusmodi effectus, vt patet. ergo non sunt attribuendi aquæ benedictæ isti effectus. ¶ In oppositũ est, textus præsentis capituli. ¶ Respondeo hic occurrunt dicẽda plura circa aquã benedictam qua communiter in ecclesia fideles asperguntur diebus dominicis, de qua in præsenti cap. agitur. Primo de conuenientia institutionis aquæ benedictæ. Secundo de tempore institutionis, & institutione. Tertio de materia illius quam conuenienter in aqua sale conspersa fit hoc sacramentale institutũ. Quarto quis sit minister eius. Quinto de virtute siue de effectibus illius.
2 ¶ Circa primum notandum † quod propter peccatum hoĩs diabolus accepit potestatem in hominem, & in omnia quæ in vsum hoĩs veniunt in ipsius hoĩs nocumentum. hinc duplex genus impugnationis dæmonis circa hominem experimur. impugnat si quidem ab interiori, impugnat etiam ab exteriori. Et licet huiumodi impugnationis molestia homo iustissime grauaretur, diuina tamen bonitas humanæ miserta infirmitati, non solum cõtra morbos mortalium, & vulnera aĩarum efficacia prouidit madicamẽta in sacris, verum ẽt ad reprimẽdũ & arcendum dæmonis potestatem in aggressum impugnationis salubria remedia in quibusdam sacramentalibus in ecclesia sua conuenienter esse disposuit, inter quę doctores sancti, & postea scholastici, ponunt exorcismos & aquam
3 benedictam. † Exorcismus quidem cõtra impugnationes diaboli quas ab interioribus commouerit ad eius reprimendam potestatem dicitur esse ordinatus, vt infra e. di. c. de hinc & c. sacerdotes & c. sicut nostis. vnde energumeni dicuntur quasi intus laborantes. Aqua vero benedicta contra impugnationes diaboli, quibus homines ab exterioribus propulsantur ad eius aduertendum potestatem dicitur instituta. vt patet in præsenti capitulo. ¶ Secunpo possumus huius institutionis conueniẽtiam assignare sic. Sicut post baptismum in remedium contra peccata conuenienter posita est pœnitentia, & inde dicit illam Hieronymus secundam tabulam post naufragium ne in ecclesia salutaris deficeret medicina, contra peccata post
4 baptismum suborta. † quia baptismus est sacramentũ non iterabile. ita videtur rationabile & conuenientissimum, vt in remedium contra impugnationes dæmonis post baptismales exorcismos in homines insurgentes esset instituta aqua benedicta, ex quo baptismales exorcismi non iterantur. & hæc est ratio Sancti Thom. in tertia parte quęstione septuagesima prima argumento secundo in reprobatione vnius argumenti. Et ita patet de conuenientia institutionis aquæ benedictæ. ¶ Circa tempus institutionis eius est sciendum, quod instituta fuit quasi in principio nascentis ecclesiæ. Nam ab Alexandro primo, & martyre, qui sedit in cathedra Petri anno à passione dñi 83. Iste legitur primus instituisse aquam benedictam sale & in habitaculis hoĩm iussit aspergi. de quo Hugo de Sancto Victore libro de sacramentis inquit Alexander quintus à B. Petro constituit, vt sal & aqua benedicerentur ad aspergendum populum, & habitacula eorum, hoc vtque exemplo quo Helizeus propheta sal in aquam mitti iussit vt condimento hoc fontes amari in dulcedinẽ verterent̃.
5 ¶ Circa tertium aduertendum † ꝙ materia huius sacramẽtalis conuenienter assignata est aqua sale conspersa, cuius

Primum ar. | Secundũ ar. | Tertiũ arg. | Opponit & Respondet | Hieronym. | S. Thom. | H. de S. Vi.

modi conueniētia ex triplici consideratione colligi pōt. primo quidem ex consideratione finis, ad quem instituta fuisse dr. Cū.n. hostis nostri impugnationis, aggressus sit generalis, iuxta illud Iob 7. Militia siue pugna vita hoīs super terram, decuit vt remedium institutum contra impugnationem diaboli in materia daretur communi, quæ facile vbique terrarū inueniri posset cuiusmodi est aqua & sal. ¶ Secundo ex consideratione causæ principalis. vn de oīs virtus tam sacramentorum quam sacramētalium emanat. Admiscetur ergo sal aquæ ad significandum coniunctionem diuini verbi cū humana natura ex cuius verbi virtute & munere efficacia depēdet oīm, quibus ecclesia vtitur ad animarum salutem, si quidē sicut aqua rōne labilitatis humanā describit naturā, ita Dei filius dei sapiētia per salis designat spēm, tum pp virtutem cōseruatiuā à corruptione. Mentes.n. quas possidet incorruptas seruat tū rōne virtutis condiendi. Nulla.n. contemplatio dulcis, nulla doctrina suauis nullaque denique Deo grata opera nisi sint diuinæ sapientiæ cōdimēto suffulta. Hinc apostolus 1. ad Cor. 1. prædicamus Christum Dei virtutē, & Dei sapientiam. Et gl. ordinaria super illud 4. Re. 2. afferte mihi vas nouū & mittite in illud sal, dr sal. ita sapientiæ in vase fictili. i. in corpore humano aquas sanat, id est populos in dulcedine dilectionis & bonorum operum p Christi incarnationē fecundat. ¶ Cæterum tertio ex parte similitudinis & repræsentationis ad ea, quibus diabolus à mentis domicilio depellitur conuenienter aqua cōspersa sale
6 huius sacramentalis materia assignatur. duo.n. expellere peccatum de anima dicuntur & ita diabolum per peccatum in ea regnantem, videlicet lachrimarum effusio, quę per aquam intelligitur. Scđm est sapor siue effectus cœlestis sapientiæ, qui salis nomine designatur. vñ Hu. de S. Victore vbi supra dr sic, hæc est aūt sanctificatio huius sacramenti, ꝙ aqua pnīam significat de præteritis, sal discretionem, & cautelam de futuris, quæ duo si simul misceantū amara conscientiæ in dulcedinem vertūtur, atque illusiones & infestationes dęmonū amplius ei non dominātur.

H. de S. Vi.

7 ¶ Circa quartum sciendūt ꝙ proprius minister huius sacramentalis aquæ benedictę est sacerdos, quod patet ex p̄senti ca. vbi ministerium hmōi benedictionis aquæ solis sacerdotibus demandat. ¶ Circa quintum notandum, ꝙ vt nos alias in minoribus cōstituti cum in Basiliensi cōcilio fuissemus in quodam tractatulo quē contra Bohemos qui eā frustra, vtpote vanā & inutilem in ecclesia esse dog
8 matizabant edidimus decē effectus aquę benedictæ colligi possunt, partim ex p̄nti decreto, in quo manifeste ponūtur quinque, partim ex verbis formalib. quib. ecclesia vtitur in eius benedictione. ¶ Primus est ꝓfugatio siue propulsio spūs immūdi. virtus.n. diuina, q̄ in exorcismis est ad propellendum efficax infestationem dæmonis hostis nostri & arcēdū. de quo Aug. li. de symbolo li. 1. & recitatur infra d. 3. sicut nostis. paruuli exorcizantur, vt ꝓpellatur ab eis diaboli potestas inimica in aqua exorcizata manere credit ad eundē effectum efficaciā habēs. vñ in sacr̄alis dicitur. Exorcizo te creatura aq &c. vt fias aqua exorcizata ad effugādū oēm virtutē inimici &c. Hac rōne fidele aqua benedicta propria aspergunt habitacula pie credentes, ꝙ vbicunque fuerit aspersa per inuocationē sancti nominis Iesu Christi oīs infestatio immundi spūs ab eisdem propellatur. vnde Hugo de S. Victore vbi supra dr. Hac igitur aqua sanctificata fideles aspergūtur, & habitacula fidelium illustrātur ab illusione & infestatione malignorum spūum, ī quo effectu aqua benedicta figurari potest ī sanguine agni paschalis, qui in postibus habitaculorum ad repellendū exterminatorē Dei mādato ponebatur. Exo. 12. vñ Guil. Durandi in rōnali diuinorum officiorum ita dr. Sacerdos aqua benedicta altare ecclesiam & populū aspergit, vt omnis immundorum spūum spurcicia tā de habitaculo quam de cordibus fidelium propellatur. hæc.n. virt° aquæ exorcizatæ inest, & ēt quia nouus Christianorū populus baptismatis sacramento renatus, ita ministerio aq̄ lota renatorum corpora innuit sicut sanguis agni à prisco populo ad repellendum percussiorem in postibus ponebatur. hæc ille. Hāc arbitror fore causam cur diabolus in mentibus hæreticorum huius sacramentalis virtutis ita specialiter fidem extinguit, vt videlicet per infidelitatis errorem hac christianę religionis armatura neglecta qua impugnationis aggressus reprimitur & arcetur liberius

Primus ef.

Agu.

Guiliel. Durandus.

eorum mentes dæmon habitaret & possideret. ¶ Secundus effectus aquæ benedictæ consequenter dependens ex primo est mentis purificatio à fantasticis perturbatiuis illusionibus. Solet enim dæmon vt dicit Augustinus. per omnes aditus sensibilium rerum diuersarum speciebus humanas propulsare mentes, & perturbare, quo aspersione aquæ benedictæ profugato mens ab illis fantasijs expurgatur, & purificatur de quo in prælibato decreto dicit. & insidias diaboli auertit, & à fantasticis versutijs hominees defendit. Et in sacramentali in exorcizatione admiscendi salis dr. vt efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium, & sis oībus te sumentib. sanitas animę, & corporis, & effugiat atque discedat ab eo loco quo aspersum fueris oīs fantasia, & nequitia vel versutia diabolicæ fraudis omnisque spūs immundus adiuratus. ¶ Tertius effectus dependens ex præmissis est renouatio siue reductio cordis ad se terrenis affectibus siue solicitudinibus distracti & dispersi. Teste quidem Beda super illo Lucæ 11. Amicus meus venit de via. toties aīus noster à nobis recedit, quoties ad appetendum temporalia foris vagatur. deuotio.n. Christiana hoc habet, qđ aquæ benedictæ aspersione dæmonis potestate repressa & profugata quæ terrenis affectibus animum in varia distrahit, & dispergit spūs sancti cuius est mentem à terrenis reuocare assistēte gratia mens ad interiora reuocata recollectior fiat, atque deuotior. vnde in sacramētali in benedictione salis, & aquæ inter alia dr. Deus inuictę virtutis auctor, suppliciter depræcamur & petimus, vt hanc creaturam salis, & aquæ dignanter aspicias, benignus illustres, pietatis tuæ more sanctifices, vt vbicunque fuerit aspersa, per inuocationē sancti tui nominis infestatio immundi spūs abijciatur, terrorque venenosi serpentis procul pellatur, & præsentia Sancti spiritus nobis misericordiam tuam poscētibus vbique adesse dignetur. ¶ Quartus effect° est venialium peccatorum remissio, qui effectus ex prælibato decreto colligit. vbi sic dicitur. Aquam sale conspersam populis benedicimus, vt ea cuncti aspersi sanctificentur, & purificentur. Nā si cinis vitulæ populū sanctificabat, atque mundabat multo magis aqua sale conspersa, diuinisque precibus sacrata populum sanctificat, atque mundat. Item ad idem est Cyprianus, dicens. Homines ideo aqua benedicta aspergun tur, quia valet ad sanctificationem. In quibus omnibus authoritatibus mundatio ista tenenda esset à venialibus, secundum quod innuit gl. prælibati decreti. Ratione vero huius virtutis siue vtilitatis cum aspergimur aqua benedicta à festo Pentecoste vsque ad Paschale festum cantam°, Asperges me Domine Hyssopo &c. quod sumptum est de Psalmo 50. Item in eiusdem beneficij memoriam Paschali tempore ad huius aquæ aspersionem decantat ecclesia. Vidi aquam egredientem à latere dextro, & sumitur de Ezech. 47. vbi dicit. Ecce aquæ redūdates à latere dextro. Quæ authoritas etsi aquam baptismalem videatur respicere, rationabiliter tamen ecclesia eam ad aquam benedictā refert, q̄ quo ad mundationem venialium, lauacri salutaris ad instar virtutem obtinere videtur. In cuius quidem consideratione huius aquæ figura fuit aqua illa quæ veteri testamento cinere vitulæ ruffæ populus expiationis & purificationis gratia iubebatur aspergi, vt dicitur. Numeri decimo nono. ¶ Quintus effectus est pręparatio siue dispositio ad orationis puritatem. Cum enim (vt ex superioribus patet) aqua benedicta talem diuinæ virtutis sumat effectum, vt pellat & profuget dæmones, eorum potestatem reprimendo, qui (teste Isaac abbate in collationibus patrum) orantibus nobis maxime insidiātur, patet clarissime plurimum conferre vtilitatis huius aquæ benedictę aspersionem ornatibus. Cæterum, hoc idem colligitur ex alijs eiusdem aquæ assignatis effectibus scilicet secundo, tertio, & quarto. Quā vero accōmoda sit orationi purificatio mentis à fantasticis illusionibus, & cordis ab exterioribus ad interiora reuocatio, & ipsorum peccatorum venialium remissio, facile quilque nouit. Quam ob rem communiter Christianæ religionis habet deuotio ante orationem in ingressu ecclesię aspersorium aquæ benedictæ habere, vt diuina sibi collata virtute, propulsatis fantasiarum vmbratilibus figmentis, animus ab oī discursu, & lubrica vagatione qetus habilior fiat ad uolatus cęlestes. In cuius figura immūdus in veteri testāto tēplū nō īgrediebat, nisi aqua expiatiōis aspersus

Scđus ef.

Tertius ef.

Beda.

Quartus effectus.

Cyprianus.

Quintus ef.

Isaac.

aspersus Numeri.19.Vnde Hugo de S. Victore vbi supra nos itaque per singulos dies dominicos simul aquam & salem simul miscendo benedicimus, vt in hac aspersione fideles, & habitacula fidelium cõtra spũales nequitias muniamus.¶ Sextus effectus est vtilitas ad peragendum deuotius in ecclesia mysteria diuina, & ad suscipiendum ipsa sacramenta. Huiusmodi vtilitas ex prædictis etiam colligitur, de qua dicit San.Thom. in 4. distinctione.2. Aqua benedicta valet contra omne quod sacramentorum effectum impedire potest. hęc ille. Hac ratione arbitror aspersionem aquę benedictæ nedum respectu hominum, sed etiam altarium in ecclesia esse practicatam. Nam altaria (vt dicit Guilielmus in rationali diuinorum) aqua asperguntur, propter reuerentiam sacramenti, quod ibi consecrandum est, & vt inde omnium malignorum spirituum arceatur præsentia. hæc ille.¶ Septimus est sterilitatis ablatio, siue remotio in humanis rebus, & ita promotio fœcunditatis, siue prolis habendæ, sicut recolendæ memoriæ magister Vincentius in suis sermonibus exemplificauit, siue aliarum rerum. De quo effectu in prænominato Alexandri primo decreto ita dr̃. Et si sale asperso p Helizæum sterilitas aquæ sanata est, quanto magis diuinis præcibus sacratus sterilitatem aufert rerum humanarũ. hæc ille.¶ Octauus effectus est virtus vbertatis ad rerum temporalium veluti frugum, & similium multiplicationẽ. Iste effectus dependet ex præcedentibus, sicut effectus ex causa, quoniam fecunditatem vbertas sequitur. De quo effectu in prælibato decreto dr̃, coinquinatos sanctificat, & purgat, & cætera bona multiplicat. hæc ibi. ¶ Nonus effectus est munimen salutare cõtra ęgritudines, valere.n.credimus ad salutem corporis, & aĩæ fideliũ. Vñ in sacrali tali præcum forma diuinæ pietatis maiestatem in huius aq̃ benedictione sancta ecclesia orat, dicens. Immensam clementiam tuam oĩpotẽs æterne Deus humiliter imploramus, vt hanc creaturam salis, quam in vsum humani generis tribuisti, bñdicere, & sanctificare tua pietate digneris, vt sit oĩbus sumentibus salus mentis & corporis, vt quidquid ex eo tactum vel respersum fuerit careat oĩ immundicia, oĩq; impugnatione spũalis nequitiæ. hæc ibi.¶ Decimus effectus est profugatio pestilentis seu corrumpentis auræ incolumitati inuidẽtis humanæ. Pro cuius effectus impetratione ecclesiam sanctam in sacramentali huius aq̃ benedictione oĩpotentem Deum ita legimus exorare. Deus qui ad salutem humani generis maxima quæque sacramenta in aquarum substantia condidisti, adesto ppitius inuocationibus nostris, & elemento huic multimode purificato, pie virtutis tuæ benedictioẽ infunde, vt creatura mysterij tui tibi seruiens, ad abijciendos dæmones morbosque pellendos diuinæ gratiæ sumat effectum, vt quidquid ĩ domibus, vel in locis fidelium hac vnda aspersum erit, careat oĩ immundicia, liberetur à noxa, nõ illic resideat spũs pestilens, non aura corrumpens, discedãt oẽs insidiæ latentis inimici, & si quid est, q aut incolumitati habitantium inuidet, aut quieti as.asper.hu. aquæ effu. vt salu.p tu.no.inuo.expe.ab oĩbus sit impu.deffen. hæc ibi. Non aũt credendum has vniuersalis ecclesiæ sponsæ Xpi charissimi Iesu Xpi preces Xpi noĩe cõsecratas vanas esse, aut apud eiusdẽ eccłæ sponsum Xpm Iesum exauditionis grã carere, qui ad petendũ ipsam inuitat dicẽs. Petite & accipietis Io.16.& Io.14.certificat eam esse exaudiẽdam, vt quodcunque petieritis in nomine meo, hoc faciam. Præterea est considerãdum diligenter, q prædictis non obstat, si aliquando in aspersione aquæ benedictæ hmõi effectus vniuersaliter non consequamur, hoc .n. non est ex defectu aquæ benedictæ, quia quãtum est de se, instituta est ad huiusmodi effectus operandum, sed prouenit aliunde, vtpote ex suscipientis, vel aliqua causa diuinæ sapientiæ cognita.¶ Ad rationes. Ad primam respõdetur negando assumptum, dicitur.n. q ad rationem sacramenti non solum requiritur, q efficiat quod figurat, sed vt dr̃ S.Tho. in 4.d.6. quod habeat effectum in conferendo gratiam, qua perfecte morbo subuenitur, contra quem sacramentum ordinatur. Vnde in diffinitione sacramẽti dr̃ inuisibilis gratiæ visibilis forma ita q imaginem gerat, & causa existat. Sed sacramentalia habeant effectum in remouendo cõtrarias dispositiones, vel impedimẽta grã, & ad hoc est ordinata aqua benedicta, vt dictum est. Et S.Th. ponit in quarto d.2.arg.2.& vt ipse dicit non est sacramentum, sed sacramẽtale quasi dispositio quædam ad sacramẽta.¶ Ad secundũ respondetur quod (vt superius dictum est) diabolus impugnat nos, & ab ĩteriori & ab exteriori, aqua benedicta ordinatur contra impugnationem diaboli, quæ est ab exteriori, sed exorcismus contra impugnationem quæ est ab interiori. vnde & illi contra quos dãtur dicuntur energumini interius laborantes, & ita non superfluit aqua benedicta, cum ordinetur ad aliud genus impugnationis. ¶ Ad tertiam respondet, q prædictis non obstat, q alij in aspersione aquæ benedictæ hmõi effectus vniuersaliter non cõsequãtur, hoc.n. nõ est ex parte aquę benedictæ, quia quãtum est de se, instituta est ad huiusmodi effectus operandum, sed prouenit aliunde, vt putamus. Aut ex parte suscipientis, vel ex alia causa nobis occulta, Deo tamen cognita, sicut dictum est. Iudicia.n. Dei abyssus multa psal.35.

Sextus effectus. | S. Thom. | Guilielm. | Septimus effectus. | Vincentius. | Octauus ef. | Nonus effe. | Decimus effectus. | Ad primum arg. | S.Thom. | Ad scdm. | Ad tertium

9 **Ad secundum** Sic proceditur. †Et videtur, q aqua addita aquæ benedictæ sine noua benedictione non fiat benedicta sic. quia videtur eadem ratione, q vinum additum vino consecrato in calice, erit consecratum totum, sed hoc non potest esse cum vinum consecratum sit Christi sanguis, nihil aũt in Christi sanguinem põt conuerti nisi virtute diuinorum verborum sacramẽtalium, ergo nec erit verum, quod aqua addita aquæ benedictæ sine noua benedictione efficiat benedicta.¶ In oppositum arguitur ex illo ca. q si in dubijs. extra de conse. vbi Innoc.dr̃. Nec negamus quin oleũ non cõsecratũ, cõsecrato possit oleo commisceri, & ita sacrũ vt dicit gl. tanquam dignius trahit ad se non sacrum. vt 13.q.2.non æstimemus.¶ Respondeo dicẽdum, q (vt communis habet doctrina doctorum Theologiæ) aqua non benedicta cum apponitur aquæ benedictæ totum efficitur benedictum sine noua benedictione. Ita habet S. Tho. in 4. dist.12 Idem Alexander de Halis in quarto. quia in illa appositione aquæ cum completa fiat mistio est vnio miscibilium, ad quam sequitur quædam indiuisio sanctificationis, propter quod tota illa aqua ratione vnionis est sanctificata. Dominus autem Hugo Cardi. super quartum sententiarũ dicit, quod benedictio aquæ sic fuit instituta, vt si aqua indebita quantitate aquæ addatur, tota fit benedicta. vbi videtur velle nostro iudicio, q aqua superaddẽda sit minor quantitate aquæ benedictæ cui debet superaddi.¶ Ad rationem in contrarium respondet S. Tho. in 4. vbi supra, q non est simile de mistione aquæ ad aquam, & vini ad sanguinem, quia in aqua benedicta non fit aliqua mutatio substãtialis ipsius aquæ sicut est in hoc sacramento, sed acquiritur ei virtus aliqua ex benedictione, iõ illa virtus potest peruenire ad aquam sibi additam. & ita totum efficitur benedictum, sed in hoc sacramento vinũ conuertitur substantialiter in aliud virtute verborum, & ideo non oportet q vinum additum substantialiter etiã conuertatur in sacramentum, sed potest esse, q conuertatur in vinum virtute accidentiũ vini. quæ remanet in specie. Lege.¶ [Vt ea] assignatur causa institutionis ex parte finis. s. vtilitatis eius [sanctificentur & purificentur à venia
10 libus.] †Nam per aquam benedictam peccata venialia dimittuntur, sicut p orationem dominicam, & tũsionem pectoris, verum quod hunc effectum, qui est delere peccata venialia dicit Albertus in quarto, & idem Petrus de Tarãtasia, quod aqua benedicta hoc facit non per modum sacramenti, sed per modum meriti, inquantum excitat ad motum voluntatis per quem fit remissio peccatorum. [sacerdotibus] targit ministrum, qui benedicere habet aquam benedictam nam si]. 2.p rs. [ Cinis vitulę] quia in aqua lustrationis qua debebant immundi aspergi ponebãtur cineres vitulæ combustę, vt dicitur Nume.19. vbi notandum, quod non est intelligendum, quod cinis vitulæ, aut ceremonialia veteris legis mundabant à peccato, cum dicat Apostolus ad Hebræo.10 Impossibile est sanguine taurorum aut hircorum auferri peccata, sed dicitur mundare ab immundicijs corporalibus, quæ nihil aliud erant quam irregularitates quædam, quæ tollebant idoneitatẽ ad cultũ diuinum, sicut leprosus dicebatur immũdus, aut ille, qui tangebat aliquod morticinium. Ab hac ergo immundicia ceremoniæ veteris legis habebãt virtutẽ emundandi. Et quia hmõi ceremoniæ erant, quædam remedia adhibita ex conditione legis ad tollendas prædictas immundicias ex statuto legis inductas, ideo Apostolus dicit ad Hebr.

Opponit in cõtrarium. | Respondet. | S.Thom. | Alc. de Ha. | Hug.Car. | Ad arg. S.Thom. | Exponit literam. | Albertus. | Pet. de tar.

ad Hebr.9. Sanguis taurorum,& hircorum,& cinis vitulæ aspsus inquinatos sanctificat ad emūdationem carnis,nō .f.animæ.vnde vt dicit S.Tho.in 1.2.q.103.ar.2. in veteri lege dicebantur offerri aliqua pro peccatis,non ꝙ ipsa sacrificia à peccato mundarent,sed quia erant,quędam pro testationes fidei,quę à peccato mundabant[populum sanctificat atque mundat].i.à venialibus[& si sale]de quo habetur 4.Reg.2.cætera patent ex superius dictis.

S.Tho.


1 *Pascha quod celebretur die dominica an sit bene institutum.*



NOsse &c. Hic incipit 11.pars huius distīctionis, in qua plura capitula Grat.introducit de die quo celebrandum est Pascha.Conclusio autem huius ca.est, quod Pascha semper celebrandum est die dominica. Et diuiditur hoc capitulum in tres partes. Primo introducit ad hoc reuelationem angelicam.¶ Secundo subiungit institutionem apostolicā. Tertio elicit, ꝙ cæteri fideles debeant ista facere,quia membra non debent à capite discedere. Secunda ibi,vnde & nos. Tertia ibi,quia & nos.¶ Pro pleniori intelligentia huius c.quæritur.¶ † Vtrum hæc institutio fuerit conueniens , vt die dominica semper Pascha celebretur. Et vr̄ ꝙ non.¶ Nulla hoīum constitutio videtur conueniens,quę est contra institutionem diuinam,sed institutio diuina fuit, ꝙ pascha celebretur semper luna 14.Aprilis,vt habetur Numeri 9. q̄ non semp cadit in dn̄icā dié.¶ Scd̄o sic . Dr̄ Baruch 5. Hic est liber mādatorū Dei,lex q̄ est in æternum,sed ad legem pertinebat(vt dictum est)celebrare Pascha modo supra dicto,& non semper die dominica,ergo non videtur conuenienter statutum per apostolicā sedē,ꝙ semper celebretur die dn̄ica.¶ In oppositum est textus c.præsentis,in quo refertur angelica reuelatione insinuatum esse, ꝙ die dn̄ica Pascha celebrari deberet.¶ Rn̄deo dicēdum,ꝙ antiquitus ecclesia celebrat Pascha cum Iudæis luna 14. primi mensis quocunque die occurreret,quem ritum sancti patres in synodo prohibuerunt constituētes lunā paschalem,& mēsem inquirere,sed ēt & diem resurrectionis dominicæ obseruari,& ideo extēderunt pascha à 14.luna vsque ad 21.vt dr̄ in c.sequenti,vt sic & dies dn̄icus nō omitteretur,et in die dn̄ica resurrectionis pascha celebraretur die dn̄ica,ergo institutum est a patribus vt Pascha Dn̄i celebraretur die dn̄ica.Et licet de hoc Guliel.Antissiod. episco.in li.de officijs ecclesiasticis ponat plures rōnes,quas ēt recitat Guiliel.Duran.in rōnali,tres tm̄ inducemus, q̄ nobis magis videtur ad propositum.Prima est ne ecclesia, videatur Iudaizare,& figuris Iudaicis adhærere,& in temporibus & annis confidere.Secundo quia ita præcepit angelus,vt hic dr̄.Tertio quia tali die resurrexit Dominus. ¶ Ad rōnes in oppositum. Ad primam dicendum,ꝙ licet pro tempore veteris legis fuerit institutio,ꝙ pascha celebraretur in quacunq; die veniret luna 14. In noua tamen lege hoc immutatum est,sicut factum est de alijs ceremonijs,& institutū ꝙ die dn̄ica semper celebraretur rōnibus iam dictis.¶ Ad secundam respondetur,ꝙ lex vetus dr̄ esse in æternū,ẜm moralia quidem simpliciter & absolute, ẜm ceremonialia vero quantum ad veritatem per ea figuratam,siue significatam. Lege.¶ [In habitu pastori ]vnde liber eius in quo plura tradidit documenta ecclesiæ,liber pastoralis intitulatur Hug.[dubitabant] an.f.cum Iudæis celebrandū esset pascha. Alij die Iouis celebrabant,in quo Christus pascha celebrauit cum discipulis suis.[pręcepit] ecce, quod præcepto angeli pascha in die dominico celebratur[vnde].2.pars.[Et nos].3.pars.[à capite] supra d.11. nolite.& supra e.dist.basilicas &c.

Diuisio.
Quæstio. 1
Primum ar.
Scd̄m arg.
Opponit in cōtrarium.
Respondet
Guilielmu. Antissio.
Guiliel. Durandus.
Ad primum argu.
Ad scd̄um.
Exponit literam
Hug.

1 *Pascha semper debet esse in lunatione Aprilis.*



CElebritatem. Sequitur secūdum capitulum eiusdem partis,in quo magister Gratianus inducit ad cōfirmationem præcedentis cap. ordinationē Papæ Victoris. Et diuiditur hoc capitulum in tres partes. In 1.ponitur,ꝙ Pascha semper die dominico celebretur à 14 luna Aprilis vsque ad 21.inclusiue. Secundo eodem tempore.f.die paschæ celebrandū est baptisma,nisi necessitas exigat vt prius detur. Tertio ponit vt huiusmodi statuta nulla improbitate nitentur. Secunda ibi,eodemque tempore. Tertia ibi. hæc vero statuta. Quę hic notanda veniunt in expositione literæ dicentur,quæ immediate sanatur,quia hic nihil occurrit disputandum. Le.¶ [A 14.vero luna].i.post decimam quartam lunationis diem[primi mensis] id est Aprilis,qui est primus mensis secundum Hebreo. Vbi notandum,quod pascha semper debet esse in lunatione Aprilis, quoniam in Exod. duodecimo præcepit dominus , quod mensis ille primus haberetur,& agnus 14.die immolaretur. Et ita Iudæi vt dicit Augu.habent fixum paschalem terminum .f.in 14.luna. Nos in sequenti dominica die pascha celebramus, vt nostra festiuitas à Iudæo discrepet festiuitate. Et hoc non est quod Victor Papa dicit in præsenti capit. Vult.n.dicere, quod pascha non debet esse in 14. Aprilis. nec post 21.diē illius.Si.n.14. lunationis dies est in die dominica ibi est pascha Iudæorum,& dominica sequēti est pascha nostrū, videlicet 21.Ista autem lunatio Aprilis qū que incipit in Martio,& sic à 14.illius mensis.i.illius lunationis.i.post.14.diem illius lunationis vsque ad 21.diem eiusdem mēsis.i.lunationis semp est pascha.f. in die dn̄ica, quæ est in illo medio,siue sit in secundo die, siue in tertio vel vlteriori,vsque 24.inclusiue.f.[Eodemque tempore] 2.pars.f.in pascha[catholicum].i.vniuersale & commune vt infra dist.4.duo.& ca.sequēti.& venerabilis[fideles]. f. adimplentes,quod promiserunt[nota infidelitatis].i.apostasiæ.i.qui non seruant fidem promissam, sed præuaricantur,& retro abeunt Hu.[Infames efficiuntur, & à testimonio,& à legitimis actibus repelluntur]vt 2.q.7. nō potest & 6.q.1.infames.[hæc vero]3.pars.vult.n.ista tanta firmite in perpetuum valere,vt nullatenus imitentur[quia]alia est ratio,quia in legibus secularibus generale est,vt priores trahantur ad posteriores.vt.ff.de legibus.Non est nouum.Sed in diuinis,siue canonibus, non est ita generale, sed quandoque fit econtra ar.di.50.domino sancto.in fine.Quod tamen intellige de his quæ pertinent ad generalē statum ecclesiæ.Alias etiam in eis per posteriora prioribus derogatur vt 96.d.cum ad verum & c.licet Romanus extra de consti.in 6.

1
Exponit literam.
Augu.
Hugu.




PAschæ. Sequitur tertium capitulū eiusdem partis,in quo ad idem introducit magister Gratianus ordinationē quarti concilij Carthaginē.videlicet,ꝙ solennitas Paschalis vna die,& eodem tempore ab oībus celebretur. Breue est.non diuiditur. Nihil discutiēdū occurrit.Aliqua in expositione literæ notabuntur.Lege ¶ [Vna die].f.die dominica[vno tempore].f.post æquinoctium vernale,& 14.luna Aprilis vsque ad 21.diem eiusdem lunationis vt dictum est in pręcedēti c.ita vt nō sit varietas in ecclesia,ꝙ vna ecclesia celebret vno tempore, & alia alio,vel alia & alia die.vbi aduertendū ꝙ per hoc ꝙ hoc dr̄ nō remouetur hmōi solennitatis immobilitas, vt patet.vbi notandum,ꝙ festiuitatū quædam sunt mobiles,quædam immobiles,siue fixæ.fixę vt natiuitas dn̄i festiuitates Beat.Virginis,& hmōi aliorū sanctorum,quæ ẜm cursum eodem tp̄e anni singulis annis obseruant̄, & in Calendarijs notantur. Mobiles sunt vt solēnitates septuage.sexagesi.& quadrage.paschæ,& rogationū,ascensionis,pentecostes, & festū corporis Christi.ꝗ secundum cursum lunæ obseruantur,& singulis annis mutantur vel ascendendo, vel descendendo, & in Kalendarijs non notātur. Ideo autem pascha & pētecostes sunt variabilia,nec certę diei mēsis sunt annotata,ne videamur imitari Iudæos,qui semper illa celebrant in certis Kalendis;vt dicunt Hu.& Guiliel.

Exponit literam.
Exponit literam.



PLacuit. Sequitur quartum capitulum eiusdē partis. Breue est,in quo introducitur ex quinto concilio carthaginensi,ꝙ dies paschæ. & dies celebrandi futuri intimētur per literas p oēs puincias vt tale tēpus eligatur pro concilijs celebrandis,vt dies paschæ non impediatur. Sed vt dicit Archid. ꝙ in istis c.dicitur non habet hodie locū[concilij] circa hoc teneas ꝙ 18.dist.dicitur.quoniam quidem. patet ex dictis tota litera cap.



PLacuit. Sequitur quintum capitulum eiusdem partis, in quo ex concilio Bracharensi introducit, quod postquam statuta in concilio sacerdotum fuerint ordinata annuntietur tempus paschæ, scilicet qua

qua Kal.die vel quota luna debeat esse &c. hoc autem iã non obseruatur, nec est necesse. ita.n. terminus paschalis notus est omnibus ecclesijs, vt non sit necessarium facere, ꝙ hic scribitur Hu. patet litera capituli.

De obseruatione. Sequitur capitulum sextum eiusdem p-tis, in quo idem repetitur supra eãdem celebritatem. Et ideo nihil aliud hic dicendum venit.

1 *Imagines Christi aut sanctorum facere in ecclesia an sit licitum.*

Perlatum. Incipit.12.pars huius distinctionis, ĩ qua magister Gratianus introducit de ordinatione sacrarum imaginum. Et merito postquam locut' est de ferijs annectit de sacris imaginibus, quas christiani solent venerari, & maxime dieb. festiuis, quibus frequẽtius & deuotius intersunt ecclesijs. Et diuiditur hoc capitulũ in tres partes. In 1.n. narrat qualiter episcopus Massilien. imagines in ecclesia cõfregisset. In 2. reprobat hoc factum. In 3. assignat rõnem. 2. ibi, si q-dẽ. 3. ibi, dic frater. ¶ Pro pleniori intelligẽtia c. huius quęritur. † ¶ Vtrum licitum sit in ecclesia imagines Christi aut sanctorum facere. Et vr̃ ꝙ non. ¶ Primo sic Exo. 2. In primo mandato habetur. Nõ facies tibi imaginem, nec sculptam similitudinem, sed ꝙ lege diuina prohibitum est, non est licitũ facere. ergo &c. ¶ Scđo sic. dr̃ Damasc. c. de imaginib. Magnæ impietatis & insipiẽtiæ est figurari ꝙ diuinitatis ẽ ergo impiũ ẽ facere imaginẽ Dei ĩ ecclesia. ¶ Tertio sic. Cum hmõi imagines nec per nouum testm̃ nec per vetus approbentur, videtur ꝙ earum introductio fuerit nouitatis præsumptio. sed talia sunt extirpanda, ergo imagines videntur non debere fieri. aut manuteneri in ecclesia. ¶ In oppositum est textus præsentis capit. & duorum sequentium. ¶ Rñdeo dicendum, ꝙ imaginum institutio siue introductio in ecclesia rõnabiliter ac vtiliter facta est. vt.n. ait. S. Tho. in 3. & dñs Bon. introductæ sunt imagines pp triplicem causam, quarum aliquæ tanguntur in litera per B. Greg. videlicet. pp simplicium ruditatem, propter affectuum tarditatem, & pp memoriæ labilitatẽ. Propter simplicium ruditatem inuentæ sunt, vt simplices, qui non pñt scripturas legere in hmõi figuris, & picturis tanquam in scripturis apertius possint sacra nr̃æ fidei legere. pp affectus tarditatem sir̃r introductæ sunt. videlicet vt hoĩes, qui non excitantur ad deuotionẽ in his quæ ꝓ nobis gesta sunt dum illa aure percipiunt. saltem excitantur. dum eadẽ in figuris & picturis tãquam p̃sentia oculis corporeis cernunt, plus.n. excitatur affectus noster, per ea, q̃ videt, quã per ea q̃ audit. vñ Horatius. Segnius irritant aĩos dimissa per aures. Quam quæ sunt oculis subdita fidelibus. & quæ ipse sibi tradit spectator pp memorię labilitatem, quia ea q̃ audiuntur solum facilius traduntur obliuioni, quam ea quæ videntur. frequẽter.n. verificatur in multis illud, qđ cõsueuit dici, verbum intrat per vnã aurẽ, & exit ꝑ aliam. Item non semper est p̃sto, qui beneficia nobis præstita ad memoriam reducat per verba. Ideo dispensatione Dei factum est vt imagines fierent præcipue in ecclesiis, vt vidẽtes eas recordemur de beneficijs impensis & sanctorum operibus virtuosis. ¶ Ad rõnes. Ad primam rñdetur, qđ non prohibetur illo p̃cepto facere quamcunque sculpturã, vel sir̃itudinem, sed facere ad adorandũ. vñ subdit. Nõ adorabis ea, nec coles, & quia idem est motus in imaginẽ & rem, eodem modo prohibetur adoratio, quo prohibetur adoratio rei cuius est imago. vñ ibidem intelligitur ꝓhiberi adoratio imaginum, quas gentiles faciebant in veneratione deorum suorum. i. dæmonum. ideoque præmittitur. Non habebis deos alienos corã me. Ipsi aũt Deo vero (cum sit incorporeus) nulla imago corporalis poterat poni. Sed quia in nouo testamento Deus factus est hõ, põt ei effici imago & in illa adorari. ¶ Ad secundam rñdetur, ꝙ Damas. bene dr̃, ꝙ insipientiæ summæ est figurare, qđ diuinum est, inquantũ. s. diuinum. quia sic est incircũscriptibilis, & infigurabilis. sed non est hic quantum ad humanam naturam assumptam secudum quam figurabilis est, vnde ipse Dam. subiũgit. quia dñs propter viscera misericordiæ suæ factus est hõ, & cum hoĩbus conuersatus est, miracula fecit, passus est, crucifixus est. hęc ad memoriam hoĩum scripta sunt, quia vero non omnes literas noscunt nec lectioni vacant, patres decreuerunt velut quoſdã triũphos imaginibus describere ad velocem memoriã. ¶ Ad tertiam dicendum ꝙ introductio imaginum in ecclesia creditur ex traditione apostolica emanasse. Apostoli quidem vt inquit S. Tho. in 3. parte familiari instinctu spũs sancti quædam ecclesijs tradiderunt seruanda, quę non reliquerunt in scriptis, sed in obseruatione ecclesiæ per successionem fidelium sunt ordinata. vnde apostolus dr̃ secũdæ ad The. 2. State, & tenete traditiones, quas, siue per sermonẽ. s. abore prolatũ, siue per epistolã. s. scripto trãsmissam, & inter hmõi traditiones est imaginũ introductio, & adoratio. vnde & B. Lucas dr̃ depinxisse imaginem Xp̃i quæ Romæ habetur. & ẽt imaginẽ matris eius. Leg. ¶ [In consideratio]. i. indiscretio, non secundum sciam. [Siquidem]: 2. pars. [Adorari eas vetuisse] s̃m se videlicet, tanquam terminum adorationis, & intentionis adorantis. sic.n. vt infra in c. sequenti dicetur, adorandæ non sunt. [dic frater] 3. pars. [Aliud est.n. picturam]. i. imaginem adorare. s. per se inquantum. s. res quędam est [& aliud per picturam historiam quid sit adorandũ addiscere] hoc est. Aliud est attendere ad eam inquantũ imago est, & ducit ad imaginatum, siue ad id cuius est imago, quia tunc motus adorationis nõ sistit in imagine, sed tendit in id cuius est imago sicut in terminum & obiectum per se adorationis & illud proprie dr̃ adorari, quia in illud fertur intẽtio adorantis. Vnde dr̃. in Versu. Effigiem Christi, qui trãsis pronus honora. Non tamen effigiem, sed quem designat adora. [Nam quod legentibus.] Assignat vtilitatem institutionis imaginum in ecclesijs, de quibus in quæstione dictum est.

2 *Motus animæ duplex est in imaginem.*
4 *Imaginum duo sunt genera.*
5 *Latria est seruitus soli Deo debita.*
*Dulia est quæ debetur creaturę.*

Venerabiles. Sequitur. 2. c. eiusdẽ partis, in quo ex septima synodo ostendit sub breuitate qualiter imagines venerandæ sunt, & adorandę, & qualiter non. Non quidem tanquam sint res in quibus salutis nostræ spes ponatur, aut quib sacrificia offerenda sint, sed tanquã repræsentatiuis & cõmemoratiuis p̃teritorũ. s. aut sc̃torũ, aut mysteriorũ siue diuinorũ operũ. i. inquãtũ imagines sunt. i. rõne illorũ quos rep̃sentant. Pro pleniori intellẽigtia huius cap. q̃runtur duo.
1 ¶ Primum, vtrum imago Christi sit adoranda adoratione latriæ.
3 ¶ Secundum est, vtrum oĩs imago sit æqualiter adorãda.
1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur ꝙ imago Christi non sit adoranda adoratione latriæ. ¶ Primo ex textu præsentis ca. imaginibus nõ seruitur cultu diuino a fidelibus, nec spes salutis ponitur in eis. ergo imago Christi adoratione latriæ non est adoranda. patet consequẽtia. quia latria est cultus diuinus soli Deo debitus. vnde Lu. 10. dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. gl. exponit de seruitute cult' latriæ. ¶ Secundo sic. Christo debet adoratio latriæ rõne diuinitatis, non aũt rõne humanitatis. ergo imago Christi cum sit eius inquantũ hõ, non adorabitur adoratione latriæ. ¶ Tertio sic. Nobilior & melior est imago diuinitus imp̃ssa. quã ab hoĩbus sculpta, sed imagini impressę in aĩa rõnali nõ debet adoratio latriæ, ergo minus imagini corporali, q̃ repræsentat humanitatẽ Chr̃i. ¶ Quarto sic. fortius est fugiendus ritus idolatriæ, quam legales ceremonię. sed ecclesia fugit ritũ ceremoniarũ legaliũ, ne videat Iudaizare. ergo pari rõne debet fugere ritũ idolatriæ, ne videat idolatrare, sed cult' idolatriæ cõsistebat ĩ veneratione imaginũ. ergo vr̃ ꝙ ipsæ nõ sint adorandæ. ¶ Quinto sic. In operibus gentilium non debemus cõicare. vt apostolus dr̃ ad Ephe. 5. sed gentiles de hoc præcipue inculpantur, ꝙ adorant imagines, vt patet ad Rom. 1. ergo videtur, quod imago Christi non sit adoranda adoratione latriæ ¶ In oppositum arguitur sic. dicit Damascenus tertio libro sentẽtiarum suarum, quod honor imaginis refertur ad prototypũ. i. exemplar. ergo idem est adorare imaginem, & eum cuius est imago. sed Christus colendus est cultu latriæ, ergo eius imago. ¶ Respõdeo dicendum, quod imago Christi adoranda est adoratione latriæ. Hanc conclusionem probat dominus Bonauentura sic. Eandem reuerentiam

Diuisio | Quæstio. | Primum ar. | Scđm arg. | Tertium ar. | Opponit & Respondet. | S. Thom. | Bonauent. | Horatius. | Ad primum arg. | Ad scđm. | Damas. | Ad tertium | S. Thom. | Exponit literam. | Versus. | Primum ar. | Secundũ ar. | Tertium ar. | Quartũ ar. | Quĩtum ar. | Opponit in cõtrarium. | Respondet | Bonauent

tiam exhibemus, & exhibere debemus imagini B. Virginis, quã ipsi virgini. & sic de alijs sanctis, ergo eadẽ reuerẽtia exhibenda est imagini Christi, q̃ ipsi Christo. sed Christo exhibetur cultus latriæ. ergo, & debet exhiberi imagini suæ. Pro declaratione veritatis huius quæstionis est notandum cum S. Thom. in 3. parte q. 25. ar. 3. ꝙ sicut philo-

S. Thom.

2 sophus dr̃ in li. de memoria, & reminiscentia † duplex est motus aĩæ in imaginem. vnus quidem in imaginẽ ipsam, ſm ꝙ est res quædam. Alio modo in imaginem inquantum est imago alterius. Et inter hos motus hæc est differẽtia, quia primus, quo quis mouetur ĩ imaginem, prout est res, quædam, est alius à motu, qui est in rẽ. Secundus aũt motus, qui est in imaginem, inquantũ est imago, est vnus & idem cum illo, qui est in rẽ. Sic igiĩ est dicẽdum. ꝙ imagini Christi inquãtũ est res q̃dam puta lignũ sculptum vel pictum, nulla reuerentia exhibeť. quia reuerentia nõ debet nisi rõnali creaturæ. relinquitur ergo, ꝙ exhibetur reuerentia solũ inquantũ est imago. & sic sequitur, ꝙ ead. reuerentia exhibeať imagini Christi, & ipsi Christo. cum igiť Christus adoretur adoratione latriæ, consequens est, ꝙ eius imago sit adoratione latriæ adoranda. ¶ Ad rõnes

Ad primum argu.

in oppositum. Ad primam r̃ndetur, ꝙ ex textu p̃ntis capi. in quo dr̃, ꝙ Christiani non dicunt imagines deos, nec seruiunt eis, sicut dijs, nec spẽ salutis ponũt in eis. Nec cultu diuino eis seruitur. Nõ habetur aliud, nisi ꝙ imagines nõ adorãtur per se, aut pro se siue rõne sui, sed rõne alterius, vnde honor eis exhibitus trãsit in id cuius sunt imagines, sicut in obiectum venerationis, & terminum intentionis adorantis. Et quia hoc proprie adoratur in ꝙ intentio fertur. dr̃ Augu. in lib. 3. de trinitate. qui veneratur tale signũ

Augu.

diuinitus institutum, eius. n. significationem quam intelligit non hoc veneratur ꝙ videtur, & transit, sed id potius, quo. i. ad quod talia cuncta refeređa sunt. Et isto mõ sunt intelligenda dicta doctorum sanctorum dicentium aliq̃n imagines non esse adorandas sicut est visus Grego. dicere in cap. præcedenti. ¶ Ad secundam dicẽdum, ꝙ adoratio

Ad sec̃dum.

latriæ debetur humanitati Christi, licet non rõne sui, sed rõne diuinitatis, cui est vnita. vñ Damasce. dr̃ 3. lib. Adora-

Dama.

tur autem caro Christi incarnato Deo verbo. Non pp seipsam, sed propter vnitum ſm hypostasim verbum Dei. Et idem habetur super illud. psal. 98. Adorate scabellũ pedum eius. ¶ Ad tertiam r̃ndetur, ꝙ non est simile de ima-

Ad tertium

gine ĩ creatura rõnali impressa, & de alia, q̃a creaturæ rõnali debetur reuerentia pp seipsam, & ideo si creaturæ rationali, in qua est imago Dei impressa exhiberetur adoratio latriæ, posset esse erroris occasio, vt si motus adorantis in hoĩe sisteret, inquantum est res quędam, & nõ referretur in Deum, cuius est imago, ꝙ non põt cõtingere de imagine sculpta puta in materia insensibili. ¶ Ad quartam

Ad quartũ

dicendum, ꝙ ecclesia nullum seruat ritum idolatriæ adorando imagines modo supra dicto. Non. n. adoranť rõne sui, ita, ꝙ credatur aliquid diuinum esse in eis. ¶ Ad quin-

Ad quintum

tam r̃ndetur, ꝙ apostolus prohibet cõicare operibus infructuosis gẽtilium. cõicare autem vtilibus operibus eorũ apostolus non prohibet. Adoratio autem imaginum est inter infructuosa opera computanda, quantum ad duo, vt

S. Thom.

ait S. Tho. vbi supra. Primo quidem quantum ad hoc, ꝙ q̃dam eorum adorabãt ipsas imagines, vt res quasdam credentes in eis aliquid diuinitatis esse propter respõsa, quæ dœmones in eis dabant, & alios mirabiles hmõi effectus. Secundo propter res quarum erant imagines. statuerant. n. imagines aliquibus creaturis, quas in eis veneratione latriæ adorabant, & venerabantur. Nos autẽ adoramus adoratione latriæ imaginem Christi, qui est verus Deus, non propter ipsam imaginem, sed propter rẽ cuius imago est, vt dictum est. vnde nõ est teneđa glossa, quæ in hoc ca. negat imaginem Christi adorandam esse adoratione latriæ.

3 Ad secundum Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ oĩs imago Christi sit æqualiter adoranda. Sic imago non est adoranda, nisi inquãtum est signũ, sed omnes imagines æqualiter sunt signa. ergo &c.

Primum ar. Opponit in cõtrarium. Respondet.

¶ In oppositum arguitur. In illo est Deus magis adorandus, ad cuius præsentiam magis operatur hominum salutem. sed hanc magis Deus operatur in vna, quam in alia. ergo & c. ¶ Respondeo dicendum † quod duo sunt genera

4 imaginum, quædam, quæ tantum sunt signa repræsentatiua imaginum, quædam quæ sunt signa diuinæ pietatis, sicut de cruce dicit Damascenus. Adoramus inquit pretiosissimum lignum, in quo seipsum Christus hostiam pro nobis obtulit, & sanctificatum tactu sancti corporis, clauos

Dam.

lanceam, indumenta. Adoramus & typum pretiosissimæ crucis, & si ex alia materia facta est non materiam honorantes absit, sed typum. i. signum. dicendum ergo, quod imagines omnes Christi inquantum imagines sunt æqualiter honorandæ. Inquantum vero instrumẽta diuinæ pietatis, habent multiplicem causam adorandi, sicut plures dicuntur esse imagines, per quas dicitur esse locutus. imago etiam Veronicæ dicitur impressa ex vultu Saluatoris. item alicubi fiunt miracula coram crucibus, & imaginibus quod credendum est accidere meritis sanctorum, vel peregrinantium, vel triumphantium, & ibi Christus deuotius est adorandus nõ propter ipsum signum, sed ꝓpter imaginatũ, & sanctos, qui volunt ibi deuotius coli. Et sic patet responsio ad oppositum. Le. ¶ [Primitiuorũ]

Exponit literam

.i. sanctorum vel olim rerum gestarum, quorum sunt imagines [adorant]. i. ea adoratione, qua adorãtur sancti quorum sunt. Hic gloss. & Hugo. & Archid. videntur negare crucem Christi, & imaginem eius adoratione latriæ adorandam dicentes. quod duplex est species adorationis, la-

Contra gl. Hug & Ar

5 triæ & duliæ † latria est seruitus soli Deo debita, dulia est, quæ debetur creaturæ vnde versus. Dulia fit seruo, debetur latria Christo. Et dicunt, quod prima prohibetur. Secunda hic permittitur. Sed isti non distinguunt, quod distinguere debẽt, videlicet, quod latriæ cultus põt exhiberi alicui dupliciter, vel ratione sui, & per se, vel ratione alterius. primo modo soli Deo competit seruitus latrię, vtpote qui fide spe, & charitate colendus est, placandus sacrificijs, atque honorandus. Secundo autem modo latriæ adoratio attribuitur imagini, & cruci Christi, & quia non per se, sed ratione alterius adorantur, non dicuntur adorari sicut obiectum interioris adorationis, quæ fide, spe, & charitate perficitur. vt dicit Aug. sed tantum adoratione honoris exterioris intentione, in imaginatum siue exem-

Augu.

plar transeunte. Et inde patet quam periculosè puri iuristæ præsumunt loqui de materijs theologicis.



Extam. Sequitur. 13. pars huius distinctionis, in qua magister Gratianus introducit institutionem Adriani Papæ, qua instituit, quod Christus, qui antiquitus ĩ specie agni depingebatur, depingatur in specie hominis. Et diuiditur hoc

Diony.

capitulum in tres partes. In prima r. fert antiquum morẽ in depingendo Christum in specie agni. In secunda ponit ordinem octauæ synodi. In tertia præcipit Adrianus seq̃uẽdo authoritatem sextæ synodi, idem obseruari, quod amodo depingatur in specie hoĩs assignãdo rationem ad hoc, quia. s. legalibus licent a danda est. 2. ibi, quia in figuram. 3. ibi, antiquis ergo. hic nihil disputãdum occurrit. Lege. ¶ [Sculpturis]. i. picturis [agnus]. i. Christus, in figura agni [depingitur quia in figuram gratiæ transit] sensus

Exponit literam.

est nostro iudicio quia in figuram gratiæ transit]. i. quia hoc ad modum aliarum figurarum legalium quibus figurabatur grã. i. ipse Christus transit & c. vel sic [quia agnus ille per legem Moysi Exod.]. s. 12. iussus occidi, & sacrificari præmonstrabat agnum verum dñicum Iesum Christũ, qui venit [ideo transit in figurám]. i. in similitudinem gratiæ. i. Christi quam præmonstrabat, transit, vt iam non in specie agni, sed hoĩs depingatur. quia adueniente veritate sicut cessat figura, ita cessare debet imago figuræ, & hoc est, ꝙ sequitur in 3. parte. vñ Papa Adrianus sequens rõnẽ in qua se fundauerat synodus, ait [antiqui ergo licentiantes]. i. terminũ imponentes [gratiam & veritatem] quæ data est per Iesum Christum Io. 1. [præferimus]. s. figuris [& sicut plenitudinem] veritas. n. nõ soluit legem, sed implet Matt. 5. Non veni legẽ soluere, sed adimplere [verũ gitur & cætera ſm humanam imaginem]. i. in humana imagine depingi, & non agni. ¶ Sed vr̃. ꝙ hoc non seruetur. quia

Opponit & Respondet

depingitur adhuc in figura agni. Ad hoc r̃ndet Hug. multipliciter. Primo, quod quo ad hoc derogatur huic ca. Sed hoc non videtur, quia Papa Adrianus dicit, quod recipit sextam synodum, cum omnibus suis capitulis. secundo respondet, ꝙ non prohibet Christum depingi in specie agni, sed statuit, quod similiter depingatur in specie hoĩs. Sed hæc responsio non videtur bona, quia dicit textus, ꝙ secundum humanam imaginem pro veteri agno & c. No dicit cum veteri agno, aut simili, siue similiter, sed pro. i. loco

loco figuræ agni depingatur in figura hoīs. Tertio est responsio hic in glo. quam ponit, seu prosequi videtur Guilielmus in rõnali, vt hoc referatur ad picturam in cruce, vt videlicet in cruce Christus in figura hoīs depingatur principaliter: quo depicto non obest si etiam in parte inferiori depingatur agnus, licet hoc videatur satis bene dictum. videtur tamen nobis quod possit aliter dici. videlicet quod textus iste loquatur de imagine Christi, quæ venit adoranda à fidelibus. imagines autē eorum, quæ Christo cõueniunt per figuram sicut agnus, sicut leo, sicut sol, & hmõi non sunt in ecclesia adorandæ, sed tãtum imago humanitatis Christi, quę assumpta est in vnam personam à verbo Dei. ideo. n. sola imagine humana Christus adoratur, & ideo in sola illa depingēdus est in qua adoratur. Sed aduertendum est ꝙ in concilio Elibertano hr̄, vt recitat Brocardus lib. 3. c. placuit. sic statutum fuit. placuit picturas in ecclesijs fieri nõ debere. Nec ꝙ colitur, & adoratur in parietibus depingatur. Et forte ex isto concilio motus fuit iste episcopus Massilien. ad frangendum imagines in ecclesia de quo supra e. d. placuit. Sed dic secundum Hug. ꝙ derogatum est illi per hoc capitulum, & per generalem consuetudinem ecclesiæ.

Guilielmu.

Hug.

2 *Personæ non possunt esse plures quam tres, aut pauciores in diuinis.*

3 *Substantia dicitur dupliciter.*

5 *Quantitas est duplex.*

7 *Creatura ad creatorem comparatur dupliciter.*

8 *Deus dupliciter potest cousiderari ad cereaturam.*



OMnes. Sequitur. 14. pars & vltima huius distinctionis. In qua Gratianus tractat de summa trinitate, qualiter pater, & filius & spūs sanctus sunt vnius essentiæ, & æqualis potestatis. Quæ pars sic continuatur secundum Hugu. quia tractaturus erat Gratianus in sequenti distinctione de baptismo, & forma baptismi, quæ in nomine patris & filij, & Spūs sancti cõsistit de trium personarum diuinarum æqualitate premittit, vt nota æqualitate trium personarum vna, & eadem virtute in baptismo eas operari nõ dubitemus. Et diuiditur hoc capitulum in duas partes. In prima docet, ꝙ tres personę sunt vnius essentiæ. In secũda quod licet tres personæ sint vnus Deus, & vnius simplicissimæ essentiæ. Non tamen dicimus trinitatem ipsam natam de virgine, aut crucifixam aut sepultam secunda ibi. Quamuis pater. Pro pleniori intelligentia huius capituli tria veniunt quærenda, quæ tanguntur in litera.

Cõtinuatio

Diuisio

1 ¶ Primum vtrum sit verum hoc quod vniuersi tractatores diuinorum librorum dicuntur docuisse, videlicet, ꝙ pater, & filius, & Spiritus sanctus sint vnius substantiæ.

4 ¶ Secundum est, vtrum pater, & filius, & Spiritus sanctus sint inseparabilis æqualitatis.

6 ¶ Tertium vtrum Trinitas possit dici nata de virgine, aut crucifixa in cruce, & sic de alijs quæ ponuntur in litera.

1 Ad primum Sic proceditur. †Et arguitur primo cõtra suppositũ quæstionis vbi præsupponitur, ꝙ in diuinis sit pluralitas personarũ ¶ Et primo sic, dr̄ Boethius in lib. de Trinitate. hoc vere est vnum in quo nullus est numerus, sed deus verissime est vnus. ergo in eo nullus est numerus, & per consequēs neque pluralitas, siue trinitas personarum. secundo sic. vbicũque est numerus, ibi est totum & pars. si ergo insit numerus personarum, erit in deo ponere totum, & partem. ꝙ simplicitati diuinæ repugnat. tertio sic. qñ tota perfectio speciei inuenitur in vno supposito non sunt plura supposita illius naturæ sicut probat philosophus primo Cœli, & Mundi, quod est vnus tantum mundus, quia constat ex sua tota materia. sed tota perfectio diuinæ naturæ inuenitur in vno supposito. ergo non sunt ponenda plura supposita siue plures personæ in diuina natura. ¶ Secundo arguitur principaliter cõtra quæsitum. Et videtur ꝙ personæ diuinæ. s. pater, & filius, & spūs sanctus nõ sit vnius, & eiusdem substantiæ, primo sic. dr̄. n. Hilarius in lib. de sinodis. ꝙ pr̄ & filius, & Spūs sanctus sunt per substantiã tria, per consonantiã vero vnum, ergo pater, & filius, & spūs sanctus nõ sunt vnius substãtiæ. secũdo psona est rõnalis naturæ indiuidua substãtia, vt dr̄ Boe. si ergo in diuinis ponantur plures personæ necessario ponuntur plures substantiæ, ergo id quod prius. si dicar̄ ꝙ substantia in te. præsentis c. sumit̄ pro essentia, & rõnibus factis capiat̄ p hypostasi, & ita videatur modo militare ad propositum. ¶ Cõtra tertio sic. in oī creatura essentia numeratur ad numerositatē suppositorum. alia est. n. numero humanitas Sortis, & humanitas Platonis, sed creaturæ exēplatæ sunt à Deo, & deductæ ab arte diuina. ergo si sit pluralitas in diuinis personarũ ēt erit pluralitas subarũ in diuinis, & ita pr̄, & filius, & spūs sanctus nõ erunt vnius substantiæ siue essentiæ. ¶ Quarto sic. in diuinis sunt idē psonæ, & substantia dicente Aug. 7. de Trinitate cũ dicimus psonã pr̄is, nihil aliud dicimus, quã substantiã patris. ergo si plures sunt in diuinis psonæ sunt plures substãtię, ergo idē ꝙ prius. ¶ In oppositum est textus præsen. c. ¶ Rñdeo ꝙ indubitata fide tenendũ est ꝙ diuinorum librorum tractatores cũ B. Aug. docent. ꝙ pater, & filius, & Spūs sanctus sunt vnius, & eiusdē substãtiæ siue essentiæ. Quæ conclu. probat̄. primo ex illo ꝙ idē Au. in li. de fide ad Petrũ inqt quasi in principio fides, quã S. Patriarchæ atq; pphetę ante incarnationem dñi Dei diuinitus acceperũt, quã ēt sancti apostoli ab ipso dño in carne posito audierũt & Spūs sancti magisterio instructi non solũ sermone pdicauerunt, verũ ad instructionē saluberrimã cæterorũ posterorũ scriptis suis inditã reliqrũt. vnũ Deum pdicat trinitatē. i. patrē & filium & Spūm sc̄tm, sed Trinitas non esset, si vna eadēq; psona diceret̄ pater & filius & Spūs sanctus. Si. n. sicut est patris, & filij, & spūs sancti vna substãtia, sic esset vna psona nihil oīno esset in quo veraciter Trinitas diceret̄. rursus qdem Trinitas esset, vera, sed vnus deus Trinitas non esset, si quēadmodum pr̄, & filius & spūs sanctus psonarum sint abinuicem pprietate distincti, sic fuissent naturarũ quoque diuersitate discreti. sed quia in illo vno vero Deo trinitate non solũ, ꝙ vnus Deus ē, sed ēt, ꝙ trinitas ē naturaliter, verum ē, ppea ipse verus Deus in psonis Trinitas est in vna natura, vnus est. hæc Aug. ¶ Secundo hãc eãdem conclusionem videlicet pluralitatem personarum in diuinis esse cum vnitate essētiæ siue naturæ ex ipso sacræ scripturæ fonte aperte colligimus. dr̄. n. Gen. 2. faciamus hoīem ad imaginē & similitudinem nostra. plane vt Augu. arguit li. supra dicto, & B. Hilarius lib. de Trinitate cum singulari numero dr̄ imaginem, ostendit vnam esse naturam, ad cuius imaginem hō fieret. cum vero dr̄ pluraliter nostram, ostendit eundem deum ad cuius imaginē homo fiebat, non vnam esse personam. Hãc præterea Trinitatem personarum, atque vnitatem naturæ propheta Esaias reuelatã sibi narrauit cum se dr̄ seraphim vidisse clamãtia sc̄tũs, sc̄tũs, sc̄tũs do. Deus Sabaoth. vbi prorsus in eo, ꝙ dr̄ ter sanctus psonarum Trinitatem. in eo vero, ꝙ dr̄ semel dñs Deus Sabaoth, diuinę naturæ cognoscimus vnitatem. Cæterum præfata conclusio de Trinitate personarum, & vnitate essentiæ & si in nouo testamento resonent quasi vbique, maxime tamē aperte ostēditur Matth. vltimo vbi dr̄. euntes docete oēs gētes baptizãtes eos in noīe patris, & filij, & spiritus sancti. vbi vt exponit Amb. 1. de Trinitate. in nomine ait. non in nominibus. vt vnitas essentiæ, ostēdatur. per nomina tria q̃ supposuit tres esse personas declarauit. cæterum præfata cõclusio luce clarius accipitur ex illo 1. Io. 5. tres sunt, qui testimonium dant in cœlo. pater, verbum, & spiritus sanctus. & hi tres vnum sunt. Ratione vero vt fieri potest pręfata conclusio probatur. non quæ sit demonstratiua, quia cum fides apostolo teste ad Hebræo. 11. sit substantia rerum sperandarum. argumentum non apparentium, præfata conclusio ratione demonstratiua sufficienter ostendi non potest. vnde Ambro. impossibile est diuinæ generationis scire secretum mens deficit, vox silet. persuaderi tamen multipliciter potest. Richardus. n. libro de Trinitate plures ad hanc conclusionem inducit rationes, de quibus quatuor in præsentiarum inducemus sicut eas dominus Albertus magnus recitat in 1. parte summę. prima est. constat, quod oīs essentia communicabilis est de se, & vnitas eius cõicabilitati non repugnat, aut igitur reducit̄ in actũ in diuina essentia, aut non, si sic habeo propositum quod est vna in pluribus. si non, tunc aptitudinem habet ad aliquid quod est in actu, & sic imperfecta est ꝙ est incõueniēs. ¶ Scd'o supponēs propositionē illã Boethij. quod nullius boni sine cõicatione ponēda ē possessio supponit hanc, quod non est communio eiusdem ad seipsum. cum ergo

Primum ar.

Scd'm arg.

Hilarius.

Boethius.

Tertiũ arg.

Quartũ ar. Augu.

Opponit & Respondet.

Prima con. Agu.

Augu. Hilarius.

Ambro.

Albertus.

Boethius.

ergo Deo optimum sit attribuẽdum omne bonum suum quod possidet in cõmunione ad alterum, nõ potest autem esse perfecta communio nisi inter æquales. vnicuique.n. attribuendum est secundum propriam virtutem, oportet ergo, quod ad hoc, ꝙ oĩs boni diuini iocũda sit possessio. quod communio sit plurium, & æqualium in natura vna, & sic in diuina natura pluralitas erit personarũ. ¶ Tertio sic. Summa bonitas summa amore destitui nõ potest cum natura sit intelligibilis. amor autem semper ad alterũ est, si amor amicitiæ est vt dicunt Aristoteles Tullius & Gregorius. summus autem amor si rationalis est, non est nisi ad summè bonum. amor ergo exigit ꝙ sint plures personæ. summus autem amor quod sit quælibet persona summum bonum & personæ inter se æquales sint. & sic oportet dicere, quod cum diuina vnitate sint plures personæ. ¶ Quarto sic. Vnitas diuina est vnitas & maxime virtutis. maioris autem virtutis est vnum esse in pluribus, & plura vniens, quam vnum esse in vno, & vniens ipsum. hoc. n. facit quælibet vnitas quantumcumque paruæ quantitatis sit. cum ergo vnitas diuina maxime virtutis sit erit in plurib. vniens plures in ꝑsona nõ plures in natura. inter plura aũt in natura nõ est vnitas ex parte naturæ, nec ex pte suppositorum. S. vero Th. hanc conclusionẽ duabus sequentibus rationibus ostendit in quæstionibus de potentia primo sic. omne quod est perfectum in creaturis oportet attribui Deo secundum illud, quod est perfectionis absolutæ. nihil.n. est nobilius, & perfectius in creaturis, quam intelligere. cuius signum est, quia inter cæteras creaturas intellectuales substantiæ sunt nobiliores, ergo oportet, quod intelligere Deo cõueniat, & omnia, quæ sunt de ratione eius. Est autem de ratione ipsius intelligere, ꝙ intellectus cum intelligit formet conceptum in seipso de re quæ intelligitur, quæ conceptio dicitur verbum interius ꝙ significat ꝑ vocẽ exteriorem. cũ ergo in Deo sit intelligere, & intelligẽdo seipsum intelligat oĩa alia, oportet ꝙ ponatur in ipso est cõceptio verbi, cum autem intellgere diuinum non possit esse imperfectum verbum diuinum, necesse erit perfectum perfecte omnia repræsentans. Præterea cum intelligere diuinum esse, eius verbum diuinum procedens à Deo inquantum est intelligens procedit ab eo, vt eiusdem naturæ subsistens, & ita verbum diuinum habet eandem essentiam, & naturam, quã intellectus concipiens, quia quod accipit naturam in viuentibus dr̃ genitum, & filius verbum diuinum dr̃ genitus, & filius. Cum autem res subsistẽtes in natura intellectuali sint personę, sequitur, ꝙ in diuinis sit pluralitas personarum. secunda ratio. sicut dr̃ Dionysius bonũ est communicatiuum sui. sed Deus est summe bonus. ergo summe se cõmunicabit, sed in creaturis non summe se communicat, quia non recipiunt totam bonitatem suam, ergo oportet, quod sit ibi communicatio perfecta, vt.s. totam bonitatem suam alteri communicet. hoc autem non potest esse in diuersitate essentiæ, ergo oportet esse plures distinctos in vnitate diuinæ essentiæ & ita plures personas. ¶ Secunda conclusio ꝑ in diuinis nõ sunt nec ipse possunt plures quam tres personæ, nec pauciores. Hãc conclusionem probat dominus Bon. in 1.d.2. ex quatuor suppositionibus. supponit.n. primo, ꝙ in diuina trinitate sit summa beatitudo. secundo, ꝙ sit summa ꝑfectio. tertio, ꝙ sit summa simplicitas, quarto, ꝙ sit primitas. Ex prima suppositione arguit sic. In diuinis personis est summa beatitudo. ergo summa cõcordia, ergo ẽ summa germanitas, summa charitas, sed si essent plures quã tres non esset ibi summa germanitas, si pauciores non esset ibi summa charitas, ergo sunt tres personæ tantum. probatio minoris. si est ibi quarta persona, aut ꝓcedit ab vna, aut à duabus, aut à tribus. Si ab vna, vel duab. tantum, tunc non perfectæ, & æqualiter conuenit cum oĩbus. Si autem à tribus, tunc diuinæ personæ intermediæ magis conueniunt adinuicem, quam cum extremis, quia producuntur, & producunt. & ita non est ibi perfectus nexus. Item si essent pauciores quam tres non esset ibi perfecta charitas, quia perfectus amor, & est liberalis, & est cõmunis. quia liberalis ideo tendit in alterum, quia communis ideo vult diligi ab altero, & diligere alterum sicut se, & à se. ergo est ibi dilectio, & condilectio. hoc autem non põt esse minus, quam in tribus, ergo &c. ¶ Ex secũda suppositione arguit sic, ĩ diuinis personis est summa ꝑfectio. ergo persona producens perfecte producit, & quantũ ad modum producendi, & quantum ad eum, ꝙ producit. sed non reperit nisi duplex modus producendi nobilis. oẽ.n. agens, aut agit ꝑ modum naturæ aut ꝑ modum volũtatis, sicut vult philosophus, ergo his duob. modis, & tñ his ꝓducit. sed ꝑsona producta quolibet istorũ modorũ est per fectissima. cum ergo oẽ, ꝙ est vltra perfectionem supfluit & quòd est citra deficit, necesse est tantum esse duas personas emanantes, & non plures, nec pauciores & vna à qua emanant. ergo sunt tñ tres. ¶ Ex tertia suppositione arguit sic. in diuinis personis est summa simplicitas, ergo pater totũ dat cuilibet à se ꝓcedenti. ergo ꝓcedẽtes siue emanantes nõ distinguunt penes ea, quæ accipiũt, sed pœnes modũ accipiendi, vel emanãdi, ergo nõ possunt esse nisi duæ ꝑsonæ emanantes, & vna producens ergo &c. ¶ Ex quarta suppositiõe. s. rõne primitatis arguit sic. cũ rõne primitatis sit in Deo summa fęcũditas, sequit, ꝙ nulla ꝑsona possit producere eo gñe producendi quo producit. quia respectu illius non est prior. ergo cum duæ personæ emanẽt ẽm istos duos modos emanãdi impossibile est, ꝙ istis duob. modis ꝓducant, & nõ sint alij modi. ergo non pñt producere aliam personam. ergo sunt tñ tres. cõcordat dñs Alber. mag. in prima parte summæ suæ ita dicens. Nec sunt nec esse possunt in diuinis nisi tres personæ. in illis.n. sufficientia perfectionis est bonitatis virtutis, & charitatis, delectationis, & iocũditatis, & amicitiæ. cõcordat etiam B. Tho. qui inter alias rões quas inducit, arguit sic 4. lib. cõtra gentiles c. 26. dr̃. personæ cum essentia cõicent nõ possunt distingui nisi per relatiões originis. has aũt originis relationes oportet accipere non ẽm ꝓcessionem in exteriora tẽdẽtẽ. sic.n. procedẽs nõ esset coessentiale suo principio, sed oportet, ꝙ processio interius consistat. qđ autem aliquid procedat manens intra suum principium inuenitur solum in operatione intellectus, & voluntatis. vnde personæ diuinæ multiplicari nõ possunt, nisi ẽm ꝙ exigit processio intellectus, & voluntatis in Deo, nõ est autem possibile, ꝙ in Deo sit nisi vna processio ẽm intellectum, eo ꝙ suum intelligere est vnum, & simplex, & perfectum, quia intelligendo se intelligit oĩa alia, & sic non põt esse in Deo nisi vna processio verbi. Silr autem oportet, & processionem amoris esse, vnam tñ, quia etiam diuinum velle est vnũ & simplex. amãdo.n. se amat oĩa alia. Nõ est ergo possibile, ꝙ in Deo sint plures, nisi duæ personæ procedentes, vna per modum intellectus, vt verbũ. s. filius. alia per modũ amoris. s. Spũs sanctus. est etiã, & vna ꝑsona nõ procedens. s. pater. solum ergo tres personæ in trinitate esse pñt. ¶ His habitis dicendũ est ad rõnes añ oppositum qõnis. Ad primã rñdetur, ꝙ per illa verba Boetius nõ intendit excludere à diuinis personis pluralitatem, cũ Trinitatem in eis ponat. sed à diuina essentia. à Deo.n. propter summam vnitatem, & triplicitatem oĩs pluralitas excluditur absolute dictorũ. nõ autem pluralitas relationũ, quia relationes prædicãtur de aliquo vt alterũ. & ideo cõ positionẽ ĩ ipso de quo dicũtur nõ importãt. vt Boe. docet in e. li. & per cõsequẽs pluralitas personarum in nullo præiudicat vnitati essentiæ. ¶ Ad secũdã rñdetur iuxta S. Th. in 1. parte ꝙ numerus est duplex. s. numerus simplex vel absolutus. vt duo, & tria, & quatuor, & est numerus, ꝗ est in rebus numeratis, vt duo homines, & duo equi. Si igitur accipiamus in diuinis numerum absolute siue abstracte, nihil prohibet in Deo esse partem, & totum, & sic nõ est nisi ĩ acceptione intellectus nostri. Nõ.n. est numerus absolutus à rebus numeratis, nisi in intellect. Si autem accipimus numerum prout est in rebus numeratis, sic quidẽ in rebus creatis vnum est pars duorum, & duo trium, vt vnus homo duorum, & duo trium, sed non est sic in Deo, quia tantus est pater quanta trinitas. ¶ Ad tertiam respõdetur primo iuxta dominum Vlrichum in summa sua. qđ licet in creaturis multiplicatio indiuiduorum sit propter esse diuinum. i. perpetuum. vt cõseruetur in simili, ꝙ in se conseruari non põt, vt in generabilib. & corruptibilibus, vel propter hoc, quod aliquid melius est esse in pluribus quam in vno sicut in octaua sphera cœlesti multæ stellæ sunt, tñ in Deo nihil talium est, sed solum propter perfectionem naturę communicabilis, vt illa actu communicata sit secũdum omnem modum suæ communicabilitatis. quia Deus nõ habet aliquem finem extra se. ¶ Secũdo dr̃ iuxta S. Tho. in quæstionibus. de potentia. ꝙ licet tota, & perfecta sit diuinitas in qualibet trium personarum secundum

dum proprium modum existendi, tamẽ ad perfectionem diuinitatis pertinet, vt sint plures modi essendi in diuinis, vt.s.sit ibi à quo alius, & ipse à nullo, & aliquis qui est ab alio. Non.n.esset omnimoda perfectio in diuinis, nisi esset ibi processio verbi & amoris, & ita ratio facta non procedit. ¶ Ad quartam, quæ est prima contra quæsitum respondetur quòd Hilarius accepit substantiam pro hypostasi, & non pro essentia. Pro quo notandum, quòd secundum ꝙ
3 habetur quinto metaphysicæ † substantia dicitur dupliciter, vno modo dicitur substantia quidditas rei, quam significat diffinitio, secundum quòd dicimus quòd diffinitio significat substantiam rei, quam quidem substantiam vsiam vocant græci, quam nos essentiam dicere possumus. alio modo substantia dicitur suppositum, vel subiectum, quòd subsistit in genere substantiæ, quod etiam nominatur alijs nominibus sicut res naturæ, subsistẽtia, & hypostasis, dicimus ergo, quòd loquendo de substantia primo modo tres personæ dicuntur esse vnius substantiæ, loquendo de substantia secundo modo prout.s.dicit suppositum, vel hypostasim loquitur Hilarius cum dicit, quòd pater, & filius & Spiritussanctus sunt per substantiam tria. ¶ Ad quintam respondetur eodem modo, quòd substantia non ponitur in diffiniti personę secundum quòd significat essentiam, sed secundum quod significat suppositum, quod patet ex hoc, ꝙ additur indiuidua. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam, quia licet persona, & essentia in diuinis sint idem re differunt tamẽ ratione, & inde est, quod ad hoc quòd aliquid possit affirmari de vno, quod negatur de altero, & per consequens, quòd supposito vno non supponatur alterũ, vnde in hoc, ꝙ in diuinis persona, & essentia non sunt aliud secundũ rã, non sequitur, quòd si pater, & filius & spiritus sanctus distinguuntur personaliter, ꝙ distinguantur essentialiter.

4 **Ad secundum** Sic proceditur. † & videtur ꝙ nõ sit æqualitas inter personas diuinas. ¶ Et primo sic. Aequalitas.n.attenditur secundum vnum in quãtitate secundum philosophum in quinto metaphysicæ, In diuinis autem personis non inuenitur quantitas cõtinua intrinseca, quæ dicitur magnitudo, nec quantitas continua extrinseca, quæ dicitur locus & tempus, nec secundum quantitatem discretam inuenitur in eis æqualitas, quia duæ personæ sunt plures quam vna, ergo in diuinis non conuenit æqualitas. ¶ Secundo sic. Diuinæ personæ vt dictum est in quæstione præcedenti essentia significat per modum formæ. conuenientia autem in forma non facit æqualitatem, sed similitudinem, ergo in diuinis est dicenda similitudo sed non æqualitas. ¶ Tertio dicitur Ioã. 5. Non potest filius à se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem, pater autem potest à se facere, ergo pater est maior filio, secundum potentiam, & per consequẽs diuinæ personæ non sunt inseparabilis æqualitatis in potestate. ¶ Quarto sic. Ad omnipotentiam patris pertinet, qđ possit generare filium sibi æqualem. dicit.n. August. lib. cõtra Maximianum, si non potuit sibi generare æqualem vbi est omnipotentia Dei patris, sed Filius non potest generare filium, ergo nõ quicquid pertinet ad oĩpotentiam patris, potest filius, & ita non est æqualis ei. ¶ In oppositũ est textus præsentis capituli. Item dicit Athanasius tres personæ sunt sibi coæqueles. ¶ Respondeo dicendum, quod sicut fides catholica coæternas ita, & coęquales tres asserit personas, vnde necessario ponẽda est æqualitas in diuinis personis. Aequalis.n.est in omnibus patri filius, & patri & filio spiritus sanctus, quod sic declaratur iuxta S.Tho.in 1. parte quæst. 42. secundum philosophum 9. Metaphysicæ, æquale dicitur quasi per negationem minoris, & maioris. non possumus autem in diuinis personis ponere aliquid maius, & minus, quia vt ait Boethius lib. de Trinitate eos differentia.s.deitatis comitatur, qui vel augẽt, vel minuũt, vt Arriani, qui gradibus numerorum, Trinitatem variãtes distrahunt, atque in pluralitatem deducunt. Cuius ratio est, quia inæqualium non potest esse vna quantitas numero, quantitas autem in diuinis non est aliud, quam eius essentia, vnde relinquitur, si esset aliqua inæqualitas in diuinis, quòd non esset in eis vna substantia, & sic non essent tres personæ vnus Deus, quod est impossibile. Oportet ergo dicere Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum esse inseparabilis æqualitatis, ita vt iuxta August. libr. de fide ad Petrum, nullus eorum alium, aut pręcedat æternitate, aut recedat magnitudine, aut superet potestate, quia nec filio nec Spiritui sancto conuenit quantum ad naturæ diuinæ, vnitatem, aut anterior, aut maior est pater, nec Filius spiritu sancto, æternum quippe & sine initio est, quod filius de patris natura extitit, & æternum ac sine initio est, ꝙ spiritus sanctus de natura patris filijque procedit, ob ergo tres personas vnũ recte credimus, & dicimus esse Deum, quia vna prorsus æternitas, vna immẽsitas, vna naturaliter triũ personarum est diuinitas. ¶ Ad rationes. Ad primam re-
5 spondetur † quod duplex est quantitas, vna.s. quæ dicitur quantitas molis, siue quantitas dimensiua, quæ in solis corporalibus rebus est, vnde in diuinis personis non habet locum, & ita secundum istam non attenditur ibi æqualitas, alia est quantitas virtutis, quæ attenditur secundum perfectionem alicuius naturæ, vel formæ, & talis ponitur in diuinis personis, secundum illud psalm. 146. Magnus dominus, & magna virtus eius, & ẽm istam attenditur quantitas in diuinis, quia cum eis sit vna numero forma siue natura, vna virtus, vna potestas, vna maiestas, nulla ꝑsonarũ aliam præcedit æternitate, aut excedit magnitudine, aut superat potestate. ¶ Ad secundam respondetur, quod vbi attenditur æqualitas secundum quantitatem virtualem, æqualitas includit similitudinem, & aliquid plus, quia excludit excessum. Quæcunque enim communicant in vna forma, possunt dici similia etiam si inæqualiter illam formam participant, sicut si aer dicatur similis esse igni in calore, sed non possunt dici æqualia, si vnum altero perfectius formam illam participet, & quia non solum vna est natura patris & filij, sed etiam æque & perfecte est in vtroque. ideo non solum dicimus filium similem esse patri, vt excludatur error Eunomij, sed etiam dicimus æqualem, vt excludatur error Arrij. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam, quia per hoc, quod filius nõ potest à se facere quicquam nõ subtrahitur aliqua potestas filio, quam pater habeat, cum statim subdatur, quod quęcunq; pater facit, filius similiter facit, sed ostenditur ꝙ filius habet potestatem à patre à quo habet naturam, vnde dicit Hilarius nono de Trinitate, diuinæ naturæ hæc vnitas est, vt ita per se agat filius quòd non à se agat. ¶ Ad quartam respondetur negando consequentiam, quia vt ait S.Tho. sicut eadem essentia, quæ est in patre est paternitas, in filio est filiatio, ita eadem potẽtia est, qua pater generat, & qua filius generatur, vnde verum est, quod quicquid potest pater, potest filius, non tamen sequitur quòd possit generare, quia mutatur quid in ad aliquid. Nam generatio significat relationem in diuinis, habet ergo eandem omnipotentiam quam pater, sed cum alia ratione, quia pater habet eã vt dans, & hoc significatur cum dicitur, quod potest generare, filius autem habet eam, vt accipiens, & hoc significatur cum dicitur quod potest generari

6 **Ad tertium.** Sic proceditur. † Et videtur quod Trinitas debeat dici nata de virgine, & crucifixa, & sepulta. ¶ Et primo sic. Indiuisa sunt opera Trinitatis, vt dicit Aug. in enchiridion, & habetur in capitulo præsenti in fine. Sicut.n.trium personarum est vna essentia, ita est vna operatio, ergo quod conuenit vni personæ necesse est, ꝙ conueniat alteri, & ita toti Trinitati, ergo si incarnari, & nasci de virgine est opus Dei necesse est, quod sit commune toti Trinitati, quare &c. ¶ Secundo sic, vt dicit Dama. In diuinis oĩa sunt vnum, pręter generationem, & processionem, sed nasci de Virgine &c. quæ ponuntur in litera non sunt aliquid huiusmodi, ergo quæcunque istorum conueniunt vni personæ, conueniunt toti Trinitati. ¶ Tertio sic. Quælibet creatura visibilis est effectus demonstrãs totã trinitatẽ. Non ergo per illas magis demonstrabitur vna persona, vt puta pater in voce spũssanctus in igne, & filius in carne, quam alia, & per consequens tota Trinitas est dicenda nasci de virgine. ¶ Quarto sic. Beata virgo dicitur mater Dei, sed hoc nomen Deus cõmuniter prædicatur de patre, & filio, & Spiritu sancto & de ipsa totã Trinitate, vnde Aug. dicit in principio capituli præsentis. omnes quos legere potui, qui ante me de trinitate scripserunt, qui Deus est, ergo sequitur quòd tota Trinitas potest dici nata de virgine, & per consequẽs alia quæ ponuntur in litera. ¶ In oppositum est textus præsentis capituli. Respondeo dicendum cum August. ꝙ non est dicendum, ꝙ tota Trinitas sit aut nata de virgine, aut passa, aut crucifixa, aut sepulta &c. probatur ista conclusio & primo,

Margin notes: Primum ar. — Secundum argu. — Tertium arg. — Quartũ ar. — Opponit in cõtrarium. — Responder. — S.Tho. — Boethius. — Aug. — Ad primum argu. — Ad secũdum. — Ad tertium — Hilarius. — Ad quartum — S Thomas. — Primum ar. — Secundũ ar. — Tertium ar. — Quartũ ar. — Opponit & Respondet.

primo, quo ad ea, quæ soli filio dicuntur conuenire ratione assumptæ humanitatis, sicut est nasci, pati, & huiusmodi arguitur sic. Nasci, crucifigi, sepeliri, & huiusmodi solum conueniunt personæ in diuinis, quæ carnem assumpsit secundum quam talia attribuuntur sibi sed tota Trinitas non dicitur carnem assumpsisse de virgine, sed solum Dei verbum, secundum illud Ioan. 1. verbum caro factum est, ergo non est dicendum, quod tota trinitas fuerit incarnata de virgine, ergo &c. sed solus filius Dei. ¶ Secundo hoc idem probatur de alijs videlicet quòd tota trinitas nō dicatur descendisse in specie columbæ &c. sic. Personæ diuinæ non solum sunt vnius essentiæ, sed etiam sunt distinctæ personalibus proprietatibus, ergo vna persona potest designari, & demonstrari per aliquod signum, quo nō demonstrabitur alia, & hoc siue loquimur de signo vocali, habent. n. diuersa nomina siue de reali potest aliqua res ordinari ad demonstrationem vnius personæ, & non alterius, & per consequens stat bene, quòd vna persona dicatur in specie visibili apparere, & non tota trinitas, circa quod dicit notandum dominus Bonauentura in tertio distinctione prima. Bonauent.
7 † ꝙ cum contingat dupliciter comparari creaturam ad creatorem, videlicet secundum susceptionem alicuius perfectionis, & secundum habitudinem relationis. prima comparatio respicit necessario tres personas indistincte, & indiuisim pro eo, quòd in eis est vna perfectio essentialis, comparatio vero secundum habitudinem relationis potest esse respectu alicuius personę determinatæ, & distinctæ pro eo, quòd istæ personæ relationibus distinguuntur.
8 † Similiter Deus dupliciter potest considerari ad creaturam videlicet in ratione principij causantis, & ratione substantificantis, vel terminantis, seu in ratione significati. In prima comparatione necessario communicāt tres personæ, pro eo, quòd in Deo vnica est natura, & vnica est virtus operatiua, per quam Deus creaturarū est causa. ¶ Secunda vero comparatio potest respicere aliquam personam distincte, pro eo quòd & si vna persona conueniat cum altera in natura, & eius virtute distinguitur tamē ab alia in supposito, & personali proprietate, quoniam igitur quæ in litera ponuntur puta nasci de virgine, & crucifigi, non solum habitudinem Dei dicunt ad creaturas per modum causæ, sed etiam per modum termini terminātis dependentiam, aut assumptæ naturæ, aut alicuius signi ordinati ad repræsentationem siue designationem alicuius, quod non alterius, ex hac parte possunt sic attribui vni personæ, ꝙ nullo modo toti Trinitati conueniant, licet quicquid operis fuerit in illis, commune sit trinitati, vnde Augu. August. libro de Trinitate. tres personæ sicut inseparabiles sunt substantia, ita inseparabiles sunt operibus, quāuis quædam opera Dei quibusdam personis conueniant, sicut patri vox, quę cœlo sonuit super Christum baptizatum, & ad filij personā humanitatis pertinet susceptio, & spiritus sancti personæ cōgruit illa columba, in cuius specie Spiritus sanctus descendit super eundem filium secundum hominem baptizatum. Ad primum argu. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur negando consequentiam, quia illa quæ hic ponuntur in litera licet ex ea parte, qua dicunt comparationem, sint communia toti Trinitati, ex ea tamen parte in qua dicunt relationem ad certam personam possunt sic cōuenire vni personæ, quòd non alij, vel etiam toti Trinitati, secundum quam considerationem hic negantur dici pro se de tota Trinitate vt dictum est. Ad secūm. ¶ Ad secundam respondēdum est, quod verum est, quod dicit Damascenus, & cum dicitur ꝙ nasci de virgine &c. nō sunt aliquod illorum, rñdetur ꝙ licet nō sit aliqđ illorū formaliter tñ aliqđ illorū includit. includit. n. inintellectū psonalis distinctionis, qa ista. s. nasci, crucifigi, sepeliri, & hmôi includūt assumptionem humanitatis, quæ facta est ad naturam diuinam in persona distincta. s. filij Dei, & sic de alijs, quæ fuerunt signa demonstrantia certam personam in Trinitate, sicut vox Patrem, & ignis descensus aduentum Spiritus sancti in Apostolos. Ad tertium S. Thom. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam, quoniam (vt dicit S. Thom.) licet creaturas illas visibiles tota trinitas fecerit, tamen factę sunt ad demonstrandum specialiter hanc vel illam personam. Sicut. n. diuersis vocibus significantur Pater, & filius & spiritus sanctus, ita & diuersis rebus significari potuerunt, quamuis inter eas nulla sit diuersitas. Ad quartum ¶ Ad quartam respondetur negando consequētiam, quia hoc nomen Deus licet sit commune tribus personis, tamen quandoque supponit pro sola persona patris, quandoque pro sola persona Filij, vel spiritus sancti, & cū dicitur B. virgo mater Dei, hoc nomen Deus supponit pro sola persona filij incarnata. Lege. Exponit literam. ¶ [Sunt vnius, eiusdemq; substantiæ]. i. essentiæ. Vnde idem Aug. in sermone de Trinitate. Ostendimus sanctam Trinitatem. i. Patrem, & filiū & Spiritum sanctum, vnum esse deum omnipotentem, vnius substantiæ, siue essentiæ, vnius potentię, creatorem & rectorem omnium creaturarum, à quo omnia, in quo omnia, per quem omnia. [Inseparabili æqualitate.] Sicut enim impossibile est quòd separentur essentia, ita impossibile est, quod separentur potentia, virtute, potestate, & maiestate, quoniam vt ait Augustin. septimo de Trinitate Aug. Non alio magnus est, & alio Deus est, sed eo magnus, quo Deus, & non aliud illi est magnum esse, aliud Deum esse, eadem quippe eius est magnitudo, quę virtus, & eadem essentia, quę magnitudo. Pater ergo, & filius & Spiritus sanctus, simul vna essentia, & vna magnitudo. Ex hoc patet qđ recte dicitur. [Quod diuinam insinuant vnitatem]. s. quòd sunt vnus Deus simplex, & incommutabilis, omnipotens, & ineffabilis. extra de summa Trinitate & fide catho. ca. 1. & in clementinis. [Et ideo non sunt tres Dei, sed vnus est Deus] cum. n. vna essentia diuinitatis numero sit in tribus personis, quę propter summam eiusdem vnitatem & simplicitatem diuidi non potest, tota Trinitas nō tres Dij sed vnus Deus, [quamuis pater Filium genuerit.] secunda pars [genuerit.] Psalm. 109. Ego hodie genui te. Et Esaię. 53. generationem eius quis enarrabit, & ideo. [Filius non sit qui Pater.] cum. n. ratio non capiat, vt idem sit generans, & genitus, necessario Filius distinguitur à patre, & econuerso. [Spiritus quidem sanctus.]. s. eadem ratione cum à patre & Filio æternaliter procedit [Patris & Filij spiritus] nō Filius, quia non vt genitus, sed per modum amoris ab vtroque pariter, & æternaliter procedens, secundum illud Athanasij. Athanas. Spiritus sanctus à Patre, & Filio, nō factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. Et August. libro. 15. de Trinitate. Aug. Spiritus sanctus nec Patris est solius, nec filij est solius, sed amborum, & communem (quia inuicem se diligunt Pater, & Filius) nobis insinuat charitatem. [Et ipse coæqualis Deus] vnde idem August. 6. de Trinitate. Aug. In omnibus ęqualis est patri filius, & est vnius eiusdem substantiæ, qua etiā Spiritus sanctus in eadem vnitate essentiæ, & æqualitate consistit. Non tamen eandem Trinitatem natam de virgine, sed [tantum Filium Dei] de isto solo dicuntur omnia ista, vnde in symbolo, qui propter nostram salutem &c. [nec eandem descendisse in specie columbæ] sed tantummodo Spiritum sanctum, de primo enim dicitur Lucæ 3. de secundo actuum 2. [nec eandem Trinitatem dixisse] sed ista vox attribuitur soli Patri. [Siue cum baptizaretur] de quo Matt. 3. [Siue in monte] de quo Mat. 17. ibi. [Quamuis pater & filius & Spiritus sanctus sicut sunt inseparabiles]. s. essentia, natura, & voluntate. dicit. n. Leo papa in sermone quodam. Leo papa. Huius sanctæ Trinitatis & incommutabilis deitatis vna est substantia, indiuisa opere, & concors volūtate, par in omnipotentia, æqualis in gloria. Nunquam pater sine Filio, nunquam Pater & filius sine Spiritu sancto, & omnibus essentiæ gradibus exclusis nulla ibi persona sit anterior, nulla posterior, ita inseparabiliter operentur. Vnde Leo papa vbi supra credimus salubriter, quòd simul tota Trinitas vna virtus est, vna maiestas, vna substantia, indiscreta opere, inseparabilis dilectione, indifferens potestate simul omnia implens, simul vniuersa continens, quod est Pater, hoc est Filius, hoc est Spiritus sanctus, & vera diuinitas in nullo maior, aut minor esse potest. Hæc Leo papa. Et sic est finis huius tertiæ distinctionis.

## *Distinctio quarta.*

2 *Baptismi plures diffinitiones.*
3 *In sacramento baptismi sunt tria.*
5 *Baptismus potest fieri in aqua maris.*
*Et etiam in lixiuio, & aquis sulphureorum balneorum. numero 6.*
7 *Baptismus non potest fieri in aqua rosacea, nec in aquis alchimicis.*
9 *Redemptio in passione præcedit sanctificationem in baptismo.*

Necessarium.



NEcessarium. Hic incipit distinctio quarta in qua magister Gratianus agit de sacramento baptismi licet baptismus ꝓ eo quòd sit ianua sacramentorum ac principium di stinct.3 §.verum,& extra de presby.nō bapti.veniens,de eo debuisset esse prior tractatus,tamen rationibus positis in 3.distinct. rationabiliter prius actum est de sacramento eucharistiæ tanquam digniori, & consummatiuo omnium sacramentorum,vt pote de eo in quo substantialiter continetur à quo omnis aliorum sacramentorum fontaliter sanctificatio procedit & virtus.

Diuisio.

Diuiditur autem hæc distinctio secundum Arc. in 33.partes.in quarum prima videtur ostendere efficaciā huius sacramenti per decem capitula. Sensus huius capituli est,quòd ad regenerationē spiritualem hominis duo concurrunt. Ablutio.s.corporis exterior,& fides Christi inuisibiliter animum sanctificans,quod duabus authoritatibus Aug.probat secundum quas potest diuidi hoc capitulum in duas partes.2.ibi, item.

Diuisio ca:

Pro ampliori intelligentia huius capituli,tria veniunt quærenda.

1 ¶ Primum vtrum conuenienter diffiniatur baptismus cū dicitur in gl.quod est exterior ablutio sub certa forma verborum.

4 ¶ Secundum vtrum conuenienter baptismus detur in aqua.

8 ¶ Tertium vtrum fides, necessario requiratur ad baptismum.

1 Ad primum sic proceditur†quod non conuenienter dicatur quòd baptismus sit ablutio &c.

Primum ar.

¶ Primo sic.Manente diffinito manet diffinitio,sed transeunte ablutione, quæ est quedam actio vel passio manet baptismus,ergo baptismus non est ablutio.

Secundum argu.

¶ Secundo sic.Sacramentum,secundum Hu.est materiale elemētum, ablutio autem non est materiale elementum,sed elementi vsus, ergo baptismus cum sit sacramentum non erit ablutio.

Tertium ar:

¶ Tertio sic. Sacramentum est in genere relationis,cum sit causa,vel signum, sed baptismus est sacramentum, ergo inconuenienter ponitur in genere actionis vel passionis.

Quartū ar.

¶ Quarto.In diffinitione instrumenti debet poni illud ad quod est, sed baptismus sicut,& alia sacramēta sunt instrumenta sanctificationis, ergo cum in diffinitione eius nulla fiat mentio de sanctificatione eius, videtur inconuenienter assignata esse,

Opponit & Respondet.

¶ In oppositum est primo gl.huius capituli.secundo est magister sententiarum.in 4. dist.4.¶ Respondeo dicendum quod conuenienter diffinitur baptismus cum dicitur, baptismus est ablutio corporis exterior facta sub certa verborum forma.Quod etiam ex illo potest accipi,quod habetur Eccle.34.Qui baptizatur à mortuo,& iterum tangit mortuum, quid proficit lotio eius? Est autem hic sciendum ꝙ plures sunt à docto-
2 ribus assignatæ diffinitiones baptismi.† Vna posita est,quæ est magistri sententiarum,& glo.in hoc capitulo.

Augustini

Secunda Aug.quæ est quasi eadem, Baptismus est tinctio in aqua verbo vitæ sanctificata.

Hu.de sancto Victor.

Tertia est Hugut.de S. Victore,Baptismus est aqua diluendis criminibus per verba vitæ sanctificata.

Dæmasc.

Quarta est Damasceni in quarto sententiarum, Baptismus est, per quem primitias Sancti spiritus accipimus, & principium alterius vitæ fit in nobis regeneratio, sigillum,custodia,& illuminatio.

Diony.

Quinta est Dionysij in secundo ecclesiasticæ hierarchiæ dicentis, Baptismus est principium sanctissimorum mandatorum sacræ actionis ad aliorum diuinorum mandatorum & sacrarum actionum susceptiuā opportunitatem formant nostros animales habitus ad supercelestis quietis anagogē, nostrum iter faciens sacræ & diuinissimæ nostræ regenerationis traditio.

S.Tho.

¶ Pro harum diffinitionum pleniori intelligentia, notandum est iuxta S. Thom.in 3.parte quòd in sacramento baptismi est tria considerare,aliquid.s.quod est sacramentum tantum,aliquid quod est res,& sacramentum, & aliquid quod est res tantum. Sacramentum autem tantum est aliquid visibile exterius existens, quod.s.est signū interioris effectus, hoc.n. pertinet ad rationem sacramenti, exterius autem suppositū sensuum est & ipsa aqua, & vsus eius,qui est ablutio.Quidam autem æstimauerunt, ꝙ ipsa aqua est sacramentum,quod quidem sonare videntur verba Hu.de S.Victore. nam ipse in communi diffinitione sacramenti dicit,quòd est materiale elementum, in diffinitione vero baptismi dicit ꝙ est aqua. Sed hoc non est verum.cum.n.sacramenta nouæ legis sanctificationem quandam operantur,ibi perficitur sacramētum, vbi perficitur sanctificatio.in aqua autem nō perficitur sanctificatio,sed est ibi quædam sanctificationis virtus instrumentalis non permanens,sed fluens in hominem, qui est vere sanctificationis subiectum.Et ideo sacramentum non perficitur in ipsa aqua,sed in applicatione aquæ ad hominem, quæ est ablutio,& ideo tam magister sententiarum, quam glossator in hoc capitulo bene dicunt, ꝙ baptismus est ablutio corporis exterior facta sub forma præscripta verborum. Et similis est diffinitio August. quæ posita est supra secundo loco cum ait,quòd baptismus est intinctio in aqua verbo vitæ sanctificata.Et posset etiam tertia diffinitio Hug. ad hoc reduci vt intelligatur aqua non simpliciter,sed ſm ꝙ est abluens.Res autem,& sacramentum,& character baptismalis, quæ est res significata per exteriorem ablutionem, & est signum sacramentale interioris sanctificationis,quæ est res tantū huius sacramenti.i.significata,& non significans,

Damascen.

Damascenus diffinit baptismum in diffinitione quarta supra posita,non quantum ad id, quod exterius agitur,quod est sacramentum tantum,sed quantum ad id, qđ est interius, vnde posuit duo pertinentia ad characterem.s.sigillum, & custodiam, inquantum ipse character, qui sigillum dicitur, quātum de se custodit animam in bono,duo etiam ponit pertinentia ad vltimam rem sacramēti.s. regenerationem, quæ ad hoc pertinet, quod per baptismum homo inchoat nouam vitam iustitiæ, & illuminationem,quæ pertinet specialiter ad fidem, per quā homo spiritualem vitam accipit,secundum illud Abachuch secundo.iustus ex fide viuit, vnde baptismus dicitur sacramentum fidei.

Diony.

Et similiter Dionysius in distinctione.5.s. posita diffinit baptismum in comparatione ad alia sacramenta,dicens, ꝙ est principium sanctissimorum mandatorum sacræ actionis.i.sacramentorum, quæ sunt in præcepto data ad eorum susceptiuam opportunitatem i. idoneitatem formans.s.characterem,& gratiam nostros animales habitus.i.vires animæ idoneas.i.dignas reddens ad aliorum sacramentorum susceptionem,& iterum diffinit eum in ordine ad cœlestem gloriam,quæ est vltimus finis sacramentorum, cum subdit, & ad supercelestis quietis, qui.s.consistit in contemplatione diuinorum anagogen.i. sursum ductione, iter faciens.i.præparans nobis contemplationis viam.Et iterum quantum ad principium spūalis vitæ per hoc ꝙ subditur, sacræ & mundissimæ nostræ regenerationis traditio.i.principium spiritualis vitæ. ¶ His habitis dicendum est ad rationes.

Ad primum argu.

Ad primam dicendum
3 ergo,†quòd in sacramento baptismi sunt tria,aliquid,qđ est sacramentum tantum,sicut aqua,quæ exterius fluit, & hoc transfluit & non manet, & aliquid,quod est sacramētum, & res, & hoc semper manet.s.character, & aliquid, quod est res tantum,quod quandoque manet,quandoque transit.s.gratia.glossa. ergo sicut & magister sententiarum in 4.dist.4.diffinit baptismum ad id quod est sacramentū tantum,quia intendit ipsum materialiter diffinire.

Ad secūdum.

¶ Ad secundam dicendum, ꝙ sacramētum nouæ legis est signū & causa gratiæ,vnde secundum hoc est sacramentum, ſm ꝙ habet significare & causare,aqua autem nō habet significare,& causare effectum baptismi, nisi secundum quòd est abluens, vnde essentialiter baptismus est ipsa ablutio, qui ad ablutionem interiorem causandam institutus est, quam significando causat ipsa exterior ablutio, sed aqua est materia eius remota,& ablutio ipsa est materiale in baptismo, sed verbum vitæ est forma completiua sacramenti.Aug autem & magister sententiarum diffiniunt baptismum per materiam proximam, quæ prædicatur proprie de baptismo,sicut in artificialibus,vt phiala est argētum, sed Hu.diffinit per materiam remotam,quæ non ita proprie prædicatur,nisi per causam.

Ad tertium

¶ Ad tertiam dicitur ꝙ baptismus inquantum est sacramētum est in genere signi, & causæ,& in hoc genere constituitur per formam verborum,à qua habet significationem & efficaciam sacramentalem.Sicut autem artificialia non ponuntur in genere ex forma simpliciter,sed ex materia. Non.n.dicimus, ꝙ domus sit in genere qualitatis, nisi inquantum est artificiale figuratum,sed dicitur esse in genere substantiæ. Ita etiam est de sacramentis. baptismus.n.simpliciter est in genere ablutionis,sed secundum quid inquantum.s.est sacramentum est

tum est

Ad quartum tum est in genere relationis. ¶ Ad quartam respondetur, quod finis ad quem est sacramentum est vltimum formale ipsius à quo sumitur formalis diffinitio. glossator autem non intendit hic diffinire baptismum formaliter, sed materialiter, & ideo significationem prætermisit.

4 **Ad secundum** Sic proceditur. †Et videtur, ꝙ baptismus non cõuenienter detur in aqua. Primum ar. ¶ Et primo sic. Baptismus secundum Diony. & Damasce. habet vim illuminatiuam, sed illuminatio maxime competit igni, ergo baptismus magis debet fieri in igne, quam in aqua. præsertim cum Io. Bapti. prænuntians Christi baptismum dicat, ille vos baptizabit in spiritu sancto, & igne. Mat. 3. Scdm arg. ¶ Secundo sic, in baptismo significatur ablutio peccatorum, sed multa alia sunt ablutiua, quam aqua, sicut vinum, & oleum, & alia huiusmodi, ergo etiã in his potest fieri baptismus, non ergo aqua est propria materia baptismi. Tertiũ arg. ¶ Tertio sic. sacramenta ecclesiæ fluxerunt de latere Christi pendentis in cruce, sed inde fluxit non solum aqua, sed etiam sanguis. ergo videtur, quod etiam in sanguine possit fieri baptismus, quod etiam magis videtur cõuenire cum effectu baptismi. quia vt dr̃ Apoc. 1. lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Quartũ ar. ¶ Quarto sic. Au. & Beda dicunt, ꝙ Christus tactu suę mundissimæ carnis vim regeneratiuam, & purgatiuam contulit aquis, sed non omnis aqua continuatur cum aqua iordanis, quam Christus tetigit sua carne, ergo videtur, quòd nõ in omni aqua possit fieri baptismus, & ita inquantum huiusmodi non est ꝓpria materia baptismi. Quĩtum ar. ¶ Quinto sic. Si aqua secundum se esset propria baptismi materia, non oporteret aliqd aliud fieri circa aquam ad hoc, ꝙ in ea baptismus fieret, sed in solenni baptismo aqua in qua debet celebrari baptismus exorcizatur, & benedicitur, ergo videtur, ꝙ aqua secundũ se non sit propria materia baptismi. Sextum ar. ¶ Sexto si materia propria baptismi sit aqua, aut aqua simplex, aut pura, aut aquę mistæ, & impuræ & non simplices. Non aqua simplex, quia apud nos non est aqua pura qđ ꝑcise apparet de aqua maris in qua plurimum immiscetur de aquoso terrestri vt patet per philosophum in lib. metha. Præterea lixiuiũ aqua rosacea, & aquæ alchimicæ non sunt puræ & simplices aquę, & tamen, vt videtur in eis potest fieri baptismus, quod non sint aqua simplex patet, quia speciem aquæ nõ habet, nisi aqua simplex, ergo videtur quòd aqua non sit materia propria baptismi. Opponit in cõtrarium. ¶ In oppositum est textus cap. præsentis. Item illud Io. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto non potest introire in regnum Dei. Respondet. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ ex institutione diuina aqua est propria materia Baptismi, & ita ex institutione diuina, necessarium est baptismum in aqua fieri, huius autẽ institutionis conuenientia potest colligi ex multis iuxta S. Thom. in 3. parte. S. Thom. primum quidem ex ipsa ratione baptismi, quæ est regeneratio in spiritualem vitam, quod maxime conuenit aquæ, vnde & semina ex quibus generantur omnia viuentia. s. plantæ, & animalia, humida sunt, & ad aquam pertinent, propter quod philosophi posuerunt aquam omniũ rerum principium. ¶ Secundo quãtum ad effectus baptismi quibus competunt aquæ proprietates, quæ sua humiditate lauat, ex quo conueniẽs est ad significandum ablutionem peccatorũ. Sua frigiditate etiam temperat superfluitatem calorum, & ex hoc competit ad mitigandam concupiscentiam fomitis, sua diaphaneitate est susceptiua luminis, vnde competit baptismo inquantum est fidei sacramẽtum. ¶ Tertio quia conuenit ad repræsentandum mysteria Christi, quibus iustificamur, vt. n. dicit Chryso. super Ioan. Chryso. nisi quis renatus &c. Sicut in quodam sepulchro in aqua submergentibus nobis capita vetus homo sepelitur, & submersus deorsum occultatᷣ, & deinde nouus rursum ascendit. ¶ Quarto quia rõne suæ communitatis, & abundantiæ est conueniens materia necessitati huius sacramenti. potest. n. vbique de facili haberi. ad primum argu. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum, quòd illuminatio pertinet ad ignem actiue. Ille autem, qui baptizatur, non efficitur illuminãs, sed illuminatus per fidem, quæ est ex auditu. ad Roma. 10. & ideo magis competit aqua baptismo, quã ignis. Quod aũt dr̃ baptizabit vos in spiritu, & igne, potest per ignem vt Hieronym. Hieronym. dicit intelligi Spiritus sanctus, qui super discipulos in igneis linguis apparuit, vt dicitur Actuum 2. vel per ignem potest intelligi tribulatio vt Chrysost. dicit super Matth. Quia tribulatio peccata pingat & concupiscentiam diminuit, vel quia vt Hilarius dicit, super Mat. baptizatis in spiritu sancto reliquum est consumi igne iudicij. Hilari.

Ad scdm ¶ Ad secundam dicendum, ꝙ vinum & oleum non conuenienter sumuntur ad vsum ablutionis, sicut aqua, nec ẽt ita perfecte abluunt, quia ex illorum ablutione contrahuntur aliquę sordes, quod non cõtingit de aqua. Illa etiam nõ ita cõiter & abundanter habentur sicut aqua. Ad tertium ¶ Ad tertiam dicendum ꝙ ex latere Christi fluxit aqua ad abluendum, sanguis autem ad redimendum. Et ideo sanguis competit sacramento eucharistiæ, aqua autem sacramẽto baptismi, quæ tamen habet vim ablutiuam ex virtute sanguinis Christi. Ad quartum ¶ Ad quartam dicendum, ꝙ virtus Christi deriuata est ad omnem aquam non propter continuitatem loci, sed propter similitudinem speciei, vnde dicit Aug. in quodam sermone Epiphaniæ, qui de saluatoris baptismate fluxit tanquam fluuius fontium venas impleuit. Aug. Ad quĩtum. ¶ Ad quintam dicendum, ꝙ illa benedictio, quæ adhibetur aquæ, non est de necessitate baptismi, sed pertinet ad aliquam solennitatem, per quam excitatur deuotio fideliũ, & impeditur astutia dæmonis, ne impediat baptismi effectum.

Ad sextum. ¶ Ad sextam dicendum, ꝙ propria materia baptismi est aqua pura & simplex, puram autem & simplicem dico, quæ est citra mistionem aquæ, saluat speciem aquæ. Pro quo notandum cum S. Thom. in 3. parte, quod aqua suam puritatem & simplicitatẽ potest amittere dupliciter, vno modo per mistionem vnius corporis alterius. S. Thom. Alio modo per alterationem, vtrunque autem horum potest fieri dupliciter. s. per artem, & per naturam. Ars autem deficit ab operatione naturæ, quia natura dat formam substantialẽ, quod ars facere non potest, sed omnes formæ artificiales sunt accidẽtales, nisi forte apponẽdo propriũ agens ad ꝓpriam materiam, sicut ignem combustibili, per quem modum à quibusdam quædam animalia per putrefactionem generantur, quæcunque igitur transmutatio circa aquam facta est per artem siue commiscendo, siue alterando, non transmutatur species aquæ, vnde in tali aqua põt fieri baptismus, nisi forte aqua admisceatur per artem in tam parua quantitate alicui corpori, quod compositum magis sit aliud, quam aqua, sicut lutum magis est terra, quam aqua. Sed transmutatio quæ fit à natura quandoque quidem speciem aquæ soluit, & hoc fit quando aqua perficitur per naturam de substantia alicuius corporis misti, sicut aqua conuersa in liquorem vuæ est vinum, vnde non habet speciem aquæ, aliquando autem fit per naturam transmutatio aquę sine solutione speciei, & hoc tam per alterationẽ sicut patet de aqua fluminis turbida ex permistione terrestrium partium. Sic igitur dicendũ est, ꝙ in qualibet aqua qualitercunque transmutata dummodo non soluatur species aquæ potest fieri baptismus. Si autem soluatur species aquæ non potest fieri baptismus. Ex quibus corollarie sequuntur aliqua. † Primo quòd cum transmutatio, quæ fit 5
in aqua maris, & in alijs aquis, quæ penes nos sunt, non sit tanta, quæ soluat speciem aquæ, quod in huiusmodi aquis potest fieri baptismus. ¶ Secundò ex eadem ratione sequitᷣ 6
corollarie, † ꝙ in lixiuio, & in aquis sulphureorũ balneorũ potest fieri baptismus, patet, quia tales aquæ non incorporãtur per artem vel naturam aliquibus corporibus mistis, sed solam alterationem quandam recipiunt ex hoc, quòd transeunt per aliqua corpora. Excepit tamen Albert. magnus lixiuium, quod multam habet admistionem acutorum corporum, quia in tali sicut nec in brodio pingui, nec in vrina, nec in ceruisia potest fieri, vt inquit baptismus. Albe. ma. ¶ Tertio ex eisdem sequitur corollarie. † ꝙ cum aqua ro- 7
sacea sit liquor à rosa resolutus, in ea nõ potest fieri baptismus, & eadem ratione nec in aquis alchimicis, sicut nec in vino. ¶ Et si quis diceret, quod in aquis pluuialibus, quæ per subtiliationem vaporũ generantur fit baptismus, Quæstio quare ergo similiter non in aquis alchimicis, quę generantur etiam à corporibus aliquibus, & in aqua rosacea, quæ generatur per subtiliationem à rosis. ¶ Respõdetur, ꝙ nõ est simile, nec eadem ratio de illis & de aquis pluuialibus, Respondc quæ generantur pro maiori parte ex subtiliatione vaporũ resolutorum ex aquis, minimum autem ibi est de liquoribus corporum mistorum, quæ tamen per huiusmodi sublimationem virtute naturæ, quæ est fortior arte resoluũtur in veram aquam, quod ars facere nõ potest, vnde aqua pluuialis nullam naturam retinet alicuius corporis misti quod de aquis rosaceis & de aquis alchimicis dici non potest. Con-

test.Concordat Albertus magnus.

8 Ad tertium. Sic proceditur.† Et videtur quod fides non sit necessaria ad complementum,& ad integrum esse,baptismi. ¶ Primo sic.Baptismus est primus ad virtutes,tanquam primum sacramẽtorum, quia imprimendo charactere disponit ad fidem, sed primus potest esse sine posteriori, ergo sacramentum baptismi est integrum cum defectu fidei.¶Secundo,cum nobilior sit charitas quam fides,& efficacior ad merendum,si baptismus habet efficaciam ab aliqua virtute, potius videtur,ꝙ debeat habere à charitate,quã à fide.¶ Tertio sic,si fides est necessaria quæritur cuius articuli.Vtrum trinitatis tantum,vel incarnationis,vel passionis,vel resurrectionis,videtur.n.ꝙ fides trinitatis sufficiat.illud.n.in ipsa forma exprimitur & non amplius. Quod autem fides incarnationis requiratur videtur per hoc,ꝙ verbum accedens ad elemẽtum sensibile virtutem accipit à verbo ęterno apparente in carne sensibili.¶ Quod etiam fides passionis requiratur arguitur ex hoc, ꝙ baptisma virtutẽ habet ex passione Christi,ad Ro.6.quicunque baptizati sumus. gl.mors eius est causa huius purgationis.1.cor.1.& sanctificatio & redemptio gloss.quia prius in baptismo emundat nos,& hoc quia prius redemit nos patiendo. Ex quo ostẽ

9 ditur†quòd redemptio in passione præcedit sanctificationem in baptismo.Quod iterum fides resurrectionis exigatur,accipitur ex hoc,quod dicitur ad Ro.6.simul & resurrectionis erimus gl.& est Ambrosij.Tunc dicit nos similes fieri resurrectioni, si similitudini eius fuerimus cõplatãti .i.si in baptismo omnia vitia deponentes postmodum non peccemus.hęc n.similitudo mortis præstabit similitudinẽ resurrectionis,vt in nouitate vitæ ambulemus, fides ergo resurrectionis requiritur in baptismo per quam resurgit homo à peccatis.¶ In oppositum est tex.præsentis capituli,in quo dicit Aug.ꝙ sicut necessario est sensibile sacramẽtũ aquę ad ablutionem corporis, ita fides ad sanctificationem animi. ¶ Secundo est illud Ambrosij dicentis,quòd baptismus est sacrm fidei si ergo deest fides,deest illud, ꝙ principaliter & specialiter respicit baptismus,ergo sine fide non est integrum esse ipsius baptismatis.¶ Respondeo dicendum,quod fides necessaria est sacramento baptismi, quę conclusio probatur,quia omnia sacramẽta habent virtutem à fide,quia sicut Aug. super Ioannem ait verbũ Dei perficit sacramentum,non quia dicitur,sed quia creditur. Ratio autem necessitatis & congruitatis fidei respectu omnium sacramẽtorum generaliter & respectu baptismi specialiter sumitur sic secundum dominum Bonauẽtutam in 4.dist. 3. Ratio autem necessitatis est, quoniam in fide est prima ratio viuendi,& prima ratio eleuandi supra naturã, propter quam rationem viuendi necessaria est fides in sacramẽtis,quoniam gratia sacramẽtalis comparatur ad virtutem passionis, vt ad meritum, sed ad virtutem trinitatis sicut ad principium effectiuum. Ad hoc autem,ꝙ virtus passionis magis operetur & disponat in sacramentis,quam alibi necesse est quòd aliquo modo copuletur huiusmodi signis,hoc autem non potest esse sine eo,in quo est prima vnio,& hoc est fides per quam meritum fit membrorum. dum.n.credimus,quæ pro nobis passus est,meritum Christi fit ecclesiæ. sic ad hoc quòd virtus diuina specialiter influat, & mirabiliter supra naturam necessaria est fidei virtus,in qua est prima ratio eleuandi potentiam supra naturam,& hæc est fides,vnde ei maxime attribuitur virtus faciendi miracula. Ratio autem congruentiæ est,quia sicut sacramenta dicunt quoddam velamen gratiæ interioris,ꝙ tamen aliquo modo illuminat,sic fides velamen dicit futuræ contemplationis,& visionis,& tamen hoc velamen potius est illuminationis quam obseruationis.Et rursus sicut in sacramentis est aliquid mysticũ, & aliquid gratuitum, sic aliquid in fide respicit non tantum intellectum,sed etiã affectum.Hæc igitur est ratio generalis quare fides est necessaria in omnibus sacramentis,sed specialiter appropriatur baptismo,quoniam baptismus est primum inter sacramenta,& ianua sacramentorum, sicut fides est ianua omnium virtutum.Et rursus,quia in hoc sacramẽto magis explicite est professio fidei,quam in aliquo alio sacramento. Et ex hoc patet cuius articuli fidei sit necessaria fides.s.passionis,à qua est meritum, & trinitatis quæ est principium effectiuum. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur,ꝙ quamuis baptismus sit primus ad virtutes respectu suscipientis,non tamẽ respectu ecclesiæ,in quã suscipitur sacramentũ.¶ Ad secundam qua arguebatur de charitate patet responsio ex dictis. Ratio.n. non procedit.Tum quia charitas non ita congruit sicut fides rationib. supradictis. Tũ quia fides ecclesiæ vera non est sine charitate.¶ Ad tertiã patet etiam responsio ex dictis.dicitur.n. ꝙ maxime fides articuli passionis à qua est meritum, & trinitatis, quæ est principium effectiuum est necessaria ad integritatem baptismi. Dicit autem magister Alexand.de Hal.ad quæstionẽ istam,quã quæritur cuius articuli fides exigatur, quòd adultus in cathecismo instruendus est de omnibus supradictis credibilibus videlicet.trinitatis, incarnationis,passionis,& resurrectionis.Si tamen implicite credat, nihilominus consequitur effectum salutis per baptismum, in ecclesia verò omnium horum fides exigitur per baptismum distincte. Et ita patet quæ sunt necessaria ad integritatem baptismi Leg.¶[Sicut necessariũ est] ponunt duo concurrere adesse completum baptismi.s.[doctrina].i.ipsa fides, quæ habetur per doctrinam secundum illud apostoli ad Roman.10.fides ex auditu est[ad sanctificationem]fide.n. Christi sanctificamur,siue iustificamur.ad Rom.5.vt iustificati ex fide pacem habeamus.[renascitur homo ex aqua visibili sacramento].i. quæ est visibile sacramẽtum.hoc tamen improprie dicitur,sed debet exponi.i.est materia visibilis sacramenti.[Spiritu].i.fide,quæ intellectu comprehẽditur[symbolum].i.signum, siue sacramentum[percipiat & spiritualem intellectum].i.fidem,quæ intellectu cõprehenditur[percipiat]q.d.cum sumptione baptismi necessarium est,ꝙ credat.hoc.n.exigitur cum adultus sensatus baptizatur, qui sine fide personali non consequitur efficaciã huius sacramenti,vel spiritualem intellectum.i. effectum spiritualem iustificationis designatum, siue significatum per ablutionem ipsam percipiat vel[ex aqua visibili & spiritu sancto] interius sanctificante hoc videtur referri ad paruulos.in quibus fides personalis non requiritur ad consecutionem effectus sacramenti, sed fides ecclesiæ sicut dictum est,& infra eadem distinct.cap.illud, & capitulo nihil aliud &c.

Primum argu. | Secundum argu. | Tertium argu. | Opponit in cõtrarium. | Secunda op. | Respondet. | August. | Bonauent. | Ad primum argu. | Ad secundum. | Ad tertium | Ale.de Hal. | Exponit literam.

2 *Pœna non infligitur iuste,nisi pro culpa.*
3 *Infectio fuit dupliciter in primo parente.*
5 *Originalis iustitia quid dicatur.*
6 *Iustitia originalis quare dicatur debita in esse.*
7 *Concupiscentia dicitur dupliciter.*
8 *Naturale potest aliquid dici homini dupliciter.*
10 *Culpa siue macula originalis peccati tollitur per baptismum.*
11 *Reatus pœnæ æternæ debitæ originali peccato tollitur per baptismum.*
12 *Concupiscentia non tollitur omnino per baptismum.*
*Bene tamen diminuitur nu.13.*
14 *Effectus duplex relinquitur in peccante ex actu peccati.*
16 *Peccatum originale quid dicatur.*
17 *Baptismus qualiter mundet infectionem originalis.*
18 *Remedium sacramentale, qualiter ordinetur contra originale.*
12 *Fomes tria habet in se.*
22 *Fomes quare dicatur lex.*



PEr baptismum. Sequitur capitulũ secũdum eiusdem partis in quo magister Gratianus ex authoritate Beati Aug.dicit, ꝙ per baptismum caro peccati.i. peccatum originale non ita euacuatur,vt concupiscẽtia siue fomes cõmunis omnino tollatur. Diuiditur autem hoc capitulum in tres partes.In prima facit quod dictum est. In secunda assignat causam propter quam fomes non omnino per baptismũ euacuatur, vt videlicet habeat homo cum quo pugnet & ex resistentia coronam gloriæ consequatur.In tertia explicat quid in adultis baptizatis de lege communi conferatur in baptismo, & quid non.secunda ibi, nam si post.tertia ibi, nam nec. Pro pleniori intelligentia eorum quæ sunt in hoc capitulo tam in textu quam in glossa quæruntur sex. Diuisio.

1 ¶Primo vtrum sit aliquod peccatum originale.
4 ¶Secundo vtrum sit verum, quòd sit concupiscentia, vt dicitur in tex.vel carentia debitæ iustitiæ vt dicit Aug.

9 ¶Tertio

9 ¶ Tertio vtrum originale peccatum tollatur per baptismum.

15 ¶ Quarto vtrum fomes siue concupiscentia debeat etiam tolli per baptismum.

19 ¶ Quinto vtrum contingat fomitem in aliquo extingui.

20 ¶ Sexto vtrum in alijs quam in B. Virgine fomes peccati fuerit extinctus.

1 **Ad primum** Sic proceditur.† Et videtur, ꝙ nullum sit dicendum originale peccatum. Et primo sic dicitur Eccl. 15. ante hominem vita, & mors, bonum & malum, quodcunque voluerit homo dabitur ei. Ex quo potest accipi, quod peccatum, quod est spiritualis mors animæ in voluntate consistit, sed nihil quod homo contrahit ex origine sua consistit in eius voluntate, ergo nullum peccatum contrahit homo ex sua origine, & ita nullum originale peccatum est. ¶ Secundo sic. accidens non traducitur nisi per traductionem sui subiecti, subiectum autem peccati est anima rationalis, cum ergo anima rationnalis non traducatur per originem, vt habetur in libro de ecclesiasticis dogmatibus, videtur ꝙ nullum sit peccatum, quod per originem contrahatur. ¶ Tertio peccatũ secundum quod nunc accipitur est illud, cui debetur pœna & increpatio, sed nullo defectui ex origine contracto debetur increpatio, & pœna, sicut .n. dicit Aristot. in tertio ethicorum si quis est cœcus à natiuitate non increpatur, increpatur autem si sit cęcus ex ebrietate, ergo nullus defectus ex origine contractus habet rationem peccati. ¶ Quarto sic. Aug. in principio li. de li. ar. distinguit duplex malũ, vnum quod agimus, quod est malum culpæ. Aliud quod patimur, quod pertinet ad malum pœnæ, sed omnis defectus, quæ est ab alio habet rationem passionis, quia passio est effectus illatioque actionis, ergo nihil quod contrahitur per originem habet rationem culpæ sed solum rationem pœnæ. ¶ Quinto Augu. super genesim ad literã agens nobilius est passo, & fortius, cõstat autem quòd nihil agit in aliud corrumpendo ipsum nisi sit fortius illo, sed anima est nobilior & fortior corpore, ergo per corpus nihil põt imprimi in animam, & per consequens anima nullam corruptionẽ contrahit ex corpore. ¶ Sexto sic, in libro de ecclesiasticis dogmatibus dicitur, bona est caro nostra, vtpote à bono Deo creata. sed bonum non est causa mali, secundum illud Matt. 7. arbor bona non potest malos fructus facere. ergo nullum originale contrahitur per carnis originem. ¶ Septimo sic, si peccatum originale contrahitur per carnis originem, hoc non est nisi inquantum est caro corrupta, aut ergo illa corruptio est moralis aut naturalis. Non moralis, quia moralis corruptionis subiectum non est, sed anima, similiter autem nec naturalis, quia sequeretur, quod inficeret animam naturali actione. s. per qualitates actiuas, & passiuas, quod patet esse falsum, nullo ergo modo est ponendum peccatum aliquod, quod ex origine carnis contrahatur. ¶ In oppositum arguitur, ex tex. presentis cap. in quo manifeste presupponitur peccatum originale esse. ¶ Secundo ex illo ad Ephesio. 2. vbi dicit apostolus eramus natura filij iræ, quod esse non posset nisi per originem contraheremus aliquod peccatum, quoniam nullus est dignus ira Dei, nisi propter peccatum, quare necesse est ponere aliqđ peccatũ in paruulis, vnde gl. super illud, natura filij iræ dicit sic. i. filij vindictæ, filij pœnæ, filii geenę, quomodo nata est, quia peccante primo homine vitiũ pro natura inoleuit. ¶ Respondeo dicendum, quòd originale peccatum est, & oppositum defendere, est hæresis Pelagiana. dico enim dicit Pelagius inimicus gratiæ, s. quòd liberum arbitrium sine gratia possit in opus meritorium, & quod originale peccatum non transfunderetur in paruulos à parentibus, de quo errore infra eadem dist. cap. placuit. Quæ quidem heresis pessima est, tum quia in hoc pro maxima parte excludit necessitatem redemptionis factæ per Christũ, quæ maxime videtur necessaria fuisse ad abolendum infectionem peccati, quod à primo parente in totam posteritatem deriuatum est, dicente apostolo ad Ro. 5. Sicut per vnius delictum processum est in omnes homines in codemnationem sic per vnius hominis iustitiam in oẽs homines in iustificationem vitæ, tum quia excluditur necessitas baptizandi paruulos, cum tamen communis cõsuetudo ecclesiæ hoc habeat ab apostolis deriuata, vt Dionisius dicit in ecclesiastica hierarchia. Et ideo simpliciter dicendum est, quod originale sit quod facile demonstrabimus, cum ostenderimus, quòd corruptio, quam in humana natura experimur non insit homini ex suæ cõditionis primordio, sed ex alicuius peccati merito, quod triplici via ostenditur iuxta S. Thom. & dominum Bonauenturã. Primo probabili ratione. secundo multiplici authoritate sacræ scripturæ. tertio veritate fidei hoc prædicante. ¶ Ratione vero probabili tripliciter. primo videlicet ex ordine iustitiæ. secundo ex ordine diuinæ sapientiæ. tertio ex ordine diuinæ bonitatis. Ex parte vero diuinæ iustitiæ ostenditur, sic. nulli iuste infligitur pœna, nisi præcedat culpa, sed nihil aliud est pœna, quam passio inuoluntaria in rationali creatura, ergo nullo modo talis corruptio fuit. nec est in humana natura à primordio suæ cõditionis, sed ex merito trãsgressionis. secundo ex ordine sapientiæ sic, vbicunque est summa sapientia, intelligitur summa veritas, & summa æqualitas, sed à summa æqualitate nulla debet procedere improportinabilitas, sed duratio, & conseruatio corporis secundum statum præsentis miseriæ est improportionabilis animæ, quæ est eius forma, quia hoc est tẽporale, illud perpetuum, ergo nunquam humana natura sic producta fuit in sui primordio à summa sapientia, videtur ergo, ꝙ in hoc ceciderit ex propria culpa. tertio ex ordine diuinæ bonitatis. A summa bonitate nihil procedit, quod sit magis propinquum ad malum, quam ad bonum, cum vniuersa propter semetipsam bonitas summa operetur, sed sensus & cogitationes hominum prona sunt in malũ ab adolescentia sua, vt dicitur Gene. 8. ergo in illa corruptione in qua est non fuit natura humana à summa bonitate producta, sed quòd in hac ex propria natura ceciderit. Ex quib. aperte patet, quòd cum Deus in producendo res, ac prouidendo sit iustissimus, sapientissimus, ac clementissimus, necesse sit dicere, quòd humanum genus taliter fecerit, vt à principio nulla in eo esset culpa, nec miseria, nec in nobis permiserit esse aliquam miseriam, nisi propter aliquã culpam præambulam. cum ergo certum sit, quòd à nostra origine multiplicem contrahamus miseriam pœnæ, secundũ illud Iob. homo natus de muliere breui viuẽs tempore repletur multis miserijs, necesse consiteri habemus esse aliquod peccatũ, quod in omnes homines transeat, cuius merito humana natura tantis miserijs subiecta sit. ¶ Secundo hoc idem ostenditur authoritate sacræ scripturæ quadrupliciter, vt deducit S. Thom. lib. quarto contra gentiles ca. 5. primo ex illo Genesis. 2. Tulit Deus hominem, & posuit eum in paradiso &c. sequitur ne comedas. In quacunque die comederis, morte morieris, sed quia Adam nõ eo die, quo comedit morte mortuus est, oportet illud sic intelligi morte morieris. i. necessitati mortis eris addictus, quod quidem frustra diceretur, si homo ex institutione suæ naturæ necessitatem moriendi haberet, oportet ergo, quòd mors & necessitas moriendi sit pœna homini pro pœna inflicta. 2 † Pœna autem non infligitur[a] iuste nisi pro culpa. in quibuscunque ergo reperitur hæc pœna, in eis inuenitur aliquod peccatum, non actuale, quia pueri, qui ab ipso suæ natiuitatis principio necessitati mortis sunt obnoxij, vnde & aliqui mox post natiuitatem moriuntur de vtero translati ad tumulum, non habent liberum arbitrium, sine quo nihil imputatur homini ad peccatum. necesse est, ergo dicere, quod in eis sit peccatum per originem traductum, & ita est peccatum originale. ¶ Hoc etiam secundo apparet ex illo Iob. 14. Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine. Nonne tu, qui solus es. Ex quo manifeste accipi potest, ꝙ ex immũdicia humani seminis aliqua immundicia ad hominem conceptum ex semine proueniat, quod oportet intelligi de immundicia peccati, pro qua sola homo in iudicium deducitur, præmittitur. n. & dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium, sic ergo aliquod peccatum est, quod homo contrahit ab ipsa sui origine, quod originale dicitur. ¶ Tertio apparet hoc idem ex illo quod ait Dauid in psal. 50. Ecce. n. in iniquitatib. cõceptus sum, & in peccatis cõcepit me mater mea, quod non potest intelligi de peccato actuali, cũ Dauid ex legitimo matrimonio cõceptus. & natus dicatur, oportet ergo, vt hoc ad peccatum originale referatur. ¶ Quarto hoc manifeste patet ex verbis apostoli ad Rom. 5. dicentis, sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors pertransiuit, ita & in oẽs homines mors pertrãsiuit, in quo omnes peccauerunt. Non potest autem dici, quod

Marginal notes: Primum ar. — Secũm arg. — Tertiũ arg. — Quartũ ar. — Quĩtum ar. — Sextum ar. — Septimũ ar. — Opponit in cõtrarium. — Scđa oppo. — Respondet. — Diony. — S. Thom. Bonauent. — a ¶ Pęna nõ infligit. pœna infl genda per cõtumaciam an possit infligi sine alia citatione vi de Petr. de An. in c. 1. nu. 7. de iu.

quòd per vnum hominem in mūdum peccatum intrauit per modum imitationis, quia sic peccatum nō peruenisset nisi ad eos, qui peccando primum hominem imitantur, & cum mors per peccatum intrauerit, non perueniret mors nisi ad eos, qui peccant in similitudine primi hominis peccantis, sed ad hoc excludendum subdit apostolus, ꝙ regnauit mors ab Adam vsque ad Moysem, etiam in eos, qui nō peccauerunt in similitudine primi Adæ. Non ergo intellexit apostolus, ꝙ per vnum hominem peccatum intrauit in mundum per modum imitationis, sed per modum originis, pręterea, si per modum imitationis loqueretur apostolus de introitu peccati in mundum potius dixisset per diabolum peccatum intrasse in mūdum, quam per vnum hominem, sicut expresse dicitur sapientiæ 5. inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. patet ergo ex hac secunda via videlicet authoritate sacræ scripturæ, quòd originale peccatum sit. ¶ Tertia via videlicet ex fidei veritate hoc prædicante patet peccatum originale esse. fides. n. hoc clamat inquit dominus Bonauent. dicens filium Dei passum esse, vt nos a morte eriperet, in quā nos induxerat primus parens. ¶ Secundo sic, vt ait S. Tho. contra gentiles, vbi supra baptismus & alia sacramenta ecclesiæ sunt quædam remedia contra peccatum, vt fides Christiana prædicat. Exhibetur autem baptismus secundum omnem consuetudinem ecclesiæ pueris recenter natis, frustra igitur eis exhiberetur, nisi in eis esset aliquod peccatum. Non est autem in eis peccatum actuale, quia carent vsu liberi arbitrij, sine quo nullus actus homini in culpam imputatur. Oportet ergo dicere in eis eē peccatum per originem traductū cum in operibus Dei, & ecclesiæ nihil sit vanum, & frustra patet ergo manifeste, ꝙ necesse est dicere, esse peccatum originale, & hoc de primo puncto. ¶ Hoc habito pro clariori responsione ad argumenta facta necesse est aliquid de ordine progressus originalis peccati præmittere, licet inferius circa capitulum firmiter, plenius erit dicendum. Notandum est, quòd vt ait S. Thom. in 2. sententiarum di. 31. in progressu originalis peccati talis ordo seruatus est, ꝙ persona naturam infecit per actum peccati, & naturæ infectio in personam secundario transiuit. pro quo sciendum, quòd Deus humanæ naturæ in sui principio super conditionem suorum principiorum contulerat, vt esset in rōne rectitudo quædam originalis iustitiæ, quam sine aliqua resistētia viribus inferioribus imprimere posset. Et quia hoc iustitiæ originalis donū gratis collatū fuerat iō iuste p ingratitudinē inobedientię subtractū est, vñ dictū est, vt primo hoīe peccante natura humana quæ in ipso erat destituta esset hoc dono, & per modum iustum ex actu personæ peccantis in ipsam defectus transiuit, & ita persona infecit naturam. Præterea, quia natura deficiēs ab eo quod gratis ei impressum erat, non potest causare, quod sibi supra naturam collatū erat cum nihil agat vltra suam speciem, ideo sequitur, quòd ille, qui generatur ab habente naturam hoc modo deficiente naturam in simili defectu suscipiat. actus .n. personæ secundum conditionem suæ naturæ procedit, & vltra non extenditur, & inde est, ꝙ naturę defectus in ipsam personam generatā redūdat, & ita consequenter natura infecit personam, sed ratio culpæ inde venit, quia donum illud originalis iustitiæ non fuit collatum primo homini, vt singulari personæ tantum, sed vt cuidam principio totius humanæ naturæ, vt per eum deriuaretur in posteros, vnde cum propagatione carnis etiam ipsa originalis iustitia propagata fuisset, vt dicit Anselmus. vnde in potestate Adæ erat, vt talis iustitia in natura semper conseruaretur. Sed per voluntatem ipsius Adæ principij existentis naturæ factum est, vt natura hoc dono destitueretur, quia hoc donum primus homo per liberum arbitrium peccās amisit eo tenore, quo datum fuerat ei. s. pro se, & pro tota sua posteritate, & ita priuatio siue destitutio illius doni iustitiæ originalis in tota natura humana fuit voluntaria voluntate ipsius Adæ principij ipsius naturæ, & ita vt dominus Albertus dicit in secunda parte summæ suæ, voluntas Adę voluntas fuit totius naturæ, quæ in ipso fuit, quia non potest esse, quòd aliqua velit antecedens quin etiam velit consequēs, quod necessario sequitur ad id, vnde quādo voluit peccatum transgressionis præcepti dominici, tunc de necessitate voluit corruptelam, quæ per originalē propagationem secuta est in totam naturam in omnibus ab eo per legem concupiscentiæ descendentibus, vnde August.

Bonauent. — S.Thom. — S.Tho. — Anselm. — Albertus. — Augusti.

& ponitur in gloss. ad Roman. 5. Originale peccatum dico ex voluntate esse, quia hoc ex voluntate primi parentis seminatum est, vt in illo esset, & in omnes transiret, & ideo huiusmodi defectus comparatus ad naturam habet rōnē culpæ in omnibus, in quibus inuenitur natura accepta à psona peccante, & quia per originem carnis defectus ille naturali generatione traducitur simul cū natura, vt dicetur plenius inferius, ideo etiam culpa originalis per originem traduci dicitur, & quia per voluntatē personæ ratio culpæ ad naturam trāsit, ideo dicitur persona infecisse naturam, quia vero in alijs est originale peccatum à persona generātis, non est ratio culpæ ex ipsis cum non propria voluntate illud peccatum incurrant, sed inquantum talem naturam cum ratione culpæ receperunt, inde est quòd secundo natura personā dicitur inficere, †inde etiam est, quod est bene notandum, ꝙ illa infectio ex inordinata voluntate primi parentis procedens in ipso quidem primo parente fuit dupliciter. s. per modum peccati actualis, inquantum per propriam voluntatem contraxit, & vlterius per modū peccati naturalis, inquantum in eo natura infecta est. in sequentibus autem non nisi peccatum naturale. ¶ Quibus habitis dicendum est. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur, ꝙ (vt dictum est) peccatum, quod per originem contrahitur dicitur voluntariū ratione sui principij. s. voluntate primi parentis. ¶ Ad secundam respondetur negando consequētiam. Ratio, quia peccatum originale non tantum procedit & respicit animam rationalem, sed totam humanam naturam, vnde subiectum huius peccati est anima, secūdū ꝙ est pars humanæ naturæ, & ideo sicut humana natura p virtutem seminis traducitur, licet anima non traducatur, ita peccatum originale traducitur, licet anima non traducatur. ¶ Ad tertiam respōdetur, quod id, quod per originē contrahitur, non est increpabile, si consideretur ille, qui nascitur secundum se, quia sic non habet rationem voluntarij. Sed si consideretur prout refertur ad aliquod principiū, sic potest esse ei increpabile sicut aliquis, qui nascitur, patitur ignominiam generis ex culpa alicuius progenitorum causatam, & ita in proposito peccatum originale est volūtarium, & ita increpabile, & pœna dignum. Non voluntate prolis contrahentis, sed primi parentis, qui voluntariæ fecit se, & omnes descendentes ab eo per seminis propagationem indignos tali dono, quale erat iustitia originalis. ¶ Ad quartam respondetur negando consequētiam, quia licet defectus per originem contractus habeat rationem existentis ab alio, si referatur ad personā, & per consequēs ex tali respectu nō habeat rationem culpæ, sed pęnæ. nihilominus si referatur ad naturam, sic est quasi à principio intrinseco, & sic sicut habet rationem voluntarij, vt dictū est, ita rationem culpæ. ¶ Ad quintam respondetur iuxta dominum Albertum, ꝙ cum dicitur, quod ignobilius, & minus forte non agit in magis nobile, intelligitur de actione physica, & actio autem qua peccatum cōtrahitur à paruulo non est physica, sed potius est ex reatu præuaricationis Adæ, quòd possit imprimere maculam in animam, & ex virtute sententiæ iuste damnatis. Concordat S. Tho. in secunda dicens, ꝙ anima non inficitur per infectionē corporis, quasi corpore agente in animam, sed per quandam colligationem vnius ad alterum, quia forma recipitur in materia secundum conditionem ipsius materiæ cum omne quod est in alio sit in eo per modum recipientis, & ex hoc ipso, ꝙ corpus illa virtute priuatur, qua perfecte subijcibile erat animæ, sequitur etiam, quòd anima illa virtute careat, qua perfecte corpus subditum regat. ¶ Ad sextam respondetur, ꝙ caro nostra in sui natura bona est. & sic nō est causa originalis peccati, sed secundum, quòd est priuata originali iustitia propter peccatum primi parentis, sic causat originale peccatum, sic. n. mala est, & malos fructus producit iuxta illud Gen. 3. maledicta terra in opere tuo. i. terrena natura germinabit tribulos, peccatorū. s. & spinas, pœnarum, vt exponit Aug. ¶ Ad septimam respondetur iuxta S. Tho. in q. de malo, ꝙ corruptio, quæ est in carne, est quidam actus naturalis, sed intentione, & virtute moralis, ex peccato. n. primi parentis destituta est caro eius illa virtute, vt ex ea possit decidi semen, per quod originalis iustitia propagetur, & sic in semine defectus huius virtutis est defectus moralis corruptionis, & quædā intentio eius, sicut dicimus intentionem coloris esse in aere, & intentionem animæ esse in semine, & ex hoc etiam est sibi virtus

ad simi

Ad primum argu. — Ad secūm. — Ad tertium — Ad quartum — Ad quintum. Albe. mag. — Ad sextum — Ad septimū

ad similē infectionem causandam, sicut est ibi virtus ad productionem humanæ naturæ in prole propagata. Quod vero arguebatur, quòd subiectum moralis corruptionis sit anima & non caro. Respondetur, quòd nō ponitur corruptio illa moralis in carne sicut in subiecto, sed sicut in causa instrumentali inquantum per virtutem actiuam seminis traducitur peccatum originale in prolem simul cum natura humana.

4 Ad secundum In quo videndum est. † quid sit originale peccatum sic proceditur. Et videtur, ꝙ originale peccatum non sit concupiscentia, nec etiam carentia originalis iustitiæ.

Primum ar.

Quod autem nō sit concupiscentia arguit sic. ¶ Primo, nihil est causa sui ipsius, sed originale peccatum est causa cōcupiscentiæ, vt patet ex verbis apostoli ad Rom. 7. peccatum occasione accepta per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam, ergo originale peccatum non est concupiscētia.

Scd̄m arg.

¶ Secundo sic. peccatum est ex eo, quòd aliquis auertitur ab eo, quod est secundum naturam, in id quod est contra naturam, propter quod omne peccatum, vt dicit Damasc. in secundo libro sententiarum suarum est cōtra naturam. sed concupiscentia est naturalis, hanc. n. natura omnia animalia docuit, ergo concupiscentia nō est peccatum originale.

Tertium ar.

¶ Tertio sic. per peccatum originale sunt nobis passiones peccatorum, sicut patet per apostolum ad Rom. 7. sed multæ sunt aliæ passiones præter concupiscentiam, quę repugnant rationi, sicut ira, ergo peccatum originale nō magis dicendum est concupiscentia, quam ira, vel alia passio.

Quartū ar.

¶ Præterea arguitur. quarto loco de alia parte quæstionis probando, ꝙ peccatum originale non sit carentia siue nuditas debitæ iustitiæ, vt dicit Anselmus carentia debitæ iustitiæ non videtur in paruulo, quia sibi non debetur iustitia, ergo non caret debita iustitia, etiam si iustitia careat, & tamen in eo est peccatum originale, ergo peccatum originale non bene dicitur carentia debitæ iustitiæ.

Quītum ar.

¶ Secundo sic. culpa dicitur per priuationem gratiæ gratum facientis, sed originalis iustitia nō includit gratiam gratum facientem, vt videtur per magistrum secūdo sententiarū, ergo carentia iustitiæ non constituit rationem peccati, & per consequens peccatum originale non bene diffiniri videtur, cum dicitur, ꝙ sit carentia iustitiæ.

Sextum ar.

¶ Sexto sic. originalis iustitia non restituitur per baptismum, quia adhuc vires inferiores rationi rebellant, si ergo peccatum originale esset carentia originalis iustitiæ sequeretur, ꝙ peccatum originale non solueretur per baptismum, quod est hæreticum.

Opponit in cōtrarium.

¶ In oppositum primæ partis est tex. præsentis cap. in quo August. peccatum originale concupiscētiam, & fomitem vocat. ¶ In oppositum secūdæ partis est Anselmus, qui ita argumentatur in lib. de conceptu virginali. Omne peccatum est in iustitia, & per consequens excludit aliquā iustitiam, sed peccatum originale non excludit aliam iustitiam, quam originalē, ergo originale peccatum est carētia originalis iustitię.

Respondet. Albertus. Alexander.

¶ Respondeo dicendum, quòd vtraque diffinitio de peccato originali est bene posita. Pro quo notandum, quòd vt dicit Albertus Magnus in secunda parte summæ suę, & Alex. in secundo diuersæ diffinitiones inueniuntur à sanctis datæ de peccato originali. Quarum vna est Anselmi. s. hæc. originale peccatum est carentia, & nuditas debitæ iustitiæ, siue impotentia. i. indignitas ad habēdam iustitiam per inobedientiam Adę contracta.

Hu. de sancto Victor.

Secūda est hæc, quæ videtur esse Hug. de S. Victore. peccatum originale est vitium ex corruptione seminis in homine natū. Tertia est August. s. peccatum originale est concupiscentia ex vitiosa conditione originis nostræ orta. Primo diffinitio, vt dicit Albertus datur per id, quod formale est in peccato originali, cum dicitur, quod est nuditas siue carentia debite iustitię. s. originalis, & in comparatione ad causam meritoriam, cum dr̄ per inobedientiam Adę contracta. Secunda diffinitio etiam datur ad causam materialem proximam, & efficiens proximum. hoc. n. semel lege concupiscentiæ seminatum, & conceptum est. Tertia vero datur secundum id, quod materiale est in ipso peccato originali in comparatione ad causam ipsius. ¶ Pro intelligentia harum diffinitionum est considerandum, primo quid sit iustitia originalis, cuius priuatio dicitur ipsum peccatū ori-
5 ginale. † Est autē originalis iustitia quædam humanæ naturæ rectitudo, per quam corpus animæ erat subditum, & vires inferiores rationi quamdiu anima erat subdita creatori suo. Hęc autem rectitudo non erat ex principijs naturę, cum corpus humanū sit naturaliter corruptibile sed à Deo data in prima hominis conditione, secundum ꝙ dr̄ eccle. 7. hoc scio, ꝙ fecit Deus hominem rectum.

Thom. S.

Erat autē hæc rectitudo, vt dicit S. Tho. in prima parte, & Nicola. de lyra in expositione literæ secundum hoc, quòd ratio subdebatur Deo. Rationi vero inferiores vires, & animæ corpus ipsum. Prima autem subiectio causa erat secundę & tertię, quamdiu. n. ratio erat Deo subiecta, inferiora ei subdebantur, vt dicit August. quia vero iustitia est quædam rectitudo, vt ait Anselmus libro de veritate, propter hoc talis rectitudo naturæ humanæ congruenter vocatur, iustitia originalis vero dicitur, quia data est humanæ naturæ in sua prima origine, tamē quia per originem fuisset in posteros transfusa, si ab Adam fuisset seruata. Accepit autem Adam iustitiam originalem pro se, & pro tota sua posteritate. ita quòd sicut alia quæ sequuntur totam speciem humanam, sic illam transfundisset in posteros. ¶ Præterea, quia Anselmus in diffinitione originalis peccati dicit, quòd est caren-
6 tia iustitiæ debitæ, videndum est† cur iustitia originalis dicatur debita inesse, dicitur autem debita inesse, non quòd ex principijs naturæ processerit, nec quòd aliquo speciali mandato homini impositum fuerit illam habere, sed debita inesse dicitur.

Alb. mag.

Tum vt dicit Alber. Mag. in secūda parte, quia dabatur omnibus descendētibus ab Adam si Adā stetisset. tunc. n. dicit Albertus transfudisset rectitudinem naturalis iustitiæ in paruulos, sicut modo transfundit originale. Tum secundo dicitur debita inesse, vt dicit dominus Vlrichus in summa suá, quia quilibet tenetur conseruare, & impēdere. i. bene exercere munia. i. munera domini sui, & iam Adam cum tota sua posteritate tenebatur donum illud eis collatum habere.

Bonauent.

Tertio dr̄ debita, vt dicit dominus Bonauentura, quia illam debuit Adam omnibus posteris cōseruare. Quarto nos diceremus, quòd debita dicatur inesse eo modo, quo dicimus, quòd bonum illud fuit debitum siue natum inesse, cuius priuatio malum est, vnde carentia visus in lapide licet sit defectus, non tamen dr̄ malum, quia visus non fuit debitus siue natus inesse lapidi. malum autem dicit defectum eius, quod debitum siue natū erat inesse, ita videtur hic dicendū, quòd rectitudo illa originalis iustitiæ lege diuinæ prouidentiæ ac dono pietatis suæ conferentis illam homini erat debita, siue nata haberi & conseruari ab Adam, & sua posteritate, & ideo exprimendum, quòd carentia originalis iustitiæ in nobis non habeat tantum rationem defectus, sed etiam rationem mali dr̄, quòd est carentia iustitiæ, debitæ inesse. ¶ Cæterum notandum, quòd sicut in peccato actuali duo sunt, vnum sicut formale, quod est deordinatio à fine, quæ dr̄ auersio ab incommutabili bono, & aliud sicut materiale. s. ipsa substantia actus deordinati, quæ dicitur conuersio ad cōmutabile bonū. Sic in peccato originali ipsa deordinatio voluntatis à fine, sunt destitutio rectitudinis ipsius voluntatis ad finem, in qua condita fuit, est sicut formale, & hæc dicitur priuatio originalis iustitiæ, ipsa vero deornatio inferiorum virium, quæ consecuta est ex auersione voluntatis à Deo est, sicut materiale, inordinatio vero aliarū virium maxime in hoc attenditur, ꝙ inordinate conuertūtur ad bonum commutabile concupiscendū illud, quæ quidem inordinatio communi nomine dicitur concupiscentia, & ita peccatum originale materialiter est ipsa concupiscentia, qua habiles sumus ad male siue inordinate concupiscendum, formaliter vero est ipsa priuatio originalis iustitiæ.

S. Thom.

Et ita vt concludit S. Thom. in quæstionibus de malo. Peccatum originale nihil aliud est, quam concupiscentia habitualis cum carentia originalis iustitiæ.

Alb. mag. Ale. de Ha. Bonauent.

Et concordat Alber. magnus, Alexander de Hal Bonauentura, & dominus Vlrichus, & etiam Scotus, quòd peccatum originale non pura priuatio, sed vt ait S. Thom. in prima secundę. sicut ęgritudo corporalis aliquid habet de priuatione inquantum tollitur æqualitas sanitatis, & aliquid habet positionis, s. ipsos humores inordinate dispositos, ita peccatū originale habet priuationem originalis iustitiæ, & cū hoc inordinatam dispositionem partium animæ. Ex quibus patet intellectus, & veritas diffinitionum superius positarū. Prima data est p id, qd̄ est formale in originali peccato ꝙ est carentia siue nuditas debitæ iustitiæ. Aliæ duæ per id ꝙ materiale est in eo.

Ad primum argu.

¶ His notatis dicendum est. Ad ratio-
7 nes. Ad primam dicendum† quòd concupiscentia dr̄ dupliciter, vno

citer, vno modo ipse actus concupiscendi, alio modo ipsa habilitas concupiscendi, à qua actus ipse capitur seu causatur, originale autem non dicitur ipsa concupiscentia, quæ est actus, sed concupiscentia, siue ipsa pronitas, vel habilitas ad concupiscẽdum, talis autem concupiscentia est causa concupiscentiæ, quæ dicitur actus, & de ista loquitur

Ad secundum 8 apostolus de authoritate inducta. ¶ Ad secundam respõdetur, † quod aliquid potest dici homini naturale dupliciter. vno modo inquantum est animal, & sic naturale est ei, quod concupiscibilis feratur in delectabile, secundum sensum communiter loquendo. Alio modo inquantum est homo. s. animal rationale, & sic naturale est ei, quod concupiscibilis feratur in delectabile sensus secundum ordinem rationis. Concupiscentia ergo per quam prona est vis cócupiscibilis, vt feratur in delectabile sensus præter ordinem rationis est contra naturam hominis inquãtum est homo, & ita pertinet ad peccatum originale.

Ad tertium ¶ Ad tertiam respondetur, quod etiam corruptio irascibilis materialiter se habet in peccato originali, sicut & corruptio concupiscibilis, denominatur tamen magis à concupiscibili, vt dicit S. Tho. in quæstionibus de malo, & in prima parte propter duo. Primo omnes passiones irascibilis ab amore oriuntur, quæ est in concupiscibili & ad gaudium vel tristitiam terminantur, quæ sunt etiam in cupiscibili, vnde communiter etiam tã motus concupiscibilis quam irascibilis concupiscentia dici potest. secundo, quia peccatum originale traducitur per actum generationis in quo maxime est delectatio circa quam apparet inordinatio concupiscibilis, vnde concupiscibilis dicitur non modo corrupta, sed etiam infecta inquantum per huiusmodi ad actum traducitur originale peccatum. (S. Thomas.)

Ad quartum ¶ Ad quartam respondetur iuxta Albertum Magnum in secunda parte summæ suæ, quod carentia debitæ iustitiæ est in paruulo. debebatur. n. iustitia si Adam stetisset, tunc. n. transfudisset rectitudinem iustitię in paruulos, sicut modo transfundit originale. vnde licet non debebatur ei debito personali, tamen debito originali debebatur ei, & sic nuditas debitæ iustitiæ est in ipso per eandem rõnẽ. (Albertus.)

Ad quintum ¶ Ad quintam respondetur iuxta S. Thom. in quæstionib. de malo dupliciter. primo negãdo minorem, dicit. n. quod iustitia originalis includitur in se gratiam gratum faciẽtem, nec est verum, quod primus homo sit creatus in naturalibus puris. ¶ Secundo respondetur quod dato quod ita esset nihilominus negatur, quod carentia originalis iustitiæ non habeat rationem culpæ, quia ex hoc ipso, quod aliquis peccat contra dictamen rationis naturalis, incurrit culpã, rectitudo. n. gratiæ non est sine rectitudine naturæ. (S. Thom.)

Ad sextum. ¶ Ad sextam respondetur, quod sicut dictum est de peccato originali, ita dicimus de iustitia originali, quod in ea est aliquid quasi formale. s. ipsa rectitudo voluntatis, & secundum hoc opponitur sibi culpæ deformitas, erat etiam in ea aliquid materiale. s. ordo rectitudinis impressus viribus inferioribus, & quãtum ad hoc opponitur ei concupiscentia vel fomes. Dicitur ergo, quod in baptismo restituitur iustitia originalis quantũ ad id quod erat materiale in eo. s. quantum ad hoc, quod rationi subijciebantur vires inferiores, ex huiusmodi. n. defectu est concupiscentia quæ manet post baptismum, & ita id, quod est culpæ tollitur per baptismum, secundum vero aliquid pœnale remanet.

9 **Ad tertium** sic proceditur. † Et videtur quod per baptismum culpam originalis non tollatur.

Primum ar. ¶ Primo sic. priuatio non tollitur, nisi habitus appositus restituatur; sed originalis iustitia cuius priuatio est originale peccatum per baptismum non restituitur, cum non remaneat debitus ordo interiorum virium ad rationem, ergo nec originale peccatum per baptismum tollitur.

Secundum argu. ¶ Secundo sic. in baptismo est duplex res, vna quæ est res, & signum. s. character, & quædam quæ est res tantum. s. gratia. Si ergo per baptismum originale peccatũ deletur, aut hoc erit virtute characteris, quẽ imprimit, aut virtute gratiæ, quam efficit. Si virtute characteris, cum ergo characterẽ consequantur fictæ accedentes sequeretur, quod eis originalis culpa dimitteretur, & sic quis in mortali peccato existens à culpa aliqua purgaretur, quod est incõueniens. Si autem virtute gratiæ, gratia autem post baptismum per peccatũ mortale amittitur, ergo oportet quod originale per quodlibet sequens mortale rediret. sed peccatum originale non nisi per baptismum potest purgari, ergo oportet, quod quandocunque aliquis de peccato mortali pœnitentiam agit, contra peccatum originale baptizaretur.

Tertium ar. ¶ Tertio sic contra id quod dicitur, quòd peccatum originale præterit reatu, & manet actu. Arguitur sic, actus ibi, aut dicitur id, quod facit peccatum esse actu. s. quod est formale in ipso, aut dicitur actus operatio. Si primo modo carentia debitæ iustitiæ erit per quod peccatum dicitur esse actu, & illa tollitur in baptismo. Si actus dicitur operatio hoc non videtur, quia originale in paruulo non habet talem actum, qui sit operatio, cum ex natura corrupta contrahatur. ergo videtur quòd nihil sit dictum quòd peccatum originale trãseat reatu & maneat actu.

Quartũ ar. ¶ Quarto sic, sicut se habet actus in peccato actuali materialiter, vt deformitati substans, ita etiam concupiscẽtia in originali. sed non potest esse, quod deformitas peccati tollatur manente actu peccati, quia tales sunt, qui bene fieri non possunt, ergo manente tali concupiscentia non potest originalis culpa deleri.

Opponit in cõtrarium. ¶ In oppositum est Beatus Augustinus in capitu. præsenti dicens, quòd per baptismum caro peccati, id est originale peccatum, quod ex corruptione carnis nascitur, siue cõtrahitur euacuatur per baptismũ. i. tollit. ¶ Rõne sic arguitur pro eadẽ parte, nõ põt esse aliquis simul filius grãæ, & filius irę. sed per originale nascimur filij iræ. vñ ad Eph. 2. eramus natura filij iræ per baptismũ regeneramur in filios gratiæ, ergo non potest esse, quòd post baptismum originalis culpa remaneat.

Respondet. Prima con. ¶ Respondeo
10 dicendum sub quatuor conclusionibus. Prima est, † quòd per baptismũ culpa siue macula originalis tollitur. Probatur primo, per illud ad Rom. 7. qui mortuus est peccato, iustificatus est à delicto. sed baptizatus per baptismum moritur, & sepelitur Christo, vt ibidem apostolus dicit. ergo oportet dicere, quòd per baptismum omne peccatum prę teritæ vitæ in eo deleatur, nisi effectus baptismi ex parte baptizati impediatur. ¶ Secundo sic. baptismus est sacramentum veritatis, & sacramentum nouæ legis. ergo sicut in baptismate homo lauatur exterius à sordibus corporis, ita vere lauatur interius a sordibus mentis, & ita per baptismum tollitur macula originalis culpæ.

Secunda conc. ¶ Secunda con
11 clusio. † per baptismum tollitur reatus pœnæ æternæ debitæ originali peccato, patet ex textu. Item ex conclusione præcedenti sic. Remota causa remouetur effectus, sed culpa est causa reatus pœnæ. ergo illa ablata, aufertur etiam pœnæ reatus. dicit etiam glossa ad Romanos tertio, concupiscentia, quæ est originale peccatum transit

Tertia con.
12 reatu, & manet actu. ¶ Tertia conclusio. † concupiscentia siue fomes, quod materiale est in originali peccato, per baptismum non tollitur. patet ex textu præsentis capituli. dicit enim ibi Augustinus, quòd per baptismum Christi non id agitur, vt caro Christi euacuetur. ¶ Preterea id quod manet actu post baptismum, sed concupiscentia manet actu licet transeat reatu, vt dictum est, ergo conclusio vera, vnde & apostolus inquit ad Rom. septimo. ego ipse mente seruio legi Dei. ecce culpam originalis peccati deletam per baptismum: sequitur carne autem legi peccati, inquantum, scilicet concupiscit aduersus spiritum. ecce, quòd manet concupiscentia.

Quarta cõ. ¶ Quarta conclusio. † licet concupiscentia per baptismum non tollatur
13 omnino, diminuitur, & attenuatur, tamen in eo diuinæ gratiæ auxilio, patet ex præsenti textu. Pro quarum conclusionum intelligentia pleniori, est notandum iuxta Sanctum Thomam in secundo, quòd de remissione originalis peccati oportet nos loqui proportionaliter ad remissio- (S. Thomæ)
14 nem culpæ actualis. † Ex actu enim peccati duplex effectus in peccante relinquitur, scilicet priuatio gratiæ ex ratione auersionis à fine, & dispositio quædam ad similem actum, quem actus peccati inducit ex ratione auersionis, & ex hoc, quòd gratia priuatus est propria voluntate reatum pœnæ incurrit, vnde gratia sibi restituta simul, & macula illa tollitur, quæ in defectu gratiæ consistebat, & obligatio ad pœnam, qua reatus dicitur, dispositio vero ex actu inducta peccati non ex toto statim tollitur, sed minuitur inquantum gratia inclinat ad contrarium illius dispositionis, sed postmodum per consuetudinem bonorum tollitur, & in contrarium mutatur. Similiter etiam ex actu naturæ, quæ est carnis propagatio relinquitur quędam dispositio inclinans ad malum in ipsa natura generati, quæ concupiscentia vel fomes dicitur, & ex hoc ipso, quòd illa naturæ corruptio in se virtute peccati ex quo causatur continens, personam attingit ipsam Dei gratia indignam efficiens, vnde relinquitur macula ex defectu gra-

ctu gratiæ in anima, & per hoc ad reatum pœnæ obligatur, vt. s. præmio illo careat, quod gratiæ debebatur. per baptismū autem gratia confertur, cuius virtute illa imperfectio tollitur ab homine, quæ ex natura in personam deuoluebatur, & secundum hoc anima purgatur à macula culpæ, & p consequens soluitur reatus pœnæ. Illa autem dispositio ad malum, quæ fomes, vel concupiscentia dr̄, non ex toto tollitur, quia illa dispositio sequitur conditionem naturæ, baptismus aut purgat naturam, nisi quantum pertinet ad infectionem personæ, & ideo dispositio ex toto non tollitur vsque in statum beatitudinis, in quo natura perfecte curabitur. Sed tamē dispositio illa per baptismum diminuitur inquantum gratia, quam aliquis in baptismo consequitur in contrarium inclinat eius, ad quod fomes disponebat, & ita virtus fomitis in nobis minuitur per auxilium gratiæ. Et hinc est, ꝙ Aug. dicit in cap. non ex quo. j. e. dist. ꝙ originale transit reatu, & manet actu, quia & si remaneat concupiscentia, non tamē remanet prout est culpa, & obligatio ad pœnam, hinc est etiam, ꝙ magister sententiarum dicit in secūdo duplici ratione in baptismate peccatū originale deleri, & quia vitiū concupiscentiæ attenuatur, & quia reatus soluitur. ¶ Ad rationes. Ad primam patet responsio ex

Ad primum arg. responsione data ad vltimum argumētum quæstionis præ

S. Thom. cedentis, dictum. n. est iuxta S. Thom. ꝙ iustitia originalis restituitur in baptismo quantū ad hoc, quod superior pars aīæ cōiungebatur Deo, siue quantum ad rectitudinem voluntatis, per cuius priuationē inerat reatus culpæ, sed non quantum ad hoc, ꝙ rationi subijciātur vires inferiores, ex huiusmodi. n. defectu est cōcupiscentia, quæ manet post baptismum. doctores vero, qui dicūt materiale in originali peccato esse carentiā iustitiæ originalis, formale vero vnde habet esse debitum rationē culpæ habendi illam dicūt,

Nic. de lyr. sicut Nicolaus de lyra super epistola Pauli ad Ro. 5. & Egidius in quolibeto 6. ꝙ per baptismū peccatum originale dr̄ tolli, non ꝙ rectitudo, quæ fuit in Adā restituatur, quia baptizati rebellionem corporis ad animam, & sensualitatis ad rationem in seipsis experiuntur, sed quia per gratiā Christi tollitur debitum habendi dictam rectitudinem, & sic carentia debitæ rectitudinis non remanet, vt est culpa, quam formaliter facit debitum habēdi illam rectitudinē, sed remanet, vt pœna, & materia exercendæ virtutis. Sed si quis bene considerat, quid cōferatur in baptismo, modus

Ad secundum. dicendi S. Thom. est melior. ¶ Ad secundam dicēdum iux

S. Thom. ta S. Thom. In secundo, ꝙ baptismus virtute gratię, quam confert ex qua rectitudo voluntatis causatur originale delet, non tamen sequitur, quòd subtracta gratia originalis culpa redeat. licet. n. omnium peccatorum mortalium genera hoc habeāt commune, quòd gratia in omnibus tollitur, non tamen est omnium vna macula, sed diuersæ, secundū quòd defectus gratiæ ad diuersas causas refertur. vnde defectus gratiæ ex actu luxuriæ proueniens, est macula illius peccati, & sic de alijs, vnde non redit macula alicuius peccati quantumcunque gratia subtrahatur, nisi per integrationem causæ. Causa autem per quam macula originalis relinquitur in anima, erat ipsa propagatio humanę naturæ, quam impossibile est reiterari circa eūdem hominem, & ideo macula originalis redire non potest, sed defectus illæ gratiæ, qui per peccatum mortale incidit erit maculæ, vel luxuriæ, vel homicidij, & sic de alijs. ¶ Ad tertiam respondetur iuxta dominum Albertum in secunda parte, quòd secus est de actu ipsius peccati, & alterius. In actuali .n. peccato actus pręcedit reatum, & est causa reatus. In originali vero reatus præcedit actum, & est causa actus, quia .n. paruulus nascitur cum carentia debitæ iustitiæ, ideo ex corruptione carnis contractæ per natiuitatem incenditur fomes ad illicitos actus, qui sicut dicit August. vocatur concupiscibilitas in paruulis, concupiscentia in adultis, & hoc dicitur actus originalis peccati. Actus ergo, quo originale peccatum dr̄ manere post baptismum est ipsa concupiscētia, siue actus concupiscentiæ, siue fomitis, quo ad quem manet, quia talis concupiscentia manet in baptizatis. Con

Ale. de Hal. cordat Magister Alexande. de Hal. in secundo Sanctus ve

S. Thom. ro Thom. in secundo in literali expositione. distinct. 32. dicit, quòd actus non capitur hic pro operatione, quia sicut ait originale peccatum in actu non consistit, sed per modum, quo actus contra potentiam diuiditur, vt illud quod iam præsens est, actu esse dicatur, sicut cęcitas in actu esse

Ad quartum dicitur, quia aliquis actu cęcus est. ¶ Ad quartam dicendum, ꝙ non eodem modo (sicut iam dictum est) se habet concupiscentia, vel fomes ad originalem maculam, sicut actus peccati actualis ad maculam actualem. Concupi- Augu scentia enim, & si quodammodo ad maculam originalem se materialiter, non tamen est causa eius secundum quòd in eodem subiecto inueniuntur, sed actus peccati causat actualem maculam, & ideo non potest contingere, vt actus maneat, & macula vel reatus transeat, sicut in originali manente concupiscentia transit reatus, & macula.

15 Ad quartum Sic proceditur. † Et videtur, quod pœna peccati originalis videlicet fomes, vel concupiscentia post baptismum manere non debeat. ¶ Et primo sic. iniustum est, vt quis sine culpa pu-

Primum ar niatur, sed per baptismū originalis culpa tollitur, vt dictū est ergo iniustum esset, ꝙ semper pœna maneret. ¶ Secūdo

Scdm arg sic. iustitia gratuita potentior est, quam originalis, sed originali iustitia manente in anima nihil pœnale in eo erat. Nec rebellio carnis ad spiritum, nec etiam corruptio, vel passibilitas, cum ergo per baptismum gratuita iustitia conferatur, videtur, ꝙ pœna remanere non debeat post baptis-

Tertium ar. mum. ¶ Tertio sic. generatio spiritualis potentior est, quā carnalis, quia nō sicut delictum, ita & donum, imo multo amplius, vt ad Rom. 5. dicitur, sed carnalis generatio inducit corruptionem culpæ, & pœnæ, ergo & generatio spiritualis, quæ est per baptismum vtrumque tollere debet. Si dicatur quòd non ex defectu baptismi est, ꝙ pœna non tollatur, sed quia vtile est, & expediens, vel promouens in salutem. Contra vnumquodque magis est iudicandum s̄m illud, quod per se sibi conuenit, quam secundum illud, qđ per accidēs debetur, sed fomes per se ad malum inclinat, non autem nisi per accidens in bonū promouet inquantū .s. aliquis resistendo coronatur, vel secundum quod aliquis humilior redditur, ergo magis esset homini expediens fomitem non habere, quam quòd habeat. ¶ Quarto sic. gra-

Quartū ar. tia q̄ in baptismo confertur fomitem diminuit, sed augmētata causa crescit effectus, ergo si maior gratia infundatur, fomes plus minorabitur, ergo tantum poterit augmentari quòd fomes ex toto tolleretur, ergo & c. ¶ In oppositum

Opponit in cōtrarium. est textus præsentis cap. in quo dicit Beatus August. quòd peccatum originale non ita euacuetur, vt concupiscentia nata non sit. i. non remaneat. ¶ Respondeo dicendum,

Respondet. quòd, vt partim dictum est in præcedenti quæstione, concupiscentia, & fomes non tollūtur totaliter per baptismū, quod patet per illud ad Gala. 5. caro concupiscit aduersus spiritum, & tamen loquitur ibi de eis, qui per baptismum regenerati erant, ergo per baptismum talis rebellio non tollitur. hoc etiam habetur per illud ad Roma. 7. non ergo operor illud, sed quod habitat in me peccatum. i. fomes peccati, vt gloss. dicit. ¶ Pro cuius rei pleniori intelligentia. Sciendum est iuxta Sanctum Thomam loco supra nomi-

16 nato † quod originale peccatum est primo, & per se infectio naturæ, & per consequens inficit personam. secundū S.Thom. quòd infectio naturæ in personam redundat, & secūdum hoc duplex pœna originali debetur, vna inquantum personam inficit. i. carentia diuinæ visionis. visio autem diuina quēdam actum designat. Actus omnis personæ est, quia actus indiuiduorum sunt vt philosophus dicit, vnde etiam carentia diuinæ visionis ad personam referenda est, cum opposita sint circa idem. Alia pœna sibi debetur inquantum naturam inficit, necessitas moriendi passibilitas, rebellio carnis ad spiritum, & huiusmodi, quæ omnia ex principijs naturæ causantur, & totam speciem consequuntur, nisi miraculose, vt dicit Augustin. in præsentis capitul.

17 aliter contingat. Dicendum est ergo, † quòd baptismus infectionem originalis mundat, secundum quòd infectio naturæ in personam redundat, & ideo per baptismum illa pœna tollitur, quæ personæ debetur. s. carentia diuinæ visionis. Non autem baptismus remouet infectionem humanæ naturæ, secundum, quòd ad naturam per se refertur, sed hoc erit in patria quando nostra natura perfecte libertati restituetur, & ideo oportet, quòd remaneat illa pœna post baptismum, quæ culpæ originali debetur, secundum quod naturam inficit, & huius est fomes, & necessitas moriendi, & huiusmodi. ¶ Sed quæritur

18 quare remedium sacramentalis ordinatur directè contra originale, vt corrumpit personam, & non prout corrumpit naturam. ¶ Ad hoc respondet dominus Bonauentura, in secundo vbi supra, quòd summus medicus hoc

cus hoc instituit ratione triplici cōgruenti.prima sumitur ex parte medici,quia sic debuit nos curare, vt omnes suæ salutis beneficium ab ipso immediate recognoscant,quod non facerent si originale omnino deleretur.¶ Secunda ex parte ęgroti congruentia fuit, vt saluaretur liberi arbitrij libertas. Deus neminem vult saluare, nisi salua arbitrii sui libertate,& ideo talem efficaciam dedit medicamento,vt salua esset libertas,& meritum liberi arbitrij in curatione peccati & fides habeat meritum,cui humana ratio nō prębet experimentū. ¶ Tertia est,ex parte medicamenti,quia in sacramento visibili vis regeneratiua est fides passionis Christi,quæ dat sacramento efficaciam.fides autem voluntatem,& mentem personæ respicit, non generatiuam naturam. virtus autem generatiua decisionē carnis à carne, & ideo gratia baptismalis voluntatem ratificat, remanente corruptione in carne, & in vi generatiua,quæ est causa transfundendi originalem culpam. ¶ Ad rationes. Ad primā dicendum,ꝙ ſm hoc,ꝙ culpa deletur,& pena sibi correspondens tollitur,vt ex dictis patet, & ideo nihil iniustū sequitur.¶ Ad secundam dicēdum,ꝙ in omni effectu,qui per se iustitiæ est potentior est gratuita iustitia, quam originalis,sed excludere huius pœnalitates nō est effectus iustitiæ inquantum iustitia est,sed fuit effectus originalis iustitiæ,ratione cuiusdam accidentis sibi annexi, inquātum .i.fuit cōtinuata, & nō intercisa in natura humana.Decuit .n.vt sicut anima sine interruptione in Deum dirigebatur per iustitiam, ita etiam corpus animæ sine interruptione totaliter obediret,et ideo non oportet,ꝙ iste effectus gratuitæ iustitiæ conueniat,cum facta fuerit interruptio rectitudinis humanæ naturæ ad Deum.¶ Ad tertiam dicendū, ꝙ generatio spiritualis efficacior est in eo,quod ordinatur quam generatio corporalis.Generatio corporalis terminatur per se ad naturam, quia forma est terminus generationis,sed generatio spiritualis terminatur ad perfectionem personæ,quę est per gratiam, & ideo plus mundat generatio spiritualis personam,quam generatio carnalis inficere possit.Generatio.n.carnalis non potest inficere personam nisi infectione originali, sed generatio spiritualis purgat personam à culpa actuali,& originali,sed huiusmodi defectus pœnales principia naturæ consequuntur, ut dictum est,vnde se habet magis generatio corporalis ad eos inducendum,quam generatio spiritualis ad curandū eos.¶ Ad quartam dicendum, ꝙ simpliciter loquendo melius esset homini fomite carere,quam ipsum habere.cōstat.n.ꝙ ex abundantia gratiæ fit in aliquibus,ꝙ à fomite liberantur, sed quo ad quid, & quo ad aliquē statum hominis expedit fomitem habere, ne in superbiam elationis cadat,& hoc etiam obiectio concludebat.¶ Ad quintā dicendum cum S.Thom. ꝙ quantumcunque de gratia baptismali baptizato infundatur,nunquā potest tñ hoc efficere,vt ex toto tollat fomitem,quia gratia illa non est ordinata nisi ad curandum infectionem personæ ex infectione naturæ procedētem.posset tamen Deus alterius generis gratiam infundere,per quam in totū tolleretur, & sic simul naturæ & personæ infectio gratiæ cederet.

Ad primum argu. — Ad scd̄m. — Ad tertium — Ad quartū — Ad quintum

19 **Ad quintum** sic proceditur.† Et videtur, ꝙ non contingat fomitem in aliquo extingui.¶ Et primo sic.dr̄ primæ Ioannis primo, si dixerimus, ꝙ peccatum non habemus nos ipsos seducimus,& veritas in nobis non est,sed veritas non inest nisi cum concupiscētia & fomite,vt dicit Aug.lib.de nup.& concupiscentia.ergo videtur,ꝙ in nullo extinguit.¶ Secundo sic.non est homo, qui non peccet.nec infans cuius vita vnius diei sit super terram,cum.n.peccatum nō insit sine fomite, ergo in nullo extinguitur.¶ Tertio sic.dicit Aug.lib.retractationum, in hac vita nemo ita seruat mandata iustitiæ, vt non sit ei necessarium orare pro peccatis suis, dicēdo dimitte nobis debita nostra, sed si habet debita hoc non est nisi ratione peccatorum,ergo nullus est sine peccato,& per consequēs nullus in hac vita absoluitur a fomite cōcupiscentię, quia debita non sunt propter peccata contracta. ¶ In oppositū est tex. presentis ca.in quo dr̄, ꝙ lex peccati quæ est in mēbris nostris,non extinguitur in baptismo, nisi forte miraculo Dei, ergo ad minus miraculo creatoris potest extingui. ¶ Respondeo dicendum secundum Albertum magnū in secunda parte summæ suæ, ꝙ in aliquo diuina gratia fomes fuit extinctus,puta in B.virgine,de qua dicit Anselm. libr. de cōceptu virginali,decebat,vt virgo illa ea puritate niteret,qua maior sub Deo nequit intelligi.Item magister sententiarum in tertia distinctione tertij.c.Mariam.Mariā quoque spiritus sanctus in eam præueniens à peccato prorsus purgauit,& à fomite peccati etiam liberauit.ex quo patet,ꝙ fomes peccati in ea pœnitus extinctus fuit. ¶ Ad rationes.Ad primam respondetur, ꝙ August. de concupiscentia & fomite loquitur prout habet inclinationem ad veniale vel mortale,& ita accipienda est authoritas B.Ioā. & sic fuit in omnibus,qui contraxerunt originale peccatū, præter quam in B.Maria virgine.¶ Ad secundam dicendū, ꝙ in nullo pęnitus extinguitur, sed in omnibus est.in paruulis tamen dr̄ concupiscibilitas, vt dicit August.in adultis autem dr̄ concupiscentia. ¶ Ad tertiam dicendum eodem modo,ꝙ Augu.loquitur ibi de fomite prout est inclinatio ad veniale, vel ad mortale,pro quo est orandum in hac vita,vt dimittatur.

Primum ar. — Secundum argu. — Tertium ar. — Opponit in cōtrarium. — Respondet. Albe. mag. — Ad primum argu. — Ad scd̄um — Ad tertium

20 **Ad sextum** sic proceditur.† Et videtur, ꝙ in alijs quam in B.virgine fomes peccati fuerit extinctus.¶ Et primo sic.ex glo.præsentis ca. super verbo miraculo dicit,vt in B.Maria virgine.& Ioanne apostolo, quia neuter eorum potuit peccare. ¶ Secundo sic.ad Ro.8.dicit apostolus,certus sum,ꝙ neque mors, neque vita poterunt nos separare à charitate, quæ est in Christo Iesu.Certus autē non esset nisi fomes extinctus esset,qui incitat ad malum,& seperat à charitate.ergo videtur,ꝙ in apostolis extinctus esset totus fomes. ¶ Tertio. Luc. vltimo. dicit Christus apostolis sedete in ciuitate quousque induamini virtute ex alto, sed simul esse non possunt in eodem virtus spiritus sancti ex alto,& feditas fomitis,ergo videt̄, ꝙ quando induti fuerunt ex alto virtute spūs sancti,ꝙ extinctus fuit in eis fomes, quantum ad omnem fœditatem suam.¶ In oppositum arguitur ex illo.1.Ioann.1.si dixerimus, ꝙ peccatum non habemus nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est, ꝙ verbum tractans B. Aug.in de natura,& gratia dicit.Si omnes sancti, & sanctæ conuenirent,& interrogarentur,si peccatum haberent, quid dicerent,nisi ꝙ vna voce clamarēt,si dixerimus, ꝙ peccatum nō habemus &c.sed inclinatiuum ad peccatum est fomes. ergo videtur, ꝙ in alijs sanctis extinctus non fuerit fomes in totum.¶ Respondeo dicendum iuxta Albertum mag. vbi.s.& magistrum Alexandrum de Hal. in secundo ꝙ inter omnes,qui fomitem habuerunt in sola B. Maria virgine in totum extinctus est propter priuilegium speciale,qa sicut dicit Augus.in lib.de baptismo paruulorum,sola pręstare potuit medicinam nostro corpori,quę non ex peccati vulnere germen piæ prolis emisit,sed vulnus peccati est fomes,ergo tunc nō erat in ipsa fomes.¶ Pro solutionib.argumentorum notanda est distinctio antiquorum ſm dn̄m

Primum ar. — Scd̄m arg — Tertium ar. — Opponit in cōtrarium. — Respondet. Alb. mag. Ale.de Hal.

21 Albertum† ꝙ fomes tria habet in se.s.instigationē ad mortale,instigationem ad veniale,& pœnam, quæ est fœditas carni adherens,vnde in apostolis per aduētum spūs sancti fuit extinctus fomes, quātum ad instigationem ad mortale,sed nō quātū ad instigationem ad veniale. ¶ Ad rōnes. Ad primam dicendum, ꝙ gl. est falsa quantum ad id quod dicit de Ioanne apostolo,quia ipse Ioan.apostolus dicit de seipso,& alijs contrarium,vt patet in c.1.suæ primæ epistolæ. ¶ Ad secundam dicendum,ꝙ fomes fuit extinctus in apostolis, vt dictum est quātum ad instigationem ad mortale,sed non quantum ad instigationem ad veniale.Et ideo dicit quis nos separabit à charitate Christi, quia veniale non separat à charitate Christi.¶ Ad tertiam dicendum,sicut dicit dominus Albertus,ꝙ simul possunt esse fœditas, quæ instigat ad veniale,& virtus,quæ est in alto,quæ tñ cū mortali esse non potest.Et ita rationes non procedunt. Lege.¶ [Per baptismū Christi id agitur] declaratur quid agat baptismus Christi circa peccatum originale[ vt caro peccati ].i.originale peccatum,quod ex vitio seu corruptione naturæ contrahitur [ euacuetur ].i. deleatur.s.quo ad rōnē culpæ,& reatum pœnæ æternæ[sic autem] declarat,ꝙ non oīno deleatur,quo ad materiale eius, quod est concupiscētia[nata non sit].i.nō maneat,imo permanet [sed ne obsit] quia per baptismalem gratiam efficitur vt non dominetur in personam, sed magis in vtilitatem eius cedat inquantū est materia virtutis & occasio humilitatis & exercitij,si homo voluerit,& hoc est,quod sequitur.[ nam] secunda pars [ miraculo Dei ] aliter contingeret. posset enim Deus, vt dicit Sanctus Thomas.in secundo,alterius genere gratiam infundere, per quam totus tolleretur, & sic simul naturæ,

Ad primum argu. — Ad scd̄um. — Ad tertium Albertus. — Exponit literam.

naturæ,& personæ infectio gratiæ cederet [lex peccati] ad Rom.7.video aliam legem in membris meis repugnãtem legi mẽtis meæ.gl.legem.i.fomitem peccati,qui repugnat
S. Thom. in membris meis,vbi nota,vt ait S. Thom.in 1.2.quod fomes secundum se consideratus prout.s.inclinat ad malum non habet rationem legis,sed s'm quod sequitur ex diuinę legis iustitia,tanquã si diceretur lex,ꝙ aliquis nobilis pro
22 pter suam culpam ad similia opera induceretur.† Et ita fomes dr̃ lex inquãtum est pœnalis,& diuina lege consequẽs
Augusti. hominem destitutum propria dignitate,vnde gl. August. rectè dr̃ lex,quia legitime factum est, vt qui non obediuit suo superiori,ei non seruiat suum inferius.s.caro,sed sit sibi rebellis [legi mentis].i.rationi,hic capitur lex aliter,lex .n.hæc mentis dr̃ lex quasi regula,& mensura, qua homo ordinatur in suis actibus ad finẽ virtutis, quę participatio quædam est legis diuinæ siue iustitiæ,vt dicit gl. Augus.de quo in psal.4.quis ostendet nobis bona.Sequitur, signatũ est super nos &c.[ sed quidquid ] quia baptismus omnia peccata delet tam originalia,quam mortalia vt.j.ead.dist. sine pęnitentia [quasi factum non sit] id est non imputetur ad pœnam psalm. 31. beatus vir cui non imputauit dominus peccatum.

2 *Traductionis nomen proprie conuenit generationi viuentium*
3 *Traduci quibus competat.*
4 *Defectus a primo parente traductus in posteros qualiter habeat rationem culpę in illis.*
5 *Pœnitentia Adæ non potuit restaurare,quòd peccatum abstulerit quantum ad naturam.*
6 *Filius qualiter dicatur non portare iniquitatem patris.*
7 *Carentia diuinæ visionis dupliciter competit alicui.*
8 *Originale dicitur duobus modis.*
9 *Infectio dupliciter fuit in Adam.*
12 *Medium non est nisi inter extrema.*
14 *Pœna debet esse proportionata culpæ.*
15 *Priuatio gratiæ non habet rationem culpę sed pœnę.*


Irmissime. Sequitur tertium capitulũ eiusdem partis,& est B.August.in libr.de fide ad Petrum,qđ in quatuor
Diuisio partes diuiditur. In prima dicit fide firma tenendum esse, ꝙ omnis homo,qui per concubitum maris & fœminæ concipitur, concipitũ cum peccato originali.In secunda ad hoc probandum inducit authoritatem apostoli dicentis ad Ephe.2.ꝙ eramus natura filij iræ.In tertia ponit,ꝙ ab hac ira, quam ex cõceptione incurimus nullius liberatur,nisi per fidem mediatoris Dei & hominum Iesu Christi. In quarta dicit,ꝙ omnis homo siue adultus siue paruulus, qui sine sacramento baptismi,aut æquipollenti moritur,sempiterna pœna venit puniendus. secunda ibi, de qua dicit apostolus.3.ibi,à qua ira.4.ibi firmissime tene. Pro pleniori intelligẽtia huius c.veniunt hic quatuor quærenda.

1 Primo vtrum originale peccatum à primo parente traducatur ad alios per originem.
10 ¶ Secundo vtrum necessarium sit credere peccatum originale transire in omnes homines,qui ab Adam per viam coitus originem traxerunt.
11 ¶ Tertio vtrum sub ista vniuersali includatur B.virgo. ac dicatur, ꝙ ipsa fuerit concepta in peccato originali. quia de hoc tangitur in glo.
13 ¶ Quarto vtrum decedentes ab ista vita cum solo peccato orignali puniantur aliqua pœna sensibili.

1 Ad primum Sic proceditur.† Et videtur quòd originale peccatum à primo parẽte
Primum ar. non traducatur ad alios. ¶ Primo sic dr̃ Ezech.18.omnes animæ meæ sunt,filius non portabit iniquitatẽ patris. portaret aũt,si ab eo iniquitatem contraheret,ergo nullũ pec
Scd'm arg. catum à primo parente traducitur in prolem. ¶ Secundo sic,actio personæ non se extendit ad naturam,cum sit inferior,& minus potens,quam natura,in qua subsistit,sed origo carnis debetur ipsi naturæ, cum generatio sit ordinata ad conseruationem spẽi,ergo peccatum primi parẽtis per originẽ carnis in posteros trãsire nõ poterit,quia hoc esse non potuit, nisi per actionem personæ natura inficeretur.
Tertium ar. ¶ Tertio sic. causa particularis non inducit effectum vniuersalem,sed peccatum Adæ fuit quoddam particulare,ergo non potuit inficere totam humanam naturam aliquo peccato,& per consequens nullum peccatum in posteros à primo parente traducitur. ¶ Quarto sic.contrariorum Quartũ ar.
oportet esse idem subiectum,sed infectio culpæ perfectioni virtutis opponitur.cum ergo semen subiectum virtutis esse non possit.ergo nec per consequens infectionis culpæ. ergo mediante semine non poterit per traditionem peccatum originale traduci. ¶ Quinto sic.nihil agit nisi inquã Quĩtum ar
tum est actu,sed in semine non est actu peccatum, non ergo per semen decisum anima potest infici aliquo peccato. ¶ Sexto sic.non potest esse idem causa infectionis,& meri Sextum ar.
ti,sed actus generationis aliquãdo potest esse meritorius, puta cum aliquis in gratia existens ad vxorem accedit causa generandæ prolis. vel debiti reddendi,non ergo ex hoc poterit causari infectio in prole.¶ Septimo omni peccato Septimũ ar.
respondet aliqua pœna,sed nulla pœna respondet ei,quòd dr̃ esse originale peccatum, ergo quod ponitur esse peccatum non est peccatum.maior patet, minor probatur.quia quod consequitur naturam humanam in puris naturalib. existentem non habet rationem pœnæ,sed cuiusdam defectus naturalis, sed nihil assignatur pro pœna peccati originalis,nisi mors,& aliæ pœnalitates,& carẽtia diuinę visionis, quæ consequuntur naturam humanam in puris naturalibus existentem,cum sit composita ex contrarijs,& oĩs huiusmodi res est corruptibilis.Nec etiam posset attingere ad visionem diuinæ essentiæ absque super naturali dono, ergo nulla earum respondet ei, quòd ponitur esse peccatũ originale. ¶ Octauo sic.peccatum originale non fuit in Octauũ ar.
primo parente,ergo videtur, ꝙ nullum tale traducatur ab eo in prolem,consequentia patet,& antecedens probatur, quia peccatum originale dicit, quod per originem traducitur, sed primi parentes non processerunt per originem ab aliquo, ergo nullũ peccatum in eis potest dici originale. ¶ In oppositum est tex.præsentis cap. ¶ Secundo sic ar Opponit in cõtrarium.
guitur. dicit apostolus ad Ro.5.per vnum hominem.s.primum,peccatum intrauit in mundũ,sed non potuit ex vno Secunda op.
homine humanum genus infici, nisi eo modo,quo totũ humanum genus ex vno homine processit, hoc autẽ fuit per originem carnis, ergo hoc modo peccatum originale à primis parentib.in nos transiuit.¶ Respondeo dicendũ Respondet.
iuxta B. Augst.in præsenti cap.ꝙ s'm fidem catholicam firmiter tenẽdum est, ꝙ à primo parẽte originale peccatum per originem transiuit in cæteros homines ab eo per legẽ concupiscentiæ propagatos.contrarium autem est hæresis Pelagiana,vt patet per eundem Aug.in plurib. locis,vnde
a &.j.e.di.c.placuit, hæc hæresis[a] anathematizatur in concilio Mileuitano.Ad videndum autem quomodo peccatum originale traducitur à primo parente in posteros, ita ꝙ in posteris habeat rationem culpę, duo sunt videnda. Primo qualiter originali peccato conueniat traduci. Secũdo quo in his in quo traducitur rationem habeat volũtarij, & per
2 consequens rõnem culpę. ¶ Circa primum notandum† ꝙ nomen traductionis,proprie conuenit generationi viuentium,quæ per decisionem seminis generantur, quæ ideo dicuntur traduci, quia in talibus non generatur viuum ex viuente,sed mediante semine, cum quo transit virtus actiua ad generationem prolis, vnde ignis non generat ignem mediãte semine,sed immediate.Bos vero non generat bouem immediate,sed mediante semine,& sic de alijs,quæ p decisionem seminis generantur. Ex quo patet in generali
3 † ꝙ illis competit traduci quibus competit causari virtute existente in semine.licet autẽ anima rationalis,cum à Deo sit per creationem non traducatur,nec sit in semine,est tñ in semine virtus dispositiua corporis ad aĩę receptionem, quæ cum in corpore infunditur ei suo modo cõformatur, eo ꝙ oẽ receptum est in recipiente per modum recipientis.Et inde videmus, ꝙ filij assimilantur parentibus nõ solũ in defectibus corporalibus, sicut ꝙ leprosus generat leprosum,& podagrosus podagrosum, sed etiã in defectib. aĩæ,sicut ꝙ iracundus generat iracundum. Et amentes ex amentibus qñque nascuntur,quamuis.n.pes, qui est subiectum podagræ non sit in semine,nec aĩa, quæ est subiectũ iræ,& amentiæ, est tamen in semine virtus factiua corporalium membrorum & dispositiua ad aĩam. Ex quibus facile iam erit videre qualiter originale peccatum,& quãtũ ad id,quod materiale est in eo,& quantum ad id quod est formale in eo traducaẽ. Quãtũ aũt ad inordinationẽ viriũ inferiorũ, & corpis corruptionẽ patet, ꝙ pc̃m originale traducitur

a ¶ Hæc hæresis. Adde ꝙ hæresis est maius delictum q̃ homicidium,si hereticus perseuerat in crimine. Pe. de An.inc. cum nõ ab hoïe num. 15.de iudi.

traducitur per ſeminis deciſionem, quoniam natura infecta in Adam per peccatum ſemẽ ab eo deciſum corruptũ & infectum deciditur. Ideo corpus ex illo ſemine generatum priuatur virtute illa impaſſibilitatis,&,inordinabilitatis ad animam quam in ipſo ſtatu primo humanũ corpus habebat, quare cum forma recipiatur in materia ſecundũ conditionem ipſius materiæ.oportet.n. perfectionẽ perfectibili proportionatam eſſe, ideo anima ex coniunctione ſua ad corpus inficitur,& maculam contrahit,quemadmodum vinum, aut liquor ex corruptione vaſis cõtrahit corruptionem.vnde ex hoc ipſo, quòd corpus virtute illa priuatur,qua perfectè erat ſubijcibile animæ, ſequitur quòd etiam anima virtute illa careat, qua perfectè corpus ſubditum regat,&ita per deciſionem infecti ſeminis traducitur in aĩa deordinatio prędicta tam corporis ad aĩam, quam virium inferiorum in ſua obiecta, quod materiale dr̃ eſſe in originali. Quod vero etiam quantum ad carentiam originalis iuſtitiæ debitæ ineſſe quod formale eſſe dr̃ in peccato originali traducatur etiam per ſeminis deciſionẽ patet.Nam cum ita ſit,quòd Adam acceperat ab eo iuſtitiam originalem pro ſe, & omnibus ab eo deſcendentibus ſ̃m originem naturalẽ,ex hoc ipſo,quòd aĩa vnitur carni propagatæ naturali origine ab Adam, efficitur debitrix iuſtitiæ originalis, & ſic debitum habendi talem iuſtitiam traducitur à parente in prolem. Quod vero anima careat illa iuſtitia debita ineſſe eſt cauſa quodammodo Deus,& quodammodo Adam.Deus aũt intantum eſt cã,inquantũ,talẽ donum non largitur, & ita carentia illa originalis iuſtitiæ eſt à Deo,non ſicut ab agente vt dicit S.Tho.ſed ſicut à nõ fluente talem perfectionem. Adam.n.fuit cauſa inquãtum per demeritum ſuum ſe, & oẽs deſcendẽtes ab eo fecit indignos tali dono, & ita traducitur in poſteros ab Adã peccatum originale quantum ad ipſam carentiam, inquãtum tam ſe quã poſteros fecit indignos iuſtitia originali. Et ſic patet quomodo illud, quod dicimus originale peccatum, & quantum ad id,quod eſt materiale in eo,& quantum ad id,quod eſt formale traducitur,quod erat primum deducendũ.¶ Circa ſ̃m in quo oſtendendum eſt qualiter iſte

S. Thom.

4 defectus à primo parente traductus in poſteros habeat rõnem culpæ in illis eſt conſiderandum iuxta S.Tho.tam in 2.2.quam in quæſtionibus de malo,quam etiam ſuper epiſtolam ad Ro.ꝙ aliquis homo ſingularis poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo ſ̃m ꝙ eſt quædam perſona ſingularis.Alio modo ſ̃m ꝙ eſt pars collegij, & vtroque modo poteſt aliquis actus pertinere.pertinet.n.ad eum inquantũ eſt ſingularis perſona ille actus, quem proprio arbitrio & per ſeipſum facit.Sed inquãtum eſt pars collegij poteſt ad ipſum pertinere aliquis actus,quem per ſeipſum nõ facit, nec proprio arbitrio,ſed qui fit à toto collegio vel à plurib. de collegio vel à principe collegij, ſicut eſt illud quod princeps ciuitatis facit,dr̃ ciuitas facere,vt philoſophus dr̃.huiuſmodi.n.collegium reputatur quaſi vnus homo,ita ꝙ diuerſi homines in diuerſis officijs conſtituti ſunt quaſi diuerſa membra vnius corporis naturalis,vt apoſtolus inducit de membris eccleſię.1.Corin.12.ſic igitur tota multitudo hominum à primo parẽte humanam naturam accipiẽtiũ quaſi vnum collegium, vel potius quaſi vnum corpus vnius,hoĩs eſt conſideranda,vnde Porphirius inquit.participatione ſpeciei plures homines ſunt vnus homo,in qua quidem multitudine vnuſquiſque homo etiam ipſe Adam poteſt conſiderari,vel quaſi ſingularis perſona vel quaſi aliquod membrum hmõi multitudinis ſiue naturæ, quæ per naturalem originem deriuatur ab vno. ¶ Eſt pręterea cõſiderandum ꝙ(ſicut ſuperius circa præcedẽs c.dictum eſt) primo hoĩ in ſua creatione datum fuerat diuinitus quoddam ſupernaturale donum.ſ. originalis iuſtitia,per quam ratio ſubdebatur Deo,& inferiores vires rationi,& corpus animę.hoc autem donum non fuerat datum primo homini,vt ſingulari perſonæ tantum, ſed vt cuidam principio totius humanæ naturæ, vt.ſ.ab eo per originẽ deriuaretur in poſteros, ita ꝙ in poteſtate ſua erat ſeruare hoc donum ſibi,& toti poſteritati,vel amittere, hoc autem donum acceptum primus homo per liberum arbitrium peccãs amiſit eo tenore, quo ſibi datum fuerat.ſ.pro ſe & tota ſua poſteritate,defectus ergo hmõi doni totam eius poſteritatẽ ſequitur.Si ergo conſideretur defectus eſſe,ſic per originẽ deriuatus in iſtum hominem,ſ̃m ꝙ iſte homo eſt quędam perſona ſingularis,ſic hmõi defectus nõ habet rationẽ culpæ,ad cuius rationem requiritur,ꝙ ſit voluntaria. dicit.n. Aug.ꝙ peccatum adeo eſt voluntarium,ꝙ ſi non ſit voluntarium non eſt peccatum.Sed ſi cõſideretur iſte homo generatus. vt quoddam membrum totius humanæ naturæ à primo parẽte propagatæ,ac ſi omnes homines eſſent vnus homo, ſic habet rationem culpę propter voluntariũ eius principium, quod eſt actuale peccatum primi parentis,& ita ex voluntate primi parentis defectus ille habet rõnem voluntarij,& ita rationem culpæ,ſicut ſi dicamus,ꝙ motus manus ad homicidium perpetrandum ſ̃m ꝙ manus per ſe conſideratur non habet rationem culpæ.quia manus de neceſſitate mouetur ab alio. Si vero cõſideretur,vt ẽ pars totius hominis,qui voluntarie agit, ſic habet rationem culpæ,quia ſic eſt voluntarius,ſicut ergo homicidium non dr̃ culpa manus,ſed culpa totius hominis.ita huiuſmodi defectus non dr̃ peccatum perſonale,ſed peccatum totius naturæ.Nec ad perſonam pertinet, inquantum natura inficit perſonam.Imputatur ergo proli in culpã huiuſmodi defectus propter voluntatem primi parentis.Et ſicut ad vnum peccatum faciendum diuerſæ partes hominis cõueniunt, ſiue concurrunt, ſcilicet voluntas ratio manus, oculus, & huiſmodi, & tamen eſt vnum ſolum peccatum propter vnitatem principij voluntatis, à quo peccati ratio ad omnes actus partium deriuatur. ita & ratione principij in tota natura humana conſideratur quaſi vnum peccatum originale,propter quod apoſtolus dicit ad Rom.5.in quo omnes peccauerunt,quod ſ̃m Aug.debet intelligi,in quo.ſ.Primo homine,vel in quo peccato primi hoĩs,vt peccatum primi hominis ſit quaſi peccatum commune omniũ. ¶ Sed contra hunc modum dicendi videtur eſſe tria. Primum quia manus eſt membrũ illius, qui voluntarie agit, non ſic autẽ paruulus eſt membrum Adę.¶ Secundo quia ſimul eſt voluntas mala,& motio manus,quod non eſt ſic hic. quia Adam non ſimul eſt cum paruulis, qui deſcendunt ab eo. ¶ Tertio, quia agẽs vult illam motionem inordinatam,nõ ſic eſt in ꝓpoſito, quia Adam non vult talem priuationem in eis eſſe, imo diſplicet ſibi tale malũ in eis eſſe. ¶ Ad primum dicit Herueus in quolibeto ſuo de originali peccato,ꝙ paruulus eſt membrum Adæ,& ſi nõ corporale propriũ,eſt tamen ſubſtantiale, quia de ſua ſubſtantia.Sed nos ſequendo ſententiam S.Tho.diceremus,ꝙ paruulus diceretur membrum humanæ naturæ,nõ membrũ Adæ,cuius naturæ humanę membra intelliguntur omnes participantes illã iuxta illud Porphirij participatione ſpeciei plures homines ſunt vnus homo, & in hoc toto ipſe Adam,vt principium naturæ à quo generatur motus generationis in omnes alios,eſt ſicut volũtas in homine, à quo deriuatur motus ad oĩa membra, & ita currit ſimilitudo poſita S.Thom.¶ Ad ſecundum reſpondet idem dominus Herueus,ꝙ non refert,ꝙ non ſit ſimul motio, & mala voluntas Adæ, quia ſi homo diſtaret per centum muliaria à loco in quo deberet committere homicidium,licet eſſent multa media vita tamen ſemper continuatur, & omnia illa media vere haberẽt rationem culpę propter hoc,ꝙ ſunt mota ab agente.ſ.à voluntate,hæc ille,nos etiam poſſemus dicere,ꝙ cum omnis homo generans non generat niſi virtute primi parentis.ſ. Adæ virtute,ſimul cõcurrunt motus generationis huius paruuli,& virtus mouentis Adæ, dicit .n.Plato,ꝙ in ſemine eſt totus pater virtute,cunque corruptũ ab eo decidatur ſemen, corruptione cauſata ex ipſius Adæ voluntate mala,patet, ꝙ ſimul concurrunt mala voluntas Adę,quæ præceſſit, & motio generationis paruuli. ¶ Ad tertium dicit dominus Herueus, ꝙ poſtquam iã mouit tales motus imperati à voluntate dicuntur immutabiles,quia ſunt ab aliquo in cuius poteſtate fuit agere, vel nõ agere à principio, vnde ſi aliquis cauſaret modo aliquam motionem, ex qua natæ eſſent alię motiones ſequi vna poſt aliam,vſque ad centum annos, quantumcunque primum mouens,quod ponitur agens volũtarium defineret eſſe ante finem illarum motionum,& quantumcunque diſpliceret ſibi de hoc,ꝙ à principio male mouerit, nihilominus omnes illæ motiones eſſent culpabiles,ſic in propoſito,hæc Herueus.Poſſet etiam aliter dici iuxta ſententiam tam Alberti,quam S.Thomæ,ꝙ Adam voluit illam priuationem iuſtitiæ originalis in ſe, & in tota ſua poſteritate, cum voluit tranſgreſſionem diuini precepti.volẽdo enim antecedens voluit neceſſario conſequẽs.Et ideo dicit Auguſtinus & habetur in gloſſ.ad Romano.quinto.origina-

Augu.

Aug.

Opponit in cõtrarium.

Scd̃a oppo.

Tertia opp.

Ad primam oppo.Heru.

S.Thom.

Ad ſcd̃am oppo. Her.

Plato.

Ad tertiam oppo. Her.

S.Thom.

le peccatum voluntate Adæ seminatum est, vt in illo esset, & in omes esset, licet autem displiceret post Adæ tam trãsgressio diuini præcepti, quam corruptio naturæ, nihilominus non potuit facere, quin natura ex suo peccato iam corrupta esset in ipso, & per consequens in omnibus, qui ab ipso naturam acciperent, quia genitum accipit naturam à generante, qualem habet, & ideo vt dicit S. Thom. in secũ

S. Thom.

5 do. †Pœnitentia Adæ non potuit restaurare, quod peccatũ abstulerat, quantum ad naturam, sed solum quantũ ad psonam, quæ à reatu actuali purgabatur per pœnitentiam. Nõ .n. potest natura in statum altiorem reuocari, nisi per id, ꝙ naturam excedit, & ideo oportuit ad curationem naturæ, vt esset Deus, & homo, qui naturã perfecte curaret. ¶ Ad

Ad primum argu. S. Thom.

6 rationes. Ad primam respondetur iuxta S. Thom. † ꝙ filius dr̃ non portare iniquitatem patris, quia non punitur pro peccato, nisi sit particeps culpæ, & sic est in proposito. deriuatur. n. culpa à patre in filium, sicut & peccatum actuale per imitationem, vnde peccatum primi hominis est quodammodo peccatum totius humanæ naturæ, & ideo cum aliquis pũnitur pro peccato primi parentis, non punitur ꝓ peccato alterius, sed pro peccato suo, quare &c. ¶ Ad secũdam dicendum, ꝙ licet actio personæ non possit in totam naturam absolute, potest tamen in naturam secundũ ꝙ est in ipso, & ita peccatum personale Adæ in naturã humanam transiuit, secundum ꝙ in ipso habebat personale esse. Natura autem quamuis absolute considerata sit inuariabilis, tamen secundum esse suum quod habet in suppositis variatur per accidens in eis, secundum illud Aris. motis nobis mouentur omnia, quæ in nobis sunt. Et ideo Adam his, quæ sibi ratione naturæ suę gratis concessa erant priuato, etiam natura priuata fuit, prout erat in ipso, & per consequens in alijs, quæ ab ipso naturam accepturi erant. ¶ Ad tertiam respondetur negando minorem. dicimus. n. quòd Adam inquantum fuit principium totius humanæ naturę habuit rationem causæ vniuersalis, & ita per eius actum corrupta est tota natura humana, quæ ab ipso propagatur. ¶ Ad quartam respondetur, ꝙ peccatum originale nõ ponitur in ipso semine subiectiue, sed virtualiter. hoc. n. modo se habet ad peccatum originale, sicut ad naturam humanam, vnde sicut in semine non est natura humana, nisi in virtute, ita nec originalis culpa, quia ꝑ virtutẽ, quæ est in semine generatio ad naturam humanã terminatur infectam peccato originali. ¶ Ad quintam respondetur negando minorem. dico. n. ꝙ actu peccatum originale est in semine viuente siue causaliter, licet non formaliter. Pro quo notandum iuxta S. Thom. in quæstionibus de malo, quòd aliquod agens est actu multipliciter, vno modo secũdum propriam formam, quæ vel continet formam effectus, secũdum similitudinem speciei, sicut ignis generat ignem, vel virtutem tantum, & sicut sol generat calorem. Alio modo secundum motum ab alio, & hoc modo instrumentum agit vt ens actu, & sic etiam semen est ens actu in quãtum in eo est motus, & intentio animæ generantis ẽm philosophum in libr. de generatione animalium, & ex hoc habet virtutem causandi, & humanam naturã, & originale peccatum. ¶ Ad sextam respondetur, ꝙ assumptũ est verum ẽm idem. dicimus. n. ꝙ vir est iustus accedendo ad vxorẽ suam causa aut prolis creandæ, aut debitum reddendi meritum, ẽm id, quod est proprium sibi, & sic non transmittit pc̃m originale, sed ẽm ꝙ habet ab Adã, sic trãsmittit. quilibet. n. gñans trãsmittit pc̃m originale inquantũ gñat, vt Adã. i. per id quod habet ab Adã non per id, ꝙ est sibi proprium. ¶ Ad septimam respondetur negãdo minorem, & ad probationem respondetur negando consequentiã. licet . n. illi defectus secuti fuissent naturam humanam in puris naturalibus, non tñ tunc habuissent rationem pœnæ, tum quia non erant debita ei, sicut nunc primo homine creato in iustitia originali. erãt. n. futura in toto humano genere si Adam perstitisset in originali iustitia, tum quia carentia taliũ in persona creata in puris naturalibus non sequeretur ex præcedenti peccato, sicut nunc, vnde, vt ait S. Th. in

Ad secũdum. Ad tertium. Ad quartũ. Ad quintum. Ad sextum. Ad septimũ. S. Thom.

7 quæstionibus de malo, † carentia diuinæ visionis dupliciter competit alicui, vno modo sic, ꝙ non habet in se, vnde possit ad diuinam visionem peruenire, & sic carẽtia diuinæ visionis cõpeteret ei, qui in solis naturalibus esset absq; peccato, sic carentia diuinæ visionis non esset pœna, sed defectus cõsequens omnem naturam creatam, quia nulla creatura ex suis naturalibus potest peruenire ad visionem diuinã. Et eodem modo potest dici de immortalitate & impassibilitate, quia homo ex natura non potest peruenire ad hoc, cum sit ex contrarijs compositus. Alio modo potest alicui competere carentia diuinæ visionis, quia habet in se aliquod, ex quo debetur ei, ꝙ careat visione diuina, & sic carentia diuinæ visionis est pęna originalis peccati. Et ita potest dici de immortalitate, & impassibilitate. non. n. est pœna alicui tantum carere seu priuari eo quod habet à natura siue iure hæreditario, sed priuari eo, quod habet quis ex alterius curialitate siue liberalitate. Secus autẽ est carere eo, qđ potest sibi conferri ex liberalitate alterius. hoc . n. licet dicat defectum, tñ non dicit pœnam. ¶ Ad octauã respondetur, ꝙ non est ita intelligendum originale peccatum traduci ex primo parente in posteros, ꝙ idem peccatum quod est in primo parente generetur in paruulo, quia vt dicit Albertus magnus, hoc nullus catholicus dicit, sꝫ ex corruptione, quam contrahit paruulus, sicut & alia naturalia contrahit, contingit, ꝙ traducatur peccatum originale in prolem. Ad id vero, quod dicitur, ꝙ peccatũ originale non fuit in Adam, respondetur negando assumptum. Et ad probationem respondetur, ꝙ vt magnus Albertus di

Albe. ma

8 cit, † originale dr̃ duobus modis. s. originale originans, & originatum. originale primo modo fuit Adam, & in hoc persona corrupit naturam. dicit. n. apostolus ad Roman. 5. in quo omnes peccauerunt. Et dicit August. ꝙ non omnes in ipso peccassent, si non omnes in ipso fuissent per corpulentam substantiam, & nisi omnes ipse peccans fuisset tunc quando peccauit. Originale originatum est à descendentibus ab Adã, & in tali natura corrumpit personam, ex hoc . n. ꝙ in libidine seminatur, statim accipit concupiscentiã noxiorum, & ignorantiam agendorum, quæ proprie sunt pœnæ originalis peccati, & sic corruptio originalis fuit in primis parentibus ex vitio personæ, quæ inficit naturam per peccatum, quòd commisit, fuit ergo peccatum originale in Adam, licet nõ per eundem modum quo est in paruulis, videlicet ẽm modum, quo dr̃ originale peccatum, quod per originem contrahitur, hoc. n. modo non fuit in primis parẽtibus, sed modo quo persona infecit naturam.

Augusti.

9 vnde S. Thom. in secundo dicit † ꝙ infectio illa inordinata ex voluntate primi parentis procedẽs dupliciter fuit in Adam. s. per modum peccati actualis inquantum per propriam voluntatem contraxit, & vlterius per modum peccati naturalis, inquantum in eo infecta est natura, in alijs vero non, nisi vt peccatum naturale.

10 Ad secundum Sic proceditur. † Et videtur ꝙ non sit necessarium in omnes homines, qui ab Adam per viam seminalem originem traxerunt originale peccatum transire. ¶ Et primo sic, mors est pœna consequens originale peccatum, sed nõ omnes, qui procedunt seminaliter ex Adam moriuntur, illi. n. qui viui reperientur in aduentu domini, nunquam moriẽtur, vt videtur per illud quod dr̃. 1. ad Thes. 4. nos, qui viuimus non præueniemus in aduentu domini eos, qui dormierũt. videtur Hierony. etiam in epistola ad Marcelium fore aliquos in fine mundi non morituros, ergo illi non contrahunt originale peccatum. ¶ Secundo sic. nullus dat alteri quod ipse non habet. sed homo baptizatus non habet originale peccatum, ergo baptizati ad minus non traducunt ipsum in prolem. ¶ Tertio sic. donum Christi est maius, quam peccatum Adæ, vt apostolus dr̃ ad Ro. 5. sed donum Christi non transit in omnes homines, ergo nec peccatum Adę. ¶ Quarto sic. Deus ex costa viri mulierem formauit, ita etiam potẽs est nunc ex digito hominis, vel alio membro corpus humanum formare, constat autem, quòd ille, qui sic formatus esset non descenderet ab Adam, secundũ rationem seminalem, cum ergo hoc fuerit causa, vt Augu. dicit, quare Christus originale non contraxit, quia non fuit in Adam peccante secundum seminalem rationem videtur, quòd iste originale non habebit, & ita non est necessarium in omnes originale transire. ¶ Quinto sic. cum muliere peccante, quæ ante virum peccauit vir in libero arbitrio remansisset, poterat etiam non peccare, sed si Adam non peccasset, etiam muliere peccante non fuissent ex eis homines in originali geniti, cum ergo fuerit possibile non est necessarium, vt peccatum parentis primæ. s. Euæ in omnes posteros eius transiret. ¶ Sexto. vt Augustin. dicit concupiscentia libidinis, quę est in actu coitus originale peccatum causat, sed qualitercunque fi-

Primum ar. Scd̃m arg. Tertium ar. Quartũ ar. Quĩtum ar. Sextum

matur

matur concupiscentia potens est Deus ab ea liberare hominem per miraculum, ergo contingit aliquem sine peccato originali nasci. ¶In oppositum est texuts cap. præsentis, in quo inquit August. firmissime tene, & nullatenus dubites omnem hominem (qui per concubitum maris, & fœminæ concipitur) cũ originali peccato nasci, impietati subditum mortique subiectum. ¶Respondeo dicendum, ꝙ, vt dicit S. Thom. iuxta Beatum Augustinum in præsenti cap. secundum fidem catholicam firmiter est tenẽdum, ꝙ omnes homines per concubitum maris, & fœminæ ab Adam descendentes peccatum ex eo contrahunt originale, quod multiplici authoritate firmatur sacræ scripturæ. Et inter alias adducemus solum aliquas ex Apostolo Paulo, dr̃ ad Rom. 3. subditus fiat omnis mũdus Deo, quoniam ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo gl. & est B. Ambro. subditus Deo. i. gratiæ Dei totum ei tribuẽs quia omnes peccatores sunt inuenti, & gratia sunt saluati non meritis. Item Apostolus ibidem. iustitia Dei per fidẽ Iesu Christi in omnes, & super omnes, qui credunt. non. n. est distinctio, omnes. n. peccauerunt, & egent gloria Dei, vbi gl. ord. dr̃. Non. n. est distinct. oẽs. n. peccauerunt, vel in seipsis, vel in Adam, quia sine peccato non sunt, vel quod originaliter contraxerunt, vel quòd malis moribus addiderunt. Peccatum enim primi hominis non solum ipsum, sed omne necauit genus humanum, quia ex eo simul, & damnationem, & culpam suscepimus. Item ad Rom. 5. inquit apostolus, sicut per vnum hominem in hũc mundum peccatum intrauit, & per peccatum mors, ita, & in omnes homines mors pertrãsit, in quo omnes peccauerunt vbi gl. ord. & est Beati August. dicit, per vnum hominem. i. Adam à quo propagati sumus peccatum originale intrauit in hunc mundum. i. in omnes homines, mundum appellauit vniuersum genus humanum. ¶Ratione sic probatur conclusio, ille, qui non est aliquo peccato obnoxius redemptione non indiget, si ergo aliquis esset, qui in peccato non esset conceptus, prẽter Christum inueniretur aliquis, qui redemptione per Christum facta non indigeret, quod non est conueniens secundum fidem, & per consequens, nec est conueniens ponere aliquem præter Christũ concipi sine peccato originali, vnde apostolus ad Ro. 5. dr̃ sicut per vnius delictum in omnes homines, in condemnationem, sicut per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem, vbi gloss. Et est August. ait. attẽde, quod apostolus videns nõ sola imitatione Adæ fieri peccatores, sed propagatione, nec sola imitatione Christi iustificari, sed regeneratione spirituali, dicit omnes, & omnes, non, ꝙ oẽs geniti per Adam regenerentur per Christum, sed quia nullius carnalis generatio est nisi per Adam, sic spũalis nullius regeneratio est, nisi per Christum, si qui essent præter Adã generati, & si, qui præter Christum regenerati non diceret omnes, & omnes, sicut autem nullus est homo præter illã generationem, sic nullus est iustus, præter istam. Nemo. n. nascitur, nisi in concupiscentia carnali. quæ tracta est à primo homine, & nemo renascitur nisi gratia spirituali, quæ data est à secundo homine. ¶Ad rationes. Ad primã respondetur negando minorem. videlicet, ꝙ non omnes seminaliter procedentes morientur, vnde probabilius tenetur, ꝙ omnes, qui in aduentu Christi reperientur viui moriẽtur, & post modicum resurgent. ¶Ad authoritatem apostoli inductam respondetur, ꝙ non ideo dicuntur aliqui in aduentu domini reperiẽdi viui, non quia non morientur, sed quia parum in morte durabunt statim resurgentes. ¶Ad dictum Hiero. respondetur iuxta S. Thom. in quæstionib. de malo, ꝙ Hiero. non ponit illud asserendo, sed secundũ opinionem aliquorum, vt patet in epistola, quã scribit ad Mineruũ de resurrectione carnis, in qua circa hoc plures opiniones ponit, inter quas recitat quosdam opinatos fuisse, ꝙ illi, qui in aduentu domini viui inuenientur, nunquã morientur propter præfatum verbum apostoli. Præterea respondetur negando consequentiam, quoniam dato, ꝙ illi non morerentur, non sequitur, ꝙ originali peccato non fuerint concepti, vt dicit S. Thom. in secundo, quia hoc ex dispensatione speciali Dei ageretur, vt hanc pœnam remittat ex sua liberalitate, quia virtus, & potestas eius non est subdita origini culpæ ad pęnam, sicut nec ordini causæ naturalis ad effectũ. Potest. n. facere, & facit, quandoq; Deus, ꝙ ignis non combureret, vt in tribus pueris patet. Daniel: 3. vnde non est inconueniens si faciat, vt nati in originali peccato non moriantur. Et præcipue cum mori actu non sit directe pœna originali peccato respondens, sed necessitatis moriendi, secundum illud apostoli ad Ro. 8. corpus quod corruptum est propter peccatũ. i. necessitati mortis addictum, vt Augustin. exponit, potest autem contingere, ꝙ aliqui habeant necessitatem moriendi, qui tamen nunquam morientur diuina virtute mortem prohibẽte. Sicut potest contingere, ꝙ graue generatum deorsum non feratur, propter aliquod impediens. ¶Ad secundam respondetur negando minorem, dico. n. ꝙ baptizatus aliquo modo habet peccatum originale, scilicet quantum ad id, quod materiale est in eo. peccatum. n. originale opponitur iustitiæ originali per quam superior pars animę Deo coniungebatur, & inferioribus viribus imperabat, & corpus absq; corruptione poterat conseruari, per baptismum vero tollitur peccatum originale, quantum ad hoc, ꝙ datur gratia per quam superior pars animę, Deo coniungitur. Non autem datur animæ virtus, per quam posset conseruare corpus absque corruptione, aut per quam possit superior pars animæ conseruare inferiores vires absque omni rebellione, vnde manet post baptismum, & necessitas moriẽdi, & concupiscentia, quæ est materiale in peccato originali, & sic quantum ad superiorem partem animæ percipiat baptizatus nouitatem Christi, sed quantum ab inferiores animę vires, & ipsum corpus remanet adhuc vetustas, quę est ex Adam, manifestum est, quòd homo baptizatus non generat secundum superiorem partem animę, sed secundum inferiores, & secundũ corpus, & ideo baptizatus non transfundit in prolem nouitatem Christi, sed vetustatem Adæ. quare Ansel. dicit, ꝙ omnis homo generans, qualiscũque est, in persona tamen est natura, quia in lege concupiscẽtiæ Adæ generat, & hoc vt dicit Alb. mag. vocat apostolus portare imaginem Adæ terreni parentis. ad Ro. 5. propter hoc ergo licet baptizatus non habeat peccatum originale inquantum est culpa, transmittit tamen originale in prolem. ¶Ad tertiã respondetur negando, dr̃. n. ꝙ sicut peccatum Adę traducitur in omnes, qui ab eo corporaliter via seminali generãtur, ita gratia Christi traducitur in omnes, qui ab eo generantur spiritualiter per fidem, & baptismum, & ꝙ plus est non solum ad remouẽdum culpam primi parentis, sed etiam ad remouendum peccata actualia, & ad introducendum in gloriam, vt. j. e. dist. c. per aquam. ¶Ad quartam respondetur, ꝙ in illo casu quo aliquis formaretur ex carne humana miraculose non per seminalem rationem, talis non contraheret peccatum originale, quia peccatum originale non pertinet ad naturam humanam absolute, sed secundum ꝙ deriuatur ab Adam per viam seminalem, dictum est autem supra circa quęstionem pręcedentem, ꝙ peccatum originale à primo parẽte traducitur in posteros, inquantum mouentur ab ipso per generationẽ, sicut mẽbra mouenẽ ab aĩa ad pc̃m actuale, non aũt est motio ad gñationem per virtutem actiuam in genaratione, vnde illi soli peccatum originale contrahunt, qui ab Adam descendunt per virtutem actiuam in generatione originaliter deriuatam ab Adam, quod est secudum seminalem rationem ab eo descendere, nam ratio seminalis nihil aliud est, quam vis actiua in generatione. Si autem aliquis formaretur virtute diuina ex carne humana manifestum est, ꝙ vis actiua non deriuaretur ab Adam, vnde non contraheret peccatum originale, sicut nec actus manus pertineret ad actum humanum, si manus non moueretur à voluntate hominis, sed ab aliquo extrinseco mouente. ¶Ad quintam respondetur iuxta S. Thomam in prima secundæ, & in quæstionibus de malo, negando consequentiam. dicimus. n. ꝙ in illo casu, quo Eua peccasset non peccante Adam filij, qui nascerentur tunc non contraherent peccatum originale, quia peccatum originale, vt dictum est contrahatur per virtutem mouentem ad naturam humanam, quę est in semine maris secũdum philosophum qui principium actiuum generationis attribuit mari. Materiam autem mater ministrat, vnde peccatum originale non cõtrahitur à matre, sed à patre, & ideo quamuis Eua primo peccauit, signanter tñ dicit apostolus, ꝙ per vnum hominem peccatum intrauit in mundum. ¶Est tamẽ hic notandum, ꝙ vt dicit Albertus magnus Anselmus dicit, ꝙ si Eua sola peccasset, & non Adam, peccatum, vt personale in sola ipsa remansisset, & Deus de corpore Adæ aliam mulierem fecisset, per quam per commistionem cum

Opponit in contrarium. | Respondet. S. Thom. | Ad primum argu. | S. Thomã | Augu. | Ad secũm. | Ad tertium | Ad quartum | Ad quintum. S. Thom. | Alb. mag.

Adam propositum Dei de multiplicatione hominum perficeretur. Præterea dixerunt aliqui antiqui, vt præpositus,

Guiliel.

Guilielmus Antisiodoren. & ita S. Thom. visum est prius in secundo sentētiarum, ꝙ si mulier sola peccasset, & Adā de ea filios genuisset, ꝙ illi filij passibilitatem, & defectus corporales contraxissent, non autem originalem culpam, vel defectus, qui sunt ex parte animæ, sed de hoc S. Tho. in prima secundæ dicit, quòd non videtur conueniens rō, immortalitas. n. & impassibilitas primi status non erant ex naturæ conditione, sed ex originali iustitia, per quā corpus subdebatur animæ quādiu anima esset subiecta Deo, defectus autem originalis iustitiæ est peccatum originale. si ergo Adam non peccante peccatum originale non trāsfunderetur in posteros propter peccatum Euæ, manifestū est, ꝙ in filijs non esset defectus originalis iustitiæ, vnde non esset in eis passibilitas, vel necessitas moriendi. Præterea, vt arguit idem doctor in quæstionib. de malo. Si Adā non peccasset transfudisset iustitiam originalem in posteros, ad quam pertinet, quòd non solum anima subdatur Deo, sed etiam corpus subdatur animæ, per quod excluditur passibilitas.

Albe. mag.

Albertus vero magnus in secunda parte cōcordat dicēs, hoc dictum esse probabilius propter verbū Augus. qui dicit, quòd diuinæ iustitiæ non congruit, quod eos teneat pœna, quos ad pœnam non obligat culpa, vnde iniustum videtur, quòd à matre reciperent fœditatem pœnalem, qui non recipiunt culpam. ¶ Ad sextam responde-

Ad sextum. S. Thom.

tur, vt dicit S. Thō. in 2. ꝙ hoc non posset esse, vt concupiscentia habitualis, quæ in deordinatione virium animæ cōsistit tolleretur ex toto, nisi natura penitus reintegraretur, & hoc quidem nulli dubium est, quin Deus facere posset, & si hoc fieret proculdubio geniti sine originali nascerentur. Nos autem non disputamus an diuino miraculo possit fieri, vt aliqui nascerentur sine originali peccato, sed an cōfitendum sit cum Augu. in præsenti c. ꝙ omnis homo, qui ex concubitu maris, & fœminæ concipitur, obnoxius originali peccato concipiatur, vt visum est.

11 Ad tertium Sic proceditur. † Et videtur, quod B. virgo non includatur sub ista vniuersali propositione de peccato originali, & ita videtur, ꝙ ipsa non sit concepta in peccato originali. ¶ Et primo sic.

Primum ar.

B. Maria excepta est ab illa vniuersali propositione, quæ de peccatis actualibus loquitur. in qua dicit August. in lib.

Augusti.

de fide ad Petrum. firmissime tene, & nullatenus dubites, iustos, atque sanctos homines exceptis his, qui baptizati paruuli sunt sine peccato hic neminem viuere posse, ergo pari ratione intelligenda veniet exclusa ab vniuersali illa Aug. quæ de originali loquitur in cap. præsenti. consequen-

Scd'm arg.

tia patet à simili. ¶ Secundo sic. B. Virgo Maria fuit immunis à peccato mortali veniali. ergo, & ab originali. cōsequētia patet, quia peccatū originale videtur grauius, & maius, tum quia non compatitur secum gratiam, quod non facit veniale, tum quia peccato originali debetur pœna æterna, veniali autem tātum temporalis. ¶ Tertio sic. virgo Maria

Tertium ar.

potuit à Deo præseruari ne contraheret originale peccatū & decuit ita fieri, ergo de facto non incurrit, cōsequentia videtur nota, & antecedens etiā patet. tum quia hoc contradictionem non implicet possibile est, & cum Christi dignitati derogare non videtur, decēs esse videatur, ergo &c.

Quartū ar.

¶ Quarto sic. B. virgo fuit exclusa ab illa vniuersali maledictione, qua dictum est mulieri. Gen. 3. in dolore paries filios, ergo & ab illa de contractione originalis peccati. Antecedens patet. consequentia probatur, quoniam illa maledictio data mulieri fuit in pœnam originalis peccati.

Quītum ar.

¶ Quinto sic. perfectissimus redemptor, & mediator habuit perfectissimum actum mediandi, & redimendi circa personā, qua maxime mediat, sed Christus fuit perfectissimus mediator, & redemptor, ergo habuit circa B. virginē circa quā maxime mediauit actum mediandi, & redimendi perfectissimum, & possibilem illi circa quā mediauit, sed actus perfectissimus redimendi requirit in redempto præseruationem ab omni peccato, & actuali, & originali, ergo dicendum est, ꝙ Beata virgo fuit præseruata ab oī peccato. ¶ Sexto sic. B. Maria fuit exclusa ab illa vniuersali, qua

Sextum ar.

dictum est Adæ pro se, & ab eo descendentibus, puluis es, & in puluerem reuerteris, ergo, & ab ista de contractione originalis peccati. Antecedens patet, quoniam corpus B. Mariæ virginis, vt omnium fidelium pietas tenet, non fuit incineratum, sed assumptum in cœlum cum aīa, consequētia ꝓbatur, quia corruptio in incineratione pœna fuit ori-

Septimū ar.

ginalis peccati. ¶ Septimo sic. filius Dei nō venit legem soluere, sed adimplere. Matt. 5. sed præceptum fuit in lege honorare parentes. Exod. 12. honora patrem tuum, & matrē tuam. Ergo filius Dei debuit quātum potuit, & decuit honorare matrem suam, ergo à contractione originalis pec-

Octauū ar.

cati debuit eam præseruare. ¶ Octauo sic, B. virgo dr̄ sponsa Dei dilectissima, speciosa, sine macula, stella præfulgida, filia Dei, mater altissimi, sed hæc non videntur posse cōuenire ei, si in tenebra, & macula originalis peccati à natura filia iræ cōcepta est, dicit. n. apostolus 2. Cor. 6. non est participatio iustitiæ cum iniquitate, aut quæ societas lucis ad tenebras, &c. ergo videtur, ꝙ B. virgo nulli vnquā fuit ob-

Nonum a

noxia culpę. ¶ Nono. non celebratur festum, nisi de aliquo sancto, sed quidā, & multi festum conceptionis B. virginis celebrant, ergo vr̄ ꝙ in ipsa sua conceptione fuerit sancta.

Decimum arg.

¶ Decimo sic. dicit Au. in li. de natura, & gr̄a. excepta hac S. V. Maria de qua propter honorem dn̄i nullam prorsus, cū de peccatis agitur volo habere quæstionē. inde. n. scimus, ꝙ ei plus gratię collatum est ad vincēdum ex oī parte peccatum, quę illum cōcipere, & parere meruit, quem cōstat nullum habuisse peccatum, ex qua authoritate vr̄ colligi,

vndecimum argu.

ꝙ B. virgo nullum vnquā habuit peccatū. ¶ Vndecimo ab aliquib. arguit sic, dicit Au. in li. de quinq; hęresib. loquēs in persona filij virginis, si potuit inquinari mater mea dū ipsā facerē, potui ego inquinari, cū ex ea nascerer, sed cōsequēs est falsum, ergo & antecedens. ¶ Duodecimo sic dr̄

Duodecimum ar.

Ans. li. de cōceptu virginali. decuit inqt, ꝙ cōceptio illius hoīs de matre purissima fieret. nempe decēs erat, vt ea puritate niteret, qua maior sub Deo nequit intelligi, sed talis non videtur fuisse, si concepta fuisset in originali peccato.

Opponit in cōtrarium.

ergo &c. ¶ In oppositū est tex. cap. præsentis, in quo sub illa vniuersali propōne. Hu. in gl. & Arch. B. Virginē includūt. Præterea sunt oēs sacrę scripturæ authoritates, quæ inductæ sunt in quæstione præcedenti. In quibus vl'r dr̄, oēs in Adā peccasse, & ex hoc egere gloria Dei, & ꝙ in oēs peccatū Adę trāsiuerat, qui ab eo per seminalē propagationē descenderunt. Quæ oēs propositiones redduntur falsæ, vt vr̄, si virgo Maria cum per seminalem propagationem ab Adam descendit, peccatum originale non contraxerit, vl'is. n. propositio non est vera, cuius aliqua particularis nō est vera, sed falsa. Ceterum inducētur 11. ar. pro hac parte sicut duodecim inducta sunt ꝓ alia parte. Et primo sic so-

Prima op.

lus Christus in tota humana gn̄atione fuit immunis à peccato originali, ergo hoc non conuenit B. Mariæ virgini. cōsequentia est nota. Antecedēs colligitur ex multis locis, & authoritatib. sanctorum patrum exponentiū sacrā scripturā. Primo ex gl. Greg. super illud Iob. 9. quis pōt facere mūdū de immundo cōceptū semine? non ne tu qui solus es? Itē ex gl. super illud sapiētiæ. 7. speciosior est sole, & super oēm dispositionē stellarū inuenitur prior. itē ex gl. super illud Can. 5. dilectus meus electus ex milib. itē ex gl. Hyero.

Hierony.

super psal. 21. erue à famea Deus vnicā meā. Itē ex gl. super illud Mat. 5. hic est filius meus dilectus. Itē ex gl. super illud Ioā. 1. ecce agnus Dei, qui tollit peccata mūdi. Ex quibus aperte colligit̄, ꝙ solus Christus conceptus fuerit sine peccato originali. vnde Aug. li. 10. de baptismo paruulorū in-

Augustin.

qt, nec dubitandū est eis, qui diuina scripta fideliter legūt, fideliter audiūt, fideliter tenēt, ꝙ ab illa carne, q̄ prius voluntate peccati facta est caro peccati, deinceps per successionē trāseunte in oēs p̄scriptione iniquitatis, & mortalitatis, caro sit propagata pc̄ī, excepta similitudine carnis peccati. Itē ibidē teneamus inclinabilē cōfessionem, qđ solus vnus est, qui sine pc̄ō natus est in similitudine carnis peccati. Coronata aūt regula in iure est, ꝙ illud, ꝙ de vno tm̄ negatur, de oībus alijs cōceditur, vt in ca. qualis. dist. 25. cū ibi allegatis, & ext. de obserua. ieiu. c. conciliū. dicit glo. ex quo excipit tm̄ de istis, ergo de oībus alijs intelligēdū est. cum ergo de descendentib. ab Adam solus Christus excipiatur à cōtractione originalis peccati, sequitur, ꝙ omnes alij descendentes ab Adam intelligēdi sunt cōtraxisse peccatum originalē. ¶ Secūdo arguitur authoritate sacræ scri-

Scd'a opp.

pturæ ex illo Eccl. 7. virum vnum de mille reperi. mulier ē aūt ex oīb. non inueni, vbi gl. ord. dr̄. virū. s. Christū de mille. s. sanctum, quam glossam prosecutus dominus Hug. cardinalis S. Ro. ecclesię prim⁹ postillator Bibliæ, & magister Parisiē. ita dr̄, hoc exponitur de Christo, qui solus extra illā vniuersitatē est, qua dr̄ ad Ro. 3. omnes in Adam peccauerunt, &

runt,& egent gloria dei,qui omnino peccatum non fecit, nec habuit.virum de mille.i.Christum, qui est caput omnium bonorum & super omnes bonos, qui significantur per millenarium,qui perfectus est numerus,mulierē autem ex omnibus non inueni, quæ aliquid muliebritatis non haberet,saltem originaliter.Beata autem virgo originale habuit.hæc ille. Ad idem est magister Garricus in postilla sua super eūdem passum,ita dicens. mulierem ex omnibus non inueni,quia nulla fuit absque peccato originali.eodem modo exponit dominus Iacobus de Losanna episcopus,& magister Pariensis in postilla sua, qui ita formaliter dicit.inter omnes viros vnum solum inueni omnino mundum ab omni concupiscentia.s. Christum, sed inter mulieres nullam. quia beata Virgo infecta fuit peccato originali.¶ Tertio arguitur angelico testimonio iuxta expositionem sanctorum doctorum ex illo Lucæ primo,vbi angelus ait beatissimæ virgini spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. vbi glo.ordi. quæ dicitur esse B.Ambro. vel venerabilis Bedæ ita habet superueniens spiritus sanctus in virginem, & mentem illius à sorde vitiorum castificauit. vt cœlesti digna partu,& in vtero eius redemptoris corpus sua operatione sine virili semine creauit de carne virginis. item Aug.tractans idem verbum contra Maximinum hæreticum primo li.c.21.ita dī.non.n.Deus habitat in homine, quem non ante spūs sanctus sanctificauerit, atque purgauerit.denique,& ad Mariam illam beatam,virginem dicebatur. spūs sanctus sup veniet in te, vtique ad sanctificandum,& purgandum.hec Augu.Et multi alij doctores sancti,& expositores sacræ scripturæ, vt Damas.Gregorius, Bernardus.Hugo de sancto Victore.exponunt simili modo,quorum sanctorum doctorum, & venerabilium patrum dicta magister sentētiarū,& alij,qui in scholis theologiæ splendidiores fuerūt exponunt de purgatione quarūdam reliquiarum peccati originalis.i.fomitis à quibus beata virgo in ipsa superuentione spiritus sancti in conceptione filij Dei dī purgata. vnde magister sentētiarum in 3.di.3.ita habet.super Mariam quoque totam in eam sup ueniens spūs sanctus à peccato prorsus purgauit,& à fomite peccati liberauit,vel fomitem ipsum pœnitus euacuando,vt quibusdam placet,vel sic debilitando, & extenuando,vt ei postmodum peccādi occasio nulla extiterit. istas glossas sanctorum prosecutus etiam dominus Hugo cardinalis,ita dicit in postilla sua super Lucam, obumbrabit tibi.i.refrigerabit in te fomitē extinguendo.similiter exponit dominus Albertus super Lucam pari modo S. Th. qui super tertiū sententiarum dis.3.ita dī.dī obumbrabit tibi ad significandum omnimodam extinctionem fomitis,quia per aduentū filij Dei in ipsam oēs reliquiæ fomitis ab ipsa extirpatæ sunt. & hæc extirpatio obūbratio dī, sicut fomes incendium.vmbra autem contra æstum refrigerium præstat,& ita multi alij doctores exponunt,quib. omnibus consideratis apertissimum videtur colligi testimonium ex præfato angelico dicto,ꝙ Beata Virgo in cōceptione sua habuit originale peccatum,cum fomes ipse, qui in sanctificatione secunda per superuentionem spūs sancti in conceptione filij Dei dī esse in ea omnino extinctus materialiter sit ipsum peccatum originale. vt supra circa proximum c.e.dist.dictum est. ¶ Quarto arguitur testimonio ipsius beatissimæ virginis.dī.n.ipsa Lucæ primo magnificat anima mea dominū,& exultauit spūs meus in Deo salutari meo,gl.interli.i.saluatore meo.Et Hugo de S.Victore super Matt.exponit sic. totius ꝑcordis exulto,video namque de me assumi,quod credo pro me deberere offerri.vnde beatus etiam Augu.in sermone de assumptione Beatę Virginis,qui incipit,si omniū membra verterentur in linguas,sic de ea loquitur.hæc.n. mirabili, & ineffabili modo omnium,suum & peperit saluatorem.cū ergo ipsius B.Virginis testimonio ipsa sacratissima virgo Christum habuit Saluatorem communem,cum alijs hoībus manifeste ex eius testimonio arguitur,quod ipsa alicuius peccati ęgritudine fuerit quandoque infirmata, nō actualis, vt omnium fides habet. ergo originalis, consequentia patet,quoniam licet saluatio extensa proprietate vocabuli quādoque possit dici reatu mali,nō habiti actu. sed possibilis haberi.saluatio tñ,quæ per Christū facta est ꝑ solutionem sanguinis sui,& medicamentū mortis suæ, non potest accipi nisi respectu mali,siue ęgritudinis iam habitæ in eo,qui saluari actu dī.ita ꝙ infirmitas, siue ęgritudo peccati præsupponitur inesse oī ei,qui per Christū saluatus esse dī. Quod Augu.lib.de natura, & gratia manifeste ostendit,vbi disputans contra hæreticum negantem paruulos contrahere originale peccatum, dicentem tamen eos esse saluatos per Christum ita dī. videte quæso quomodo nesciens nitatur euertere medicinalium eloquiorū verus saluberimas.Ego dixi domine sana aīā meā, quia peccaui tibi, quid sanatur, si nihil est vulneratum, nihil sauciatum,aut vitiatum. porro si est, quod sanetur vnde vitiatum est.Et infra eo.c.Cum illo potius obsecro disputa si potēs,qui dixit.non est opus sanis medico, sed ęgrotantibus.Non veni vocare iustos,sed peccatores.vbi iustos vtique sanos,peccatores autem appellat ægrotos, cernis ne quo tendat,& quo magis se porrigat hæc disputatio,vt oīno frustra putetur dictum,vocabis nomen eius Iesum,ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorū. quomodo.n.saluum faciet,vbi nulla est ęgritudo. sequiē ò frater bonum est,vt memineris,te esse Christianū, crede ista.hæc Augustin.& ita patet, quod cum Beata Virgo sit de numero saluatorum per Christum,quod necesse sit de numero eorum,qui peccati ægritudinem prius habuerunt,sed nō actualem,ergo originalem. ¶ Quinto arguitur testimonio B.Augu.dicentis libro secundo de baptismo paruulorū sic.solus ergo ille, & iam homo factus manens Deus paccatum nullum vnquam habuit,nec sumpsit carnem peccati,quamuis de materna carne,quod.n. carnis inde suscepit illud profecto suscipiendo mundauit. ecce apertum testimonium Augu.quod solus Christus nullum vnquam peccatum habuit,& quod Beata virgo Maria fuit caro peccati,& ita per consequens,quod originale contraxit,quia caro peccati caro dī obnoxia peccato, siue ipsum peccatum natum in carne secundum illud supra e. dist.c.proxi.vbi dī Augu.per baptismum Chri. id agitur, vt caro peccati euacuetur. ¶ Sexto arguitur eiusdem Augusti.testimonio ꝙ supra psal.34. tractans illud,ego aūt cū mihi molesti essent,induebar cilicio,vbi introducens illud apostoli ad Roman.8. misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati, vt de peccato damnaret, peccatum in carne.dī.sic ciliciū forte appellat suæ carnis mortalitatem,quare cilicium est propter similitudinem carnis peccati.vt de peccato damnaret peccatū in carne. hoc est filium suum inducit cilicio,vt de cilicio dānaret edos non quia peccatum erat. non dico in verbo Dei, sed nec in ipsa qdem aīa,sed nec in ipso corpore peccatum vllum erat,sed sīitudo carnis pctī erat in dño, qa mors non est nisi de peccato,& vtique corpus illud mortale erat.Et.ꝫ. ergo sic dī mors peccatum, quæ factæ est peccato.qūo dī lingua græca,lingua latina,non ipsum membrum carnis, sed quod fit per membrum carnis.sic ergo peccatum domini,quod factum est de peccato, quia inde carnem assumpsi de massa ipsa,quæ mortē meruerat. ex peccato &. .n.vt celerius dicam Maria ex Adam mortua propter peccatum,Adam mortuus propter peccatum,& caro dñi ex Maria mortua propter delenda peccata,hoc cilicio se induit dñs,& ideo nō est agnitus,qa sub cilicio latebat. hæc Au.si ergo,vt ait Au.B.Virgo mortua est propter peccatū, sed non ꝑꝑ actuale.ergo propter originale.Et ita id,quod prius. ¶ Septimo arguitur authoritate Eusebij emiseni in sermone secūdo natalis dñi,ꝙ incipit.nostis charissimi,ꝙ loquens ad Beatam Virginem ita inqt. Sanguinem de corpore tuo accepit,ac de te sumpsit.vnde ēt pro te soluat. à peccati.n.veteris nexu nō est immunis,nec ipsa genetrix redemptoris.solus ille licet ex debitrice nascatur lege, tamē veteris debiti non tenetur.hæc ille testimonium hoc apertissimum est. ¶ Octauo arguitur testimonio Leonis papæ in sermone dñicæ natiuitatis,ꝙ incipit. semper qdē dilectissimi.vbi sic ait.In hac natiuitate Chri secundum prophetam Dauid veritas de terra orta est,& iustitia &c. seqtur.terra.n.carnis humanæ,quæ in prima fuerat pręuaricatione maledicta in hoc solo Beatę Virginis partu germen edidit benedictū à vitio suæ stirpis alienū. ecce clarissimum testimonium,quod solus partus virginis,id est Xps fuit alienus à vitio stirpis suę,ergo non partus Annę, ꝙ fuit ipsa Beata vir. ¶ Nono arguitur testimonio B. Grego.ꝙ super Ezechielem homil.a octaua, ita inqu t. Quid .n.lumborum nomine nisi propago mortalitatis exprimitur,propter,quod ēt de leui dī. quod adhuc in lumbis patris

Garricus. Ia.de Los. Tertia op. Augu. Damascen. Grego. Bernard. H.de S.Vi. Hu.cardin. Albertus. S. Thom. Quarta op. Augu. Augu. Quinta op. Augu. Sexta op. Septim.op. Eusebius. Octaua op. Nona op. Grge.

patris erat, cum Melchisedech occurreret Abrahæ. de lũbis vero Abrahę virgo Maria exijt, in cuius vtero vnigenitus patris per spũm sanctum incarnari dignatus est. hæc Gregorius. Ex quo sic, arguitur. B. Virgo de lumbis Abrahæ exijt, & lumborum nomine ꝓpago intelligitur. ergo manifeste dat intelligere, quod ipsa sit in originali peccato concepta. dr̃. n. Augustin. super Ioannem homil. 5. Non .n. Christus inquinatus conceptus est, quia non de mortalitate conceptus est. Et contra Faustum li. 1. Caro Christi non erat caro peccati, quia non de traduce mortalitatis in Mariam per masculum venit. ergo cum Beata Maria vt inquit Gregorius de ꝓpagine mortalitatis venerit, manifeste colligitur, quod in originali concepta fuit. ¶ Decimo arguitur testimonio B. Anselmi, qui lib. cur Deus homo introducens discipulum eum interrogantem ita dr̃. licet ipsa eiusdem hoĩs, quẽ Deus assumpsit, conceptio mũda sit, & absque peccato carnalis delectationis: virgo tamen ipsa vnde assumpta est, in iniquitatibus cõcepta est, & in peccatis concepit eam mater eius, & cum originali peccato nata est, quoniam, & ipsa in Adam peccauit, in quo omnes peccauerunt. Hæc ille. Quo testimonio nullũ clarius. item idem Anselmus in eodem libro vere nanque mortuus est. s. Christus. quoniam si vere non fuisset mortuus, nõ fuisset vera fides mortis eius, per quam illa virgo de qua natus est, & multi alij mũdati sunt à peccato. ¶ Vndecimo arguitur authoritate B. Bernardi, qui virgini beatissimæ deuotissimus fuit, hic doctor hoc in multis locis expresse ponitur in sermone quodam ipsius dominæ nostræ, qui incipit: intrauit Iesus. item in sermone B. Ioann. Baptistæ, qui incipit. hodie dilectissimi dies &c. Item in sermone vigiliæ Natalis domini, qui incipit hodie. Item in epistola ad Lugdunen. canonicos, in qua epistola inter cætera dr̃. vnde conceptionis sanctitas &c. an dr̃ sanctificatione præuenta quatenus iam sancta conciperetur, ac per hoc sanctus fieret, & conceptus, quemadmodum sanctificata iam in vtero, vt sanctus sequeretur, & ortus, sed non valuit ante sancta esse, quam esset si quidem non erat antequam conciperetur, an forte inter amplexus maritales sanctitas seipsi conceptioni immiscuit, vt simul & sanctificata fieret, & concepta. Nec hoc quidem admittit rõ, quomodo nanque, aut sanctitas absque spũ sanctificante, aut sancto spũi societas cum peccato fuerit, aut certe peccatum quomodo nõ fuit, vbi libido non defuit, nisi forte quis dicat de spũ sancto, eam, & non de viro, conceptam fuisse. sed id hactenus inauditum. lego denique spũm sanctum in eam non ea venisse, dicente angelo. spũs sanctus superueniet, in te, & si licet loqui, quod ecclesia sentit, & verum ipsa sentit dico gloriosam de spũ sancto concepisse, non autem conceptam fuisse. Et infra, si ergo ante conceptum sui sanctificari minime potuit, quoniam non erat, sed nec in ipso quidem conceptu propter peccatum, qđ ĩnerat, restat, vt post conceptum in vtero iam existens sanctificationem accepisse credatur, quę excluso peccato sanctam fecerit natiuitatem, non tamen, & conceptionem, quamobrem, & si quibusdam, vel paucis filiorum hominum datum est cum sanctitate nasci, non tamen & concipi. vt vni seruaretur sancti prærogatiua cõceptus, qui omnes sanctificaret solusque absque peccato veniẽs purgationem faceret pecccatorum. hæc Bernardus. & multa alia ibi prosequitur, quæ plenius quis videre poterit supra di. 3. pronuntiandum. vbi quasi totam epistolam Bernardi interseruimus. ¶ Duodecimo arguitur testimonio, & rõne S. Thom. de Aquino, q̃ lumen ecclesię est sua doctrina. hic vero in 3. sententiarum d. 3. q. 2. sic dr̃. sanctificatio B. virginis ante infusionem aĩæ non fuit, nec esse potuit, quia nondum erat capax gratiæ, nec in ipso instanti infusionis, vt. s. per gratiam sibi infusam præseruaretur, ne culpam originalem contraheret. Christus. n. hoc habet singulariter in humano genere, quod redemptione nõ egeat, quia caput nostrum est, sed oĩbus conuenit redimi per ipsum. hoc autem esse nõ posset, si inueniretur aliqua anima, quę nunquam originali macula infecta fuisset, & ideo nec Beata virgini, nec alicui præter Christum hoc concessum est. Hæc S. Tho. Eadem sententia est in tertia parte, & in quarto eadem in quolibetis. eadem in quæstionibus disputatis de malo. ¶ Respondeo dicendum, quod circa hanc quæstionem duplex est modus dicendi. Quidam. n. dicunt Beatam virginem non contineri sub illa vniuersali propositione apostoli ad Rom. 13. omnes peccauerunt, & egent gloria Dei. nec sub illa vniuersali August. quam ponit in textu præsentis cap. quod omnis homo, qui per concubitum maris, & fœminæ concipitur, cum originali peccato nascitur. sed dicũt eã p̃seruatũ fuisse, ne pc̃tm originale cõtraheret. ꝓ quo modo dicẽdi inductæ sunt rõnes in principio q̃onis, & aliæ sĩles inducuntur q̃ tñ facile reducunt ad istas. ¶ Alius modus dicendi est, quod Beata virgo inclusa fuerit sub regula vniuersali textus præsentis, & ita cõcepta fuerit in originali peccato. qui modus dicendi videtur aliquibus ꝙ ab oĩbus sit magis amplectendus propter tria, quæ dominus Bonauentura Sanctæ Romanæ ecclesię Cardinalis doctor singularissimus, qui pro sui excellẽtia, & deuotione dictus Seraphicus doctor, de sacro ordine minorum ponit in tertio sententiarum dis. 3. videlicet, ꝙ iste modus dicendi est communior, & rõnabilior, & securior. communior, inquam, inquit ipse dominus Bonauentura est, quia fere omnes tenent id, quod beata Virgo habuit originale, cum illud appareat ex multiplici eius pœnalitate, quam nõ est dicere ipsam per assumptionem habuisse, sed per contractionem. hæc ille. plane verum dr̃ hic clarissimus doctor, quod hæc communior sit inter doctores, qui clarissimi in theologia floruerunt, quod apper tissimum erit, si quis voluerit excellentiorum doctorum tam scribentium super sententias, quam exponentium sacram scripturam dicta perquirere, reperiet quasi omnes hoc tenere, tenet. n. hoc magister sententiarum in 3. di. 3. in principio. Item venerabilis Hugo in libro sententiarũ suarum, & in libro de sacramentis. item Guilielmus Antisiodoren. in summa sua. Ad idem dominus Præpositus in summa sua. Ad idem est dominus Guilielmus cãcellarius Parisien. Ad idem magister Alexander de Halis. Ad idem magnus Albertus. Ad idem S. Tho. Ad idem ipse dominus Bonauentura Cardinalis. Ad idem dominus Petrus de Tarantasia. Innocentius quintus. Ad idem Henricus de Gandauo. Ad idem dominus Durandus. Ad idem dominus Petrus de palude. Ad idem dominus Egidius de roma. Et plurimi alij quos nos collegimus vsque ad numerum centenarium, quorum sententias, & loca annotauimus in forma in libro, quem de veritate conceptionis fecimus in minoribus constitutis Basileæ, dum ibidẽ sacrũ celebraretur concilium, pro facienda relatione in materia ista nobis per patres concilij imposita, quæ relatio licet nos tunc obtulerimus paratos ad illam faciendam in publica cõgregatione, sicut de hoc habitum fuit publicũ instrumentum, impedita tamen fuit, quia quibusdam in eodem concilio schismatis, & discordiæ patre diabolo ꝓmouente intentantibus plurima scandala dominis præsidentibus sanctæ memoriæ dñi Eugenij recedentibus, nos etiam oportuit recedere. tum ne præsentia nostra videretur fauere consilijs impiorum, tum superiorum meorũ mandato. præterea fuit etiam hæc sententia communis apud doctores clariores iuris canonici. vnde hmõi sentẽtiæ est Ioannes Theuthonicus in cap. pronuntiandum supra e. d. 3. Ad idem Bartholomeus Brixiensi. Ad idem Hugut. in glo. præsentis ca. Ad idem Arch. in præsenti ca. Ad idem magister Raymundus in titu. de ferijs. Ad idem Hostiensi. in summa in c. de pœ. & re. Ad idem Guielmus Durandi in speculo iudiciali in rubrica de ferijs. Ad idem Ioannes Andreas in c. conquestus. extra de ferijs. Ad idem Ioannes in summa. Ad idem multi alij, quos in præfato libro nostro collegimus. merito ergo dr̃ præfatus reuerendissimus Cardinalis Bonauentura, quod hic modus dicẽdi videlicet, quod Beata Virgo concepta fuerit in peccato originali tenendus erat, quia communior inter doctores. vnde Nicolaus de lyra exponẽs illud Lucæ 1. spũs sanctus superueniet in te. dr̃ sic superueniet in te, quia prius venerat spũs sanctus super virginem adhuc in vtero matris existentem eam ab originali purgando, vt communius dr̃. hæc ille. ¶ Secunda rõ quare hic dicendi modus videtur amplectendus, est dr̃ pręfatus doctor videlicet dominus Bonauentura, q̃a rõnabilior est, q̃a esse naturæ præcedit esse grãe, vel tempore, vel natura. Et propterea dr̃ Augu. quod prius est nasci, quam renasci. sicut prius est esse, quam bene esse. prius est animam vniri carni, quam gratiã dei infundi. si ergo caro illa infecta fuit, ex sua infectione nata erat animam culpa originali inficere, necesse est ponere, quod ante fuit originalis culpæ infectio, quam sanctificatio.

Aug.

Decima op. Anselm.

Vndecima oppositio. Bernar.

Duodecima oppo. S.Tho.

Respondet

Bonauent.

Magister sententiarum. Theologi.

Doctores canonicæ.

Nic. de lyr.

sanctificatio.hæc Bonauentura. ¶ Tertia via propter quã hæc via magis amplectenda videtur,vt dr̃ idem dominus Bonauentura est,quia est securior, quia vt inquit magis consona fidei pietati,& sanctorum authoritati, sanctorũ authoritati magis concordat pro eo, quod communiter sancti cum de ista materia loquũtur solum Christum excipiunt ab illa generalitate,qua dixerunt omnes peccauerunt in Adam.nullus autem inuenitur dixisse de his quos audiuimus auribus nostris,virginem Mariam à peccato originali fuisse immunem.hęc Bonauentura.vbi plurimũ attendẽdum est,quod doctor ita gloriosus,sicut iste,& sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalis,dr̃ se nunquam audiuisse auribus suis aliquem dicere Beatam Virginem immunem fuisse à peccato originali.quod vero dr̃, quod sancti de materia ista loquentes solum Christum excipiunt ab illa vniuersalitate,qua dr̃.omnes peccasse in Adam. manifestum est ex superioribus authoritatibus ĩductis pro hac parte.quod etiam patet testimonio B.Augu. qui secundo libro contra Iulianum prosequens authoritatem illã Pauli ad Roma.5.per vnum hoĩem peccatum in hunc mundum intrauit.dr̃ sic.propter quam catholicam veritatem sancti ac beatissimi diuinorum eloquiorum clarissimi sacerdotes,Herueus,Cyprianus,Reticius,Olympus, Hilarius,Ambrosius,Gregorius,Innocẽtius,Ioãnes,Basilius. quibus addo velis nolis Hieronym.vt eos omittam, q̃ nõ dormierunt aduersus nos proferunt oĩ hoĩm peccato originali obnoxia successione sententiam.vnde nemo. s. eorum sanctorum eruit.i.excepit,nisi quem sine lege peccati repugnantem legi mentis virgo concepit.hæc Augus. ecce qualiter sancti doctores communiter concordant solum Christum excipiendum esse ab ista generalitate,qua dicitur omnes in Adam peccasse. pietati etiam fidei modus hic dicendi magis concordat inquit præfatus dominus Cardinalis Bonauentura,pro eo,quod, si mater habẽda sit in reuerentia & magna erga ipsam habendam sit deuotio,multo magis est habenda erga filium. ex quo est ei oĩs honor,& gloria,& ideo qua hoc spectat ad excellentem dignitatẽ Chri. ꝙ ipse est oĩm saluator, & redẽptor & quod ipse oĩbus aperuit ianuam,& quod ipse pro omnibus mortuus est nullatenus ab hac generalitate Beata Virgo Maria excludenda est. ne dum matris excellentia ampliatur,filij gratia minuatur.& sic mater,prouocetur, quæ magis vult filium extolli,& honorari,quam seipsam vtpote creatorem, quam creaturam.huic ergo positioni adherentes propter domini nostri Iesu Christi honorem quæ in nullo preiudicat honori matris, dũ filius matrem incomparabiliter antecellit teneamus secũdũ quod communis opinio tenet,virginis sanctificationem fuisse post originalis peccati cõtractionem.vnde rationes hoc probantes concedendæ sunt.hæc dominus Bonauentura. sequendo ergo hanc viam,quam tãtus doctor dr̃, esse communiorẽ iter sanctę ecclesię patres,& doctores, & sanctorũ auctoritati magis cõcorde, ac fidei pietati magis cõsonam,& per consequens securiorem.¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam.quoniã ab illo vniuersali propositione,quæ de actuali peccato loquitur non solum Christum. sed ẽt Beatam Virginem excipit,vt habetur in libro de natura & gratia, & authoritate adducta in argumento decimo,de illa vero propositione vr̃i,qua dr̃ in cap.præsenti, quod omnes ab Adam descendentes per concubitum maris, & fœminę in originali peccato concipiuntur,nullum omnino excipit,vt patet ex superioribus.vnde ipse August.contra Iulianum,& ẽt de secunda blasphemia cõtra Pelagianos ita dr̃.omnes nos vulneratos esse peccato protoplasti,vas electionis probat cum dr̃.Non est distinctio.omnes. n. peccauerunt,& egent gloria Dei.dicendo omnes, nullum excipit.Et infra resistitis fundatissimæ fidei, vbi ait per vnũ hominem peccatum intrauit in mundum,& per peccatũ mors,& ita in omnes pertransiit, in quo omnes peccauerunt,& ita omnes oportet intelligi.Nũquid hæc falsa sunt quis hoc diceret,nisi diuinorum eloquiorum apertissim⁹ inimicus.¶ Ad secundam respondetur negando cõsequẽtiam.Et ad probationem cum dr̃,quod peccatum originale sit maius peccatum,negatur hoc assumptum.vt.n.ait B. Thom.in 2.sententiarum dist.33.q.4.inter omnia peccata minimum est originale.eo, quod minimum habet de voluntario.Non.n.est voluntarium huius personæ,sed voluntate principij naturæ tantum.peccatum autem actuale ẽt veniale est voluntarium voluntate personæ, in qua est.Nec obstat quod dictum est,quod originale non compatitur gratiã,quia priuatio gratiæ non habet rõnem culpæ,sed pœnæ,nisi inquantũ ex voluntate est, vnde vbi minus est de voluntario,minus est,de culpa. sir̃ etiã non obstat,quod secundo arguitur, quod peccato actuali veniali debeatur pœna temporalis,quia hoc est per accidens inquantum decedens in veniali tantum gratiam habet, virtute cuius pœna est purgatoria. si autem veniale peccatum sine gratia in aliquo esset perpetuam pœnam haberet.hæc S.Thom. ¶ Ad tertiam respondetur dupliciter. primo,quod licet de potentia absoluta possibile fuit Beatam Virginem,& etiam quemcunque præseruari,ne originale peccatum incurrisset,quia hoc secundum se cõtradictionem non implicat.nihilominus, vt quidam dicere volunt.de potentia ordinata,quæ cõsideratur secundum ordinem à diuina sapientia institutum, secundum quem ipse Dei filius omnium redemptor existeret, & Saluator non fuit possibile,quia talis præseruatus ab omni peccato Christi redemptione non indiguisset.sicut qui præseruatus esset ne captiuitatem incurreret redemptione non indigeret.Et qui præseruatus esset ab omni ęgritudine curatione medici opus non haberet.hoc autem in derogationem gloriæ Christi cessisset,de qua ad Ro. 3. dr̃ apostolus omnes peccauerunt,& egent gloria dei,de quo modo impossibilitatis videtur August.lib.de fide ad Petrum sic dicere,quia dum sibi inuicem vir mulierque miscentur, vt filios generent sine libidine non est parentum concubitus,ob hoc filiorum ex eorum carne nascentium non potest sine peccato esse conceptus.hæc August. ¶ Secundo respondetur,quod dato,quod fuerit possibile, quod Beata Virgo Maria fuerit præseruata,quod peccatum orignale non contraheret.negatur tamen,quod hoc decuerit,qa vt præfati doctores asserunt hoc derogasset dignitati Xp̃i, qui solus sine peccato fuit omnium redemptor & Saluator.vnde dominus Bonauentura Cardinalis vbi supra respondens ad hoc argumentum dr̃.quod licet Deus posset facere Beatam Mariam absque omni peccato immunem non tamen hoc decuit alteri concedere,nisi ei, per quem omnium facta est salus,videlicet domino Iesu Christo,vt non glorietur in conspectu eius omnis caro, sed ipsi soli, vt honor,& gloria in secula seculorum. hæc præfatus dominus cardinalibus.B.ẽt Thom.dr̃ consimiliter in tertia pte.ꝙ si aĩa Beatæ virginis nunquam fuisset contagio originalis peccati inquinata,derogaret dignitati Christi, secundum quam est vniuersalis oĩm Saluator. ¶ Ad quartã respondetur negando consequentiam. tum primo, quia non est idem siue simile de oĩbus propositionibus,siue regulis generabilibus.licet.n.ab aliquib⁹ excepta siue exclusa fuerit Beata Virgo,non tamen ab omnibus,vt seruetur integra dignitas Christi,& priuilegiorum eius illibata ꝓrogatiua.tum secundo,quia parere cum dolore respicit mulieres ex virili semine concipientes,à qua fuit excepta Beata Virgo Maria.Non quia ab originali peccato fuerit præseruata,sed quia non ex virili semine,sed mystico spiramine concepit.dolor.n.partus,vt dr̃ S.Thom.in 3.parte sequitur in muliere per commistionem virilem.¶ Ad qntam respondetur,quod rõ non procedit.tum primo quia eodem modo probaretur,quod nunquam aliquis contraxisset peccatum originale,quod est hæreticum dicere, ꝙ sic probatur,quia argumentum concludens virtute formæ concludit in omni materia,si ergo argumentum prædictum est de se validum, concludit in oĩ materia. arguamus ergo sic.perfectissimus mediator habuit perfectissimum actum mediandi,& redimendi circa personam, ꝓ qua maxime mediat.sed Christus est perfectissimus mediator.ergo habuit circa personas,circa quas mediauit,ꝑfectissimum actum mediandi,& possibilem illis, pro quibus mediauit.sed talis perfectissimus actus requirit in redempto præseruationem ab oĩ culpa, etiam originali, ergo omnes redẽptos præseruauit ab originali, quod est falsum.& ita manifestũ est,qud ratio ille nõ procedit.Nec valet si dicatur, quod circa Beatam virginem maxime mediauit,& non circa alios. tum quia hoc est petitio principij. debeat.n.probari, quod illo modo maxime mediauerit circa Beatam Virginem,quod eam præseruauerit à peccato origali.tum quia mediatio Christi ex parte sua ꝑfecta

Augu. Herueus. Cyprianus Hilarius. Ad primum arg. Augu. Ad secundum. S.Th. Ad tertium Augu. Bonauent S.Thomas. Ad quartum Ad quintum

fecta est, & quantum est de se maxime circa omnes mediauit, quia Dei perfecta sunt opera Deuteron. 33. Et præterea sicut ex parte virginis fuit possibile, quod præseruaretur ab omni culpa, et originali, sicut hoc fuit possibile ex parte aliorum. & ideo si argumentum factum pro Beata Virgine de virtute sua concluderet pariter et de alijs, sed hoc non est verum, ergo nec aliud. ¶ Secundo respondetur, negando tanquam falsum illam minorem propositionē. in qua dr̄, quod actus perfectissimus redimendi requirit in redēpto præseruationem ab omni peccato, & actuali, & originali; imo, qui talem propositionem accipit, vt dr̄ magister Ioānes de poliaco magister Parisien. in quolibet tertio, videtur ignorare, quid nomen mediatoris, ac redemptoris importat: & quod ita sit patet. primo quia mediatio non est nisi inter discordes. amici. n. & concordes mediatione, & arbitris non indigent. medium. n. non est nisi inter extrema, vt patet decimo Metaphysicę, & ideo non est opus mediatione inter Deum, & creaturam, nisi illa habeat discordiā ad Deum, & comparetur ad ipsum rōne extremi. Non est autem creatura Deo discors, & inimica nisi per peccatum secundum illud Esa. 54. iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum vestrum. Et glo. super illud ad Roma. 5. commendauit autem suam charitatem dr̄. iam nos diligēti Deo reconciliati sumus, cum quo ꝓpter peccatum inimicitias habebamus, & ideo nō est mediatio, nec est opus ea, nisi peccatum inter Deum, & hominē fuerit. vnde non fuit aliquis mediator inter Deum, & angelos sanctos. quare manifestum est, quod cum præseruatio à peccato peccatum tollat per consequens tollit mediationem. præterea secundo quod præseruatio tollat redemptionem, de qua loquimur, patet. licet. n. redemptio extensa proprietatate vocabuli possit dici respectu mali nondum habiti, sed possibilis haberi, redemptio tamen, qua quis dr̄ redemptus ꝓ pro sanguine Christi, de quo modo redemptionis loquimur in præsenti, non tamē pōt dici de eo, qui prius serui tuti non fuit subiectus. non. n. aliquis redimitur nisi ab illo cuius alias fuit, & modo non est. rem. n. quæ nūquam fuit mea, non possum proprie dicere redimere, sed emere. Rēēt, quæ semper fuit mea, non possum dicere proprie nec emere, nec redimere. vnde Ambrosius, & ponitur in glo. super illud Roman. 3. iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu dr̄ sic. notandum vero, quod rectè dr̄ nos redemisse non emisse, ipsius .n. ante per naturam fueramus, sed nostris delictis alienati sumus, quare cum homo, qui nunquā fuit subiectus peccato originali, aut actuali, nunquā fuerit nisi Dei, nec vnquam fuerit diaboli, cum homo non fiat diaboli nisi per peccatum, secundum illud Ioan. 8. qui facit peccatum seruus est peccati. talis homo præseruatus a peccato non pōt dici redemptus à Christo. vnde Beatus Zosimus Papa condemnans errorem Pelagij, & Cœlesti, negantium paruulos contrahere peccatum originale, vt Augu. inducit in epistola ad Optatū de origine animæ, vtitur hac maxima ita dicens. nullus enim nisi, qui peccati seruus, liber efficitur, nec redemptus dici potest, nisi vere per peccatum fuerit ante captiuus, sicut scriptum est. Si vos filius liberauerit vere liberi eritis. hæc ille. Item ad idem est Beatus Augu. in libro 1. de baptismo paruulorum, ita dicēs. quis audeat dicere non esse Christum infantium Saluatorem, nec redemptorem, vnde autem saluos facit, si nulla inesset ægritudo peccati. vnde redimeret, si nō sunt per originem primi hoīs venundati sub peccato. Et infra negant illos liberari, qui sub peccato nolunt eos esse fateri. nam vnde liberantur, si nulla seruitute tenentur astricti. Et beatus Greg. sexto moralium ad idem sic dr̄. dicunt nōnulli, qui sanos se suis viribus exultant, suisque meritis redemptos se esse gloriantur, quorum profecto assertio inuenitur sibimetipsis contraria, qui dum Innocentes se asserūt, & redemptos hoc ipsius in se redemptionis nomen euacuant, omnis nāque, qui redimitur ex aliqua proculdubio captiuitate liberatur. vnde ergo quilibet iste redemptus est, si prius nō fuit sub culpa captiuus. liquet itaque quia multum desipit quisque hæc sapit. hæc Greg. Ex quibus verbis tam beatissimi Zosimi Papæ, & B. Aug. quā B. Gregorij, euidētissime patet, quod quicunque dr̄ Bea. Virginem, & quemcunque alium sine peccato fuisse, semper euacuat in ea nomen, & rōnem redemptionis factæ per Christum. patet ergo, qḋ præseruatio ab omni peccato tollat redemptionem, reconciliationem, & mediationem. ¶ Ad sextam respondetur negando consequentiam. tum primo (quia vt respondendo ad quartam rationem dictum est) nō est simile de huiusmodi propositionibus, & de illa vniuersali, qua dr̄. omnes ab Adam descendentes ab Adam peccasse, ab illa solus Christus excipitur à sanctis. solus agnus sine macula; solus omnino Innocens, qui solus omnium aliorum maculas purgaturus aduenerat. tum secundo, quia, si rō procederet, Beatus Ioannes Euangelista, qui, vt dr̄ Beatus Tho. in 4. di. 44. à multis pie creditur gratia resurrectionis, & immortalitatis donatus, dicendus esset peccatum originale non contraxisse, quod tamen non est verum. ¶ Ad septimam rn̄detur multipliciter. primo quod rō illa non videtur facere ad propositum, quia cum Beata Virgo in tempore conceptionis suæ non fuerit mater Christi, nec filius Dei filius eius, cum pro tunc incarnatio filij Dei non esset facta, pro tunc currebat lex de honoratione parētum. ¶ Secundo respondetur, quod eodem modo argueretur sicut dr̄ B. Bernardus de honoratione aliorum parentum Christi, & ita plures deberēt dici præseruati à peccato originali, vt puta aui, & auiæ, à quibus Christus secūdum carnem descendit, quod tamen non est dicēdum aliquo modo. ¶ Tertio respondetur, quod tali honore honorare B. Virginem non decuit, vt. n. dr̄ domnus Bonauentura vbi supra in solutione vnius argumenti. nō omnis honor, qui attribuitur filio attribuendus est matri. quia sic non esset filium honorare, sed potius contumeliam facere, dum honorem sibi soli debitum, quis alij tribueret, & qu a hic honor immunem esse ab omni peccato tam originali quam actuali solius filij Dei est. quia solus conceptus est de spū sancto, & natus de Virgine, ideo virgini attribuendus non ē. sufficiunt. n. virgini aliæ dignitates, quas sibi filius communicauit, & dedit in quibus excellit omnes humanas laudes, & deuotiones, & ideo non oportet nouos honores confingere ad honorem virginis, quæ nō indigēt nostro mendacio, quæ tātum plena est veritate. hæc ille. ¶ Ad octauam respondentur negando consequentiā ratio quia ista non contradicūt, imo stāt bene simul, prius .s. habuisse in conceptione sua originalem maculam, & parū pōst sanctificatione suscepta, fuisse speciosam, & purissimam, sine omni macula. secundum illud Prouerb. 25. aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum. Quod Gilbertus in sermone natiuitatis domini nostri de Beata Virgine exponit dicens. habuit si quidem beata virgo rubiginem originalis peccati, quæ contrahitur de vetustate primæ culpæ Adæ, quæ igne spūs sancti purgata fuit & tunc purissimum illud vas permansit, quia nec lutum actualis, nec puluerem venialis postmodum habuisse creditur. hæc ille. Eodem modo exponit hanc authoritatem Iacobus Lausanen. eps in sermone Sanctæ Marię virginis. Præterea simul stat, quod aliquis primo tenebris peccati obnoxius sit, & post gratia sanctificationis suscepta non solum stella præfulgida, sed lux esse dicatur, secundum illud ad Ephesio. 5. eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. cæterum stat, quod beata Maria virgo in conceptione sua, tanquam filia Adæ concepta fuerit filia irę & postmodum sanctificationis benedictione suscepta filia Dei, & Christi sponsa dilectissima sit. vnde etiam omnes aliorum animæ licet peccatū aliquod habuerūt actuale, aut saltem originale. sponsæ tamē Christi dicuntur, de quibus dr̄ Apostolus 2. ad Cor. 11. despondi. n. vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Et cuilibet earum illud dicitur Cantic. 4. tota pulchra es amica mea, & macula non est in te &c. Quod inducebatur ex apostolo, qḋ non est participatio iustitiæ cū iniquitate &c. Non est ad ꝓpositum, vt de se patet. Licet. n. cōtraria eidem subiecto simul inesse non possunt. diuersis tamen temporibus bene possunt, cæterum licet non cōueniret, quod futura mater Dei ex merito proprie actionis aliquod in se peccatum haberet, quod Deo displicibile esset, siue odiosum, non tamen derogare videtur dignitati eius, quod ex origine, & maxime parua morula aliquod simile contraxerit rōnibus supra positis. ¶ Ad nonam respondetur negando consequentiam quoniam, vt dr̄ Sā. Thomas in 3. per hoc quod ab aliquib. festum conceptionis beatæ Mariæ celebratur, non datur intelligi, quod in sua conceptione fuerit sancta, sed quia quo tempore sanctificata fuerit ignoratur, celebratur festū sanctificationis eius, potius quam conce-

Ioā. de po. — Ambro. — Augu. — Greg. — Ad sextam — S. Tho. — Ad septim. — Bernard. — Bonauent. — Ad octauū — Gilbertus — Iac. de lau — Ad nonam

Ad [decimũ] conceptionis in die conceptionis ipsius &c.¶ Ad decimã respondetur, quod authoritas illa cum loquatur de peccato actuali, & non originali. vt patet ex circunstantijs, & serie istius literæ ad propositum non facit, conceditur.n.ꝙ ab omni actuali peccato immunis fuit. non tamen ab originali, quia hæc solius Christi prærogatiua fuit. ¶ Ad vndecimum respondetur, quod falſe inducitur authoritas

Ad vndecimum.

August. imo authoritas ipsa plene, & veraciter inducta facit pro parte contraria. vnde sic est authoritas, dr̃ tibi Manichee Deus creator hoĩs. quid est, quod te promouet in meam matrem, non sum libidinis conceptus cupiditate, ego matrem de qua nascerer feci, ego meo viam itineri præparaui atque mundaui. hæc quam despicis mater mea est, sed mea fabricata est manu. si potui inquinari cum eã facerem, potui ex ea inquinari, cũ ex ea nascere, sicut trã situ meo illius non est corrupta virginitas., sic mea nõ est violata maiestas. Et ita patet, quod authoritas illa non facit ad propositum inducentium eam, sed magis ad propositum, cum ait, viam itineri meo præparaui, & mundaui. mundatio quidem non est nisi eius, qui aliquam sordem prius habuit. ¶ Ad duodecimam respõdetur, quod authoritas dicta Anselmi non videtur facere ad propositum. tũ primo, quia Anselmus in illa authoritate loquitur non de puritate, quam Beata Virgo habuit in sua cõceptione, sed de puritate quam habuit in cõceptione filij Dei. prc quo tempore perfectissimum gradũ puritatis adepta est, quia nõ solum ad omni peccato sicut fuit à tempore sanctificationis primæ in vtero, verum etiam à fomite peccati pura fuit, quæ maior puritas fuit, quam quæcunque alia, quę sub Christo deo rationabiliter intelligi potest. sed ex hoc non sequitur, quod prius originale non habuit plane sicut stat, quod habuit quandoque rubiginem, nunc sit purissimum, ita stat, quod virgo Maria contraxerit originale in conceptione sua, & tamen in sanctificatione sua puritatem habuit illam, qua maior sub Deo nequit intelligi. Et quod ita sit mens Beati Anselmi patet ex ipso ca. inducto. Et ex inductis authoritatibus supra inductis B. Anselmi, in quibus apertissime docuit, beatissimam Virgin pec cato originali fuisse cõceptam. Quod vero authoritas p̃fata non faciat ꝓ inducentibus eam, sed magis ꝓ parte cõtraria, potest aperte videri ex responsione, quam dat ad eam præfatus dominus Bonauentura in 3.d.3. dr̃.n. sic qđ

Ad duodecimum.

Bonauent.

cum obijcitur, quod virgo Maria purissima fuit. dicendũ, quod tria sunt attendenda in ista authoritate. primo, quia dr̃ sub Deo, & in hoc innuit, quod defuit à puritate Christi, & ideo aliquam maculam habuit, vel originalem, vel actualem, non actualem, ergo originalem. aliud attendendum est, quod dr̃ quod maior nequit intelligi. s. rationabiliter. illud.n. dr̃ intelligi, quod rationabiliter cogitatur, illud non rationabiliter cogitatur, quod nata de voluptate viri careat originali peccato. postremo attendẽdum, ꝙ dr̃, quod de matre purissima facta est illa cõceptio, in quo innuit, quod hęc summa puritas est ponenda in ea proſeo tempore, in quo concepit filium Dei, & tunc omnino purissima, & mundissima fuit, & ideo non potest caruisse originali culpa. Hæc ipse dominus Bonauentura.

13 Ad quartum Sic proceditur. † Et videtur, quod decedentes in solo originali peccato sicut paruuli puniantur in alia vita pęna sensibili. ¶ Primo sic. Ex textu præsentes ca. vbi dicit Augustinus firmissime tene, & nullatenus dubitas paruulos, qui sine sacramẽto baptismatis de seculo transierunt, æterno supplicio puniendos sed suplicum pœnam sensibilem nominat, ergo paruuli, qui pro solo originali punientur, pœnam sensibilem sustinebunt. ¶ Secundo sic. maiori culpæ debetur maior pœna. sed originale maius peccatum, quam veniale. quia plus habet de auersione, eo quod gratiam subtrahit. veniale autem gratiam secum compatitur. Et iterum æterna pœna punitur originale, sed veniale temporali. cũ ergo veniali peccato debetur pœna sensibilis, multo amplius originali. ¶ Tertio sic. grauius puniũtur peccata post hanc vitam, quam in vita ista. vbi est locus misericordiæ. sed in hac vita respondet originali pœna sensibilis., pueri .n. qui solum originale habent multas pœnas sensibiles sustinent, nec iniuste. ergo post hanc vitam pœna sensibilis originali debetur. ¶ Quarto sic. in peccato actuali est auersio, & conuersio, ita in peccato origali aliquid auersioni respondet. s. priuatio originalis iustitiæ, & aliquid conuersio

Primum ar.

Secundũ ar.

Tertium ar.

Quartũ ar.

ni. s. concupiscentia. sed peccato actuali ratione cõuersionis debetur pœna sensibilis. ergo etiam originali ratione concupiscentiæ. ¶ Quinto sic. Corpora puerorum post resurrectionem, aut erunt passibilia, aut impassibilia. Si impassibilia, & nullum corpus humanum posset esse impassibile, nisi vel ꝑ dotẽ impassibilitatis, sicut est in beatis, vel etiam ratione originalis iustitiæ, sicut in statu innocentię. ergo in corpra puerorum, vel habebunt dotem impassibilitatis, & sic gloriosa erunt, & non erit differẽtia inter pueros baptizatos, & nõ baptizatos, quod est hæreticum, vel iustitiam originalem habebunt, & sic originali peccato carebunt. Nec ꝓ originali peccato puniẽtur, quod similiter est hæreticum. Si autẽ sint passibilia, omne autem passibile de necessitate patitur actiuo p̃sente. ergo p̃sentibus corporalibus sensibilibus actiuis sensibilem pęnam patiẽtur. ¶ In oppositum arguitur ex dicto Augustini. dicit.n. Augustinus & habetur infra eadem dist. regenerati pœnam Paruulorum tantum tenentur omni esse mitissimam, sed hoc non esset, si sensibili pœna torquerentur, qui[a] pœna inferni est grauissima, ergo pœnam sensibilem non sustibunt. ¶ Secundo sic arguitur. Acerbitas pœnæ sensibilis delectationi culpæ rñdet, Apocaly. 18. quantum glorificauit se, & in delitijs fuit & c. sed in originali peccato non est aliqua delectatio, sicut nec operatio, delectatio.n. operationem sequitur, vt dr̃ 4. Ethico. ergo ꝓ peccato originali non debetur pœna sensibilis. ¶ Rñdeo notandum iuxta dominum Bonauenturam in 2. di. 33. quod duplex est hic opinio. Quidam.n. attendentes rigorem diuinæ iustitiæ, ac sententiæ, qua Deus hominem ꝓ vno modico mortali, in quo momentanea, & quasi nulla fuit delectatio hominem cruciat æternaliter, dicunt, quod Paruuli cremabũtur igne materiali, longe tamen minus, quam illi. qui peccauerunt peccato actuali. & hoc dicunt sensisse Augusti. cum dr̃ in Enchiridio, pœnam paruulorum esse mitissimam. Et in libro de fide ad Petrum Paruuli cruciabuntur æterno supplicio. Mitissimam.n. vocant non absolute, sed respectu aliorum, nec in hoc dicunt derogatur diuinæ misericordiæ, quinimo plus manifestetur ius iustitiæ, quam misericordiæ, ꝑ eo, quod minus malum est in tali pœna esse quã omnino non esse, cum non sit ibi tanta boni priuatio, sicut manifestat August. in libro de libe. ar. Et hoc dicunt esse conueniens, vt sicut in originali peccato erat carentia debitæ iustitiæ, & concupiscentia, sic etiam in pęna esset carentia diuinæ visionis, & afflictio ignis æterna. Sed cum valde durum videatur illud dicere, quod Deus tam dure, & tam aspere agat cum Paulis sic decedentibus, qui omnino non potuerunt vitare nec mortem culpæ, nec mortem naturæ, p̃sertim, cum videamus Deum cum impijssimis, & sceleratissimis peccatoribus in multis misericorditer agere. Ideo est alia positio mitior, quæ magis concordat pietati fidei. & iudicio rationis, videlicet, quod decedentibus in solo peccato originali, nulla pœna
14 sensibilis debeatur. Cuius ratio est iuxta Sanctum Thomã in 2. d. 33. † pœna debet esse ꝓportionata culpæ. vñ Esa. 27. dr̃ in mensura cõtra mensurã cum abiecta fuerit iudicabit eã & c. defectus aũt qui ꝑ originem traducitur, rõnem culpæ habens, non est ꝑ subtractionem, vel corruptionem alicuius boni, quod naturam humanam consequatur ex principijs suis, sed ꝑ subtractionem alicuius, quod sup additũ erat naturæ, nec ista culpa ad hominem hunc ꝑtinet, nisi secundum quod talem naturam habet, quæ hoc bono, qđ in eo natum erat esse, & possibile conseruari, destituta est, & ideo nulla alia pœna sibi debetur, nisi priuatio illius finis, ad quem donum subtractum ordinabat, ad quem ꝑ se natura ꝑtingere non potest. hoc autem est diuina visio & ideo carentia huius visionis est ꝓpria, & sola pœna originalis peccati post mortem. Si.n. aqua pœna sensibilis ꝓ peccato originali post mortem infligeret̃, puniretur ille non secundum hoc, quod culpam habuit, quia sensibilis pęna pertinet ad hoc, quod ꝑsonæ ꝓprium est, quia ꝑ passionem huius particularis talis est pœna, vnde sicut culpa non fuit per operationem eius, ita nec pœna per passionẽ eius debet esse, sed solum ꝑ defectum illius, ad quod natura in se insufficiens erat. In alijs autem perfectionibus, vel bonitatibus quæ naturam humanam consequũtur de suis principijs. nullum detrimentum sustinebunt pro peccato originali damnati. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum cum Sancto Thoma in quæstionibus de malo quod nomine tormenti,

Quĩtum ar.

Opponit in cõtrarium.

Scđa opp.

Respondet Bonauent.

Prima op.

S.Thom.

Ad primum arg.

S Th.

ne tormenti, supplicii, geenæ, & cruciatus, vel si quid simile in dictis sanctorum inueniatur, est large accipiendum pro pœna, vt accipiatur species pro genere. Ideo autē sancti tali modo loquendi vsi sunt, vt detestabilem redderēt errorem Pelagianorum, qui afferebant in paruulis nullū pctm̄ esse, nec eis aliquā pęnā deberi. Dr̄ ergo q̄ suppliciū in authoritate p̄ntis c. non nominat pœnā sensibilē, sed solū pęnā dāni, quæ est carētia diuinę visionis, sicut in nomine ignis frequenter etiam in scriptura quælibet pœna significari consueuit. ¶ Ad secundam dicendum, quod inter omnia peccata minimum est originale, eo quod minimū habet de voluntate istius personæ, sed voluntate principij naturæ tantum, peccatum autem actuale etiam veniale voluntariū est voluntate personæ, in qua est, & ideo minor pœna debetur originali, quam veniali. Nec obstat quod originale nō compatitur secum gratiam, † priuatio .n. gratiæ non habet rationem culpæ, sed pœnæ, nisi inquantum ex voluntate est. vnde vbi minus est de volūtario, minus est de culpa. Sic etiam non obstat, quod peccato actuali temporali pœna debetur, quia hoc est per accidens, inquantum decedens cum veniali tantū gratiam habet, cuius virute pęna purgatiua est. Si autem veniale peccatum sine gratia in aliquo esset, perpetuam pœnā haberet. ¶ Ad tertiam dicendum, quod non est eadem ratio de pœna sensibili ante mortem, & post mortem. quia ante mortem ipsa pœna sensibilis consequitur virtutem naturæ agentis, siue sit pœna sensibilis interior, ut febris, vel aliquod huiusmodi, siue pœna sensibilis exterior, vt vstio, vel aliquod huiusmodi, sed post mortem nihil agit virtute naturæ, sed secundum ordinem diuinę iustitiæ tantum, siue in animam separatam, in quam constat, quod ignis naturaliter agere nō potest, siue ēt in corpus per resurrectionem, quia tūc oīs motus naturalis cessabit, cessāte motu primi mobilis, qui ē causa oīs motus, & alterationis corporalis. ¶ Ad quartam dicendū, q̄ dolor sensibilis r̄ndet delectationi sensibili, quæ est in conuersione actualis peccati, cōcupiscētia aūt habitualis quæ est in originali peccato, delectationem nō habet, & ideo dolor sensibilis non r̄ndet ei pro pœna. ¶ Ad quintam dicendum, quod corpora puerorum non erunt impassibilia ex defectu patiēdi in ipsis, sed ex defectu exterius agentis in ipsa, quia post resurrectionem nullum corpus erit agēs in alterum, præcipue ad corruptionem inducendā actione naturæ. Sed erit actio tantum ad puniendū ex ordine diuinæ iustitiæ. vnde illa corpora pœnam non patientur, quibus pœna sensibilis ex iustitia diuina non debetur, corpora autem sanctorum erūt impassibilia, quia deficiet in eis patientia ad patiendum, & ideo in eis impassibilitas erit dos, non autem in pueris. Lege. ¶ [Omnem hominem] nullum excipit glo. ergo, & Beata Virgo Maria, & ideo festum suæ conceptionis non celebratur. vt dixi supra dist. proxima c. 1. item Hugut. sic formaliter loquitur. ergo, & Beata Maria, & Hieremias, & Ioannes Baptista cum originali peccato nati sunt, cum cōstet eos per cōcubitum masculi, & fœminæ esse cōceptos. Sed duæ sunt natiuitates. in vtero. s. & extra vterū. In vtero nasci est animam corpori infundi. Et nasci est in lucem ꝓdire. Prædicti cum peccato originali fuerunt nati in vtero, vnde Beatæ Mariæ conceptio non debet celebrari, qa in peccato concepta, sed postea fuit ei dimissum peccatū originale, & sanctificata fuit in vtero. vnde natiuitates Sāctæ Mariæ, & Sancti Ioannis, ex vtero celebrantur. hæc Hugut. Arch. etiam in hoc loco posita diuisione natiuitatis dr̄ sic. vnde Beata Maria, Hieremias, & Ioannes Baptista cum originali peccato nati sunt in vtero, & hoc vult dicere litera capituli in principio. hæc Arch. [impietati] .i. iniquitati [morti] temporali, & spūali. Hug. [naturaliter] id est per naturalem originem [Apostolus] secunda pars. s. ad Ephe. 2. [filij iræ] .i. filij vindictæ, filij pœnæ [filij geennæ] id est digni pęna æterna. tenebatur. n. inquit B. Aug. in Enchiridio, iusta damnatione genus humanum, & erant omnes filii iræ, de qua ira dr̄ dominus. qui non credit in filium, non habet vitam, sed ira Dei manet super eum. non ait venit, sed manet cū hac, quippe ira omnis homo nascitur, ipsa est illa ira, vt idem Augustinus super psalm. 101. dr̄ cum qua omnes nati sumus, cui nascendo hæsimus, ira de propagine iniquitatis, de massa peccati [à qua ira] tertia pars [nisi per fidem] ad Rom. 3. [iustitia Dei] id est iustificatio, quia iustificamur à Deo, vt inquit glo. [per fidē]

Ad secundū

Ad tertium

ad quartum

ad quintum.

Exponit literam.

Hugu.

Arch.


Hug.

Augu.

id est in Christo Iesu in omnes, & super omnes, qui credunt in eum. Item ibidem, omnes. n. peccauerunt, & egēt gloria Dei, iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quę est in Christo Iesu, quem ꝓposuit dominus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius [firmissime] quarta pars [ignem] .i. pęna sempiterna, vt explanatum in quæstione de pœna. s. damni, quæ est carentia diuinæ visionis, sicut. n. supra dictum est, ex dictis S. Thomæ. ita etiam nunc similiter dr̄ Bonauētura vbi supra, quod in illis verbis August. non intendit dicere, quod paruuli sensibiliter crucientur, sed intendit eorum pœnā manifestare quantū carentiam visionis Dei, & quantum etiam ad vtilitatem loci, & hoc etiam valde abundanter exprimit plus dicens, & minus volens intelligi. nec sine causa loquitur sic, hoc .n. facit ad extirpandam illam hęresim, quæ dicebat paruulos nulla pœna puniri. vnde sicut in moribus documentū est, quod, qui vult ab vno extremorum deuenire ad medium, quasi debet declinare ad aliud extremū, sicut docet philosophus. sic etiam Beatus Augu. vt illam hæresim extirparet, quę dicebat paruulos ab omni pęna immunes ad medium reduceret. videlicet ad pœnam carentiæ visionis simpliciter asseruit eos cum alijs peccatoribus æternaliter damnari. istum autem suum intellectum explanauit in Enchiridio, vbi dicit. pœnam eorum esse mitissimam, sicut habetur infra ea. dist. regenerante.

Bonauent.

1 *Cupiens consequi vitam cœlestem siue æternam, an teneatur ad susceptionem baptismi.*



NOn potest. Sequitur quartum capitulum eiusdem partis, in quo magister ponit loquendo de adultis, quod nullus potest consequi gratiam meritoriam siue etiam introductoriā vitę cœlestis, nisi fuerit ab omni sorde purgatus per pœnitētiæ confessionem, & per donum baptismatis. capitulum breue est. ¶ Pro pleniori intelligentia eiusdem ca. breuis venit quærundum † vtrum omnes, qui cupiunt consequi vitam cœlestem siue æternam teneantur ad susceptionem baptismi. Et videtur quod non, per Christum non est hoībus via arctata salutis, sed ante Christi aduentum poterant homines saluari sine baptismo. ergo ēt post Christi aduentum. ¶ Secundo sic. baptismus maxime videtur institutus in remedium salutis, & maxime in remedium peccati originalis. sed ille, q̄ est baptizatus cū non habeat originale peccatum, non videtur quod possit transfundere in prolem. ergo filii baptizatorum non vidētur esse baptizandi ad consecutionem vitæ æternæ. ¶ Tertio sic. baptismus datur ad hoc, quod aliquis per gratiam mundetur, sed hoc consequuntur illi, qui sunt sanctificati in vtero sine baptismo, ergo non omnes tenentur ad suscipiendum baptismum. ¶ In oppositum est textus præsentis cap. vbi ait Beatus Chrysostom. quod non potest quis gr̄am cęlestis vitæ accipere nisi &c. Item est illud Io. 3. nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spū sancto, non potest introire in regnum Dei. Et in lib. de Ecclesiasticis dogmatibus baptizatis tantum iter saluatis esse credimus. ¶ Respōdeo dicendum, quod omnes, qui gratiam vitæ cœlestis, & gloriam consequi volunt, tenentur nunc ad susceptionem baptismi. quæ conclusio probatur sic iuxta S. Th. in 3. parte. quia ad illud homines tenentur, sine quo salutem cōsequi non possunt. manifestum est autem, quod nullus salutem potest cōsequi, nisi per Christum. vnde, & apostolus dr̄ ad Rom. 5. sicut per vnius delictum in omnes hoīes in condemnationem. sic & per vnius iustitiam in omnes hoīes in iustificationem vitæ, ad hoc autem datur baptismus, vt aliquis per ipsum regeneratus incorporetur Christo fact⁹ membrum ipsius. vnde dr̄ ad Galat. 3. Quicunque in Xp̄o baptizati estis, Christum induistis. vnde manifestum est, quod omnes ad baptismum tenentur, & sine eo non potest esse salus hoībus. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendū quod nunquam homines potuerunt saluari etiā ante Xp̄i aduentum, nisi fierent membra Christi, quia vt dr̄ Act. 4. non est aliud nomen datum hoībus, in quo oportet nos saluos fieri. sed ante Christi aduentum hoīes Christo incorporabantur per fidem futuri aduētus, cuius fidei signaculum erat circuncisio. vt apostolus dr̄ ad Roma. 4. antequam vero circuncisio institueretur, sola fide vt Gregor. dicit,

I

Quæstio.

Primum ar.

Scd̄m arg.

Tertium ar.

Opponit in cōtrarium.

Respondet

S. Thom.

dr,cum sacrificiorum oblatione,quibus suam fidem anti qui patres profitebantur hoies Christo incorporabantur post aduentum etiam Christi homines per fidem Christo incorporabantur secundum illud ad Ephesios.3. habitare Christum per fidem in cordibus vestris. sed alio signo ma nifestatur fides rei iam præsentis,quam demonstrabatur, quando erat futura,sicut alijs verbis significatur pñs, præteritum,& futurum.Et ideo licet ipsum sacramentum baptismi non semper fuerit necessarium ad salutem,fides tamen cuius baptismus sacramentum est semper necessaria fuit.postea vero pacta institutione & diuulgatione baptismi factum est ipsum sacramentum baptismi necessarium ad salutem.¶Ad secundã dicendũ,quod illi,qui baptizati renouantur per spũm sanctum,corpus tamen remanet subiectum vetustati peccati,secundum illud ad Rom.8.corpus quidem mortuum, ꝓpter peccatum, spũs vero viuit propter iustificationem.vnde Augu.probat contra Iulianum, quod non baptizatur in homine quidquid in eo est infra eadem d.qui in maternis.manifestum est autem , qđ homo non generat generatione carnali secundum spũm, sed secũdum carnem.& ideo filij baptizatorum cum peccato nascuntur originali.vnde indigent baptizari . ¶Ad tertiam dicendum,quod illi,qui sunt sanctificati in vtero consequuntur quidem gratiam emundantem à peccato originali.non tamen ex hoc ipso consequuntur characterem , quo Christo configurentur, & propter hoc si aliqui qui nunc sanctificarentur in vtero,necesse esset eos baptizari,vt per susceptionem characteris alijs membris Christi conformarentur.Leg.¶[Gratiam vitæ cœlestis].i. meritoriam uitæ cœlestis, id est gloriæ.hæc litera videtur in sua integritate non posse intelligi,nisi de adultis [ab omni sorde peccati] mortalitatis.s.quia vt ait S.Tho. peccatũ mortale quod incompatibile est cum gratia, & præsentia spũs sancti habet rationem sordis,vel maculæ[per peniten tiæ confessionem].s.interiorem,quæ fit Deo.talis.n.requiritur ante baptismum,vt.s.homo peccata sua cognoscens de eis doleat.nõ.n.potest inchoare nouam vitam,nisi pœniteat veteris vitæ.vt dr Augustin.libro de pœnitentia. ad hoc infra e.d.omnis[per donum].i.sacramentum baptismi,quod intelligendum post diuulgationẽ eius. ista duo tanguntur Act.2. agite pœnitentiam,& baptizetur vnusquisque vestrum ј.e.di.agant.

ad secũd

Aug.

Ad tertium

Exponit literam.

S.Thomã

2 *Remedium aliquod semper fuit post lapsum hominis.*
3 *Remedium datum hominibus ad purgationem originalis peccati fuit fides Christi nostri mediatoris.*
4 *Fides parentum duplicem habet comparationem.*
5 *Fides parentum, quę dicebatur sufficere pueris an sit informis,vel formata.*
*Et an requiratur fides vtriusque parentis nu.6.*
9 *Sacramenta legis naturæ non erant ex præcepto diuino obligantia.*
10 *Sacramentorum genera tria fuerunt in lege diuina.*
*Et quare fuerint instituta nu. 11.& nu.13.*
*Et quę fuerit eorum efficacia nu. 14.*
12 *Denarius numerus est perfectissimus.*
16 *Esse ordinatum est duplex.*
17 *Sacrificij virtus dicitur ipsa fides.*



Vod apud. Sequitur quintum capitulum, in quo magister Gratianus ex authoritate B.Grego.ponit diuersa remedia contra peccatum originale ẽm veritatem triplicis tpis humanæ vitæ, post lapsum videlicet, temporis ante legẽ tpis sub lege,& tẽporis gratiæ.dr autem,quod tempore ante legẽ remedium contra originale peccatum fuit paruulis,fides aliena,adultis fides,& virtus sacrificij.tempore legis circũcisio,tempore gratiæ baptismus. breue est non diuiditur amplius.pro ampliori declaratione præsentis capituli hic quærenda veniũt multa, sed ad præsens locuturus tantum de remedio , quod erat tempore ante legem quæruntur quatuor.

1 ¶Primum est,vtrum fides aliena ante circuncisionem valebat paruulis ad deletionem peccati originalis.

7 ¶Secundum est,vtrum fides sufficiebat,sine aliquo exteriori signo.

8 ¶Tertium,vtrum in adultis ad deletionem peccati originalis requireretur etiam sacrificium, vel aliquid huiusmodi.

15 ¶Quartum, vtrum fuerit conueniens,quod datum esset aliquod remedium generale ad mundandũ à peccato originali nondum natos,sicut ad mundandum iam natos.

1 Ad primum Sic proceditur.† Et videtur quòd aliena fides nõ valebat ad remissionem peccati originalis pro paruulis. ¶Primo sic.efficacior est charitas,quam fides. sed charitas aliena nunquã sufficit ad meritum. ergo nec fides ad iustificationem. ¶Secundo sic.Si fides aliena valebat,ergo & eadem rõne infidelitas,& ita ex actuali peccato parentum puer puniretur,quod est inconueniens.¶Tertio sic.fides non magis iuuat alium,quam habentem,sed illi,qui habebant fidem non semper iuuabantur à fide quia poterat esse, quod habebant fidem informem.ergo nec puero valebat fides parentum ad delẽdum originale peccatum. ¶Quarto fides non fuit tunc maioris efficaciæ,quam fuit post aduentum Christi.Sed post aduentum Christi,& institutionem baptismi non sufficiebat sola fides,ergo nec tunc sufficiebat. si.n.sufficeret tunc maioris efficacię esset tunc,quam nũc, quod non videtur.cum maior sit gratia nunc,quam tunc. ¶Quinto sic.si sola fides sufficiebat,quorũ vel cuius erat illa fides.aut propinquorum,aut remotorũ, aut indifferẽter horum,& illorum.sed siue sic,siue sic videtur,quod fides aliorum nihil iuuit.generatio.n.carnalis nihil facit ad spũalem, sin autem hoc esset propinquorum parentum, tunc si illi non essent fideles,non posset paruulus ab originali peccato liberari, & ita deesset diuina misericordia quo ad paruulum.¶In oppositum est textus præsentis ca. ¶Respondeo dicendum,quod aliena fides illo tempore valebat paruulis ad remissionem peccati originalis. cuius conueniẽtia sic ostenditur sub duabus conclusionib. ¶Prima est†quod post lapsum hoĩs in peccatum semper fuit

2 remedium aliquod,quo etiam paruuli liberarentur à peccato originali.patet quia nunquam defuit diuina misericordia,sicut nec diuina iustitia ab origine mundi: sed per diuinam iustitiam contractum est originale peccatum à paruulis.ergo ex diuina misericordia semper aliquod fuit remedium per quod posset curari ille morbus, & homines possent liberari ab originali peccato,& sicut aliunde contrahebatur originale peccatum,ita per alium daretur adiutorium,vel remedium.ergo oportuit,quod tempore illo esset aliquod remedium siue adiutorium , per quod liberarentur paruuli à peccato originali.¶Secunda conclusio est†quod hoc remedium datum hoĩbus ad purga-

3 tionem originalis peccati fuit fides Christi nostri mediatoris.quam conclusionem sic ostendit S.Thom.in 4. dist. 1.peccatum originale est peccatum naturę.natura autem reparari non poterat nisi per Christum, & ideo nũquam poterat remitti peccatum originale alicuius,nisi facta relatione,& quadam continuatione illius , qui curari debebat ad Christum,quod per fidem fiebat,& ideo fides mediatoris semper fuit efficax ad curandum ab originali in illis quidem,qui vsum liberi arbitrii habebant propria, in aliis vero aliena.vt nec eis deesset omnino diuinum remedium.Durandus vero sic,probat præfatam conclusionem.nullus iustificari potest nisi per vnionem ad Christum , qui est principalis causa nostræ iustificationis, sed prima vnio ad Christum est per fidem,sine qua nulla alia esse potest.ergo remedium ad iustificationem,necessariũ est ipsa fides.in adultis quidem propria, in paruulis aliena.¶ Vnde dicendum est ad rõnes.Ad primam respondetur,quod fides est in cognitione.charitas autem est in affectione,affectio autem est eius,quod est sibi bonum.sed fides est eius,quod est verum simpliciter,& ideo fides poterat magis respicere mediatorem ꝓut erat causa salutis alteri,quam charitas.Et propter hoc magis iustificatio, quæ fit in sacramentis attribuitur fidei,quam charitati. ¶Ad secundam respondetur, †quod fides parentum duplicem habet cõparationem . vnam ad suum subiectum, alio modo potest considerari fides per respectum, quem habet ad obiectum Deum.s.mediatorem. tunc dicimus, quod fides aliena non iuuabat paruulum,inquantum erat actus personæ,sed ex parte illa,qua respiciebat obiectum suum,quod erat medicina totius naturæ.in quo habebat quandam similitudinem cum sacramentis nostris,inquantum

Primum ar.

Scđm arg.

Tertium ar.

Quartũ ar.

Quĩtum ar.

Opponit & Respondet.

Prima con.

Scđa oppo

S.Thom.

Ad primum argu.

Ad secundũ

tum iustificabat ex obiecto, quasi ex opere operato, non autem ex opere operante. Et per hoc patet solutio ad tertiam. quia informatio, & informitas fidei sunt cōditiones eius ex parte operantis, nō autem ex parte obiecti. & ideo informitas fidei in parente non impediebat effectum salutis in filio, impediebat autem in ipso, quia informitas illa proueniebat ex aliquo, quod erat contrarium saluti, s. ex peccato mortali. Et ex hoc patet respōsio ad id, quod quæ-

Ad tertium

5 ritur ab aliquibus† vtrum fides quæ dicebatur sufficere sit informis vel formata. Et videtur dicendum, quod etiam fides informis sufficiebat. Et ꝙ ita sit, quod fides informis sufficiebat ad iustificationem paruuli, ꝓbat dominus Bonauentura in quarto sic. per fidem informem meretur qs & facit operationem miraculorum, & impetrat alijs sanitatem corporalem. ergo si Deus æque pronus est, & magis ad sanandum spūaliter, quam corporaliter videtur, ꝙ per fidem informem possit spūalis sanitas impetrari ei, q non potest se saltem ad sanitatem præparare. Item si non posset tria ex hoc inconuenientia sequerentur. primum, quod peccatum actuale parentum imputaretur filio, qui alias mundaretur si parentes essent sine peccato. secundū. Cum nullus sit certus vtrum sit in charitate, nulla esset eis certitudo de curatione paruuli. ergo semper deberent curare, & remedium offerre. tertium quia potius deberet dici paruulus mundari in charitate parētum, quā in fide. qđ non dr̄ Gregorius. ¶ Ad quartam respondetur negādo minorem. dicimus. n. quod in adultis etiam modo sola fides sufficeret, vbi non esset contemptus, vel negligentia sacramenti, nec haberet copiam baptismatis fides mūdaret ab originali, & ita per omne tempus cucurrit efficacia fidei. præterea etiam baptismus dat ampliorem effectum quantum ad dimissionem pęnæ. & abūdantiam gratiæ. si autem quæritur cuiusmodi sit hæc fides, quæ tunc sufficiebat, respondet Alexander de Halis, quod fides saluatoris necesse fuit descēdere ad distinctam rationem, sicut modo in simbolo continetur. & ratio est, quia iam creauit lumen cognitionis fidei, sicut habetur in glos. super illud. nomen meū Adonai non indicaui eis per successiones creuit cognitionis augmentum. ¶ Ad quintam respondetur, quod principaliter requirebatur fides parentum propinquorum vel remotorum, per eos enim contractus est morbus, & ita per eos magis congruit remedium. si vero contingeret, quod illi essent infideles, patuit subuenire illis fides aliena, cum deuotione exteriori necessitate ingruente. quod potest argui ex hoc ꝙ dicitur. quod pro paruulis sola fides sufficiebat, & non determinatur parentum, licet illa magis congruat. ¶ Ad quæstionem vero, qua quæritur

Quæstio. Respondet. Bonauent.

Ad quartum

Ale. de Hali.

Ad quintum.

6 †vtrum vtriusque parentis fides requireretur. Respondet idem Alexander de Halis, quod offerentis fides sufficiebat, siue esset de propinquis parentibus, siue remotis, vel etiam si nō crederet, & in fide ecclesiæ offerret, videretur sufficere sicut modo non credens seruata forma ecclesiæ intendens facere quod facit ecclesia baptizaret, vel dicendum vt dicit dominus Bonauentura in 4. dist. 1. quod parentes dicuntur hic omnes, qui curam gerebant de paruulo. aut si dicantur parentes proprie, tunc dicitur magis in fide eorum paruulus adiuuari, vt quia per ipsos paruulus traxit culpam, congruum fuit, vt eorum fide mereretur gratiam.

Quæstio. Respondet. Ale. de Hali.

Bonauent.

7 Ad secundum Sic proceditur. †Et videtur, ꝙ fides sufficiebat sine aliquo signo. ¶ Et primo sic. dicit Augustinus contra Faustum, quod in nullum nomen religionis, siue verum, siue falsum homines sine aliquo signo visibili adiuuari, sed id per quod originale delet hoīs in religione veræ fidei adiuuātur, qa oportet huiusmodi remedium esse intrantium. ergo oportebat, quod fieret aliquo visibili signo. ¶ Secundo actus mentis potest se extendere ad notos, & non notos. & conceptus æqualiter. ergo si fides sine exteriori signo sufficiebat ad deletionem originalis. videtur quod poterant etiā nōdum nati ab originali peccatum mundari. ¶ Tertio sic, modo non valet fides ad salutem sine exteriori signo aliquo, si ergo tunc valuisset, videtur, quod fuisset tunc maioris efficaciæ quam modo. ¶ In oppositum est textus præsentis cap. vbi Gregorius dr̄. quod paruulis sola fides sufficiebat. ¶ Respōdeo dicendum, quod circa hoc, vt dr̄ tam S. Thom. in quarto. d. 1. quam dominus Bonauentura, duplex est opinio. quidam. n. dicebant, quod non sufficiebat

Primum ar.

Secundū ar.

Tertium ar.

Opponit in cōtrarium. Respondet. S. Thom. Bonauent. Prima opi.

fides sine protestatione, siue professione fidei facta, non tātum actu mentis vel oris, sed etiam in signo visibili, puta in oblatione vel sacrificio, siue decimatione, vel aliquo alio signo, quoniam ecclesia fidelium semper aliqua signa habuit, in quibus fideles colligebantur, & profitebantur fidem in facto, sicut patet in authoritate B. Augu. inducta in principio quæstionis. erat nihilominus differentia inter paruulos, & adultos quantum ad hoc tātum, quod paruulis sufficiebat aliena fides cum exteriori signo, ab alijs facto. sed adultis fides propria cum signo ab eis facto, ita ꝙ ipsi crederent, & offerrent. Et hæc positio videtur esse Alexan. de Halis in quarto. Sed quia hæc positio non videtur consonare cum verbis Gregorij in præsenti ca. positis, vbi dr̄, quod paruulis sola fides sufficiebat, ideo aliorum est positio probabilior dicētium, quod pro paruulis sufficiebat sola fides sine omni exteriori signo, siue professione fidei, qualitercunque fieret, siue signo, siue verbo, siue actu cordis, dum tamen fieret à parentibus, & respectus haberetur ad paruulum siue, vt dr̄ S. Thom. sufficiebat sola fides. non autem habitus fidei, sed motus eius relatus ad salutē pueri in vi cuiusdam professionis fidei, quicunque ille esset, qui hoc modo professionē fidei suæ ad puerum referret, magis tamen pertinebat ad parētes pueri, qui eius curam habere debebant, & per quos originale contraxerat, & hanc viam amplectitur S. Thom. & Dominus Bonauē. ¶ Sed contra hanc opinionem surgit dominus Durādus in quarto dicens. qđ ad salutē paruulorum ante circūcisionem non sufficiebat sola fides sine operatione exteriori. Et ratio sua est, quia fides aliena nō sufficit ad iustificationem, nisi vt est fides ecclesiæ, sed nullus gerit personam ecclesiæ per solum actum interiorem, nisi concomitetur aliquis actus exterior, vt patet. sacerdos. n. quicūque vtens mentali oratione solum, & non signo exteriori adhibito facti, vel dicti, non gerit vicem ministri ecclesiæ. vnde tales orationes sunt eius, vt est persona priuata, & non vt publica, ergo oportebat, quod actui interiori fidei adhiberetur aliquis actus exterior facto, vel dicto. ¶ Sed istis non obstantibus standum est cum dictis B. Gregorij, qui prestantioris fuit authoritatis, quam Durandus, quem Beatum Gregorium sequuntur S. Tho. & dominus Bonauentura. pro quorum positione adducitur adhuc talis rō contra Durandum. Sicut in statu legis & gratiæ minus requirebatur ad salutem puerorum, quā adultorum. ita conuenit dicere in statu naturæ, sed in statu gratiæ ad salutem paruulorum sufficit solus baptismus sine fide suscipientis, aut etiam conferentis. Et etiam in statu legis sufficibat sola circuncisio sine fide suscipientium, ergo à simili in statu naturę minus requirebat ad statū paruulorū, quā adulterū, sed ad salutem adultorū requirebatur fides eorū cū aliquo signo exteriori protestante fidem eorum, sicut dr̄ B. Gregorius in textu præsentis cap. ergo ad salutem paruulorum sufficiebat alterum tantum, non potest autem dici, ꝙ sacrificium sine fide sufficeret: quia nondum erant instituta sacrificia seu sacramenta, quæ ex opere operato gratiam conferre possent. præterea, vt dr̄ Hugo libro de sacramentis ad illa sacrificia, seu sacramenta nullus tenebatur voto, sed secundum ꝙ vnicuique placebat celebrabantur ergo oportet dare alteram partem, videlicet, quod sola fides sufficiebat. nunc dicendum est ad rationem Durandi quando arguitur quod ad iustificationem sola fides nō sufficit &c. Negatur hoc assumptum. imo dictum commune est in oppositum. dr̄. n. quod pueri in fide parentum saluabantur, & rationabiliter, ex quo per illorum actum culpam damnationis incurrerunt ar. infra d. 4. c. quæris à me, & ca. paruuli. Ad illud vero, quod dr̄ in minori, quod nullus gerit personam ecclesiæ &c. respondetur, quod hoc verum est, vbi sunt aliqua sacrificia, vel sacramenta instituta toti ecclesiæ, sicut nunc est, & fuit in statu legis, sed ante legem nullum erat tale sacrificium, seu sacramentum, & ideo non erat necesse, quod fides per aliquod signum protestaretur, vnde pro statu illo in quo non erant illa sacrificia, vel sacramenta instituta exercendo actum illius fidei quæ erat diuinitus inspirata, poterat gerere vicem ꝑsonæ ecclesiæ, vel vt dicit Sanctus Thomas. sufficiebat, quod haberet respectum ad obiectum. s. ipsum mediatorem, ex quo consequebatur vim iuuandi paruulū, ad quē referebatur. ¶ Iam dicendum est ad rationes principales. Ad primam dicendum, quod illud signum (per quod homines

Scđa opi.

S. Thom

Opponit Durandus

Respondet

Hug

Ad arg. Durandus

S Thom.

Ad prim. argu.

hoi̅es tempore legis naturæ in veram religionem congregantur)non habebat virtutem,nisi ex fide,& ideo nō erat necessitatis, sed pro voto celebrabatur.vt vnus alijs innotesceret.vnde sine talibus signis poterat homo saluari.

Ad scd'm. ¶ Ad secundam dicendum negando consequētiam. quia puer in vtero matris existens quantum ad humanam conditionem pertinet,non habet esse distinctū à matre, & ið per actum hominis gratiam consequi non potest,nec nūc vt mundetur ab originali per baptismum,nec tunc vt mūdaretur per fidem parentum ab originali,& hoc secundū legem communem.ex priuilegio autem diuinitus mundari potest,sicut de sanctificatis in vtero apparet.

Ad tertium ¶ Ad tertiā dicendum,ꝙ fidei efficacia non est diminuta cum omnia sacramenta ex fide efficaciam habeāt.sed est ei aliquid adiunctum, quod necesse est obseruari, sicut non est minoris efficaciæ lex moris in religioso, quam in seculari, quamuis præcepta moralia sufficiant ad salutem seculari. sed in religioso requiritur consilia, ad quæ se ex voto obligauit.

8 **Ad tertium** Sic proceditur.†Et videtur,quod in adultis nō requirebatur sacrificium nec aliquod huiusmodi signum.

Primum ar. ¶ Et primo sic. non minus valet alicui fides propria,quam alteri fides aliena.sed pueris sufficiebat fides aliena sine exteriori signo,vt ꝓbatum est, ergo & adultis.

Scd'm arg. ¶ Secundo sic.Hugo de Sancto Victore dicit.quod nullus obligabatur ad sacramenta illius temporis,sed voto celebrabant.sed quod est huiusmodi non de necessitate salutis. ergo absque sacrificijs poterat emundari quis ab originali.

Tertium ar. ¶ Tertio sic. morbus originalis peccati non reiteratur. ergo debet habere remedium non reiterabile, sed tam sacrificium,quam decimatio sunt reiterabilia. ergo non sunt conuenientia remedia.

Quartū ar. ¶ Quarto sic. Hugo de Sancto Victore dicit,quod remedium contra originale fuit decimatio. Gregorius dicit sacrificium,sed cōtra,vnius generis morbi vnum debet esse remedij genus.ergo &c.

Opponit in cōtrarium. ¶ In oppositum est text. præsentis cap. ¶ Secundo sic.plus peccauerat adultus, quā paruulus,& maius debitum peccati habebat,ergo & plus tenebatur facere,quam paruulus,ergo vltra solam fidem, quæ populo sufficiebat ad salutem requirebatur in adulto aliquod signum exterius.

Respondet. S.Thom. ¶ Respondeo dicendum cū S.Tho.ꝙ in adultis requirebatur cum fide virtus sacrificij vel aliquod huiusmodi signum, vbi tamen opportunitas adesset posse facere,aut tempus haberet operādi,alias sufficeret fides sola.

9 ¶ Pro qua conclusione notandum cum eodem S.Tho.in 4.† ꝙ illa sacramenta legis naturæ non

Hug. erant ex præcepto diuino obligātia,vt expresse ponit Hu. libro de sacramentis.sed ex voto celebrabantur secūdum quod vnicuique dictabat sua mens,vt fidem suam alijs exteriori signo profiteretur ad honorem Dei,secundum qđ habitus charitatis inclinat ad exteriores actus, & sicut dicimus de charitate,ꝙ sufficit motus interior, quando autem habet tempus operandi,requirūtur etiam exteriores actus.ita etiam quantum ad adultos sufficiebat sola fides, cum etiam modo sufficiat,qui non ex contemptu sacramēta dimittit,sed ipsa fides,quando tempus habebat instigabat,vt se aliquibus signis exterioribus demonstraret. quādo autem illa signa adhibebantur,non erant efficacia remissionis culpæ ex illis exterioribus,sed ex interiori fide, & sic sunt intelligenda verba Gregor. Cæterum,quia hic fit mentio de virtute sacramentorum,quæ concurrebant cum fide ad deletionem culpæ originalis,duximus hic nō

Bonauent. tandum,quod Bonauentura notat in præsenti materia ꝓ horum intelligentia.notandum ergo quod sicut dicit ma-

10 gister† in lege naturæ tria fuerunt sacramentorum genera.s.decimationes,oblationes,& sacrificia.ad quorū notitiam tria sunt notanda.primo,quæ sit ratio instituendi illa sacramenta.secundo quis modus.tertio quæ efficacia.

11 ¶ †Prima ratio instituendi illa est Dei honorificatio. Notandum ergo,quod fides in iustis omni tempore concurrit,& nullus nisi in fide saluatus est.tempore ergo legis naturalis hæc fides erat,quæ fideles illuminabat ad hoc, qđ crederēt quod Deus erat creator,quod redemptor,quod remunerator,ideo fides illuminabat,& dictamen naturæ consonabat, vt homo Deo deseruiret,& sua ab ipso recognosceret,& hoc quod credebat signo visibili,etiam quodammodo manifestaret,& ideo signa fuerunt tempore legis naturæ,in quibus Deus honorabatur,quæ omnia creauerat, vt in oblatione similiter honorabatur, vt redēptor, vtputa in sacrificio, & vt perfectus remunerator in de-

12 cimatione† denarius enim est numerus perfectissimus, quia perfectiones tres in se habet,prima est, vnitatis. secūda ternarij.tertia senarij. quæ simul iuncta faciunt denarium, & ideo est ibi status, & per hoc honoratur Deus a vt perfectissimus remunerator. ¶ Secunda ratio est fidei redemptoris professio.sicut enim nullus potest Deo sine fide placere,sic nullus sine fide mediatoris à peccato resurgere. Et sicut fides simpliciter dictabat Dei honorificentiam, ita & professionem. Et quia tunc profitetur homo, quando quod credit exterius manifestat. ideo tempore legis naturæ fuerunt signa ad hoc manifestandum.

a ¶ Honorat deus. adde quod talis creatoris hōrificentia non dз transfer.i ad creaturā P.de An. ī c.& si xp̄s n.6. de his quæ fiunt à præla. sine consen.ca.

Et in modo redemptionis tria considerantur,redemptus, & hoc per decimationem. homo enim significatur per decimam dragmam perditam, ipse modus redimendi, & hoc per oblationem. ipsum pretium, & hoc per sacrificium, quo erat sanguinis effusio. Et ista professio in his signis maxime necessaria erat, pro ipsis imperfectis, perfectis enim Deus reuelauit sacramenta Dei, imperfectis celauit. vnde minores adhærebant fidei maiorum, & credebant implicite, & sicut implicite credebant, sic signa data sunt eis, à maioribus in quibus fidem implicite profiterentur. ¶ Tertia ratio est vitæ agendæ institutio. sicut enim aliquis non poterat Deo placere sine fide, nec à peccato resurgere sine fide redemptoris, sic nec in bono stare sine bono opere, & ideo fidei addita sunt signa, quæ significarent ea, quæ necessaria sunt cum Fide, hæc autem tria sunt in corde, & tria exterius, quæ his tribus figurantur. in decimatione peccati recognitio, & eius dimissio, quia in ea datur Deo quod perfectum est, & quod bonum est, & remanet nobis, quod est imperfectum. vnde significatur,quod bona tantum sunt à Deo, sed mala à nobis. rursus etiam separatione decimæ partis in partem Dei, significantur recessus à peccato. in sacrificio significatur interna contritio. psalmo quinquagesimo. Sacrificium enim Deo spiritus contribulatus. & exterior carnis maceratio,occidebatur enim pecus, vnde mortificanda sunt membra nostra. Roman. duodecimo. offeratis corpora vestra hostiam, & cætera. in oblatione mentis deuotio,& exterior bona operatio, quæ si assunt cum fide, sufficiunt ad salutem. sic igitur patet, quæ sit ratio institutionis illorum, scilicet Dei honorificatio, fidei redemptoris professio, vitæ a-

13 gendæ institutio. ¶ Secundo† debet attendi modus instituendi, non enim instituta sunt per modum præcepti, vt dicit Hugo. primo paruulos nutriui consilio loquens pro illis, qui fuerunt tempore legis naturæ. Et si quæras quomodo dicendum, quod fides illuminabat, vt visum est, & natura consonabat, & inspiratio authoritatem dabat, & ideo per modum consilij data erant, & hoc per superiores in quibus erat fides explicita. Hugo. ¶ Tertio attendenda est † in his efficacia, notandum quod

14 nullam de se habebant efficaciam curandi, vel iustificandi, sed solum ratione fidei redemptoris, non enim erant instituta ad hoc. sed ad hæc quæ prædicta sunt. ¶ Ad rationes patet solutio ex dictis. Quod enim in primis rationibus obijcitur, quod non requiratur sacrificium, vel aliquod huiusmodi, concedendum est eo modo quo dictum est. Ad primū & scd'm argu. ¶ Ad tertiam respondetur quod verum est de remedio, quod est impositum directe contra morbum non iterabilem, sicut fuit circuncisio, & baptismus, huiusmodi autem sacrificia non erant medicinæ, vt dicit Bonauentura ex se imposita contra morbum non iterabilem. Ad tertium Bonauent. Ad quartum ¶ Ad quartam dicendum, quod nec decimatio, nec sacrificium, erat per se remedium, sed tantum ratione fidei. Et quia omnia alia tria erant signa redemptionis, ideo indeterminate fides cum quolibet illorum mundare poterat.

15 **Ad quartum** Sic proceditur.†Et videtur, quod debuit dari aliquod remedium generale ad mundandum à peccato originali, nondum natos sicut ad mundandum iam natos.

Primum ar. Et primo sic. nunquam defuit bonitas medici, & voluntas curandi. ergo existente morbo parata fuit medicina. sed statim in infusione animæ anima contrahit originale,

ginale,igitur statim parata est medicina ex congruentia bonitatis medici. Secundũ ar. ¶ Secundo sic.glo.super illud psal. Adiutor me⁹ esto ne derelinquas me, dicit.frustra creasti,& recreasti,si mortales despicis,quod non debes,quia nõ mea propria,sed parentalis culpa est, qua in hanc mortalitatẽ cecici.igitur cum omnes paruuli parentali culpa ceciderint in hanc mortalitatem,non debet dominus respicere illos primo debet adiutorium præstare. Opponit in cõtrarium. ¶ In oppositum est Augustinus in epistola ad Dardanum nemo renascitur nisi prius nascatur. sed remedium illud esset regeneratio quædam,ergo non potest communiter adhiberi remediũ alicui antequam ex vtero nascatur. Respondet ¶ Respondeo dicendum,quod non fuit generale remedium datum cõtra originale peccatum existentium in vtero materno.cuius cõclusionis duæ rationes assignantur per mag. Alex.de Hal. Ale.de Hal. in 4.prima est status gratiæ medius inter statũ naturæ & gl'iæ.status naturę determinatur in tribus in esse.in esse di
16 stincto.& esse ordinato.† sed esse ordinatũ ẽ duplex.s.quãtum ad dependẽtiam in esse naturali,vel in esse gratuito, ordi[illegible] aũt in esse gratuito ẜm ordinem diuinæ prouidentiæ habet sequi distinctionẽ & ordinationẽ in esse naturali,sed paruulus antequã natus fuerit non habet esse distinctum, prout natura determinat sibi esse distinctum, quia paruulus antequam natus sit,est in continuitate quadam cum visceribus maternis vnde secundum ordinationem communem diuinæ prouidentiæ non cõgruit illi esse ordinatum quantum ad esse gratuitum,cum gratia sequ habeat naturam,sicut esse gratuitum, esse naturale cõpletum dico secundum ordinem diuinæ dispositionis. ¶ Secunda ratio est.Culpa causata à vitio naturæ corruptæ, vt originalis,& ab inordinata voluntate, vt actualis, sed iuxta consuetum modum diuinæ misericordiæ sicut voluntate adhærente firmiter bono actuali siue nutribili culpam incurrit,non tollit dominus culpam,sic iuxta modum cõsuetum prole adhærente naturaliter naturæ corruptæ, à qua contrahitur originale,non purgatur ab originali,sed dum est in vtero materno naturaliter adhæret naturæ corruptæ, à qua contrahit inordinationem fomitis. quia licet statim in infusione animæ contrahatur originale,nihilominus mẽstruis maternis quibus alitur fœtus,in quibus causaliter maxime viget corruptio,contrahit incẽtiuum inordinationis,à quo est maxime recessus à naturali iustitia.vnde dum est in vtero fœtus quasi renititur cõtra purgationem originalis vitij,propter quod secundum dispẽsationem cõsuetæ gratiæ quod dico propter sanctificatos in vtero non est adhibendum remedium. ¶ Ad rationes. Ad primum arg. Ad primam dicendum,ꝙ licet bonitas medici nunquam defuerit,nec voluntas curandi,non sequitur tamen, quæ ex quocunque tempore morbus existat adhibeatur ei medela,sed tempore medio iuxta dispositionem sapientię ipsius medici, paruulus aũt dum est vna caro per quandam continuationem cum matre subiacet legi originalis peccati,quod per carnem contractum est. quare tunc ex dispositione diuinæ sapiẽtię nõ adhibetur vile remedium,vt dum et rõ iustitiæ manente illa continuatione. cũ aũt iam separantur,vt non sint vna caro quodãmodo,tunc conueniẽter datur remedium in signo sensibili,ꝙ contingat natum siue nascentem,vt sicut quodammodo dr̃ Augu.ad Dardanum. Aug. Nemo renascitur proprie,nisi prius nascatur, & intelligitur de hoc,ꝙ est ꝑ baptismũ.Io.3. Nisi quis renatus fuerit &c.Ita nec mũdabantur ab originali adhibito signo sensibili cum fide,antequã nascerentur. Ad secundũ ¶ Ad secundam, ꝙ obijcitur de gl.psal.dicendum est,ꝙ non postulatur ibi remedium contra culpã originalẽ,sed adiutorium ne deficiat in profectu viæ antequam perueniat ad finẽ, ꝙ patet per hoc, ꝙ dr̃ ibi frustra creasti,& recreasti &c. Nec est intelligendum ꝙ gl.intendat allegare debitum ex parte dñi, sed cõgruentiã bonitatis suæ. vnde ꝙ dr̃,quod non debes. debet exponi.Non decet vel non congruit.Lege. Exponit literam ¶ Ex dictis in quæstione,litera hæc plana est.de circuncisione aũt in sequenti cap.habebitur, vbi etiam ostendetur falsitas eius,ꝙ in hoc ca.dicit gl.super verbo, fides. ꝙ circuncisio tantum pœnam tollebat,& gratiam nõ dabat.[Sola fides] .i.parentum,vel quorumcunque,quia curam gerebant de paruulo. Rõ assignata est in q̃ne,virtus sacr ficij].i. sacri
Bonauent. 17 ficia,& oblationes.dr̃ aũt hic Bonauen.i.quod virtus sacrificij dicitur ipsa fides,quæ faciebat sacrificiũ valere,vel dicitur interna mentis contritio,quæ faciebat exterius sacrificium virtuosum.Et quia in adultis necessaria erat contritio propter actuale,ideo Gregorius dicit sacrificium curasse maiores,vt dictum est superius.

2 *Circuncisio ad quid data fuerit.*
*Et quod habeat magis expressam similitudinem curationis originalis peccati quam præcedentia quantum ad quatuor nume.3.*
4 *Circuncisio est signum curationis ab originali.*
*Et erat remedium contra originale.nu.7.*
8 *Baptismus in se continet perfectionem salutis.*
10 *Regnum cœlorum clauditur duabus de causis.*
15 *Baptismi multiplex fuit institutio.*
*Et quis finis nu.16.*

Ex quo. Sequitur capit.6. eiusdem partis in quo mag.Gratianus ex authoritate Aug.ostendit efficaciam circũcisionis dicens,ꝙ ex quo instituta est,valebat paruulis ad sanctificationem purgationis originalis peccati,sicut baptismus nunc. Ex quo institutus est.Breue est,& ideo non diuiditur.octo veniunt quærenda.

1 ¶ Primum est,vtrum fuerit congruum circũcisionem dari siue institui.
5 ¶ Secundum,vtrum debuit differri vsque ad tempus Abrahæ.
6 ¶ Tertium,vtrum omnibus populis circuncisio dari debuit.
9 ¶ Quartum, vtrum circuncisio purgabat à peccato originali.
11 ¶ Quintum,vtrum circuncisio conferebat gratiam iustificantem.
12 ¶ Sextum,vtrum circuncisio gratiam conferebat ex opere operato.
13 ¶ Septimum,vtrum fuerit necessarium post circuncisionem instituere baptismum.
14 ¶ Octauum,vtrum ante passionem fuit institutus.

1 Ad primum Sic proceditur.†Et videtur, ꝙ non fuit necessariũ circuncisionẽ dari. ¶ Et primo sic.Sapiẽtis est facere aliqd quãto breuius põt, Primum ar. sed per fidẽ,& sacra legis naturæ sufficiẽter originale purgabat.ergo non oportebat remediũ originalis pc̃ti circũcisionẽ dari. ¶ Scd'o sic.Pc̃ō originali qa ex alio cõtractũ Scd'um arg. est nõ debet pœna sensibilis nec expiatio ꝑ satisfactionẽ. sed circũcisio pœnã habebat sensibilẽ,ergo nõ erat conueniens remediũ cõtra originale. ¶ Tertio sic. Deus nõ declarat in pœnis nr̃is.ergo medicamẽta Dei debẽt esse suauia. Tertium ar sed circuncisio est pœnalis,ergo &c. ¶ In oppositũ est tex. p̃ntis ca. ¶ Secũdo est rõ,quia videlicet circũcisio est signaculum fidei,q̃ est in pputio pr̃is nr̃is Abrahæ,ad Ro. 4. & Opponit & Respondet in hoc introducit Augu. sed cõueniens fuit illã fidem signari,cuius oportet nos oẽs imitatores existere. ergo congruũ fuit circuncisionẽ dari. ¶ Rñdeo dicendũ.ꝙ congruit
2 dari circuncisionẽ Quæ cõclusio sic declarat.† circuncisio primo, & principaliter data fuit ad expressiorem significationẽ iustificationis nostræ faciendã, quã sacra præcedentia faciebãt.oportuit.n ꝙ ẜm ꝓcessum tp̃is sicut explicatio fidei crescebat,ita cresceret distinctio signorũ sacralium.vñ Hu de S.Victore.Oportuit,vt ꝑ processum tẽporum spũalium gr̃arum signa magis, ac magis semꝑ euidẽtia,& declarãtia formarent,vt cum effectu salutis cresce- H.de S.Vi.
3 ret deuotio voluntatis,& cognitio veritatis.†habet aũt circuncisio magis expressam si͞litudinẽ curationis originalis peccati,quam præcedentia quantum ad quatuor.primum quantum ad mẽbrum gñationis,ꝑ ꝙ originale transfunditur.Scd'o quantum ad figurã circularẽ in qua significatur circulus,q est in ꝓcessu originalis infectionis, ẜm ꝙ persona corrupit naturã,& natura ꝑsonam.Tertio quantum ad pœnam quæ erat in circuncisione ꝑ deletionem concupiscentię, in qua pcipue viget fomitis virtus.Quarto quantũ ad sanguinis effusionẽ,in qua significatur passio Christi,ꝑ quam pro originali satisfaciendũ erat,& quantũ ad hanc
4 vtilitatẽ diffinitur sic.†Circũcisio ꝙ est signaculũ curationis ab originali.Sed ex consequẽti fuit,alia authoritas vtilitas circuncisionis.s.distinctio populi ab infideli propter fidem eius,cui data fuit circuncisio,& quantũ ad hoc diffinit Damascenus circuncisionẽ sic. Circuncisio est signum determinans Israel à gentibus,cum quibus conuersabatur.

sabatur.Habuit etiam mysticam significationem, & moralem,quia est signum castitatis seruandæ.Et allegoriam, inquantum significabat purgationem per Christum futuram. Et quasi anagogicam inquantum significabat depositionem corruptibilitatis, & carnis & sanguinis resurrectionem. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum ꝙ præmissas vtilitates habuit circuncisio præ sacramentis legis naturæ, & ideo post illa institui debuit. ¶ Ad secundam dicendum, ꝙ pęna illa non erat ad satisfactionem, sed tantũ ad significationem. ¶ Ad tertiam dicendum, ꝙ pœna cõparatur ad punitum, & sic nõ placet Deo, vt dicit Bonauẽtura. Non.n.creauit nos ad puniendum. Cõparatur ad meritum, s.ad præexistẽtem culpam, & sic est in ea manifestatio iustitiæ, & ordinis, & sic placet Deo inquantum est iustus. Comparatur ad finem vel effectum, vt puta ad iustificationem rei, & sic placet ei inquantum misericors. vnde in punitione, quæ est vita ad iustificationẽ relucet misericordia, & iustitia & ita est Deo placens. Et talis fuit pœna circuncisionis.

Ad primum argu. Ad scđum Ad tertium Bonauent.

5 **Ad secundum** Sic proceditur. †Et videtur, qđ non debuit differri vsque ad tẽpus Abrahæ. ¶ Et primo ante Abraham erant fideles ab infidelibus distincti, sed circũcisio est signum fidei, ergo ante tempus Abrahæ dari debuit. ¶ Secundo sic. Circũcisio maiorem habuit efficaciã, quam sacramenta legis naturæ. alias postea instituta non fuisset, sed non minor erat necessitas efficacis remedij ante Abraham, quam post, ergo ẽt ante eum debuit dari. ¶ Tertio sic. in circuncisione fiebat quędam professio fidei secundum illud ad Ro.10. Abrahã accepit circuncisionem, tanquam signaculum fidei, sed à peccato primi hominis nullus vnquam saluari poterat nisi per fidem passionis Christi, secũdum illud ad Ro. 3. quẽ proposuit Deus propitiationem per fidem & sanguinem ipsius. ergo statim post peccatum primi hoĩs circuncisio institui debuit, & non tempore Abrahæ. ¶ Quarto sic. Videtur quod debuit dari tempore Noe, quia tunc fuit statutum fœderis inter Deum, & homines. vnde Gen. 9. ponã arcum meum &c. Sed circuncisio similiter fuit pactum fęderis Gen. 7. erit pactum meum in carne vestra in fœdus æternum. ergo illo tempore conueniens fuit illam dari. ¶ In oppositum est textus c. præcedentis vbi dr̃. instituta descendentibus de stirpe Abrahæ. Et satis etiam innuitur in cap. præsenti sic, arguendo. fides quæ sacramento efficaciam debuit tribuere, prout tribuit est fides mediatoris, vt in superioribus dictũ est, sed Abrahæ primo dictæ sunt repromissiones de mediatore de semine eius nascendo. ergo ei primo signum fidei distinctum dari debuit in generationis mẽbro. ¶ Rñdeo dicendũ quod cõuenienter circuncisio dilata est, vsque ad tempus Abrahæ. Cuius multiplex est rõ, vt dicit magister Alexander de Halis. vna est ꝓrogatiua fidei eius. Gen. 15. credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam, quia.n. habuit prærogatiuam fidei conueniens fuit. vt ab eo distinctio fidelium ab infidelibus inchoaret. vnde glo. Io. 6. & Ge. 17. & ad Rom. 10. dicit. Circuncisio data est in signum magnæ fidei Abrahę. Alia rõ est meritum perfectionis obedientiæ illius, ꝓpter hoc autem data fuit illi circũcisio, vt ꝓbaretur illius obedientia, & obedientiæ meritum augmentaretur. vnde glo. Ge. 17. Tribus de causis precipitur Abrahę circũcisio, vt ꝑ obediẽtiam mandati placeat, per cuius præuaricationem Adam displicuerat. Idem habetur ad Rom. 10. Idem quia fuit ei data promissio de Christo nasciture de semine eius vnde Hugo de S. Victore. Circuncisionis sacramentum semini Abrahæ datum est, quatenus singularis maneret, & discreta generatio, de qua Christus nasceretur. Item alia rõ est quia ipse fuit primus de colentibus Deum, qui separauit se à colentibus idola, vt patet Gen. 13. propter quod conueniens fuit, vt ab eo inciperet sacramentum distinctionis. Item alia est ratio. s. promissio hæreditatis regni. Conueniens.n. fuit vt ab illo cui promissa est hæreditas, sed obtinenda in semine inchoaret distinctio hæredum ab alijs. S. vero Tho. in 4. ponit aliam rationem dicens, ꝙ ex corruptione peccati originalis humanum genus circa tempus Abrahæ vsq; ad ꝓfundissimũ peccatorũ venerat s. infidelitatem, & turpissimum peccatum cõtra naturam, & ideo tunc temporis primo conueniebat promissionem fieri de semine nascituro, in quo omnes gentes benedicerentur, & à peccatis mundarentur. tunc etiam oportebat

Primum ar. Scđm arg. Tertium ar. Quartũ ar. Opponit in cõtrarium. respondet. Ale. de Hal. Hu. de san cto Victor. S. Thomas.

in significationem aliquod exemplum fidei hominibus proponi contra infidelitatem, & etiam signa castitatis dari contra corruptissimam concupiscentiam, & ideo Abrahæ data est primo circuncisio in signum paternitatis, vtpote ex quo nasciturus erat peccatorum destructor, & in signum fidei, & distinctionis ab infidelibus, & in signum castitatis & mundiciei. ¶ Ad rationes. Ad primam dicẽdum ꝙ ante Abraham fere omnes infideles erant, circa tempora.n. eius dicitur idolatria incepisse, & ideo ratio non procedit. ¶ Ad secundam dicendum, quod quia circa tempora Abrahę corruptio magis inualuerat, ideo etiam tũc oportebat efficacius remedium dari, & ideo non fuit tanta necessitas efficacis remedij ante, sicut post. ¶ Ad tertiã respondetur secundum S. Thomam in 3. parte quod conuenientius instituta fuit tempore Abrahæ, quam in principio immediate post lapsum primi hominis, qa immediate post pc̃m̃ primi parentis ſm doctrinam ipsius Adæ, qui plene instructus fuerat de diuinis, adhuc fides, & ratio naturalis vigebat in homine intantũ, quod non oportebat determinari hominib. aliqua signa fidei, & salutis. sed vnusquisque pro suo libitu fidem suam profitẽtibus fidem protestabatur signis. Sed circa tempus Abrahæ diminuta erat fides plurimis ad idolatriam declinantibus. obscurata ẽt erat ratio naturalis per augmentum carnalis concupiscẽtiæ vsque ad peccata cõtra naturam, vt dictum est, & ideo conuenienter tunc & non ante tempus Abrahæ fuit instituta circuncisio ad profitendum fidem, & minuẽdam carnalem concupiscentiam. ¶ Ad quartum patet respõsio ex dictis, conuenientius.n. datum fuit tempore Abrahæ, quã Noe. vt visum est.

Ad primum argu. Ad scđum Ad tertium Ad quartum

6 **Ad tertium** Sic proceditur. †Et videtur quod oĩbus populis circuncisio dari debuit. ¶ Et primo sic. Circuncisio data est in remedium contra originale, sed morbus iste communis omnibus erat. ergo & medicina debuit esse oĩbus communis. ¶ Secundo sic. Circũcisio fuit figuratiua, & præparatiua baptismi. sed baptismus exhibetur omnibus populis, secũdum illud Mat. vlt. euntes docete omnes gentes, baptizantes eos. In nomine patris, & filij, & Spiritus sancti. ergo circuncisio etiam dari debuit omnibus populis, & eodem modo arguendo vr̃ ꝙ hoc remedium debuit ẽt esse cõe mulieribus. ¶ Tertio sic. Circuncisio data est in signum fidei, sed Abrahæ fidem imitari omnes tenebãtur, ac fides semper fuit de necessitate salutis, ergo oĩbus circuncisio dari debuit. ¶ Quarto sic. Gen. 17. dicitur, hoc est pactum quod obseruabitis inter me, & vos, & semen tuum post te circũcidetur in vobis omne masculinum, sed de semine Abrahæ multi populi processerunt præter filios Israel. s. Ismaelitæ. Idumei. ergo non solum filijs Israel circuncisio competebat. ¶ In oppositum est textus præsentis ca. vbi dr̃ B. Gregor. ꝙ mysterium circuncisionis valebat his, qui ex stirpe Abrahæ nati sunt, ergo videtur, ꝙ tm̃ illi populo Israelitico circuncisio data fuit. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ circuncisio nõ oĩbus populis, sed populo Israelitico data fuit. Quod sic, rõne probatur. Circuncisio erat signum fidei. sed vnus tantum populus erat in quo fides, & cultus Dei remansit cæteris per idolatriam deprauatis. ergo illi populo Circuncisio tantum competebat. ¶ Secundo circuncisio significabat medicinam futuram per Christum, sed tãtum ex vno populo (s. Israel) Christus nasciturus erat, ergo tantum illi populo circuncisio competebat. Conuenientia etiam huius iuxta Sanctum Thomam sic declaratur in 4. Sicut peccatum per Adam in omnes transiuerat ita oportebat per Christum in omnes sanctificationem à peccato transire, vnde ad prærogatiuam sanctitatis eius insinuãdam oportebat, quidquid ad Christum pertinebat, speciali sanctitate pollere, & ideo in populo, de quo Christus nasciturus erat oportebat specialiter cultum Dei esse, & ipsum apud eos significari, & quia circuncisio est signum distinguens populum ab alijs, ideo oportebat populo Israelitico specialiter circuncisionem datam esse. Non solum quantum ad illos, qui de stirpe Iacob erant, sed quãtum ad omnes, qui ad populum illum qualitercũque pertinent. ¶ Ad

7 rationes. Ad primam dicendum, †quod circũcisio erat remedium cõtra originale cum significatione sanctificationis nasciturí Seminis, propter quod erat in membro generationis, ideo hoc remedium illi tantum populo competebat, ex quo nasciturus erat. apud alios aũt manebant

Primum ar. Secundũ ar. Tertium ar. Quartũ ar. Opponit in cõtrarium. Respondet. S. Thom.

adhuc eadem remedia, quæ fuerant ante circuncisionem, videlicet fides sola pro paruulis, aut fides cum oblationibus pro adultis siue viris siue mulieribus. ¶ Ad secundam (Ad secundū)
8 respondetur negando consequētiam. ratio est † quia baptismus in se continet perfectionē salutis ad quam Deus omnes homines vocat. secundum illud 1. ad Timo. 2. qui vult omnes homines saluos fieri, & ideo baptismus omnibus populis proponitur, circuncisio aūt non continebat perfectionem salutis, sed significabat eam, vt fiēdam per Christum, qui erat ex populo Iudæorum nasciturus, & ideo illi populo data est circuncisio. ¶ Ad id aūt quod de mulieribus arguitur. Respondetur ēt, ꝙ ratio non procedit, de quo ratio assignatur duplex à S. Tho. in 3. parte. (S. Thom.) Prima qa circuncisionis institutio est, vt signū fidei Abrahe, qui credidit se patrem futurū Christi sibi repromissi, & ideo conuenienter solis masculis competebat. ¶ Secunda ratio est, quia peccatum contra quod specialiter circuncisio ordinabatur, à patre traducitur, non à matre. sed baptismus cōtinet virtutem Christi, qui est vniuersalis salutis causa omnium, & remissio omnium peccatornm. ¶ Ad tertiam dicendum ꝙ quamuis oēs teneantur ad habēdam fidem quā habuit Abraham, non tamen omnes tenebantur imitari Abraham in fide, quia nec ad omnes notitia Abrahe venerat, nec omnibus erat datus, vt exemplum imitabile, nisi mediate semine, in quo omnes gentes benedictionē Abrahæ consecuturi erant, & ideo circuncisio, quæ erat signū fidei Abrahæ nō omnibus competebat. ¶ Ad quartam dicendum, ꝙ quantum ad promissionē factam Abrahæ separatus est per electionem Dei Isaac ab Ismael, & Iacob ab Esau, patet ad Ro. 9. Non tamen aliqua segregatio facta est in filijs Israel. Et ideo omnes filij Israel pertinebant ad populum Dei peculiarē, & propter hoc illis solis circuncisio competebat, quasi nunquam à familia Abrahę segregatis. Sed Ismael, & Esau tenebantur ad circuncisionem inquantum erant in familia parentum, non autem post separationem ab eis. Concordat Alexander de Halis dicens in 4. Ismael tenebatur & similiter Esau ad circūcisionem. sed descendentes ab eis non tenebantur. Illi. n. conuertentes se ad cultum alienū separauerūt posteros suos à domo Abrahæ, sed omnes, qui permanserunt in domo, vt quibus data fuit terra promissa, & patres eorum obligati fuerunt non solum illi per quos descendit generatio ab Abraham ad Christum, quia tunc solū illi de tribu Iuda obligati essent. Si arguitur ꝙ præceptum de circuncisione non solum datum fuit Abrahę, sed etiam vernaculis, & seruis emptitijs. habetur Gen. 17. Respondet magister Alexan. de Halis, ꝙ præceptum de circuncisione inquātum datum erat Abrahæ & semini eius erat necessitatis, inquantum alijs honestatis siue congruitatis. Honestum. n. fuit, ꝙ familia cōformaretur domino suo in cultu, iuxta illud Eccle. 10. secundum iudicem populi sic & ministri eius.

(Ad tertium; Ad qartum; Ale. de Hal.; Opponit in cōtrarium. Respondet Ale. de Ha.)

9 Ad quartum Sic proceditur. † Et videtur quod circuncisio à peccato originali nō purgabat. ¶ Et primo sic. ad Ro. 3. inquit apostolus, ex operibus legis non iustificatur omnis caro. sed alia opera legis, vt sacrificia non videntur minus honesta fuisse, quam circuncisio. ergo nec circuncisio à peccato purgabat siue iustificabat. ¶ Secundo Beatus Ioannes circuncisus fuit octauo die, vt dr̄ Lucæ 1. & tamen dixit ad Iesum ego à te debeo baptizari. Matt. 3. gl. i. à peccato originali mundari. ergo circuncisio non mundabat à peccato. ¶ Tertio nihil impedit vitæ æternæ introitum nisi peccatum, sed circuncisio ianuam vitæ æternæ non aperiebat. ergo videtur ꝙ à peccato purgabat. ¶ Quarto sic, Iosue quinto legitur, qđ populus, qui natus est in deserto per 40. annos incircuncisus fuit. Si. n. per circuncisionem auferebatur peccatum originale, videtur, quod omnes, q in deserto mortui sunt, tam paruuli, quam adulti, fuerunt damnati. Et eadē obiectio est de pueris, qui moriebantur ante octauum diem circuncisionis, qui præueniri non debebat. ¶ In oppositū est textus præsentis capituli. ¶ Respondeo dicendum, qđ circuncisio purgabat à peccato originali. Hæc conclusio patet ex illo Bedæ, & habetur in gloss. ad Roman. quarto. Illud salutiferæ curationis auxilium circuncisio in lege cōtra originalis peccati vulnus agebat, quod baptismus agere tempore reuelatæ gratiæ consueuit. ¶ Secundo declaratur præfata conclusio sic, iuxta Sāctum Thomam in quarto. Peccatum quod ex alio contrahitur, conueniens est, vt

(Primum ar.; Secundū ar.; Tertium ar.; Quartū ar.; Opponit in cōtrarium. Respondet; S. Tho.)

per alium tollatur, & ideo in quolibet statu post peccatū fuit aliquod remedium, per quod originale peccatum ex virtute passionis Christi tolleretur, & iterum, quia non poterat puer natus antequam haberet vsum liberi arbitrij se ad gratiam præparare, ne omnino sine remedio relinqueretur oportuit aliquod remedium dari, quod ex ipso opere operato peccatum aboleret, & tale remedium fuit circuncisio. & ideo ab omnibus conceditur, ꝙ peccatum originale abolebat, sicut significat ablationem. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum. (Ad primum arg.) Ad primam respondetur, quod nō est simile de circūcisione, & alijs legis sacrificijs. Sacrificia enim illa erant instituta ad satisfaciendum, pro peccatis actualibus, quæ homo ex se perpetrauit, & ideo non oportebat, quod peccata tollerentur per sacrificia, sicut peccatum originale per circuncisionem. ¶ Ad secundam respondetur iuxta Sanctum Thomam quod quamuis circuncisio à peccato originali liberaret, non tamen aliquis per eam perfecte fructū liberationis consequi poterat. qui est introitus regni cœlestis, quia ianuam regni non aperiebat, & secūdum hoc Ioannes circuncisus à peccato originali emundari indigebat, & quia hunc fructum cōsecuturus erat à Christo, dicebat Chro, ego à te debeo baptizari. vel dicendum, vt dicit Nicol. de lyra super Matthæi. quod Ioannes non loquebatur ibi in persona sua, cū esset in vtero sanctificatus, sed in persona generis humani, vel aliter, vt idem dicit, quod hoc ideo dicit, quia sanctificati in vtero indigent baptismo Christi ad hoc quod sint Christo incorporati, quia in baptismo Christi character imprimitur, per quem Christo baptizatus configu-
10 ratur. ¶ Ad tertiam respondetur † quod regnum cęlorum clauditur duabus de causis. aut propter peccatum personale, aut naturæ, dicimus ergo, quod per circuncisionem auferebatur impedimentum, quod erat ex parte personæ ablato originali peccato, prout erat infectio huius personæ, adhuc tamen remanebat impedimentum ex parte naturæ nondum soluto pretio, quod impedimentum fuit sublatum in passione Christi, & ideo per accidens erat, quod ianua regni cœlestis non aperiebat, quia etiam baptismus ante passionem non introducebat in regnum. Et etiam circuncisio si locum haberet post passionem Christi introduceret in regnum. ¶ Ad quartam respondetur negando consequentiam. dicimus enim iuxta Sanctum Thomam in tertia parte, quod populus in deserto intermittens mandatum circuncisionis excusabatur, tum quia nesciebant, quando castra mouebantur, tum, quia, vt Damascenus dicit, non necesse erat, eos aliquod signum distinctionis habere, quando seorsum ab alijs populis habitabant, & tamen, vt Augustinus dicit, inobedientiam incurrebant, quia ex contemptu prætermittebant. Videtur enim, quod nulli incircuncisi mortui fuerunt in deserto, quia in Psalmo 104. dicitur. Et non erat in tribubus eorum infirmus. Sed illi soli videntur mortui in deserto, qui fuerant circuncisi in Aegypto, si tamē ibi aliqui incircuncisi mortui sunt, eadem ratio est de his, & de his, qui moriebantur ante circuncisionis institutionem, quod etiam intelligendum est de pueris, qui moriebantur ante octauum diem tempore legis. Præterea octauus dies licet esset de necessitate præcepti, ita quod octauum diem prætermittentes peccabant, non tamen erant de necessitate sacramenti. quare &c.

(Ad scđm.; Ni. de lyr.; Ad tertium; Ad quintum S. Tho.; Damascen.)

11 Ad quintum Sic proceditur. † Et videtur, quod circuncisio non conferebat gratiā iustificantem. ¶ Et primo sic. Sacramentum non efficit nisi quod figurat. sed circuncisio non significat gratiæ collationem, sed solum culpæ ablationem. ergo gratiam non conferebat. ¶ Secundo sic. Baptismus non amplius facit, nisi quod aufert culpam, & confert gratiam, si autem hoc ipsum circuncisio faciebat baptismus in nullo circuncisionem excedit. ¶ Tertio propter hoc lex vetus dicebatur occidere, quia gratiam contra concupiscentiā non conferebat. hoc autem non esset, si circuncisio, quæ erat quodāmodo legis sacramentum, gratiam conferret. ergo gratiā non conferebat. ¶ Quarto sic. dicit apostolus ad Gala. 2. si ex lege est iustitia, Christus gratis mortuus est. i. sine causa. sed circuncisio erat quædam obligatio legis implendæ ad Galat. 6. ergo si ex circuncisione est iustitia, Christus gratis mortuus est. i. sine causa, & hoc est inconueniēs. circūcisio ergo grām iustificātē à pc̄tō nō cōferebat. ¶ In oppositum

(Primum ar.; Scđm arg.; Tertium ar.; Quartū ar; Opponit & Responde.)

positum est textus præsentis capituli quod est Aug. ¶Respondeo dicendum, quod circuncisio conferebat gratiam iustificantem, sicut dicit textus capituli præsentis. Et ratione probatur sic. tenebra non expellitur nisi per præsentiam lucis, sed gratia opponitur culpæ, sicut lux tenebræ. ergo cum circuncisio expelleret culpam videtur quod gratiam conferret. Est tamen hic notandum, quod licet ab omnibus communiter ponatur, quod. s. in circuncisione, originale peccatum omittebatur, Quidam tamen dixerunt sicut Ioannes glossator dicit in capitulo præcedenti, quod circuncisio tantum culpam tollebat, sed gratiam nõ conferebat. Sed hoc non potest stare, quia culpa non potest remitti, nisi per gratiam secundum illud ad Ro. 3. iustificati gratis per gratiam ipsius ideo alij dixerunt, quod per circuncisionem conferebatur gratia, quãtum ad effectus remotionis culpæ, sed non quantum ad effectus positiuos, ne dicere cogerentur, quod gratia in circũcisione collata sufficiebat ad implendum mandata legis, & ita superfluus fuisset aduentus Christi. Sed etiam hoc stare non potest. primo quidem, quia per circuncisionem dabatur pueris facultas suo tempore perueniendi ad gloriam, qui est vltimus effectus positiuus gratiæ. Secundo, quia priores sunt naturaliter secundum ordinem causæ formalis effectus positiui, quam priuatiui, licet secundum ordinẽ causæ materialis sit ecõuerso. forma. n. non excludit priuationem nisi informando subiectum. Et ideo alij dixerunt, ꝙ in circuncisione conferebatur gratia. & quantũ ad aliquẽ effectum positiuum, qui est facere dignum vita æterna, sed non quantum ad omnes effectus, quia non sufficiebat reprimere concupiscentiam fomitis, nec etiam ad implendum mandata legis, quod nõ est verum quia minima gratia potest resistere cuilibet concupiscentiæ, & vitare omne peccatum mortale, quod committitur in trãsgressione mandatorum legis, minima. n. charitas plus diligit deum, ꝙ cupiditas millia auri, & argenti. Et ideo dicendum, qđ in circuncisione conferebatur gratia, quantum ad omnes gratiæ effectus, aliter tñ, quam in baptismo, nam in baptismo confertur gratia ex virtute ipsius baptismi, quã habet inquantum est instrumentum passionis Christi iam perfectæ. Circuncisio autem conferebat gratiam inquantũ erat signum fidei passionis Chri futuræ, ita. s. ꝙ hõ, qui accipiebat circũcisionem profitebatur se suscipere talem fidem, vel adultus pro se, vel alius pro paruulis, vnde, & apostolus dr ad Ro. 10. ꝙ Abraham accepit signũ circũcisionis iustitiæ fidei, quia. s. iustitia ex fide erat signata, non ex circuncisione significante. Et quia baptismus operatur instrumẽtaliter in virtute passionis Christi, non autem circuncisio ideo baptismi imprimit charecterem incorporantem hominem Christo & copiosiorem gratiam confert, quã circũcisio. maior. n. est effectus rei pñtis quã spei. ¶Ad rões.

Ad primum arg. Ad primam dicendum est, ꝙ sicut in sacramento altaris aliquid est ex vi sacramenti, & aliquid ex naturali concomitantia. ita circũcisio principaliter ordinata erat ad ablationem culpæ, sed ex consequenti ad collationẽ grę. ¶Ad secundam respondetur negando consequentiam. quia in baptismo amplior datur gratia, quam in circuncisione, sicut dictum est, quia ablatio illa culpæ non fiebat, nisi per positionem gratiæ. & ideo argumentum nõ procedit quare &c. ¶Ad tertiam respondetur negando consequentiã, quia gratia circuncisionis non ita sufficienter reprimebat concupiscentiam. sicut facit gratia noui testamenti. ¶Ad quartam dicendum ꝙ ratio illa procederet, si ex circũcisione esset iustitia, aliter quam per fidem passionis Chri.

12 Ad sextum Sic proceditur. †Et videtur, ꝙ circuncisio gratiam conferebat iustificantẽ ex opere operato, sic. Efficacia sacramentorum nobis innotuit per authoritatem sacræ scripturę, de circuncisione aũt similis sñia datur, quæ daĩ de baptismo. sicut. n. dr de baptismo, nisi qs renatus fuerit ex aqua, & spũ sancto non põt introire in regnum Dei. Io. 3. Ita dr in lege, & habetur Gen. 27. Aĩa cuius præputij caro circuncisa non fuerit peribit de populo meo, quia pactum meum irritum fecit. ¶In oppositum esse videtur, quia hoc vr esse proprium sacramentorum nouæ legis. s. ex opere operato gratiam cõferre. ¶Responsio. Circa hanc quæstionem difficultatem nobis facit varius modus loquendi doctorum, & quẽ nos spãliter sequimur contrario modo, vr loqui in hac materia. In 4. sententiarum. n. d. 1. expresse videtur dicere, ꝙ circuncisio ex opere operato delebat peccatum originale, sicut apparet ex dictis suis, quæ induximus supra circa articulum quartum, vbi quæsitum est. Vtrum circuncisio deleret peccatum originale. In tertia vero parte q. 71. art. 4. vbi ita formaliter dr seu dicere videtur oppositum. Et sup epistolam ad Ro. 4. vbi ita formaliter dr. Circuncisio ex ipso opere operato non habebat virtutem effectiuam, nec quantum ad remotionem culpæ, nec quantum ad operationem iustitiæ, sed erat solum iustitiæ signũ, vt hic dicit apostolus. hæc S. Tho. Sed iudicio nostro ista possunt concordari, & per consequens responderi ad quæstionem ꝑpositam. ¶Pro quo notanda sunt duo. primo, quod sicut in sacramento est duo considerare. s. ipsum sacramentum & vsum eius, ita in eis est duo considerare. s. opus operãs quod est ipsa fides, siue deuotio vtẽtis ipso sacramẽto, & est etiam cõsiderare opus ipsum operatum, videlicet ipsũ sacramentum, quod suscipitur. ¶Secundo notandum, ꝙ dupliciter potest intelligi aliquod sacramentum gratiam conferre ex opere operato. vno modo sic, quod ipsum sacramẽtum ex ipso opere operato habeat aliquam virtutẽ effectiuam, quã aliquomodo operetur ad deletionem peccati, & gratiæ collationem. & hoc modo nulla sacramenta veteris legis, nec etiam ipsa circunsio ex opere operato poterat gratiam conferre. Cuius ratio est, vt deducit Sanctus Thomas in 3. parte. q. 63. articu. 6. quia non potest dici. ꝙ sacramenta ueteris legis cõferãt gratiam iustificantẽ per seipsa propria virtute, quiã sic, non fuisset necessaria passio Christi secundum illud ad Gal. 2. si ex lege esset iustitia Christus gratis mortuus est. Sed nec potest dici, qđ ex passione Christi virtutem haberent conferrendi gratiam iustificantem, cum Christi passio nondum esset. Quod sic probatur. Virtus passionis Christi dupliciter nobis copulatur per fidem. s. & sacramenta differenter tamẽ. Nam continuatio, quæ est per fidem, fit ꝑ actum animæ. Continuatio autem, quæ est per sacramenta, fit vsu exteriorũ rerũ. Nihil aũt prohibet id quod est posterius tempore antequam sit, mouere, secundum quod procedit in actu animæ. Sicut finis quæ est posterior tempore mouet agentem, secundum, quod est apprehẽsus, & desideratus ab ipso, sed illud, quod nõ est in rerum natura, non mouet secundum vsum exteriorum rerum. Vnde causa efficiens non potest esse posterior in esse ordine durationis sicut causa finalis. Sic ergo manifestum est, ꝙ a passione Christi quæ est causa humanæ iustificationis conuenienter deriuatur virtus iustificatiua ad sacramenta nouæ legis. Non autem ad sacramẽta veteris legis, & tamen per fidem passionis Christi iustificabantur antiqui patres, sicut, & nos. Sacramenta autem veteris legis erãt quædam illius fidei protestationes inquantum significabant passionem Christi & effectus eius. Sic ergo patet, quod sacramẽta veteris non habebant in se aliquam virtutem, quæ operaretur ad conferendum gratiã iustificantẽ, sed solum significabant fidẽ, ꝑ quã iustificabantur antiqui patres, & per consequẽs patet, quod ex opere operato ipsa sacramẽta veteris testamenti, aut circuncisio non operabantur ad gratiam conferendã eo mõ, quo dictũ est, & hoc modo loquitur S. Thomas super epistolam ad Rom. sicut ex verbis ipsis suprapositis aperte colligitur. & in 3. parte vbi supra. Alio modo potest intelligi aliquod sacramentum ex opere operato operari ad gratiam conferendam quando præter id opus aliud nullũ opus requiritur ꝑ se ex parte iustificandi, licet forte per accidens requiratur, vt remouens, prohibens, & hoc modo circuncisio dicebatur conferre gratiam ex opere operato. quia ad hoc, quod peccatum originale deleret, & gratiam iustificantem conferret, non requirebatur ibi aliquis actus fidei in pueris qui circũcidebantur, quia vsu rõnis carebant. Nec etiã sufficiebat pro illo statu fides parentum, sicut nec modo in statu gratiæ sine baptismo. cum ergo nec ex opere operante proprio, vel alieno iustificabantur pueri, oportet dicere, quod circuncisio aliquo modo ex opere operato operaretur ad conferendam gratiam, & ita procedit nostro iudicio positio Sancti Thom. in 4. vbi inquit post verba superiora, ꝙ circũcisio in hoc quodammodo conueniebat cum sacramentis nouę legis, in eo ꝙ efficiebat, quod significabat. Sed vt dicit in 3. parte vbi supra. s. q. 71. Aliter tñ in circũcisione conferebatur gratia, quam in baptismo. Nam in baptismo confertur ex virtute ipsius baptismi, quam habet inquantum est instru-

Marginalia (left): Ad secũdum. — Ad tertium — Ad quartum — Primum ar. — Opponit in cõtrarium. — Respondet. (right): S. Thom. — S. Thom.

mentum passionis Christi iam perfecte. Circuncisio autē conferebat gratiam, inquantum erat signum fidei passionis Christi futuræ. vnde apostolus ad Romanos. 4. dicit ꝙ Abraham cōcepit signum circūcisionis, signaculum fidei iustitiæ. hæc ille. Et sic patet quomodo circuncisio conferebat gratiam ex opere operato, & quomodo nō, quia primo modo non, secūdo modo sic.

Ad arg.

¶ Quibus habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad quam respondetur negando consequentiam, quoniam licet detur similis sententia de circuncisione, & baptismo quantum ad effectum principalem. s. quo ad deletionē peccati originalis, non tamen datur similis sententia, quo ad modum operandi, quia baptismus ex opere operato operatur tāquam habens in se virtutem aliquam, qua operatur ad conferendā gratiam in se iustificantem. Non sic circuncisio, nisi inquātum erat signum fidei futuræ passionis Christi, vt dictum est. vel dicendum, ꝙ alio modo etiam circuncisio conferebat gratiam ex opere operato. s. modo secundo superius dicto, & tantum de quæstione.

13 **Ad septimum** Sic proceditur. † Et videtur ꝙ non fuerit necessarium post circuncisionem instituere baptismum.

Primum ar.

¶ Et primo sic. Causa institutionis baptismi, vt dicitur in litera in capitulo psenti est innouatio mentis, sed circuncisio mentem innouabat cum peccata auferret, & gratiam conferret, vt supra dictum est in præcedenti quæstione. ergo non fuit necesse baptismum instituere.

Secundū ar.

¶ Secundo sic. in sacramentis efficacia respondet significationi, sed circuncisio expressius significabat, vt videtur ablationem originalis culpæ, & quantum ad causam ablationis, quæ est effusio sanguinis Christi. & quantum ad causam traductionis, quæ est generatio in membris generationis, cum sanguinis effusione facta. ergo habuit maiorem efficaciam quam baptismus, & ita non debuit post eam baptismus institui.

Tertium ar.

¶ Tertio sic. Si dicatur, quod circuncisio non aperiebat ianuam regni cœlestis, sicut facit baptismus. Contra baptismus habuit virtutem perducendi ad regnum à passione Christi, sed eandem virtutem habuisset circuncisio post passionē Christi, ex quo esset aperta ianua. ergo nō fuit ppter hoc necesse, vt baptismus institueretur & succederet loco circuncisionis.

Opponit in cōtrarium.

¶ In oppositum videtur esse capitulum presens vbi dicitur, quod post circuncisionem institutus est baptismus, & per consequens conuenienter, quia Deus omnia sapienter facit, secundum illud psal. 103. omnia in sapientia fecisti.

Scđa oppo.

¶ Ratione sic persuadetur, perfectum debet imperfecto succedere. sed baptismus est perfectior circuncisione, quia communior est, ergo debuit post circuncisionem institui. ¶ Respondeo dicendum quod necessarium fuit post circuncisionē instituere baptismum. Pro quo notandum iuxta Sanctum Thomam in 4. quod secūdum ꝙ dicit Hugo de Sancto Victore, oportuit, vt secundum processum temporum spiritualium gratiarum signa magis, ac magis darentur euidentia, & ideo oportuit, quod baptismus post circūcisionem daretur.

S. Thom.

tum quia circūcisio erat sacramentum particulare, & nō vniuersale, quia solum dabatur viris, & non mulieribus. ideo competebat, vt post circuncisionē, institueretur sacramentum, quod esset vniuersale remediū commune vtrique sexui, cuiusmodi est baptismus. quia circuncisio inferebat dolorem. vnde fuit sacramentum laboriosum, & ideo congruebat, quod post illud institueretur sacramentum, quod esset sine dolore, & tale est baptismus, & quantum ad hoc est perfectius sacramentum baptismi. ¶ Tertio in significatione, quia sicut circuncisio significabat tm̄ in remouendo, perfectio autem significationis non in remouendo, sed in collatione gratiæ, cuius effectus aqua figurat. s. vitam, & illuminationem, & huiusmodi. ¶ Quarto est maioris efficaciæ, quia copiosior gratia in eo datur, quam in circuncisione. Præterea baptismus imprimit characterem incorporantem hominem Deo siue Christo, quod non facit circuncisio.

Ad primum arg.

¶ Ad rationes. Ad primam dicendum negando consequentiam, quoniam quamuis circuncisio auferret culpam, sicut baptismus, non tamen conferebat tantam plenitudinem gratiæ, sicut baptismus. Nec intantum diminuebat fomitē, & ideo oportuit baptismum succedere. Innouatio. n. non solum consistit in remotione culpæ, sed etiā in collatione gratiæ.

Ad secundū

¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam, quia illæ significationes sunt rerū non contentarum, & ideo de illis nihil arguitur ad propositū.

Ad tertiū

¶ Ad tertiam dicendum negando etiam consequentiam, quoniam baptismus rationibus supra positis præfertur circūcisioni, & (vt dictum est circa articulum quartum) circūcisio, si locum habuisset post passionē Christi in regnū introduxisset, nihilominus nec in tanta copia gratiam contulisset, nec characterem impressisset, & ideo ratio non procedit.

14 **Ad octauum** Sic proceditur. † Et videtur, quod baptismus fuerit institutus ante passionem Christi.

Primum ar.

¶ Primo sic. dominus tactu carnis suæ vim generatiuam contulit aquis, sed hoc fuit ante passionem in baptismo suo. ergo ante passionem institutus fuit.

Scđm arg.

¶ Secundo sic. Io. 3. dicit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non potest introire in regnū cœlorū. sed hoc fuit ante passionem. ergo baptismus ante passionem fuit institutus.

Tertium ar.

¶ Tertio sic. B. Aug. dicit in quodā sermone Epiphaniæ. Ex quo Xp̄s in aqua im̄mergit, ex eo oīa pctā abluit aqua. sed hoc fuit ante Christi passionē. ergo baptismus ante Xp̄i passionē fuit institutus.

Opponit in cōtrarium

¶ In oppositū est, qa causam nō pcedit effectus, sed baptismus hēt efficaciam à passione Christi. ergo non debuit ante passionem institui.

Respondet. S. Thom.

¶ Respondeo dicendum secundum San. Thomam in 4. ꝙ multiplex fuit baptismi institutio. fuit. n. primo institutus quantum ad materiam in baptismo Christi. tunc. n. vim regeneratiuam aquis contulit, & aliquo modo fuit forma figurata, per præsentiam personarum in signo visibili, qa pater apparuit in voce, filius in carne, & spiritus sanctus in colūba. Et similiter fructus baptismi ibi præfigurat⁹ fuit, quia cęli aperti sunt super eū. Sed necessitas eius fuit declarata. Io. 3. vbi dicit. Nisi quis renatus &c. Sed vsus eius fuit inchoatus, quando misit discipulos ad prædicandū, & baptizandum, vt patet Matt. 4. Sed efficaciam habuit ex passione Christi quantum ad vltimum effectum, qui est apertio ianuæ. Sed diuulgatio eius quantum ad omnes rationes præcepta fuit Matthæi vlti. vbi dicit. Euntes docete oēs gētes &c. Tamen sciendum, quod Matt. vlti. non fuit forma instituta, cum ante passionem in eadem forma baptizauerint.

Ale. de Hal

Concordat dictis magister Alexander de Halis sic dicens. † Multiplex fuit institutio baptismi. vna. s.
15 materialis, siue potentialis. quādo dominus baptizabatur à Ioann. Matthæi 3. quando collata fuit virtus regeneratiua aquis. vnde Lucæ 3. baptizato Iesu ibi glo. dicit. baptizabatur dominus non mundari indigens, sed tactu mundæ carnis aquas mundaos, vt vim abluendi habeant. Alia formalis Matthæi. vltimo ibi. Ite docete omnes gentes. tunc enim fuit institutus formaliter in expressione formæ baptizandi. Quantum ad finem institutus fuit. Ioānes 3. Nisi quis renatus &c. † finis. n. baptismi est introductio siue in-
16 gressus in paradisum. Quantum ad effectum Mar. vltimo. Qui crediderit, & baptizatus fuerit &c. Baptismus. n. saluat, & à pœna, & à culpa. Quantum ad efficaciam, & significationē, quando de latere Christi exiuit sanguis, & aqua Io. 19. Quantū ad efficaciā, quia ex fluxu illo baptismus habet efficaciam siue virtutem. Vnde Ezec. 17. vidi aquam egredientem de templo à latere dextro &c. Quantum ad significationem vero, quia sanguis, & aqua illa erant signa baptismi, & eucharistiæ. Officialiter vero, quando misit discipulos binos & binos ad prędicandum, & baptizandū. Sic ergo diuersę sunt institutiones baptismi, & per hoc patet responsio ad obiecta.

Exponit literam.

Lege tex. ¶ [Ex quo] scilicet tempore. [In populo Dei] populus Israel erat populus Dei, cum solus esset fidelis. psalm. 75. Notus in Iudæa Deus & in Israel magnum nomen eius. hic specialis, & peculiaris est dictus populus Dei. Deuter. 7. elegit te Deus, vt sis ei populus peculiaris. [signaculum.] habetur ad Rom. 4 signaculum. id est habens similitudinem signatæ rei. vt sicut de carne libidinis homo in circuncisione spoliatur sic. anima spolietur omnibus sordibus primę natiuitatis. [Iustitiæ fidei] id est iustitię, quæ ex fide. [ad sanctificationē.] conferebat enim circuncisio illo tempore remissionem peccatorum, sicut nunc baptismus. vnde sequitur. [sicut baptismus] ex quo institutus est. de tempore institutionis baptismi dictum est.

1 *Baptismus ad hoc, quod prosit paruulis ad remessionem peccati originalis, an ita sit vtilis fides efferentium, quod necessario requiratur.*

Illud



Llud perscrutari. Sequitur septimum capitulum huius partis. In quo magister Gratianus introducit Aug. mouentē quandam vulgarem quęstionē. Vtrum baptismus ꝓsit paruulis, qui nondum erāt capaces alicuius cognitionis, nec fidei per cōsequens. Et diuiditur hoc capitulum in tres partes. In prima ꝓponit quæstionem In secunda soluit. Tertio confirmat authoritate vniuersalis ecclesiæ, & huius ecclesiæ. ¶ Pro ampliori intelligētia huius quæstionis maxime solutionis ipsius propositæ qōnis

Diuisio. Quæstio. Primum ar. 1 quæritur. † Vtrum ad hoc, ꝙ baptismus prosit paruulis ad remissionē peccati originalis, ita sit vtilis fides offerentiū. ꝙ necessario requiratur. Et videtur, ꝙ sic, ex capitulo præsenti, quod est Augu. ¶ Secundo sic. ad Ephe. 4. dicit. vnus

Scđm arg. dominus, vna fides, vnū baptisma. ex quo ordine designat quod vnitas fidei præcedit vnitatē baptismi. ergo baptismus ad hoc quod sit efficax paruulis baptizatis, requirit fides. sed non in paruulis, quia illi credere non possunt ergo vel in conferētibus, vel in offerentibus. ¶ Tertio dicit

Tertium ar. Damas. quod baptizatis datur gratia secūdum proportionem fidei, sed non paruulorum. cum illi nullam habeant ante baptismum. ergo offerentium, vel conferentium sacramentorū. ¶ In oppositum est idem Aug. ad Bonifaciū dicens. esto, quod parentes ducant filios suos per ignem, nihil eis obest eorum infidelitas. ¶ Respondeo dicēdum, quod nō est necessarium, quod offerēs habeat fidem. Probatur ista conclusio, quia potest contingere, quod tam, ꝙ baptizat, quam qui offert, sit infidelis, & tunc si necessaria esset fides illorū euacuaretur effectus baptismi, quod non est verum. vnde fides offerētium, quæ hic paruulis dr̄ vtilis à Beato Aug. non intelligitur personalis fides eorum, nisi pro quanto fides eorum est ecclesiæ, quam ipsi tenent habere. Hęc.n. necessaria ē, vt baptismus in aliquo habeat efficaciam salutarem, sicut circa principiū c. huius distinctionis dictū est. vnde S. Th. in 4. d. 6. dicit. Non requiritur fides personalis offerētium paruulum ad baptismum. nec alicuius personæ determinatę, sed solum fides ecclesię militātis, quam non est possibile deficere totaliter, hoc Deo ordinante. qui dixit Matt. vlt. ecce vobiscū sum vsq; ad cōsumationem seculi. Si tamen deficeret suppleret illud, qđ de fide remansit in ecclesia triumphante, s. visio. Nec offerens puerū in persona sua dicit. Credo, sed in persona pueri. vt sit sensus. Credo. i. sacramentum fidei præsto sum recipere. Concordat per omnia magister Alexander de Halis in quarto. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur, qđ per fidem offerentium intelligit August. fidem ecclesiæ, maxime cum offerētes non illos solos dicat, quorum paruuli gestantur ad baptismum, sed vniuersitatem sanctorum vt ipse in epistola ad Bonifacium dicit. Ab omnibus .n. inquit recte offerri intelliguntur paruuli quibus placet quod offeruntur, & quorum indiuidua charitate ad communionem sancti spūs admittuntur, & sic ergo in fide ecclesiæ ministratur baptismus paruulis, & talis fides indubitanter eis prodest, quia eius virtute efficaciam habet in eis. ¶ Ad secundam pariter respondetur negando cōsequētiam, quia licet in personis, quæ offerunt, vel assunt in baptismo, non esset fides, nihilominus in fide ecclesiæ tribuitur. ¶ Secundo dicitur, quod Augustinus præsupponit in hoc capitulo, quod offerentes habeant fidem ecclesiæ, & ita illorum fides inquantum ecclesiæ fides est, prodest paruulis. ¶ Ad tertiam dicendum, quod Damascenus loquitur de fide eius qui baptizat adultus. Ibi.n. secūdum proportionem gratiæ fidei est proportio gratiæ virtutum, vt inquit Alexander de Halis. Lege. ¶ [Fides eorum]. i. ecclesiæ, quam ipsi, qui offerunt tenentur habere. [vel eorū] id est omnium sanctorū], siue iustorum fidelium ecclesię à quibus offerri intelliguntur paruuli, sicut dictum est in quæstione ex dicto Augustin. Et hæc est secunda pars. [Commendat ecclesiæ autboritas] vt in fra e. dist. mater ecclesia os maternum.

S.Thom.

Ad primum arg. Augu.

Ad secundū

Ad tertium

Exponit literam.

3 *Filius Dei per passionem suam liberauit nos a culpa, siue peccato, & nu. 5.*
4 *Passio Christi est propria causa remissionis peccatorum dupliciter.*
6 *Passio Christi quantum ad sufficientiam potest delere peccata etiam antequam fiant.*
8 *Homines liberati sunt a pœna æterna per passionem Christi.*
9 *Pœna æterna dicitur per oppositum ad vitam æternam.*
10 *Homo potest amittere vitam æternam dupliciter.*
11 *Liberantur quidam ab omni pœna temporali oppressiua per passionem Christi.*
12 *Pœna temporalis in homine est duplex.*
13 *Homo fit particeps passionis Christi dupliciter.*
14 *Caro peccati dupliciter accipitur.*
15 *Resurrectio Christi est causa efficiens tam destructionis mortis nostræ quam resurrectionis nostrę ad vitam impassibilem, & immortalem.*
16 *Aqua necessaria est in baptismo propter tria.*



Ilius Dei. Sequitur octauum capitulū eiusdem partis. vbi August. prosequitur efficaciam baptismi in paruulis. Et diuiditur hoc capitulum in quatuor partes. In prima ponit vnam pręsumptionē argumentationis videlicet, quod filius Dei assumpsit carnem cum pœnalibus, vt nos absolueret à culpa, & à pœna. In secunda ponit aliam, videlicet quod per fidem, & baptismum consequuntur remissionem illorum duorum. In tertia concludit inquantum paruuli sunt de numero credentium, quod consequuntur illam remissionem culpæ, & pęnæ in baptismo. Quarto elicit corollarium, quod non baptizati cum non videantur esse de numero credentium ex euangelio iudicati sunt nunquam ingressuri regnum cœlorum. secunda ibi, per fidem. tertia ibi, paruuli. quarta ibi, qui vero non. Pro pleniori intelligentia huius capituli quæruntur tria.

1 ¶ Primo, vtrum filius debuit assumere naturam humanā cum defectibus pœnalibus.

2 ¶ Secundo, vtrum Christus per passionem suam liberauit nos à culpa.

7 ¶ Tertio, vtrum liberati sumus à pœna debita pro originali peccato.

1 Ad primum Sic proceditur, † Et videtur ꝙ non debuit assumere humanam naturā cum defectibus pœnalibus. s. passibilitatis, mortalitatis, famis, sitis &c. ¶ Et primo sic. Sicut anima vnita est verbo Dei personaliter, ita & corpus. sed anima Christi habuit omnimodam perfectionem, & quantum ad gratiā, & quātum ad scientiam. ergo etiam debuit esse omnibus modis perfecta, nullum habens in se defectum. ergo &c. ¶ Secundo sic. Anima Christi videbat verbum dei ea visione, qua beati vident, & sic anima Christi erat beata. sed ex beatitudine animæ glorificatur corpus, dicit.n. Augu. in epistola ad Dioscorum tam potenti natura Deus fecit animam, vt ex eius beatissima plenitudine redundet, etiam in inferiorem naturam, quæ est corpus non beatitudo, quæ fruentis, & intelligentis est propria, sed plenitudo sanitatis. i. incorruptionis vigor. Corpus ergo Christi fuit incorruptibile, & absque omni defectu. ¶ Tertio sic. Pœna consequitur culpam, sed in Christo non fuit aliqua culpa secundū illud 1. Petri 2. Qui peccatum non fecit. ergo nec defect' corporales qui sunt pœnales in eo esse debuerunt. ¶ Quarto. Nullus sapiens assumit id, quod impedit illum à ꝓprio fine, sed per huiusmodi defectus corporales multipliciter videtur impediri finis incarnationis. Primō quidem ꝑ huiusmodi infirmitates homines ab eius cognitione impediebantur secundum illud Esa. 53. desiderauimus eum despectum, & nouissimum virorum, virum dolorū, & scientem infirmitatem, & quasi absconditus est vultus eius, & despectus. vnde sequitur. Nec reputauimus eum. Secundo quia sanctorum patrum desiderium non videtur impleri, ex quorum persona dicitur Esaiæ. quinquagesimo primo. Consurge consurge induere fortitudinem brachium domini. ¶ Quinto, quia congruentius per fortitudinem quam per infirmitatem videbatur potestas diaboli posse superari, & humana infirmitas posse sanari. non ergo videtur conueniens fuisse quod filius Dei humanam naturam assumpserit in corporalibus infirmitatibus siue defectibus. ¶ In oppositum est textus præsentis capituli. vbi Aug. dr̄, quod filius dei suscepit carnē peccati. s. similē carni pctī in pœna, & sic fecit. ergo cōueniēter actū ē. ¶ Re-

Primum ar.

Secundū ar.

Tertium ar.

Quartū ar.

Quint. ar.

Opponit in cōtrarium. Respondet.

S.Thom.

spondeo dicendum, quod filius Dei conuenienter assumpsit humanam naturam cum defectibus hmôi, & passionibus propter maxime secundum S.Th. in 3. parte. Primo propter hoc, quia ad hoc filius Dei per carnem assumptã venit in mundum, vt pro peccato humani generis satisfaceret, vnus aũt pro peccato alterius satisfacit, dum pœnã alterius peccato debitam in seipsum suscipit. Hmôi aũt defectus corporales .s. mors, fames, sitis & hmôi sunt pœnã peccati, ꝙ est in mundum per Adam introductum secundum illud ad Ro.6. Per vnum hoiem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors. Vnde conueniens fuit quantum ad finem incarnationis, ꝙ hmôi pœnalitates in nostra carne susciperet vice nostra ẽm illud Esa.53. Vere languorres nostros ipse tulit &c. ¶ Secundo pp. fidem incarnationis astruendam, cum .n. natura humana non aliter esset nota hoibus, nisi prout hmôi defectibus corporalib. subiaceret. Si sine his defectibus naturam humanam filius Dei assumpsisset, videretur non fuisse verus hõ, nec veram carnẽ habuisse, sed fantasticã, vt Manichei dixerũt & ideo vt dr̃ ad Philip.2. Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens in similitudinem hoium factus est, & habitu inuentus, vt hõ. Vnde ẽt Tho. per affectum vulnerum ad fidem est reuocatus, vt dr̃ Io.2. Tertio ꝓpter exemplũ patiẽtiæ, ꝙ nobis exhibet passiones & defectus humanos fortiter tolerando. Vnde dr̃ ad Heb.12. Sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt non fatigemini aĩs vestris deficientes. Concordat dñs Bonauen.

Bonauent.

addens in tertio, ꝙ ẽt hoc factum est propter fulcimentũ nostræ fragilitatis. Natura .n. rõnalis ob fragilitatem suam habet in se difficultatem ad credendum vera, & irascibilis ad sperandum ardua, & concupiscilis ad amandum bona, & ideo voluit Christus, non tñ nobis similari in natura, sed ẽt in defectibus, & pœnalitatibus, vt manifestando in se veritatem humanæ naturæ præberet fulscimentum nostræ rõnali ad credendum ostendendo nihilominus intẽsibilitatem suæ miæ, per susceptionẽ nostræ miseriæ præberet irascibili fulcimentum ad sperandum ostendendo magnitudinem suæ beneuolentiæ. Præberet concupiscibili incitamentum ad se amandum. Et ideo licet incongruũ videretur hmôi defectus reperiri in Christo si per se considerentur tñ si ad fidem referantur magna reperitur congruitatis condecentia. Et ideo cõcedendæ sunt rõnes, quę sunt ad partem istam.

Ad primum argu.

¶ Ad rõnes. Ad primam dicendum negando consequentiam. Rõ est quia satisfactio pro peccato alterius habet quidem quasi materiam pœnas, quas aliquis pro peccatis alterius sustinet, sed pro principali habet habitum aĩæ. ex quo inclinatur ad volendum satisfacere pro alio, & ex quo satisfactio efficaciam habet. Non .n. esset satisfactio efficax, nisi ex charitate procederet, & ideo oportuit aĩam Christi perfectam esse quantum ad habitus virtutum, & scientiarum, vt haberet facultatem satisfaciendi, & ꝙ corpus eius subiectum esset infirmitatibus, vt ei satisfactionis materia non deesset.

Ad secũdum

¶ Ad secundã dicendum, ꝙ ẽm naturalẽ habitudinẽ quæ est inter aĩam, & corpus ex gloria aĩæ redundat gloria ad corpus, sed hęc naturalis habitudo subiacebat voluntati diuinitatis ipsius ex qua factum est, vt beatitudo remaneret in aĩa, & nõ deriuaretur ad corpus, sed caro pateretur, quæ competũt naturæ passibili, secundum illud, quod dicit Damascenus ꝙ beneplacito diuinæ voluntatis permittebatur carni pati, & operari quæque propria.

Ad tertium

¶ Ad tertiam dicendum, ꝙ pœna semper sequitur culpam actualem, vel originalem, quandoque quidem eius, qui punitur, quandoque autem alterius, pro quo ille, qui patitur pœnas, satisfacit, & sic accidit in Christo secũdum illud Esa.53. ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.

Ad quartum

¶ Ad quartã dicendum, ꝙ infirmitas assumpta à Christo non impediuit fidem incarnationis, sed maxime promouit, vt dictum est. Et quamuis per huiusmodi infirmitates absconderetur eius diuinitas manifestabatur tamen humanitas, quæ est via ad diuinitatem perueniendi secundum illud ad Rom.5. accessum habemus ad Deum per Iesum Christum. Desiderẽbant autem antiqui patres nõ fortitudinem corporalem, sed spiritualem per quam, & diabolum vicit, & humanam infirmitatem sanauit, quæ fortitudo spiritualis per huiusmodi defectus, quos Christus assumpsit non impediebatur.

2 Ad secundum Sic proceditur. † Et videtur ꝙ Christus per passionem suam non liberauit nos à culpa siue à peccato. ¶ Et primo sic. liberare à peccato est proprium Dei secundum illud Esa.43. Primum ar.
Ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me. Christus autem non est passus, secundum quod Deus, sed secundũ ꝙ homo, ergo passio Christi non liberauit nos à peccato.
¶ Secundo sic. Corporale non agit in spirituale. sed passio Christi corporalis est, peccatum autem non est nisi in aĩa, quæ est spiritualis creatura. ergo passio Christi nõ potuit nos mundare à peccato. Secundũ ar.
¶ Tertio sic. Nullus potest liberari à peccato, quod nõdum commisit, sed in posterum est commissurus. cum igitur multa peccata post Christi passionem sint commissa, & tota die committantur, videtur, ꝙ per passionem Christi non simus liberati à peccato. Tertium a
¶ Quarto sic. Posita causa sufficiẽti nihil aliud requiritur ad effectum inducendum. requiruntur autem adhuc alia ad remissionem peccatorum .s. baptismus, & pœnitentia, ergo videtur, ꝙ passio Christi non sit sufficiẽs causa remissionis peccatorum. Quartũ ar.
¶ Quinto Prouer.10. dr̃ Vniuersa dilecta operit charitas & 15. dr̃. per misericordiam, & fidem purgãtur peccata, sed multa sunt alia de quibus habemus fidem, & quę sunt prouocatiua charitatis. ergo passio Christi non est propria causa remissionis peccatorũ. Quĩtum ar.
¶ In oppositum est textus præsentis cap. vbi Augu. dicit, ꝙ filius dei pœnam sine culpa suscepit, vt in carne peccati à culpa solueretur, & pœna. Opponit in cõtrarium
¶ Respondeo dicendum sub duabus cõ- Respondet
3 clusionibus. Prima est. † quod filius Dei per passionem suã liberauit nos à culpa siue peccato. Quæ cõclusio patet per illud Apocalypsis.1. Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Item in canone missæ dr̃, & trahitur ex euangelio. Hic est calix sanguinis mei, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum. Vnde notandum Prima cõ.
4 iuxta S.Thom. in 3. parte † quod passio Christi est propria causa remissionis peccatorum tripliciter. S.Thom.
¶ Primo quidẽ per modum prouocantis, & excitãtis ad charitatem, quia vt apostolus dicit ad Rom.5. Commendat .n. Deus suã charitatem in nobis, quoniam cum inimici essemus. Christus pro nobis mortuus est. Per charitatem autem consequimur veniam peccatorum. secundum illud Lucæ 7. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. ¶ Secundo passio Christi causat remissionem peccatorum per modum redemptionis, quia .n. ipse est caput nostrum per passionem suã, quam ex charitate, & obedientia sustinuit liberauit nos tanquam membra sua à peccatis, quasi per pretium suæ passionis, sicut si homo per aliquod opus meritorium, quod manu exerceret redimeret se à peccato, quod pedibus commisisset. Sicut naturale corpus est vnũ ex membrorum diuersitate consistens. Ita tota ecclesia, q̃ est mysticum corpus Christi computatur, quasi vna persona cum suo capite, quod est Christus. ¶ Tertio per modũ efficientiæ, inquantum caro secũdum quam Christus passionem sustinuit est instrumẽtum diuinitatis, ex quo eius passiones & actiones operatur in virtute diuina ad expel-
5 lendum peccatum. ¶ Secunda cõclusi. † Filius Dei per passionem suam liberauit nos ab omnibus peccatis. Secunda cõ.
Quæ conclusio patet ex illo ad Colossen.2. viuificauit nos cum illo donans nobis omnia delicta. sed donare delicta est debita dimittere. ergo per Christum omnia peccata dimissa sunt. quod intelligendum est quantum ad sufficientiam satisfactionis, & meriti. sic enim omnia peccata per Christi passionem deleta sunt. Quæ sufficientia colligitur ex duobus, vt ait Sanctus Thomas in 3. S.Thom.
Primo ex actione in qua meritum consistit, quæ agit in vi diuina, eo, quod est actio Dei, & hominis. & ex hoc habet infinitam in merendo efficaciam. Secundo ex eo quod passio abstulit, scilicet animam Deo vnitam, quæ etiam habebat infinitum valorem ex hoc, quod est deo vnita, & ex hoc est infinita efficacia in satisfaciendo. Conclusio autem præfata nõ est intelligenda, quo ad efficaciam, quoniam multi damnãtur post passionem Christi, quia ad delectationem peccatorum non solum requiritur ex parte agentis sufficientia virtutis, sed etiam ex parte nostra, vt nos præparemus ad meriti Christi effectum suscipiendum per fidem intellectus, & charitatem effectus, & per mutationem operis. vnde quod aliquorum peccata non deleantur nõ ex insufficientia meriti passionis Christi prouenit, sed ex indispositione illorũ ad recipiẽdũ effectum meriti Xpi cõtingit.

¶ Iam

Ad primum argu. ¶ Iam dicendum est ad rationes. Ad primam dicẽdum est, quod licet Christus non sit passus secundum quod Deus, tamen caro eius est, diuinitatis instrumentum, & ex hoc passio eius habet quandam diuinam virtutem ad expellendum peccatum, vt dictum est. vel dicendum est secundum quod dicit dominus Bonauentura in tertio, quod verum est, quod solus Deus delet iniquitates per modum efficientis, per hoc tamen non excluditur, quod passioni Christi non conueniat per modum merẽtis, & excitantis. ¶ Ad secundam dicẽdum, quòd passio Christi licet sit corporalis, sortitur tamen quãdam spiritualem virtutẽ ex diuinitate, cuius caro ei vnita est, vt instrumentum, secundum quam quidem virtutem passio Christi est causa remissionis peccatorum. ¶ Ad tertiam dicendum, quod ratio non procedit, quia Christus sua passione nos liberauit à peccatis causaliter i. instituens causam nostræ liberationis, ex qua possent quæcunque peccata remitti, vel præsentia, vel præterita, vel futura, sicut si medicus facit medicinam, ex qua possent etiam quicunque morbi sanari, etiam in futurum.

Ad scd̃um. Ad tertium

6 † Passio ergo Christi quantum ad sufficientiam potest delere peccata, etiam antequam fiant. Si effectus deletionis non est nisi postquam quis à peccato commisso auertitur. Sicut medicina sufficiens ad sanandum paratur interdum ẽt antequã quis infirmetur, sed non sanatur per ipsam actu, nisi postquam infirmus fuerit. ¶ Ad quartam dicendum, ꝙ quia passio Christi, vt causa quædã vniuersalis remissionis peccatorum, sicut dictum est necesse est ꝙ singulis adhibeatur ad deletionem propriorum peccatorum, hoc aũt fit per baptismum, & pñiam, & alia sacra, quę habent virtutẽ ex passione Christi, & ita baptismus, & pœnitentia, & alia sacramenta exiguntur ad deletionem peccatorum, sicut instrumentaliter agentia ad deletionẽ culpę, transfundunt enim quodammodo in nos ipsam passionis virtutem in quam agunt. ¶ Ad quintam dicendum, quòd etiam per fidem applicatur nobis passio Christi ad percipiendum fructum illius secundum illud ad Rom. 3. quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguinem eius gloss. fidem, & passionem simul iungit, quia neutrum sine altero valet, fides autẽ per quam à peccato mundamur, non est fides informis, quæ potest esse etiam cum peccato, sed est fides formata per charitatem, vt sic passio Christi nobis applicetur per charitatem, non solum quantum ad intellectum, sed etiam quantum ad effectum, & per hunc etiam modum peccata dimittuntur ex virtute passionis Christi.

Ad quartum

7 Ad tertium Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ per passionem Christi non fuerint homines liberati à pœna peccati. ¶ Et primo sic. Præcipua pœna peccati est æterna damnatio, sed illi, qui damnati erant in inferno pro suis peccatis non sunt per Christi passionem liberati, quia in inferno nulla est redemptio, ergo videtur, quòd passio Christi non liberauit homines à pęna. ¶ Secũdo sic. Illis qui sunt liberati à reatu pœnæ non est aliqua pęna iniungenda, sed pęnitentibus iniungitur pœna satisfactoria. non ergo per passionem Christi sunt homines liberati à reatu pœnæ. ¶ Tertiò sic. Mors est pœna peccati ſm illud ad Ro. 6. Stipendia peccati mors. sed adhuc post passionem Christi homines moriuntur. ergo videtur, quòd ꝑ passionẽ Christi non simus liberati à reatu pœnæ. ¶ Quarto Christus patiendo dedit nobis exemplum patiendi, & materiam compatiendi. Si ergo pęna consistit in passione, & compassione, videtur quòd passio Christi potius sit causatiua pœnę quam liberatiua à pœna. ¶ In oppositum est textus cap. pręsentis. Item illud, quòd scribitur. Esa. 53. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. ¶ Respondeo sub duabus conclusionibus. Prima est

Primum ar. Scd̃m arg. Tertium ar. Quartũ ar. Opponit in cõtrarium. Respondet. Prima con.

8 † ꝙ per Christi passionem homines liberati sunt à pœna ęterna. Quæ conclusio patet. primo per illuc Zach. 9. tu autem in sanguine testamẽti eduxisti vinctos de lacu in quo non erat aqua. Hæc autem eductio de lacu non est nisi liberatio à pœna. Item dr̃ 1. Petr. 2. Peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum, hoc autem non est aliud quam portare pœnam peccatorum nostrorum. ¶ Ratione vero probat hanc conclusionem S. Thom. in 3. parte. primo sic. passio Christi fuit sufficiens, & superabundans satisfactio pro peccatis humani generis, exhibita autem satisfactione sufficienti tollitur reatus pœnæ, ergo &c. ¶ Secundo sic. Passio Christi liberauit nos à peccatis, vt in quæstione præcedenti visum est, sed peccatum est causa mortis æternæ, ergo per Christi passionẽ homines liberantur à pœna ęterna. Pro declaratione pleniori huius conclusionis. Est notã dum cum S. Thom. in scripto tertio sententiarum dist. 19.

S. Thom.

9 † ꝙ pœna æterna dr̃ per oppositum ad vitam æternã. Vnde pœna per quam priuatur à vita æterna dr̃ pœna æterna.

10 † homo autem vitam æternam amittere potest dupliciter, .1. per peccatum naturæ. s. originale. cuius pœna est carẽtia visionis æternæ, seu diuinæ, & ꝑ peccatũ actuale personale. s. mortale. Pœnã autem ęternã ſm quod ex peccato originali consequitur omnes incurrunt, sed quidam secundũ reatum tantum. s. qui adhuc viuebant in carne. Quidam autem secundum experientiã illius pœnæ, sicut qui iam mortui erant. Similiter in pœnam æternam, quæ debetur peccato actuali mortali non omnes incurrunt, sed quidã quãtum ad reatum tm̃, sicut existentes in mortali, vel quantum ad experientiã vt damnati, Christus ergo per passionem suã à pœna æterna, quæ debetur originali (quod omnes cõtrahunt) dupliciter absoluit. s. auferendo reatũ quantum ad illos, qui mortui erant, ab omnibus quidem quantum ad sufficientiam, sed quantum ad efficaciam ab illis in quibus nullum inueniebatur impedimentum. Sed à pœna debita mortali actuali dupliciter absoluit. Vno modo prębẽdo auxilia, ne aliquis reatum illius incurreret. Alio modo prębendo medicamenta, quibus reatus posset auferri ab illis, qui vim passionis receperint. Sed quod à pœna illa iam actualiter susceperat, aliquis liberetur non põt esse, quia non est in statu viatoris, vt gratiam recipere possit, & charitatem per quam vis passionis Christi in homines

11 transfunditur. ¶ Secunda conclusio. † per passionem Christi quidam liberantur ab omni pœna temporali oppressiua. Probatur conclusio sic. Deus non punit bis idipsum. Naum. primo, sed Deus posuit in Christo iniquitates omnium nostrum, dum dolores nostros ipse portauit. Esa. 53. ergo nos à pœna temporali per suam passionem liberauit. ¶ Secundo per claues ecclesiæ remittitur pœna temporalis, sed claues ecclesiæ virtutem habent à passione Christi. ergo per passionem Christi tollitur pœna temporalis. Pro huius conclusionis pleniori intelligentia est notandum cũ

Scd̃a conc.

12 S. Tho. in tertio vbi supra. † quod pœna temporalis[a] in homine est duplex. Quædam, quæ vr̃ in tota natura inuenitur humana, sicut necessitas moriẽdi, passibilitas, inobediẽtia carnis ad spiritum, & huiusmodi, & hæc quidem pœna naturæ humanæ ex peccato originali debetur. Has ergo pœnas per suam passionis pœnam Christus sufficienter abstulit ab omnibus. s. illis, qui eius passionis participes sunt. Nec tamen ita quod statim post passionem ab omnibus auferantur, vel ita quòd auferantur ab illis, qui passionis eius sacramentum percipiunt statim post perceptionem sacramenti, sed in fine mundi ab omnibus sanctis simul auferẽtur, quando ipsa creatura omnino liberabitur à seruitute corruptionis in reuelatione gloriæ filiorum Dei, vt dr̃ ad Rom. 8. Aliæ vero pœnę sunt, quæ aliquibus hominibus specialiter infliguntur, & hæ pœnæ dupliciter ad eos comparantur. Vno modo, vt vindicantes culpam secundum ꝙ culpa facit debitum huiusmodi pœnæ, & hoc modo Christus omnes istas pœnas sua morte quantum ad sufficientiã abstulit remouendo causam, sed ad hoc, quòd aliquis ab his pœnis quantum ad efficientiam liberetur, exigitur, qđ

S. Thom. a ¶ Pœna tẽporal. Adde ꝙ pęna tẽporalis intelligiẽ ꝑpter offensam, & maiestatẽ iudicis cõtẽptã cuius territoriũ ex delicto turbaẽ Pe. de An. in repe. c. postulasti, num. 16. de foro compe.

13 passionis Christi particeps fiat. † quod quidem fit dupliciter. Primo quidem per sacramẽtum passionis. s. baptismũ, in quo cum supplemur Christo. ad Rom. 6. In quo diuina virtus operatur salutem quæ in efficaciam nescit, & ideo omnis talis pœna in baptismo tollitur. ¶ Secundo aliquis fit particeps passionis Christi per realem conformitatem ad ipsam. s. quando cum Christo patiente patimur, quod quidem fit per pœnitentiam, & quia hæc conformatio fit per nostram operationem, & ideo contingit, quòd est imperfecta, & perfecta, & quando quidem est perfecta conformatio, tunc manet adhuc obligatio ad aliquam pœnã, vel hic, vel in purgatorio non oportet quod sit conformatio ad passionem Christi, secundum experientiam tantæ pœnæ, ad quantam aliquis obligatur ex culpa, quia passio Christi in membra redundat, & tanto plus quanto est ei aliquis per charitatẽ coniunctus, vnde ex vi passionis Xpi diminuitur quantitas debitę pœnæ, & ſm hoc dr̃ has pœnas auferre inquantum diminuit. ¶ Alio modo dictæ pœnæ comparantur ad eos quibus infliguntur, vt medicinæ quędam,

quædam, vt dr secundo Ethicorum, vel sibi inquantum .s. preseruant à culpa, vel ad virtutes promouent, vel alijs .s. inquantum est alijs exemplum, & vnus pro alijs aliqualiter satisfecit, & hoc modo per passionem Christi pœna temporalis non est ablata, nec diminuta, sed magis augmentatur charitate crescente, quantum ad præsentem statum, in quo, & peccare possimus & proficere nobis, & alijs, sed in futuro quando erit terminus viæ, omnis pœna tolletur per virtutem passionis Christi. ¶ Iam dicendum est. Ad rationes. Ad primam respondetur, quòd passio Xpi sortitur effectum suum in illis, quibus applicatur per fidem, & charitatem, & per fidei sacramenta, & ideo damnati in inferno, qui prædicto modo passioni Christi non coniunguntur, effectum eius percipere non possunt. ¶ Ad secundam dicendum quòd (sicut dictum est) ad hoc quod cõsequamur effectum passionis Xpi, oportet nos eius passioni configurari. Configuramur autem ei in baptismo sacramentaliter secundum illud Rom. 6. Consepulti sumus ei per baptismum in mortem, vnde baptizatis nulla pœna imponitur satisfactoria, quia sunt totaliter liberati per satisfactionẽ Xpi, quia vero Christus semel tantum pro peccatis nostris mortuus est, vt dr 1. Petr. 3. ideo non potest homo secundario configurari morti Xpi per sacramentum baptismi, vnde oportet, quòd illi, qui post baptismum peccant configurentur Xpo patiẽti per aliquod pœnalitatis, vel passionis, quam in seipsis sustineant, quæ tamen multo minor sufficit, quam esset condigna peccato cooperante satisfactione Xpi. ¶ Ad tertiam dicendum, quod satisfactio Xpi habet effectum in nobis quantum incorporamur ei, vt membra capiti. Membra autem oportet esse capiti conformia, & ideo sicut Xps primo quidẽ habuit gratiam in anima cum passibilitate corporis, & per passionem ad gloriam immortalitatis peruenit. Ita, & nos qui sumus membra eius, liberantur quidem à reatu cuiuslibet pœnæ, ita tamen quod primo recipimus in anima spiritum adoptionis filiorum, qua ascribimur ad hæreditatem gloriæ immortalitatis, ad hunc corpus passibile, & mortale habentes postmodum vero configurati passionibus, & morti Christi in gloriam immortalem perducimur, secundum illud apostoli ad Rom. 8. si filij Dei, & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Xpi. si tñ compatimur, vt simul glorificemur. ¶ Ad quartam respõdet Bonauentu. quod & si passio Xpi liberet à pœna, non tamẽ ab omni pęna liberat hic, liberat tamen à pęna oppressiua, sed non liberat à pęna promotiua, & quoniam pęna in qua exercetur patientia & misericordia, siue pietas est promotiua, ideo passio Xpi ab illa non liberat, sed ad illam animat & animando facit, vt pęna illa non possit opprimere, nec præualere, & isto modo posset dici quodammodo liberare ab illo genere pęnæ, non vt non affligat, sed vt non pręualeat. Rursus quãuis non liberet à pęna temporali in præsenti vita à fame, siti & c. liberabit tamen in futuro quãdo nouissima omnium destrueretur inimica mors. Hæc ille. Litera. ¶ [Filius Dei carnem peccati.] Contra caro peccati videtur esse peccatum originale, siue fomes, vt. s. ex capit. per baptismum, sed filius Dei non suscepit peccatum originale nec concupiscentiã. ergo & c. ¶ Secundo contrariũ
14 habet Hieron. in cap. vtile 22. q. 2. ¶ Respondetur, † quod caro peccati dupliciter accipitur. Vno modo pro carne, in qua peccatum siue fomes dicitur regnare secundum illud apostoli ad Rom. 7. sed quod habitat in me peccatum gloss. i. fomes vel carnalis concupiscentia. Et hoc modo de carne peccati loquitur capitulum per baptismum & c. vtilem, de quibus dictum est & hoc modo filius Dei non suscepit carnem peccati. i. cum peccato conceptam, quia caro eius concepta fuit per spiritum sanctum, qui tollit peccata. Matt. 1. quod in ea natum est de spiritu sancto est. Alio modo dr caro peccati. i. similis carnis peccati. i. carni nostræ peccatrici secundum illud apostoli ad Roman. 8. Deus mittens filium suum in similitudine carnis peccati. gloss. eiusdem Augu t. de verbis apostoli. Non in carnem peccatricem, sed in eius similitudinem per passibilitatem, & mortalitatem, & alios defectus. cæterũ vero omnis homo caro peccati est, quia non eum mater concupiscentia, sed gratia cõcepit. [Et penam sine culpa.] Ecce declarat quomodo acceperat nomen carnis peccati. [vt in carne peccati]. i. in carne nostra. [& culpa solueretur & pœna] vnde ipse Aug. simplã ille accepit vetustatem & pœnæ tantum vt nostram duplã consumeret. s. culpæ, & pœnę. Et hoc est quod dicit apostolus ad Roma. 8. mittens Deus filium suum in similitudinẽ carnis peccati. [& de peccato]. s. commisso. s. in carne Christi per passionem illatam ei [damnauit]. i. absoluit peccatũ. sensus est. i. virtute passionis suæ absoluit peccatum. [per fidem & baptismum.] Hic ponit ea quæ applicat nobis virtus passionis Christi. [per iustificationem] quã homo consequitur per fidẽ Christi in baptismo. ad Ro. 3. Iustitia Dei per fidẽ Iesu Xpi. gl. i. iustificatio qua à Deo iustificamur est per fidẽ Iesu Xpi. i. per fidẽ aqua credit in Iesum Xpm iustificatorẽ impiorũ [per resurrectionẽ]. i. in resurrectione, qa tũc integratur natura nostra plene, & totaliter, vel per resurre-
15 ctionẽ, † quia resurrectio Christi, vt dr S. Th. in 3. parte, est causa efficiens tam destructionis mortis nostræ, quam resurrectionis nostræ ad vitam impassibilem, & immortalẽ. Efficiens, quidem inquantum humanitas Christi (secundum quam resurrexit) est quodammodo instrumentum diuinitatis ipsius, & operatur in virtute eius. Et ita resurrectio Christi causa efficiens est resurrectionis nostræ in virtute diuina, cuius proprium est mortuos viuificare. vnde super illud 1. ad Cor. 15. si Christus prædicatur, quod resurrexit à mortuis & c. dicit gloss. quæ est efficiens causa resurrectionis nostræ. [inter credentes.] secunda pars. [per sacramenti virtutem,] quia cum baptismus fidei sacramentum sit de numero credentium reputantur, qui illud suscipiũt, quia fides illud præcedit. [Responsionem offerentium] qui in persona baptizati dicunt, credo. vt. j. e. di. l. nihil. [Qui vero & c.] quarta pars. [ex Euangelio Ioannis]. s. tertio. [nisi quis renatus fuerit & c.] de qua authoritate, quia in ea fundamentum est huius tractatu, conuenit nos aliquid diffusius loqui. Hic ponuntur duo quæ concurrunt ad baptismi necessitatẽ, videlicet spiritus sanctus, & aqua, de primo vero patet, quia oportet, quod spiritualis regeneratio per spiritum sanctum fiat ad Rom. 8. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus Abba pater. Item Ioan. 6.
16 spirit⁹ est qui viuificat. † Est secũdo huic generationi aqua necessaria propter tria. Primo quidem propter humanæ naturæ conditionem. Homo. n. ex corpore, & anima constat, & si in eius generatione esset spiritus tantum, solum quod spirituale est hominis ostenderetur regenerari, vt et regeneretur caro, oportet quod sicut ibi est spiritus per quẽ regeneratur anima, ita sit ibi aliquod corporale, per quod regeneretur corpus, & hæc est aqua. ¶ Secundo propter humanam cognitionem. Nam sicut Dionysius dicit. diuina sapientia ita oĩa ordinat, & vnicuique prouidet secundum modum suæ conditionis. Homo autem naturaliter cognoscitiuus est, oportet ergo eo modo dona spiritualia hominibus conferri, vt ea cognoscant 1. Cor. 2. vt sciamus quæ à Deo sunt. Naturalis autem modus huius cognitionis est, vt spiritualia per sensibilia cognoscat, cum omnis nostra cognitio à sensu incipiat, oportuit ergo ad hoc, quod intelligamus id, quod spirituale est in hac regeneratione, quod esset in ea aliquod sensibile, & materiale. s. aqua per quod intelligamus, quod sicut aqua lauat, & purgat naturaliter exterius, ita per baptismum homo lauatur, & purgatur interius spiritualiter. ¶ Tertio propter causæ congruitatem. Nam causa nostræ regenerationis est verbum incarnatum. Ioan. 1. dedit eis potestatem filios Dei fieri & c. cõgruit ergo, quod in sacramentis, quæ ex virtute verbi incarnati efficaciam habent, sit aliquid spirituale correspõdens verbo, & aliquid corporale correspondens carni seu corpori, & hoc est spiritualiter aqua in sacramento baptismatis, vt. s. per eam cõfiguremur morti Christi dum ter submergimur in ea, dũ baptizamur sicut Christus tribus diebus fuit in ventre terræ. ad Rom. 6. consepulti estis & c.

3 *Aditus regni cœlestis aperitur tripliciter.*
4 *Sanctificati in vtero debent baptizari.*
5 *Humilitatis triplex est gradus.*


Er aquam. Sequitur nonum capitulũ huius partis, in quo magister Gratianus ex authoritate B. Ambro. in li. de sacramentis prosequitur de efficacia huius sacramenti. Et diuiditur hoc capitulum in tres partes. In prima ostendit efficaciam sacramenti baptismi, qua confertur homini gratia, per quã de terrenis ad cœlestia, de peccato, quæ est mors animæ transitur ad vitam, de inquinamento ad sanctificationem.

In se-

In secunda ostendit, quod non aqua simplex habet hanc virtutem, siue efficaciam, sed illa, qua habet gratiam, cuiusmodi est illa, quæ sub forma à Christo instituta confertur. In tertia ostendit hoc per exemplum eorum, quæ gesta sunt in baptismo Christi, quæ erant in mysterium eorum, quæ in baptismo interius peraguntur. 2. ibi, non omnis aqua. 3. ibi, sicut legimus. Pro pleniori intelligentia huius capituli quæruntur duo.

1 ¶ Primum, vtrum per baptismum gratia conferatur, & virtutes.

2 ¶ Secundum, vtrum effectus baptismi sit apertio ianuæ regni cœlestis.

Primum ar. 1 Ad primum sic proceditur.† Et videtur, quod per baptismum non conferatur homini gratia, & virtutes. ¶ Et primo sic. Sacramenta nouæ legis efficiunt quod figurant, sed per ablutionem baptismi figuratur emundatio animæ à culpa, non autem informatio animæ per gratiam, & virtutes. Videtur igitur, quod per baptismum non conferantur huiusmodi gratia & virtutes. Sec'm arg. ¶ Secundo, illud, quod iam aliquis suscepit, nõ indiget iterum suscipere, sed aliqui accedunt ad baptismum, iam habentes gratiam, & virtutes. Act. 10. legitur. vir quidam erat in Cesarea nomine Cornelius centurio cohortis, quæ dicitur Italica, religiosus, & timens Deum, qui tamen postea à Petro baptizatus est. Non autem per baptismum confertur gratia & virtutes. Tertium ar. ¶ Tertio sic, virtus est habitus ad cuius rationẽ pertinet, quòd sit qualitas difficile mobilis à subiecto, per quam aliquis faciliter, & delectabiliter operetur, sed per baptismũ remanet in hominibus pronitas ad malum, per quod tollitur virtus, & consequitur difficultatem quis ad bonum, quod est actus virtutis. ergo per baptismũ non consequitur quis gratiam, & virtutes. Opponit in cõtrarium. ¶ In oppositum est tex. ca. præsentis, vbi dicit B. Ambros. quod per aquam baptismi est transitus de peccato ad vitam, & de culpa ad gratiam. Respondet. ¶ Respondeo dicendum, quod per baptismum conferuntur gratia & virtutes. Quæ cõclusio probatur primo per illud, quod ad Titum 3. dicit apostolus. saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. i. per baptismum & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nobis abunde. i. ad remissionem peccatorum, & copiam virtutum, vt gl. ibidẽ exponit, sic ergo in baptismo datur gratia spiritus sancti, & copia virtutum. Quod secundo ratione ostenditur ex illo, quod B. Augus. dicitur in libr. de baptismo paruulorum, & habetur. ſ. e. dist. ad hoc. Augusti. Ad hoc baptismus videlicet, vt baptizati Xpo incorporentur, vt membra eius, sed à capite Xpo in omnia membra eius gratiæ, & virtutis plenitudo deriuatur. secũdum illud Ioann. 1. de plenitudine eius nos omnes accepimus. ergo manifestum est, quod per baptismum aliquis consequitur gratiam, & virtutes. hoc etiam est determinatum per clementinam. 1. extra de summ. trin. & fi. ca. Ad primum argu. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam dicendum, quòd sicut aqua baptismi per suam ablutionem significat emundationem culpæ & per suum refrigerium significat liberationẽ à pœna, ita per naturalem claritatem significat splendorẽ gratiæ, & virtutum, & ita ratio non procedit. Ad sc'dum. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiã, & ratio est, quia licet (sicut dictum est) remissionem peccatorum aliquis cõsequitur ante baptismum, secũdum quod habet baptismũ in voto vel explicitè, vel implicitè, tamen cum realiter suscipit baptismum fit plenior remissio quantum ad liberationem à tota pœna, & ita etiam ante baptismũ Cornelius, & alij consecuti sunt gratiam, & virtutes per fidem Christi, & desiderium baptismi, implicitè, vel explicitè. Postmodum tamen in baptismo maiorem copiam gratiæ, & virtutum consequuntur, vnde super illud psalm. 22. Super aquam refectionis educauit te, dicit gl. per augmentum virtutis, & bonæ operationis educauit me in baptismo, & ita per baptismum vel confertur gratia, & virtutes, vt in paruulis, vel ad minus augmentum gratiæ, & virtutum vt in quibusdam adultis. Ad tertium ¶ Ad tertiam dicendum negando consequentiam, quia & si difficultas ad bonum, & pronitas ad malum inueniantur in baptizatis, hoc non est propter defectum habitus virtutum, sed propter concupiscentiã, quæ non tollitur in baptismo, sicut tamen per baptismũ diminuitur vtrumque istorum ne homo ab his superetur.

2 Ad secundum sic proceditur.† Et videtur quod effectus baptismi non sit apertio regni cœlestis. [Pr]imum ar. ¶ Et primo sic. Illud. n. quod est apertũ non indiget apertione, sed ianua regni cœlestis est aperta per passionẽ Xpi. vnde Apoc. 4. dicitur, post hoc vidi ostiũ magnum apertum in cœlo. Non est ergo effectus baptismi apertio regni cœlestis. Secundũ ar. ¶ Secundo sic, baptismus omni tempore ex quo institutus fuit habet suum effectum, sed quidam baptizati sunt baptismo Christi ante passionẽ eius, vt habetur Ioan. 3. quibus si tunc decessissent introitus regni cœlestis non patebat, ita quòd nullus ante Christum introiuit secundum illud Micheæ 2. ascendit pandens iter ante eos. Non est ergo effectus baptismi apertio regni celestis. Tertium ar. Tertio sic Baptizati adhuc sunt obnoxij morti, & alijs penalitatibus vitæ presentis, sicut supra dictum est, sed nulli est apertus aditus regni cœlestis, quamdiu est obnoxius pœnæ, sicut patet de illis, qui sunt in purgatorio. Non est ergo effectus baptismi apertio ianuę regni celestis. Quartũ ar. ¶ Quarto sic. Baptismus repræsentat passionem Xpi non autem resurrectionem, vt videtur, sed in resurrectione est aperta ianua, vt patet per collectam, quæ dicitur in die resurrectionis. Deus, qui hodierna die per vnigenitum tuum æternitatis nobis aditum &c. Opponit in cõtrarium ¶ In oppositum est tex. præsentis cap. vbi dicit Ambro. quòd per aquam baptismi fit transitus de terrenis ad cœlestia. Respondet. Respondeo dicendum, quod per baptismũ aperitur baptizati aditus regni cœlestis, quæ cõclusio patet primo ex gl. super illud Luc. 3. apertum est cœlum. quę dicitur sic. Bene virtus baptismatis hic ostenditur, de quo quisq; cum egreditur ei cœlestis regni ianua aperitur. ¶ Secundo arguitur ratione sic. Aperire ianuam regni cœlestis nihil aliud esse videtur, quã amouere impedimentum, quo quis impeditur regnum celeste intrare, hoc autem impedimẽtum est culpa, & reatus pęnæ, sed vt. s. e. dist. circa c. per baptismum ostẽsum est. Per baptismum totaliter tollitur oĩs culpa, & omnis reatus pęnæ. &. ſ. e. dist. habetur, ergo consequẽs est, quòd baptismus sit apertio regni celestis. ¶ Circa quod notandum iuxta S. Thom. in quarto dist. 4. quod aperire S. Thom. ianuam regni celestis sicut dictum est nihil aliud est quam amouere impedimentum, quo aditus in regnum celeste toti naturæ humanæ prohibetur, hoc ergo impedimentum absolutè quantum ad omnes remotum fuit sufficienter per passionem Christi, sed illa remotio efficax fit quo ad istum secundum quod particeps sit passionis Xpi iam factæ per baptismum. Et sic baptismus quasi causa instrumentalis aperit ianuam regni celestis quo ad istũ, sed passio, vt causa satisfactoria quo ad omnes. Ad primum argu. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam dicẽdum, quòd solutio patet ex dictis. Baptismus intantum aperit baptizato ianuam regni celestis inquãtum incorporat eum passioni Xpi virtutem eius homini applicando, licet ergo absolutè per Xpi passionem quantum ad omnes remotum fuisset impedimẽtum. Nihilominus iste particeps fit virtutis, & fructus passionis Xpi per baptismum. Ad sc'dum ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam, quia ante mortem Xpi passio eius nondum erat realiter perfecta, sed solum in fide credẽtium, & ita baptismus proportionaliter causabat ianuæ apertionem, nõ quidem in re, sed in spe. Baptizati. n. tunc decedentes ex certa spe introitum regni cœlestis expectabant. Ad tertium ¶ Ad tertiam dicendum, quòd baptizatus non est obnoxius morti, & penalitatibus vitæ præsentis propter reatum personæ, sed propter statum naturæ, & ideo propter hoc non impeditur à corpore per mortem quasi iam persoluto eo quod natura debebat. 3 Ad quartum ¶ Ad quartam dicendum, † quod aditus regni cœlestis aperitur tripliciter. Vno modo quantum ad gloriam animæ, & sic in passione apertus est, vnde dictum est latroni. Luc. 23. hodie mecum eris in paradiso, vbi gl. bene ait. Diuinæ pietatis ordo poscebat, vt eodem temporis articulo quo Adæ præuaricanti concluserat latroni pœnitenti ianuam reseraret paradisi. Alio modo aperitur quantum ad gloriam corporis, & sic apertus est in resurrectione, sicut habetur in collecta quæ dicitur eadem die, vbi sic dicitur. Deus, qui hodierna die per vnigenitum tuum æternitatis nobis aditum deuicta morte reserasti &c. Tertio quantum ad locũ gloriæ congruentem, & sic apertus est in ascensione. secundum illud Micheæ 2. Ascendens iter pandens ante eos. His tribus modis instrumentaliter aperit baptismus aditum regni celestis baptizato. Agit autem virtute passionis, resurrectionis, & ascensionis, inquantum homo cõfiguratur Xpo passo per immersionem, qua quodammodo homo Xpo consepelitur, & ei resurgenti quantum ad nitorem, qui resultat ex aqua, & ascendenti quantum ad eleuationem baptizati

ptizati de sacro fonte. vnde baptismus passioni appropriaī. quia etiam gloria animæ principalior est, & causa quodámodo aliorum, & in huius signum baptizato domino celi
Exponit literam. 4 aperti sunt super eum. Matt.3. Lege. ¶ †De terrenis ad cœlestia] quòd significatur cum dr̄ Matt.3. ꝙ baptizatus Iesus confestim ascendit de aqua, vbi glo. inquit. vt Christus baptizatus de aqua ascendit, sic sui post baptismum ascendūt, quia ad virtutes proficiūt, & qui prius carnales & filij Adę erant fiunt spirituales, & filij Dei. Merito ergo dicitur per baptismum transitus esse de terrenis ad cœlestia, per baptismum.n. qui carnalis prius erat efficitur cœlestis.i.spūalis, siue diuinus. Io.3. ꝙ est ex carne caro est, & quod est ex spū spiritus est.i.spiritualis. Præterea fit transitus ad cœlestia p baptismū, quia vt explanatū est in quęstione, per illud aperitur nobis aditus regni cœlestis. [Ideo pascha.] vnde in signum huius in pascha debet fieri generalis baptismus vt.j.c.proprie, & venerabilis, & c.seq. [Transit.n.homo] de peccato, quòd est mors animæ, secundum illud, anima quę peccauerit ipsa morietur. Ezech.18. [ad vitam] gratiæ [de culpa] .i.offensa, quia vt dicit apostolus ad Ephe.2. omnes nascuntur filij iræ [ad gratiā] .i.reconciliationem. In signū cuius vox patris audita est dicens. Hic est filius meus &c. Lucæ.3. [de inquinamento] .i.macula, & sorde peccati [ad sanctificationem] .i.mundationem Ezec.36. effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris [non moritur] .i. morte secunda, quæ est damnatio æterna [sed resurgit] in vitam æternam in resurrectione. s̄. cap. proximo. [Non omnis] secūda pars. [habet gratiam Christi.i. formam institutam à Christo, quia baptizatus consecratur, secundum illud ad Ephesi.5. mundans eam lauacro aquæ viuæ in verbo vitæ. Et Augu. dicit
Augu in libro de vnico baptismo, quod baptismus verbis euangelicis consecratur. [Sicut legitur] tertia pars. [venit ad Ioannem] dominus ad seruum, creator ad creaturam. Quare autem baptizari voluit Christus baptismo Ioānis dicetur .j.e.dis.cap. proprie. [Baptizari] i. à peccato originali mundari, vt ibidem ait gloss. & hic etiam gloss. dicit. ¶ Sed con
Opponit & Respondet S.Thomas. tra quia Ioannes iam erat mundatus per sanctificationem in vtero. Respondetur ad hoc prout superius circa capitulum ex quo dictum est, & S.Thom. huic quæstioni respondens super Mattheum dicit. Sciēdum, quod ante aduentū Xp̄i aliqui quodammodo mundati sunt quantum ad infectionem personæ per circuncisionem, & huiusmodi, sed quantum ad culpam, & infectionem totius naturæ nullus
Nic.de Lyr mundatus est ante passionem Christi. Nicol. vero de Lyra super Matt. dicit quòd Ioannes loquebatur in persona humani generis, vel aliter. [Ego à te] quia sanctificati in vtero indigent baptismo Xp̄i ad hoc, ꝙ sint Xp̄o incorporati, qa
S. Thom. in baptismo Christi character imprimitur, vnde vt San. Thom. ait in quarto dist.6. †Etiam sanctificati in vtero debēt baptizari, & inter rationes quas assignat ista est prima, vt recipiant characterem. [Omnem iustitiam] .i. humilitatem, vnde hic accipitur iustitia non prout est virtus specialis, sed generaliter, prout includit omnem virtutem.
5 †Humilitatis autem triplex gradus distinguitur.s.non præferre, separari, & subijcere se maiori, quod quidem est necessitatis. Secundus est cum subijcit se aliquali. perfecta autem quando prælatus inferiori, & hic gradus est hic subijciendo se Ioanni, vel aliter, vt videtur magis concordare literę, & est expositio San. Thom. in quadam postilla super Matt. qui sibi ascribitur, & dicit eam esse Rhemigij [sic.n. decet] .i. decet me dare exemplum huius sacramēti, in quo datur plenitudo omnis iustitiæ, quia datur plenitudo gra
Ambro. tiæ, & aliarum virtutum. psal.66. flumen Dei repletum est aquis.s.gratiarum. Bea. Ambrosi. etiam super hunc locum Lucę.10. dicit Iustitia est, vt quod alterū facere velis, prius ipse faciat, & alios tuo horteris exemplo. Sequitur [vide, quæ sit iustitia] ostēdit quomodo in Christo in hoc facto fuit omnis.i. plena siue perfecta iustitia, quia licet ipse non egeret baptismo. Nihilominus voluit nobis dare exemplū sacramenti, quod nobis præcipiebat capere. [Sed nobis] vt gl. super illud, ecce aperti sunt cœli. Matt.3. ait spiritus sanctus est datus sed nobis. Quod.n. cœli aperti sunt, quod spiritus sanctus venit, quòd vox patris introiuit &c. [hęc mystica sunt in nobis] .i. signa eorum, quæ inuisibiliter per baptismum fiunt in nobis. [descendit Christus] hic ostendit ex ordine gestorum, quod Xp̄s nō indiguit baptismo [sed vt sanctificaret ipse sanctificaret, & spiritus sanctus] non excluditur per hoc persona patris, cum indiuisa sint opera trinitatis, sicut est indiuisa essentia, & virtus eius, in cuius signum omnes tres personę apparuerunt in Christi baptismo, filius in carne, pater in voce, spiritus sanctus in specie columbæ, vbi dicit gl. interli. Trinitatis præsentia baptismum consecrauit.

3 *Aquę virtus sola sine hoc, quod aliqua virtus verbi addatur ei non sufficit ad baptismum.*

4 *Aqua quare fuerit sanctificata ex contactu Christi, et non alia elementa.*



NVnquam. Sequitur decimum capitulum huius partis, in quo magister Gratianus postquam determinauit de efficacia huius sacramenti ostendit, vnde illud proueniat, & dicit ex authoritate B.Chrysostomi, quia nunquam aqua baptismi, purgaret peccata credentium, nisi dominici corporis contactu sanctificata fuisset. Breue est, & non diuiditur. Pro intelligentia pleniori huius capituli quæruntur duo.

1 ¶ Primum est, vtrum baptismus habuerit virtutem suam à contactu carnis Christi in baptismo, vel à passione eius.

2 ¶ Secundo, vtrum sit verum, ꝙ aqua baptismi aliquam habeat regenerationem, seu regeneratiuam virtutem ad purgationem peccatorum.

Ad primum Sic proceditur, †Et videtur ꝙ baptismus non habeat efficaciam suam à cōtactu carnis Xp̄i, nec à passione Xp̄i. Qd̄ nō à cōtactu arguit sic. Esto ꝙ Xp̄s nō fuisset baptizatus p baptismū datū Primum ar. per hanc formam. In nomine patris &c. virtute passionis Christi deleretur culpa, & pœna in baptismo, & æque reprimeretur fomes, ergo sequitur, ꝙ baptismus nō habeat efficaciā à contactu carnis Christi. ¶ Secundo arguitur, ꝙ Secundum argu. non ex passione Christi virtus baptismi est ad purgationē peccatorum, vt capitulo præsenti, & ad causandum gratiā in anima, per quam homo spiritualiter viuat, vt in superiori capitulo immediate dictum est. Sed sicut August. dicit super Ioannem verbum prout erat in principio apud Deum viuificat animas, secundum autem quòd caro factum est viuificat corpora, cū ergo passio Christi pertineat ad verbum secundum quòd ex passione Xp̄i. ¶ Tertio. baptis- Tertium ar. mus ordinatur ad hominis iustificationem, vt in capitulo primo huius distinctionis. Et secundum illud 1. ad Cor.6. ablutis estis, & iustificati estis, sed iustificatio attribuit resurrectioni, secundum illud ad Rom.4. resurrexit propter iustificationem nostram, ergo videtur quòd baptismus nō habeat efficaciam à passione Christi, sed à resurrectione. Et hoc videtur dicere Leo papa in cap. propria .j.eo.dis. sic dicens in fi. regenerationis gratiam extra Christi resurrectionem incepisse. ¶ Quarto arguitur, virtus baptismi vide Quartū ar. tur ex fide depēdere iuxta c. primum huius dist. & c. quod apud nos, sed fides nostra non solum respicit passionem Christi, sed & alia mysteria humanitatis ipsius principalius diuinitatem. ergo baptismus specialiter non habet virtutem suam à passione Christi. ¶ In oppositum primi est Opponit in cōtrarium. tex. præsentis cap. vbi dr̄, ꝙ nunquam aqua &c. in oppositū Scd̄a oppo. secundi est tex. proprie .j.e.dis. & habetur in gl. super illud ad Rom.5. in similitudine præuaricationis Adæ vbi sic dicit gloss. Ex latere Christi dormientis fluxerunt sacramēta, per quę saluata est ecclesia. Inter quæ baptismus specialiter designatur per aquam, quæ fluxit de latere Christi, ergo ipse à passione Christi habet virtutem suam. ¶ Respon Respondet. deo dicendum. ꝙ baptismus quodammodo recipit virtutem, & ex contactu corporis Christi, & ex passione eius, sed ex contactu carnis quasi inchoatiuè, quia tunc constituta est aqua in specie instrumenti iustificationis a iarū & ex passione Christi quasi complete. Pro quo notandum, ꝙ cum baptismus sicut cætera sacramenta non agunt, nisi per modum instrumenti. Instrumentum autem non recipit virtutem, nisi secundum ꝙ principali agenti continuatur, vt virtus eius quodammodo instrumentum transfundatur. Principale autem agens ad iustificationem est Deus, sicut causa efficiens, & passio Christi sicut meritoria. Huic autem causæ continuatur sacramētum per fidem ecclesiæ, quæ instrumentum refert ad principalem causam & signū ad significatū, & ideo efficacia sacramentorū vel virtus est

ex tri-

ex tribus.i.ex institutione diuina, sicut ex principali causa agēte. Ex passione Christi sicut ex causa prima meritoria, ex fide Christi, sicut ex continuante instrumentum principali agenti, & ita per consequens dicēdum est de efficacia, & virtute baptismi.¶ Ad rationes. Ad primam dicendum negando cōsequentiam, quia licet isto casu dato baptismus ex contactu carnis Christi non diceretur aliquam virtutē accepisse, non tamen sequitur, ꝙ baptizato Christo nō habuerit illam aliquo modo sicut dictum est, vel dicatur, ꝙ licet habuisset æque sufficienter, non tamen ita conuenienter.¶ Ad secundam respondetur negando cōsequentiam, quia licet verbum Dei secundum quòd erat in principio apud Deum.i.secūdum ꝙ Deus viuificat animas sicut agēs principale. caro tamen eius & mysteria in ea ꝑpetrata operantur instrumentaliter ad animæ vitam, & etiam corporis.¶ Ad tertiam dicendum, ꝙ iustificatio attribuitur resurrectioni, & passioni licet differenter. Resurrectioni quidem ratione termini ad quem, qui est nouitas vitæ per gratiam. Attribuitur autem passioni ratione termini à quo.s. quantum ad remissionem culpæ, & sic intelliguntur authoritates inductę.¶ Ad quartam dicendum, ꝙ fides dat efficaciam baptismo, & alijs sacramentis inquantum causæ principali ea quodammodo continuat sicut dictum est. Et quia virtus sacramentorum speciali modo pertinet ad passionem ipsius, ideo per fidem passionis specialiter liberantur homines à peccatis, secundum illud ad Roma.3. quem proposuit propitiatorem per fidem in sanguine eius, & ideo virtus baptismi, & aliorum sacramentorum quæ ordinantur ad tollendum peccata præcipuè esse ex fide passionis Christi dicitur.

Ad primum argu.

Ad secūdum

Ad tertium

Ad quartum

2 Ad secundum Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ nulla vis regeneratiua spiritualiter collata sit aquis ex cōtactu carnis Christi.¶ Primo sic. Si aqua habet vim regeneratiuam ex contactu carnis Christi, videtur quòd habet eam omnino alio circunscripto, ergo si aliquis immergeretur in aquam sine omni alio verbo aqua regenerabit eum, hoc autē est falsum, ergo & c. ¶ Secundo sic. Si ex contactu carnis Christi aqua sortita esset effectum, seu talem vim cum Christus frequenter tetigerit aquas, aut cum lauabatur dum puer esset, aut cum lauaret manus maior existens, sequeretur, quòd antequam Christus baptizaretur frequenter talem vim aquis intulerit, sed hoc non dr̄, ergo & c.¶ Tertio sic. Si contactu carnis suę Christus vim contulit aquis, ergo videtur, quòd solum aquæ illę virtutem habeant, quas caro Christi tetigit, non ergo omnis aqua. Si dicas, ꝙ aqua illa deriuata est in alias aquas, hoc non videtur, quia cum deriuatio corporis in corpus non posset esse, nisi per continuum, videtur, ꝙ huiusmodi deriuatio fieri nō potest ad aquas prædictis aquis discontinuis.¶ Quarto sic. Si virtus aliqua collata est aquis, aut est de bonis, aut est de bonis minimis, aut maximis, aut mediocribus. Si de minimis, illa virtus minor est anima, ergo non agit in ipsam. Si de mediocribus, ergo est par animæ, ergo nec influit. Si de maximis tunc sequitur, ꝙ aliqua virtus gratuita sit data aquis, quod non videtur.¶ Quinto alio alia elementa non dicuntur sanctificata ex contactu carnis Christi, ergo nec elementum aquæ, nisi detur ratio cur sic.¶ In oppositum est text. præsentis capit. vbi expresse ponit hoc B. Ioannes Chrysostomus.¶ Respōdeo dicendum, quòd aqua tactu mundissimę carnis Christi vim regeneratiuam suscepit. Probatur hoc. Tum ex illo quod dicit glo. super illud Luc.3. baptizato domino, dominus baptizatus non mundari indigēs, sed tactu mundæ carnis suæ aqua mundans, vt abluendi vim habeant. Item Augustinus dicit super Ioannem, & habetur j.q.1. nonne, quę tanta est vis aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat. Item Beda dominus tactu suæ mundissimæ carnis vim regeneratiuam contulit aquis. Est autem hic sciendum, quòd circa modum ponendi haḃc virtutem in aqua multiplex est modus dicendi. Quidam.n. dicunt, ꝙ ista vis aquis collata sit aliqua proprietas absoluta, & hæc proprietas fuit aquæ melioratio, & reductio ad statum primum, in quo erat ante hominis lapsum, quia post lapsum omnia elemēta sunt deteriorata, vt habitatio congrueret habitatori deteriorato, sed quia homo per aquæ sacramentum meliorari debebat, & resurgere, ideo aqua meliorata & ad primum statū deducta est, & hanc vocant illam vim. Sed ista positio non potest stare. Primo quia hæc vis dicitur vis ad regenerandum, sed hanc non habebat aqua in statu innocentiæ, quia non erat opus regeneratione, vnde illa melioratio nihil facit ad rem. Præterea si aqua est meliorata, & non alia elementa, ergo videtur, ꝙ ordinatio elementorum sit dissipata, cum tamē necesse sit, ꝙ habeant debitam proportionē. Alij dicunt, ꝙ hęc vis data aquæ non sit aliqua proprietas, vel essentia absoluta addita aquę, sed ordinatio ei⁹ ad hoc, ꝙ homo regeneretur. Prius.n. omnes liquores erant indifferentes, vel poterat homo quantum est in se in aliquo alio liquore baptizari, vt in aqua, sed cū dominus voluit mergi & baptizatus est in aqua, sola aqua habuit ordinationē ad hoc, & ideo solum in ea potuit fieri baptismus, & talis ordinatio vocatur hæc virtus siue vis. Hunc modum dicendi habet Hugut. & gloss. & prosequitur Archid. & Bonauen. etiam in quarto dist. Sed iste modus dicendi non cōuenit. Tum primo quia sancti dicunt, quòd aquæ collata est, vis siue virtus regeneratiua, & mundificatiua ex contactu carnis Christi. virtus autem nominat principiū alicuius actionis. Ordinatio autem siue ordo siue ad aliquid non potest esse principium actionis, vel terminus, vt probat Aristoteles 5. Physicorum, & ideo ordinatio illa non potest habere nomen virtutis nec rationem. Ideo est alius modus, quòd virtus illa non sit melioratio aquæ, siue purificatio, sicut dicebat prima opinio. Nec solum ordinatio eius ad hoc, ꝙ hoc regeneretur in ea sicut dicebat secunda, sed quòd est virtus quædam supernaturalis collata aquæ, verum quod perfectum esse virtutis regeneratiuæ non habet quoadusque coniungatur ei verbum, sicut vis immutandi visum non est in colore perfecta nisi superueniēte lumine. Huius opinionis est Alexander de Hal. in quarto, & S. Thom. Cōuenientiam autem huius dicti.s. ꝙ ex tactu mundæ carnis Christi virtus regeneratiua collata sit, deducit pulchre sic magister Alexander in quarto dicens, ꝙ circa vnamquāq; rem consideranda sunt, nō solū quæ ad esse, sed quæ ad bene esse pertinent. dominus.n. qui venerat saluare, quod fuerat perditum, non hoc solum fecit per potentiam, sed per sapientiam siue per potētiam ordinatam, & hoc est quod Augusti. dicit, poterat quidem alius esse nostræ saluationis modus, sed nullus conuenientior. Eodem modo dicendū est, quod si Christus non fuisset baptizatus baptismus eundem effectum haberet, tamen, vt omnia fierent secūdum ordinem, decuit ita fieri, vnde quia per colligātiam carnis descendentis per libidinosam propagationem anima contraxit culpæ originalis immunditiam, & pœnam, Christus disponens quòd in aqua fieret spiritualis regeneratio, vt conueniens erat fieri ex proprietate elemēti, vt circa principiū capituli huius distinctionis diximus, voluit, vt sicut ex contactu carnis immundæ prius contracta est immundicia, ita ex contactu carnis suæ sanctissimæ contraheret elementum regenerationis.s. aqua vim sanctificatiuam. Item similiter voluit, vt per cōtactum carnis suæ, quæ fuit immunis à calore concupiscentiæ, daretur aquæ vis repressiua fomitis.¶ Ad rationes. Ad primam respondetur negādo consequentiam, quoniam sicut dictum est illa virtus habet esse incompletum in aqua, perficitur autē, vt exeat in
3 actum per coniunctionem verbi. Si dicatur † quare virtus aquæ sola sine hoc ꝙ aliqua virtus verbi addatur ei non potest sufficere, sicut aqua ex vi sibi collata mūdauit Naamā à lepra sine aliquo addito 4. Reg. 5. Respondet magister Alexander, quòd non est simile de mundatione Naaman cum illa fuerit corporalis.s. à lepra, peccatum autem spirituale est, & ideo licet aqua ex virtute sibi collata disponat ad mundationem spiritualem præter hoc tamē requiritur spirituale remedium secundum conuenientiam medicinæ, virtus verbi.¶ Ad secundam dicendum, quòd licet Xp̄s alia aqua frequenter tetigisset, nen tamen cū intentione cōferendi eis virtutem talem, nisi cum in eis baptizatus fuit, quia tunc aquas instituit in specie instrumenti ad mundationem animarum, & ideo tunc solum in inchoatione quadam dedit aquis illam vim regeneratiuam, quæ fuit ꝑ tunc & non alias.¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam, virtus.n. Christi (vt ait S. Tho. in tertia parte) deriuata est ad omnem aquam, non propter continuitatē loci, sed propter similitudinem speciei, vnde dicit Augusti. in quodam sermone epiphaniæ, quòd quæ de saluatoris baptismate benedictio fluxit tanquam fluuius spiritualis omnium gurgitum tractus vniuersorum fontium venas impleuit.¶ Ad quartam respondetur iuxta S. Thom. in 4. quòd

Primum arg.
Secundū ar.
Tertium ar.
Quartū ar.
Quītum ar.
Opponit in cōtrarium.
Respondet.
Augusti.
Beda.
Prima opi.
Cōtra primam opin.
Secūda opin.
Hugu. Arch. Bonauent.
Cōtra secundā opi.
Tertia opi.
Alexander. S. Thom.
Ad primum argu.
Quæstio.
Respondet.
Ad secūdum.
Ad tertium S. Thom.
Ad quartum S. Thom.

quòd cum virtus prædicta non habeat esse completum, & fixum in natura, sed sit quoddam ens incompletum, nō ponitur in aliquo genere entis, nisi per reductionem, & ita non potest poni in aliquo gradu boni, nisi per reductionē, reducitur autem ad bona maxima, in quibus est gratia, quæ quodammodo est complementum ipsius virtutis quasi finis eius. ¶ Ad quintam respondetur negando consequentiam, † & ratio quare aqua sanctificata fuerit ex contactu Christi, & non alia elementa est iuxta magistrum Alexandrum, quia non sufficit contactus, sed requiritur voluntas Dei instituentis, quæ fuit ad sanctificandum aquas, in quibus instituit sacramentum regenerationis, & emundationis animarum nostrarum, & non ad alia elementa. Lege. ¶ [Nisi] sicut expositum est in quæstione. Quod autem dicit hic Hugu. & Ioannes gl. & Arc. ꝙ hæc virtus nihil aliud videtur esse nisi institutio ipsius Christi, quia instituit tunc baptismum fieri in aqua, per quem conferretur gratia, qua regeneraremur ad vitam, vt probatum est in quæstione. [Nunquam posset] intellige manente eadem dispositione. Hug.


Ad quintum. 4 Ale. de Hal. Exponit literam.

1 *Tempora duo. s. Paschæ et pentecostes an fuerint conuenienter assignata ad baptismum.*



Non ratione. Hic incipit 2. pars huius distinctionis, in qua magister Gratianus postquam egit de efficacia baptismi, nūc de tempore quo celebrari debeat subiungit, & hoc secundum Arch. per nouem capitula. Diuiditur autem hoc capitulum in duas partes. In prima reprehendit temeritatem illorum, qui indifferenter baptismi sacramentum conferebant in quibuscunque festiuitatibus. In secunda assignando rationem, quare tales merito reprehendendi veniunt dicens, quòd festum paschæ, & pentecostes hoc sibi vendicant tanquam priuilegium speciale. secunda ibi, cū sibi hoc. ¶ Pro intelligētia pleniori huius capituli quæritur. † Vtrum conuenienter assignata sint hęc duo tempora ad baptismum. s. sabbatum paschæ, & pentecostes. Et videtur ꝙ non. ¶ Primo sic, quia periculo tanto citius succurrendum est, sed homo propter fragilitatem naturæ semper est in periculo vitæ suæ, ergo non debet expectare tēpus aliquod ad baptismum determinatum, sed statim baptizari debet. ¶ Secūdo sic. Per baptismum homo regeneratur in filium Dei, & ad imaginē Christi, ergo præcipue in festo natiuitatis baptismus celebrari deberet. ¶ Tertio baptismus Christi contulit aquis vim regeneratiuam, sed Christus in die epiphaniæ baptizatus fuit, ergo tunc præcipue deberet homo baptizari. ¶ Quarto baptismus habet efficaciam à passione Christi: ergo in die passionis dominicæ magis deberet celebrari baptismus, quam in sabbato paschę. ¶ In oppositum arguitur ex text. præsentis cap. & ex multis alijs capitulis, sequentibus, in quibus fit mētio de istis duobus temporibus. ¶ Respondeo dicendum, quòd conuenienter tempora ordinata sunt. s. sabbatum paschæ, & pentecostes ad baptismum celebrandum solenniter. Pro quo tamen considerandum est iuxta S. Tho. in 4. dist. 6. ꝙ in baptismo duo considerantur. s. substantia sacramenti, & solēnitas, & quantum ad substantiam sacramenti non est aliquod tempus determinatū ad baptismum imo qualibet die, & qualibet hora baptismus celebrari potest. Sed solennis baptismus in ecclesia habet tempus deputatum, scilicet duplex sabbatum, de quo in litera dicitur. Cuius ratio est, quia baptismus habet efficaciam ex duobus scilicet ex virtute spiritus sancti, & ideo in vigilia Pentecostes celebratur solenniter baptismus, Item ex passione Christi, cuius morti aliquis cōfiguratur per baptismum quasi sepultus Christo in mortē, vt dicitur ad Rom. 6. & ideo celebratur solenniter in die sepulturæ Christi, s. in vigilia paschæ. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum, quòd in necessitate non oportet expectare ista duo tempora, quæ necessitas quadruplex est vt habetur. j. e. dist. ca. hi qui. Prima est causa munitionis, vt si rex obsidet aliquā ciuitatem, vel oppidum, tunc. n. pueri illius loci baptizari debent, ne imbaptizati decedant. Secūda est gentilium persecutio. Tertia est naufragium. Quarta ęgritudo ꝓ infirmitate naturæ, qui facile dissolui potest, & ob hanc causam singulis diebus, & horis fit baptismus non solennis, vt dr̄ infra e. dist. ca. thecuminis, quòd de cathecuminis, baptizandis, aliud decretum est, vt in paschali festiuitate, vel pentecostes veniant ad baptismum. Cæteris autem solennitatibus infirmi tantū debent baptizari, & quia pueri, qui infirmi computantur propter naturæ imbecillitatē, & propter periculum damnationis, à qua non possunt aliter liberari. Ideo nunc cum ipsi pueri baptizantur, vt in pluribus non expectantur hæc duo tempora, sicut in adultis expectari solebant. ¶ Ad secundam dicendum, ꝙ in festo natiuitatis recolitur natiuitas domini, secundum carnem. Nos autem non efficimur fratres eius natiuitate carnis, sed spiritus, ideo non oportet, ꝙ tunc baptismus celebretur. ¶ Ad tertiam dicendum, quòd per baptismum Christi est tantum materia præparata ad actum baptismi, sed virtus agens in baptismo est meritum passionis Christi, & virtus spiritus sancti. Et quia agēs in omnibus est principalis quā materia, ideo potius in duobus determinatis temporibus baptismus celebrari debet, quam in epiphania. Tamē ideo nō est institutum celebrari baptismum in die illa, vt excluderetur quorundam error, qui dicebant nunquam baptismum posse conferri nisi illa die, qua dominus baptizatus est. ¶ Ad quartam dicendum, quòd homo in baptismo cōfiguratur passioni Christi per modum cuiusdam consepeliationis, vt apostolus dicit, & ideo die sepulturæ conuenientius fit, quam in die passionis. Lege textum. ¶ [Non ratione] dicit hic Hugu. quod baptismus alius est solennis alius non. Solennis est ille, cum fons consecratur ea solēnitate, quæ fit in sabbato pentecostes. Non solennis quando fons non consecratur, vel si consecratur, nō tamen solenniter, nec baptizatur solenniter. Solennis ergo baptismus nō debet celebrari nisi bis in anno. s. pascha, & pentecoste. Nō solennis omni tempore anni ingruente necessitate, etiam vel non ingruente potest conferri. [Baptizentur] solenniter. secus in necessitate [priuilegium]. s. baptizandi solenniter rationibus dictis in quæstione, & dicendis infra in capitulis sequentibus.

Quæstio. 1 Primum ar. Scd̄m arg. Tertium ar. Quartū ar. Opponit in cōtrarium. Responder. S. Thom. Ad primum arg. Ad secū. Ad tertium. Ad quartum Exponit literam.



Duo. Sequitur secundum capitulum eiusdē partis. Et diuiditur in duas partes. In 1. dicit, quòd solum duo tempora à sede apostolica ad solenniter baptizandum sunt præfixa. In secunda exortatur, vt nulli alij dies præfatæ obseruantiæ admisceantur. secunda ibi, vnde quia. Omnia plana sunt nisi in hoc, ꝙ ait duo tempora. s. pascha, & pentecostes ad baptizandum. s. solenniter sunt instituta Hu. & Arch. dicunt, ꝙ his diebus non debet fieri baptismus ante vesperas sabbati, cum iam incipit dies dominicus, in quo baptismus talis est celebrandus, & si ante celebretur, male fit. Non fit autem baptismus tunc intuitu sabbati sed sequentis diei, vnde notabiliter dicit litera in pascha, & pentecostes. Quidam tamen veritatem rei considerantes dicunt talem baptismum celebrandum est in sabbato, quod requies interpretatur, tribuitur autem per baptismū, æterna requies. Sed mirū est dicit Hug. quare hoc dicūt, cum litera dicat in pascha, & pentecoste, & nō in sabbato, vnde ergo hoc sonuerit nescitur, nisi ex consuetudine vulgari. Si ergo alicubi inueniatur, ꝙ fiat in sabbato vulgariter dr̄, vt in sabbato. i. in fine, vel statim post finem sabbati, sicut distinximus de sacris ordinibus tantum die dominica conferendis, vt dist. 75. c. ꝙ à patribus. Hug.

Diuisio. Hugu. Arch.

3 *Christum baptizari fuit conueniens multiplici ratione.*

5 *Baptismus Christi habet efficaciam mundandi a peccato, et gratiam infundendi.*



Proprie. Sequitur tertium cap. eiusdem partis, in quo ex authoritate Leonis papæ docet, & ostendit magister Gratianus quibus rationibus institutum sit, vt in pascha, & pentecoste celebretur baptismus. Et diuiditur hoc c. in tres partes principales. In prima assignat rationem, propter quam in pascha solennis baptismus celebretur. In secunda quare in pentecoste. In tertia respondent rationi quorundam, ꝙ etiam in die epiphaniæ haberet celebrari, dicit, ꝙ baptismus Ioannis non fuit habens vim regeneratiuam, nec conferebat gratiam. Et assignat rationes quare Christus voluit baptizari. secūda ibi, additur sane. tertia ibi, si quis. Itē prima in duas. Primo ostendit rationem diem paschæ esse legitimum ꝓ celebrando baptismo. Secundo inducit confirmationem ex tempore, quo Christus potestatem tribuit generalem apostolis

apostolis baptizandi.secunda ibi,ad cuius rei.Quia de temporibus solennitatis baptismi, iam dictum est circa duo proxima capitula. Et satis aperte rationes in litera repetuntur.Reliquum est disputare circa tertiam partem de baptismo Ioannis,& baptismo Christi,vnde quæruntur tria.

1 ¶ Primo, vtrum baptismus Ioannis conferebat gratiam.

2 ¶ Secundo,vtrum conueniens fuit,quòd Christus baptizaretur.

4 ¶ Tertio,vtrum conueniens fuit,quòd baptizaretur baptismo Ioannis.

1 Ad primum Sic proceditur,† Et videtur ꝙ baptismus Ioannis gratiam contulerit.Et

Primum ar. primo sic.erat Ioannes baptizans, & prædicās baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Matth.3.sed remissio peccatorum non fit sine gratia, ergo baptismus ille gratiam contulit.

Scđm ar. ¶ Secundo sic, Damascenus dicit.Purgat Ioannes spiritum per aquam, sed purgatio spiritualis non fit sine gratia,ergo ille baptismus gratiam contulit.

Tertium ar. ¶ Tertio sic.Augus.dicit contra donatistas.Ita credam Ioannem baptizasse in aqua in remissionem peccatorū, vt ab eo baptizatis in spe rem tterentur peccata,sed spes de remissione peccatorum non potest esse, nisi per gratiam, ergo baptismus ille gratiam contulit.

Quartū ar. ¶ Quarto sic.Baptismus Ioānis propinquior fuit baptismo Christi, quam circuncisio, sed circuncisio gratiam contulit, vt dictum est, ergo multo fortius baptismus Ioannis

Quīntū ar. ¶ Quinto. Sacramentum non instituitur nisi ad causandum gratiam, vel significandum,sed per gratiam sacramenta veteris legis sufficienter erant significata, si ergo baptismus Ioannis gratiam non contulit,pro nihilo institutus fuit.

Opponit in cōtrarium. ¶ In oppositum est tex, cap.præsentis,in quo B.Leo papa dicit baptismum Ioannis non pertinuisse ad virtutem, qua per spūm sanctum hoīes renascantur.

Respondet. ¶ Rñdeo dicendum, ꝙ baptismus Ioannis nō conferebat grām, quæ conclu.tripliciter probatur. Primo authoritate ipsius Ioānis,qui ait Mat.3. ego baptizo vos in aqua,ille aūt baptizabit vos in spiritu sancto.Ex quo arguitur sic. Gratia,per quam est remissio peccatorum,non datur,nisi per spūm sanctū,sed baptismus Ioannis, qui erat in aqua,non fuit in spiritu sancto,vt patet ex differentia,quæ ponitur inter ipsum baptismum Ioannis, & baptismum Christi, ergo baptismus Ioannis non conferebat gratiam. Item secundo probatur ex determinatione ecclesię, quæ habetur in hoc capitulo, & in capitulo non regenerabantur.c.dist. ¶ Tertio ratione probatur sic. Sacramenta non efficiunt nisi id,ad quod instituta sunt,sed baptismus Ioannis non fuit institutus, nisi ad præfigurandum baptismū Christi,& ad præparandum homines ad ipsum,vt ipse testatur Ioann.primo.Ego vox clamantis in deserto, parate viam domi. sicut dicit Esa. propheta, ergo baptismus eius non conferebat gratiam, sed solum ad baptismum Christi disponebat, patet ergo quòd cum tota doctrina & operatio Ioannis præparatoria esset ad Christum,sicut ministri, & inferioris artificis est præparare materiam ad formam, quam inducit principalis artifex, quòd gratia erat hominibus conferenda per Christum,secundum illud Ioann.1. gratia,& veritas per Iesum Christum facta est,& ideò Ioānis baptismus gratiam non conferebat,sed disponebat ad eam.Et hoc tripliciter,vt ait

S. Thomā S.Thom.in 3.parte q.38.Vno modo quidem per doctrinam inducentem homines ad fidem Christi.Secundo assuefaciendo homines ad ritum baptismi. Tertio per pœnitentiam præparando homines ad suscipiendum effectum baptismi Christi.

Ad primum argu. ¶ Ad rationes in oppositum.Ad primā dicendum,ꝙ illa authoritas sic exponenda est, vt referatur ad diuersa baptismata. hoc modo. Ioannes baptizans, s. baptismate suo, & prædicans. s. baptismum Christi,qui est in remissionem peccatorum. Si autem referatur vtrunque ad baptismum Ioannis sic dicitur esse in remissionem peccatorum,quia baptizans imponebat dignos fructus pœnitentiæ agere, quibus remissionem peccatorum consequerentur, vnde baptismus erat quasi quædam protestatio,& professio,qua profitebantur homines pœnitentiam se acturos.

Ad scđm. ¶ Ad secundam dicendum,quod baptismus ille purgare,dr̄ modo prædicto,vel etiam materialiter à sordibus corporalibus in signum spiritualis purgationis per Christū futuræ,vel à cecitate ignorantiæ per doctrinam Ioannis Christum annuntiantis.

Ad tertium ¶ Ad tertiam dicēdum,ꝙ spes semper ex gratia procedit, non tamen semper ex gratia habita,sed quandoque ex gratia expectata,& sic baptismus Ioannis spem faciebat remissionis peccatorum,non conferens gratiam, sed promittēs eam in hoc, quòd præfigurabat baptismum Christi, quo gratia daretur,& ita accipiendum est dictum Augu.

Ad quartum ¶ Ad quartam dicendum,quòd quamuis baptismus Ioannis magis conueniret cum baptismo Christi,quam circuncisio, quantum ad materiam nō tamen conueniebat magis quantum ad causam institutionis,quia circuncisio ad necessitatem erat,vt remedium cōtra originale,sed baptismus Ioānis,vt assuefaciens ad baptismum Christi &c.

Ad quintum ¶ Ad quintā dicendum,ꝙ baptismus Ioannis expressius significabat baptismum Christi quam sacramenta veteris legis, propter maiorem similitudinē ad Christum, & ideo magis de propinquo præparabat ad ipsum & sermone,& quadam pœnitentiæ protestatione,vt dictum est.

2 Ad secundum Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ fuit conueniens Christum baptizari.

Primum ar. Primo sic.baptizari est ablui, sed Christo non conuenit ablui, in quo nulla fuit impuritas, ergo videtur, ꝙ Christum non decuit baptizari.

Secundum argu. ¶ Secundo sic.Christus circuncisionem accepit,vt impleret legem,sed baptismus nō pertinebat ad legem,ergo non debuit baptizari.

Tertium ar. ¶ Tertio sic. primum mouens in quolibet genere,est immobile secundum illum motum, sicut cœlum quod est principium alterans non est alterabile, sed Christus est primum baptizās.s.m illud Io.1.super quem videris spiritum descendentem,& manentem,hic est,qui baptizat,ergo Christum nō decuit baptizari.

Opponi in cōtrariu. ¶ In oppositum est tex.cap.præsentis vbi de baptismo Christi Leo papa loquitur. Præterea est illud quod dr̄ Matt.3.Venit Iesus à Galilea in Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo.

Respondet. ¶ Respondeo dicendum,

3 † ꝙ conueniens fuit Christum baptizari.Et hoc multiplici ratione.Iuxta

S.Thom. S.Tho.in 3.parte.q.8.Matth.1.quidem,quia vt Ambro.dicit super Lucam. Baptizatus est dominus nō mundari volens,sed mundare aquas,vt ablutę per carnem Christi,quæ peccatum non cognouit baptismatis vim haberent, vt sanctificatas aquas relinqueret postmodum baptizandis.

Chrysost. ¶ Secundo quia sicut Chrysost.dicit super Mat. quamuis Christus non esset peccator, tamen naturam suscepit in similitudine carnis peccati, propterea & si pro se baptismate non indigebat, tamen in alijs carnalis natura opus habeat.&

Grego. nazanzen. sic Gregor.nazanzenus dicebat.Baptizatus est Christus,vt totum veteranum immergat aquæ.

Augusti. ¶ Tertio baptizari voluit sicut August.dicit in sermone de epiphania,quia voluit facere, quòd faciendum omnibus imperauit,& hoc est quod ipse dicit.Sic decet nos adimplere omnē iustitiam,

Ambro. vt.n.Ambros.dicit super Lucam.hæc est iustitia,vt quòd alterum facere velis ipse prius incipias,& alios tuo horteris exēplo.

Ad primum argu. ¶ Ad rōnes. Ad primā dicendū, ꝙ Christus nō fuit baptizatus, vt ablueret,sed ut ablueret sicut dictū est.

Ad scđum ¶ Ad secundam dicendum,ꝙ solum non debebat ea implere,quæ sunt legis veteris, sed etiam inchoare ea,quæ sunt nouę,& ideo non solum voluit circuncidi, sed etiam baptizari.

Ad tertium ¶ Ad tertiā dicendum,ꝙ Christus est primum baptizans spiritualiter, & sic non est baptizatus, sed solum in aqua,& sic non procedit.

4 Ad tertium Sic proceditur. † Et videtur quod inconueniens fuit,quòd Christus baptizaretur baptismo Ioannis.

Primum ar. ¶ Et primo sic.Baptismus Ioānis fuit baptismus pœnitentiæ, sed penitentia Christo nō conuenit,quia nullum habuit peccatum, ergo videtur, ꝙ non debuit baptizari baptismo Ioannis.

Scđm arg. ¶ Secundo sic. Baptismus Ioannis sicut dicit Io. Chry.medium fuit inter baptismū Iudeorū & baptismū Christi,sed medium sapit natu á vtroruq; extremorū, cū ergo Christus non fuit baptizatus baptismo laicali, nec etiam baptismate suo, videtur quod pari ratione baptismate Ioannis baptizari nō debuerit.


Tertium ar. ¶ Tertio sic. Omne quod in rebus humanis est optimū debet attribui Christo, sed baptismus Ioannis non tenet supremum locum inter baptismata. ergo non conuenit Christum baptizari baptismo Ioannis.

Opponit in cōtrarium. ¶ In oppositum est textus præsentis ca.Et etiam illud quod dr̄ Matth 4. venit Iesus, in Iordanem,vt baptizaretur à Ioanne.

Respondet. S Thom Alexander. ¶ Respondeo dicendum iuxta S.Tho.in 3.parte,& magistrū Alexā. in quarto,quod sicut dicit B.August.super Ioannem. Baptizatus dominus baptizabat non baptismate,quo baptizatus est,vnde cum ipse baptizaret baptismo proprio, cōsequēs est,quòd non fuit baptizatus suo baptismate,sed baptismate Ioan-

te Ioãnis. Et hoc fuit conueniens. Primo quidem propter conditionem baptismi Ioãnis, qui non baptizauit in spũ sed solum in aqua, Christus autem spũali baptismate non indigebat, quia principio suæ conceptionis gratia spũs sancti fuit repletus, & hæc est ratio Chrysostomi. ¶ Secundo, vt Beda dicit baptizatus est, baptismo Ioannis, vt baptismo suo baptismum Ioannis approbaret. ¶ Tertio sicut Gregorius Nazanzenus dicit, accepit Christus baptismum Ioannis, sanctificaturus baptismum Ioannis. ¶ Quarto propter humilitatem implendam, vt ipse dicit Matthæi tertio. Sic nos oportet implere omnem iustitiam. i. perfectam humilitatem, quæ est, cum superior subijcit se inferiori, sicut supra circa capitulum per baptismum. e. dis. plenius explanatum est. ¶ Quinto, & est rõ, quam tangit Aug. in lib. de natu. boni, vt. s. ostenderet nõ interesse quis à quo baptizaretur cũ eo baptismo, quo baptizatus pharisæ baptizarentur. ¶ Sexto & tangit hanc rationem August. in lib. quæstio. noui, & veteris testamenti. s. ad exemplum baptismi proponendum illis, qui futuri erant filij Dei per fidẽ. dignum erat, vt exemplo esset futuris qui per baptismum filios Dei fieri docebat, debuit hoc in se visibiliter demonstrare, quo comperto credentes se posse inuisibiliter spũm sanctum accipere in spe haberent. ¶ Septimo & est ratio Chrysostomi, vt. s. in baptismo Christus miracula ostẽdẽs euacuaret illorum errorem, qui Ioannem Christo maiorẽ credebãt, vnde ne hęc opinio apud multos existeret, vt dr̃ Chrysost. cœli aperiuntur baptizato Christo, & spũs sanctus descendit, & vox cum eo prædicans vnigeniti dignitatem. ¶ Ad rationes. Ad primam dicẽdum, quòd sicut supra dictum est Christus baptizari voluit, vt nos suo exemplo induceret ad baptismum, & ideo ad hoc, quòd esset efficacior eius inductio, voluit baptizari baptismo, quo manifeste non indigebat, vt homines ad baptismum accederent, quo indigebant. Vnde Ambrosi. dicit super Lucam. Nemo refugiat lauacrum gratiæ, quando Christus lauacrum pœnitentiæ non refugit. ¶ Ad secundam dicendum, quòd baptismus iudæorum in lege præceptus solum erat figuralis, baptismus autem Ioannis aliqualiter erat realis inquantũ
5 inducebat homines ad abstinẽtiam à peccatis. † Baptismus autem Christi habet efficaciam mundãdi à peccato, & gratiam infundendi. Christus autem nec indigebat percipere remissionem peccatorum, quæ in eo non erant. Nec percipere gratiam, qua plenus erat. sibi etiam cum ipse sit veritas, non competebat, id quod in sola figura gerebatur, & ideo magis congruum fuit, ꝙ baptizaretur baptismo medio, quam aliquo extremorum. ¶ Ad tertiam dicendum, ꝙ baptismus est quoddam spirituale remediũ, quanto autem est aliquid magis perfectum, tanto minori remedio indiget, vnde ex hoc ipso, quòd Christus est maxime pfectus, conueniens fuit, ꝙ non baptizaretur perfectissimo baptismo sicut ille, qui est sanus non indiget efficaci medicina, quare &c. Leg. ¶ [Proprie]. i. congruenter considerata qualitate facti, & efficacia baptismi [in morte]. i. in eo tempore, quo Christus mortuus est, & resurrexit. s. celebratur baptismus eius [potentia]. i. virtus [condidit]. i. efficit [nouam creaturam] vt primo ratio, vt sensus est, vt designetur, ꝙ baptismus efficaciam habet à passione, sicut, & est verum, [dicente apostolo] ad Ro. 6. [An quicũque]. s. cuiuscunque conditionis. s. masculus, fœmina, dominus, seruus, barbarus, & latinus [baptizati sumus]. i. à vitijs purgati. [In Christo Iesu]. i. in forma instituta à Christo, quæ est in nomine trinitatis. Matth. vlt. Docete omnes gentes baptizãtes &c. vel in Christo Iesu. i. in operatione ipsius Christi, qui baptizat vere [baptizati sumus a in morte ipsius]. i. similitudine
a mortis Christi, quasi ipsam mortem Christi in nobis repręsentãtes, vt sicut Christus semel mortuus est carne, & semper viuit, ita nos semel mortui peccato per baptismũ semp viuamus in bono, vel in morte ipsius dicit nos baptizari, quia mors eius causa est huius purificationis dicit gl. Apo. primo lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, vnde de latere Xp̃i pendẽtis in cruce post mortem fluxit sanguis & aqua, & sic dr̃ Ioan. 19. & in hoc cap. sic igitur morti eius cõfiguramur inquantum peccato morimur, sicut ipse mortuus est vitæ mortali. [Consepulti. n. sumus] probat, ꝙ cum baptizamur conformamur morti eius. [Consepulti] quasi dicat sepultura non nisi mortuis debetur, per baptismum autẽ homines sepeliuntur Christo. i. conformantur sepulturę eius, sicut. n. ille, q sepelitur ponitur sub terra, ita ille, qui baptizatur immergitur sub aqua, vnde in baptismo sit terna immersio, non solum propter fidem trinitatis, sed etiam ad repræsentandum triduum sepulturæ Christi [vt quomodo] infert, quòd non debemus viuere in peccato, & ad hoc inducit similitudinem ex resurrectione. q. d. [vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam]. i. virtutem ex qua ipse pater gloriatur, siue redditur gloriosus, secundum illud. psalm. 56. Exurgere gloria mea [ita & nos in nouitate]. i. per bona opera vitæ ꝓcedamus. vita. n. peccati vetustatem habet, quia in corruptionem nos ducit nouitas vitæ, per quam aliquis redit ad integritatem, vt. s. sit sine peccato. ad Ephesios. 4. Renouamini spiritu mẽtis vestrę. [Si. n.] hic probat necessitatem consequentię. Christus. n. postquam fuit mortuus resurrexit vnde consequens est, vt illi, qui conformantur Christo, quantum ad mortem in baptismo conformentur etiam resurrectioni eius, per memoriã vitæ. Et hoc est, ꝙ dicit. [Si. n. facti sumus complãtati similitudini mortis eius]. i. si in nobis similitudinẽ mortis habuerimus, vt ei incorporemur, sicut ramus inseritur plantę, vt quasi nos in ipsa passione inseramus [simul & resurrectionis similitudini eius erimus complantati]. i. vt in præsenti innocenter viuamus, & in futuro ad similem gloriam perueniamus. ad Philip. 3. reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis eius [disputauit]. i. disputando proposuit [spiritu]. i. spirituali doctrina. Hu. [illum diem, & illud tempus] inter alios disputatum [formam]. i. conformitatem ad ea, quæ fiunt in baptismo [gerũtur in membris] dum baptizamur [gesta]. s. in morte, in sepultura, & resurrectione eius [regula]. i. regulari ritu si ne modo baptizandi [interuenit]. i. representatur [interfectione peccati] quæ in ipsa immersione significatur. Ipsa. n. immersio tam mortem Christi quam peccatorum interfectionem significat, vt. s̃. e. dist. postquam & c. de trina [ipsa igitur] concludit congruitatem temporis baptismi. [Operis qualitas]. s. similitudo, & forma facti, ꝙ fit in baptismo. [docet celebrãdæ generaliter]. i. ad celebrãdum baptismũ [in quo]. s. die mortis, & resurrectionis suæ [orta est virtus]. i. efficacia, quam à Christi passione habuit [& species]. i. similitudo [actionis] cui conformantur ea, quæ in baptismo in nobis fiũt. representatur. n. in baptismo mors, & triduana sepultura, & resurrectio, sicut dictum est. [Ad cuius inducit confirmationem [docebãtur] quia ad eos loquendo omnes comprehendit. Sæpe. n. in persona vnius plures erudiuntur secundum illud Marc. 14. quod vni dico omnibus dico, & dist. 61. miramur [formam]. s. generalem, quod ante non fecerat [baptizandi] generaliter omnes, tunc enim quo ad diuulgationem, siue extẽsionem ad omnes gentes data dr̃ potestas apostolis, primo. n. prædicauerãt, & baptizauerant in Iudea, in eadem forma, quam ponit, sed post resurrectionem dictum est eis, euntes docete omnes gentes baptizantes &c. [Regenerationis gratiam] quo ad aperturam ianuę regni cœlorum, qui est vltimus & consummatus effectus baptismi, ex sua resurrectione cepisse. ¶ Sed cõtra, quia videtur, quòd ex passione, sicut in fine dr̃ cap. Respondetur, ꝙ sicut. s̃. e. dist. circa c. nunquid aqua. diximus in responsione vnius argumenti. Iustificatio attribuitur, & resurrectioni Christi, & passioni, s. diuersimode. Resurrectioni quidem sicut in hoc loco, ratione termini ad quem qui est nouitas vitæ per gratiam, passioni vero ratione termini, à quo sicut habetur in fine istius capituli, videlicet quãtum ad dimissionem culpæ, ꝙ videtur notari per illud ad Ro. 4. Mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. [Addit] 2. pars. [pendet] tum quia semper est in dominica sicut dies paschæ. tũ quia terminus huius variatur ad variationẽ illius, & ideo quasi pedissequa tribuit gratiam baptismi illis, qui in pascha nõ possunt baptizari [interclusit] ne. s. baptizarentur inuitati ad baptismum hoc. s. ꝙ dicimus die pentecostes esse celebrandum baptismum defendere, q. d. non ex nostro ingenio [lauacrum consecrauit] & si non intingẽdo saltem aspergendo, vel profundendo. Hu. [Petrus]. s̃. e. dist. tunc.

i *Causa duplex inuenitur in generatione carnali.*



Tem si quis. Hoc est aliud capitulũ secundum Hug. sed secundum Ioannem non, sed est tertia pars huius cap. [Si quis] tertia pars. [priuilegium] baptismatis, vt. s. in ea celebretur solenniter baptismus, vt quidam putabant [quia ecce] rõ illorum

[Margin notes: Augu. — Chrysostõ. — Ad primum arg. — Ambros. — Ad secũ. — Ad tertium — Exponit literam. — a ¶ Baptizatisũm. Ad de ꝙ baptizari cõtemnens cum possit, quãtumcũque fidẽ Christi teneat ñ põt saluari. Petr. de Anc. in ca. apostolicã. nu. 2 de ps. nõ baptiz. — Hugo. — Opponit. Respondet]

illorum[scias]ostendit rationem illorum nõ valere[al'am gratiam] baptismus.n.[Ioan.non conferebat gratiam,qua anima à peccato mundaretur, sed tm̃ corpora abluerẽtur, vt plene iam dictum est in quæstione[per spiritum sanctũ renascimur]ad Ro.8.non accepistis spm̃ seruitutis,iterum in timore,sed accepistis spm̃ adoptionis filiorum Dei[ dr̃]
1 Io.1.[Non ex sanguinibus]vbi notandum ꝙ in generatione carnali,vt dicit.S.Th.duplex causa inuenitur.s. materialis,& motiua.Materialis quidem causa generationis carnalis est sanguis. Et ideo dicit[ non ex sanguinibus.]Et licet hoc nomen sanguis in latino non habeat plurale, quia tñ in græco habetur, ideo translator regulam grammaticæ seruare non curauit,vt veritatem perfecte doceret, vt non dicit ex sanguine ẽm latinos,sed ex sanguinibus, per quod intelligitur quicquid ex sanguine generatur, ex sanguine, concurrens,vt materiam ad carnalem generationem, siue semen viri siue mẽstruum mulieris intelligitur per sanguines. Causa autem motiua ad actum generationis carnalis est voluntas se commiscentium.s.maris, & fœminæ, ideo sequitur[neque ex voluntate carnis] i. fœminæ[neque ex voluntate viri]vel potest dici [ non ex voluntate carnis].i. concupiscentię[nec ex voluntate viri].s.ex appetitu intellectiuo viri,quia generatio filiorum Dei nõ est carnalis, sed spiritualis,ideo sequitur.[Sed ex Deo nati sunt]Ioã.3.ꝙ est ex carne caro est, & quod ex spũ spũs est.i.spũalis. dñs hic assignat causas propter quas Christus voluit baptizari, circuncidi Luc.2.hostiáque in die purificationis,de quo Luc. 2.[Apostolus ait]ad Gala.4.[fieret sub lege]obseruator legis [quam]Matt.5.non veni soluere, sed adimplere[& implendo finire] sustinens.n.legis onus alios liberauit à lege [finis legis]Ro.10.glo.quæ adimplet in se,& in nobis quod lex prædixit.Et Aug.in libr.sententiarũ prospere finis Xp̃s est in quo lex iustitiæ non cõsummitur sed adimpletur[ad iustitiam omni credenti].dator est iustitiæ omni credenti, vel iustificator est omnium credentium in ipsum.Io.1.dedit eis potestatem filios Dei fieri his,qui credunt in nomine eius.Et ita vt ait gl.ad Ro. 10.credẽti in eum deputatur fides ad iustitiam,quia natura humana nullo modo potest iustificari,& redimi ab ira.i.vindicta nisi per fidem,& sacramentum sanguinis Christi.[Baptismi]in se[condidit sacramentum]qñ baptizatus est Christus.tunc.n.tactu suæ mundissimæ carnis vim regeneratiuã contulit aquis,vt.s̃.e.dist. nunquid.[potentiam].i.plenam efficaciam,quam habuit à Christi passione.tunc.n.ianua cœli aperta est,qñ sanguis redemptionis.i.quo redẽpti sumus.s̃.dist.2.in calice[& aqua baptismatis]hic.n. designata sunt duo sacramenta.s.corporis,& sanguinis Christi,& baptismi ad baptismum pertinet aqua b & ad eucharistiam sanguis.

S.Thom.

Augustin.

b ¶ Ad baptismũ ptinet aqua. Baptismus quare potius ẽ inductus ĩ aqua q̃ in alio liquore puta vino, oleo,& simi libus vide per Pet.de An.in c.de bitum nu. 10.de bap.

DE cathecuminis. Sequitur 4.c. eiusdem partis. cuius breuis summa est,ꝙ cathecumini nisi in infirmitate,aut alio periculo mortis coacti siue cõstituti sint supradictis festiuitatib.s.paschæ, & pentecostes baptizentur.In cæteris vero festiuitatibus infirmi baptizandi sunt,hic nihil præter ea,quæ supra dicta sunt dicendum venit.litera patet.

1 *Baptismus an sit differendus.*

SI qui. Sequitur 5.capit.eiusdẽ partis,in quo magister Gratianus continuando tractatum de tempore baptismi dicit ex authoritate Leonis papę,ꝙ hi, qui necessitate mortis, aut ægritudinis vrgentur, omni tempore possunt baptizari.Breue est,nõ diuidit.¶ Pro intelligentia pleniori huius c.& totius istius partis q̃ritur. †Vtrum baptismus sit differẽdus.Et videtur ꝙ non.Primo sic dr̃.Eccl.5.Non tardes conuerti ad dominum,& ne differas de die in diem,sed perfecta conuersio ad Deum est eorum quæ regenerantur in Christo per baptismum. non ergo baptismus debet differri de die in diem.¶ Secundo sic. vulnus corporale quanto citius sanatur, tanto laudabilior est medicus,& magis expedit sanatos,ergo ita est in corporali,fortius est in spirituali,cum ergo Deus summus sit medicus,& laudabilissime, & vtilissime agens,videtur, ꝙ nõ debeat differri eius medicina.¶ In oppositum est tex. præsentis cap.& aliorum eiusdem partis,vbi vsque ad festa paschæ,& pentecostes statuitur,ꝙ differatur baptismus.¶ Respondeo dicendum,ꝙ,vt dicit S.Tho.in tertia parte.Circa hoc distinguẽdum est,vtrum sint baptizãdi pueri, vel adulti.Si.n.pueri sint baptizandi,nõ est differendum baptisma. Primo quidem quia nõ expectatur in eis maior instructio, aut etiam plenior conuersio. Secundo propter periculum mortis,quia non potest alio remedio subueniri eis,nisi per sacramentum baptismi. Adultis vero subueniri potest per solum baptismi desiderium,vt supra dictũ est, & ideo adultis non statim cum conuertuntur est sacramentum baptismi,conferendum,sed oportet differre ad aliquod certum tempus.Primo quidem propter cautelam ecclesiæ,ne decipiatur fictæ accedentibus conferens ẽm illud 1.Io.4.Nolite omni spiritui credere,sed probate spũs si ex Deo sint quæ quidem probatio fit de accidentibus ad baptismum, qñ p aliquod spatium eorum fides,& mores examinãtur. Scd̃o hoc est necessarium ad vtilitatem eorum, qui baptizãtur, quia aliquo temporis spatio indigens ad hoc, ꝙ plene instruantur de fide,& excitentur in his quæ pertinent ad vitã christianam. Tertio hoc est necessarium ad quãdam reuerentiam sacramenti,dum in solennitatibus præcipuis.s.Paschæ,& Pentecostes homines ad baptismum admittuntur, & ita deuotius sacramentum suscipiunt hæc tñ dilatio est prætermittenda duplici rõne. Primo quidem quando illi, qui sunt baptizandi apparẽt perfecte instructi in fide,& ad baptismum idonei,sicut Philippus statim baptizauit eunuchum,vt habetur Actuum 8.& Petrus Corneliũ,& eos qui cum ipso erant. vt habetur Act.10.Secundo propter infirmitatem,aut aliquod periculum mortis,vnde Leo Papa dicit in p̃senti ca.Hi qui necessitate mortis, ęgritudinis, obsidionis,& necessitatis, persecutionis,& naufragij vrgentur omni tempore debent baptizari.Si tamẽ aliquis præuenia tur mortis articulo necessitatis sacramẽtum excludẽte dũ expectat tempus ab ecclesia institutum saluatur, licet per ignem,vt.s̃.dictum est.Peccat autem si vltra tempus ab ecclesia institutum differet accipere baptismum,nisi ex causa necessaria,& licentia prælatorum ecclesiæ, sed tamen, & hoc peccatum cum alijs deleri potest per succedentem cõtritionem, quæ supplet vicem baptismi, vt.s̃. dictum est. ¶ Ad rationes.Ad primam respondetur,ꝙ rõ procedit de adultis, de quibus dr̃,ꝙ ante baptismum possunt conuerti ad Deum,licet immediate non accipiat sacramentũ actualiter,si bonis respectibus differatur sicut dictum est.¶ Ad secundam respondetur verum est,quãdo eque bene,& cõueniẽter potest fieri, vel quãdo alias immineret periculũ, quod non est in proposito.Tum quia vt dictum est,conueniẽtius differtur in adultis propter rationes assignatas. Tũ quia adultis non imminet periculum propter dilationem, quia illis per solũ baptismi desiderium subueniri potest. Leg.¶ [Vrgentur]vel alijs necessitatibus arceantur. Hug. [omni tempore]dummodo non solenniter.Hu.

Quæstio. Primum ar. 1

Scd̃m arg.

Opponit in cõtrarium. Respondet. S. Thom.

Ad primum arg.

Ad scd̃m.

Exponit literam



VEnerabilis. Sequitur 6.cap. eiusdem partis,& est eiusdem sententiæ cum præcedenti, & ideo transeundũ est ad alia Le.¶ [Tradere].s.solenniter[ęgritudine]vel alia necessitate,cum necessitas nõ habeat legem, vt 8.di.3.celebritatem. Hu.Si vero non intelligatur hoc cap.& similia de baptismo solenni,sed de regulari,vt quidam intelligunt videtur intelligendũ de adultis,in quibus non timetur periculum cum in eis cõuersio mentis ad Deum baptismi vicem suppleat,vt.ĩ.e.dist baptismi. Non de paruulis sicut declaratum est in quæstione circa capitulum præcedens, & ratio assignata est ibidem, illis enim nulla salus sine baptismo promittitur, vt infra ead.nulla.

Exponit literam.



BAptizandi. Sequitur septimum capitulum eiusdem partis, & eiusdem sententiæ cum præcedentibus similibus capitulis, quare non est aliud dicendum. Leg.¶ [ Baptizandi].s.solẽniter. Hug.fiduciam]id est licentiam[ sacramentum]id est festũ.in quo repręsentatur, quod olim tali die gestum est infra eadem.distinct.quæris. Rationes propter quas ista duo festa habent hoc priuilegium singulariter, quod in eis fiat baptismus superius eod. distinct.circa capitulum. non ratione assignauimus. Dicit autem hic Hug. quod illud, quod in istis capitulis dicitur, quod solennis baptismus non celebretur nisi in pascha, & pentecostæ generaliter vbique obseruandum est, sed illud aliud.s.quod alijs diebus non baptizẽtur nisi infirmi, vel qui alia necessitate

tate vrgentur quod in quibusdam locis obseruatur non vitupero cum ad maiorem solennitatem, & decorem illorũ dierum, qui nullo vrgentur periculo reseruentur baptizandi. In alijs vero locis nõ obseruatur, imo multi sani, & nullo periculo laborantes baptizantur, præter pascha, & pentecostes pro arbitrio parentum, vel eorum qui curam habent, & optima inquit est hæc consuetudo, & laudanda in prouidis. Aliqua alia dicit, quæ plenius in sancto Thoma iam explanauimus.

1 *Baptizare an liceat solis sacerdotibus.*



Onstat. Incipit tertia pars huius distinctionis, superius magister Gratianus in superiori parte egit de tẽpore, quo debeat baptismus celebrari. Nũc ostendit qui bus liceat ex officio baptizare, siue de ministris huius sacramenti. Summa huius cap. est, ꝙ solis sacerdotibus ex officio competit regulariter baptizare.

Quæstio 1 ¶ Pro intelligentia huius cap. quæritur. † Vtrum solis sacer-

Primum ar. dotibus licitum sit baptizare. Et arguitur primo ꝙ sic, ex cap. præsenti, quod est B. Isidori dicentis. solis sacerdotib. traditum esse baptismum.

Secundum argu. ¶ Secundo sic. Baptismus est sacramẽtum ecclesiasticum, sed ordo est in ecclesiastica hierarchia, ergo ab his solum potest tradi, qui ad hoc in ecclesia sunt ordinati, sed illi soli sunt qui habent ordinis sacerdotalis sacramentũ, ergo &c.

Tertium ar. ¶ Tertio sicut baptismus est sacrementum necessitatis, ita & pœnitentia, sed nullus potest absoluere sacramentaliter, nisi sacerdos, ergo &c.

Opponit in cõtrarium. ¶ In oppositum est tex. præsentis ca. in quo dicit Isidorus, ꝙ cum vltima necessitas cogit etiam laicis fidelibus permittitur baptizare.

Respondet. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ aliud est esse licitum ex officio suscepto, & aliud est esse licitum ex statuto vrgente necessitatis articulo, primo modo solis sacerdotibus licitum est, vt prima pars huius cap. dicit. Quod sic

S. Thom. ostenditur iuxta S. Th. in tertia parte. ¶ Sacerdotes ad hoc consecrantur, vt sacramentum corporis Christi conficiãt. Illud autem est sacramentum ecclesiasticę vnitatis, ẜm illud 1. ad Cor. 10. vnus panis, & vnum corpus multi sumus omnes, qui de vno pane, & de vno calice participamus. Et s. distin. 2. quia passus, & hoc est sacramentum, per babptismum autem fit aliquis particeps ecclesiasticę vnitatis, vt. j. eod. dist. nulli est, vnde & accepit ius accedendi ad mẽsam domini, & idem sicut ad sacerdotem pertinet consecrare eucharistiam, ad quod principaliter ordinatur sacerdotiũ. Ita ad proprium officium sacerdotis pertinet baptizare, eiusdem. n. videtur esse operari totum, & partem in toto disponere. Secundo licitum est alijs ex diuina dispositione interueniente statuto cum vrget periculum, vt dicit secunda pars huius cap. Pro quo notandum iuxta dominum Bo-

Bonauent. nauenturam in quarto dist. 5. ꝙ sacramentum baptismi est sacramentum ecclesiasticum necessarium, & primum, ideo eius administratio primo, & principaliter est cõmissa clericis, & inter hos sacerdotibus quia vero necessarium, & sacerdos non semper adest. Ideo eius administratio etiam se extendit ad laicos diuina misericordia faciente, quæ neminem vult perire. ¶ Quia vero primum est, ideo à nullo sacramẽto dependet, & ideo huius ministerij potestas se extendit ad omnes, qui possunt facere ea, quæ sunt de huiusmodi integritate sacramenti, & quicunque illa faciat baptismus est ille, ergo solus excluditur qui non potest.

Ad primũ argu. ¶ Ad rõnes. Ad primam patet responsio, verum est, ꝙ solis sacerdotibus competit ex officio, vel secundum congruitatem exequendi. Alijs est etiam licitum vrgente necessitatis arti-

Ad scđm. culo. ¶ Ad secundam respondetur, ꝙ cum baptismus sit sacramentum ecclesiasticum est tamen necessarium, & primum, & ideo secundum rectam ordinationem ecclesię cõpetit eius administratio omnibus his, qui possunt exercere

S. Thomas. ea, quæ sunt de integritate sacramenti. Vnde S. Thom. in 4. dicit ꝙ licet simpliciter gradum hierarchicum Christus non contulerit omni homini, tamen actum istum hierarchicum omnibus contulit propter necessitatem, sicut omnibus aquis vim regeneratiuam dedit.

Ad tertium S. Thom. ¶ Ad tertiam respõdetur ẜm S. Tho. ꝙ non est simile de pœnitentiæ sacramẽto, & baptismo. Non. n. æqualiter sunt necessaria, quia aliquis sine absolutione sacramenti pęnitentiæ potest saluari in necessitate, nec iterum à tota pœna sacramentum pnĩæ absoluit. Sed in pueris non est aliquid aliud ꝑ quod possint saluari nisi baptismus. Nec quo adulti possint à tota pęna liberari, & ideo baptismus est maioris necessitatis, quam pęnitentia, quare &c. Lege.

Expo… teram. ¶ [Constat baptisma]. i. ministeriũ siue officium baptizandi, vnde exponendo subdit [eiusque minestrium solis sacerdotibus] propter quod ext. necessitatem nulla mulier, nullus laicus, nullus archidiaconus, nec diaconus cardinalis, debet baptizare, quod si fecerit quicũque vir non sacerdos extra necessitatem inquit dominus

Pet. de pal. Petrus de Palude efficitur irregularis, vt extra de cler. non or. minist. cap. si celebrat. Nullus etiã sacerdos debet baptizare extra necessitatem, nisi parochianum suum, nisi de licentia curati nisi de hoc priuilegium habeat à superiore, quia sacramenta à suis presbyteris parochialibus sunt recipienda vt 16. q. 1. interdicimus. [Nec diaconibus] & per consequens nec alijs de quibus minus videtur [absque episcopo]. i. absque licentia episcopi, vel presbyteri mandato, vt 93. dist. diacones. [Nisi his] quia quædam permittuntur, quæ alias iure communi non cõceduntur, vt 22. q. 4. si quis suadentis, vel absque episcopo, & presbytero nisi in casu

Hug. necessitatis. Hu. permittitur nedum diaconis, sed omnib. tam laicis, quam catholicis, quam hæreticis, & quibuscunque potentibus exercere actum illum, imo nõ solum permittitur, sed vt dicit Petrus de palude in quarto. in casu ne-

Pet. de pal. cessitatis tales debent baptizare, quia si non succurreret morti corporis cum posset, esset reus mortis, multo ergo magis esset si non succurreret morti animæ, vt in c. sicut dignum, extra de homicidio, & cap. quantæ præsumptionis. extra de sen. excom.

1 *Mulier an possit baptizare.*

2 *Curatus tenetur scire formam baptizandi, similiter obstetrix.*



Vlier. Sequitur secundum capitulum eiusdem partis, in quo ostẽdit, ꝙ in necessitate laici viri, & mulieres, possunt baptizare. Pro pleniori intelligentia huius cap. quęritur. † Vtrum mulier possit baptizare. Et vide- Quæstio. 1

Primum ar. tur ꝙ non. Primo authoritate cap. præsentis, vbi dr̃ ex concilio Carthaginensi, ꝙ mulier quantumcunque docta, & sancta viros in conuentu docere, vel alios baptizare nõ præsumat, sed nullo modo decet mulierem docere in conuentu. ẜm illud 1. ad Cor. 9. Turpe mulieri in ecclesia loq, ergo vr̃, ꝙ nec aliquo mõ liceat mulieri baptiza-

Scđm ar. re. ¶ Scđo sic. Baptizare pertinet ad officiũ ꝑlationis, vñ à sacerdotib. habentibus curam animarum debet accipi baptismus, sed hoc non potest competere fœminæ. ẜm illud primæ ad Ti. 2. docere mulieri non permitto nec dominari, sed subditam esse, ergo mulier baptizare non potest.

Tertium ar. ¶ Tertio sic. In spirituali regeneratione videtur aqua locum habere materni vteri, vt August. dicit super illud Ioã. 3. Nunquid potest homo in vẽtrem matris suæ iterato introire, & renasci, ille autem, qui baptizat, videtur magis habere patris officium, sed hoc nõ competit mulieri, ergo mulier baptizare non potest.

Opponit in cõtrarium. Respondet. ¶ In oppositum est tex. cap. præsentis vbi dr̃, ꝙ necessitate cogente mulier baptizare potest. Et idem 30. q. 3. super quibus respondeo dicendum, ꝙ mulier necessitate vrgente, vbi videlicet non esset vir, qui sciret exercere ea quæ sunt de necessitate sacramenti potest baptizare sicut dicit capitulum præsens. Pro quo notandũ

S. Tho. iuxta S. Thom. in tertia Parte ꝙ Christus est qui principaliter baptizat. ẜm illud Io. 1. [super quẽ videris spm̃ descẽdẽtem & manentem hic est qui baptizat. dr̃ aũt ad Colo. 3. ꝙ in Chisto non est masculus neque fęmina, & ideo sicut masculus laicus põt baptizare sicut minister Christi, ita etiã, & fœmina, quia cum caput mulieris est vir, & caput viri Xps, vt dr̃ 1. ad Cor. 15. nõ debet mulier baptizare si assit copia viri, sicut nec laicus ꝑsente clerico, nec clericus ꝑsẽte sacerdote, qui tñ põt baptizare ꝑsente epõ, eo ꝙ pertinet ad officiũ eius.

Ad primum argu. ¶ Ad rõnes. Ad primã dicẽdũ, ꝙ sicut mulieri nõ permittitur publice docere, põt tñ priuato doctrina, vel monitione aliqua instruere. ita nõ permittitur publice, & solẽniter baptizare, sed põt tñ baptizare in necessitatis articulo.

Ad scđum ¶ Ad scđam dicendũ, ꝙ qñ baptismus solẽniter, & ordinate celebratur, debet aliqs sacr̃m baptismi suscipere à curã aĩarũ habẽte, vel ab aliquo vice eius, hoc tñ nõ requirit in articulo necessitatis, in quo põt mulier baptizare.

Ad tertium ¶ Ad tertiã dicendũ, ꝙ in gñatione carnali masculus, & fœmina operãtur seruitutẽ propriæ naturæ, & iõ natura nõ põt esse principiũ gñationis actiuũ, sed passiuũ tm̃. Sed in gñatione spũali neuter operatur virtute propria, sed instrumẽtaliter tm̃ ꝑ virtutem

virtutem Christi, & ideo eodem modo pôt vir, & mulier in casu necessitatis baptizare, & ita ratio non procedit. Est tamen aduertendum, ꝙ si mulier extra casum necessitatis baptizaret non esset rebaptizandus sicut, & de laico dictũ est. peccaret tamen ipsa baptizans, & alij, qui ad hoc coopé rarentur, vel baptismum ab ea suscipiendo, vel ei baptizandum aliquem offerendo. Le. ¶[Mulier] de hoc habetur 22. mulier, & plana est litera. Est tñ hic notãdum, ꝙ vbi plures concurrunt minor debet cedere maiori, vt extraneus curato, clericus presbytero, laicus clerico, mulier viro, nisi superiores nescirent formam, & inferiores scirent, vt puta ꝙ mulier sciret formam baptismi, & vir ignoraret, quam omnes scire non tenentur nisi quibus incumbit ex officio, † vt curato, vel obstetrici, cui sæpe incumbit, vt dicit Petrus de palude in quarto.

Exponit literam

2

Pet. de pa.

2 *Pœnitentia non est tanti honoris sicut baptismus.*


N necessitate Sequitur tertium capitulum eiusdem partis, in quo ex authoritate B. Aug. dicit, quòd in necessitate laici possunt baptizare. Breue est, non diuiditur. Pro pleniori intelligentia huius cap. quæruntur duo.

1 ¶Primum est, vtrum hoc sit verum, ꝙ laici possunt baptizare in necessitate.

3 ¶Secundum est, vtrum in necessitate quis possit seipsum baptizare.

1 Ad primum sic proceditur. † Et videtur, ꝙ etiam in necessitate non possint baptizare laici primo sic. Baptizare pertinet ad ordinem sacerdotalem, vt in c. constat. sed ea, que sunt ordinis sacerdotalis, nõ possunt committi, nisi habenti ordinem. vt in c. 2. extra. de iud. ergo videtur, ꝙ laicus, qui non habet ordinem, baptizare non possit. ¶Secundo sic. Magis est baptizare, quã alia sacramentalia baptismi perficere, sicut cathecizare, exorcizare, & aquam baptismalem benedicere, sed hæc non possunt fieri à laicis, sed solum à sacerdotibus, ergo videtur, ꝙ multo minus laici possint baptizare. ¶Tertio sic. Baptismus est sacramentum necessitatis, ita & pœnitentia, sed laicus non potest absoluere in foro pœnitentiali, ergo nec potest baptizare. ¶In oppositum est c. pñs. Respondeo dicẽdum, ꝙ laici in articulo necessitatis baptizare possunt, sicut Aug. dicit in præsenti cap. & in multis alijs. Cuius ratio iuxta S. Th. in 3. parte est, quia ad misericordiam eius, qui vult oẽs hoĩes saluos fieri pertinet, vt in his, q̃ sunt de necessitate salutis homo de facili remedium inueniat, inter omnia alia sacramenta maxime necessitatis est baptismus, qui est regeneratio hoĩs in vitam spũalem, quia pueris aliter subueniri non potest, & adulti non possunt aliter, quam per baptismum plenam remissionem consequi, quãtum ad culpam & quantum ad pœnam, & ideo vt homo circa remedium tam necessarium defectum pati non possit, institutum est, vt, & materia baptismi sit cõmunis, s. aqua, quæ à quolibet haberi potest, & minister sit quicunque etiam non ordinatus, nec propter defectum baptismi homo salutis suæ patiatur dispendium. ¶Ad rationes in oppositum. Ad primã dicendum negando consequentiam. Rõ quia baptizare pertinet ad ordinem sacramentalem ẽm quandam conuenientiam, & solennitatem. non autem hoc est de necessitate sacramenti, vnde etiam si extra necessitatis articulum laicus baptizaret, peccat quidem, sed tñ sacramentum baptismi confert, nec est rebaptizandus ille, qui sic est baptizatus. ¶Ad secundam dicendum, ꝙ illa sacramentalia baptismi pertinent ad solennitatem, non autem ad necessitatem baptismi, & ideo non debent nec possunt à laico cõferri, sed solum à sacerdote cuius officium est solenniter baptizare.

Primum arg.

Scdm arg.

Tertium arg.

Opponit & Respondet S.Thom.

Ad primum arg.

Ad scdm.

Ad tertium 2 ¶Ad tertiam dicendum, ꝙ (sicut supra dictum est) † pœnitentia non est tante necessitatis sicut baptismus. potest. n. per contritionem suppleri defectus sacerdotalis absolutionis, quæ non liberat à tota pœna. Nec etiam pueris adhibetur, & ideo non est simile de baptismo cuius effectus principalis per nihil aliud suppleri potest.

3 Ad secundum sic proceditur. † Et videtur, quòd quis in necessitatis articulo possit seipsum baptizare, cum nõ sit alius, qui velit, aut possit eũ baptizare. ¶Primo sic ex indulto præsentis cap. in quo eo ꝙ baptismus est sacramentum necessitatis indultum videtur omnibus sine distinctione in necessitate posse baptizare alium, ergo videtur ꝙ eadem ratione indultum sit in necessitate tali homini posse baptizare se. ¶Secũdo sic. virtus baptismi attẽditur in duobus. s. in verbis proprijs, & clemẽto debito, siue forma, ꝑpria, & materia debita, iuxta illud Augu. Accedit verbum ad elementum, & fit sacramẽtum, sed hoc fit cum quis seipsum baptizat, ergo &c. ¶Tertio sic. dicitur Ioan. 3. nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei, ergo si in articulo necessitatis deficiente alio qui nõ posset se baptizare, videtur præcludi homini via salutis, quod non est dicendum. ¶Quarto ex eo, ꝙ Innocen. tertius dicit extr. de bap. & eius effe. in c. debitum, vbi sic loquitur. Sane intimasti, ꝙ quidam Iudæus in mortis articulo constitutus cum inter Iudæos tantum existeret, in aquam seipsum immersit dicendo. Ego me baptizo, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, & post, si talis decessisset ad patriam protinus euolasset, ex hoc videtur ꝙ baptizatus fuerat. Si dicatur baptizatus fuerat baptismo flaminis, quia ibidem subi[...]gitur propter sacramenti fidem, hoc non videtur, quia baptizatus tantũ baptismo flaminis non statim euolat. ¶In oppositum arguitur satis expresse ex textu cap. in quo in articulo necessitatis non personæ baptizandæ cõceditur, sed alij solum etiam laicis indulgetur posse baptizare, ergo videtur prohibitum seipsum baptizare. ¶Respondeo dicendum, ꝙ nullus seipsum potest baptizare, quæ conclusio sic deducitur iuxta magistrum Alexandrum de Halis, & præfatum dominum Innocentium in prædicta decretali. Sicut in carnali generatione distinctæ sunt personæ pater, & filius, sic in generatione spirituali alius est regenerans, & alius regeneratus. nullus. n. generat seipsum, ergo sequitur, ꝙ nullus possit baptizare seipsum. ¶Secundo sic probatur cõclusio, quia nõ posset seruari forma baptizandi instituta ab ecclesia iuxta formam traditam à domino. Mat. vlt. vbi dr. Ite baptizantes eos vbi innuitur discretio personalis inter baptizantes, & baptizatos. Et hæc ratio etiam notatur in prædicta decretali, vnde manifestum est, ꝙ nullus seipsum baptizare potest. ¶Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primam dicimus negando consequentiam, quia non est simile. Cum. n. illa indulgentia facta oĩbus alijs obseruari potest forma baptismi, non autem posset cum alia forma seruari. forma autem est. Ego baptizo te. Nõ autem baptizo me. ¶Ad secũdam respondetur, ꝙ in casu illo quo quis baptizaret se dicendo. Ego me baptizo, nõ accederet propria forma ad elementum, vt patet ex dictis, & per consequens non fieret sacramentum. ¶Ad tertiam respondetur negando consequentiam, & ratio est, quia in articulo necessitatis volens baptizari, & si non haberet, qui baptizaret eum, si moritur saluatur in fide habens baptismum flaminis, qui supplet in necessitate defectum fluminis vt. j. e. dist. baptismi vicem. ¶Ad quartã cum dicitur, ꝙ baptizati baptismo fluminis non euolãt immediate. Respondetur, ꝙ regulariter verum est, aliquando tñ sicut contritionis magnitudo sufficit ad deletionem debitæ pœnę pro culpa, vnde cõtritus si decederet statim euolaret ad celum. Similiter magnitudo fidei sufficit baptizato cum contritione ad deletionẽ reatus. vñ si sic baptizatus decederet statim euolaret, qualis forte fuit fides iudæi, de quo loquitur decretalis præfata. Concordat dominus Bonauentura in quarto dist 5. assignans tres rationes ad hoc. prima, quia non saluaretur veritas formę. Secunda quia baptizans est pater spiritualis baptizati. Nemo autem potest esse filius suijpsius. Tertia quia in tali baptizatione deficeret ratio significationis, significatur. n. ibi, ꝙ sit mundans, & mundatus spiritualiter, hoc non potest esse idem. primam autem rationum dicit esse potiorem. Lege. ¶[Ministrorum] id est diaconorum vel aliorum clericorum quibus magis videtur esse licitum baptizare in necessitate. quam laicis. Hug. [Non inueniuntur] & vrgere ex defectu sæpe fit, quòd alias non debet fieri. argu. 14. quæst. secunda. quamquam, & cap. quòd non est extra de reg. iur.

Primum arg.

Secũdũ ar.

Tertium ar.

Quartũ ar.

Opponit in cõtrarium.

Respondet.

Ale. de Hal.

Ad primum argu.

Ad secũdũ

Ad tertium

Ad quartũ.

Bonauent.

Exponit literam.

2 *Baptismus non habet efficaciam ex merito ministri baptizantis.*

4 *Angelo nullo modo conuenit baptizare.*

*Et quid si Angelus bonus aliquem baptizaret. nu. 5.*



ROmanus Sequitur quartum capitulũ eiusdem partis, in quo ex auctoritate Isidori ponit magister Gratianus, ꝙ etiam paganus baptizare possit, & ꝙ verũ baptisma sit, ꝙ ab eo collatum est in forma ecclesiæ pro cuius capituli maiori intelligentia quæruntur duo.

1 ¶ Primo, vtrum ille, qui nunquam credidit cuiusmodi est paganus siue gentilis possit baptizare.

3 ¶ Secundo, vtrum Angelus siue bonus, siue malus in figura hominis apparens possit baptizare.

1 Ad primum Sic proceditur.† Et videtur, ꝙ paganus siue gentilis non possit baptizare. Primum ar. Primo ex c. quos à paganis. j. e. dist. vbi iubet Gregor. baptizatos à paganis rebaptizari. ¶ Secundo sic: forma non Scđm ar. datur nisi ab eo, qui habet potestatem ad illam, quia, vt ait philosophus, cuius est actio eius est potestas operandi, sed qui nunquam fuit christianus non videtur habere potestatem aliquam cõferendi baptisma, cum eo careat, quod est Tertium ar. fundamentum, & ianua fabricæ spiritualis. s. fidei. ¶ Tertio sic. Baptismus est sacramentum fidei. ergo qui nunquam Opponit et Respondet. habuit fidem non potest conferre sacramẽtum fidei. ¶ In oppositum est tex. cap. præsentis. Respondeo dicẽdum, ꝙ in casu necessitatis, & paganus, & qu cunque alius qui nunquam credidit, baptizare potest, & baptismus talis efficax est dum tñ formam, intentionem obseruet ecclesiæ. Ratio in tex. satis aperte assignatur à S. Isidoro cum ait Romanus pontifex non hominẽ iudicat, qui baptizat, sed spiritũ Dei subministrare gratiam baptismi, licet paganus sit, qui baptizat. Cuius sensus est, † ꝙ baptismus non habet efficaciã
2 ex merito ministri baptizantis. Et ideo non est iudicandũ de baptismo ẽm conditionem ministri, sed ex virtute spiritus sancti interius sanctificantis. ¶ Ad rationes. ¶ Ad pri- Ad primũ argu. mam dr̃, ꝙ capitulum, quos à paganis, loquitur de his, qui baptizati sunt à paganis non in forma ecclesiæ. hic vero loquitur de illis, qui baptizati sunt in forma ecclesiæ. ¶ Ad se- Ad scđm. cundam dicendum, ꝙ etiam ille, qui nunquam credidit in articulo necessitatis habet facultatem ministrandi sacramentum, vt dictum est. ¶ Ad tertiam negatur conse- Ad tertium quentia, licet enim paganus fidem non habeat morem tamen ecclesiæ seruans in baptizando sacramentum fidei administrat.

3 Ad secundum Sic proceditur. † Et videtur ꝙ Angelus siue bonus siue malus in figura hominis apparens possit baptizare. Et primo sic: Primum ar. baptism9, est actio hierarchica, quia est illuminatio, & purgatio ẽm Diony. in ecclesiastica hierarchia c. 10. sed angeli exercent in nos hierarchicas actiones, quia purgant nos, il- Scđm arg. luminant, & perficiunt, ergo possunt baptizare. ¶ Secundo in actionibus hierarchicis sic est, ꝙ quãcunq; actionẽ põt facere inferior põt facere superior, sicut qcquid põt facere diacon9, põt facere sacerdos, sed ẽm Dion. 12. c. cęlestis hierarchię quilibet angelus est maior summo sacerdote apud nos, qui ex eorum participatione angelus dr̃ Malac. 2. si ergo sacerdos homo potest baptizare, multo fortius angelus Tertium ar. bonus. ¶ Tertio arguitur, ꝙ etiam malus angelus in figura hominis apparens potest baptizare. dicit Aug. & habetur . j. e. dist. baptismus, ꝙ talis est baptismus, qualis est ille in cuius potestate traditur, ergo nihil deperit ipsi baptismo, à quocunque detur, si ergo malus angelus in figura hoĩs apparens baptizaret inuocando potestatem sanctæ trinitatis, Quartũ ar. videt, ꝙ baptizaret, & eius baptismus esset bonus. ¶ Quarto sic. Diabolus est caput malorum, & mali sunt membra eius, sed per malos possunt dispensari sacramenta, vt patet de baptismo in tex. præsentis ca. ergo etiam per dęmones Opponit in cõtrarium. potest quis baptizari. ¶ In oppositum est tex. præsentis ca. vbi dicit B. Isidorus. Romanus pontifex non homines iudicat, qui baptizant, ergo videtur, ꝙ solus homo sit dispensa- Respondet. S. Thom. Ale. de Hal. tor huius sacramenti. ¶ Respondeo dicendum iuxta S. Th. & Alex. de Hal. ꝙ non ad angelos, sed ad solos hoĩes pertinet dispensatio sacramenti baptismi, & etiam aliorum sacramentorum Probatur conclusio primo ex illo, quod habetur ad Hebr. 5. Quis pontifex ex hominibus assumptus pro hoĩbus constituitur in his, quæ sunt ad Deum, sed boni angeli vel mali non sunt ex hoĩbus, ergo ipsi non constituuntur ministri in his, quæ sunt ad Deum. i. in sacris. ¶ Secundo sic. tota virtus sacramẽtorum à passione Christi deriuatur, quæ est Christi ẽm ꝙ homo, cui in natura hoĩes conformantur nõ angeli, sed potius ẽm passionem dr̃ Xps paulo minus ab angelis minoratus. ad Hebræ. 2. ergo non ad angelos, sed ad homines pertinet dispensatio sacramentorum, quę conueniunt, cum verbo incarnato, à quo sacramenta fluxerunt in natura assumpta, & etiam cum sacramentis in quibus est spiritualis virtus in corporeis elementis, sicut etiam homines ex natura spirituali, & cor- Scđa conc. porali compositi sunt. ¶ Secunda conclusio. † Nullo modo conuenit angelo malo baptizare. imo si immergeret aliquem in aquam cum debita pronuntiatione verborum non baptizare credendus est, patet conclusio ista. Tũ quia, vt dictum est dispensatio sacramentorum non est cõcessa nisi hoĩbus. Tum secundo, quia tanta est peruersitas intentionis dęmonis, ꝙ nullo modo intenderet procurare salu em hominis baptizati, quæ est spiritualis regeneratio, sed faceret intẽtionem decipiendi, cũ sit spiritus mẽdacij. Intẽtio aũt requiritur ad efficaciã baptismi, vnde, quia non conuenit cum ecclesia in intentione baptizandi, licet im-
5 mergeret non baptizaret. ¶ Tertia conclusio. † quamuis an- Tertia con. gelis non sit concessa regulariter dispensatio sacramenti baptismi, nihilominus si angelus bonus aliquẽ baptizaret, talis non esset rebaptizandus, dum tamen constaret, ꝙ bonus angelus esset. Prima pars cõclusionis patet ex dictis in prima. Secunda patet quia Deus virtutem suam non alligauit sacramentis quin possit sine sacramẽtis effectum sacramentorum conferre, ita etiam virtutem suam non alligauit ecclesiæ ministris, quin etiã angelis possit tribuere potestatem ministrandi in sacris. Et quia boni angeli sunt nũtij veritatis, si aliquod sacramentale ministerium à bonis angelis perficeretur, esset ratum habendum. Cõstaret. n. ꝙ hoc fieret voluntate diuina, sicut quædam templa dicuntur angelorum ministerio consecrata. ¶ Ad rationes. Ad primum argu. Ad primam respondetur negando consequentiam, ratio quia angeli exequũtur actiones hierarchicas inuisibiliter, non corporalibus instrumentis. Non est aũt proportionabile eis, vt per corporalia elementa actiones suas perficiãt sed hoc datum est hoĩbus, qui proportionem haben ad ipsa sacramenta, sicut dictum est. ¶ Ad secundam respon- Ad scđum. detur negando consequentiam. Ratio quia non oportet, ꝙ superior potestas eodem modo operetur, quo interior, sed modo altiori, & ideo non oportet, ꝙ si homines sacerdotes per sacramentalia symbola actiones hierarchicas exequuntur, ꝙ hoc angeli possint facere, sed bene modo fortiori. ¶ Ad tertiam respondetur, ꝙ verum est, quod dicit Ad tertium Aug. vbi baptismus datur. Non datur autem nisi ab illo, cui dispensatio concessa est, cuiusmodi non est angelus, vt dictum est, & maxime malus. ¶ Ad quartam respondetur ne- Ad quartum gando consequentiam, ratio quia mali homines non habent, ꝙ possint dispensare sacramenta, quia sunt mali, siue ex hoc per malitiam sunt membra diaboli, & ideo non sequitur, ꝙ diabolus, qui est caput eorum, hoc magis possit: Lege. ¶ [Romanus pontifex non hominem iudicat.] id est Exponit literam. non attendit, vt secundum qualitatem aut conditionem meritorum administrantium baptismum iudicet de effectu baptismi. [Sed spiritum Dei] qui interius mẽtem purgat, & gratiam infundit animæ ad sanctificationem.

1 *Baptismus an possit dari in nomine Christi.*
2 *Paganus quis dicatur.*




AQuodam. Sequitur quintum capitulũ eiusdem partis, in quo idem habetur, quod in præcedenti ca. Et diuiditur Diuisio hoc capitulum in duas partes. In prima ponit casum. In secunda respondet consulẽdo quid agendum sit. secũda ibi, si profecto. vbi dicit in summa, quod baptizatus à iudæo in forma ecclesiæ sit vere baptizatus, sicut supra dixerat de baptizato à pagano. ¶ Sed quia Nicolaus Papa dicit in præsenti capitu- Quæstio
1 lo. Si in nomine sanctæ trinitatis, vel in nomine Christi Primum ar. baptizati sunt &c. venit hic disputandum. † Vtrum in nomine Christi possit dari baptismus, seu baptismus in nomine Christi habeat efficaciam. Et videtur ꝙ sic, primo ex capitulo præsenti. ¶ Secundo sic. sicut vna est fides, ita Secundũ argu. vnum est baptisma, vt dicit ad Ephesios. 4. sacttu octauo. dicitur,

dicitur, ꝙ in nomine Iesu Christi baptizabatur viri, & mu lieres, ergo, & nūc pōt dari baptismus in nomine Christi. ¶Tertio sic. Amb. dicit. Si Christum dicas, & patrem à quo vnctus est, & ipsum, qui vnctus est filium, & spiritum, quo vnctus est designasti, sed in nomine trinitatis pōt fieri baptismus, ergo, & in nomine Christi. ¶Quarto Nicolaus Papa ad consulta bulgarorum respondens dicit, qui in nomine sanctæ trinitatis, vel in nomine Christi, sicut in actibus apostolorū legitur, baptizati sunt, vnum quippe, idemque est, vt S. ait Amb. rebaptizari nō debēt. rebaptizarētur aūt si in hac forma baptizati sacramentum baptismi non reciperent, ergo pōt fieri baptismus in noīe Christi sub hac forma. Ego te baptizo in nomine Christi. ¶In oppositum est ca. j. e. di. multi & c. in synodo. Respondeo dicendū sub hac conclusione, ꝙ forma baptismi requirit expressam nominationem sanctę trinitatis, ita ꝙ in nomine Christi baptismus datus non valet, quę conclusio multis autoritatib. sanctorum ostenditur. Primo dicit. n. Didymus græcus in libr. de spū sancto, licet quis possit existere mentis alienæ, qui ita baptizaret, vnde vnum de prædictis nominib. s. triū personarum dimittat sine perfectione baptizabit. ¶Scđo ad idem est Damasc. in 4. sententiarum suarum ita dicens, quicunque non in sanctam trinitatem baptizati sunt hos oēs oportet rebaptizari. ¶Tertio Fulgentius. Ministeriū redemptionis nullo modo habetur, si patris, & filij, & spiritus sancti nomē subtrahatur. Quarto est Pelagius, qui Gaudētio episcopo ita scribit, vt habet. j. e. di. si re uera. ¶Quinto ad hoc est determinatio ecclesiæ, vt patet. j. e. di. c. in synodo. Rōne vero præfata conclusio sic declaratur per San. Tho. in 3. parte. Sacramenta habent efficaciā ab institutione Christi, & ideo si prætermittatur aliquid eorum, quæ Christus instituit circa aliquod sacramentum, efficacia caret nisi ex aliqua speciali dispensatione eius qui virtutē suā sacramentis nō alligauit. Christus autem instituit sacramētum baptismi dari cum inuocatione trinitatis, & iō quicquid desit ab inuocatione plena trinitatis tollit integritatē baptismi. Nec obstat, ꝙ in nomine vnius psonæ intelligit alia sicut in nomine patris intelligitur filius, aut ꝙ ille, qui nominat vnam personā solam potest habere rectā fidē de tribus, quia ad sacramentum sicut requiritur materia sensibilis, ita & forma sensibilis, vnde nō sufficit intellectus, vel fides trinitatis ad perfectionē sacramenti, nisi sensibilibus verbis trinitatis exprimatur, vnde, & in baptismo Christi vbi fuit origo sanctificationis nostri baptismi affuit trinitas sensibilibus signis. s. pater in voce, filius in humana natura, & spiritus sanctus in colūba. Hic patet falsitas opinionis Ioan. in gl. & aliorum iurisperitorum, eum sequentium dicentiū, ꝙ baptismus datus in nomine Christi verus esset baptismus, ac valeret. ¶Ad rōnes in oppositum. Ad primā rñdetur ꝙ tex. pñtis c. loquitur pro tpe primitiuæ ecclesię, in quo ex familiari consilio spūs sancti siue ex spāli reuelatione apostoli baptizabāt in noīe Xp̄i, vt hr̄ act. 8. vt nomē Xp̄i redderent amabile & venerabile, qđ fere cunctis erat odiosum sm̄ illud 1. ad Cor. 1. Prædicamus Christū, & hūc crucifixum, iudæis quidem scandalum, gentibus autē stultitiam, qm̄ ergo in collatione baptismi dabatur visibiliter spiritus sanctus per hoc nomen Christi factum est amabile, & venerabile, quia in nomine illius tam prætiosa donata sunt illis, & hoc nunc ecclesia posset sicut tunc apostoli potuerunt, si speciale præceptum à spiritu sancto haberet, vt dicit S. Tho. in 4. Et quia deficiente causa cessat effectus Christi nomine publicato, & honorabili facto redierūt ad formam sibi traditam à domino Matth. vlt. quare amplius non debuit, nec potuit in eo impleri sacramentum baptismi, quia ad tempus tantum illud institutum fuit. Nisi modo, vt diximus iterum speciale à Deo emanaret præceptū siue reuelatio siue dispensatio, siue qua posset fieri vllo modo. Responsio ergo Nicolai in præsenti cap. intelligēda est pro illo tēpore. s. in prædicto articulo dispensationis. ¶Ad secundā patet responsio ex dictis, apostoli. n. sicut dictū est ex speciali Christi reuelatione in primitiua ecclesia in nomine Christi baptizabant rōne iam dicta, sed cum illa causa cessauit per consequens vsus illius formæ. ¶Ad tertiam respondetur, ꝙ B. Ambr. in illis verbis assignat rationem, quare conuenienter talis dispensatio fieri potuerit in primitiua ecclesia, quia in Christi nomine tota trinitas intelligitur, & ideo seruabatur integritas intelligibilis formæ, si non sensibilis. Nunc autem cessante illa causa, vt nō modo intelligibilis, sed etiam sensibilis integritas formæ seruetur. ¶Ad quartam dicendum, ꝙ B. Ambr. in illis verbis vult dicere, vt dicit magister Alexand. in 4. ꝙ quando creduntur tres personę, licet non proferatur nisi vna est plenum sacramentum quantum ad illam plenitudinem, quæ ex fide. vnde dicit plenum est fidei sacramentum. Non dicit plenum est sacrm̄ q. d. licet requiratur in sacramentis fides, & confessio fidei, sm̄ illud ad Ro. 4. corde creditur ad iustitiā, ore autem confessio fit ad salutem. Nihilominus si fides sit perfecta in corde licet non sit confessio fidei in plena distinctione personarum nihil deperit ipsi sacramento propter defectum fidei, deperit tamen propter defectum integritatis formæ, quæ necessaria est ad efficaciā sacramenti. Respondet autem D. Bonauen. in 4. aliter dicēs, ꝙ ibi ponatur signum pro signato, vt sit sensus, plena est fides, quæ designatur per sacramentum, & ita ratio non procedit. Lege. ¶[A quodam] sic construe. Hu. [Asseritis multos esse baptizatos à quodam iudæo, sed nescitis] an iudæo, christiano, an pagano. †Paganus est, qui nec ē christianus, nec iudæus. i. neque baptizatus, nec circūcisus. Hu. in nomine sanctę trinitatis. i. in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, vel in nomine Christi, hoc autem non est accipiēdum sicut diximus in quæstione, ꝙ baptismus datus in nomine Christi nunc teneat, quia cum baptismus sit sacramentum fidei, & per eum quis cætui fidelium ascribatur, in ipso debet esse maior expressio, & protestatio fidei, quam in alijs sacramentis, quare cum exterior fidei protestatio debeat respondere interiori actui, & non sit sufficiens fides interior, qua credit vna persona sine alia. Nō erit exterior protestatio fidei sufficiens, qua vna persona exprimitur sine alia, ergo necessarium est, vt in baptismo expressa sit protestatio trinitatis, quare glo. male dicit, cum asserit, ꝙ, si quis esset baptizatus in nomine Christi tenet, licet fieri non debeat, intellectus autem domini Nicolai papę datus est in responsione primi argumēti. [illorū] qui exterius baptizant, est iste baptismus. [sed eius]. s. Christi, qui baptizat interius per sacramentū baptismi, & ideo non illi, sed Christus est, qui operatur remissionem peccatorum Hu.

Margin notes: Tertium ar. — Quartū ar. — Opponit & Respondet. — Didymus. — Fulgētius. — S. Thom. — Ad primū argu. — S. Thomā — Ad scđm. — Ad tertium — Ad quartum Ale. de Hal. — Bonauent. — Exponit literam. — Hug.

2

1 *Baptismus datus per meliorem ministrum an habeat maiorem effectum.*



Sicut inter. Sequitur sextum capitulum eiusdem partis, in quo magister Gratianus, ex authoritate August. dicit, quòd licet inter ministros bonos gradus sit, quia vnus melior alio, non tamen baptismus est melior. i. maioris effectus, qui per meliorem datur, sed per dispares ministros æquale munus datur. ¶Pro pleniori intelligentia huius capituli. Quæritur, 1 †vtrum Baptismus per meliorem ministrum datus maiorem effectum habeat. Et videtur quòd sic. ¶Primo multiplicata causa multiplicatur effectus, sed baptismus ex opere operato gratiam confert. Similiter etiam patet quòd sancti homines ex opere operante primam gratiam alicui merentur, ergo si opus operans baptizantis adiungatur, cum efficacia baptismi maior gratia dabitur. ¶Secundo sic. baptismus magis est ordinatus ad salutem spiritualem, quam corporalem, sed aliquis baptizatus à sancto homine meritis, & intercessione baptizantis quandoque salutem corporalem consequitur, quod non est ex opere operato, quia baptismus ad hoc efficaciam non habet, sicut patet de Constantino quem Sylucster baptizauit, ergo etiam quantum ad spiritualem salutem baptismus à bono ministratus potest ampliorem effectum spiritualis salutis habere. ¶In oppositum est textus capituli præsentis. ¶Respōdeo dicendum, quòd baptismus datus per meliorem ministrum, quantum ad effectum baptismi per se non est maioris valoris. quam datus per minus bonum. Pro quo notandum cum Sancto Thoma in quarto, quòd aliquid dicitur effectus alicuius per se, & per accidens. Per se quidem effectus alicuius est, quod per ipsum ad hoc ordinatum producitur, sicut domus, dicitur effectus ædificationis. Per accidens autem, quod coniungitur ei quod est effectus per se sicut si habitatio domus dicatur effectus edificatoris. Sic ergo dico, quòd effectus per se baptismi æqualis est à quocunque detur, vel à bono, vel à malo, ceteris paribus ex parte baptizati. Sed cum effectus baptismi, potest aliquid aliud baptizato conferri, quæ

Margin notes: Quæstio — Primum ar. — Scđm ar. — Opponit et Respondet.

pertineat ad salutem corporis, siue animæ ex merito baptizantis, & hoc non est proprie effectus baptismi, quia baptismus non est causa nisi instrumentalis, & non instrumentum agens virtute ministri, qui & ipse instrumentum est, sed in virtute Christi, & Dei. Et per hoc patet solutio

*Exponit literam*

ad obiecta. Lege. ¶ [Non est melior] quia ibi non plus fit per bonum, quam per malum ministrum, vt. j. e. d. cum tantũ, & idem est in sacramento eucharistiæ, vt. s. dis. 2. vtrũ [nullo modo malus] quia per quemcunque ministretur Deus ibi operatur nisi malitia impediat suscipientis, vt 1. q. 1. sic autem, & c. non nocet. [æquale]. i. eiusdem efficaciæ [non illorum]. s. ministrorum [sed eius]. i. Dei est. per baptismum .n. non ille, sed Deus operatur remissionẽ peccatorũ. Hug.

1 *Christus an contulerit ministris potestatem corporandi ad mundationem animę interiorem.*
2 *Cooperari alicui agenti dicitur quatuor modis.*
3 *Operatio formę alicuius dicitur dupliciter.*



Aptismus Sequitur septimum capit. eiusdem partis, in quo ex authoritate Aug. ostendit magister Gratianus, ꝙ solus Deus potestate baptizat, ministerio vero homo bonus, & malus, quare dicit parum curandum si exterius malus baptizat, quia Christus est, qui interius baptizat, qui bonus est.

*Diuisio*

Et diuiditur in tres partes. In 1. facit, quod dictum est. In 2. obijcit, & soluit. In 3. cõcludit. secunda ibi, ego dico. tertia ibi, non timeo. ¶ Pro intelligentia pleniori huius ca. & contentorum in eo.

*Quæstio.* 1

Quæritur. † Vtrum Christus contulerit ministris potestatem cooperandi ad mundationẽ animæ interiorem. Et videtur ꝙ sic.

*Primum arg.*

¶ Primo ministris data est aliqua spiritualis potestas, sed ad emũdationem corporalem non requiritur aliqua spiritualis potestas, sed sufficit corporalis, ergo ministri cooperantur ad emundationem interiorem.

*Scd'm arg.*

¶ Secundo sic. Sanctificatio quædam adhibetur rebus sacramentalibus, ita etiam, & ministris sacramentorum, sed res sacramentales ex sanctificatione inuisibilem gratiam continent, & conferunt secundum Hug. de sancto Victore, ergo & ministri sanctificati in sua sanctificatione ad interiorem emundationem, quæ est per gratiam operantur.

*Tertium ar.*

¶ Tertio inter creaturas dignior est creatura rationalis, quam aliqua forma accidentalis, sed gratia operatur interius ad peccati remissionem, ergo & homo multo fortius habet potestatem interius operandi.

*Quartũ ar.*

¶ Quarto sic. omnis actio alicuius formæ attribuitur habenti formam illam, quia calor agit secundum calidum, sed remissio culpæ est actio gratiæ, ergo habenti gratiã cõpetit cooperari ad remissionem culpæ.

*Quĩtum ar.*

¶ Quinto sic. ſm Diony. 2. cap. ecclesiasticæ hierarchiæ, ad ministros ecclesiæ pertinet purgare, illuminare, & perficere, sed purgare in ecclesia fit à sordibus mentis, ergo ministri ecclesię cooperantur ad interiorem emundationem.

*Opponit in cõtrarium.*

¶ In oppositum est tex. præsentis ca. vbi dicit. ꝙ Ioannes Baptista nouerat potestatem dominici baptismi in nullum hominẽ à Deo transiturum, sed ministerium transiturum in bonos, & malos.

*Scd'a oppo.*

¶ Secũdo ratione sic. emundatio interior à peccatis fit per spiritum sanctum, ergo nec cooperantur ad interiorẽ emundationem.

*Tertia opp.*

¶ Tertio maius est iustificare impiũ, quã creare cœlum, & terram, sed in creatione cœli, & terræ nihil Deo cooperatur, ergo nec in iustificatione impij.

*Respondet. S. Thom.* 2

¶ Respondeo dicendum iuxta S. Th. in 4. dis. 4. † ꝙ cooperari alicui agenti dr̃ quatuor modis, vno modo sicut adiuuans ei, cui auxilium prębet, cooperatur. Alio modo sicut consiliũ præbens. tertio sicut quo mediate agẽs effectum suum inducit, sicut cooperantur instrumẽta principali agenti. quarto sicut disponens materiam ad effectum agentis principalis suscipiendũ. Primis igitur duobus modis in nulla actione aliquid Deo cooperatur propter perfectam eius potentiam, quæ auxilio non indiget, & propter perfectam sapiẽtiam, quæ non indiget consilio Esa. 40. quis adiuuit spiritũ dñi, aut quis consiliarius eius fuit. Sed tertio modo cooperatur aliqua creatura Deo in aliqua actione, non tamen in oĩbus. cum. n. Deus sit primum agens omnium naturaliũ, quidquid natura agit hoc efficit quasi instrumentale agẽs cooperãs primo agenti, qui est Deus, sed quædã sunt, q̃ ibi Deus retinuit immediate ea operãs, & in his creatura Deo nõ cooperatur hoc tertio modo. Sed quarto modo põt ei cooperari sicut patet in creatione aĩæ rõnalis, quam immediate Deus producit, sed tamen natura disponit materiã ad aĩæ rationalis receptionem, & quia recreatio animæ creationi ipsius rñdet. ideo emundationem ipsius immediate operatur, nec aliquis ei quo ad hoc cooperat̃ tertio modo, sed bene quarto modo, & hoc dupliciter, vel ex opere operãte siue docẽdo, siue merẽdo, & sic hoĩes ei cooperãtur in peccatorũ remissione, de quibus dr̃. 1. ad Cor. 3. Dei administratores sumus, vel ex opere operato, sicut qui conferũt sacramenta, quæ ad gratiam disponũt, per quã fit remissio pctõrum, & hęc est cooperatio ministerij, quę ministris ecclesiæ competit, de quibus dr̃ 1. ad Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi &c.

*Ad primũ & scd'm argu.*

¶ Ad rõnes in oppositũ. Ad primã dicendũ, ꝙ ptãs spũalis, q̃ ministris ecclesiæ cõcedit̃ ad aliquid interius se extẽdit, sicut virtus sacrãlis, sed nõ ad collationẽ grãe, per quam est remissio pctõrum, nisi disponendo sicut dictũ est, & de sacris. Vnde patet solutio ad secundã.

*Ad tertium*

¶ Ad tertiã dicẽdũ, ꝙ grã nõ remittit culpã effectiue, sed formaliter, sicut albedo aufert nigredinẽ, & iõ nõ sequit̃, ꝙ creaturæ rõnali cõpetat, quæ nõ est forma.

*Ad quartum* 3

¶ Ad quartã dicendũ, † ꝙ duplex est operatio formæ alicuius. s. prima, quę pertinet ad formationẽ subiecti, & scd'a, quæ dr̃ vsus, vel actio sicut considerare. Primã ergo operationẽ nõ participat habens formam à forma, sed solũ secundã. remittere aũt culpã cõpetit grãe consequenter ad operationẽ primã, sicut albedo eadẽ rõne qua facit albũ, & aufert nigredinẽ à subiecto in quo est, & iõ non oportet, ꝙ habẽs grãm hoc per grãm participet.

*Ad quintum*

¶ Ad quintã dicẽdũ, ꝙ purgatio de qua Dion. loquitur, est à tenebris ignorãtiæ, sicut ipsemet dicit, vñ magis pertinet ad intellectũ, quã ad effectũ, & iõ rõ nõ procedit.

*Exponit literam*

Leg. ¶ [Baptismus est qualis est ille]. i. Xps. Non. n. indicatur baptismus bonus, vel malus ex conditione ministri, sed authoris. Author aũt. s. Xps, qui est, qui baptizat semper bonus est, & iõ à quocunque ministro det̃ sp sequit̃ effectus. s. remissio pctõrũ, nisi aliud impediat. [Quid aũt] hic inducit Augu. ꝙ ptãs baptizãdi siue ptãs cõferendi interiorẽ effectũ siue emundationẽ aĩæ nõ trãsiuit in alios, sed solũ ministeriũ baptizandi.

*Quæstio*

Vbi pro intellectu literæ huius, est sciẽdũ, ꝙ Ioannis primo, sic habetur. altera die vidit Ioannes Iesum venientẽ ad se, & ait. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mũdi. Hic est de quo dixi, post me veniet vir, qui ante me factus est, quia prior me erat, sic, & ego nesciebam eum. Hoc verbũ, & ego nesciebã eũ, qũo intelligatur mouent doctores questionẽ, quid est hoc quod Ioann. dicit se nescire. Aut qũo sit verum, qũo Ioan. dicat se eum non cognouisse ante.

*Respon. S. Thom.*

Pro quo notãdum, ꝙ vt S. Tho. dicit in 4. Ioan. antequam intraret desertum Christum cognouit personaliter, ex conuersatione, cum fuerit eius cognatus per carnem, & sciuit etiã eius dignitatem ex prophetica reuelatione, sed pp longam moram amiserat vultus eius imaginem, vnde personaliter eum non cognoscebat. Et ideo Xpo veniente ad baptismũ tria didicit ſm diuersos doctores,

*Chrys. Augustin.*

quia ſm Chrys. didicit, ꝙ iste in persona erat, quem prædicabat venturum. ſm Aug. didicit, ꝙ haberet potestatem excellentiæ, quã sibi retineret, cum posset eã seruis largiri, quod tñ in generali prius sciuerat, sed tunc in speciali de hac persona cognouit.

*Hieron.*

Sed ſm Hierony. didicit, ꝙ per baptismum Christi non solum gratia conferretur mundandi à culpa, sed etiam ab omni pœna absoluẽs, quòd habet ex eius passione, & sic litera clara est. [Nõ exhorreat] vt 1. q. 1. neq; & d. 32. §. verũ. [Colũba]. i. eccl'ia. cantico. 6. Columba mea & 24. q. 1. legitur. dr̃ ecclesia columba propter simplicitatem intentionis,

*Grego.*

vnde Greg. vna columba eligitur, qui illos solos eligit qui in simplicitate permanent, & ab vnitate non scinduntur. [Columba]. i. simplex accedens ad baptismum. [Sed respiciat] dñi potestatẽ à quo est tota virtus, & efficacia baptismi. [Nec qui plãtat] inducit authoritatem Pauli 1. ad Cor. 3. [qui plantat]. s. prędicando ad fidem conuertendo. [est aliquid] dando ex se, quasi authore, vt ait gl. [quia nõ est actor dati]. i. eius quod dat̃ eo ministrante [nec qui rigat] baptizando [est aliquid] .s. interius conferendo [sed qui]. s. Deus, sed Deus solus, qui dat intrinsecus incrementum. Cum. n. tam [plantator]. s. per prædicationem [quam rigans]. s. per baptismum non sint nisi ministri Dei, & non habeant aliquid nisi à Deo, & non operantur nisi exterius Deo interius operante, recte dicitur, quòd, qui plantat, & qui rigat non est aliquid scilicet principale, aut magnum aliquid, de quo glorianti sit.

si. [sed

sit[sed qui incremētū dat].s. Deus, ipse qui interius abluit & gratiæ ac virtutum incrementum operatur, actio.n.nō attribuitur instrumento, sed principali agenti. [Ego dico] 2.pars, quasi vellet dicere si forte quis vellet dre ministros oportet esse bonos.[Ego]dico[& oēs dicimus &c.q.d.hoc nō obstat, quia securū me facit magister meus].i.Christus. [spiritus eius dicit].s.in Ioāne loquēs[hic est qui baptizat] Io.1.interius abluendo à peccatis,& dona gratiæ infunden do, vt ait glos.[Non timeo]tertia pars[non timeo quia effi a caciam a non accipiat digne accedens ad baptismum, etiā si baptizaretur ab adultero ebrioso homicida &c.[Columbam].i.spiritum sanctum in columba significatum.Ioann. 1, vidi spiritum sanctum descendentem quasi columbam de cœlo, descendit autem spiritus sanctus in specie columbæ super Christum inter alias rationes ad designādum plenitudinem gratiæ in ipso. Vidimus.n.eum plenum gratiæ, & veritate.Ioann.1.

a ¶ Efficaciā baptismi.ad de ꝙ baptizari quis nō pōt per procuratorem. Pe.de An.in c.veniēs nu. 5.de cogna. spirituali.

2 *Debitum dicitur.*
3 *Actio corporis duplex.*
4 *Oratio quid dicatur.*
6 *Agens est duplex.*



CVm baptizat malus, &c. Sequitur octauum capitulum eiusdē partis, vbi magister Gratianus ex authoritate Augu. dicit, quod dixerat parum ante in cap. sicut.s. ꝙ à malo baptismus datus non est minoris efficaciæ, quam si daretur à bono. Nō.n.est impar baptismus propter impares ministros. breue est nō diuiditur. Pro intelligentia pleniori huius cap. Quæruntur duo.

1 ¶ Primo vtrum mali ministri possint sacramentum baptismi conferre.

5 ¶ Secundo vtrum per malos ministros conferatur res sacramenti.

1 Ad primum Sic proceditur,† Et videtur, ꝙ mali ministri sacramentum baptismi cōferre non possint. Et primo sic. sicut ad baptismum requiritur materia & forma, ita & minister, sed si sit materia indebita, vel forma non erit baptismus, ergo & similiter si sit baptismus indebitus, sed mali ministri sunt indebiti, quia sicut August. dicit. iustos oportet esse per quos baptizatur, ergo mali sacramentum conferre non possunt. ¶ Secūdo sic. Membrum aridum non participat aliquam actionem corporis, sed baptizare est aliqua actio corporis mystici. cum ergo mali sint quasi membrum aridum carentes pinguedine charitatis, & gratiæ, videtur, ꝙ baptismum confer re non possint. ¶ Tertio sic. oratio amittit vim suam siue virtutem ex vitio orantis ſm illud eccl. 15. Non est speciosa laus in ore peccatoris, quare non similiter verba sacramentorum ex malitia ministri siue baptizantis. ¶ In oppositū est tex. cap. præsentis. ¶ Respondeo, notandum cum domino Durando in quarto dist. 5. ꝙ differt esse bonum hominem bonitate moris, quæ est bonitas, de qua cōiter loquunt hoīes, & esse bonū artificē q̄ est bonitas ſm quid, & cū additione. Aliquis.n.est bonus artifex puta faber, q non est bonus simpliciter, & econuerso aliquis est bonus simpliciter, qui non est bonus faber, sed malus. hæ.n. bonitates se habent per accidens adinuicem, ita ꝙ non licet in his inferre coniunctum ex diuisis vel ex coniunctis diuisum, vt si dicatur iste est bonus, & est faber. ergo est bonus faber, sed est fallacia accidentis. Omnino sic est de bonitate ministri inquantum est minister, & de bonitate hominis, quæ est bonitas simpliciter, dicendum ergo, ꝙ à malo ministro, q est malus inquantum minister non est verum sacramentū, a potest tamen à malis hominibus, malitia moris conferri baptismus sicut à bonis. a Primū patet sic. Nullus est malus minister nisi sit defectuosus in his, quę pertinent ad suū ministerium, sed defectus eorum quæ requiruntur ad ministerium euacuant sacramentum, ergo à malo ministro nō potest conferri verum sacramentum. Maior patet, quia cū malum sit priuatio defectus alicuius rei debitæ, non potest esse malus minister, nisi cum deficit aliquid pertinens ad suum ministerium. Minor probatur, quia ad ministerium cuiuscunque artificis non concurrunt in generali ex parte ministri, nisi tria.s. posse, scire, & velle seu intendere ergo nō est malus minister nisi, qui est defectuosus in aliquo istorum, sed quocunque istorum deficiente non est sacramentum, quia si omnino nescit baptizare, aut non intēdit, aut nō potest proferre verba, quia mutus, aut immergere, quia mancus, nihil fit. ergo à malo ministro inquantū malus minister non potest conferri verus baptismus, nec aliquod sacramentum. Hoc autem intelligendum est qn̄ malus est, & defectuosus simpliciter in his, quæ requiruntur de necessitate ad suum ministerium, quia si fuerit in talib. defectuosus non simpliciter, sed ſm quid, vtpote, quia nescit ita bene sicut alius, qui est melior clericus, vel magis expertus, vel non potest ita bene proferre verba, quia blesus, vel linguæ latinæ ignarus, sicut ille de quo dr̄.j.e.dist.c. retulerunt, qui dicebat. baptizo te. In nomine patria &c. nihilominus esset verum sacramētum, quia defectus ſm qd, non tollit effectum simpliciter. ¶ Secundum patet.s.ꝙ à malis ministris malitia moris pōt cōferri verus baptismus sic, quia ea, quę sunt de pertinentibus ad sacramentum maximæ necessitatis debēt esse communissima, & notissima, sed baptismus est sacramentum maxime necessita[...] potissime quantum ad paruulos, qui non habent aliud remediū salutis. bonitas autem moralis quæ est per gratiam non est cōissima sed est valde rara, & ignota, ergo non requiritur in ministro baptismi. ¶ Secundo, quia id, quod consistit in opere operato non vitiatur ex demerito operantis, sed baptismus consistit in opere operato, ergo nō vitiatur ex malitia ministri operantis dummodo concurrant, quæ sunt de necessitate operis. Et hoc est, quod dicit Aug. super Ioānem homilia 51. & habitum est supra in superiori c. & nos dicim⁹ omnes, ꝙ iustos esse oportet tāti iudicis ministros, si ministri iusti esse volunt, si autem nolunt esse iusti, qui in cathedra Moysi sedent, securum me fecit magister meus, de quo dicit spiritus sanctus, hic est qui baptizat. Et idem habetur eod. dis. c. romanus pontifex. ¶ Ad rationes. Ad

Augu.

2 primam dicendum† ꝙ debitum dr̄ dupliciter. vno modo debitum necessitatis, & sic est debitus minister baptismi quilibet homo, alio modo debitum conuenientiæ, & congruitatis, & sic oportet ministrum esse bonū, sicut & oportet aquam in qua fit baptismus esse mundam ob reuerentiam sacramēti, tamen si sit immūda, nihilominus in ea fit baptismus, & similiter si sit minister malus, nihilominus confert baptismum. ¶ Ad secundam dicendum†, ꝙ duplex

Exponit literam.

3 est actio corporalis, vna intranea sicut, sentire, viuere, & huiusmodi, & tali actione nō participat membrum aridum, & similiter nec homo malus actione virtutum, quæ huic proportionatur. Alia est actio ad extr. & talis bene potest fieri per membrum aridum, sicut percutere quod etiam omnino re inanimata fit, vt baculo, & huic proportionaliter respondet ministratio sacramentorum. ¶ Ad tertiam respondetur, ꝙ, vt dicit magister Alex. de Hal non est simile de oratione, quia virtus data est ipsis verbis sacramentalibus, non sic in oratione prolatis, sed potius efficacia orationis est à fide orantis. Iaco 1. Postulet in fide nihil hæsi-

Ad secūdum.

Ad tertium

Ale.de Hal.

4 tans &c. † oratio est pius affectus in Deum directus, vt dicit Beatus Augustinus.

5 Ad secundum Sic proceditur.† Et videtur, ꝙ mali ministri licet conferant sacramentum, non tamen rem sacramenti. ¶ Primo sic. Eccl. 34. ab immundo quis mundabitur q.d. nullus, sed peccator omnis est immundus, ergo ab eo nullus potest mundari, cum ergo mundatio sit res sacramenti baptismi, videtur, ꝙ per malos ministros non conferatur res sacramenti huius. ¶ Secundo arguitur ex illo quod habetur Eccle. 34. qui baptizaretur à mortuo quid prodest ei lauatio, sed malus minister est mortuus, ergo non prodest ei lauatio, ergo non videtur cōferre rem sacramenti. ¶ Tertio numeri. 19. dr̄, quicquid tetigerit immundus immundum erit. ¶ Quarto Malach. 2. dr̄. Maledicam benedictionibus vestris, dr̄ malis sacerdotibus, vbi gloss. Hieronym. habet quicquid à vobis benedictum fuerit à me maledicetur, ergo qui baptizatur à malo sacerdote maledictus est, ergo non recipit rem sacramentalem. ¶ Quinto sacerdotes medij sunt inter sacerdotes, & plebem diuinam in sacramentis præbentes populo, & per doctrinam, & ea, quæ sunt populi repræsentantes Deo per orationem, sed orationes malorum sacerdotum non prosunt plebi, quia secundum Gregor. in pastorali, cum is, qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur, ergo nec sacramenta per malos ministros data prosunt ad effectū salutis.

Primum ar.

Secundū ar.

Tertium ar.

Opponit & Respondet.

Durandus.

a ¶. Baptismus sicut à bonis. adde videndū Pe. de An. in c. 1. num 1. de baptismo.

Primum ar.

Scd̄m ar.

Tertium ar.

Quartū ar.

Quintū ar.

Opponit in cõtrarium. Reſpondet.

¶ In oppoſitum eſt text.cap.præſentis,& multorum præcedentium,& ſequentium in hac diſtinctione. ¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ malus miniſter ſicut confert ſacramenta, ita rem ſacramenti,& æqualiter ſicut bonus. Probatur hęc cõcluſio ſic. Si malus miniſter non conferret rem ſacramẽti, vt puta gratiam baptizando, aut minorem conferret quam bonus, ſequeretur, quòd ſalus noſtra penderet ex vita aliena, quod nephas,& iniuſtum eſt dicere, ergo neceſſario dicendum venit, quod etiam mali miniſtri rem conferant ſacramenti,& æqualem ſicut boni. ¶ Secundo ſic. Bonitas miniſtri non eſt de ſubſtãtia ſacramenti, quia ea, quæ ſunt de ſubſtantia ſacramẽti oportet eſſe certa, illa autem omnino ignorata eſt, ergo nihil facit ad effectum per ſe ſacramenti. Pro declaratione huius quæſtionis, quæ conſiſtit in hoc quare non referat ad rem ſacramenti percipiendam, vtrũ miniſter habeat gratiam, vel non, eſt notandum iuxta San. Thom. in 4. diſt. 5. quòd duplex eſt agens, vnum principale,& aliud miniſteriale. Agens autem principale, cum agat ſibi ſimile, oportet, ꝙ habeat formam quam inducit per ſuam actionem in agentibus vniuocis, vel aliquam ignobiliorem in agentibus non vniuocis, ſed agens inſtrumẽtale non oportet, ꝙ habeat formam, quam inducit, vt diſponẽtem ipſum, ſed ſolum per modum intentionis, ſicut de forma facta in cera patet. Agens autẽ principale eſt ipſe Deus per autoritatem,& ipſe Chriſtus ſecundum ꝙ homo, cuius meritum operatur in baptiſmo,& ex plenitudine diuinæ bonitatis,& gratiæ Chriſti peruenit gratia ad baptiſmum, ſed baptizans eſt tantum agens inſtrumẽtale, vnde non refert ad rem ſacramenti percipiendam utrum ipſe gratiam habeat, vel non.

S.Thom. 6

Ad primum argu.

¶ Ad rationes. Ad primam dicendum, ꝙ actio non attribuitur ſm philoſophum proprie inſtrumento, ſed principali agenti. Vnde proprie,& per ſe loquendo malus miniſter non eſt, qui mundat, ſed Chriſtus, de quo dr̃ Ioan. 1. hic eſt, qui baptizat.

Ad ſcd̃um

¶ Ad ſecundam reſpondetur ſm Alex. ꝙ ſi per mortuum intelligatur peccator baptizãs, tunc intelligendum eſt, quando baptizatus imitatur eum. lauacrum.n. tunc non prodeſt ei ad ſalutem,& hoc manifeſtatur per noſtram trãſlationem, in qua dr̃ & iterum tangit mortuum.

Ad tertium

¶ Ad tertiam dicendum, ꝙ loquitur de immundis ſm ritum legis, vt qui immundus erat ex tactu morticinij, vel ex aliqua alia immundicia. immundum fecit quod tetigerat ſm legem,& debuit expiari aqua luſtrationis. Non autem loquitur de contactu imitationis,& cõſenſu in malũ.

Ad quartum Bonauent.

¶ Ad quartum dicendum eſt, vt dicit dominus Bonauentura, ꝙ ſacramenta non ſunt benedictiones malorum ſacerdotum, ſed Chriſti, à quo habent virtutem ſiue efficaciam,& ideo non eſt ad propoſitum.

Ad quintum S.Thom.

¶ Ad quintam dicendum, vt dicit S.Thom. ꝙ non eſt ſimile,& eſt ratio, quia in oratione orans eſt ſicut principale agens, non ſicut inſtrumentale,& ideo requiritur ad efficaciam orationis, ꝙ ex opere operante effectum ſortiatur. Non ſolum ex opere operato, ſicut eſt in ſacramentis,& ideo malorũ orationes infructuoſæ ſunt quantum ex eis eſt, ſed poſſunt eſſe fructuoſæ alijs pro quibus oratur propter eorum deuotionem, vel inquantum orant in perſona eccleſiæ.

Exponit literam

Lege. ¶ [Malus].ſ. malitia moris, quæ dr̃ malitia abſolute. [Tolerantur paleæ].i. mali vt. 23.q.7.c.1.& 11.q.3. nolite [illud].ſ. baptiſma [vnum eſt].i. vnius,& eiuſdem efficaciæ, à quocunq; detur non impar, ſed par,& ęquale ſm illud. ad Eph. 4. vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma, ergo æquale à quocunque detur.

1 *Hæreticus an poſſit conferre baptiſmum.*

1 *Euchariſtia non datur paruulis.*



HI qui. Alia litera habet, ſi qui. Sequitur nonum capitulum eiuſdem partis, in quo oſtendit conſequenter, ꝙ etiã baptiſmus non redditur inefficax propter hæreticorum malitiam, dum tamen baptizent in forma eccleſiæ quæ eſt in nomine ſanctæ trinitatis &c.

Diuiſio.

Et diuiditur hoc capitulum in duas partes. In prima docet quid circa adultos baptizatos ab hæreticis in forma tamẽ eccleſiæ agendum ſit, cum ad eccleſiam reuertuntur, quia videlicet non ſunt rebaptizandi, ſed tanquam vere baptizati ſuſcipiendi, ſed tamen docẽdi ſunt, qui myſterium fidei contineat. In ſecunda docet, quid circa paruulos agendum ſit. ſecunda ibi ſi vero.

Quæſtio. Primum ar.

¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli,& multorum ſequentiũ eiuſdem ſententiæ. Queritur. 1 vtrum hæreticus poſſit conferre baptiſmum. Et videtur quòd non. ¶ Primo ſic. Opera eccleſię efficaciam habẽt ab influẽtia virtutis influentis à capite in membra, ſed virtus non influit à capite in id, quod non eſt membrum, vel in membrum mortuum. ſed hæreticus non eſt membrum Chriſti, vel, ſi eſt membrum, aliquo modo eſt membrum mortuum, ergo per ipſum non eſt influentia virtutis à capite, ergo baptiſmus ab eo miniſtratus non habet efficaciã baptiſmi.

Scd̃m ar.

¶ Secundo Auguſt dicit, vnde tanta vis aquæ, vt corpus tangat,& cor abluat, niſi faciente verbo non quia dicitur, ſed quia creditur, ergo videtur, quòd virtus baptiſmi neceſſario requirat fidem, qua credatur, quòd in aqua eſt virtus regenerãdi ab ipſis verbis, ſiue à virtute verborum, ſed quando hæreticus ſolus baptizat, nullus hoc credit, quia nullus ſcit quòd baptizat, ergo videtur, quòd non cõferat verum baptiſma.

Tertium ar.

¶ Tertio dicit Greg. hi heretici, qui in nomine baptizant trinitatis, ſicut ſunt Bonoſiaci,& Cathaphrygæ non vere baptizãt, vnde cum ad eccleſiam ſanctam veniunt baptizantur, quia baptiſma non fuit, quod in errore poſiti trinitatis nomine minime perceperunt, ergo cum baptizentur manifeſtum eſt, quòd verum baptiſma non fuit quod ab illis hæreticis dabatur.

Opponit & Reſpondet

¶ In oppoſitum eſt texc. capi. præſentis. ¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ hæretici baptizantes in forma eccleſiæ intendentes facere, quod facit eccleſia verum baptiſma miniſtrant, ſicut patet ex multis capitulis tam ſuperius quã inferius poſitis in iſta diſtinctione. Ratione ſic, vnum eſt baptiſma eccleſiæ,& hæreticorum, qui in eadem forma baptizant, vt.j.e.di.c. ſequenti. ergo hæretici taliter baptizantes verũ baptiſma conferunt ſiue adminiſtrant.

Ad primum argu.

¶ Ad rationes. Ad primam dicendum, ſicut fuit dictum ad argumentum ſecundum in quæſtione prima, mota circa præcedens capitulum, vel dicendum, vt magiſter Alexan. de Hal. in 4. dicit, ꝙ licet hæreticus ſit membrum mortuum inquantum perſona, non tamen inquantum miniſter, vnde in ſe eſt putridus, non vt alijs miniſtrans, quia virtutem habet miniſtrãdi.

Ale.de Hal

Durandus

Et hoc eſt, quod dicit Durandus, quod eſt membrum aridum in his, quæ pertinent ad meritum, non tamen in his, quæ pertinent ad miniſterium, ſi concurrant ea, quæ ſunt de neceſſitate miniſtri,& hoc ſufficit ad hoc, quòd conferat verum ſacramentum.

Ad ſcd̃m

¶ Ad ſecundam dicendum negando minorem, videlicet, quòd nullus credat, quia,& ſi in illo caſu, quo hæreticus ſolus baptizat nullus aſſiſtens hoc credat, nihilominus eccleſia hoc credit,& hoc ſufficit in tali caſu.

Ad tertium

¶ Ad tertiam dicendum, quod Gregorius loquitur de illis hæreticis, qui non ſeruant formam eccleſiæ, ſed baptizant in nomine patris maioris,& filij minoris,& tales non miniſtrãt verum baptiſma, ſed hoc non eſt ad propoſitum, cum hic fiat verbum de hæreticis, qui in baptizando formam ſeruabant eccleſiæ, quare &c.

Exponit literam.


Lege. ¶ [Siue hi ſiue. Si qui] iſtis duobus modis in diuerſis libris reperitur hoc capitulum inchoari. [In confeſſione].i. in forma, in qua exprimatur ſancta trinitas explicite in tres perſonas nominando dicendo. In nomine patris,& filij,& ſpiritus ſancti. [quidem].i. vere [baptizati ſunt annulletur].i. inefficax reputetur, ſiue habeatur propter illorum hæreticorũ hęreſim, vel malitiam [myſterium].i. fides.i. credant trinitatem [manus impoſitionem] vt reconcilientur eccleſiæ,& accipiant ſpiritũ ſanctum ſecundum illud Act. 8. Imponebant manus ſuper illos,& accipiebant ſpiritum ſanctum. Sic.n. quidam hæretici, cum redeunt ad eccleſiã recipiũtur, vt.j.e. diſt. ab antiqua,& in hoc caſu impoſitio eſt reconciliatoria,& confirmatoria, quia prius chriſmati non erant.

Hugu

Hu. [Cum in myſterijs] euchariſtiæ. [Si vero] ſecunda pars [communicati].i. peruncti chriſmate. Hug. [Euchariſtię] quidam hoc referunt ad adultos, 2 quia euchariſtia paruulis non datur, quia hoc ſacramẽtum non videtur conuenire, niſi habentibus diſcretionem, qua poſſint diſcernere inter iſtum cibum,& alios, iuxta illud apoſtoli 1. ad Cor. 11. probet autem ſeipſum homo,& ſic de pane illo edat,& de calice bibat. Alij referunt ad paruulos,& videtur loqui textus iſte ſecundũ conſuetudinem, quæ quondam in aliquibus eccleſijs obſeruabatur, quòd in hebdomada paſchali ſingulis diebus ducebantur pueri baptizati ad eccleſiam,& de ſanguine Chriſti fundebatur aliquid in ore ſingulorum, vt ſic corpore,& ſanguine aliorum alerentur ad inſtar filiorum Iſrael, qui poſt tranſitum maris manna ſunt cibati ſiue educati. Hugu.

1 Hære-

1 *Hæretici an conferant rem sacramenti.*
2 *Consentire in heresim potest esse tripliciter.*



Vamuis. Sequitur decimum capitulum eiusdem partis,& eiusdem etiã sententiæ. vnum tamen specialiter addit, qđ, qui ab istis foris ecclesiam sunt baptizantur, non sumunt baptismum ad salutem. Diuiditur autem hoc capitulum in duas partes. In j. dicit, ꝙ baptismus hæreticorum datus in forma ecclesiæ, licet sit verus, & idẽ cum baptismo ecclesiæ, nihilominus non sumitur ad salutem, sed ad perniciem. In secunda dř, quid ergo agendum sit circa taliter baptizatos cum redeũt ad ecclesiam. secunda ibi, & ideo. ¶ Pro pleniori intelligẽtia huius capituli & multorũ similium in hac distinctione & alibi. Quæritur. † Vtrum hæretici conferant rem sacramenti. Et arguitur quod non. ¶ Primo sic. ex textu præsentis cap. vbi Augustinus dicit, quod qui foris eccclesiam baptizantur non sumunt ad salutem. ¶ Secundo sic. Si hæreticus baptizans confert rem sacramenti, sequitur, quod talis baptismus faciat filios Dei, dando gratiam baptizatis, per quam filij Dei constituuntur, ergo inter hæreticos extra ecclesiam sunt filij Dei. quod est falsum ergo &c. ¶ Tertio sic. Si baptismus hæreticorum confert rem sacramenti, confert remissionem peccatorum, & per consequens spiritum sanctũ, per quem est remissio peccatorũ. ergo inter hæreticos est spiritus sanctus. quod est falsum, ergo illud ex quo sequitur. ¶ In oppositum est etiam textus præsentis cap. & multorum aliorum. Item etiam arguitur sic. vnum & idem est baptisma ecclesiæ, & hæreticorum, qui in forma ecclesiæ baptizant, vt dicitur in principio præsentis cap. ergo eandem efficaciam habet. ergo si in baptismo ecclesiæ datur gratia, ergo etiam in baptismo hæreticorũ. ¶ Respondeo dicendum, quod hæreticus obseruans formam ecclesiæ rite baptizat, sicut in superiori capitulo dictum est, & etiam effectum siue rem baptismi confert. Quæ conclusio, & si ex superioribus circa capitula duo ꝓxima satis pateat, nihilominus probatur sic ratione, possibile est, quod ille, qui baptizat sit hæreticus me nesciente. si ergo hæreticus baptizans rem sacramenti non cõferret, incurrerem damnum maximũ ex malitia aliena, sine mea culpa quod inconueniens est dicere. Dicitur ergo, ꝙ baptizatus baptismo, qui datur ab hæreticis in forma ecclesiæ baptizatus est, & baptismus est ecclesiæ, & rem confert sacramenti. Generat. n. talis baptismus filios ecclesiæ non hæresi, & generat filios Christo. De quo exemplum Aug. ponit contra Donatum, quod Iacob non tantum genuit ꝑ vterum liberarum, sed etiam ancillarum, sic & Christus gñrat de libera. i. ecclesia, quosdã de ancilla siue hæresi, vel ecclesia malignãtiũ. Habet ergo baptismus semꝑ efficaciã nisi obicẽ ĩ suscipiẽte. tũc aũt habet obicẽ qñ ille, q baptizať cõsentit hæresi. † Et hoc pôt esse tripliciter, vt dř dñs Bonauentura in quarto distinctione. 5. Aut quando est hæreticus, & fauet errori. Aut si non est hæricus, tamen vadit ad hæreticum precisum in contemptũ ecclesię, aut si non est precisus vadit ad occultum, quem scit esse hæreticum propter aliquod commodum, vel fauorem, & tunc nihil accipit ab hæretico vt hæreticus est. Tunc autem non consentit errori, quando non habet potentiam discernendi vt paruulus, vel quando ille est hæreticus occultus, & creditur esse catholicus. Aut quando homo est in necessitate constitutus, & solum necessitatis intuitu vadit ad cũ. ¶ Ad rõnes. Ad primã patet rñsio. intelligiť. n. capitulũ de his, qui scienter baptismum suscipiunt ab hæreticis extra casum necessitatis. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. quoniam illi, qui ab hæreticis sunt baptizati, qui tamen non consentiunt hæresi suæ, & si videantur esse de eis, veruntamen sunt filij ecclesię, & intra ecclesiam, quia, vt ait August. contra Donatum, & habetur infra e. d. Non in vobis. Hæretici baptizant, non per id, quod habent repugnans ecclesiæ, sed per id, quod habet communitatem cum ea, & vnitatem. Et ideo si ille, qui baptizatur nihil recipiat ab hæreticis nisi baptisma, nec in alijs cum eis cõueniat, iudicandus est catholicus quia cũ catholicis conuenit, & non habet repugnans & iste est filius dei & recipit spiritum sanctum, & talis licet sit numero inter hæreticos. quia tamen non est inter illos merito. Non sequtur, quod si baptisma hæreticorum conferat rem sacramẽti, quod inter hæreticos sint filii Dei, aut spiritus sanctus. Et ita patet responsio ad tertiam. Leg. ¶ [Eorum] hoc dř quia non omnes hæretici baptizant in forma ecclesiæ vt infra si qui. [tamen qui foris baptizantur]. s. ex certa sciencia cũ in ecclesia possent baptizari. Hu. loquitur. n. de adultis. pueris. n. non imputatur. vt 1. q. 2. placuit. Et de adultis loquitur, qui poterant ab ecclesia baptizari, alias non imputatur eis, si quis articulo mortis cum ab alio non posset, ab hæretico baptizaretur vt infra e. dist. sanctum est. & 33. dist. § verum. [Non rebaptizat] quia baptizati ab hæreticis non debent rebaptizari. Dum tamen in forma ecclesiæ baptizati sunt Hug. [Ipsa est forma]. s. in nomine trinitatis. & idem supra ea. d. in synodo [virtutem]. i. effectum baptismi per spiritum sanctum 1. q. 1. qui Hu.


Diuisio. — Quæstio. — Primum ar. — Scđum arg. — Tertium ar. — Opponit in cõtrarium. — Respondet — Ad primum arg. — Ad secundũ & tertium. — Augusti. — Exponit literam. — Hug.



I reuera. Sequitur vndecimum capitulum eiusdẽ partis, & eiusdem fere sentẽtiæ. Nihilominus diuidi potest hoc capitulum in duas partes. In prima docet quid de hæreticis baptizatis solũ in noĩe dñi agẽdũ sit, qñ tales reuertuntur ad eccľam, q̃a tales dicit rebaptizãdos. In. 2. docet, ꝙ de hęreticis baptizatis ĩ nomine sanctæ trinitatis agẽdũ sit, quãdo ad ecclesiam redeunt. tales. n. dicit non iterum baptizãdos, sed per reconciliationis gratiam associandos esse catholicæ fidei. secunda ibi, si vero, de istis satis dictum est. supra, & ideo tantum litera venit explananda. Leg. ¶ [In nomine domini]. i. sub hac forma verborum eos baptizabis, quia illa non est forma euangelica, sub qua baptismus dãdus est. [In nomine sanctæ trinitatis]. i. in noĩe patris, & filij, & spiritus sancti. [Nihil aliter] ergo nec in nomine domini, nec in nomine Christi, nec in nomine trinitatis, nõ facta alia expressione personarum baptizari potest. Authoritas. n. euangelica non iubet baptizari nisi in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. vt infra e. dist. Si quis presbiter Hugu.

Exponit literam.

1 *Fictus dicitur aliquis quatuor modis & nu. 6.*
4 *Indispositio voluntatis impediens baptismum est duplex.*
5 *Contrarium dicitur duplex.*
7 *Baptismi effectus est duplex.*
8 *Baptizare in Christo dicitur dupliciter.*
10 *Fides qualiter possit haberi sine charitate.*
11 *Factum simulatorie dicitur factum.*
12 *Minus proprie quis dicatur.*



Olet. Sequitur quarta pars huius distinctionis secundum Arch. In cuius capitulo primo Beatus Augusti. vt dicit Hugo mouet tres quæstiones. Prima ẽ, an ille sit baptizatus, qui est baptizatus ab aliquo non baptizato. Secunda est, an fictus accedens ad baptismũ suscipiat baptismũ Tertia an ille baptismũ suscipiat q immice, & iocu lariter baptizať. Et ẽm respõsa, q̃ dat ad istas quæstiones. hoc capitulũ diuiditur ĩ tres partes. In. 1. respondet primæ quæstioni. In secunda secundę, ibi, sicut iam. In tertia tertiæ ibi, vbi autem. Pro intetelligentia pleniori huius capituli disputabimus omnes tres quæstiones. Quæruntur ergo tria hic.

Diuisio.

1 ¶ Primo vtrum non baptizatus potest baptizare.
2 ¶ Secundo vtrum fictio impediat effectum baptismi.
9 ¶ Tertio vtrum iocu lariter baptizatus verum baptisma suscipiat.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ non baptizatus non possit baptizare. ¶ Et primo sic. Nullus dat, quod non habet vt 62. dist. nulla. & 1. q. 1. gratia, & infra eodem dist. quomodo, sed non baptizatus non habet sacramentum baptismi, ergo non potest ipsum conferre. ¶ Secundo sic. Sacramentum baptismi non confert aliquis, nisi inquantum est minister ecclesiæ, sed ille, qui non est baptizatus, nullo modo pertinet ad ecclesiam. s. nec re nec sacramento. ergo non potest sacramẽtũ baptismi conferre. ¶ Tertio sic. Maius est sacrm conferre, quã suscipere. sed non baptizatus non pôt alia sacra suscipere. ergo multominus pôt aliqđ sacrm cõferre. ¶ In oppositũ est te. ca. præsentis. ¶ Rñdeo dicendũ, ꝙ non baptizatus potest baptizare in articulo necessitatis. Quæ cõclusio patet non solum ex præsenti capitulo, sed etiam ex antepositis

Primum ar. — Secundum argu. — Tertium ar. — Opponit et Respondet.

te positis videlicet Romanus & capitulo à quodam Iudęo. Ratione vero sic, ꝓbatur quia sicut ex parte materiæ quã tum ad necessitatem sacramenti sufficit quęcunque aqua, ita etiam sufficit ex parte ministri quicũque homo, & iõ nõ baptizatus in articulo necessitatis baptizare potest, vt si duo non baptizati seinuicem baptizarent, dum primus vnus baptizaret alium, & postea baptizaretur ab eodem, & consequeretur vterque non solum sacramentum, sed etiam rem sacramenti. Si vero extra articulum necessitatis hoc fieret, vterque grauiter peccaret. s. baptizãs, & baptizatus, & per hoc impediretur baptismi effectus, licet non tolleretur ipsum sacramentum. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum, quod homo baptizans adhibet tantũ exterius ministerium, sed Christus est, qui interius baptizat, qui ponit in omnibus hominibus ad quoscunque voluerit, & ideo non baptizati possunt baptizare. quia vt Nicolaus papa dicit, baptismus non est illorum. s. baptizantium, sed eius. s. Christi. ¶ Ad secundam dicendum, quod ille qui non est baptizatus quamuis nõ pertineat ad ecclesiam re, vel sacramento, potest tamen ad eam pertinere intentione, & similitudine actus, inquantum. s. intendit facere quod facit ecclesia, & formam ecclesię seruat in baptizãdo, & sic operatur, vt minister Christi, qui virtutem suam non alligauit baptizatis, nec etiam sacramentis. ¶ Ad tertiam dicendum, quod illa sacramenta non sunt tantæ necessitatis, sicut baptismus, & ideo magis conceditur, ꝙ nõ baptizatus possit baptizare, quã quod possit alia sacramenta conferre, & ita ratio non procedit.

Ad primum arg. — Ad secũdum — Ad tertium

2 Ad secundum Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ fictio non impediat effectum sacramenti baptismi. ¶ Primo sic. Dicit apostolus ad Gala. 3. quicunque in Christo baptizati estis Christum induistis, sed omnes, qui baptismum Christi suscipiunt baptizatur in Christo, ergo induunt Christum, quod est percipere baptismi effectum, & ita fictio nõ impedit baptismi effectũ. ¶ Secũdo sic. In baptismo operatur virtus diuina, quæ potest voluntatem hominis mutare in bonum, sed effectus causæ agentis non potest impediri per id quod ab illa causa potest auferri, ergo fictio non potest impedire baptismi effectum. ¶ Tertio sic. ea, quæ sunt in natura magis ꝑmanẽtia sunt, quam ea, quæ sunt à voluntate. sed originale peccatum est, peccatum naturæ, quod baptismi effectum non impedit. ergo nec aliqua indispositio voluntatis baptismum in suo effectu impedire potest, & ita nec fictio per consequens. ¶ Quarto sic. in naturalibus indispositio materiæ non impedit effectum agentis totaliter nisi quãdo contraria dispositio, quæ in materia est fortior, quam virtus agẽtis sicut patet de aquositate lignorum per comparationem ad calorem ignis, sed virtus diuina, quæ in sacramẽtis secretius operatur salutem, vt August. dicit est potentior qualibet indispositione nostræ voluntatis. ergo non potest propter indispositionem volũtatis effectus baptismi totaliter tolli. ¶ In oppositum est textus præsentis capituli, in quo Beatus Augu. dicit. ꝙ ad salutem spiritualem, baptismus eis non prodest si charitate careant. ¶ Responsio pro declaratione huius materiæ primo notãdum est, ꝙ vt dicit S. Tho. in 3. parte. Et Petrus de palude in 4.

Primũ ar. — Secũdm arg. — Tertium ar. — Quartũ ar. — Augustinꝰ — Opponit in cõtrarium — Respondetur

3 sm Aug. † quatuor modis dr aliquis fictus. s. qui non credit, cum tñ baptismus sit fidei sacramentum. Alio modo pro hoc, quod contemnit ipsum sacramentum, sicut qui parvipendit non existimans in eo esse efficaciam ad saluandũ. tertio pro hoc, ꝙ aliter celebrat. i. contra prohibitionem ecclesiæ suscipit, puta ab excommunicato, vel cõtra communem ritum ecclesię, quod in omni sacramento ecclesiæ est obseruandum ne aliter celebretur. quarto per hoc, quod aliquis indeuote accedit. Sufficientia istorum modorum sic accipitur secundum Sanctus Thomas. in 4. dist. 4. Ad hoc quod aliquid alicuius agentis effectum percipere debeat, oportet, quod se habeat in dispositione ad causam agentem, & ad effectum percipiendum. † Et ideo

S. Thom.

4 indispositio voluntatis, quæ effectum vltimum baptismi impedit est duplex, vna secundum ordinem ad ipsum sacramentum, alia secũdum ordinem ad effectum sacramẽti. Ad ipsum autem sacramentum cõtingit voluntatẽ esse indispositam dupliciter. vno modo per subtractionem necessarij. Alio modo per positionem contrarij. quia autem omnis actio est per cõtactum, ideo necessarium est, quod recipiens sacramentum quodammodo contingat ipsum per intellectum, quem quidem contactum facit fides, & per affectum, quem contactum facit deuotio, & ideo indispositus reputatur, & qui non credit, & qui indeuote acce-

5 dit. † Similiter autem duplex est contrarium, quod subtrahi oportet. vnum est ex parte eorum, quæ exterius aguntur, & sic indispositus est, qui aliter celebrat. Aliud est ex parte virtutis intrinsecæ, quæ secretius operatur salutem. & sic indispositus est, qui contemnit. Similiter est per cõparationem ad effectum baptismi. oportet. n. ꝙ disponat aliquis adhibẽdo necessarium. s. fidem, quæ cor purificat, & quod remoueat contrarium. s. peccatum per contritionem. & ideo Ambrosius dicit. ꝙ nõ sunt necessaria ex hac parte nisi fides, & contritio, cum contritio etiam in deuotione includatur. ¶ Secundo notandum, cum Durando in 4. ꝙ cum dicatur fictus aliquis, qui vnum prætendit ex

Durandus.

6 terius, & aliud intẽdit interius † dupliciter aliquis in hoc potest esse fictus. vno modo respectu susceptionis sacramenti, quia prætendit velle suscipere sacramentum, & tamen non intendit. Alio modo dicitur aliquis fictus respectu præparationis ad sacramentum, quia cum velit suscipere ipsum sacramentum ipso facto ostendit se dispositum, & præparatum, cum sit in proposito peccandi. Ista distinctione habita respondetur, quod, qui est fictus primo modo, nec suscipit sacramentem nec rem sacramenti, quod probatur sic iuxta Durandum. Sicut. n. ad sacramentum requitur intentio ministri ad conferendum, sic requiritur intentio suscipientis ipsum uel propria, si sit adultus, vel aliena, si sit per paruus, sed deficiente intentione ministri conferentis nullum est sacramentum, vt videtur inferius. ergo deficiente intentione recipientis nullum est sacramentum. recedente autem fictione nullus effectus sequitur, quia nihil prius fuit talis. ergo indiget rebaptizari, quia nunquam fuit baptizatus, quod verum est. dicit Petrus de palude si constaret, quia in foro exteriori non creditur secundo volenti baptizari. Nec absoluitur ab irregularitate secundo baptizatus, nec à morte Iudæus bis baptizatus, etiam si diceret prima vice se nõ fuisse baptizatum propter defectum intentionis, & ideo voluisse secundo baptizari. Loquendo autem de ficto secundo modo respondetur, quod taliter fictus bene suscipit sacramentum non effectum sacramenti, qui est res tantum. s. gratiam. pro quo notandum iuxta Sanctum Thom. in

Pet. de pa.

7 4. † ꝙ duplex est effectus baptismi. Primꝰ est, qui est res, & sacramentum. s. character, & quia character non imprimitur ad præparandum hominis voluntatem, & aliquid bene fiat, cum non sit habitus, sed potentia. ideo hunc effectum fictio secundo modo dicta non impedit dum tamen sit aliqualis voluntas suscipiendi sacramẽtum. Alius effectus est, qui est res, & non sacramentum. s. gratia, & q̃ ad ipsum sequuntur, vt virtutes, per quas hominis voluntas præparat, vt bene velit, & bene operet, & ad hunc effectum, vt dr Damascenus, Deus non cogat hominem ad iustitiam necessario requirit. vt homines voluntas amplectat, & baptismum, & effectum baptismi. hoc autem est cum à voluntate remota est omnis indispositio contraria gratiæ baptismali. quia cõtraria non se compatiuntur, vnde manente fictione in homine prædicta. baptismus non posset suum effectum in eo habere secundum illud sapientię 1. Spũs sanctus disciplinæ effugiet fictum, & hoc habet August. & habet infra e. di. c. quoniam. ¶ Ad rões. Ad primam dicendum, quod peccatum originale eo, ipso quod non est, voluntarium, voluntate huius personæ, habet, quod in voluntate in qua vltimus effectus baptismi efficit debet indispositionem aliquam non causat, & ideo effectum baptismi impedire non põt. ¶ Ad secundam dicẽdum, quod rõne voluntatis est, vt cogi non possit, & ideo non est similis rõ de indispositione volũtatis, & aliarum rerum naturalium, quæ per violentam actionem agentis dispositiones contrarias amittunt. ¶ Ad tertiam dicẽdum

S. Thom. — Ad primũ argu. — Ad secũdum

8 † quod baptizari in Christo potest intelligi dupliciter. vno modo in Christo. i. in Christi conformitate, & sic quicunque baptizarẽ in Christo conformati ei per fidem, & charitatem induunt Christum per gratiam. Alio modo dicunẽ aliqui baptizati in Christo, inquantum accipiunt Christi sacramentum, & sic omnes induunt Christum per configurationem characteris, non autem per conformitatem grãæ. ¶ Ad quartam dicendum, quod quando Deus volũtatem hominis de malo in bonum mutat, tunc homo nõ accedit

Ad tertium — Ad quartum

accedit fictus, sed non semper Deus hoc facit. nec ad hoc sacramentum ordinatur, vt de ficto fiat aliquis non fictus, sed vt non fictus aliquis accedens instificetur.

9 **Ad tertium** Sic proceditur.†Et videtur, quod iocylariter baptizatus non recipiat verum baptismum.¶ Primo ex textu præsentis capituli, vbi Augustinus dr. ꝙ si iocylariter ageretur implorandum esset diuinum auxilium. In quo videtur quasi tenere. quod nisi reuelatione diuina essem' aliter informati nihil actū esset.¶ Secundo sic. Intentio est de necessitate sacramenti. quia ea, quæ fiunt præter intentionem, sunt casualia. hoc autem non competit sacramentis, cum habeant determinatos effectus, & determinatas causas, ergo sequitur, si baptizatus sit quis iocylariter, quod baptismū non suscipiat. ¶ In oppositum est tex. §. ecce patet. vbi Alexander episcopus Alexandriæ statuit de quibusdam pueris ludo baptizatis ne rebaptizarentur.¶ Respondeo dicendum, quod cū ludus non semper excludat intentionem, sed compatitur. sicut patet velle aliquid dare ludicre potest esse duob. modis. vno modo velle ludere. ita quod nullo mō dare. Alio modo, quod velit ludere, & nihilominus vult dare. Et primo quidem modo excludit intentionem, & qui sic dat ludendo non dat. Secundo modo ponit intentionem dandi & vere dat. Sic in proposito intelligendum est. vnde ludus vt dr S. Thom. in 4. in fine 6. dist. aliquando excludit intentionem, aliquando non. cum. n. ludo fieri dicantur, quæ ꝑter intentionem alicuius vtilitatis fiunt. sed ad solam delectationem ludus baptizantium potest excludere intentionem respectu vtriusque effectus ablutionis. s. sacramenti collationis, & rei sacramenti, & tunc non intendit facere, quod facit ecclesia in collatione sacramenti. & ita talis ludus euacuat intentionem, quæ requiritur in sacramento, & per consequens nihil facit, vel potest excludere tantum secundum vtilitatem, siue secundum effectum, qui est res sacramenti, vt. s. de hoc velit ludum suum facere ex eo, qđ baptismi sacramentum conferat non propter sanctificationem eius, qui baptizandus est hoc faciens, & tunc manet intentio, quæ sufficit ad sacramentum conferendum. & hoc est, quod habetur 1. q. 1. §. Ecce, quod puer Athanasius ludo simulans se episcopum baptizabat quosdam. & iudicatum est ab episcopo Alexandro episcopo Alexādriæ, vt nō baptizarentur. quia inuentum est, ꝙ ipse habuit intētionem baptizandi. quod patuit ex hoc, quod non baptizabat nisi cathecuminos. Concordat in hac sententia cum S. Thom. Bonauentura, & etiam Hugu. in præsenti capitulo. ¶ Ad rationes Ad primam dicendum. quod Augustinus implorandum dr diuinum iudicium. quando est dubium vtrum ibi concurreret aliquo mō intētio baptizantis, vbi autem certum est in intentione baptizantis aliud est.¶ Ad secundam patet responsio ex dictis. Rō. n. procedit quando nulla intentio conferendi sacramentum fuit apud baptizantem. Lege.¶ [Probandum]. i. an probandum [an] ecce prima quæstio. [&]. i. solet quæri. hic est, secunda quæstio. [vtrum] id est nihil intersit [ergo animo]. s. cum simulatione repetit secundam quæstionem. vt supponat tertiā [in ea, quæ putař ecclesia] sicut est congregatio, & conuenticulus hæreticorum. Hugo. [præcedentibus necessarijs viris plenis meritorum] quasi dicat. sine præiudicio eorum, qui me per bona merita præcederent. [Nequaquam dubitarem. Soluit primam quæstionem] euangelicis consecratum id est, cum forma euangelica collatum [sine sua simulatione, & aliqua fide] scilicet generali intentione suscipiendi. quod etiam tradit [cum aliqua fide] id est, vera, vel interpretatiua, vel ecclesiæ, quia alias personalis non requiritur sicut nec baptizantis ad susceptionē sacramenti [quanquam ad salutem] hic ponit, quod fictio bene impedit effectum baptismi secundum, qui est gratia

10 siue salus animæ. [Si. n. habeam fidem]. i. ad Corin. 13. Sed quærit Ioannes in gloss.†Sed quomodo possum habere fidem, & non charitatem cum, qui habet vnam virtutem habet omnes. Respondeo non possum nisi miraculose. secundum quod etiam mali prophetant. Sed ista responsio est bene grossa. quia ad hoc, qđ fides possit esse sine charitate non est opus miraculo. Tum, quia, cum fides, vt dr glo. Mat. 1. generet spem, & spes, charitatem, & generans naturaliter sit prius generato, & possit esse sine eo, manifestū est, quod non est res supra naturam, aut solitum cursum naturæ. quod fides, & spes sint sine charitate. Tum secun-

quia si esset ita. vt gloss. dr. quoties aliquis fidelis per peccatum mortale charitatem perderet manente fide, fieret nouum miraculum à Deo. quod videtur valde inconueniēs. Quod vero dr, quod, qui habet vnam virtutē, habet omnes, non habet locum in fide informi. quæ non habet proprie rōnem virtutis. vt deducit Sanctus Thomas pulchre. in secunda secundæ q. 4. art. 5. [Nihil sine] gl. nihil prodest mihi ad vitam. Et si illa magna sint habent illa vtique mali. [Sicut iam] soluit secundam quæstionem. [Præteritis]. i.

11 antiquis [fallaciter] est ar.†quod simulatoriè fit, fit 1. q. 1. Sicut & 27. dist. quod interrogasti. [vbi autem] hanc tertiā quæstionem insolutam dimittit, sed bene alibi soluit eam videlicet lib. 7. de baptismo paruulorum. & alibi etiam de

12 terminata est. s. 1. q. 1. §. ecce. [Mimice]. i. iocylariter.†mimus. n. dr ioculator, & ꝓprie, qui motu corporis aliquid repræsentat. Hic Hu. mouet quæstionem, & satis diffuse ꝑtractat. vtrum ad collationem baptismi requiratur intentio baptizantis. Sed nos hanc disputabimus iterum infra e. d. st. circa capitulum non illud.



Stenditur. Sequit 5. pars huius, distinctionis ẽm Archid. In qua magister Gratianus ex authoritate B. Augu. ostēdit, quod baptizati in forma ecclesiæ ab hæreticis non sunt rebaptizādi. Et diuiditur hoc capitulum in duas partes. In prima rep-hēdit eos, qui rebaptizabāt baptizatos ab hæreticis in forma ecclesiæ. In secunda inducit rōnes ad hoc: secunda ibi, in quo. n. Et hæc diuidiť in tres partes secūdum tres rōnes, quas inducit. In prima arguit ex vnitate. in qua nobiscum adhuc conueniunt prædicti hæretici. Arguens, quod cum hæretici in forma ecclesiæ baptizantes adhuc secundum hoc nobiscum maneant eorum baptismus nobiscum est acceptandus. Secundo arguitur ex similitudine, quia sicut baptismus collatus eis, qui ab ecclesia recesserūt nō reprobatur ex hoc. quod recesserunt, quia quod receperunt nō amiserunt, ita baptismus collatus apud hæreticos debet, à nobis recipi cum in eadē forma detur, & non debet fieri aliqua iniuria sacramento. Tertio arguit deducendo ad inconueniens. Isti. n. qui reprobant, mouebanť hac consideratione, quia per primum baptismum non erant eis peccata dimissa. Et arguit Augu. quod hac rōne in ecclesia deberent rebaptizari, qui ficte accesserunt ad baptismum. sed hoc non fit. ergo nec aliud. secunda ibi, item sacramētum. tertia ibi, item si ad baptismum. Quia vero de baptismo hæreticorum, & aliorum, qui foris ecclesiam sunt, copiose superius disputatum est, supersedemus hic ab vlteriori disputatione, & transimus ad literæ expositionem. Le.¶ [Illos]. s. catholicos, qui recipiebant reuertentes ab hæreticis rebaptizabant, sicut etiam quidam hæretici rebaptizabāt baptizatos in ecclesia. vt Nouitani, & Donatistæ, vt 24. q. 3. quidam [orbis]. i. ecclesiæ per orbem diffusę 24. q. 1. loquitur. [vnitatem]. i. eos, qui baptizati sunt ab hæreticis in forma ecclesiæ. Hugu. quæ est hæc. Ego te baptizo in nomine patris, & filij & spūs sancti. [In quo] hæc est prima rō. sed nobiscum sunt in sacramentis, vel in sacramēto baptismi cum in eadem forma, qua in ecclesia baptizamus baptizent, videtur quod nec eorum baptismus sicut nec noster est reprobandus. [Item quod habet]. i. suscipit. secunda ratio. Sensus est. Baptizatus & ordinatus in ecclesiæ vnitate licet recedat ab vnitate ecclesię ad heresim, ergo acceptatur talis baptismus [a] per consequens acceptandus venit baptismus, quem talis dabit etiam ab ecclesia separatus. [Cum sacramentum] id est potestatem dandi baptismum [non amiserit] vnde rediens ad ecclesiam non ordinať. [Nonnulli. n. sacro] vt 1. q. 1. Sacramenta. ex. de apos. c. 2. Quod tamen fieret si baptizatus, vel ordinatus interim baptizareť, vel ordinareť. [Si discedit] alterum illorum sacramentorum Hugu. vtrunque discedit. vt 1. q. 1. ꝙ quidā [Item si ad baptismum.] secunda pars [fictus] id est indeuotus, siue cū ꝓposito peccādi. [Eligāť. s. illi qui rebaptizant baptizatos in hæresi ea consideratione, qa nō crdebant baptizare, nisi baptismus in eo consequeretur effectum. s. remissionem peccatorum [sufficit] ad concludēdum eis [quādo] qūo [stabit dicēs] sapiētię 1. [spūs disciplinæ]. i. spūs sanctus, q docet disciplinā, & scientiā. Io. 13. Ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quęcunque dixero vobis [fictum]. i. simulatorem, secundum illud Prouerb. 15. longe est Deus ab impijs. [In communicationibus] id est conuenticuli

Marginalia: Primum ar. — Secundum argu. — Opponit in cōtrarium. — Respondet. — S. Thom. Bonauent. — Ad primum argu. — Ad scđm. — Exponit literam. — Respondet Cōtra Ioā. — S. Thomas. — Diuisio. — Exponit literam. — Hugu. — [a] ¶ Talis baptismus. Et q d si baptizādus pœnitētia ductus recusat baptizari, an possit ad hoc cogi. vide per Per. de An in c. de bitum. nu 9. de bap.

uenticulis[eadem]qua in ecclesia catholica datur,id est ce lebratur eadem forma[sacrilegio].i.sacræ legis dispositio-ne facit infra e.di.nullus autem & c.tunc valere.

2 *Intentio requiritur esse duplex in ministro.*
3 *Instrumentum est duplex.*
5 *Rectum quid dicatur.*
6 *Intentio baptizantis potest esse dupliciter.*



On illud. Hic incipit 6.pars huius di dinctionis secundum Archidiaconum.In quo magister Gratianus ex authoritate Beati August.lib.4.de vnico baptismo dicit.q͏̃,& si offerentes ad baptismum paruulo,non ea intentione offerant,vt regenerentur non minus tamen illi baptizantur, ostendens per hoc non requiri ad perceptionem effectus baptismi intentionem offerentium,& q͏̃ non impedit minus recta intentio ipsorum offerentium,nec etiam ministrorum.Breue est.non diuiditur.Pro ampliori intelligentia huius capituli,& præcedentium,& maxime capituli, solet.& multorum sequentium.Quæruntur duo.

1 ¶ Primum, vtrum ad baptismum requiratur intentio ministri.

4 ¶ Scd'm est, an requiratur recta intentio ipsius ministri.

1 Ad primum Sic ꝓcediur.†Et videtur,quod non requiratur intentio ipsius ministri.

Primum ar. ¶ Et primo sic ex textu præsentis capituli ibi. Non illud te &c.vbi videtur dicere Beatus Augusti.quod etiam sine intentione ministri baptismus habeat effectum suum.

Scd'm arg. ¶ Secundo intentio non requiritur ad opus,nisi in principali agente, qui præstituit finem, & per imperium suum alios mouet ad finem intentum à se, sed sacerdos baptizans non est principale agens, sed instrumentale, vt dictum est supra. ergo non requiritur eius intentio ad baptismum.

Tertium ar. ¶ Tertio sic, intentio hominis non est alicui certa nisi sibi, si ergo requiritur intentio ad baptismum non erit certum de aliquo, quod sit baptizatus, nisi apud Deum, qui baptizauit, & hoc est inconueniẽs,quod homo sit in tanto dubio salutis.

Quartũ ar. ¶ Quarto sic. Dicit August.accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum.duo ergo sunt necessaria tantum.s.verbum & elementum,& per consequens non requiritur intentio ministri.

Quartũ ar. ¶ Quinto baptismus est sacramentum fidei,nihilominus non requiritur fides baptizantis ad efficaciam sacramenti,ergo nec intentio cõsimili ratione.

Sextum ar. ¶ Sexto fides ecclesiæ potest supplere defectum fidei baptizantis,à simili videtur,quod intentio ecclesiæ potest supplere defectũ intentionis baptizantis.ergo sicut in baptismo non requiritur fides baptizantis sic nec intentio.

Opponit in cõtrarium. ¶ In oppositum arguitur sic.Ea,quæ fiunt præter intentionem sunt causalia. sed hoc sacramentum non competit cum habet determinatos effectus,& determnatas causas.ergo requiritur intẽtio in baptismo.& in alijs sacramẽtis.

Secũda op. ¶ Secundo sic.opera quæ fiunt à voluntate determinantur, & specificãtur in intentione.vnde Ambro.ait.quod effectus operi tuo nomẽ imponit.Et in glo.Matth.12.dicitur quantum intendis tãtum facis.sed baptizare est actus voluntatis.ergo requiritur in ipso intentio ex parte baptizantis.

Respondet. ¶ Respondeo dicendum,quod necessario in baptismo requiritur intentio baptizantis.Quæ conclusio duplici ratione monstratur.

S.Tho. Prima est S.Thom.in 4.& Durandi.videlicet,quod vnius effectus vna est causa per se.Si ex aliquibus pluribus causis vnus effectus procedat,quod illæ causæ sint aliquo modo factæ adinuicem vnitæ. Ad affectum autem sacramenti videmus multa concurrere.s.sacramẽtum, formam verborum,& materiam.Hæc autem non possunt colligari ad inuicem,vt sint vna causa,nisi per intentionem baptizantis, qui, scilicet formam ad materiam applicat. suum vero ministerium ad vtrunque, & totum hoc ad sacramenti collationem,& ideo necessario requiritur intentio ministri cum debita materia,& forma non solum ad effectum sacramenti consequendum, sed ad sacramenti perceptionem.

Bonauentu. ¶ Secunda ratio est Bonauenturæ, videlicet quod sacramentum non habet esse à natura,sed institutione. vnde si ante institutionem quis immersisset aliquẽ in aqua sub forma verborum.non esset sacr'm,sed sacramẽta

Hu. de sancto Victor. instituta sunt,vt fiant rationabiliter, & ita cũ intentione. vnde Hugo de S.Vic.Sacramenta Dei non sic sunt instituta,vt operandi nullam rationem admittant,vel tumultuosa quadam,& violenta,atque irrationabili pertinacia sine omni intentione,aut voluntate operantium ad effectum procedant.vide ergo,& considera,quia rationabile oportet esse opus ministrorum Dei,nec per solam formã præiudicare.vbi agendi intentio nulla est, verum ad sciẽdum

2 qualis intentio hic requiratur.Notandum † quod duplex requiritur esse intentio in ministro. vna tm̃ respectu ꝓlationis verborũ,alia respectu verborum, & respectu collationis sacri.Ita quod intendat conferre sacr'm. Tunc, vt

Durandus Pet.de pa. dicit dom.Duran.& dñs Pet.de palu. in 4.di.6.opinio fuit quorundam,q͏̃ ad baptismum sufficit prima intentio respectu prolationis verborum institutorum ab ecclesia absque hoc, quod minister à principio vel tunc intendat facere quod facit ecclesia.Rõ eorum est, quia cum incertum sit de alia intentione,si fuerit in ministro si illa requireret incertum esset,quando quis esset baptizatus. Sed hæc opinio est falsa,& ratio sua non militat,quod opinio illa falsa

Durandus sit,sic dominus Durãdus ꝓbat vbi supra quadrupliciter. ¶ Primo sic.quia hæc positio contradicit principali quæstioni, quæ dicit.q͏̃ intentio ministri requiritur ad baptismum,constat autem,quod intentio est actus interior, & mentalis,si ergo ille desit quanquam verba exteriora intentionem significantia proferantur, non est ibi intentio, sed proferunt verba,sicut à non intelligente,vt esset pica, vel sicut à mentiente si intelligat. ¶ Secundo quia magis requiritur ad sacramentum intentio mentalis conferentis,quam suscipientis.Nam in omni actione intẽdere magis attribuitur agenti,quam passo.sed ad sacramentum requiritur intentio suscipientis ipsum interpretatiua, si sit paruulus.propria si sit adultus, qui.n. nec simpl'r, nec conditionaliter vult baptizari,nihil recipit.vt extra de bap.& eius effica.c.maiores.ergo fortiori ratione requiritur mẽtis intentio ex parte baptizantis. ¶ Tertio,quia si sufficeret exterior verborũ expressio absque mẽtali intentione, tũc,q͏̃ baptizaretur sub præscripta forma verborũ ab illo, qui intendit solum iocum videtur esse baptizatus.hoc au-

Augustin. tem est falsum,vt patet per August.lib.7.de baptismo paruulorum.& habetur supra e.dist.c.solet. ¶ Quarto sic. q͏̃a sic actus exterius exprimitur in forma verborum baptismi,sicut exprimitur in forma verborum matrimonij. sed si deficiat interior consensus animorum,vel intentio,quãquam fiat exterius expressio verborum,non est matrimonium,vt habetur extra de spons.du. c. tuas dudum. ergo nec baptismus est,si desit interior intentio, quantuncunque fiat exterior expressio verborum.Ratio illorum non militat.Tum primo quia semper presupponendũ videtur, quod assit illa intentio ex quo actum exteriorem exercet, in quo profert verba,quæ intẽtionem exprimere videñt. Tum scd'o,quia si non intenderet nullũ est periculũ, quia

Bonauentu. sicut dicit Bonauẽtura si adultus est fides interior supplet vicem baptismi.Si paruulus pie credendum est,quod summus sacerdos suppleat.Cum enim,vt inquit Alexãder de

Alexander. halis virtus sua non sit alligata sacramentis,pie supponendum est, quod super abundantia liberalitatis, & gratiæ illius, & merito ecclesiæ in nullo negligentis aliud remedium adhibebit. Tum tertio quia dato, quod hoc non facit Deus in nullo præiudicatum est ecclesiæ, vel paruulo, inquit Alexander, quia sola gratia, & absque omni debito remittit Deus peccata quocunque modo vel remedio remittitantur. Præterea(vt idem Alexander d'r,) nec in hoc præiudicatur diuinæ misericordiæ, quia ex diuina prouidentia rationabiliter prouisum est, vt sine intẽtione(quæ est quasi vita operationis,& dux) ipsa operatio non habeat efficaciam.vnde cum diuina misericordia nõ debeat aliquid facere, quod sit in præiudiciũ prouidentię eius,magis consonum est,rationi,vt operatio baptizantis non sine intentione efficaciam habeat,quam sine. & si ex hoc immineat aliquod periculum paruulo,dominus vero Bonauentura d'r,quod etiam in hoc casu non supplendo iustè facit,& nos esse voluit incertos de salute ad deponẽdam superbiam,& excitandam diligentiam, vt attentius à personis dignioribus,& superioribus baptismi non à suspectis in fide requiramur.Credo tamen inquit,vel quod Deus reuelet,vel quod integre suppleat, nisi peccata nostra præpediant.Hoc igitur habendum est pro regula ad omnia sequentia ad omnium sacramentorum dispositio nem necessarium esse habere intentionem vel actu,vel habitu,

Ad primum arg. bitu, vel explicite, vel implicite. hæc dominus Bonauentura. ¶ Ad rationes principales. Ad primam respondeo vno modo, quod textus huius capituli non loquitur de baptizantibus, sed de offerentibus. ¶ Secundo dicitur, quod te. non dicit, quod non habeant intentionem, quod talis baptizetur, sed quod non habeant intentionem, vt regeneretur interius, quod pertinet ad rectitudinem intētionis, de

Ad scđm. qua in sequenti quæstione dicetur. ¶ Ad secundam respō detur, quod duplex est instrumentum. s. animatum, vt seruus, & inanimatum vt securis, vt dr̄ in 8. Ethicorum. in instrumento igitur inanimato non requiritur intentio propria, quia ipsa inclinatio instrumenti ad effectum principalis agentis locum intentionis supplet. sed in instrumento animato, quod non tātum agitur, sed aliquo modo agit vtpote per imperium agens, & non per impulsum motus requiritur intentio exequendi ministerium, ad quod

Ad tertium applicatum est. ¶ Ad tertiam data est respōsio cum respō deretur ratione opinionis dicentium, quod sola intentio vocalis expressionis verborum sufficiebat ad baptismum

ad quartum quæ parum ante confutata est. ¶ Ad quartam dicendum quod, vt dr̄ Gregorius. in moralibus non debet intentio verbi deseruire, sed verba intētioni. vnde dr̄ verbum accedere ad elementum, quando cum intentione profertur, &

ad quintum ibi intentio est coniungens verbum elemento. ¶ Ad quintam respondetur negando consequentiam, quia virtus sacramēti est à fide passionis Christi, sicut sæpe dictum est. Non autem à ministro, ideo defectus fidei in ministro nō impedit sacramentum, sed administratio sacramenti fit actione ministri, in qua rationibus suprapositis necessaria est intentio, si baptismus debeat habere effectum suum. vnde non requiritur fides in baptizante sicut intentio.

Ad sexcum. ¶ Ad sextam dicendum, quod non est simile de fide, & intentione. Tum ex dictis. Tum quia dr̄ Alexander de Halis

Ale. de Hal. infidelis per solam intentionem efficitur minister ecclesiæ. s. n. non intenderent facere, quod facit ecclesia, sed qđ facit hæresis, non esset minister ecclesiæ. vnde vt dicit Au-

Augu. gust. quando baptizat hæresis non baptizat vnde diuisa est ab ecclesia, sed vnde coniuncta. Coniuncta autem est per hoc, quod intendit ecclesia, & talis intentio supplet defectum fidei in eo, quia ex intentione est minister ecclesiæ, & nō aliter, & ex hoc est, ꝙ intentio ecclesię potest supplere, & supplet defectū fidei in illo, quia etiam si esset fides in ministro, & non intenderet nihil faceret, vt dictum est.

4 **Ad secundum** Sic pcedit. †Et videtur, quod intentio recta requiratur in mi-

Primum ar. nistro baptizante. ¶ Et primo sic, requiritur intentio faciens quod facit ecclesia. sed hoc intendere est rectæ inten-

Scđm arg. tionis, ergo ad baptismum requiritur recta intentio. ¶ Secundo sic, in omnibus ad' quæ requiritur intentio ita est, quod per prauam intentionem vitiantur. sed baptismus dummodo detur non esse prauus, vt in præcedenti capitulo habitum est, ergo videtur, quod praua intentio non pos-

Tertium ar. sit conferre baptismum. ¶ Tertio Lucæ 12. si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit, ergo si opus non potest esse tenebrosum, semper procedet ab

Quartū ar. oculo recto, ideo est recta intētione. ¶ Quarto sic. Minus malum est nihil intendere in operatione, quam malum finem intendere, ergo si baptismus non potest esse non existente intentione, ergo multo fortius existente peruersa

Opponit in cōtrarium. intentione. ¶ In oppositum est textus præsentis cap. secundo baptismus non impedit ex malitia ministri baptizantis

Respondet. sed peruersa intentione pertinet ad malitiam baptizantis. ergo talis intentio peruersa nō nocet baptizatis. ¶ Respō deo dicendum, quod licet requiratur intentio ad baptismum, sicut iam dictum est in præcedenti quæstione, non tamen requiritur rectitudo intentionis, nec ex parte baptizātis, nec offerentis, sicut patet ex cap. prælenti. Nec ex parte baptizati, qui forte quæstum intendit, vt Iudæi face-

S. Thomi re sunt reperti. Pro cuius cōclusionis pleniori notitia iux-

5 ta Sanctum Thomam. in 4. Notandum. †quod rectum est cuius medium non exit ab extremis. sacramentum autem baptismi est, quo mediante acquiritur effectus baptismi in anima baptizati. vnde tunc est recta intentio, quādo baptizans, seu baptizatus sacramentum ordinat ad effectum sacramenti, qui est salus, si ergo intentio assit in baptizante, quia intendit sacramentum conferre si desit rectitudo, quia ordinat sacramentum ad finem indebitum, nō propter hoc in recipiente impeditur perceptio sacramenti, quia ad hoc fertur intentio baptizantis, neque effectus sacramenti, quia mundatio interior à ministro non est, vnde eius intentio ad hoc nihil facit. Si autem in baptizato sit intentio percipiendi sacramentum, sed desit rectitudo intentionis, recipit quidem, quod intendit sacramentum, sed non rem sacramenti, quia obicem per prauam intentionem spiritui sancto ponit. Concordat magister Alexander, & dominus Bonauentura. dominus autem Durādus Alexander. Bonauent. Durandus

6 in 4. dist. 6 respondens huic quæstioni, distinguit, ita dicens. †quod intentio baptizantis potest esse dupliciter, vel respectu collationis sacramenti, vel respectu effectus sacramēti. Primo requiritur recta intentio ad hoc, quod sit verus baptismus, sicut patet ex præcedentibus. Sed secundo modo non requiritur ad veritatem sacramenti recta intentio ministri, cuius ratio est, quia prius non dependet à posterioribus, in his maxime, quæ sunt separabilia abinuicem, sed sacramentum baptismi, & collatio gratiæ quæ est eius effectus separantur abinuicem, ergo, quod respicit solum effectum non est necessarium ad sacramentum, sed recta intentio respectu sacramenti respicit solum effectū. ergo sine ipsa potest esse verum sacramentū, nec propter hoc impeditur effectus sacramenti, quia perfecta intentio pertinet ad personalem malitiam ministri, quæ nō obest baptizato. ¶ Ad rationes dicendum. Ad primam, quod Ad primum argu. quamuis ad sacramentum requiratur intentio faciendi, ꝙ facit ecclesia. non tamen requiritur quasi de necessitate sacramenti existens facere, quod facit ecclesia propter hoc, propter quod facit ecclesia, & in hoc cōsistit rectitudo intentionis. ¶ Ad secundam dicendum, quod baptismus nō Ad scđm habet bonitatē ex ministro, sicut alia operatio voluntaria habet bonitatem ex operante, & ideo nō est simile. ¶ Ad tertiam respondetur, quod authoritas intelligitur de opere, quod habet efficaciam ab ipso operante, tale opus non Ad tertium est baptismus. ¶ Ad quartam dicendum, quod ratio non ad quartum procedit, quia defectus intentionis nō impedit sacrm̄ pp culpā, sed pp illius actus necessariam exigentiam, & ideo maius malum esset non intendere, quia hoc tolleret omnem effectum baptismi. i. tam veritatem sacramēti, quam effectum eius, sed si non recte intendat licet peccet, nō recte intendendo, dum tamen intendat dare sacramentum non nocet baptizato. Est verum, quod si baptizandus non recte intendat sacramentum sumit, sed non eius efficaciā

Lege. ¶ [Fide]. i. intentione. Contra hoc non est, quod di- Exponit literam. ctum est supra in capitulo solet. e. di. duplici ratione assignata in responsione ad primum argumentum.



Baptismi. Sequitur septima pars huius distinctionis, in qua docet de supplentibus vicem beptismi. Et diuiditur Diuisio hoc capitulum in tres partes. In prima parte ponit duo supplentia baptismum, videlicet martyrium, & cordis contritionem in necessitate, vbi videlicet non religionis contemptus, sed necessitatis articulus baptismum excludit. In secunda parte comparat adultos non baptizatos, sed baptizari cupientes, & paruulos baptizatos nōdum credere valentes, & sic descendentes adinuicem siue inter se ostendens ita deum ex sua benignitate vtrisque opitulari, quod nihil illis nocet, quod non possunt baptizari propter necessitatem, nec istis, quod non possunt credere propter ætatem, in illis. n. supplet, quod faceret baptismus, ī istis, quod faceret fides. In tertia elicit ita distincta esse ista duo. s. sacramentum baptismi, & conuersationis cordis, ꝙ vnū possit esse sine alio, & tamen ex vtrisque possit salus haberi. secūda ibi, & sicut. tertia ibi, item quibus. Pro pleniori intelligentia præsentis capituli quæruntur duo.

1 ¶ Primum, vtrum præter baptismum fluminis debeant esse alia baptismata.

2 ¶ Scđm est, vtrum baptismus flaminis siue pœnitentiæ, & baptismus sanguinis suppleant vices baptismi fluminis.

1 **Ad primum** Sic proceditur. † Et videtur, quod non debeant distingui alia baptisma- Primum ar. ta præter baptismata aquæ siue fluminis. ¶ Et primo sic. In omnibus, quæ sunt eiusdem speciei, est vnus modus generationis, sed baptismus est regeneratio in vitam spiritualem, quæ est vnius rationis in omnibus generatis, ergo non debet esse regeneratio, nisi vnius modi, & ita tantum baptismus fluminis. ¶ Secundo sic. baptismus condiuiditur Scđum arg contra alia sacramenta nouæ legis, sed alia sacramenta nō multiplicantur.

multiplicantur. Nō.n. sunt plures confirmationes nec plura sacerdotalia, & sic de alijs, ergo etiam præter baptismū fluminis non debet esse aliud baptisma. ¶ Tertio sic. Sacramentum est genus baptismi, sed alia, quæ dicuntur baptismata non sunt sacramenta, quia non seruatur debita forma & materia, ergo non sunt baptismata. ¶ In oppositum est textus præsentis capituli, vbi innuitur diuisio baptismatis fluminis, flaminis, & sanguinis. ¶ Secundo est ad idē Damas. qui distinguit bene nouem genera baptismatum. 4. libro senten tiarum suarum. Item glo. ad Hæb. 6. super illud baptismatum doctrinæ ita dr̄ pluraliter, dr̄ baptismatum, quia est baptismus aquæ, baptismus pœnitentiæ, & baptismus flaminis. ¶ Respondeo iuxta Sanctum Thomam, & Durandum loquēdo proprie, & singulariter de baptismo solus est, vnus baptismus, qui fit in aqua cum determinata verborum forma, & est sacramētum, de quo dr̄ apostolus ad Ephe. 4. vnus Deus, vna fides, vnum baptisma. Alia autem non dicuntur baptismata simpliciter, & proprie, sed per quēdam ordinem siue attributionem, ad baptismum aquæ. Et ponit exemplum dominus Durandus de vrina, de medicina, & de dieta, quæ dicuntur sana per attributionem ad sanitatem animalis, quia vrina est signum sanitatis. Medicina efficiens, dieta conseruans, & per hunc modum aliquid dr̄ baptismus tripliciter. Primo quidem inquantum est signum huius baptismi, & sic diluuium dr̄ baptismus inquantum significat nostrum baptismum, quantum ad saluationem præfiguratam in saluatione humani generis, tunc facta in arca, vt dr̄ 1. Pet. 4. & Gene. 7. Itē transitus mari rubri, qui significat baptismum nostrum, quantum ad liberationem à dæmonum seruitute, siue peccati, vt dr̄ 1. Cor. 4. patres nostri in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari. Similiter ablutiones quædā veteris legis baptismata hoc modo dici possunt, vt aqua lustrationis, quæ erat facta de cineribus vitulæ ruffæ, & quædam similia, q̄ significabant nostrum baptismum, quantum ad purgationem peccatorum, quæ in baptismo fit. Alio mō dr̄ baptisma, quasi causa aliquo mō nostri baptismi, & sic baptismus Ioannis dr̄ baptismus, qa fuit dispō præparās ad baptismū nostrum, & baptismus Christi, quo Christus baptizatus est, vt dans efficaciam nostro baptismo. quarto dr̄ baptismus secundum proportionem ad effectum veri baptismi, & sic dr̄ baptismus pœnitentiæ, & baptismum sanguinis, vel quantum ad effectum secundarium, quæ est consumatio in bono, & sic dr̄ baptismus spūs, de quo dr̄ actuum primo. vos autem baptizabimini spū sancto non post multos hos dies. Hæc sunt nouem baptismata, quæ ponit Damasc. de quibus communiter doctores raro loquuntur præter Damascen. sed de tribus tantum. s. fluminis, flaminis, & sanguinis est communis sermo, & de quibus magister Senten. in 4. d. 4. & magister Grat. in hoc cap. agit. Pro quorum distinctione plenius intelligenda notandum iuxta S. Tho. in 3. parte, quod sicut supra dictum est baptismus aquæ efficaciam habet à passione Christi, cui aliquid cōfiguratur per baptismum, & vlterius sicut à prima causa à spū sancto licet autem effectus dependeat à prima causa, ea tamen superexcedit effectum, nec dependet ab effectu, & ideo præter baptismum aquæ potest aliquis consequi sacramenti effectum ex passione Christi inquantum quis ei conformatur pro Christo patiendo. vnde dr̄ Apoca. 7. hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerūt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Eadem etiam ratione aliquis per virtutem spūs sancti consequitur effectum baptismi nō solum sine baptismo aquæ sed etiam sine baptismo sanguinis inquātum. s. alicuius cor per spūm sanctum mouetur ad credendum, & diligendum Deum, & pœnitē dum de peccatis, vnde etiam dr̄ baptismus pœnitentiæ, & de hoc dr̄ Esa. 4. si abluerit dominus sordes filiorum Sion, & sanguinem Hierusalem lauerit de medio eius in spū iudicij, & spū ardoris. sic igitur vtrunque horum baptismatum nominatur baptismus inquantum supplet vicem baptismi secundum quod August. in præsenti capitulo loquitur. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum, quod baptismus sanguinis, & baptismus pœnitentiæ habent vim eandem regenerādi cum baptismo aquæ, quia baptismus sanguinis, & baptismus pœnitentiæ non valēt ad regenerationem nisi ei, qui habet baptismum aquæ in proposito, quādo. s. articulus necessitatis non contemptus religionis sacramentum excludit, vt in litera dr̄, & sic quodam modo agit in vim baptismus aquæ. ¶ Ad secundum dicendum, quod alia sacramenta non sunt tantæ necessitatis sicut baptismus, ideo non oportuit, vt haberent aliqua supplētia cum articulus necessitatis sacramētum excludat. ¶ Ad tertiam respond. quod prædicta duo baptismata, quia nō cōueniunt cum baptismi sacramento significādo, sed solum causando non proprie possunt dici sacramentum, propter quod dr̄, q̄ per talia baptismata res suscipitur sacramenti sine sacramento. vt dicit S. Tho. in quarto.

Tertium ar.; Opponit in cōtrarium: secūda op.; Respondet. S. Thom. Durandus.; S. Thom.; Ad primum argu.; Ad secun.; Ad tertiu.

2 Ad secundum Sic proceditur. † Et videtur, q̄d baptismus pœnitentiæ non suppleat vicem baptismi aquæ nec etiam baptismus sanguinis. ¶ Et primo de baptismo pœnitentiæ probatur sic. character. n baptismalis dr̄ de pertinentibus ad salutem, eo q̄ per ipsum distinguitur populus Dei à nō populo Dei, sed per baptismum pœnitentiæ non imprimitur character, ergo non sufficit ad salutem. ¶ Secūdo sic. posita causa sufficienti superfluum videtur aliam causam addere. si ergo pœnitentię baptismus ad salutem sufficeret necessitate imminente, tunc aliquis necessitatis articulum euadens non deberet baptismo aquæ baptizari quod falsum est. ¶ Tertio sic. ætas puerilis magis est ad misericordiam inclinans quam ætas perfecta, vt patet ex glo. ad Rom. 5. super illo vix pro iusto quis moritur &c. Sed pueris non remittitur peccatum originale, pro sola fide, & contritione aliorum nisi baptismus aquæ eis adhibeatur. ergo videtur, q̄d nec adultis remittitur originale, & actuale simul sine baptismo aquę. ¶ Præterea, quod baptismus sanguinis non suppleat vicē baptismi aquæ arguitur sic, quarto loco. baptismus. n. aquæ habet efficaciam ex opere operato, baptismus autem sanguinis solum ex opere operante. vnde sine charitate nō prodest, vt dr̄ 1. ad Cor. 13. sed in pueris nihil habet efficaciam ex opere operante, quia vsum liberi arbitrij non habent, ergo in eis baptismus sanguinis non supplet vicem baptismi aquæ. ¶ Quinto sic. In baptismo sanguinis non est nisi pœna & causa, sed pœna non est quandoque proportionata ad tollēdam tantam pœnam debitam pro peccatis, nec etiam deuotio ad causam passionis, cum quis pro Deo patitur, ad hoc sufficeret, ergo baptismus sanguinis non semper totam pœnam debitam pro peccatis tollit, & ita nō supplet in oībus vicem baptismi aquæ. ¶ Sexto sic. alia multa sunt genera superogationum, sicut virginitas, cui et̄ debetur aureola, & doctrina, & huiusmodi. sed hæc non supplent vicem baptismi. ergo nec martyrium, vt videtur. ¶ In oppositum omnium est tex. capi. præsentis. ¶ Respondeo dicendum primo, quod baptismus pœnitentiæ, & baptismus sanguinis supplent vicem baptismi fluminis. hæc conclusio quo ad primam partem in qua dicit, quod baptismus pœnitentiæ potest supplere vicem baptismi fluminis. probatur sic. Salus hoīs cum sit de maximis bonis non potest hoī inuite auferri. sed in potestate hoīs est impedire alium ne baptizetur baptismo aquæ, ergo sine baptismo aquæ per solam fidem, & contritionem potest esse salus. quo ad secundam partem in qua dr̄, q̄d baptismus sanguinis supplet vicem baptismi fluminis, probatur sic, rōne. baptismus aquæ efficaciam habet à passione Christi, cui nos cōformat, sed silr̄ baptismus sanguinis passioni Christi nos cōformat. ergo supplet vicem baptismi. sed in quo supplent. notādum est iuxta dominum Durand. in 4. dist. 4. quod in illo solo supplent vicem baptismi fluminis, qui est verus, & simpl̄r baptismus in quo nomen, & rationem participant baptismi, sed baptismus flaminis, & sanguinis participant nomen baptismi, non inquantum est sacramentum, sed inquantum habent similes effectus in ablutione culpæ, & remissione pœnæ, quia sicut effectus baptismi aquæ est mundatio culpæ, & ablutio pœnæ, sic per pn̄iam & martyrium remittitur culpa, & pœna simpl̄r, vel in parte. simpl̄r, vt in martyrio, in parte in pn̄ia, quando susceptionem baptismi excludit non contemptus religionis. sed articulus necessitatis. non ergo supplent vicem baptismi, quantum ad aliquod sacramentale, vtputa ad impressionem characteris, & huiusmodi. sed quantum ad effectus prædictos. & quia baptismus est sacramentum necessitatis, vt habeatur in voto, quo ad omnes, & vt suscipiatur in actu quando articulus necessitatis susceptionem non impedit, ideo baptizatus baptismo flaminis adhuc tenetur baptizari baptismo fluminis, non pp̄ remedium, quo non indiget. sed pp̄ pceptum diuinum

Primum ar.; Scd̄m argu.; Tertium ar.; Quartū ar.; Quintū ar.; Sextum ar.; Opponit & Respondet

uinum,& vt suppleatur in eo qꝫ sacramentale est in collatione characteris.vnde Ioan.Baptista,quamuis esset sanc. dr̃ Mat.3.Ego à te debeo baptizari.& Cornelio iustificato dr̃ angelus Act.4.de Petro,qui eum debebat baptizare.hic dicet tibi,qd te oporteat facere.¶Ad rõnes.Ad primã dicẽdum,quod eadem rõ est de charactere,& de ablutione exteriori,quia neutrum simpliciter est necessarium ad salutem.sed in casu sufficit propositum sufficiẽdi baptismum quia articulus necessitatis sacramentum excludit.& ideo per pœnitentiam quanquam non imprimatur character confertur effectus baptismi,sicut dictũ est in casu necessitatis.¶Ad secundam dicendum,quod rõ illa procederet,si baptismus pœnitentiæ esset simpliciter,& absolute ad salutem sufficiens.¶Ad tertiam respondetur negando consequentiam,quia quamuis puerorum ætas,sit magis miserabilis,tamen si saluari debeant oportet,quod in eis aliqua causa salutis sit,& quia per proprium motum liberi arbitrij saluari non possunt oportet,quod per sacramentum baptismi saluentur,plus.n.valet adulto fides propria,quã pueris fides aliena,quod aliquando fides aliena pueris ad salutem sufficiebat cum aliqua protestatione,hoc erat in quantum illa protestatio habebat vim sacramenti,quam nunc habet baptismus aquæ.¶Ad quartam dicendum,qđ baptismus sanguinis non habet hoc tantum ex opere operante,nec quantum ad pęnam,qua aliquis martyrium cõplet,quam contingit,non esse sufficientem,ad satisfaciendum pro peccato,nec quantum ad deuotionem iustæ voluntatis,quia contingit,quod voluntate maiori charitate informata aliquis sine martyrio non potest ab oĩ pœna liberari,sed habet hoc ex imitatione passionis Christi,vnde de martyribus dr̃ Apocal.5.lauerunt stolas suas in sanguine agni.& ideo non pueris quamuis vsum liberi arbitrij non habeant si occidentur pro Christo in suo sanguine baptizati saluantur sicut de sanctis Innocentibus habemus.¶Ad quintam dicendum,quod quamuis illa pœna in se considerata non esset sufficiens ad liberandũ ab omni pœna peccati,tamen relata ad causam passionis accipit efficaciam à passione Christi,cui aliquis per talem pœnã conformatur,& ex hoc ab oĩ pœna absolui potest.¶Ad sextam dicendum,quod in alijs superogationis,vel perfectionis operibus,vel statibus non est ita expressa conformitas ad passionem Christi sicut in baptismo sanguinis,nec ẽt in baptismo pœnitentiæ,& ideo non oportet,quod in eis oĩs pœna dimittatur,cum in vitas patrum dicatur,quod qdam patrum dr̃ eãdem grãm descendere sup eum qui habitum religionis assumit,& sup eum,q baptizatur,sed hoc non est,qa talis à satisfactione absoluatur.sed qa eoipso,quod suam voluntatem etiam in seruitutem redegit pp Deum plenarie,iam pro oĩ peccato satisfecit,quã cariorem habet oĩbus rebus mundi de quibus,tãtum posset dare,quod eleemosinis oĩa peccata redimeret,& quãtum ad pœnam.Lege textum.¶[In paradiso] Matthæ.23. Non accipitur hic paradisus ꝓ horto delitiarum,siue voluptatis,vnde expulsus est Adam.nec pro cœlo empyreo,vnde cecidit Lucifer cum pluribus suis socijs,sed ꝓ fruitione beata,quam habuerunt sancti patres,q erant in limbo in morte Christi statim cum eius anima descendit ad eos,& eadem die illuc descendit anima huius latronis facta particeps beatæ fruitionis,vt dr̃ Nicolaus de lyra supra Lucam.[fidem conuersionemque.]ecce dr̃ baptismũ pœnitentiæ vicẽ supplere baptismi aquæ in articulo tñ necessitatis[nec.n. latro ꝓnomine Christi crucifixus.]¶Sed contra de pnĩa importuna dr̃,quod Christus in latrone homicidij pœnam facit esse martyrium,& hic innuitur contrarium,ex quo non ꝓ Chr̃i nomine,sed pro suis facinoribus sit crucifixus.¶Respondetur,vt dr̃ Hugu hic,qđ non dr̃ ꝓprie martyr,nec pœna eius martyrium in rei veritate,sed dr̃ martyrium pp similitudinem facti,vel rõne confessionis in patibulo habitæ,sicut.n.martyr,sic latro inter pœnas Christum confiteri,non timuit,vel rõne æterni præmij,quod quasi martyr Christum confitendo recepit,per fidem.n.& patientiam quam tunc habuit fuit dignus æterno præmio,sicut & martyr.S.vero Tho.in 4. in fi.4.d.dr̃ ad hoc in expositione literæ,quod latro habuit aliqd de martyrio.s.pœnã,& iustam voluntatem,& aliqd defuit ad martyrium.s.causa,sicut & in Innocentibus defuit iusta voluntas,sed fuit pœna,& causa,& conformiter dr̃ dominus Bonauentura.August.autem in hoc ca. negat

Ad primum argu.

Ad scđm

Ad tertium

ad quartum

ad quintum

Ad sextum.

Exponit literam.

Ni.de lyr.

Opponit in cõtrarium.

Respondet.

S. Thomi

in eo fuisse iustam causam pœnæ,cum dr̃.non pro Christi nomine,sed pro sui facinoribus,& hoc est,quod dr̃ apostolus ad Rom.10.[corde creditur ad iustitiam].i.per fidem cordis iustificatur aliqs,& de impio fit pius[opere].i.post cordis fidem.aliter.n.non valet[confessio]nõ modo fit ad iustitiam.sed etiam ad salutem vitæ æternæ consequendã [adimpletur].i.interior ablutio[alienum opus fuit].s.Adę [in alterum]id est per alterum.s.per Adam in quo omnes peccauerunt,ad Rom.3.[per pietatem].s.fidei,& deuotionis desiderium affuit,& ita econuerso in paruulis,vnde sequitur[sicut,& ipsa] s.ablutio exterior,alia litera habet[ipse],& videtur melior.[ipse]id est,baptismus[præsto est].i. actualiter suscipitur[perfecta salus est].i.habetur ꝑ baptismum à paruulis[licet per pietatem desijt].i. licet fides siue deuotio voluntatis illis desijt.[quod].i.baptisma[latroni defuit perficitur salus quod traditum].i.approbatũ[mysticis vocibus].i. obscuris,siue occultis,siue intelligibilibus,quia in ista ætate paruuli non possunt formare voces significatiuas.[obstrepunt].i.repugnant,vel contradicunt. Hug.& gl.dicunt[misticis].i.significantibus miserias præsentis vitæ,quam ingrediuntur,sed hoc licet videatur facere ad voces,quas paruuli emittunt in ortu natiuitatis,secundum illud Sapien.7.primam vocem similem omnibus emisi plorans,non tamen videtur facere ad propositum baptismati in quo regenerantur ad vitam[item ex omnibus]tertia pars[illud].s.baptismus aquę[sine isto].s.fide siue motu proprię voluntatis[& istud].s.fides siue cõuersio cordis[sine illo].s.baptismo actualiter suscepto,sed non tamen contempto[nec vllo]assignatur ratio huius,quia nõ est dicenda ad Deum conuersio cum Dei sacramentum contemnitur.notat hic.Hugu.& Arch. quod quidem dicunt.hoc quod dr̃ hic August.videlicet per passionem suppleri vicem baptismi iam fuisse retractatum per eundem August.sed hoc non est verum.bene quidem legitur retractasse exemplum quod posuit de latrone,sed non sententiam sicut dicit Hugut.& bene.vnde Augusti. quarto libro de baptismo ita ait.cum dicerem vicem baptismi posse habere passionem non satis idoneum posui illius latronis exemplum,quia vtrum fuerit baptizatus incertum est.ecce quod manifeste retractauit tantum exemplum de latrone,quia forte erat baptizatus,& ideo non congruebat exemplum illius ad ostendendum,quod passio,vel cõtritio suppleant vicem baptismi,sed non retractauit sententiam videlicet,quod passio,& contritio suppleant vicem baptismi.

Hugu. Arch.



I quidquid. Sequitur secundum capitulum eiusdem partis,in quo August.arguit contra Iulianum hæreticum dicentem quidquid est in homine baptizari cum hoĩe,& ita puerum baptizari in vtero matris si cõtingeret matrem grauidam illo iam viuo baptizari.ducit autem eum August.ad multa inconuenientia,si hoc concedatur,secũdum quæ diuiditur hoc c.in tres partes.Primum est,quia sequeretur quod vesica,& indigestiones baptizari dicenda essent,quod vr̃ inconueniẽs.secundum quod homo baptizaretur in matris vtero.quod esse non potest prout dr̃ infra e.d.si ad matris.& duobus c.sequentibus.tertium est inconueniens,quia dato illo fundamento necessario dicturus est etiam febres,quæ sunt in hoĩe baptizari,& sanctificari.secunda ibi,dicturus est.tertia ibi,postremo.omnia plana sunt,& etiam litera plana est.

Diuisio.



Anctum est. Istud est tertium capitulum eiusdem partis,in quo ostendit magister Grati.ex authoritate B.August.in epistola ad Fortunatum,quod baptisma à quocunque detr̃ in forma ecclesiastica etiam si per laicos ministretr̃ sanctum est,& efficax nisi malitia suscipientis impediat.Et diuidit hoc capitulum in tres partes.In prima facit,quod dictum est.In secunda ostendit exemplo quodam,quod in necessitatis articulo ẽt per laicos dispensari possit baptismus.In tertia contra negantes ita factum esse arguit,ita ẽt faciendũ esse si talis casus contingeret.secunda ibi,nam cum illa historia.3.ibi,quid si forte.verum quia de ista materia habitum est supra & disputatum circa cap. in necessitate transimus ad literam.Leg.¶[Per seipsum].s.ex opere operante siue ex merito conferentis,& ideo à quocunque detr̃

Diuisio.

ecclesiæ forma seruata habet effectum, cum non sit impedimentũ ex parte suscipientis [authoritas]. i. potestas [ad apostolos] per illud Mat. vlt. euntes baptizãtes omnes gẽtes in nomine patris, & filij, & spũs sancti [& laicos] con-
Opponit & Respondet. tra supra e. c. constat. e. d. & 1. q. 1. quod quidam responde tur quod ibi dicit, quod solis sacerdotibus tradita est potestas, vt ex officio baptizẽt, aliis autem tradita est dispensatio, vt subueniatur in articulo necessitatis, vel solis sacerdotibus tradita est hec potestas, secundum cõgruentiam. omnibus autem alijs scientibus, & valentibus exequi pro tempore necessitatis quidem dicimus, non quod extra necessitatis articulum laicus baptizans sacramentum nõ cõferat imo confert. nec rebaptizandus est ille, qui sic baptizatus est à laico. sed quia extra articulum baptizare nõ debet, & baptizans peccat [christianos] non negat, quin paganus in necessitatis articulo baptizare posset, vt in c. Roma. supra e. di. sed quia in necessitatis articulo primo recurrendum est ad christianos [eadem origine ac stirpe]. i. doctrina, & religione ad hos prius recurrendum est in tali casu [posset] ita conuenienter, quia primo erat recurrendum ad christianum, alias bene ab alijs recipere poterat vt dictum est [pœnitentiam] declarat quare vocauerat illum pœnitentem, quia. s. pro peccato forte aliquo graui commisso post susceptum baptisma agebat pœnitentiam publicam. Iste. n. licet se in omnibus peccatis inuoluẽdo amisisset sanctitatem, non tamen sacramentum, quod susceperat [vt eum reconciliaret] not. quod nõ videtur verum dicere glo. in hoc loco quod laicus habet potestatem recon
Cõtra glo. ciliandi siue absoluendi in foro conscientiæ in necessitate quia in nullo casu laicus habet claues ecclesiæ, quæ solis presbyteris, siue sacerdotibus sunt. vt habetur de peni. di. 1. §. quem pœnitet, vnde ista reconciliatio non est intelligenda sacramentalis ex parte ipsius, cui fiebat confessio, cũ solus sacerdos in foro conscientiæ sacramentaliter absol
S. Thom. uere possit. sed, vt dicit S. Tho. in 4. d. 17. in tali casu faciente pœnitentiã, quod in se est intelligitur summus sacerdos supplere. vnde si talis periculum euaserit, tenetur sacerdoti confiteri iterum absoluendus, quod non est de baptismo per laicum [relinquendum] & non baptizandum. Reliqua sunt clara & meo iudicio clariora quam gl.

2 *Passio Christi qualiter operetur in baptismo.*
4 *Opera, quæ de genere suo bona possunt stare sine charitate.*
5 *Virtutes qualiter sint apud infideles.*
6 *Martyrium quare dicatur sacramentum.*
7 *Baptismi sanguinis excellentia ponitur in sex.*



Diuisio. **CAthecuminum.** Sequitur quartũ capitulum eiusdẽ partis. Et diuiditur in duas partes. In prima parte magister Gratianus ostendit, quod si cathecumin⁹ moriatur nõ saluatur nisi martyrium, vel fides in eo suppleat vicem baptismi, iuxta capitulũ supra positum baptismi vicem. in secũda ponit comparationem inter cathecuminum ad baptismum accedentem, & inter eum, qui martyrio est deputatus, & prefert martyrem cathecumino baptizato, secunda ibi, baptizatus. Pro pleniori intelligentia huius capit. quo ad secundam partem. quia prima non indiget disputatione iuxta illud Ioan. 3. nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto non potest introire in regnum Dei, quærun tur duo.

1 ¶ Primo, vtrum baptismus sanguinis sit potior inter omnia baptismata.

3 ¶ Secundo quæritur, cum multa sint genera martyriorũ quare martyriũ magis vocatur baptismus sanguinis, quã baptismus ignis, vel ligni, vel alicuius alterius elemẽti, vel elementati.

Primum ar. 1 **Ad primum** Sic proceditur. † Et videtur, quod baptismus aquæ sit potior. ¶ Et primo sic. baptismus aquæ tribuit charactere. hoc autem nõ facit baptismus sanguinis, ergo baptismus sanguinis nõ
Scđm arg. est potior baptismo aquæ, sed econuerso. ¶ Secundo sic. baptismus sanguinis non valet sine baptismo flaminis, qui est per charitatem. dicitur. n. 1. ad Corint. 13. si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. sed baptismus flaminis valet sine baptismo sanguinis, non enim soli martyres saluãtur. ergo baptismus sanguinis non est potior. ¶ Tertio sic, ba Tertium
ptismus sanguinis habet efficaciam ex opere operante illius, qui patitur. baptismus autem aquæ ex passione Christi fit efficacior, quam opus operans alicuius puri hominis baptismus aquæ nobilior erit, quam baptismus sanguinis. Quartũ
¶ Quarto sic. per baptismum aquæ datur hoĩ gratia, per quam debetur ei aurea. sed per baptismum sanguinis debetur homini aureola, ergo cum aurea sit nobilior quam aureola, baptismus aquæ erit nobilior, quam baptismus san Opponit & Respondet.
guinis. ¶ In oppositum est textus cap. præsentis. ¶ Respondeo dicẽdum quod simpliciter, & absolute baptismus sanguinis est potior inter omnia alia baptismata. quod probatur per illud quod dicitur Iudi. 6. tolle vitulum &c. baptismus sanguinis puriores reddit, quam baptismus aquæ. ¶ Secundo sic. in baptismo sanguinis amplior est imitatio, & plenior professio passionis Christi, quam in baptismo aquæ quia ibi est ꝓfessio verbo, & signo sine actu. hic vero verbo, & signo, & actione, & passione, sicut deducit pulchre Augu. in hoc c. sed vbi est amplior, & plenior imitatio & professio passionis Xpi, ibi est plenior virtus eius à qua omnia sacramẽta habent efficaciam, ergo &c. ¶ Tertio secundum Sanctum Thomam in 3. parte. baptismus a- S. Tho.
quæ efficaciam habet à passione Christi, & à spiritu sancto, quæ quidem duæ causæ operantur in quolibet horum triũ baptismatum. sed excellentius operantur in baptismo
2 sanguinis. nã passio Christi operatur in baptismo per quã dam figuralem repræsentationem. in baptismo autem flaminis, vel pœnitentiæ per quandam affectionem. sed in baptismo sanguinis per quandam imitationem operis, similiter & virtus spũs sancti operatur in ablutione aquæ per quandam virtutem latentem. in baptismo autem pœnitentiæ, per quandam cordis commotionem. sed in baptismo sanguinis per potissimum dilectionis, & affectionis feruorem, secundum illud Ioan. 15. maiorem charitatem nemo habet vt animam suam ponat quis pro amicis suis. ergo baptismus sanguinis potior est absolute inter alia baptismata. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum negando consequentiam quia character est res, & sacramen Ad primum arg.
tum. non autem dicimus, quod baptismus sanguinis præeminentiam habeat secundum rationem sacramenti, sed quantum ad sacramenti effectum. ¶ Ad secundam dicen Ad scđu.
dum, ꝙ effusio sanguinis non habet rõnem baptismi, si fit sine charitate. ex quo patet ꝙ baptismus sanguinis includit baptismum flaminis, & non econuerso. vnde ex hoc ꝓbatur perfectior. ¶ Ad tertiam dicendum negando, ꝙ ba Ad tertium
ptismus sanguinis solum habet efficaciam ex opere operãte illius, qui patitur. vnde dicimus quod baptismus sanguinis habet et efficaciam ex passione Christi, cui expressius conformatur quam baptismus aquæ. ¶ Ad quartam Ad quartũ
dicendum, quod in baptismo sanguinis aliquis non solum aureolam meretur. sed etiam auream per gratiam tunc collatam, vel augmentatam. vnde quod quidam dicunt, ꝙ in baptismo sanguinis gratia non confertur apparet falsum esse in pueris, qui pro Christo occiduntur, & etiam in adultis quibus potest in ipso actu gratia dari sicut, & in baptismo aquæ. si se ad eadem disposuerint, & obicem aliquem non opponant spiritui sancto. & hoc patet per Augustinum in præsenti capitulo in cuius fine dicit hic scilicet martyr templum efficitur spiritus sancti. nullus autem efficitur templum spiritus sancti nisi gratiam accipiendo.

3 **Ad secundum** In quo quæritur † quare martyrium magis vocatur baptismus sanguinis quam baptismus ignis, vel ligni vel alicuius al Respondet. Alex. de Hal.
terius elementi, vel elementati cum sancti istis modis passi sint martyrium sicut, & illo modo. respondet magister Alexander de Halis in 4. quod in martyrio ponitur vita carnis, & vita illa in sanguine est, secundum quod dr in lege Moysi. Leu. 17. præterea omne genus mortis quodammodo venit ex passione aliqua materiali facta in sanguine, quo existente deficit motus naturalis spirituum vitalium, siue mors proueniens ex lapidatione, siue submersione, siue combustione siue alio genere interfectionis, & propter hoc omne genus martyrij non absque ratione dici potest martyrium sanguinis. Item Hugo dicit. in sanguine baptizatur, qui moritur pro Christo, q, & si sanguinem non fundat ex vulnere, tamen dat vitam, quæ pretiosior est sanguine. nam sanguinem fundere posset etiam

set etiam,si vitam nō daret,& minus esset sanguinem fun
dere,quam vitam dare.bene ergo suanguinem fundit, q
Exponit literam.
vitam ponit pro Christo.hæc magister Alexander . Lege.
¶[Cathecuminum]id est fide instructum non tamen ba
ptizatum[quamuis in bonis operibus defunctum]non ta
4 men charitate formatis.[defunctum]†opera.n.quæ de ge
nere suo sunt bona possunt stare sine charitate,sicut elee-
mosyna,ieiunium,abstinentia,fides,scientia , prophetia,
& huiusmodi quæ narrat apostolus 1.ad Cor.13.si habue
ro omnem fidem &c.sequitur,charitatem autem non ha
beam nihil sum.i.nihil mihi prodest ad vitam consequen
5 dam æternam.†vnde etiam virtutes esse dicuntur apud in
fideles,qui tamen sunt sine charita.vt 28.q.1.sex his.[vitā
habere non credimus]quia Ioann.3.dicitur.nisi quis rena
tus fuerit ex aqua & spiritu sancto nō potest introire in re
gnum Dei[nisi martyrij sacramentum]supple,vel fides,&
cōtritio cordis ne obuiet sibijpsi,quia in cœlo baptismi vi
cē ipse Aug.posuit[ista duo compleat].s.effectum baptis-
mi,dicitur hic martyrium sacramentum non proprie.qa
nec baptismus pœnitentiæ nec sanguinis dicuntur sacra-
menta propriè , quia sacramentum baptismi celebratur
proprie in aqua tantum,& non in alio liquore,vt supra e.
d.cap.necessarium.constat autem,quod si baptismus san-
guinis esset sacramentum baptismi.& ita celebraretur in
aqua,quod est falsum,& ita de baptismo flaminis . Præte
rea illis deficiunt ea,quæ sunt de integritate rationis sacra
mēti, & maxime sacramenti baptismatis,videlicet repſen
tatio ex similitudine,significatio ex institutione, sanctifi-
catio ex verborum prolatione.nihilominus , vt dī magi-
ster Alexander de Halis in quarto sicut martyrium,& pœ
nitentia improprie,& nomine extenso dicuntnr baptisma
ta,sic improprie,& nomine extenso dicuntur sacramenta.
6 vel dicendum,vt dicit Hugu.†quod dictum est martyriū
sacramentum,quia sacrum opus , vel quia signum perfe-
ctionis charitatis,vel quia est vices gerens veri sacramen
ti.s.baptismi aquæ[vitam] s.æternam.Sed contra eadem.
Opponit et Respondet.
dist.non dubito.¶ Respondetur,quod hic loquitur de ca
thecumino,qui nec actu nec voto habet baptismum . infe
rius loquitur de eo,qui saltem baptismum habet in voto,
siue voluntate[baptizatus]id est baptismum suscepturus,
vel ad baptismum suscipiendum oblatus.vbi bene apparet
quod de adulto loquitur,qui per se respondere potest. no
7 ta†quod in sex videtur ponere excellentiam baptismi san
guinis supra baptismum fluminis.primo in maioritate fi-
dei,quia baptizandus confitetur coram sacerdote,iste co-
ram persecutore.secundo in materia baptismi,qa ille post
confessionem aspergitur aqua,iste sanguine.aqua baptis-
mi sola sacramentali significatione videtur repræsentare
passionem Christi.Sanguis vero reali significatione.tertio
in pleniori receptione spūs sācti,quia ille accipit spiritum
sanctum,iste efficicitur habitaculum eius in quo plenior
receptio designatur.quarto in ampliori communicatione
Christi.quia ille eucharistiæ communicat in commemo-
ratione mortis,quia Lucæ vigesimo secundo, hæc quoties
cunque feceritis in meam commemorationē facietis, iste
ipsi Christo commoritur,id est simul moritur , quia sicut
Christus pro eo mortuus est,ita iste pro Christo . quinto
in maiori reuerentia humanæ vitæ,quia ille confitetur se
mundi actibus renuntiare,iste ipsis illecebris id est passio
nibus renuntiat,& vitæ.sexto efficaciori virtute , quia illi
omnia peccata dimittuntur.sed non extinguuntur . vt su-
pra ead.d.c.baptismum.Isti.s.martyri omnia extinguun-
tur.Ita,vt nec vestigium maneat , nec fomes. vnde Dama
Damasce.
sce.valde venerandū est baptisma,quod secūdis non coin
quinatur sordibus,vnde etiam statum introducit in glo-
riam.sic patet litera tota.

1 *Fides baptizantis an sit necessaria in baptismo.*



HI de quibus Sequitur octaua pars huius distinctionis secundum Archidiaconum cuius summa est, ꝙ baptizati à quibuscūque, & cuiuscunque fidei fuerint , aut sectæ dummodo forma ecclesiæ seruata fuerit non sunt rebaptizandi,vt etiam supra eadem d.cap.Romanus.¶ Pro pleniori intelligentia huius cap.quia hoc quod hic dicitur præsupponit,quod possit esse intentio , quæ requiritur in baptismo faciendi,quod facit ecclesia,& possit forma seruari sine fide baptizantis,quæritur . Vtrum hoc sit verum.& videtur quod non.

Quæstio.

¶ Primo sic.August.ad Orosium inquit. quicunque baptizatur,in spe salutis æternæ baptizatur. ergo à destructione consequentis , Si non baptizatur in spe salutis æternæ,non baptizatur,sed non baptizatur in spe salutis sine fide . ergo nec baptizatur sine fide nec sine intentione.ergo hæc duo requiruntur in baptismo, fides, & intentio,ergo nō sufficit intentio sine fide.

Primum ar.

¶ Secundo ad ministrum baptismi requiritur inuocatio trinitatis, quæ non est nisi in fide,ergo non potest esse in intentione baptizandi,sub forma illa sine fide trinitatis.

Secundū ar.

¶ Tertio sic. Baptizans intendit,quod intendit ecclesia.sed ecclesia intendit,vt per verbum operetur,quia creditur,non quia dicitur,quia,vt dicit Augu.verbum accedit ad elementum, non quia dicitur,sed quia creditur,ergo sequitur,quod baptizans similiter,sed intendere,quod verbum agat , quia credere non potest quis nisi fidem habeat,ergo fides requiritur ad hoc quod sit intentio.

Tertium ar.

¶ In oppositum est textus capituli præsentis.¶ Respondo dicendum quod intentio faciendi,quod facit ecclesia potest esse sine fide intendentis.hæc conclusio patet in paganis,& hæreticis baptizātibus in forma,& intentione ecclesiæ de quibus supra per multa capitula.

Opponit & Respondet.

¶ Ad rationes. Ad primam respondetur, quod duo scilicet fides intentio requiruntur ad hoc quod aliquis baptizetur.sed non in eodem. Requiritur. n. fides ecclesiæ,& intentio baptizantis.nec intendit Augustinus cum ait,quod quicunque baptizatur in spe & cætera,quod spes illa sit ipsius baptizantis,sed ecclæ.

Ad primum argu.

¶ Ad secundam respondetur,quod inuocatio illa trinitatis quam facit hæreticus baptizando,licet sit sine fide ipsius , non tamen sine fide ecclesiæ,cuius ipse baptismus sacramētum dicitur, & hoc sufficit,& sæpe dictum est in superioribus capitulis .

Ad scd̄um

¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam . non enim valet.Baptizans intendit quod intendit ecclesia. sed ecclesia intendit,quod verbum operetur , quia creditur . ergo baptizans imo est fallacia consequentis.non enim sequitur si intendit quod intendit ecclesia,quod ꝑpter hoc intendat quidquid intendit ecclesia.Lege textum.

Ad tertium

¶ [Quolibet modo]id est quocunque modo , & à quibuscunque, dummodo forma ecclesiæ sit seruata.Hugut.[non sunt rebaptizandi]vt supra eadem dist.Roman.& capitulo solet. [per impositionem]reconciliatoriam , vel per chrismatis vnctionem,vt infra dist.ab antiqua.ista autem reconciliatio,vt dicit Hug.& Ioan.in glo.fit hoc modo . Imponitur manus ab episcopo talibus baptizatis,& dicit eis, oportet accipere spiritum sanctum,sicut in actibus apostolorum factum esse legitur baptizatis à Ioanne , cum ipsi dicerent apostolis.nec.n.si spiritus sanctus est audiuimus, tunc apostoli imponebant manus super eos dicentes,accipite spiritum sanctum.Item si non chrismati chrismantur , vt supra eadem.distinctione.si quis & infra eadem.distinctione ab antiqua.

Exponit literam.

1 *Baptizantis malitia non nocet baptizato.*
2 *Christus an potuerit cōmunicare ministris potestatem, quam habuit in sacramentis.*
3 *Potestas triplex distinguitur respectu sacramentorum.*
4 *Potestas authoritatis non fuit communicabilis alicui creaturæ.*
5 *Potestas simplicis ministerij ad dispensandum sacramenta communicata est a Christo hominibus.*
6 *Potestas excellentiæ potuit,quo ad aliquid communicari puro homini.*
7 *Communicari an potuerit alicui, quod meritum eius tribueret efficaciam sacramentis.*
8 *Baptismus sex habet potestates.*
9 *Cooperari Deo est dupliciter.*
10 *Potestas sanandi interius animas,quare non fuit collata hominibus.*
11 *Baptismus fuit institutus ante passionem Christi. Et etiam eius forma.nu.12.*
13 *Spiritus sanctus quare magis apparuit in columba quam in alia specie.*

*14 Columba suis proprietatibus significat septẽ dona spũs sancti.*
*15 Columba, quę apparuit in baptismate Christi, an fuerit vera columba.*
*Et an fuerit preexistens apparitioni. nu. 13.*
*Et quid de ea factum sit completa apparitione. nu. 17.*



Diuisio. 1 Aliud. Sequitur 9. pars huius distin. in qua, vt dicit Arch. per tria capit. magist. Grat. probat † ꝙ malitia baptizãtis nõ nocet baptizato. Diuidit aũt hoc c. in quatuor partes. In prima ponit tanquam fundamentum, quod aliud est baptizare per potestatem, & aliud per ministerium, & quod Christus per potestatem baptizat. secundo ex his elicit differentiam inter baptismum Ioannis, & discipulorum suorum, & Iudæ. baptizati .n. à Iuda, quia etiam illi baptizati erant a Christo, non rebaptizabantur. baptizati vero à Ioanne, cum in eo baptismo Christus non baptizasset per potestatem, iterum rebaptizabantur. tertio dat rõnem, propter quam Christus reseruauit, & in neminem ministrorum transfudit hanc potestatem. quarto inducit ad hoc tria testimonia, ex euãgelio Ioan. duo, & ex apostolo tertium à quibus probat, qđ ipse Christus est, qui interius mentem abluendo baptizat 2. ibi, ergo baptizabant. 3. ibi, per hanc inquam stat. 4. ibi, intẽdite fratres. ¶ Pro pleniori intelligentia restat quærẽdum. † Vtrum Christus potestatem, quam habuit in sacramentis communicare potuit ministris, & videtur ꝙ non.

Quæstio. Primum ar. 2 ¶ Primo sic argumento, quo vtitur August. in alia materia contra Maximinũ. Si potuit, & noluit inuidus fuit, sed inuidia longe fuit à Christo in quo fuit summa plenitudo charitatis, cum ergo non communicauerit suam potestatem ministris videtur, ꝙ communicare non potuit.

Secũm arg. ¶ Secundo sic. potestas excellentiæ competit Christo, secundũ ꝙ meritum eius operatur ad remissionem omnium peccatorum. sed hoc non competit Christo nisi secundum ꝙ eius meritum habet quandam infirmitatem, ergo cum habere efficaciam infinitam in merendo non possit alicui creaturæ pure conferri, videtur, quod nec potestas excellẽtiæ.

Tertium ar. ¶ Tertio potestas excellentiæ competit Christo secũdum ꝙ est caput ecclesiæ de cuius plenitudine omnes accepimus. sed hoc competit ei, quia est vnigenitus à patre, vt dr̃ Io. 1. ergo nulli puræ creaturæ potuit communicari.

Opponit in cõtrarium. ¶ In oppositum est tex. præsentis ca. vbi Aug. per illud Io. 1. & ego nesciebam eum. dr̃ ꝙ Ioãnes non nouerat potestatem baptismi ipsum dominum hab turum, & sibi retenturum. hoc autem non ignorasset Ioannes, si talis potestas cõmunicabilis non esset. ergo Christus potestatem suam ministris communicare potuit.

Respondet. 3 ¶ Respondeo sciendum, † ꝙ triplex potestas distinguitur respectu sacramentorum. s. authoritatis excellentiæ, & ministerij. potestas authoritatis est, qua quis ꝓpria authoritate culpam remittit, & gratiam confert. potestas ministerij est per quam competit alicui solum sacramentum ministrare. ptãs excellẽtiæ est media inter istas duas, quia aliquid participat de potestate authoritatis, licet non plene, & aliquid de potestate ministerij, licet excellentius, & ita Christus secundum ꝙ Deus habet ptãtem authoritatis in sacramentis & inquantum homo habet potestatẽ ministerij principalis siue ptãtem excellentię, quæ consistit in quatuor, secundum qđ dr̃ S. Tho. in 3. parte. primo quidem in hoc quod meritum, & virtus passionis eius operatur in sacramentis, & qa virtus passionis eius copulatur nobis per fidem, secundum illud ad Ro. 3. quem proposuit Deus propitiatorem per fidem per inuocationem Chr̃i protestamur. Ideo secundo ad potestatem excellentiæ, quam Chr̃s habet in sacramentis pertinet, ꝙ in eius nomine sacra sanctificentur, & quia ex institutione sacramenta virtutem obtinent, inde est, ꝙ tertio ad excellentiam ptãtis Xp̃i pertinet, ꝙ ipse qui dedit virtutem sacris, potuit instituere sacramenta. & qa causa non dependet ab effectu, sed potius econuerso, quarto ad excellentiam postetatis Xp̃i pertinet, ꝙ ipse potuit effectũ sacrorum sine exteriori sacramẽto cõferre. Istis positis respondetur ad quæstionem per tres conclusiones.

Prima con. 4 ¶ Prima est † ꝙ potestas authoritatis non fuit communicabilis alicui creaturæ. probatur conclusio. quidquid communicatum alicui traheret ipsum extra terminos suæ speciei non potest sibi communicari, sicut equo non potest communicari, ꝙ habeat rationem, quamuis hoc communicatum sit hoĩ, ꝙ autem communicatum alicui traheret ipsum extra terminos creaturæ non potest alicuĩ creaturæ cõicare, sed ptãs authoritatis communicata creaturæ traheret ipsam extra terminos creaturæ, quia impossibile est, quod creatura sit agẽs principale respectu nobilissimi effectus, quo vltimo fini coniungimur, cuius est gratia, per quam fit remissio peccatorum, ergo manifeste sequitur, quod potestas authoritatis nulli creaturæ cõmunicari potuit, & hoc tenent omnes.

Sc̃da conc. 5 ¶ Secunda conclusio † potestas simplicis ministerij ad dispensandum sacramenta communicata est à Christo hoĩbus. secundum illud ꝙ ait apostolus 1. ad Cor. 4. sic nos existimet homo, vt ministros Chr̃i, & dispensatores ministeriorum Dei, & de ista loquitur Bea. Augu. in præsenti ca. & de qua supra etiam est locutus in c. baptismus talis, & nos ibidem de eadem materia disputauimus, vbi declarauimus, qualiter ptãs hæc ministerialis cooperabatur ad interiorem emundationem, & qualiter non.

Tertia con. 6 ¶ Tertia conclusio † ptãs excellentiæ potuit, quo ad aliquid communicari puro hoĩ, licet non fuit decens, tum ne spes in hoĩe poneretur, tum vt ecclesiæ vnum caput esse ostenderetur, à quo spũalem sensum, & motum omnes perciperent, & ita vnitas ecclesiæ seruaretur, quod vero talis ptãs communicari potuit probatur sic. quidquid competit Chr̃o secundum ꝙ homo, potest, & alij hoĩ communicari. sed ptãs excellentiæ competit Chr̃o secundum qđ homo, ergo illa põt communicari puro hoĩ. minor patet. sed maior probatur, quia Deus põt cõicare humanæ naturæ omne illud, cuius ipsa est capax. sed humana natura est capax oĩs perfectionis, quæ communicata est Chr̃o secundum humanam naturam alioqui non fuisset sibi communicata, si natura humana non fuisset capax. ergo videt̃, ꝙ Deus potuit communicare puro hoĩ hãc ptãtem excellentiæ, vt videlicet tantam plenitudinem gr̃æ daret illi, vt eius meritum operaretur ad sacrorum effectus, & in inuocatione noĩs eius tribueret baptismus. sed circa hoc mouet dubium dñs Duran. † an potuerit alicui puro hoĩ communicari, ꝙ meritum eius tribueret efficaciam sacramentis, dr̃. n. hoc non videri possibile nisi dicatur, ꝙ pura creatura potuerit pro toto humano genere satisfacere. cuius rõ est secundum eum, qa cum sacramenta sint sufficientia remedia nostræ iustificationis, nullius personæ meritum põt tribuere efficaciam sacramentis, nisi, q potuerit satisfacere pro oĩbus pc̃tis. sed primum non potuit communicari puro hoĩ, vt communiter tenetur, ergo nec secundũ. postea respondet ad rõnem S. Thom. dicendo, quod non est concessum Xp̃o secundum ꝙ homo absolute, ꝙ eius meritum efficaciam tribuat sacr̃is. sed secundũ ꝙ humanitas est coniuncta diuinitati ex qua coniunctione competit sibi, quod meritum eius sit aliquo modo efficaciæ infinitæ. & ideo istud non potuit communicari alij humanitati nisi assumeretur ad vnitatem diuini suppositi.

Quæstio. Durandus. 7

Pet. de palu. Hoc ẽt dictum Durandi approbat Petrus de palude in 4. d. 5. dicens illud esse satis rõnabile, qa aliquorum est capax humana natura coniuncta diuinitati quorum non est capax separata, & cum dicebatur quod illud quod est communicatum Chr̃o, secundum ꝙ homo est alteri communicabile dr̃ esse verum prout ly secũdum replicat naturam humanam absolute non prout est coniuncta.

S. Thom. Sed ista non vr̃ contra Sanctum Thomam esse, qa licet tam in 4. d. 5. quam in 3. parte dicat, quod potestas excellentiæ, quam Chr̃s habuit in sacramentis potuerit à Deo communicari puro hoĩ, non tamen intellexit, quod quo ad omnia vniuersaliter in quibus Christus posset. nec quod in illis in quibus communicari posset, communicaret, ita plene puro hoĩ sicut humanitati Chr̃i, quæ est coniuncta diuinitati communicatum est, sicut manifeste apparet in solutione argumentorum suorum. vnde etiam ipse Sanctus Thomas super Ioan. 1. qui baptizat in spũ distincta triplici potestate, & assignatis illis quatuor pœnes quæ attenditur ptãs excellentiæ, quæ parum ante posuimus dr̃ sic, quæ qdem quatuor nulli hoĩ communicauit, licet aliqua eorum communicare potuisset, puta, quod in noĩe Petri, vel alicuius alterius conferretur baptismus, & forte aliqd aliorũ. sed hoc ideo non factum est, ne fieret schisma in ecclesia, & hoĩes baptizandi spem suam ponerent in illis, in quorum noĩe baptizarentur. hæc S. Tho. non ergo intellexit B. Tho. ꝙ in ea vniuersalitate, & plenitudine, qua potestas excellentiæ Chr̃o hoĩ competit alteri puro hoĩ esset communicabilis,

bilis,& per consequens,nec quod meritum alicuius puri hominis daret efficaciam sacramentis, quãtum Christus dat,nec quod eo modo omnino.Est tamen hic notãdum, quod magister Alexander de Hal.& Bonauentura tractantes hanc quæstionem videlicet,quod potestas potuit com
8 municari ministris ecclesiæ,& quæ non distinguunt† sex potestates baptismi.Vna est authoritatis, qua quis ex sua propria virtute potest peccata dimittere,& infundere gratiam.secunda est potestas cooperationis,qua.s.homo cooperari dr̃ Deo in emundatione interiori. tertia potestas excellentiæ,qua siue claue media siue potestate clauium siue sine sacramentis remitti posset peccatum,& quantum ad culpam,sicut Christus per passionẽ,quarta est potestas inuocationis,quam.s.dominus dedit his, verbis in primitiua ecclesia.baptizo te in Christi.quinta est institutionis,vt sicut Christus habuit potestatem instituendi sacramẽtum baptismi in aqua.ita alius haberet in aqua vel alibi.sexta est ministerij,qua datur homini,vt possit exterius administrare verbum,& elementum,dicendum ergo dicit Alexander.quod prima potestas,quę dr̃ authoritatis solius Dei est,nec illam dedit,nec illam dare potuit, sicut nec esse Deum.Esa.43.ego sum,qui deleo iniquitates propter me,secunda in cooperationis potestatem dixit Alexãder,quod Deus nulli potest conferre,vt aliqua potestate hoĩ collata remitteretur culpa, & infunderetur gratia, ita vt totum esse Dei opus,& totum hoĩs cooperantis, & simul Dei,& hoĩs licet quidam dicant contrarium,vt magister Senten.verum quia magister sententiarum videtur fundari in dictis August.Sanct.Thom.volens dare modũ
S.Tho. quomodo vtraque opinio aliquo modo sustineri possit distinguit in 4.dist.5.& cum eo Bonauentura.de duplici modo cooperationis præter modum illum cooperationis p modum dispositionis de quo supra diximus in cap.baptismus e.d.dicũt.n.†quod cooperari Deo est dupliciter.vno modo ita quod per virtutem aliquam habentem esse ab-
9 solutum,& completum in natura operetur ad aliquem effectum producendum non solum secundarium,sed principalem sicut natura cooperatur Deo in productione naturaliũ,vt ignis cooperatur in generatione alterius ignis, & hoc modo accipiendo cooperationem non potest conferri hoĩ,vt Deo cooperetur in interiori emundatione, quæ fit per gratiam.tum quia gratia cum transcendat esse naturæ cuiuslibet creaturæ tam angeli,quam hominis, à solo Deo infundi potest,qui est actor totius naturæ,tam angeli,quam hoĩs.tum quia cum solus Deus illabatur animæ rõnali nulli creaturæ communicari potuit agere immediate in ipsam naturam,& per consequens cooperari hoc modo ad emundationem animæ, vnde talis cooperatio excederet terminos naturæ.alio modo aliquid cooperatur Deo nõ per virtutem, quæ habeat esse perfectum in natura,nec ad vltimum,& principalem effectum pertingendo directe,sed per meritum eius gratiam ipsam hoĩ baptizando obtinendo,non gratiam efficiendo,sed ipsam impetrando sicut iuxta exemplum domini Bonauẽturæ, dedit Deus hoĩ virtutem faciendi miracula,non quia ipse ea efficeret.sed virtute sibi à Deo collata quoties vellet,ea impetraret,& talis cooperatio, vt quidam dicunt potuit conferri hoĩ puro,ita vt sine sacramentis sicut cum sacramentis possit Deo cooperari in interiori emundatione, & hoc modo cooperari pertinet ad potestatem excellen-
Bonauent. tiæ.& dr̃ Bonauentura.quod si hoc modo intellexerit magister sententiarum bene.Si aũt non,nõ est consentiendũ ei,dicit consequenter,quod de tali potestate cooperatio-
Quæstio. nis intelligendum est dictum Augus.super Ioannem. ¶ Si
10 quæratur†quare talis cooperationis potestas interius sanandi animas non fuit collata hoĩbus,sicut virtus sanandi exteriora corpora,sicut resuscitandi mortuos,& emun-
Respondet Bonauent. dandi leprosos,hoĩ collata legitur. ¶ Respõdet Bonauentura.quod ideo,quia tunc maxime spes poneretur in homine,& recurreretur ad hoĩes pro salute animarum,sicut ad Deum.Deus autem quantum ad hanc potestatem omnes homines facit æquales,vt salutem animæ à se solo doceat requirendam.tertia potestas quæ dr̃ potestas excellentiæ solius est Christi.hæc.n.vt dictum est,potestas, qua sine claue media remittuntur peccata quantum ad pœnam, quia hoc fuit per virtutem passionis,hanc potestatem non habere potest purus homo.potestas vero,quæ est inuocationis est etiam solius Christi, sed tamen potuit conferri discipulis,vt ad inuocationem Petri vel Pauli baptizarentur,& de hac intelligitur dictum Augus. super Ioanne dicentis,quod potuit conferre potestatem alicui seruo vice sua tradere,vt tanta esset vis in baptismo serui, quanta est in baptismo domini,sed non contulit sicut tangitur in gl. 1.ad Cor.1.super illud diuisus est Christus.& August.præsenti.c.cõceditur ergo,quod loquendo de potestate inuocationis, quod Christus potuerit contulisse illam discipulis.sed non contulit.Quintam etiam,quæ est institutionis conferre potuit.sed non cõtulit eadem ratione,quia quartam non contulit,ne tot essent baptismata quot essent Baptistæ,quia numeratur,& denominatur baptismus ab eo, qui instituit.& ideo ne multa essent baptismata. sed vnum solum sibi soli authoritatem inuocationis,& institutionis reseruauit.sextam concessit sicut habetur in litera. & hic datur cum ordine sacerdotali,& potestate clauium ministris ecclesiæ,vsus tamen huiusmodi potestatis aliquando conceditur alijs in necessitatis articulo,vt quod solis sacerdotibus committitur ex officio alijs concedatur dispensatione necessitatis.¶Iam dicendum est ad rationes.Ad primam respondetur quod Christus non ex inuidia prætermisit potestatem excellentiæ ministris communicare.sed propter fidelium vtilitatem ne in homine spem ponerent,quia vt scribitur Hiere.17.maledictus homo, qui cõfidit in homine,tanquam in actore salutis suæ.& essent diuersa baptismata,ex quibus diuisio in ecclesia oriretur, sicut apud eos,q dicebant. ego sum Pauli.ego sum Cephæ 1.Cor.1.¶ Ad secundam dicendum,quod,si homo purus cooperaretur Deo in interiori emũdatione modo prædicto secundo non oporteret,ꝙ haberet efficaciam infinitam in merẽdo,quamuis Christus quodammodo habuit infinitam,quia nõ cooperetur respectu omnium, nec ita plene sicut Christus.¶ Ad tertiam dicendum, quod gratia capitis in Christo distinguitur à gratia vnionis quamuis ex ipsa vnione per quandam cõdecentiam plenitudo omnis gratiæ,& capitis,& singularis personæ in ipsa anima fuit.nec tamen sequitur,quod si alicui quantum ad aliquid potestas conferretur excellentiæ, puta, quod in nomine eius baptismus daretur ad effectum baptismi in illo baptizato,ꝙ esset simpliciter caput.Lege. ¶[Per ministerium]quod facit homo exterius per exhibitionem sacramentorum[& aliud per potestatem] interius emundãtem quomodo baptizat Christus supra e.d.baptismus[baptiza-
11 bant discipuli]Matth.10.[Iudas]ar.†ꝙ baptismus fuit ante passionem institutus cum Iudas post passionem neminẽ baptizauerit,fuit quidam sicut supra declaratum est iux-
12 ta c.ex quo.Item est agu.†quod ante passionem forma et erat data.vnde Matt.vlti.post resurrectionem iterata fuit non nouiter instituta.vt dr̃ S.Tho.4.d. 3.[iterum baptizati]quia in forma euangelica baptizati erant[Ioannes tantum]quia ibi visibilis operatio Ioan.tantum erat exterius lauantis,non inuisibilis gratia Dei interius operantis. & ideo baptizati à Io.iterũ rebaptizati sunt[Xp̃s baptizauit] .i.interius mundauit,de forma aũt in qua Io.mundauit,& de vtilitate baptismi eius dicemus infra circa c.nõ regenerabant[potestatem]2.pars[ptãtem].s.excellentię,qua operat̃ remissionẽ pc̃torum,quam nulli concessit ministrorũ [per hanc].s.retentionẽ ptãtis,quã sibi Xp̃s retinuit.&non alijs trãsfudit[stat vnitas ecclesiæ]qa si cõicata,aut transfusa fuisset cũ tot crederent̃ actores baptismatis,quot essent ipsi in quorũ noĩbus baptisma daret̃ vnitas ecclesiæ scinderet̃,sicut patet 1.Cor.1.de illis,q dicebant,ego sum Pauli,ego sum Cephæ&c.[q].s.ecclesia[in colũba dictum est] Can.6.[vna colũba mea].i.ecclesia,quæ colũba dr̃ pp simplicitatẽ intentionis,de qua Mat.10.estote. prudentes, sicut serpentes,& simplices sicut columbæ. Itẽ pp amplitudinẽ fęcunditatis,ꝑlis,de qua psal.128.vxor tua sicut vitis abũdans in laterib.domus tuæ.sup quo Aug.dr̃,vxor eius ecclesia,eius fertilitas vineæ est vbertas vxoris[vna est matris suæ electa].i.ab vnitate matris est,vna glo.ibidẽ dr̃.qđ mater nostra regeneratrix gr̃a est,gr̃a autẽ regeneratrix est gr̃a baptismatis proprie loquendo.mater ergo colũbę vnius.s.ecclesiæ,q̃ vna est gr̃a est baptismalis, & sic à ptãte remittẽdi pc̃tã,& conferrendi gr̃am , est vnitas ecclesiæ.vnitas dico connexionis,& conuinculationis. s. membrorum adinuicem,& cum capite,vt dr̃ Alexander de Halis in 4.de qua dr̃ Ephe 4.vnus dominus,vna fides, vnum baptisma[si.n.&c.]declarat,quod dictũ est,qa si illa potestas

Ad primum arg.

Ad secun.

Ad tertium.

Exponit literam.

Alex. de Hal.

stas transfusa fuisset in multos non staret vnitas baptismi, nec per consequens vnitas ecclesiæ [ intendite fratres ] 3. pars [ante ] contra. supra ead. distin. per aquam. vbi dicit Ambrosi. quod prior descendit Christus, & postea spiritussanctus. ad hoc aliqui dicunt. vt dicit Hugu. quod ante quam Christus descēdisset columba siue spiritussanctus descendit in aquam, vt hic dicitur. postquam autem Christus descendit, & mansit super eum, de quo ibi dicitur. sed videtur dicendum, quod & ante, & post spiritussanctus in columba descendit, sed ante in aquam, vt significaretur quod per spiritum sanctum aqua baptismi sanctificaretur, & in baptismo remissionē operaretur peccatorū, de quo hic dicitur post descendit super Christum baptizatū, vt per hoc significaretur, quod spiritussanctus semper manserat in eo. & vt plenitudo diuinitatis in Christo à natiuitate mōstraretur, & inseparabiliter. de quo Ambrosius in primo capitulo per aquam.

Opponit in cōtrarium.

Quæstio. quatnor.

¶ Sed quæruntur hic
13 quatuor. primum est † quare in columba magis, quam in alia specie spiritus sanctus apparuit. ¶ Secundum, vtrum illa columba fuit verum animal. ¶ Tertium, vtrum fuerit præexistens apparitioni. ¶ Quartum, quid factum sit de illa apparitione completa.

Ad primam quæstioné. S. Thom.

¶ Ad primum respondet Sanctus Thomas in tertia parte, quod spiritussanctus magis in columba quam in alia specie apparuit propter quatuor. Primo quidem propter dispositionem, quę requiritur in baptismo, vt. s. fictus non accedat. quia sicut dicitur Sapiētiæ primo. Spiritussanctus disciplinæ effugiet fictū. Columba enim est animal simplex, astutia & dolo carēs. vnde dicitur Matthæi decimo, estote simplices sicut co
14 lumbæ. ¶ † Secundo ad designandum septem dona spiritussancti, quæ columba suis proprietatibus significat. Columba enim secus fluentia habitat, vt viso accipitre mergat se, & euadat, quod pertinet ad donum sapientiæ, per quam sancti secus scripturæ diuinę fluentia resident, vt incursum diaboli euadant. item columba meliora grana eligit, quod pertinet ad donum scientiæ. s. sancti sententias sanas quibus pascantur eligūt. Item columba alienos pullos nutrit, quod pertinet ad donum cōsilij, quo sancti homines, qui fuerunt pulli. i. imitatores diaboli doctrina nutriunt, & exemplo. item columba nō lacerat rostro, quod pertinet ad donum intellectus, quo sancti bonas sentētia s. scripturæ lacerando non peruertunt hæreticorum more. Item columba felle caret, quod pertinet ad donum pietatis, per quam sanctis ira irrationabili carent. Item colūba in cauernis Petræ nidificat, quod pertinet ad donum fortitudinis, qua sancti in plagis mortis Christi, qui est petra firma nidum ponunt, & suum refugium, & spem. itē columba gemitum pro cantu habet, quod pertinet ad donum timoris, quo sancti delectantur in gemitu pro peccatis. ¶ Tertio apparuit spiritus sanctus in specie columbæ per effectum proprium baptismi, qui est remissio peccatotorum, & reconciliatio ad Deum. columba. n. est animal mansuetum, & ideo sicut Chryso. dicit super Matth. in diluuio apparuit hoc animal ramum ferens oliuæ, & communem orbis terrarum tranquilitatem annūtians. & nūc etiam columba apparet in baptismo liberationem demōstrans.

Chrysosto.

¶ Quarto apparuit spiritus sanctus in specie columbæ super dominum baptizatum, ad designādum communem effectum baptismi, qui est constructio ecclesiasticæ vnitatis, vnde dr̄ ad Phi. 4. q; Christus tradidit semetipsū, vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi lauans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, & ideo conuenienter spūs sanctus in baptismo monstratus est in specie columbæ, quæ est animal amicabile, & aggregabile. vnde & Cantic. 6. dr̄ de ecclesia, vna est columba mea.

Ad secūdam quæstioné.

¶ Ad secundum in quo
15 quærebatur † vtrum illa columba fuerit verum animal respōdetur, quod fuit verum animal. Et hoc rationabiliter, quia vt dicit S. Th. in 3. parte, & super Ioannem. non. n. decebat, vt filius dei, qui est veritas patris aliqua fictione vteretur, ideo non fantasticum, sed verum corpus accepit, ita quia spūs sanctus dr̄ spūs veritatis, vt patet Ioā. 16. veram columbam formauit in qua appareret, licet non sumeret eam in vnitate personæ. & hoc est, quod dicit August. in de Agone christiano sicut non oportebat quod homines falleret filius Dei, sic etiam non oportebat, vt falleret spiritus sanctus.

Ad tertiam quæstioné.

¶ Ad tertiam quæstionem in qua quærebatur.
16 † vtrum illa columba fuerat præexistens apparitioni. respondet Sanctus Thomas super Ioannem, quod non præextitit apparitioni. sed tunc virtute diuina absque coniunctione maris, & fœminæ formata, sicut corpus Christi virtute spiritus sancti conceptum fuit. vnde Beatus Augustinus in libro de Agone christiano dr̄. sicut omnipotē ti Deo, qui vniuersam creaturam ex nihilo fabricauit nō erat difficile verum corpus columbæ sine aliarū colūbarū ministerio figurare, & sic ei non fuit difficile verum corpus in vtero Mariæ sine virili semine fabricare, cum creatura corporea, & in visceribus fœminæ ad formādum hominem, & in ipso mundo ad formandum columbam imperio domini volūtatique seruiret.

S. Thom.

Ad quartam quæstioné.

¶ Ad quartam quæstio
17 nem, qua quærebatur † quid factum sit de columba illa apparitione completa, respondetur, quod cum illa columba ad significandum descensum spūs sancti supra Christū baptizatum tantum repēte fuerit formata completo ministerio statim cessauit resoluta in primordialem materiam. vnde formata fuerat sicut flamma, quæ in rubro apparuit Moysi, & sicut stella quæ magos duxit impleto officio, quod ideo factum est ne homines adorarent eam, vt Iudæi fecerunt serpentem æneum, quem Moyses fecerat in deserto [manente super eum]. s. in visibili signo columbæ manentem quidem, vt omnibus pateret, & ostenderetur, quia non fantasma. sed rei veritas fuerit [ vel manentem] ad designandum, quod in eo inseparabiliter mansit, & quieuit, in mansione. n. quies designatur duplici de causa contingit (vt ait Sanctus Thomas super Ioannem) quod spūs sanctus in aliquo nō quiescit. vna est ex peccato, cū autē ipse singulariter super omnes immunis fuerit ab omni peccato specialiter super eum mansit spūs sanctus, & quieuit. alia causa quia quātum ad gratias gratis datas nō semper adest potestas alijs sanctis operandi, sicut non semper adest alijs sanctis potestas operandi miraculā, nec prophetis spūs prophetiæ. Christus vero semper habuit potestatem ad omnem operationem virtutum, & gratiarum. & ideo ad hoc designandum super eum mansit, vnde hoc est proprium signum agnoscendi Christum, vt dr̄ in glo. Esa. 11. requiescet super eum spūs domini &c. quod intelligit de Christo inquantum est homo [ipse est qui baptizat in spūs sancto]. i. peccata dimittit interius animam emundādo, & gratiam infundendo [tali proprietate]. i. prærogatiua baptizabat Christus, vt illa prærogatiua potestatis baptismi de qua diximus non transiret in alios [quamuis eo] s. Christo [donante] quasi diceret, quamuis Christus ei donauit hoc discere tamen didicit per hoc, quod vidit, & audiuit. Item hoc iterum probat ex rōne sumpta ex euangelio Io. cum ait [propter verbum] Io. 15. [ nisi quia aqua verbum munda] quasi diceret non aqua sine verbo vt 1. q. 1. detrahe. sed per verbum fit sacramētum. vnde vt ait August. accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. verbum. n. diuinum est, quod in aqua animas mundat baptizatorum [gloriam suam non quærūt] vt dicatur baptismus Petri baptismus Pauli Hugu. vt infra ead. d. cum tantum [pro duabus]. s. pro ministris [in specie in se] quod fieret si præfata potestas baptismi translata ad eos plantauit in ea prædicatione ad fidem conuerti [rigauit] conuersos baptismo abluendo, sed Deus (non ego nec Appollo) incrementum dedit remittendo peccata, & virtutes infundē do, & augendo.

Augu.

1 *Apostatæ an amittant ius baptizandi.*



Vllus. Sequitur secundum cap. eiusdem partis in quo magister Gra. probat ex authoritate Bea. August. in libro de baptismo sacramentum baptismi extra ecclesiam haberi posse. Et diuiditur in quatuor partes. In prima parte ponit, quod apud apostatas, sit verum baptisma. secundo probat hoc. tertio respondet cuidam obiectionis. quarto tangit quandam falsam opinionem, qua aliq dicebant, quod si quis malus non vult pœnitere, & in tali malitia baptizatur, tanta est vis baptismi, quod in ipso puncto temporis baptismi oīa peccata ei dimittuntur. sed statim post baptismum redeunt. 2. ibi, qbus vtique. 3. ibi, si dicas. quarta ibi Item perfidus.

Diuisio.

Quæstio Primum a.

¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli pręsentis. quæritur.
1 † vtrum apostatæ cum labuntur in hæresim amittant ius baptizandi. Et videtur quod sic. ius. n. baptizādi stat in vnitate

tate ecclesiæ,sed apostatę recesserunt ab vnitate ecclesiæ. ergo non habent ius baptizandi.

Secundũ ar.

¶ Secundo sic.dicit Aug. in libro.contra Donatistas, & si hæreticus ius baptizandi non habuit, tamẽ Christi est, quod dedit, & illud Christi,quod accipit,multa.n.contra ius dantur nec tamen iõ, vel nulla,vel non data dicuntur,ergo videtur quod apostatę ius amittant baptizand.i

Tertium ar.

¶ Tertio sicut quis non potest, nisi,qđ,iure potest,sic non fit.22.q.2.faciat.sed quod recte non fit iure.sed apostata non recte baptizat, vt dr̃ in præsenti c.ergo apostata non habet ius baptizandi.& per consequens non baptizat.

Opponit et Respondet. Ale. de Hal.

¶ In oppositum est text.c.præsentis. vbi dr̃ August.quod nullus negat &c. ¶ Respondeo dicendum iuxta magistrum Alex.de Halis in 4. quod apostatæ non perdunt ius baptizandi,& cũ seruata forma in intentione ecclesiæ baptizant,verum baptismum cõferunt.hæc conclusio probatur sic.ius dandi baptismum est ex ordine sacerdotali,sed ordo sacerdotalis non tollitur per apostasiam nec per hæresim.nam si tolleretur rediens ad vnitatem ecclesiæ ordinaretur.sed non ordinatur , ergo manet ordo.ergo,& ipsum ius baptizandi quod ordinem sequitur.hæc rõ habita est supra e.d.ca.ostenditur.præterea patet ex rõne inducta ab Aug.in litera huius capituli,tali, qa nec ipsi apostatę,nec baptizati ab eis cum ad vnitatem ecclesiæ redeunt rebaptizantur.tertio ad hoc est quod ipse Aug.dr̃ contra Permenianũ loquẽdo de hęreticis dr̃.Sicut hñt in baptismo,ꝙ ab eis dari possit sic in ordinatione ius baptizãdi vtrunq; quidẽ ad perniciẽ suã quãdiu charitatẽ non habent vnitatis ecclesiæ.

Ad primum arg.

¶ Ad rationes. Ad primam respõ.ꝙ aliud est habere ius ex ordine sacerdotali.& aliud ex vnitate fidei ecclesiasticæ,vel ex vitæ congruitate , põt ergo habere ius vno modo,& alio modo non habere.concedimus,quod apostatæ merito fidei,aut congruitate vitæ ius non habent baptizandi.ex ordine tamẽ sacerdotali sic.

Ad sc̃d m

¶ Ad secundam respondetur ꝙ dictum August. intelligitur de iure, quod habetur de vnitate ecclesiastica, siue ex congruitate vitæ.

Ad tertium

¶ Ad tertiam pariter respondetur.ꝙ assumptum est verum de eo quod iuste . & conuenienter fit.baptismus autem datus à paganis licet bonus sit,non tamen recte,vel bene,siue conuenienter ab eis datur,vel respond.quod iure faciunt,quia potestate, quam ex ordine sacerdotali consecuti sunt,sed non iure,quod ex congruitate vitæ consurgit.& ideo licet bonum sit,quod tradunt, non tamen recte tradunt,quia non quod fit, sed quod bene fit respicit Deus cap.1.extra de collu.dete.Lege.

Exponit literam.

[¶ Apostatas].i.hęreticos[quibus].2.pars[foris].i.extra ecclesiam [si dicis].3.pars[mittit vtiliter ad speciem]id est ad superficiem,non secundum rationem medullę in folijs non in radice rationes Hug.verba.n.habent,& sensum non tenent, & hoc nõ est ꝓprie scripturas hr̃e,vel scire.ff.de l. scire leges & j.q.1.Martino.[ꝑfidus].4.pars,ĩ qua tãgit falsam opinionẽ quorundam quæ plenius explicantur in fine. sequẽtis[non extra]nec etiam intra[aut si]prout illi falsa opinabantur[ad punctum temporis]quo baptizatur[accipit remissionem]peccatorum[etiam foris]per ministros malos [sicut vis nominis Christi expulsionem dæmonum etiã foris operabatur] legitur.n.Lu.9.quod Ioannes dicit Christo.præceptor vidimus,quendam in nomine tuo eijcientem dæmonia,& prohibuim⁹ eum,quia nõ sequitur te nobiscum.datur etiam quandoque malis propter aliorum vtilitatem miracula facere. vnde Matthęi. septimo. dicitur. multi dicent illa die domine nonne in nomine tuo prophetauimus &c.& tunc confitebor illis, quia nũquam noui vos,vbi glo.dicit prophetare. virtutes facere, dæmonia eijcere interdum non est illius meritus,qui hic operatur.sed inuocatio nominis Christi hoc agit ad damnationem inuocationis,vel ad vtilitatem eorum,qui vident,vel audiunt,& licet illi despiciantur,qui faciunt,Deus tamen cuius inuocatio facit,honoratur.

2 *Sacramenta nouæ legis ad duo ordinantur.*
3 *Sacrificium aliquod pertinet ad diuinum cultum tripliciter.*
5 *Relatio triplex importatur per characterem.*
6 *Character est ens reale siue forma realis.*
*Et res absoluta nu.7.*
10 *Character est communiter a tribus personis.*
*Sed proprietate est a filio.nu.11.*
12 *Character non est subiectiue in animę substantia. sed in potentia,*
*Et non est in pluribus potentijs animæ subiectiue, sed in vna tantum.nu.14.*
15 *Character non potest poni in potentia organica, siue corperea.*
*Nec in affectiua siue in voluntate, sed in potentia cognitiua.numero.16.*
19 *Character imprimitur in sacramentis non in virtutibus.*
*Et est in sacramentis spiritualis populi nu.20.*
21 *Sacramenta nouæ legis ad duo ordinantur.*
22 *Sacramentum aliquod pertinet ad diuinum cultum tripliciter.*
24 *Sacramenta nouæ legis dicuntur sacramenta gratiæ multiplici ratione.*
25 *Christum induere contingit tripliciter.*



Diuisio.

Vomodo. Sequitur tertium c.eiusdẽ partis.Et diuiditur in 7.ptes.In prima ostendit Gratianus ex authoritate B.Augu.ꝙ per bonos,& malos communiter administrãtur sacramẽta,ipsam vero gratiam non dat nisi per seipsum vel per suos sanctos.In secunda ostendit,quod boni,& mali suscipiunt sacramenta communiter,sed boni cum sacramẽto suscipiũt rem eius.s.sanctificationem.In tertia ostendit quomodo ortum habuit imaginatio B.Cypriani,& episcoporum sequacium eius,dicentium apud hæreticos, non esse baptismum Christi,quia.s.quia non distinguebant inter sacramẽtum,& rem sacramenti,quod tamen necessario faciendũ est.In quarta ostendit,ꝙ vl̃is ecclesiæ iudicio extra ecclesiam baptismus datur,& accipitur,quod in tali baptismo imprimitur character.In quinta ostendit quod malitia baptizantis non impedit effectum sacramenti in digne suscipiente.In sexta ostendit,quod sicut foris potest haberi baptismus,ita & tradi.In septima. tractat de ficte accedentibus ad baptismum,& tangit falsam opinionem de qua in c.præcedenti.2.ibi,induunt autem homines.3.ibi, non ob aliud.4.ibi,cõuertentibus.5.ibi.cum malus tradit.6.ibi,cur hæretici.7.ibi,his qui ficto corde.¶ Pro pleniori intelligẽtia huius c.cum iam de baptismo malorum ministrorum, & hæreticorum,& de ficte accedentibus sufficienter disputatum sit,pro nunc solum restat discutiendum de charactere,qui dicitur in baptismo imprimi.& mirati sumus,ꝙ nec Hugu.nec Io.glo.nec Arch.aliquid loquantur de hoc in isto cap.cum tamen in toto isto tractatu nullibi plenius nec expressius sermo fiat de characte.q̃runtur ergo octo.

1 ¶ Primo vtrum in baptismo imprimatur character.
4 ¶ Secũdo, vtrum character sit aliqua potestas spiritualis.
8 ¶ Tertio, quæritur de vtilitate characteris ad quid sit.
9 ¶ Quarto,vtrum character à solo filio Dei sit impressus.
12 ¶ Quinto,vtrum sit in anima, vel in aliqua eius potentia, vt in subiecto.
17 ¶ Sexto,vtrum character insit indelebilis subiecto suo.
18 ¶ Septimo,vtrum per omnia sacramenta nouæ legis imprimatur character.
23 ¶ Octauo, vtrum Christus habuerit characterem.

1 Ad primum Sic proceditur.†Et videtur.quod ĩ baptismo non imprimatur character.

Primum ar.

¶ Et primo sic.baptismus sanguinis est dignior quã baptismus fluminis.vt supra e.d.c.cathecuminum, sed in baptismo sanguinis non imprimitur character. ergo nec in baptismo fluminis.

Sc̃d m arg.

¶ Secũdo sic.baptismus fluminis nõ habet supra baptismum sanguinis nisi aquã. sed baptism⁹ rõne aquæ nõ põt imprimere characterẽ,alias baptismus Ioann.impressisset characterẽ,quod esse non potest, cum baptizati à Ioanne iterum baptizarentur.vt supra e.d.ca. aliud.ergo nec baptismus fluminis imprimit characterẽ.

Tertium ar

¶ Tertio sic.in quolibet sacramento, sicut in baptismo, est aliquid,quod est sacramentum tantũ, & aliquid,quod est res,& sacramentum,& non in quolibet aliorum,quod est res,& sacramentũ est character,ergo nec in baptismo vel si sic,cur tã varie.

Quartũ ar.

Quarto character videtur significare qđdã signũ distinctũ.sed distinctio mẽbrorũ Christi ab alijs fit ꝑ æternã p̃destinstionẽ, q̃ non ponit aliquid in prędestinato.sed solum in Deo p̃destinãt.e.dr̃.n.1.Cor.3.fir-

mum fundamentum Dei stat habēs signaculum, hæc nouit dominus, quæ sunt eius, ergo videtur, ꝙ nec baptism⁹, nec alia sacramenta imprimant characterem in anima.

Quintū ar. ¶ Quinto, character est signum distinctum. Signum aūt, vt (dr̄ Augus. in 2. de doctrina christiana) est, quod præter speciem, quā ingerit sensibus facit aliquid aliud in cognitionem venire. nihil autē est in anima, quod aliquā spēm sensibus ingerat. ergo videtur, ꝙ in anima non imprimat character aliquis per baptismum, nec per alia sacramenta.

Sextum ar. ¶ Sexto ea, quæ sunt in sacramentis nouæ legis ordinantur ad causandum gratiam, sed character non videtur gratiam posse causare, quia multi characterem habere dicuntur, qui gratia carent, ergo non videtur in sacramentis aliquis character imprimi. Si dicatur, quod est dispositio ad gratiam. contra agens infinitum nō requirit materiam dispositam, sed dispositio non est necessaria nisi ad hoc, qđ materia sit disposita, cum gratia sit ab agente infinitæ virtutis, videtur, ꝙ nō oportet characterem dari in sacramētis ad disponendum gratiam.

Opponit in cōtrarium. ¶ In oppositum est textus c. præsentis, vbi August. dr̄, quod etiam extra ecclesiam character dominicus suscipitur in baptismo.

Respondet. ¶ Respondeo dicendum, quod in quibusdam sacramentis, & maxime in baptismo imprimitur character. Quę conclusio probatur. primo per illud 2. ad Corin. 3. qui vnxit nos Deus est, & q signat nos, & dedit pignus in cordibus nostris. sed nihil aliud importat character, quam quandam cōsignationem, ergo videtur, ꝙ Deus per sua sacramenta nobis suum characterem imprimat.

Damascen. ¶ Secundo sic. dr̄ Damasce. in diffinitione supra posita circa cap. nostrum. c. d. quod baptismus est sigillum, sed sigillum expressum ī aliquo, est character quidam, ergo sequitur, ꝙ in baptismo character imprimatur. Pro quo notandum iuxta S. Tho. in 3. parte, ꝙ sacramēta nouæ legis ad duo ordinantur, videlicet ad remediū cōtra peccata, & ad perficiendum animam in his, quæ pertinent ad cultum Dei s̄m ritum humanæ vitæ christianæ, quicunque autem ad aliquid certum deputatur consueuit ad illud consignari, sicut milites, qui ascribātur ad militiam antiquis solebant aliquibus characteribus corporalibus insigniri eo, ꝙ deputabantur ad aliquod corporale, & ideo cum homines per sacramenta deputētur ad aliqđ spūale pertinens ad cultum Dei, consequens est, ꝙ per ea fideles aliquo spūali charactere insignentur. vnde Augus.

Augustinꝰ dr̄ in 2. contra Permenianum, si militiæ characterem ī corpore suo non militās pauidus exhorruit, & ad clemētiam Imperatori cōfugerit, ac prece sua, & venia impetrata militare iam ceperit, nunquid homine liberato atque correcto character ille repetitur agnitus approbatur? an forte minus habent sacramēta christiana, an corporalia hæc vota militiæ. ¶ Præterea notandum iuxta S. Tho. in 4. d. 4. ꝙ tres assignātur diffinitiones characteris à doctoribus. prima est, quæ licet expresse à Beato Dionysio non ponatur, colligitur tamen ex dictis suis, quæ est ista, character [a] est signum sanctum communionis fidei, & sanctæ ordinationis datum à hierarcha. secūda est quæ ex prima trahitur, character est signum communionis partis diuinorum, & sacræ ordinationis fidelium datum à diuina beatitudine. tertia est diffinitio magistralis. character est distinctio à charactere diuino impressa animæ rōnali, secundum imaginem configurans trinitatem creatam trinitatem creanti, & recreanti, & distinguens à non configuratis. secundum statum fidei. Inter istas tres secunda est expressior, & conuenientior, vt dr̄ Sanctus Thomas quam prima, quoniam per superiorem causam, & principalem procedit, q̄ est increata beatitudo, quæ est ipse Deus respectu hierarchæ, de quo prima diffinitio facit mentionem, quæ nō est nisi causa instrumentalis, in primis ergo duabus tangunt̄ quatuor causæ. Primo genus characteris inquantū est character. cum dr̄ signū, quod pertinet ad causam formalē, secundo causa finalis. datur. n. hoc signum ad duo. primo vt. s. recipiens configuretur quasi ascriptus ad communicandum diuinis sacramentis. & actionibus sacris, & quātum ad hoc dicit in prima diffinitione. communionis fidei, & in secunda communionis partis diuinorum. secundo, vt configuretur ordinandus alijs, quibus eadem potestas data est. & hoc tangitur cum dicitur in prima diffinitione, sanctæ ordinationis. & in secunda sacræ ordinationis fidelium. & hæc duo excommunicatio suspendit ad tempus, quia priuat hominē à perceptione diuinorum & participatione, & communione fidelium. Tāgitur postea materia cum dr̄ datum, vt suscipienti. quarto tangitur efficiēs primum instrumētale in prima diffinitione cum dicitur, à hierarcha, & loquitur Diony. quantum ad maximam solēnitatem baptismi, quæ quan doque per pontifices celebratur non quantum ad necessitatem, quia character à simplicibus sacerdotibus, vel etiam à laicis imprimitur in collatione baptismi. primum autem efficiens principale tangitur in secūda diffinitione cū dicitur à beatitudine increata. s. quæ est Deus. Similiter in tertia distinctione tanguntur etiam quatuor causæ ipsius characteris. primo formali, cum dr̄ distinctio. i. signum distinctiuum, & est genus magis proximum, quam genus in præcedentibus diffinitionibus positum, vbi ponitur solum signū. causa efficiens tangitur cum dicitur à charactere æterno, id est filio, qui est figura substantiæ patris. ad Hebræos 1. causa autem materialis, cum dicitur animæ rationali impressa, secundum imaginem. Causa vero finalis ponitur duplex. vna est configuratio in hoc, quod dicit configurans trinitatem creatam trinitati creanti, & recreanti. Secunda est distinctio à non figuratis, quæ tangitur cum dr̄ distinguens à non figuratis, secundum statum fidei. Et sic in hac diffinitione positæ sunt quatuor causæ characteris, & omnes propinquæ, & appropriatæ, propter quod hæc diffinitio est completior primis duabus, & melior in se.

Ad primum arg. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum, quod baptisma sanguinis non habet efficaciam sacramentalem, sed solum meritoriam, & ideo ibi non confertur, potestas spiritualis ad actiones hierarchicas, nec character, sicut in baptismo fluminis, quod est sacramentum.

Ad s. d̄m ¶ Ad secundam dicendū, quod nec baptismus flaminis tantum, nec baptismus fluminis tantum sufficit ad sacramentum nouæ legis, & ideo neutrum eorum characterem imprimit.

Ad tertium ¶ Ad tertiam dicēdum, quod quāuis id, quod est res, sacramentum in baptismo, sit character, non tamen oportet, quod sit character in oībus sacramētis, in quibus est res, & sacramentum. quare vero in alijs sacramentis non imprimitur character, dicendū iuxt.

2 Sanctum Thomam in 3. parte, quia sicut dictum est† sacramenta nouæ legis ad duo ordinantur. s. in remedio peccati, & ad cultum diuinum, est autem omnibus sacramentis commune, quod per ea exhibetur aliquod remedium cōtra peccatum per hoc, quod gratiam conferunt, non autē oīa sacramēta ordinant ad diuinum cultum, sicut patet de pnīa per quam liberatur homo à peccato, non autem per hoc sacramentum exhibetur hoī aliquid de nouo pertinens ad diuinum cultum, sed restituitur in statum pristinum. S. Thomas

3 †pertinet autem aliquod sacrificiū ad diuinum cultum tripliciter. vno modo per modū ipsius actionis, alio modo per modum agentis. tertio modo per modum recipientis, & per modum quidem ipsius actionis pertinet ad diuinum cultum eucharistia in qua principaliter diuinus cultus consistit inquantum est ecclesiæ sacrificium. & per hoc qdem sacramentum non imprimitur hoī character, quia per hoc sacramentum non ordinatur homo ad aliqd aliud peragendum vlterius, vel recipiendum in sacramētis, cum potius sit finis, & consummatio oīm sacramentorum. vt Diony. dr̄ 3. cap. ecclesiasticæ hierarchiæ, continet tamen in seipso Christum, in quo non est character, sed tota sacerdotij plenitudo, sed ad agentes in sacramentis ptinet sacramentum ordinis, quia per hoc sacramētum deputantur hoīes ad sacramenta alijs tradenda. Sed ad recipientes pertinet sacramentum baptismi, per quod homo accipit potestatem recipiendi alia ecclesiæ sacramenta, vnde baptismus dr̄ ianua sacramentorum, & ad idem ordinatur ēt quodammodo confirmatio, & ideo per hæc tria sacramenta imprimitur character. s. per baptismū, & confirmationem, & ordinem. Diony.

Ad quart ¶ Ad quartam dr̄. ꝙ fideles Xpi ad præmium quidem futuræ glorię deputātur signaculo, deputantur quodam spūali signaculo eis insignito, quod character nuncupatur.

Ad quin ¶ Ad quintam dicendum, quod character animæ impressus habet rationem signi inquantum per sensibile sacramentum imprimitur. per hoc. n. scitur aliquis baptismali charactere insignitus, quod est ablutus aqua sensibili, nihilominus tamen character vel signaculum dici potest per quādam similitudinem omne, quod figurat alicui, vel distinguit ab alio ēt si non sit sensibile, sicut Christus dr̄ figura, vel character paternæ substantiæ s̄m Apostolum ad Heb. 1.

Ad sex. ¶ Ad sextū dicendū, ꝙ character

[a] ¶ Character. characterē sacri an recipiāt inuiti, amētes & dormiētes, vide per Pe. de Anc. in c. maiores nu. 4. de baptismo.

character est causa sacramentalis gratiæ aliquo modo, qđ autem quidam cum character gratiam nõ recipiunt, hoc est ex eorum indispositione ad gratiam suscipiendam. & ad id quod inducebatur, quod non esset dispositio ad gratiã respondetur iuxta S. Tho. in 4 d. 4. ꝙ verum est, ꝙ character est dispositio ad gratiam non per necessitatẽ, sed ꝑ quãdam congruitatis dignitatem. Ex hoc. n. ipso, ꝙ homo mãcipatus est diuinis actionibus, & inter membra Christi connumeratus fit ei quædã congruitas ad gratiam suscipiẽdam, quia Deus perfecte in sacramentis homini, prouidet. vnde simul cum charactere datur homini, vt possit exercere spirituales actiones fidelium, vel passiones, seu receptiones datur gratia qua hæc bene possint. (S. Thomi)

4 Ad secundum Sic proceditur. † Et videtur, qđ character non sit spũalis potestas. ¶ Et primo sic. character idem videtur esse, ꝙ signaculum ad Hebr. 1. vbi dr̃ figura substantiæ eius in græco hr̃ loco figuræ character. sed figura est in quarta specie qualitatis, & ita differt à potestate, quæ est in secunda specie qualitatis. character ergo non est spũalis potestas. ¶ Secundo sic. Dionysi. dr̃ in 2. ecclesiasticæ hierarchiæ, ꝙ diuina beatitudo accedẽtem ad diuinam beatitudinem in sui participationem recipit, & proprio lumine quasi quodam signo Christi ipsi tradidit suam participationem, & sic videtur, ꝙ character est quoddam lumẽ, sed lumen pertinet magis ad tertiam speciem qualitatis, non ergo character est potestas, quæ videtur ad secundam speciem qualitatis pertinere. ¶ Tertio sic. à quibusdam character sic diffinit. character est signum communionis fidei, & sanctę ordinationis datũ à hierarcha, signum autem in genere relationis non autẽ in genere potestatis. non ergo character est spũalis potestas. ¶ Quarto sic. ptãs habet rõnem causæ & principij, vt patet 5. Metap. sed signum ꝙ ponitur in diffinitione characteris magis pertinẽt ad rationem effectus. character ergo non est spũalis potestas. ¶ Quinto sic. contraria sunt in eodem genere, sed ea, quæ Christo competũt, sunt contraria his, quæ ad diabolum pertinet, cum ergo character bestiæ, de qua dr̃ Apoca. 13. nihil aliud sit, quam peccatum mortale, videtur, ꝙ supra virtutem. & gratiam non oporteat in aĩa aliquem characterem poni. ¶ In oppositũ arguitur sic. philosophus dr̃ in 2. Eth. tria sunt in aĩa. potentia, habitus & passio, sed character non est passio, quia passio cito transit character autem indelebilis est. Similiter etiam non est habitus, quia nullus habitus est, qui se possit ad bene, & male habere. character autem ad vtrunque se habet, vtũtur. n. eo, quidam bene, alij autem male, quod in habitibus non conuenit, nam habitu virtutis nullus vtiẽ male habitu, malitiæ nullus vtitur bene. ergo relinquitur ꝙ character sit potentia. ¶ Rñdeo dicendum, ꝙ, vt tangit S. Tho. in 4. d. 4. & magister Alexan. de Ha. & dñs Bonauẽ. circa essentiam istius characteris quid sit. s. secundum rem multiplex est modus loquendi doctorum, licet. n. omnes
5 in hoc cõueniãt, † ꝙ per characterem importatur triplex relatio. est. n. character signum distinctiuum, & configuratiuum, inquantum ergo est signum, importat relationem ad signatum, inquantum est distinctiuum importat relationem ad ea, quæ distinguit, inquantum est figuratiuum importat relationem ad ea, quibus assimilat. differunt. n. in hoc, quia ponunt istis relationibus non sub esse aliquod accidens absolutum. sed immediate fundari in aĩa istas relationes, dicẽtes, ꝙ character nõ sit nisi pura relatio, & ponunt exemplum, ꝙ character est in aĩa sicut cõsecratio in ecclesia. in qua consecratione nõ datur ecclesiæ noua qualitas, sed solum ordinatio ab eo, qui potest ad sacra ibidẽ celebranda sicut dicunt, ꝙ character est, quoddã aĩæ signaculum in quo dr̃ anima sanctificari, vt deinde Deus in ea inhabitet, vt in templo. sed ista opinio dicens, ꝙ character sit pura relatio nõ põt stare pp tres rõnes ẜm tres relationes dictas, quas importat character. tũ primo, quia signum, vt dr̃ Augu. in 2. de doctrina christiana, est, quod præter speciem, siue formã, quam sensibus, vel intellectui imprimit facit aliud in cognitionem venire. tum secundo, quia nihil distinguitur ab alio nisi per aliquam formam. tum tertio, quia similitudo est relatio super vnitatem qualitatis fundata. vt dicitur 5. Metaphysic vnde patet, quod quælibet illarum relationum quam importat character requirit aliquã formã subtractã, & cum nõ sit forma subalis, qa forma subalis in sacramẽtis non datur. relinquitur, quod forma

(Primum ar · Scd'm argu: · Tertium ar. · Quartũ ar. · Quintũ ar. · Opponit in cõtrarium. · Respondet. Ale. de Hal. Bonauent. · Augustin.)

subtracta sit qualitas quædam cuius vnitas configurationis similitudinem facit. propterea etiam alij dixerunt, qđ non est in aliqua specie qualitatis a philosopho assignata, quia ipse non assignat nisi solum species, qualitatis innatæ vel acquisitæ, sed non infusæ. & hoc dicunt philosophũ innuisse, cum ait in prædicamentis. fortassis, & alij apparebunt qualitatis modi, sed hoc est fuga quædam, quia quamuis sint alij modi qualitatis, tamen omnes reducuntur ad has species, quod patet ex hoc, quod adhuc nulla species alia inueniri potuit. vnde nos virtutes theologicas licet sint infusæ in prima specie collocamus, quare dicunt alij quod sit in quarta specie qualitatis, quæ est forma vel circa hoc aliquid constans figura. & quidam dicunt hanc formam esse crucem Christi. sed hæc positio non potest stare. quia aut figura proprie accipitur, aut metaphoricè. Si proprie accipitur sic importat terminationem quantitatis dimensiuæ, quam constat in anima nõ esse. si autem metaphoricè dicatur, tunc oportet, quod metaphora reducatur ad proprietatem. quia res non ponitur in genere per id, quod de ea metaphysicè dicitur. sicut nõ dicitur quod apostoli sint in genere qualitatis, quia eis dictum est Mat. 5. vos estis lux mũdi nec potest aliquid in quarta spẽ inueniri quod sit in anima secundum proprietatem. vnde character de quo loquimur non potest fundari super qualitatem quartæ speciei. & ideo quidam dixerunt. quod est in tertia specie qualitatis, eo quod animæ infert quandam mulcibrem passionem inquantum animam ornat, & decorat. sed hæc positio iterum non potest stare, quia sicut probat philosophus 7. Metaph. 3. species qualitatis non est nisi in sensibili parte animæ. character autem à nullo ponitur in hac parte, sed in intellectiua. Et præterea illæ qualitates semper habent ordinem ad aliquam trãsmutationem corporalem, quam inducunt, vel à qua causantur. Item, vt ait dñs Bona. hæc positio stare non põt, quia non dr̃ passibilis qualitas, q̃ infert intellectui passionem, quia cum oĩs veritas sit obiectũ intellectus, tunc oĩa essent in tertia spẽ qualitatis, quod stultum est dicere. ideo alij dixerunt, qđ est in prima spẽ qualitatis, & est quasi media inter dispositionem, & habitum. inquantum. n. est de difficili mobilis conuenit cum habitu, inquantum aũt non est vltima ꝑfectio, sed ad grãm disponit cum dispositione conuenit. sed hoc non põt stare, quia ẜm phil. 2. Eth. habitus est quo habemus nos ad passiones bñ, vel male, & vr̃ consideranti hæc apparet differentia inter habitum. & potẽtiam, qa potentia est, qua possumus aliquid simpl'r. habitus aũt quo possumus illud bene, vel male, sicut intellectus, quo consideramus. scĩa, qua bene consideramus. cõcupiscibilis, qua concupiscimus. temperantia, qua bene concupiscimus. intemperantia qua male. sil'r est dispositione, quia dispositio nihil aliud est quam quidam habitus imcompletus. cum ergo character ordinetur ad aliquid simpliciter non ad illud bene, vel male, quia sacerdos potest conficere bene, vel male, non potest esse, quod qualitas supra quam fundatur relatio characteris sit habitus, sed sit magis potentia, vel relinquitur pro conclusione in hac mataria. Quod character nõ sit in prima specie qualitatis, sed magis reducitur ad secundam, vt quidam alij dicunt. Hæc conclusio sic probatur iuxta sanctum Tho. in 4. Sicut cuiuslibet existentis in aliqua natura sunt aliquæ operationes propriæ, ita etiam in spirituali vita regenerati, vt Dionysius dicit in secundo capit. ecclesiasticę hierarchiæ, vbicunque autem sunt operationes propriæ oportet, ꝙ sint principia illarum operationum, vnde sicut in alijs rebus sunt potentiæ naturales ad proprias operationes, ita etiam regenerati in vitam spũalem habent quasdam potentias secũdum quas, possunt in illa opera, quæ potentiæ sunt similes illis virtutibus, quibus sacramenta efficaciam habent sibi inditam, quia sicut sacramenta causant gratiam instrumentaliter, ita recipientes characterem operãtur diuina per ministerium. minister aũt est, sicut instrumentum eius, cui ministrat. vnde dicit Philosophus 8. Ethicorum, quod seruus est organum animatum, & ideo tam virtus sacramenti, quam minister, quæ est character est instrumentalis. Et quod huiusmodi potentia sit character patet, si quis diligenter consideret verba Dionysij, à qua nobis prima traditio characteris aduenit assignans enim ministerium ritus cuiusdam, qui in primitiua ecclesia erat, quando adulti baptizabantur dicit, quod accedenti ad baptismum hierarcha

(Bonauentu · S. Thomas.)

hierarcha .i. pontifex manum imponebat, & signabat eum signo crucis, & præcipiebat eum describi intra nomina Christianorum, vt de cætero cum alijs ad diuina admitteretur. dicit, quod sic accedentem ad vitam spiritualem diuina beatitudo in sui participatione recipit, sicut sacerdos baptizandum, & proprio lumine, quasi quodam signo ipsi tradit. s. sui participationem. perficiens eum. s. diuinum, & communicantem diuinorum &c. patet ergo, quod ipse per hoc signum nihil aliud intendit, quam illud quod facit eũ participãdum diuinarum operationum. vnde hoc signum nihil aliud est, quam quædam potẽtia, qua potest in actiones hierarchicas, quæ sunt ministrationes, & receptiones sacramentorum aliorum, quæ ad fides pertinent. contra hanc sententiam, quæ est B. Thomæ, domini Alexãdri de Halis, domini Alberti magni, domini Bonauenturę, & Scotus, & Durãdus. Scoto autem videtur, quod character non sit forma siue res absoluta, sed relatiua. dicit. n. quod sit respectus extrinsecus adueniens ipsi animæ à Deo immediate in susceptione sacramenti non iterabilis. ista sunt verba sua. Durando autem videtur, quod character non sit nisi relatio rõnis per quam homo ex institutione, vel pactione diuina deputatur ad actiones sacramentorum.

Scotus. Durandus.

Scotus inducit pro sua duas rõnes, quarum prima est, & arguit ex diffinitione dicta characteris, quam S. Th. inducit sic. ipse. s. S. Tho. dicens hanc esse diffinitionem characteris. character est signum communionis fidei, & sanctæ ordinationis datum à hierarcha, dẽ quod ponitur in diffinitione characteris, vt genus, ex hoc arguit, quod character non potest esse forma absoluta, quia ad quidditatem rei absolute non pertinet aliquis respectus essentialiter, quia illa quidditas esset ad se, & non esset ad se. ergo si signum est genus characteris sequitur, quod essentialiter pertineat ad genus relationis. secundo sic. sicut non sunt ponẽda plura sine necessitate, ita quando ponitur aliquid ponitur præcise propter aliud, non est illud ponendum perfectius, quam requiratur ad id aliud, vel quã possit ex illo alio concludi, sed propter illa omnia propter, quæ ponitur character non est necesse quod sit perfectio absoluta. possunt. n. oĩa sufficienter saluari si est forma aliqua relatiua, ergo superflue, & sine rõne ponitur esse forma absoluta. minorem probare nititur soluẽdo argumenta opinionis cõtrariæ. Durandus vero ad probandũ, ꝙ sit relatio rõnis tantum, arguit sic. Sicut nũmus sortitur rõnem prætij & merolus rõnem signi ex humanana institutione, sic res sacramentales sortiũtur rõnem instrumenti, vel sacramẽti, & homo rõnem ministri, sed nũmus efficitur pretium, & merolus signum per solam relationem rõnis humanæ instituentis. ergo & res sacramentales sortiuntur rõnem instrumenti, vel sacramenti, & homo rõnem ministri per solam relationem rõnis diuinæ sic instituentis, cum igitur character sit id, quo efficiẽ homo minister sacramentorũ, vel susceptiuus eorum, patet ꝙ character non est nisi relatio rõnis ex ordinatione, vel pactione. ¶ Pro declaratione huius partis tria faciemus. primo. n. ostẽdemus, quod præfatæ opiniones Scoti, & Durandi stare nõ possunt cum doctrina apostolicæ sedis, nec sanctorum patrum. ¶ Secundo hoc idem ostendemus rõnibus sumptis ex his, quæ ipsi characteri attribuũtur à doctoribus. ¶ Tertio loco dabimus solutiones ad argumenta illorum. primo sic ostendimus. dẽ. n. extra. de baptismo, & eius effectu ca. maiores, ꝙ characterem sacramentalem imprimit operatio. s. baptismi, cum obicem voluntatis contrariæ non inuenit obsistẽtem. Item dicit Augu. in lib. contra Donatistas, & habetur in ca. præsenti. satis illuxit pastoribus ecclesiæ catholicæ ẽt ouem, quæ foris errabat, & dominicum characterem foris accipiebat veniẽtem ad vnitatis christianæ salutem ab errore corrigi, characterẽ tamẽ dominicum in ea cognosci, potius, quam improbare, quando quidem ipsum characterem multi lupi .i. mali etiam lupis infigunt. ecce quod apostolica sedes tantum, & docet, ꝙ character imprimiẽ per baptismũ. Aug. docet quod imprimatur per ministros etiam malos. Ex quibus duobus sequuntur duo necessario

Durandus.

Augusti.

6 primo. ꝙ character sit ens reale, siue forma realis, & non sit ens rõnis, sicut dẽ Durandus, quia etiam rõnes non possunt dici imprimi quasi effectus sacramentorum, quia terminus impressionis sicut nec productionis non põt esse respectus, vt probat Aristoteles. 5. phys. secundo sequitur ex

Contra Durandus.

7 prædictis, ꝙ character sit res absoluta & non respectus extrinsecus, vt dẽ Scotus, quoniam impressio non conuenit nisi formæ absolute, non relatiue cum relatiuum sit ad alterũ. Præterea si sicut dẽ Au. etiam lupi lupis imprimũt characterẽ .i. mali malis, manifeste patet, quod character non est respectus extrinsecus aduenies immediate à deo. Item hoc idem accipitur ex dictis aliorum sanctorum. dẽ. n. Dionysius 2. c. ecclesiasticæ hierarchiæ, ꝙ diuina beatitudo accedentem ad vitam spualem, quæ datur in baptismo in sui participationem recipit, & proprio lumine quasi quod signo Christi tradit sui participationem. sic videẽ secundum Dionysium, ꝙ Character sit quoddam diuinũ lumen, & per consequens aliqua forma absoluta, ex quibus omnibus manifeste videtur dicere, ꝙ character sit respectus extrinsecus videatur esse contra doctrinam tam apostolicæ sedis, quam sanctorum doctorũ & hoc de primo. ¶ Secundo hoc idem ostenditur rõnibus sumptis ex his, quæ characteri attribuũtur à doctoribus, sunt autem hæc quatuor. primum est, ꝙ sit potestas siue potentia quædam spũalis vel passiua ad recipiẽdum alia sacramenta, sicut est character baptismi siue actiua, sicut est character ordinis, de quo habetur secũdo c. ecclesiasticæ hierarchię vbi cum Dionysius dixisset, ꝙ Deus quodam signo tradidit sui participationem accedenti, subiungit. perficiẽs eũ diuinum, & communicatorem diuinorum. Ex hoc arguitur sic. nulla relatio rõnes siue realis aut respectus intrinsecus aut extrinsecus, põt esse potestas actiua, aut passiua. cũ nec principium actionis possit esse nec terminus, vt habetur 5. Physi. ergo character non põt dici relatio rõnis, vt dẽ Durandus, nec respectus extrinsecus, vt dẽ Scotus, consequentia patet. sed ad hoc rñdet Scotus dicens, ꝙ si accipiatur ptãs ad aliquem actum, character, nõ est potestas. nam, vt ait baptizatus simpliciter in nullum actum potest in quẽ non posset non baptizatus, & hoc siue loquendo de actu in quẽ põt actiue, siue de actu quem recipit quodam modo ab alio. si aũt loquamur de potestate ministri, per quam sit cõueniens minister alicuius principalis, talis potestas nõ oportet ꝙ sit forma absoluta imo sufficit in multis, ꝙ sit tm̃modo respectus rõnis probatur inquit ẽm eos .s. S. Tho. & alios antiquos, quia epatum non dicunt ordinem vltra sacerdotiũ, & tñ eps habet talem ptãtem ministerialẽ, quã non habet non eps. cõsimiliter cõstitutus iudex ferat sniam tm̃. prius aũt nõ tenuisset, quia snĩa à nõ suo iudice lata nulla est. nec tñ ille iudex sicut nec ille eps habet aliquã formam absolutã realẽ nisi forte relatiuã, & tm̃ rõnis. hæc Scotus. rñsio ista nulla est. continet. n. multa falsa. primo. n. in hoc, ꝙ dẽ, ꝙ in nullum actum, siue actiue, siue passiuẽ põt baptizatus in quẽ non posset non baptizatus, hoc. n. falsum est contra doctrinã ecclesiæ, & sanctorũ, qm̃ baptizatus põt suscipere alia sacra, ꝙ non põt non baptizatus 1. q. 1. si quis per ignorantiã. est. n. baptismus sicut ianua sacrorum. vnde in concilio cõpendiensi, vt habeẽ ext. de præs. non bapti. c. si quis. legitur constitutũ, ꝙ si quis in psbyterum ordinatus depræhenderit se non baptizatum baptizeẽ, & iterum ordinetur. Item B. Diony. dẽ 2. c. ecclesiasticæ hierarchiæ, ꝙ nihil diuinitus traditarum. s. operationum operari potest, qui nõ est renatus per baptismum. ¶ Præterea falsum continet responsio illa in eo, quod dẽ de epo, qm̃ licet S. Tho. dicat episcopatũ nõ dicere ordinẽ vltra sacerdotium inquantum ordo est sacrm̃, ẽm tñ ꝙ ordo dẽ officium quoddam respectu quaruncuuque actionum sacrarũ dẽ in 4. dis. 24. epatum ordinẽ esse supra sacerdotem. habet. n. eps ptãtem in actionibus hierarchicis, respectu corporis mystici, q̃ quidem ptãs non est tm̃ iurisdictionis, q̃ est respectus rõnis, sed est ptãs ordinis q̃ non potest esse nisi realis, & forma absoluta, quia relatio principium esse non potest actionis, & tñ necesse est, ꝙ vbicũq; sunt actiones propriæ, ꝙ sint principia propria illarũ operationum, ꝙ relatio esse nõ potest. cæterum ꝙ inducit de iudice, qui absque potestate, quæ sit forma realis absoluta in eo, si ferat sententiam tenet &c. parum facit ad propositum, qm̃ iudex dando senteniam cum nullum realem effectum causet in aĩa eius pro quo profert, vel contra quẽ profert sententiam, non in eo requiritur potestas, quæ sit forma absoluta, quæ sit quasi principiũ illius effectus, sed est relatio rõnis. in collatione aũt sacrorum aliquid reale imprimiẽ in aĩa. vñ necesse est, vt potestas, qua talis realis effectus fit, sit forma absoluta in episcopo, & ita non est simile de iudice cuius potestas tantum iurisdictionis est, & de episcopo,

Diony.

Contra Scotus.

Diony.

de episcopo, aut sacerdote cuius potestas est etiam ordinis cuius signum est, ꝙ papa potest facere de iudice non iudicem, sed non de sacerdote non sacerdotem, secundum qđ attribuitur characteri est, ꝙ sit signum, vnde in diffinitione eius dr̄, quòd est signum communionis fidei. Est autem sciendum, quòd character ponitur signum sacramenti suscepti à quo imprimitur, & est signum gratiæ, ad quam disponit. character. n. dr̄ res, & sacramentum. Res quidē inquantum est impressum per sacramentum, & ita est signū eius sicut effectus est signum causæ suæ. dr̄ autem sacramentum inquantum est signum gratiæ, ad quam disponit, & præparat. tūc arguitur sic, nullus istorum modorum potest competere relationi siue rationis, siue reali, siue intrinseco respectui siue extrinseco habere rationem signi. ergo opiniones illorū doctorum stare non possunt in veritate, consequentia patet, & antecedēs probatur, quia relatio nec terminus productionis, nec principium actionis esse potest. Præterea dicit Aug. in secundo de doctrina christiana, ꝙ signum est, quòd præter speciem, quam ingerit sensui, vel intellectui, facit aliquid aliud in cognitionem venire, ergo relatio signi fundatur in aliqua forma absoluta. ¶ Ad rōnem respondet Scotus negando, quòd super relationē non possit fundari relatio signi. dicit. n. ꝙ nihil est ex cuius cognitione possit deuenire in cognitionem alterius, saltem, vt ex cognitione posterioris in prius, quin illud posterius possit dici signum, & sic concedo inquit, ꝙ super relationē aliquam realem possit fundari ratio signi ad aliquid prius, & hoc modo, si quis videret paternitatem in suo fundamēto posset esse signum rememoratiuum actus gn̄ationis preteriti, & isto modo in proposito. hæc ille. Rō illa nulla est, quia sicut id, quod est posterius non ducit in cognitionem prioris, nisi sit effectus eius, ita nec est signum eius. Si autē character est pure respectus rationis aut realis à Deo immediate veniens animæ, non est effectus baptismi, & ita interest eos nō est habitudo aliqua causalitatis, & ita character non habebit rationem signi respectu sacramenti. Qđ vero inducit de paternitate multum confirmat propositū nostrum, quia paternitas ideo signum est rememoratiuū actus generationis præteriti, quia innascitur ex illo. est. n. de necessitate relationum, quæ fundatur super actione, & passione, vt habetur quinto metaphysicæ. præterea, quomodo potest saluari quod character signum sit sacramentale gratiæ ad illam dispositiuum, si detur esse tantum, relatio certe non videtur, tertium quod attribuitur characteri est, quòd est signum distinctiuum fidelium, & non à fidelibus, vnde in eius diffinitione ponitur, quòd sit distinctio distinguens à non configuratis, & dicitur signum distinctiuum non tantum, vt nota distinctionis, sed vt distinctionē causans, vtpote quo homo characterizatus habet distinctum posse, quod non habet non characterizatus. Ex hoc etiam manifeste arguitur falsitas præfatarum opinionum dicentium, characterem relationem esse, siue rationis, siue realem, quoniam, vt ex superius dictis patet, sola relatio non potest esse causa talis distinctionis fidelium à non fidelib. quæ dr̄ esse. s. per distinctam participationem alicuius spiritualis potestatis, cuiusmodi ponitur esse character, quartū, ꝙ attribuitur characteri est, quòd sit signum assimilatiuū, vnde character ita à magistris diffinitur, ꝙ character est distinctio à charactere æterno impressa animæ rationali secundum imaginem consignans trinitatem creatam trinitati creanti, & recreanti, & distinguens à non configuratis secundum statum fidei, ex hoc etiam manifeste apparet falsitas illarum opinionum dicentium characterem esse, aut respectum rationis, aut respectum realem extrinsecū, quoniam per solas relationes siue respectus non potest anima mea dici configurari Christo siue trinitati increatę, nisi conatur aliquod absolutum diuinum, per cuius participationem anima nostra dicatur configurari Deo, & assimilari. arguitur, ergo sic, character ergo configurat fideles Christo, ergo necessario requirit aliquam formam absolutam abstractam, cuius vnitas similitudinem configurationis faciat. nam similitudo est relatio super vnitate qualitatis fundata quinto metaphysicæ. ¶ His habitis respondendum est ad rationes in oppositum, quod erat tertium faciendum. Ad primam rationem Scoti respondetur negando, quòd character non potest esse forma absoluta. Et ad probationem, cum dicit, quod ad quidditatem rei absolute non pertinet respectus essentialiter conceditur, &

Augu. (margin)

Ad rōnes. Ad primam rōnē Scoti. (margin)

tamen negatur consequentia. Ratio quia character non diffinitur hic quantum ad quidditatem suam, siue quantū ad id, quod est non ad genus relationis, sed ad genus qualitatis pertinet, vt superius habitum est, sed diffinitur hic prout est habens rationem signi, & in hac ratione signum dr̄ tenere locum generis in descriptione sua. Et hoc non est inconueniens sicut exemplum posset poni de alijs relationibus secundum dici huiusmodi est ipse character, & ideo ratio non procedit. ¶ Ad secundam respondetur negādo minorem quoniam impossibile est verificari de charactere ea propter, quæ ponitur character nisi sit forma absoluta sicut in quatuor quę characteri attribuuntur, & propter quæ ponitur iam diffuse ostendimus. ¶ Ad tertiam rationem quæ est Durādi respondetur negando assum. non enim est simile de nūmo, & merulo deputatis ordinatione humana in pretium, & signum, & de rebus sacramentalib. & de homine ordinato in ministerium per ordinationem diuinam. primo non est simile ex parte deputantium, quia institutio humana non est causa rerum naturalium, vnde nihil potest addere, vel subtrahere naturæ rerum propter quod rebus naturalib. nihil acquiritur ex pactione humana, quæ sit forma realis, sed solum ordo, & relatio rationis. vnde vt dicit dominus Petrus de palude, omnia iura incorporalia de quibus iura loquuntur non sunt nisi entia rōnis, vnde ꝙ ego emendo rem fiam dominus dominium, seruitus, obligatio, actio, hæreditas, & omnia huiusmodi sunt entia rationis, sed dei institutio, & ordinatio est causa rerum, vnde sicut institutio naturæ ponit in rebus entitatem naturæ, ita institutio gratiæ ponit entitatem ad gratiam. ¶ Secundo non est simile ex parte deputationis, quia nummus deputatur in pretium, & merolus in signum absque reali operatione facta in eis. homo autem à Deo, & ecclesia ordinatur in ministeriū actione reali facta circa ipsum puta per aliquam cōsecrationem quam oportet ad aliquid terminari. ¶ Tertio non est simile etiam ex parte finis deputationis. homo. n. deputatur in ministerium tanquam in finem respuctu operationis, quæ non potest exerceri nisi per ipsum ministrum, sicut consecratio corporis Christi non perficitur, nisi per sacerdotem, sed nummus, & merolus non ordinantur ad aliquam operationem, quæ nō possit sine eorum reali exhibitione exerceri, sępe. n. fiunt commutationes sine reali exhibitione pecuniæ, & largitio eleemosynæ sine merolo, & ideo si deputatio humana nihil addit supra nummum, vel merolum, non oportet, quòd ordinatio diuina, vel ecclesiæ nihil addat supra ministrum. ¶ Quarto non est simile etiam ex parte deputatorum, quia nūmus, vel merolus possunt à suo deputatore priuari simpliciter, ita quòd non valeant plus, quam prius valebāt. minister autem non potest priuari simpliciter sua ordinatione, ita ꝙ non possit de facto in operationem ad quam ordinatus est, & ideo non oportet, quòd si in nummo, vel merolo ex sua deputatione nihil reale acquiratur, quòd nec ēt in ministro. His habitis respondendum est ad rationes factas in principio quæstionis. Ad primam respōdetur, quòd character non dr̄ proprie figura, sed metaphorice tantum quia cum figura proprie dicat terminationem quantitatis dimensiuæ proprie loquendo nō est nisi in rebus corporeis, in spiritualibus autem solum dr̄ metaphorice. nō ponitur autē alioquin in genere, vel specie per id, quod de eo proprie prædicatur, & ita non oportet, quòd character ponatur in quarta specie qualitatis. ¶ Ad secundam respondetur, quod lumen, quod dr̄ esse character non est lumen sensibile, in tertia autem specie non est nisi lumen sensibile, & ita ratio non procedit quod debeat poni in tertia specie qualitatis, quia in ista specie non sunt nisi sensibiles passiones, aut sensibiles qualitates. ¶ Ad tertiam respondetur, quod cum iuxta determinata in quæstione, character non possit esse pura relatio, oportet quòd relatio importata nomine signi fundetur super aliquod absolutum, non potest autem fundari immediate super nuda animę essentia, quia sic videretur cōuenire omni animæ. oportet ergo aliquid poni in anima, super quod fundetur talis relatio, hoc autē est ipsa essentia characteris, quæ vt diximus est quædam spiritualis potestas, & ita non oportet, quod sit in genere relationis. ¶ Ad quartam respondetur, quod non est incōueniens, ꝙ idem diuersis respectibus habeat rationem signi, & rationem principij sicut patet in his quæ sunt res. & siganum in scramentis, & ita dicimus, quòd character habet ra-

Ad secūdam rationem. (margin)

Ad tertiam rationem. (margin)

Pet. de pal. (margin)

Ad primum argu. (margin)

Ad secūdum. (margin)

Ad tertium (margin)

Ad quartum (margin)

bet rationem signi per comparationem ad sacramentum sensibile, à quo imprimitur, sed secundum se consideratus habet rationem principij per modum iam dictum.

Ad quintum

¶ Ad quintam respondetur, quòd non est simile de charactere Xpi, & de charactere diaboli, quoniam per hoc, ꝙ homo configuratur bestiæ non accipit aliquam potestatem spiritualem, sicut per aliquam potestetem spiritualem homo assimilatur Christo. Et hæc sufficiant de ista quæstione.

8 Ad tertium Cum quæritur de vtilitate characteris ad quid sit dr̃, ꝙ cum sit signum sacramentale ponuntur communiter quatuor vtilitates, videlicet, ad significandum, ad disponendum, ad assimilandum, siue configurandum, & ad distinguendum. Sed arguitur cõtra omnes istos actus.

Primum ar.

¶ Primo sic. Contra primum signũ est, quod speciem ingerit sensibus, & præter eã facit aliud in cognitionem venire, sed character nullam sensibus formam ingerit, ergo non est signum.

Scd̃m arg.

¶ Secundo sic. Si esset signum, aut naturale, aut voluntarium. Non primum, quia tunc haberet esse in materia, quod non est verum, non voluntarium, quia tunc diuersificaretur propter diuersos, ꝙ stultum est dicere.

Tertium ar. Contra ſm actum.

¶ Tertio quæritur quid significat, si gratiam, contra multi habent characterem, qui non habẽt gratiam, nec habuerunt, nec habebunt. igitur &c. ¶ De secundo actu, qui est disponere ad gratiam videtur, quòd nõ disponat ad gratiam.

Primum ar.

Et primo sic. in baptismo flaminis datur gratia sine charactere, ergo videtur, quòd non indigemus dispositione media.

Scd̃m arg.

¶ Secundo sic. dator gratiæ cum sit infinitæ potentiæ non requirit materiam dispositam, & ita nõ indiget prima dispositione ad impressionem formę. ergo non est necesse, quòd character disponat ad gratiam.

Contra tertium actum. Primum ar.

¶ De tertio actu, qui est assimilare, videtur, quòd non cõueniat characteri assimilare siue configurare Deo. Similitudo est rerum differentium eadem qualitas, sed creatori, & creaturæ nihil est commune: ergo per characterem non assimulamur Deo.

Secundum argu.

¶ Secundo sic. homo non configuratur trinitati, nisi per similitudinem, & imaginem, sed prima cõfiguratio est per naturam. secunda per gratiam, ergo character nullo modo configurat.

Cõtra quartum actum. Primum ar.

¶ De quarto actu, quæ est distinguere, videtur, ꝙ non conueniat characteri, quia, vbi est magna differentia, nõ oportet dare signa distinctionis, sed fideles ab infidelibus maxime differunt, & in vita, & in ritu, ergo non oportet, aliud dare signum distinctiuum.

Scd̃m ar.

¶ Secundo sic. aut illud signum distinctionis fit propter Deum, aut propter angelos, aut propter hominem, nõ propter Deũ, qui sine signo scit infideles à fidelibus discernere, non propter angelos. quia omnia vident in verbo, nec ꝓpter homines, vt videtur, quia nec alij homines possunt cognoscere characterem, nec etiam ipse, qui habet percipit, se habere. Signum aut oportet esse notũ, ergo videtur, quòd character nõ habeat distinguere, & ita frustra sit, aut nullius vtilitatis.

Opponit in cõtrarium. Respondet.

¶ In oppositum est, tam diffinitio Beati Dionysij, quam diffinitio magistralis supra positæ. in quibus isti actus attribuuntur characteri. ¶ Respondeo dicendum, notando, quòd, sicut supra dictum est, in secunda questione per characterem importatur triplex relatio. Est .n. signum figuratiuum, & distinctiuum, inquantum ergo est signum habet relationem ad signatum. s. gratiam, & ex hoc, ꝙ gratiam significat etiam ad gratiam disponit, quia vsus sacramentorum non est tantum in significando sed et in causando aliquomodo. Ecce vna characteris vtilitas, ꝙ character disponit ad gratiam. secundo character est signum configuratiuum, & hoc importat relationem ad ea, quibus configurat. configurat autem Deo à quo imprimitur. Est .n. character, vt dictum est participatio quædam diuinæ potestatis, ecce alia vtilitas. facit .n. hominem participem diuinorum, & hoc notat Diony. in diffinitione supra posita, cum dicit, ꝙ character est signum communionis diuinorum. secundo cõfigurat alijs, quibus eadem cõionis diuinorum participatio facta est. ecce tertia vtilitas characteris, videlicet incorporatio quædam membris ecclesię, & hoc tangit Diony. vbi .s. cum subiungit, & sacræ ordinationis fidelium. Præterea, quia ista participatio diuinæ potestatis, quendam decorem importat, quia videtur esse quidã character militaris surgit alia vtilitas, ꝙ character decorat, & nobilitat animam.

Diony.

Hinc Be. Diony. comparat illum lumini dicens, accedenti (.s. ad vitam spiritualem) diuina beatitudo in sui participationem recipit, & proprio lumine quasi quodam signo ibi tradit. s. sui participatione, perficiens eum diuinum & communicantem diuinorum. ¶ Tertio character est signum distinctiuum, & in hoc importat relationem ad ea, à quib. distinguit. distinguit .n. ab alijs, ꝙ non sunt de grege domini, vel etiam distinguit in eodem grege ſm aliam, & aliam diuinæ potestatis participationẽ, siue secundum aliam, & aliam rationem configurationis, ecce alia vtilitas characteris. s. distinctio.

Damasc.

cæterum Damas. diffiniens baptismum ſm id, ꝙ est interius, vt circa capitulum primum huius distinctionis dictum est, ponit ꝙ est sigillum, & custodia,

S. Tho.

vt dicit S. Thom. in tertia parte inquantum ipse character, qui sigillum dr̃, quantum est in se custodit animam in bono, ecce alia vtilitas. ¶ His habitis dicendum est ad rationes. Et primo ad eas, quæ inductæ sunt cõtra rationem signi siue actum signandi.

Ad primum arg.

Ad primam earũ respondetur cum S. Thom. in quarto, ꝙ character accipit rationem signi, secundum, ꝙ per sacramentũ visibile exterius efficitur, & signatur,

Bonauent.

vnde vt dicit dominus Bonauentura non est in eo ratio significandi per se tantum, sed per coniunctionem cum exteriori elemento.

Ad scd̃m

¶ Ad secundam dicit magister Alexander, ꝙ est voluntarium, sicut elementum significat ex institutione, nec tamen sequitur, ꝙ diuersificaretur apud diuersos, quia instituitur authoritate magistri vniuersalis, & ita respondet dominus Bonauentura.

Ad tertium

¶ Ad tertiam dicendum, ꝙ significat gratiam, & ad argumentum negatur consequentia, quia ꝙ multi habeant characterem, & non habeant gratiam hoc est ex indispositione eorum ad gratiam suscipiendam.

Ad primum arg.

¶ Ad primam rationem, qua arguebatur, ꝙ non disponeret ad gratiam. respondetur negando consequentiam. Character .n. non est simpliciter, & absolute dispositio ad salutẽ, ita vt sit dispositio necessaria, vt sine charactere gratia suscipi non possit, sed est dispositio congruitatis in eo, in quo est.

Ad scd̃

¶ Ad secundam simili modo respondetur, ꝙ character non est dispositio necessitatis, ita ꝙ agens non possit nisi illo medio gratiam infundere, vel patiens recipere, sed tantum est dispositio congruitatis. Sed ista ratio congruitatis aliter assignatur ab Alexandro de Halis, & Bonauentura, & aliter à San. Thom.

Ale. de H.

Alexander dicit sic, quia .n. natura corrupta est per peccatum, & indisposita ad gratiam, cõgruum est, vt intercidat dispositio media.

S. Thom.

S. vero Thom. subtilius, & rationabilius loquens inquit. sic in quarto, quia ex hoc, ꝙ homo mancipatus est diuinis actionibus, & inter membra cõnumeratus fit, ei quædam congruitas ad gratiam suscipiẽdã, quia Deus in sacris perfecte homini prouidet, vnde simul cum charactere quo datur hoĩ, vt possit exercere spũales actiones fidelium, vel passiones, seu receptiones datur gratia, qua homo bene possit. ¶ Ad rationes contra tertium actum characteris.

Ad primum argu.

Ad primam dicendum, ꝙ, licet non sit aliquid commune specie, aut genere Deo, & creaturæ, est tamen aliquid analogice inquantum aliqua participatio bonitatis illius communicatur creaturis, & hoc sufficit ad talem rationem similitudinis, qualis est creaturę ad creatorem,

Alexander. Bonauent.

vel dicendum secundum Alexandrum, & dominum Bonauenturã, per vnius qualitatis participationẽ. secunda per imitationem, & tertia per omnimodam indiuisionem. Prima est creaturæ ad creaturam. secunda est creaturæ ad Deum. tertia est vnius personę diuinę ad aliã. assimilatio autem creaturę ad Deum, vel est perfecta, vel sufficiens, vel ad sufficientęm disponens, prima. s. perfecta est in gloria, & hæc non compatitur dissimilitudinem aliquam. secunda in gratia. s. sufficiens, & hæc compatitur dissimilitudinem miseriæ, sed non culpæ. tertia. s. insufficientem disponens in charactere, & hæc compatitur vtranque, quia solum est gratiæ gratis datæ, & multum longinqua, ex his patet respõsio ad obiecta, quia licet creatori, & creaturæ non sit aliquid commune, ex hoc non sequitur, quòd creatura non assimiletur creatori, quia alius est modus assimilationis, quam per cõuenietiam aliquorum in aliquo communi. Prima assimilatio aliquam compatitur secum dissimilitudinem. s. illa, quæ est disponens ad sufficientẽ, propter quod non sequitur, in isto est dissimilitudo cum Deo, ergo non habet assimilationem aliquam cum Deo.

Ad scd̃m

¶ Ad secundam respondeo, ꝙ ista configuratio est alterius rationis, configuratio tantum ista attenditur ad Deum secundum participationem diuinæ bonitatis, quæ non est ꝑ gratiam virtutum, nec per naturam, ergo ratio non procedit. ¶ Ad rationes contra quartum actum characteris. Ad primam dicendum vt dicit S. Thom. ꝙ character non est signum

signum tantum, vt distinctionis nota, sed vt distinctionem causans sicut & alia sacramentalia signa, & ideo eo indigetur ad distinctionem faciẽdam. ¶ Ad secundam dicẽdum, ꝙ illud distinctionis signum est, & propter ipsum hoĩem, qui suscipit, qui accipit distinctũ posse ab alijs, & ꝑp alios homines, qui cum admittunt ad spirituales actiones ex cõsignatione sacramentali exteriori interiorem perpendentes, & quo ad Deum, qui eius actionibus spiritualibus efficaciam præbet. quare &c.

Ad scđm.

9 Ad quartum sic proceditur. † Et videtur, quòd character non sit à solo filio, sed à tota trinitate. ¶ Primo ex tex. præsentis cap. vbi August. nominat characterem dominicum, sed pater, & filius, & spiritus sanctus sicut sunt vnus Deus, ita sunt vnus dominus, ergo character est ex tota trinitate. ¶ Secundo ex diffinitione Diony. superius assignata dr̃ ꝙ signum characteris datur à diuina beatitudine, sed diuina beatitudo est communis tribus personis, ergo character non est à solo filio, sed à tota trinitate. ¶ Tertio, & videtur, ꝙ spiritualiter sit à spiritu sancto dr̃ ad Ephes. 4. Nolite contristari spiritum sanctum, in quo signati estis, sed confirmatio importatur in ratione characteris, ergo character sacramentalis magis debet attribui spũi sancto, quam Christo. ¶ Quarto sic. character habet rationem signi, est autem signum gratiæ, quæ per sacramentum confertur, gratia autem infunditur animæ à tota trinitate, vnde dr̃ in psal. gratiam, & gloriam dabit dominus, ergo videtur, ꝙ character sacramentalis magis debet attribui spũi sancto, quàm Christo. ¶ Quinto sic. Ad hoc, ꝙ aliquis characterem accipiat, vt eo à cæteris distinguatur, necesse est, sed distinctio sanctorum ab alijs fit per charitatem, quæ sola distinguit inter filios regni, & perditionis, vt Augustin. dicit 15. de trinitate, vnde & ipsi perditionis filij characterem bestiæ habere dicuntur, vt patet Apocalyp. 13. Charitas autem non attribuitur Christo, sed magis spũi sancto, secundum illud ad Rom. 5. charitas Dei diffusa est in cordib. nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis, vel etiam patri secundum illud 2. Corin. vlt. gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, ergo videtur ꝙ character sacramentalis non sit attribuẽdus Christo. ¶ In oppositum est diffinitio magistralis superius in prima quæstione posita, in qua character diffinitur, ꝙ est distinctio impressa à charactere æterno, sed character æternus est ipse Christus secundũ illud ad Heb. 1. cum sit splendor, & figura, vel character substantiæ eius, ergo videtur, ꝙ character proprie sit attribuendus Christo. ¶ Respõdeo
10 dicendum sub duabus conclusionibus, prima ꝙ character est communiter à tribus personis. Ista cõclusio patet, quia omnis effectus in creatura est à tota trinitate, vt. n. ait Aug. & Diony. opera ad extra communia sunt toti trinitati, sicut esse communis essentia siue potestas. ¶ Secunda cõclu
11 sia† character à proprietate est à filio. patet conclusio. tum primo, quia habet conuenientiam maiorem cum proprietate filij, ipse. n. est imago, & figura siue character patris. Tum secundo quia virtus passionis Christi operatur in sacramentis, tertio, quia ipse est summus sacerdos, cuius sacerdotij character quædam participatio esse videtur. Sicut autem dictum est per characterẽ homo fidelis deputatur ad recipiendum vel tradendum alijs ea, quæ pertinent ad cultum Dei. totus autem ritus christianæ religionis deriuatur à sacerdotio Christi, cuius sacerdotio configurãtur fideles secundũ sacramentales characteres, quę nihil aliud sunt quam quædam participationes sacerdotij Christi, ab ipso Christo deriuatæ, vt dicit S. Tho. in tertia parte. ¶ Ad rationes. Ad primam, & secundam respondetur simul concedendo, ꝙ character sit à tota trinitate communiter licet appropriate sit à filio. ¶ Ad tertiam rñdetur, ꝙ character est proprie signaculum quoddam, quo aliquid insignitur, vt ordinandum in aliquẽ finem. homo. n. fidelis ad duo deputatur. primo quidem, & principaliter ad fruitionem gloriæ, & ad hoc insigniuntur signaculo gratiæ secũdum illud Ezech. 9. signa thau super frontes virorum gementium, & dolentium. Et Apocalip. 7. Nolite nocere terræ, neque mari, neque arboribus quo adusque signemus seruos Dei in frontibus eorum, & de hac configuratione secundum quã aliquis deputatur ad futuram gloriam loquitur apostolus. hæc. n. cum fiat per gratiam, quæ spũi sancto, attribuitur inquantum ab amore procedit, ꝙ nobis Deus aliquid gratis largiatur appropriatur spũi sancto. ¶ Secundo autem

Primum ar. — Scđum arg. — Tertium ar. — Quartũ ar. — Quĩtum ar. — Augu. — Opponit in cõtrarium. — Respondet. — Ad primum & scđm. argu. — Ad tertium

deputatur quisque fidelis ad recipiendum, vel tradendum alijs ea, quæ pertinent ad cultum Dei, & ad hoc proprie deputatur character sacramẽtalis, & quia totus ritus christianæ religionis deriuatur à sacerdotio Christi, vt dictum est character sacramentalis specialiter dr̃ esse à Christo. ¶ Ad quartã dicendum iuxta S. Tho. in tertia parte, ꝙ character sacramentalis est res respectu sacramenti exterioris, & est sacramentum respectu vltimi effectus. Et ideo dupliciter potest aliquid characteri attribui, vno modo secundum rationem sacramenti, & hoc modo signum est configuratiuum alicui principali apud quem consistet authoritas eius, ad quod aliquis deputatur sicut milites, qui deputantur ad pugnam insigniuntur signo ducis, quo quodammodo ei configurantur. vnde proprie est character Christi. ¶ Ad quintam dicendum, quod charactere distinguitur aliquid ab alio per comparationem ad aliquem finem in quo ordinatur, qui characterem accipit sicut dictum est de charactere militari, quo in ordine ad pugnã distinguitur miles regis à milite hostis. Et similiter character fidelium est quo distinguuntur fideles Christi à seruis diaboli, vel in ordine ad vitam æternam, vel in ordine ad cultum præsentis ecclesiæ quorum primum fit per characterem, & gratiam vt obiectio procedit, secundum autem fit per characterem sacramentalem. vnde, & character bestiæ intelligi potest per oppositũ, vel obstinata malitia, qua aliqui deputantur ad pœnam æternã, vel professio illiciti cultus.

Ad quartum S. Thom. — Ad quintum

12 Ad quintum Sic proceditur. † Et videtur, quod character sit in essentia animæ sicut in subiecto. ¶ Primo sic. ex text. præsentis cap. vbi dicit August. ꝙ ouis characterem dominicum recipit, sed anima dr̃ ouis secundum substantiam, ergo character recipitur in substantia animæ, & non in aliqua potentiarum eius. ¶ Secundo sic. dispositio, & habitus sunt in eodẽ subiecto, sed character disponit ad habitum gratiæ, cũ ergo gratia sit in essentia animæ sicut in subiecto, videtur, quòd etiam character. ¶ Tertio sic. nihil est subiectũ potentiæ animæ, nisi essentia animæ, sed character, vt dictũ est, est quædam spiritualis potẽtia, ergo est in essentia animæ sicut in subiecto. ¶ Quarto arguitur, quòd si debeat esse in potentia animæ, ꝙ non sit in vna sola, sed in pluribus sic. character est in anima secundum imaginem, vt habetur ex eius diffinitione, secundum quam est cõfiguratio hominis ad Deum, sed imago non consistit in vna tantum potentia, sed in pluribus, ergo nec character. ¶ Quinto arguitur, quòd si debeat esse in aliqua potentia, ꝙ non in aliqua potentia rationali, sed in aliqua potentia organica. Primum probatur sic. potentiæ animæ rationalis distinguuntur per cognitiuas, & appetitiuas, sed non potest dici, ꝙ character sit tantũ in potentia cognoscitiua, nec etiam tantum in potentia appetitiua, quia non ordinatur, nec & cognoscendum tantum, nec ad appetendum. Similiter etiam non potest dici, ꝙ sit in vtraque, quia idem accidens non potest esse in diuersis subiectis, ergo videtur, quòd character animæ non sit in potentia animæ, sicut in subiecto, secundum videlicet, ꝙ character sit ponendus in potentia organica probatur sic, & est argumentum Durandi. character non ponitur in ministro, nisi vt sit agens instrumentale respectu sacramenti, sicut sunt res sacramentales, ergo videtur, quod character sit ponendus in ministro quantum ad id, in quo magis cõuenit cum rebus sacramentalibus. cum manu vero applicat materiam ad illum, qui suscipit sacramẽtum, ergo character si sit talis potentia, magis debet poni in ore, vel lingua, vel in manu, vel in aliqua spirituali potentia, quia etiã res sacramẽtales in quibus ponitur similis virtus sunt quædam res corporales. Sexto arguitur, ꝙ si character debeat poni in aliqua potentia. s. rationali, ꝙ debeat poni in affectiua, & non cognitiua, sic, character disponit ad gratiam, sed gratia magis respicit affectiuam, ergo & character. ¶ Septimo sic. character est ad assimilandum nos Deo. sicut habetur ex eius diffinitione, sed per affectum maxime Deo appropinquamur, & similes ei efficimur, ergo est in affectiua ponendus potius, quam in cognitiua. ¶ In oppositum est, ꝙ B. Diony. characterem lumini comparat, sed lumen magis intellectiuè competit, quam affectiuè. ergo videtur, ꝙ character sit ponendus in potẽtia animæ, & non in essentia, & in potentia rationali, & non organica, & in cognitiua magis, quam in affectiua. ¶ Respõdeo dicẽdum, quòd sicut tangit in parte magister Alexander, & dominus Bonauen.
circa

Primum ar. — Secundũ ar. — Tertium ar. — Quartũ ar. — Quintũ ar. — Durandus. — Ad sextum. — Septimum argum. — Opponit in cõtrarium. — Respondet.

circa hoc multiplex fuit opinio, quarum diuersitas colligi potest ex argumentis factis. Quidam.n.posuerunt characterem in essentia animæ, quidam in potentijs, quidam in organicis potentijs, quidam in rationalibus, videlicet in affectiua, & intellectiua simul, quidam in sola effectiua, quidam in intellectũ. Pro veritate habenda respondentes ponemus aliquas conclusiones. prima est, quòd character non est subiectiue in animæ substantia, sed in potentia ista conclusio declaratur dupliciter. primo sic iuxta S. Tho. in tertia parte sicut dictum est. character est quoddam signaculum, quo anima insignitur ad suscipiendum, vel alijs tradendum ea, quæ sunt diuini cultus, diuinus autem cultus in actibus consistit. ad actus autem proprie ordinantur potentiæ animæ, sicut essentia ordinatur ad esse, & ideo character nõ est sicut in subiecto in essentia animę, sed in eius potentia. ¶ Secundo declaratur sic iuxta S. Tho. in quarto. Natura proportionaliter spiritualitati substernitur, sicut perfectibile perfectioni, vnde sicut gratia quæ est spũalis vitæ principium est in essentia animæ, sicut in subiecto, ita, & character, qui est spiritualis potẽtia, est sicut in subiecto in naturali potentia animæ, & non in essentia animæ, vt quidam dicunt, nisi mediãte potentia animæ. ¶ Sed cõtra hoc arguit Durandus, & nititur destruere hoc fundamentũ, ꝙ videtur præsupponi in ratione S. Tho. s. ꝙ character sit principium spũalis operationis, sicut gratia est principium esse supernaturalis, sic destructo principio essendi, vel viuendi supernaturaliter destruitur principium operandi supernaturaliter. sed destructa gratia non destruitur character, imo manet in peccantibus mortaliter. ergo character, & gratia non se habent sicut principium essendi, & operandi in vita spirituali. Sed hæc ratio non procedit, nec videtur Durandus intellexisse S. Tho. Primum patet, quia maior illa, quam assumit nõ est vera, nisi de principio operandi, ꝙ fundatur super illud principium essendi sicut principium operandi meritorie, quod est charitas, quia fundatur super principium essendi supernaturale, quod est gratia, destructa gratia destruitur charitas, sed quando principium operandi non fundatur super illud principium essendi. non est vera sicut in proposito. Nam potestas spiritualis actiue, vel passiue, ad actiones hierarchicas, quæ importatur nomine characteris non fundatur in gratia, imo gratia est terminus, & finis eius, quoniam ad hoc exercentur ipsæ actiones, hierarchicæ, vt gratia habeatur. Quod vero non intellexerit, aut intelligere noluit S. Thomam patet, quia cum ait S. Tho. quòd gratia sit principium spũalis vitæ, & character principium agendi, non intendit, quòd gratia, & character habeant ordinem inter se, siue per se sint adinuicem ordinata, quòd vnum respondeat alteri, sicut fundamentum, vt puta gratia characteri. Sed intellectus eius est, quòd quantumcunq; sint aliqua disparata, & vnum habeat ratiõne principij essendi & aliud ꝓceptũ operãdi, ꝙ habet rationem principij essendi debet esse in essẽtia animæ sibi conformi. Quod vero habet principiũ operandi in poten-
14 tia, siue talia habeant ordinem inter se, siue nõ. ¶ Secunda conclusio ꝙ character non est in pluribus potẽtijs animæ subiectiue, sed in vna tantum, probatur sic. vnum accidẽs non est in pluribus subiectis, accidens.n. numeratur, & distinguitur pœnes diuisionem subiecti, sed in vno sacramẽto imprimitur vnus character, & character est accidens. er-
15 go non potest in pluribus subiectis esse, sed oportet, quòd sit in vno. ¶ Tertia conclusio character non potest poni in potentia organica siue corporea, probatur sic. character est potestas spũalis, vt patet ex quæstione secundo loco disputata circa præsens cap. sed spũalis potestas non potest esse subiectiue in subiecto corporali, quia omne, ꝙ recipitur in alio, recipit ẽm conditionem recipientis, ergo nõ potest dici, quòd sit in potentia organica. secundo hoc est manifestum ex diffinitione characteris supra posita in qua dr̃, ꝙ character est distinctio impressa animæ rationali secundũ imaginem, sed imago attenditur secundum potentias superiores animæ non secundum organicas &c. ¶ Quarta con-
16 clusio, character non est in potentia affectiua siue in voluntate, sed in potentia cognitiua. i. in intellectu passibili, patet conclusio ex dictis multipliciter. primo ex eo quòd Dion. comparat characterem lumini. lumen autem respicit partem cognitiuam, secundo ex eo, quòd character dr̃ distinctio impressa animæ rationali secundum imaginem, sed imago principaliter consistit in potentia cognitiua, quia ex memoria, & intelligentia oritur volũtas, vnde tota imago est in intellectiua parte sicut in radice, & ideo quòd attribuitur hoĩ ratione imaginis principaliter respicit partem intellectiuam, & ex consequenti affectiuam, & ideo character principaliter est in parte intellectiua. tertio ex eo, quòd character ordinatur ad ea, quæ sunt diuini cultus, qui quidem est quædam fidei protestatio, per exteriora signa, vnde oportet, quod character sit in potẽtia cognitiua animæ, in qua est fides. ¶ Sed contra hanc conclusionẽ arguit Durãdus sic, si character sit in intellectu, aut perficit ipsum in se, & absolute, & tunc ipse non esset principium alicuius operationis, quod esset contra eos. Si vero in comparatione ad operationem, aut ad operationem elicitã, quę est intelligere, aut ad imperatam, quæ est ministrare sacramenta. Non ad operationem elicitam, quæ est intelligere, quia nõ melius intelligit sacerdos post ordinationem suã, in qua dr̃ recipere characterem, quam ante. Nec ad operationem imperatam, nisi perficiendo ipsum ad operationẽ elicitam. Sicut charitas non perficit ad opus imperatum exterius à voluntate, nisi perficiendo voluntatem ad opus elicitum, quod est velle, cum ergo character non perficiat intellectum respectu operationis elicitæ, quæ est intelligere, vt dictum est, consequens est, quòd non perficiat ipsam ad operationem extrinsecam, imperatam, & sic nullo modo videtur, quòd character sit in potẽtia intellectiua. ¶ Sed ratio hæc parum valet, quia character non ponitur perficere intellectum sicut habitus intellectualis, qui dirigit intellectum, quo ad operationem elicitam, quæ est speculatio veritatis, sicut sunt habitus intellectuales. s. intellectus, sciẽtia, & sapiẽtia, vel quo ad imperationem imperatam, sicut sunt prudentia, quæ est recta ratio agibilium, & ars, quæ est recta ratio factibilium, sicut habetur sexto ethicorum. Sed character dr̃ perficere intellectum inquantum eũ potentem facit ad communicandum sacris actionibus, sicut superius patet ex diffinitione eius, in quo dr̃ est signum cõmunionis diuinorum, vnde videtur, ꝙ ratio Durandi non sit ad propositum. ¶ Secundo potest dici, vt dicit dominus Petrus de palude in quarto concedendo, quod character perficit intellectum, quo ad vtranque operationem, & elicitam, & imperatam, sed non, vt elicitam dirigat, & alterã imperat, sed vt directio, & imperium habeat effectum. nullus.n. quantumcunque intenderet conficere, conficeret, nisi haberet characterem sacerdotalem, nec ordines alios cõferre, nec à peccatis absoluere, nisi haberet characterem ordinis, nec quis posset recipere alia sacramenta, nisi esset baptismi charactere insignitus. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum, quod anima non distinguitur tanquam ouis ab alia, quæ non sit ouis Christi, quãtum ad essentiam animæ, nec quantum ad eius potẽtias, sed penes characterem, quo insignitur vna, & non alia, ex quo efficitur particeps sacrarum actionum, quarum non est particeps anima Christi charactere non insignita, vnde nõ oportet, quod sit in substantia animæ, sed in eius potentia rationibus supradictis. ¶ Ad secundam dicendum, quòd non est vniuersaliter verum, quod dispositio sit in eodem subiecto cum eo, ad qđ disponit, nisi quando dispositio fit perfectio, sicut scientia, quę prius fuit dispositio, postea fit habitus, & ideo scientia dispositio, & scientia habitus sunt in eodem subiecto proximo. Non autem hoc est verum, quando dispositio, & perfectio ad quam disponit differunt per essentiam, sed possunt esse in diuersis subiectis, & præcipue quando illa diuersa habent ordinem adinuicem, sicut operatio sensibilis est dispositio ad intellectualem, siue intelligibilem operationem, & habitus fidei disponit ad habitum charitatis & similiter character, qui est dispositio ad gratiam, vnde talia non est necesse, quod sint in eodem subiecta. ¶ Ad tertiam dicendum, quòd illa obiectio procedit de potentijs naturalibus. tales.n. potentiæ cum fluant ex essentia animæ radicantur in ipsa. huiusmodi autem potentia non est character, sed est potestas spũalis, quam fundari oportet subiectiue in potentia naturali. ¶ Ad quartam dicendum, quod licet imago non consistat tantum in vna potentia, sed in pluribus, potentiæ tñ imaginis habent ordinem adinuicẽ, inter quas præcipua est cognitiua, vt dicit August. in lib. de spũ, & anima, & ideo proprius character respicit alias potentias, quia quòd est in potentia vna aliquo modo potest ad alias redundare. ¶ Ad quintam respondetur, quòd illa ratio Durandi parum valet, vt dicit dominus Petr. de pal. quia

Prima cõ. S. Thom.

Opponit in cõtrarium. Dionisius.

Respondet.

Secũda cõ.

Tertia cõc.

Quarta cõ.

Opponit cõtrarium. Durand.

Respondet.

Pet. de pal.

Ad primum argu.

Ad secũ.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum. Pet. de pa.

quia licet character non faciat subiectum nisi instrumentum agendi, vel patiendi respectu sacramentorum, quæ sunt corporalia, nō propter hoc sequitur, quod debeat esse character in parte corporea, vt puta in manu, quæ tangit sacramenti materiam, vel in ore, quo sacramenti forma profertur, qua homo est instrumentum Dei animatum, ꝙ per intellectum applicat se ad conferendum sacramenta, vel suscipiendum. Sicut etiam ars medicatiua licet faciat medicum cooperatorem instrumentalem naturæ per applicationem medicinarum, cum natura sit principale agēs sanitatem, non propter hoc ponitur in ore medici, aut in manu, sed in intellectu diligente, & similiter ars domificatiua, & huiusmodi, & ita in proposito.

Sextum ar. Septimum argum.

¶ Ad sextam respondetur, ꝙ gratia non est in intellectiua, neque in affectiua, sed in essentia animæ, tamen de propinquo respicit affectiuam, quia gratia datur ad bene operandum, qualiter autē aliquis bene operetur præcipue ex voluntate pendet. Sed character datur ad exercendas operationes spirituales aliquas simpliciter, & ideo non est similis ratio de charactere, & gratia. ¶ Ad septimam respondetur, quod assimilatio in bonitate, præcipue est ad Deum per voluntatem, sed assimilatio in esse, & posse manis est ex parte intellectus, qui ex hoc ipso, quod aliquid esse materiale habet, intellectū est, & potentia habet quodammodo infinitam, secundum quod intellectus vniuersalium est, quæ quodammodo infinita sunt in virtute, & ideo cum conformitas characteris respiciat spūalem potestatem, magis competit parti intellectiuæ, quam affectiuæ. igitur &c.

Primum ar.

7 Ad sextum sic proceditur † quòd character nō insit indelebiliter potētiæ cui inest. ¶ Et primo sic. quanto aliquod accidens est perfectius, tanto firmius inhæret, sed gratia est perfectio, quam character, quia character ordinatur ad gratiam sicut ad vlteriorem finem, gratia autem amittitur, per peccatum, ergo multo fortius character.

Scd̄um arg.

¶ Secundo sic. per characterem aliquis deputatur diuino cultui, sicut dictum est, sed aliqui à cultu diuino transeunt ad contrarium cultum per apostasiam à fide, ergo videtur, quod tales amittant characterem sacerdotalem.

Tertium ar.

¶ Tertio sic. Cessante fine, cessare debet, & id, qđ est ad finem, aliquando frustra remaneret, sicut post resurrectionem nō erit matrimonium, quia cessabit generatio, ad quam matrimonium ordinatur, cultus autem exterior ad quem character ordinatur non remanebit in patria, in qua nihil agetur in figura, sed totum in nuda veritate. ergo character sacramentalis non remanebit in perpetuum in anima, & ita nō inest indelebiliter.

Quartū ar.

¶ Quarto possibile est aliquem baptizatum habere characterem bestiæ, de quo habetur Apocalip. 13. sed nullus potest simul placere Deo, & diabolo, ergo nullus potest habere signū huius, & illius, ergo vnus character potest alium delere, & destruere.

Quītum ar.

¶ Quinto character bestiæ est delebilis, quia nullus est adeo malus, quin possit fieri bonus, ergo à simili character Christi cum ille, qui nunc bonus est, potest malus fieri.

Opponit in cōtrarium.

¶ In oppositum est text. cap. præsentis, in quo dicit August. satis eluxit pastoribus ecclesię catholicę ouē quæ foris errabat, & dominicum characteris foris accipiebat venientem ad christianæ vnitatis, salutem ab errore corrigi, & characterem dominicum in ea cognosci potius, quam improbari.

Secūda op.

¶ Item secundo idem dicit Aug. in secundo contra Permenianum. Non minus habent sacramenta christiana, quam corporalis nota militiæ, sed character militaris non repetitur, sed agnitus approbatur in eo, qui veniam meretur ab imperatore, post culpam ergo, nec character sacramētalis deleri potest.

Tertia opp.

¶ Tertio, quia, si character deleretur, maxime per culpam deleretur, sed per culpam nō deletur, quia sacerdos malos, non raordinatur vt iterum characterem accipiat, ergo character est indelebilis.

Respondet.

¶ Respondeo dicēdum, quod character indelebiliter inest suo subiecto, quæ conclusio, sic patet, dictum est. n. sæpe in superiorib. quod character sacramentalis est quædam participatio sacerdotij Christi in fidelibus eius, vt. s. sicut Christus habet plenā spūali sacerdotij potestatem, ita fideles eius ei configurantur in hoc quòd participant aliquam spiriutalem potestatem respectu sacramentorum, & eorum, quæ pertinent ad diuinum cultum. sacerdotium autem Christi est æternum secundum psalm. 109. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, & inde est, quod omnis sanctificatio, quæ fit per sacerdotium eius est perpetua re consecrata manente, quod patet etiā in rebus inanimatis. Nam ecclesiæ vel altaris manet consecratio semper, nisi destruatur, cum ergo anima sit subiectum characteris secundum intellectualem partem, in qua est fides, vt dictum est, manifestum est, quod sicut intellectus perpetuus est, & incorruptibilis, ita & character indelebiliter manet in anima. Circa hanc materiam notandum, quod licet sit communis omnium doctorum sententia, quòd character indelebiliter insit subiecto cui inest, in huius tamen indelebilitatis causa assignanda multa est differentia inter eos, vt tā Alexander de Hal. quam Bonauentura in quarto dist. 6. recitant.

Ale. de Hal. Bonauent.

Quidam. n. vt puta dicentes, ꝙ character est in aīa, dicunt, quòd, quia substantia animæ est perpetua, & inuariabilis, ideo character est indelebilis. Sed contra hanc rationem est, quòd gratia gratum faciens est in anima sicut in subiecto, & nihilominus deletur per peccatum. Alij dicunt, quòd est in anima secundum potētiam cognitiuam, quæ non subiacet variabilitati, vt voluntas, quædam. n. cognoscimus etiam voluntate nolente, ideo character indelebilis est. Sed hoc etiam non valet, quia per ignorantiam expelluntur habitus cognitiui, sed nō character. Alij dicunt, quod sicut ex matrimonij obligatione contrahitur vinculum insolubile, quandiu viuitur, ita ex susceptione sacramēti, quia est ibi matrimonium spūale, & quia tam Deus, quam aīa sunt perpetuam dominationem habentia, ideo character est indelebilis siue semꝑ durat. Sed, quod istud posset dici de baptismo inquit dominus Alexander, vbi ratione consensus perpetui videtur esse quędam coniunctio matrimonij inter Christum sponsum, & animam spōsam, & daretur animæ character, quasi annulus, qui ex sui memoria semper teneat animam in vnitate ecclesiæ, vel si recesserit semper quantum est de se reuocet. hoc tamen non est in alijs sacramentis. s. confirmatione, & ordine, in quib. etiam imprimuntur characteres indelebiles.

Alexander. Bonauent.

Alij sicut magister Alexander, & Bonauentura dicunt, quod hoc conuenit characteri ex eius conditione, & natura. distinguunt. n. quod est habitus innatus, & iste est indelebilis omnino, & est acquisitus, & hic perdi potest. Alius infusus vel datus, & hic est duplex. quidam. n. est datus ad dirigendum, & quia potētiæ possunt obliquari, ideo ē delebilis sicut spes, fides, charitas. potest. n. inuenire repugnantiam in subiecto, & alius impressus, ad distinguendū, & huic directio, vel obliquatio potētiæ non repugnat. sic. n. aliquid repugnaret. hoc solum esset opposita consignatio, sed opposita non potest esse, quia solus Deus potest imaginem suam consignare, & ideo si debet opposito signo signari à solo Deo fiet, sed ipse nunquam imprimit sigillum sibi contrarium, ideo necesse est, quod character æternaliter perseueret. Quoniam igitur proprietas est quædam existēs in subiecto perpetuo in quo non potest habere repugnantiam, ideo eius impressio est perpetua. hæc ille. iste modus dicendi licet videatur satis probabilis præter id, quod præsupponitur in eo, quod character sit habitus, quoniam, vt dictum est in secunda quæstione non est dispositio, nec habitus, sed potestas quędam, quæ reducitur ad secundam speciē qualitatis, modus tamen, qui assignatur à S. Tho. tam in tertia parte, quam in quarto videtur rationabilior, & efficacior, videlicet, ꝙ impressio characteris est per quandam aīæ rationalis sanctificationem, prout sanctificatio dr̄ deputatio alicuius ad aliquod sacrum.

S Thom.

Ad hanc autem sanctificationem non magis actiue operatur anima sanctificanda, quam aqua sanctificāda, vel oleum, vel chrisma ad sui sanctificationem, nisi ꝙ homo se subijcit tali sanctificationi per consensum. Res autem prædictæ subijciuntur, quia libero arbitrio carent, & ideo quantumcunque anima varietur per proprias operationes, nunquam characterem amittit, sicut nec chrisma, vel oleum, aut panis consecratus vnquam sanctificationē perdunt, quantumcunque transmutentur dummodo non corrumpantur.

Ad primum arg.

¶ Ad rationes. Ad primam dicendum, quod non est simile de gratia, & charactere, quia aliter est in anima gratia, aliter character. Nam gratia est in anima sicut quædam forma habens esse completum in ea, character autem est in anima, sicut quædam virtus instrumentalis, vt supra dictum est, forma autem completa est in subiecto secundum conditionem subiecti, & quia anima est mutabilis secundum liberum arbitrium, quamdiu est in statu vię cōueniens est, quod insit animæ mutabiliter, sed virtus instrumentalis magis attenditur secundum conditionem principalis

principalis agentis, & ideo character indelebiliter inest animę non propter sui perfectionem, sed propter perfectionē sacerdotij Christi à quo deriuatur character, sicut quædam instrumētalis virtus. ¶ Ad secundā dicendum, ꝙ sicut ibidem Aug. dicit nec ipsos apostatas vidimus carere baptismate, quibus per pœnitentiam redeuntibus non restituitur, & ideo amitti nō posse iudicatur. Et huius ratio est, quia character est virtus instrumentalis, vt dictum est. Ratio autem instrumenti consistit in hoc, ꝙ ab alio moueatur, non autem in hoc, ꝙ ipsum moueat, quod pertinet ad voluntatem, & ideo quantumcunque voluntas moueatur in contrarium character non remouetur, propter immobilitatem principalis agentis, vel mouentis. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. ratio quia quamuis post hanc vitam non remaneat cultus diuinus, remanet tñ finis illius cultus, & ideo post hanc vitam remanet character, & in bonis ad eorum gloriam & in malis ad eorum ignominiam. sicut etiam militaris character remanet in militis post adeptam victoriam, & in his, qui vicerunt ad gloriam, & in his, qui sunt victi ad pœnam. ¶ Ad quartam dicendum, ꝙ non est omnino simile de charactere, qui imprimitur in sacramēto, & de charactere bestiæ, siue diaboli, quoniam character bestiæ, vt dicit dominus Bonauentura non dicit aliquod signaculum, quod diabolus animæ impresserit, sed culpa, secundum voluntatem perpetrata, in qua est anima per obstinationem disposita ad perpetuitatem. Character autem baptismi, qui datur in sacramento, vt inquit S. Thom. est quædam potestas spiritualis, qua homo efficitur particeps sacrarum actionum, vel ad dandū, vel ad recipiendum, sicut dictum est, vnde isti characteres cum sint diuersarum rationum, & non adinuicem opponātur, possunt simul esse in homine, sicut apparet in baptizato existente in peccato mortali. ¶ Ad quintam respondetur, quod responsio patet ex dictis. Nō. n. est simile de charactere dæmonis, & de charactere Christi. ille. n. imprimitur per operationem voluntarie suscipientis, iste imprimitur à Deo per susceptionem sacramenti, ideo character diaboli est mutabilis ad motum voluntatis, non autem sic character sacramentalis, sicut dictum est.

Ad secūdm. — Ad tertium — Ad quartum — Bonauent. — S. Thom. — Ad quintum

18 **Ad septimum** Sic proceditur. †Et videtur ꝙ per omnia sacramenta nouæ legis imprimatur character. ¶ Et primo sic. per omnia sacramenta nouæ legis fit quis particeps sacerdotij Christi, sed character sacramentalis nihil est aliud, quam participatio sacerdotij Christi, vt dictum est, ergo videtur, ꝙ per omnia sacramenta nouæ legis imprimatur character. ¶ Secundo sic. character se habet ad animam, in qua est sicut cōsecratio ad rem consecratam, sed per quodlibet sacramentum nouæ legis homo recipit gratiam sanctificantem, ergo videtur quod per quodlibet sacramentum nouæ legis imprimatur character. ¶ Tertio sic character est res, & sacramētum, sed in quolibet sacramento nouæ legis est aliquid, qđ est res tantum, & aliquid quod est sacramentum tantum, & aliquid quod est res, & sacramentum simul, ergo per quodlibet sacramentū nouæ legis imprimetur character. ¶ Quarto quod potest maius potest, & minus, sed omnia sacramenta nouæ legis dant gratiam, quæ est maior, quam character, ergo &c. ¶ Quinto sic. character disponit ad gratiam. cum ergo omnia sacramenta dent gratiam, & disponant ad illā, videtur ꝙ per omnia imprimatur character. ¶ Sexto sic. Cum omnis passio, quæ inest aliquibus, insit per naturam aliquam communem, quæritur, quæ sit illa natura communis reperta in his tribus sacramentis, & non in alijs, & constat, quod non est materia, quia non est communis, non forma, quia nec illa est communis. Nec finis, quia in fine communi omnia videntur conuenire. in finib. autē proximis omnia differunt. Non potest etiam dici, ꝙ hoc est fides, quia ista tria sacramenta sunt respicientia statum fidei determinatum, quia cum fides sit eadem secundum diuersos status, videtur, ꝙ in oībus istis sacramētis vnus imprimatur character, sed constat, ꝙ multi sunt characteres, quæritur ergo quę sit rō multitudinis. ¶ In oppositum arguitur sic. Nullum sacrm̄ in quo character imprimitur iteratur, qa character, vt habitū est in præcedenti qōne, indelebilis est, sed quædā sacramēta iterantur, vt patet de pœnitētia, & matrimonio, ergo non omnia sacramenta nouæ legis characterem imprimunt. ¶ Respondeo notandum, ꝙ, vt ex supradictis colligitur, character est signū spūale interius distinctiuum. Et ex qualibet particula magister Alxā. de Hal. & dominus Bonauentura eliciunt vnam conclusionem. primo ex eo, quòd character est signum, cum signare non conueniat nisi ratione signi visibilis, accipitur ista cōclusio.

Primum ar. — Secdm arg. — Tertium ar. — Quartū ar. — Quintū ar. — Sextum ar. — Opponit in cōtrarium. — Respondet.

19 †Quod non in virtutibus, sed in sacramentis imprimitur character. Hanc conclusionem S. Thom. etiam probat in quarto, ex eo, quòd habentes characterem baptismalem non baptizantur, habentes autem virtutes baptizātur, sicut patet de cathecuminis, qui prius habent gratiam. Quia vero est signum spūale accipitur secunda conclusio.

20 † quod character non est in sacramentis carnalis populi, sed spiritualis imprimitur, & ideo in sacramentis nouæ legis imprimitur, & non in sacramentis veteris legis, hāc autem conclusionem probat S. Thom. in quarto ex eo, quòd sacramenta veteris legis ex opere operato nihil conferebant, & ideo illę actiones nō requirebant aliquam potestatem spiritualem, & ideo nec ab alijs nec ad illa imprimebatur character. ¶ Quia vero est signum distinctiuum, & cōfiguratiuum in solis sacramentis [a] confertur in quibus homo configuratur sacerdotio Christi per participationem alicuius potestatis spiritualis ad actiones, vel receptiones sacras siue in quibus homines deputantur per participationem alicuius spiritualis potestatis ad cultum Dei. Pro

21 quo notandum iuxta S. Tho. in tertia parte. †quod sacramēta nouæ legis ad duo ordinantur. s. in remedium peccati, & ad cultum diuinum. Est autem omnibus sacramentis commune, quod per ea exhibetur aliquod remedium contra peccatum per hoc quod gratiam conferunt. non autem omnia sacramenta ordinant directe ad diuinum cultum, sicut patet de pœnitentia, per quam homo liberatur à peccato. Non autem per hoc sacramentum exhibetur hoī aliquid de nouo pertinēs ad diuinum cultum, sed restituitur

22 in statum pristinum. †Pertinet autem aliquod sacramentū ad diuinum cultum tripliciter, vno modo per modum ipsius actionis. Alio modo per modum agentis. tertio modo per modum recipientis, per modum quidem ipsius actionis pertinet ad diuinum cultum eucharistia in qua principaliter diuinus cultus consistit, inquātum est diuinæ ecclesiæ sacrificium, & per hoc quidem sacramentum non imprimitur homini character, quia per hoc sacramentū non ordinatur homo ad aliquid aliud vlterius agendum, vel recipiendum in sacramentis, cum potius sit finis, & consummatio omnium sacramentorum, vt Dionysi. dicit quarto capitulo ecclesiasticæ hierarchiæ. Continet tamen in seipso ipsum, in quo non est character, sed tota sacerdotij plenitudo, sed ad agentes in sacramentis pertinet sacramentū ordinis, quia per hoc sacramentum deputantur homines ad sacramenta alijs tradendum, Sed ad recipiētes pertinet sacramentum baptismi, per quod homo accipit potestatē recipiendi alia ecclesię sacramenta, vnde baptismus dr̄ esse ianua sacramētorum, & ad idem ordinatur etiam quodāmodo confirmatio, vt infra suo loco dicetur, & ideo per hæc tria sacramenta character imprimitur. s. baptismum, confirmationem, & ordinem. differentia autem istorum characterum secundum magistrum Alexandrum de Hal. accipitur tripliciter. primo ex parte Dei, siue ipsius imaginis increatæ. Alio modo ex parte redemptoris inquantū homo. tertio ex parte ipsorum sacramentorum respicietiū statum fidei determinatum. Ex parte quidem Dei est tria considerare, quæ sunt sapientia, summa bonitas, & summa potentia. pęnes imaginem siue repræsentationem summæ sapientiæ, est primo character baptismi, qui est sapientiæ ad credendum pęnes repræsentationem summæ bonitatis, sumitur character confirmationis, qui est character sanctificationis ad militādū Deo. pęnes aūt repræsentatione summæ potentiæ sumitur character ordinis, qui est character potestatis ad ministrandum. Ex parte aūt redemptoris, s̄m quod homo, sic sumitur differentia. characteres. n. isti signacula sunt christianorum, christiani vero sæpe in scriptura dicuntur discipuli, vt actuum sexto. vnde quoddam est signaculum à Christo patre, inquantum huiusmodi super filios, & hic est character fidei baptismalis. Aliud signaculum est factum in milite. s. à Christo rege inquantum huiusmodi, & hic est character confirmationis. Aliud est signaculum factum à Christo sacerdote, ipse. n. est pontifex. ad Hebræ. 9. & hic est character ordinis. Quia ergo in trinitate summa non est considerare nisi tria prędicta, tria dico, non secundum rationem intelligendi, sed oīa

cætera

Ale. de Hal. Bonauen. Prima cō — S. Tho. — Secūda cō — S. Thom — a ¶ Solis sacramentis. Sacra ecclesiastica collata ab excōicato nō nori nō carent virtutis effectu. Pe. de An. i. c. si celebr. nu. 6. de cl exc. mini — Diony.

cætera ad illa tria reducuntur. Similiter Christum redemptorem non est considerare, nisi sub tribus prædictis rōnibus, ideo non est nisi triplex character, qui.s.gerit imaginē redemptoris inquantum huiusmodi. Ex parte sacramentorum respicientium statum fidei, sicut sumitur differētia, vt tactum est, character est signum distinctiuum nō vnius, sed multorum, & fidelium (vt dicit Damas.) & ideo est vni-
Damascen. tiuum multorum in vno statu fidei. Ideo in his sacramētis solum imprimitur, quæ respiciunt statum fidei determinatum. Tres autem sunt status fidei.s. genitæ, roboratæ, & iā multiplicatæ. Et secundum hoc attenditur triplex distinctio in populo.s.bonorum à malis, fortium ab infirmis, clericorum à laicis, siue sanctorum ab alijs. Et licet triplex distinctio præcessit in figura in populo Israel. prima cum omnes sunt distincti ab ægyptijs ad veniendum in terram promissionis. secunda cum fortes ab infirmis ad pugnandum in bello. tertia cum leuitæ ab illo populo ad ministrādum in templo, quia ergo tria tantum sunt sacramenta respicientia, quæ respiciunt statum fidei determinatum, baptismus primum, quia ibi fides gignitur, & homo ab Aegyptijs separatur, confirmatio secundum, quia ibi fides roboratur, & vt pugil inungitur homo ad preliandum, & ab infirmis discernitur. Ordo tertium, quia ibi virtus multiplicanda datur, & homo, vt sanctus ad ministerium templi à laicis separatur, ideo ista tria tantum imprimunt characterem. ¶ Quibus habitis dicēdum est ad rationes. Ad primā
Ad primum arg. dicendum, quòd per omnia sacramenta fit particeps sacerdotij Christi, vtpote percipiens aliquē effectum eius, nō tamen per omnia saeramenta aliquis deputatur ad agendū aliquid vel percipiendum quod pertinet ad cultū sacerdotij Christi, quod quidem exigitur ad hoc, quòd character imprimatur. ¶ Ad secundam dicendum, quòd per omnia
ad scdum sacramēta sanctificatur homo per hoc, ꝙ sanctitas importat mundiciam à peccato, quod fit per gratiam, sed specialiter per quædam sacramenta, quæ characterem imprimūt homo sanctificatur quadam sanctificatione, vtputa deputatus ad diuinum cultum, sicut etiam res inanimatæ sanctificari dicuntur inquantum diuino cultui deputātur. ¶ Ad
Ad tertium tertiam dicendum, ꝙ licet character sit res, & sacramentū non tamen oportet id, quod est res, & sacrm esse characterē. Quid aūt sit res, & sacramentū in alijs sacramētis.j. dicetur. ¶ Ad quartam dicendum, quòd assumptum est verum
ad quartum in his, quæ sunt eiusdem rationis, quod non est in proposito. dicit etiam magister Alexander, quòd assumptum non est vniuersaliter verum, quia frequenter virtus naturæ ordinatur ad maius, & non ad minus, homo.n.potest generare hominem, & non festucam. ¶ Ad quintam respondetur
Ad quintū. negando consequentiam, quia actus proprius characteris non est dispositio ad gratiam, sed qui determinatus est supra, ¶ Ad sextam, respondetur, quòd natura communis re-
Ad sextum perta in istis tribus sacramentis, quæ characterem imprimunt, & non in alijs est, vt dicit Alexāder, quod sunt signa visibilia interius respicientia statum fidei determinatum,
Alexander. S Thom. sed secundum S.Thom. illud commune est ratio sanctificationis, prout sanctificatio dr̄ mancipatio ad aliquod sacramentum, hoc.n.est commune istis tribus quia sicut dictū est per ea aliquis mancipatur ad aliquod sacrum, vel recipiēdum, vt in baptismo, vel audacter pronuntiandum, vel publice confitendum, vt in confirmatione, aut exercendū sicut in ordine, quod non est in aijs.

23 **Ad octauum** Sic proceditur.† Et videtur, quod Christus habuit characterē. ¶ Et
Primum ar. primo sic. Christus fuit sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Heb.7. ꝙ est sacerdotium nouæ legis, sed sacerdotium requirit characterem, ergo Christus habuit characterem. ¶ Secundo sic. nihil quod est perfectionis quantū
Scdum arg. ad animam, vel dignitatem Christo subtrahendum est, sed character decorat, & nobilitat animā, in qua est, ergo
Tertium ar. character fuit in Christo. ¶ Tertio sic. Christus fuit membrum ecclesiæ, ergo distinctus ab alijs membris, & cōstat, quòd modo potissimo, ergo non sola gratia, sed signo gra-
Opponit in cōtrarium. tiæ, s.charactere. ¶ In oppositum est, quòd character est regeneratorum, & suscipientium aliquid à sacramentis, sed Christus non accepit aliquid à sacramentis, nec regeneratus est, quia sicut dicit Aug. in enchiridio. ipse solus ita potuit nasci, vt non esset ei opus renascendi, ergo non habuit
Respondet. characterem. Respondeo dicendum, quòd quidam dicūt, quod Christus nō habuit characterem baptismalem, quia ipse à baptismo nihil accepit, nec confirmationis, quia cū sit signum roboris collati siue ministrati virtute sacramēti hoc derogasset virtuti Xp̄i, ꝙ sacris virtutem tribuit, & nō ipse à sacris suscepit. Sed dicunt, ꝙ habuit characterem ordinis, quia dicunt, quod per hoc non derogatur in aliquo suæ maiestati, cū character ordinis pertineat ad quendam excellentiæ statum. Sed melius videtur dicendum secundum S.Thom. & Alexandrum ꝙ nullum receperit, hoc autem probat S.Thom. quia Christus habuit potestatem plenitudinis in sacramentis, quasi ea instituens, & eis efficaciā præbens, vnde sicut poterat inducere effectum sacramenti in aliquo sine sacramento, ita ex parte ipsius non requirebatur aliquod sacramentale interius. hanc vero conclusionem magister Alexander probat alijs rationibus. Primo sic. character disponit ad gratiam, Christus autem nulla indiguit dispositione ad gratiam, cum in primo instanti conceptionis habuit plenitudinem gratiæ, & virtutum. secundo character operatur assimilationem animæ cum Deo, animæ autem Christi inerat plena similitudo cum Deo ab instanti vnionis, ergo &c. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum, quod Christus fuit sacerdos.i. sacerdotium instituēs, ideo eius non est habere characterem, sed illius, qui sacerdotium aliunde recepit, vt per characterē principali sacerdoti configuretur. ¶ Ad secundam respondetur, quod aliquid est perfectionis in nobis, quòd non esset perfectionis in Christo, sicut gratia adoptionis, & similiter est de charactere, quia poneret in eo potestatem spiritualem coarctatam, & ab alio deriuatam. ¶ Ad tertiam respondeo iuxta Alexandrum, quod character est distinctiuus illorū membrorum, quæ sunt tantum de numero membrorum, & nō sunt caput. Christus autem est de numero, & caput.i. illud ad quod fit conformitas, & configuratio in membris cuius configurationis character est signum. hæc autem configuratio Christo non conueniebat, quia nullus cōfigurabatur sibijpsi. Lege. ¶ [Quomodo] hanc quæstionem mouet August. vt soluat [Exaudit].i.acceptat [deprecantem].i.benedicentem, siue proferentem verba sacramentalia [aquā baptismi] baptizando [oleum] confirmando, & vngendo. [Eucharistiam] consecrando [capita] reconciliando pœnitentes [valent] quamquam ministri sint mali, indifferens.n. est ad officium sacramenti, qualis est minister, quia nō est eius baptismus, sed Christi. Cum.n. ministri ecclesiæ instrumentaliter operantur in sacramentis, quia non potestas, sed ministerium datum est illis, vt.s.e.di. illud, & instrumētum non agit secundum propriam formā, sed secundum virtutem eius à quo mouetur, accidit instrumento inquantum instrumentum est qualemcunque formam, vel virtutem habeat, præter id quod exigitur ad rationem instrumēti, sicut quòd corpus medici, quod est instrumentum animæ habentis artem sit sanum vel infirmum. Et sicut, ꝙ fistula per quam transit aqua sit argentea, vel plumbea, vnde ministri ecclesiæ si sunt mali sacramenta conferunt, vt dicit Augus. super Ioannem, quid tibi facit malus minister, vbi bonus est dominus q.d. nihil [intus.] per vnitatē fidei, Augustin.
& vnitatem sacramentorum [nemo] vt 1.q.1. gratia [Deus ergo dat etiam ipso baptizante].i. illo ministrante sacramētum [spiritum sanctum] qui mentem sanctificat, purgat, & illustrat ad Titū tertio. saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis spiritus sancti. regenerationis .i.per baptismū, & renouationis spūs sancti.i. ad remissionem peccatorum, & copiam virtutum. [sacramentum gra-
24 tiæ] † sacramenta.n. nouę legis dicuntur socramenta gratię multiplici ratione, non tantum, quia significāt illam, sicut videtur hic innuere gloss. cum exponit sacramentum gratiæ.i. significans gratiam, sed etiam, quia illam continent, vnde Hug. de sancto victore inquit, sacramentum ex san- Hu. de sancto Victor.
ctificatione inuisibilem gratiam continens. secūdo modo dicuntur sacramenta gratiæ, quia aliquo modo sunt causatiua gratiæ, sicut superius tactum est. supra dist. & sacrificium. [gratiam non nisi per ipsum].s. effectiue [vel per sanctos suos] meritorie. [vel per illius columbæ].i. ecclesiæ [membra] si per membra columbæ sanctos intelligat, tūc vt dicit S.Thom. in quarto. dis. 19. per illos dr̄ dare remis- S. Thom
sionem peccatornm, inquantum eorum intercessionibus peccata remittit, quæ prędestinata sunt.n. præcibus sanctorum obtinentur 23.q.4. obtineri, si vero columbæ membra nominat omnes ab ecclesia non præcisos per ministros etiam malos, etiam dr̄ ministerialiter gratiam dare, quia,


quia, qui ab eis sacramenta recipiunt, gratiam consequuntur, non autẽ ab illis, qui sunt ab ecclesia præcisi, quia, hoc ipso peccant excepto baptismo, quem in casu necessitatis licet etiam ab excõmunicato recipere[indicaretur]sensus est, licet non esset peccatum, si non imponeretur ei manus [tamen propter charitatis &c.]ª vt. s. videatur iam ecclesie charitate copulatus, a qua per heresim recesserat.[Sine quo non valet.]quæcunque alia facta. 1. Cor. 13.[induunt] secũda pars. Aug. hic exponit illam authoritatem Pauli ad Gal. 3. quicunque baptizati estis Christum induistis quod contingit dupliciter, vno modo.[vsque ad sacramenti perceptionem]alio modo vsque ad sanctificationem. primum est commune bonis, & malis. Omnes.n. qui baptizantur boni siue mali induunt Christũ per configurationẽ characteris, sicut dictũ est in q̃one. non aũt per configurationẽ, siue cõfirmationẽ gratiæ. Ex quo loco possumus elicere quatuor differentias, quidam.n. recipiũt sacramentũ, & rẽ sacramenti, sicut paruuli, & adulti, qui deuote accedunt, & præparati. alij sacramentum, & non rem sacramenti, sicut ficte accedentes. tertij rem sacramenti, & non sacramentũ, vt qui pro Christo sanguinem fundunt, & qui volunt baptizari, sed non possunt. quarto loco sunt, qui nec sacramẽtum suscipiunt, nec rem sacramenti, sicut sunt, qui contemnunt baptizari.[non ob aliud]tertia pars. ibi ponit vnde orta est opinio illa Cypriani, & quorundam aliorum patrũ sententia quam ipse. j. improbat quia videlicet non distinxerunt inter sacramentum, & rem sacramenti.[Sed.] hic improbat illorum sententiam.[interioris paleæ].i. malorum qui adhuc non sunt præcisi ab ecclesia. Et dicũtur paleæ interiores, quia simul cum granis in area dominica commiscentur, vt. j. e. dis. vnitas. Hugu. Et dicuntur paleæ, quia leues sunt. Non de alijs de quibus in psalm. 34. In populo graui laudabo te, sunt paleæ quia vento tentationis faciliter impelluntur. de quibus Luc. 8. ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. dicuntur paleæ, quia bonis tãquam granis reconditis in horreo cœlestis fœlicitatis isti exponuntur in camino ignis inferni ad comburendum. Mat. 3. Paleas comburet igni.[Sed conuertentib.] quarta pars. sic debet construi[cum etiam].i. quamuis.[hi, qui in ipsa vnitate ecclesiæ]quo ad sacramenta. j. e. di. vnitas.[peruersi remissionem &c.]& hoc ideo[quia non malignis sed bonis &c.] 1. q. 1. remissionem. non. n. est accipiendum, ex hoc loco, quòd mali non habẽt claues, sicut quidã hæretici dixerunt, quia certe habent quantum ad ea, quæ sunt necessitatis, licet non quo ad idoneitatem, quia digni non sunt per vitæ meritum ad tale officium, quod ego dr̃ [quod nõ malignis, sed bonis] dicit quorum &c. sensus est non sunt tales in quibus concurrat authoritasª prælationis cum vitæ sanctitate, sicut erãt quibus ergo dixi[quorũ &c.] & quales ego vellem habere, qui non solum clauium ministerio, sed vitæ merito operarentur ad remissionem peccatorum, hoc autem nõ faciunt mali, sed solum boni, facilius veniret textus iste Augusti. exponendus de recipientibus sacramentum, quia soli boni adulti recipiunt effectum sacramenti, & de illis solis dictum est quibus dimiseritis &c. [Cum sicut illuxit].i. apertum fuit, & clarum [conuertentibus oculos interioris &c.]sicut supra. Quid illuxit &c. hoc .s. quòd peruerse, & perdite viuentes habere, & dare, & accipere possũt baptismi sacramentum[& quod ouem &c. dominicum characterem]etiam foris ecclesiam accipiebat, sicut verum baptisma in quo datur character dr̃ dominicus. Tum quia à domino rege sacerdote Christo imprimitur. Tum quia ipsi domino Christo configuratur baptizatus, quidem insignitus ẽ regio charactere in quo cognoscitur de familia sua esse sicut in quæstione declarauimus [potius quam improbari] improbaretur autem, si iterum ouis illa cum ad vnitatem ecclesiæ reuerteretur rebaptizaretur[quandoquidem].i. quamquam[lupi].i. mali ministri [impijs] .i. malis siue ficte accedentib.[infiguntur]Character. n. semper infigitur in baptismo à quocunque detur, & cuicunque detur, dum tamen in forma ecclesiæ detur. [intus] .i. in ecclesia per vitæ sanctitatem, & tamen non sunt, & hoc est, quod sequitur.[vnde ad illam ouem].i. ecclesiã, quæ ex multis fidelibus iustis vna est. i. colligitur.[nõ pertinent]. s. merito, hæc est illa ouis centesima. de qua Luc. 11. fit mentio[cum malus]quinta pars.[non separat].i. nõ impedit, vel obstat, quin ille, qui baptizatur consequitur effectum baptismi, ex quo in vnitatis vinculo, q̃ est ipsa charitas suscipit sacramentum. Et aperte loquitur de adulto. Et subiungit rationem dicens.[ab eis dimittuntur].i. eorum præcibus, vel per id, quo eis quis coniungitur. s. per charitatis vnitatem, per quam fit remissio peccatorum, vt. j. e. ecclesiæ charitas.[Spiritus sanctus dimittit]. s. authoritate Hug. 1. q. 1. vt euidenter[A quibus].i. à bonis, à quibus &c. [tenentur].i. non dimittuntur. j. e. di. ecclesiæ charitas.[spiritualiter] licet non corporaliter, sed sunt commisti sicut frumentum est inter paleas. ar. 11. q. 1. nolite.[ieiuncti] 23. q. 4. ecce, & c. recedite. & 11. q. 3. quod prædecessor.[Nihil interest ad baptismi sanctitatem] vt 1. q. j. si fuerit, & s. e. d. si interest. & j. e. d. sicut[est hinc]foris.[vrgente]vt. 24. q. 1. si quẽ[cur hæretici] 6. pars.[cui quia]prima rõ.[Nec iterum] 2. ratio.[tantum]quia bonus, & malus differunt quasi diuersis qualitatibus. malus vero, & peior non diuersis qualitatibus, sed diuersitate graduum participationis eiusdem qualitatis. Sicut magis differunt album, & nigrum, quam albũ, & magis album. Si ergo contrarietas habitudinum non separat dantem à dante, quin ita bonus sit baptismus datus à malo, sicut à bono, ergo nec separabit dantem à dante inæqualitas participationis eiusdem habitudinis, ergo si malus baptizat sicut & bonus, ergo ita hæreticus licet sit peior, quam malus. qui intelligitur nedum esse foris siue ab ecclesia præcisus.[non aliud].i. alterius efficaciæ, vt. s. e. di. Si interest, & ca. hi. & ca. cum baptizat[malus minus].i. non malus, qui est bonus. Hug.[an forte]q. d. licet non recte siue meritorie detur, foris tamen veraciter datur alias oporteret toties aliquem rebaptizare, quoties illum contigisset recedere.[His qui ficto]septima pars. in qua vsque in finem ponit falsam opinionem quorundam, vt dicit Hug. dicentium, q̃ si quis ficto corde accedit ad baptismum, & ficto corde baptizetur, in ipsa immersione dimittũtur peccata, sed statim post redeunt nisi fictio recedat. Sed dicendum, q̃ nec tunc, nec postea dimittuntur ei peccata, dum in fictione plenaria venerit, sed si fictio recesserit, statim recedente fictione incipiet valere baptismus, & consequetur remissionem peccatorum, vt in cap. sequẽti, quod ergo hic dicit Aug. non dicit asserendo, sed opinionem aliorum recitando dicit Hug. & ita dicit magister sententiarum in 4. dist. 4. vbi introducit præsens cap.[spiritus sapientiæ]sapiẽtiæ primo[ait in ipso temporis puncto] quo. s. iniungitur. [dimissa peccata iterum].i. post replicantur secundum illã falsam opinionẽ[vt illud sit verum quotquot &c.] hoc nõ est necesse, quia vt dictum est in hoc cap. 25 contingit Christum iuducere dupliciter, aut quantum ad configurationẽ characteris, & hoc etiam consequitur qui fictus accedit, aut quantum ad conformitatem gratiæ, vel consecutionẽ sanctificationis, & hoc mõ non oportet, quòd qui baptizatur semper induat Christum.[Nam redire]hoc dictũ Aug. dicit S. Tho. in tertia parte, videtur intelligendum quantũ ad reatum pęnæ æternæ in se consideratum, quia. s. post pęnitentiam pœnitens peccans incurrit reatum pœnæ, sicut & prius. Non tamen omnino propter eandem rationem, sed hoc, quia determinatur, de pe. dist. 4. opitulante Deo plenius discutiemus.[Sic non impeditur] secundũ falsam illam opinionem[soluitur].i. dimittitur[hesternus dies].i. peccatum commissum hesterno die. Hu.[præteritorũ dierum, & horarum].i. peccatorum commissorum in præteritis diebus, horis, & momentis. Explicit litera satis grauis maxime simplici iuristæ.

a ¶ Charitatis Chatitas quod sit fons, ppri° &c quô intelligat vide p Pe. de An. in c. licet nu. 10. de regula.

a ¶ Authoritas. Adde q̃ authoritas psonarum pbet fauoré actui q̃ prima facie est iniustus. Pe. de An. in c. nisi esset. nu. 3. de præb.

Hugu.

1 *Baptismus an sequatur suum effectum recedente fictione.*
2 *Dispositio necessitatis est duplex.*
3 *Ablutio peccatorum est effectus exterioris baptismi.*


Vnc valere. Secundum Archidiaconum in hoc cap. incipit 10. pars dist. in quo capitulo, & per 11. sequẽtia videtur magister Gratianus velle ostendere, quòd baptismus aquæ non habeat efficaciã cum datur ficte accedenti ad baptismum, nisi fictio, vel incredulitas à corde recipientis recesserit, ponit ergo in hoc capitulo B. August. secundum Hugu. verã opinionem, & sententiam quæstionis supra motæ in capitulo. s. proximo de efficacia baptismi in eo qui ficte ad baptismum accessit dicens, q̃ tunc baptismus incipit valere siue efficaciam salutis habere in tali qui ficte baptismum suscipit, cum illa fictio vera ei confessione discesserit. ¶ Pro cuius ca-

ius capituli pleniori intelligentia. Quæritur vtrum hoc sit verum ꝙ recedente fictione baptismus suum effectum consequatur. ¶ Et arguitur ꝙ non. Primo sic. opus.n. mortuum, quod est sine charitate non potest vnquam viuificari, sed ille, qui ficte accedit ad baptismum recipit baptismũ sine charitate, ergo nunquam potest viuificari hoc modo, vt gratiam conferat. ¶ Secundo sic. fictio videtur esse fortior, quam baptismus cum impediat eius effectum, sed fortior non tollitur à debiliori, ergo peccatum fictionis non potest tolli per baptismum fictione impeditum, ergo etiam fictione recedente baptismus non consequitur effectum suum qui est remissio peccatorum. ¶ Tertio sic. effectus baptismi est ab omni culpa & pena absoluere, sed hoc non accidit recedente fictione, quia pœna peccatorũ, quæ post baptismum cõmisit non absoluitur alias, esset maioris efficaciæ in ficte accedentibus, quam in alijs, quibus ad deletionem sequentium peccatorum baptismus non operatur, ergo recedente fictione baptismus non operatur effectum suum. ¶ Quarto sic. sicut aliquis ficte accedit ad baptismum, ita ad eucharistiam, sed recedẽte fictione eucharistiæ effectum non recipit, qui prius fictus acceperat, ergo nec etiam recedente fictione aliquis baptismi effectũ percipit. ¶ In oppositum est tex. Augus. in c. præsenti. secundo sic. Remota causa remouetur effectus, sed causa impediẽs effectum baptismi erat fictio: ergo remota fictione baptismus suum effectum habebit. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ recedente fictione baptismus suum effectum cõsequitur, & ista est omnium sententia. Quæ conclusio sic probatur. cuilibet culpæ in statu viæ potest remedium adhiberi, sed contra originalem culpam non est aliud remedium, quam baptismus, ergo cum ficte accedẽtibus originale nõ remittatur oporteret baptismum iterari, sed recedente fictione baptismus effectum suum non haberet quod est inconueniens, & hæreticum, ergo vera. Est tamen hic aduertendũ, ꝙ licet omnes in hoc conueniant, ꝙ baptismus habet effectum suum sine fictione recedente, in modo tamen dicendi variantur. Est.n. opinio quorundam videlicet Hug. & Ioã. in gl. præsentis capituli, qui dicunt, ꝙ recedente fictione ab eo, qui baptismum ficte recepit sequitur bene remissio peccatorum, non quidem virtute baptismi præcedentis, sed propter cordis contritionem, & humilitatem mentis. Sed ista opinio non valet. Et hoc duplici ratione sicut deducit dominus Durandus, & dominus Pe. de palude. ¶ Primo, quia est contra tex. textus.n. huius cap. dicit, ꝙ baptismus incipit valere, quando fictio recedit. gl. dicit, ꝙ remissio peccatorum non est propter baptismum, sed cordis cõtritionem. Ex quo sequitur, ꝙ recedente fictione nullus est ibi valor baptismi, sed solum contritionis. Non ergo tunc incipit valere baptismus, vt dicit textus, & ita gl. ista videt corrumpere textum. ¶ Secundo opinio illorum iuristarũ non valet, quia dissonat, & discordat ab eo, ꝙ vl'is ecclesia tenet de remissione peccatorũ per baptismũ, quia ꝑ baptismũ tollitur omnis culpa, saltem mortalis, & oĩs pena. Si ergo remissio solum ratione cõtritionis fiat, sequitur, ꝙ peccata commissa ante baptismum non delerentur totaliter quantum ad pœnam, cuius contrarium tenet ecclesia, & docet. ¶ Tertius modus dicendi est S. Thom. quod fictione recedente baptismus habet totum suum effectum. Cuius ratio est, qa talis ficte baptizatus recipit characterem, character aũt quasi de se est dispõ necessitans ad gratiam, nisi superueniat impedimentũ prohibens eam, & istud est fictio in eo, qui ficte accedit. Tunc ex hoc sic arguit. Remota causa remouetur effectus, sed causa quare ad charactereẽ baptismalẽ non sequitur gratia est fictio suscipientis baptismũ. ergo ea recedente baptismus suum habebit effectum. Sed cõtra hunc modum dicendi S. Th. arguit do. Durãdus. Primo contra positionem in se. Secundo contra rationem, quæ inducitur ad probationem positionis. Contra positionem sic. Effectus in actu requirit causam in actu, vt dr̃ 2. physi. sed in eo, qui prius ficte recepit baptismum, & postmodum recedit fictio non suscipitur actu baptismus, ergo non potest in eo esse aliquis effectus baptismi. Contra rationem inductã pro conclusione arguitur tripliciter. ¶ Primo sic. dispositio necessitans ad formam nunquam potest stare cum opposito formæ, quicquid sit de dispositione necessitante ad motum. Sicut dispositio necessitans ad formam ignis non potest stare cum forma aquæ, sed character potest stare cum opposito gratiæ, ergo character non est dispositio necessitans ad gratiam. ¶ Secundo sic. Illud per quod homo disponitur ad aliquid simpliciter, & non secundum bene, non est dispositio necessitans ad gratiam, quia, quod dicitur simpliciter indifferens est ad bene, & male, gratia autem determinat ad id, quod est bene, ergo character non videtur esse dispositio necessitans ad gratiam. ¶ Tertio sic. Illud non est dispositio necessitãs ad gratiam, sine quo datur gratia, & cum quo quandoque non datur, sed sine charactere datur gratia, vt in baptismo flaminis, & cum charactere quandoque non datur, vt in ficte accedentibus, ergo &c. Sed istis non obstantibus tenenda est opinio S. Thom. tanquam verior, & securior, cui, & magister Alexander de Halis, & bonauentura concordant. ¶ Ad rationem factam contra positionem Sancti Thomæ cum dicitur, quod effectus in actu requirit causam in actu & cætera. Respondetur, quod effectus in actu.s. gratia siue remissio peccatorum habet in actu causam principalem .s. Deum, & dispositiuam .s. ipsum characterem. Baptismus autem licet non sit præsens in se, præsens tamen est in effectu suo.s. in charactere ipso, qui est effectus eius, & quia quidquid est causa causæ, est causa causati, quidquid agitur virtute characteris, recedente fictione attribuitur baptismo præcedenti. ¶ Ad argumentum primum factum contra rationem fundamentalem Sanct. Thomæ cum dicitur, ꝙ dispositio necessitans ad formam &c. Respõdetur iuxta dominum Petrum de palude & dominum Herueum, ꝙ est dispositio necessitans vna simpliciter, & absolutè quæ materiam necessitat ad formam sicut calor in aqua, vel in aere necessitat ad raritatem, & de tali dispositione verũ est, quod assumitur, videlicet quod dispositio necessitans ad formam non potest stare cum opposito formæ. ¶ Secundo est dispositio necessitans nõ simpliciter, sed ex suppositione sicut diaphaneitas est dispositio ad illuminationem non simpliciter, sed supposito, quod non sit aliquod opacum interpositum, & talis dispositio bene stat cum opposito eius, ad quod disponit. Character enim est dispositio necessaria ad lucem gratie non simpliciter, sed quantum in se est ad illam disponit si impedimentum non adueniat scilicet mortale peccatum, quod diuidit inter hominem, & Deum animam illuminantem, vnde sicut diaphanum potest habere corpus medium, quo stante non illuminabitur, sic character stat cum peccato mortali, quo stante non infunditur lux gratiæ, sublato vero ipso statim lux gratiæ infunditur. ¶ Ad secundam respondetur negando minorem. dicimus enim, quod cum character quantum in se disponat ad gratiam, & per accidens stet cum opposito, non se habet indifferenter simpliciter ad bene, & male, sed dispositiue quantum in se est, ad bene, per accidens autem est, quod est cum opposito. ¶ Ad tertiam respondetur secũdum Petrum de palude, quod duplex est dispositio necessitatis, vna est sine qua non id, ad quod disponit, sicut quãtitas est dispositio necessaria ad qualitatem sensibilem, puta albedinẽ, vnde quantitate sublata albedo esse non potest, & sic character non dr̃ dispositio ad gratiam, cum gratia fuerit in Christo, & in angelis, & in multis viris sanctis, & fœminis cathecuminis, in quibus nullus character erat. Secundo dr̃ dispositio necessaria non sine qua non possit id, ad quod disponit, sed quia necessario posita ponitur illud ad quod disponit, & hoc dupliciter, vel simpliciter, sicut alteratio completa est dispositio necessaria ad generationem, & corruptionem, sine qua tamen Deus posset generare, & corrumpere, sed illa posita necessario sequitur generatio, vel corruptio, vel ex suppositione sicut diaphaneitas respectu lucis. Character autẽ, vt dictum est ad primum argumentum non est dispositio necessitãs ad formã simpliciter, de qua procedit ratio, sed est dispositio necessitans ex suppositione, & talis dispositio bene potest stare cum opposito. ¶ Ad rationes factas in principio dicendum est. ¶ Ad primam respondetur, ꝙ baptismus non habet efficaciã solum ex opere operante, sed magis ex opere operato, ꝙ est opus Dei, & non hoĩs, & ideo sacr̃m baptismi non est opus mortuum in eo, qui ficte accedit, siue qui sine charitate baptizatur. Illud aũt, ꝙ obijcit de opere mortuo, intelligitur de operib. nostris, vt dr̃ magister Ale. ¶ Ad secundam r̃ndetur concedendo, ꝙ pcc̃m fictionis nõ tollitur per baptismum ficte susceptũ per pn̄iam, qua fictione remota baptismus aufert oẽm culpã, & reatũ oĩum pctõrũ præcedentiũ baptismũ, & etiã simul existẽtiũ cũ baptismo, vt

mo, vt Aug. dr in c. præcedenti, & sic ad effectum baptismi consequendum, vt dicit S. Tho. in 3. parte concurrit baptismus, & pœnitentia, sed baptismus sicut causa per se agens, pœnitentia sicut causa per accidens remouens prohibens. [S. Thom.]

¶ Ad tertiam respondetur, ꝙ baptismus recedēte fictione habet illum effectum, quem prius habuisset si fictio non fuisset. effectus autem baptismi non est tollere peccata futura, sed præsentia, vel præterita, & ideo baptismus fictione recedente peccata pcedentia baptismū remittit, & quo ad pęnam, & quo ad culpam. Sed peccata sequentia remittuntur virtute contritionis, quæ fictionem amouet quantum ad culpam, sed non quantum ad pœnā totaliter. [Ad tertium] ¶ Ad quartam respondetur. ꝙ non est simile de sacramento eucharistiæ, & de baptismo propter duo. Primo, quia eucharistia male accepta nihil relinquit gratis datum disponens ad gratiam gratum facientem, sicut facit baptismus, vnde in eucharistia non imprimitur character cuius virtute possit aliquis efficaciam sacramenti percipere fictione recedēte, sicut fit in baptismo. Secūdo, quia eucharistia est sacrm iterabile. baptismus autem non, & ita non est simile. Lege. [Ad quartum] [Exponit literam.]

¶ [Tunc incipit valere]. i. habere effectum suum siue efficaciam [Ad salutem animæ]. s. quę est infusio gratiæ, per quā fit remissio peccatorum, quod hic dicit glossator, ꝙ nō per baptismum, sed per cordis contritionem falsum est, & sicut .s. diximus in quæstione hęc gl. corrumpit tex. [Baptismū] gl. i. interior peccatorum ablutio. ista glo. etiam est contra textum, vt. j. dr fictio non sinebat peccatorum ablutionē fieri. †Ablutio ergo peccatorum est effectus exterioris baptismi. baptismus ergo exterior, qui præcessit est, & qui pp fictionem dr impediri facere effectum suum, qui est ablutio peccatorum, & qui fictione recedente virtute characteris quem impressit dr incipere valere. i. efficaciam gratiæ habere, quam habuisset, si fictio non impediuisset, per baptismum autem, qui in hoc loco dr incipere valere recedēte fictione ad salutem non conuenienter accipitur ablutio interior, sed magis ablutio ipsa sacramentalis exterius facta, sicut ex declaratione plenius elucescit. [Cōtra glos.] [3]

1 *Recipientes sacramenta ab hæreticis, siue schismaticis an peccent mortaliter.*

1 *Eucharistia potest confici extra ecclesiam.*


On in vobis. Sequitur 2. ca. eiusdem partis, in quo Magister Gratianus ex authoritate Aug. ad donatistas ostendit in summa, quod sacramenta ministrata per schismaticos nō reprobantur, nec mutantur ab ecclesia, quod fieret, si eadem sacramenta eis ad ecclesiam redeuntibus iterum conferrentur siue reiterarentur, verū ꝙ sacramenta ministrata extra ecclesiæ vnitatem nō prosunt ad vitam, & ideo necesse est eos redire ad ecclesiæ vnitatem, si suscepta sacramenta in eis effectum suum habitura sint. Potest ergo hoc capitulū diuidi in tres partes. Prima parte agit magister Gratianus, quod dictū est. In secunda dicit, ꝙ de talibus extra ecclesiā existentib. quamdiu adhuc in corpore viuunt, desperandum non est. In tertia ponit pœnam damnationis eorum, qui ext. ecclesiam sacra scienter suscipiunt 2. ibi, isti autem. 3. ibi, ideo sibi iudicium, verum quia de baptismo hæreticorū, & schismaticorum sicut. s. e. dist. disputatum est maxime circa capitulum nullus, vbi quasi hoc totum capitulum compræhendit, nunc occurrit solum discutiendum. ¶ †Vtrum recipiētes sacramenta ab ipsis schismaticis, siue hæreticis peccent mortaliter. Et videtur ꝙ sic. Primo ex cap. præsenti, vbi dicit Aug. ꝙ iudicium manducant, & bibunt. ¶ Secundo sic, quicunque accipit ab aliquo, qui non habet ius dandi illud, iniuste accipit, & ita peccat, sed hæretic⁹ siue schismaticus non habuit ius dandi baptismum, vt dicit Aug. li. de bap. contra Donatistas dicens. Si inquit hæreticus ius baptizandi non habuit, tamen Christi est. quod dedit. ergo accipiēs ab hæretico, siue schismatico iniuste accipit, & ita grauiter peccat. ¶ In oppositum arguitur sic. vnus, & idem baptismus est, qui datur in ecclesia, & qui datur foris ecclesiam, quia vnum, & idem est baptisma a quocunque detur, vt in c. à quodam, & c. sicut, & c. baptismus, & c. nullus, sed accipientes baptismum in ecclesia non incurrunt damnationis iudicium, sed salutem, ergo etiam accipiētes baptismū siue sacramenta ab his, qui foris sunt, cū idē conferunt, [Quæstio.] [1] [Primum arg.] [Secundum argu.] [Aug.] [Opponit in cōtrarium.]

quod intus datur non peccant. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ recipiens baptismum ab his, quæ foris sunt, sicut ab hæreticis, schismaticis, & excommunicatis, vel est paruulus, vel adultus. Si est paruulus, non peccat, cum non habeat vsum liberi arbitrij, sed offerens peccat, & in illo casu, in quo adultus peccaret offerendo seipsum. Et vt videtur dicere dominus Petrus de palude, plus peccaret offerens præciso ad baptizādum, quam adultus offerens seipsum, quia cum adultus nō posset baptizare seipsum, si alteri puta nō præciso non potest seipsum offerre, sed qui paruulum offert, cum in necessitate posset eum baptizare, non necesse habet. præciso illum offerre. Si autem adultus, aut latet illum probabiliter esse præcisum, & tunc nō peccat, quia talis ignorantia eum excusat. Si vero non latet eum tunc peccat mortaliter recipiendo ab eo baptismum. Cuius ratio est secundum dominum Durandum, quia eodem præcepto, quo præcipitur excommunicato, vel cuicunque ab ecclesia præciso, ne se ingerat diuinis, præcipitur cuilibet alteri, ne sibi communicet in eisdem, sed præcisus ingerendo se administrationi diuinorum peccat mortaliter faciens contra præceptum ecclesiæ, ergo recipiens ab eo sacramentum ecclesiæ peccat faciendo contra illud præceptum, hoc tamen intelligendum est, nisi in casu extremæ necessitatis, qui non potest ab ecclesia inhiberi, in quo casu potest quilibet recipere baptismum à quocunque siue pagano, siue iudeo vel hęretico, sicut supra ead. dist. in capit. supra allegatis aperte designatur. ¶ Ad rationes dicendum vtriusque partis. Ad primam dicendum, quod textus præsentis cap. intelligitur de his, qui scienter, & ext. casum necessitatis sacramentum suscipiunt à præcisis. ¶ Ad secundam respondetur, ꝙ ius dandi baptismum, sicut dr S. Tho. in quarto ex duobus est, videlicet ex ordine sacerdotali, & ex iurisdictione. In hęretico autem ab ecclesia pręciso manet ius dandi baptisma quantum ad ordinem sacerdotalē, si primo in ecclesia fuit sacerdos, nec tamen manet ad iurisdictionem, quam amittit. Nec tamen sequitur, ꝙ baptismum ab hæretico suscipiens semper iniuste accipiat, quia in duobus casibus, vt dictum est, non iniuste accipit ab eo. Primo, cum credit eum habere ius dandi, & non esse hæreticum. Secundo in casu necessitatis, in quo quilibet habet potestatem baptizandi. ¶ Ad tertiam respondetur quòd licet baptismus datus ab hæreticis, dum tamen in forma ecclesia, nihilominus tamē adultus, qui ab hæreticis, & ab ecclesię præcisis illud recipit scienter, & extra casum necessitatis peccat, & ita proprio peccato ponit obicem spiritui sancto ne consequatur rem sacramenti Lege. ¶ [Non mutamus]. i. reprobamus [in quib. nobiscum estis in multis]. s. sacramentis [estis] seruantes eandem materiam, & formā [dictum est] s. psal. 54. [In multis erant mecum] vbi dr glo. quæ est Augustin. [in multis]. s. sacramentis [mecum]. s. in fide]. i. baptismo [In euangelij lectione] in festis, & huiusmodi, & in paucis erant mecum. In omnibus sacramentis mecum, sed non in charitate, sine qua nihil sunt omnia. primo ad Corinthio. 13. & supra ead. solet, & capitulo, quomodo, vel inter multos siue in multis, id est, in paleis, quæ multæ sunt [non in granis, quæ pauca sunt] id est, non cum paucis electis mecum erant. erant enim de multitudine vocatorum, non de paucitate electorum [Sed ea corrigimus] videlicet, quòd non in vnitatis, & pacis vinculo intra ecclesiam estis 23. quæst. quarta. quid faciat [hic] id est in ecclesia, in qua sumus [illic] id est extra ecclesiam in hæresi. [Nobiscum enim] explanat in quibus nobiscum erant illi, de quibus loquitur [in baptismo] seruabant enim eandem formam, quam ecclesia catholica seruat [in symbolo] scilicet in euangelica lectione, siue in cantu ipsius symboli, quia etiam illud decantabant in missa, licet non essent nobiscum in intelligentia, & in sensu ipsius, arguit hic gloss. dicens, quod contra hoc, quod dicitur in symbolo sit id, quod sequitur videlicet. [In catholica nobiscum non estis] quia vt inquit si in toto symbolo nobiscum essent, in ecclesia catholica essent, cum ad symbolum pertineat credere sanctam ecclesiam catholicam. Sed hoc nō est verum, tn̄ quia possunt conuenire nobiscum in recitatione totius symboli, & tamē quia sensu, & intelligētia à nobis discrepant extra ecclesiam esse dicerentur, vt. n. Hilar. libr. secundo de fide catholica ait de intelligentia hæresis non de scriptura est. sensus enim, & non sermo fit crimen. Tum quia stat, quod aliquis teneat nobiscum in toto symbolo, [Respond.] [Pet. de pal.] [Durandus.] [Ad primum arg.] [Ad secūdum. S. Thom.] [Ad tertium] [Exponit literam.] [Hilarius.]

symbolo,& per consequens credat sanctam ecclesiam catholicam,& tamē sit extra ecclesiam, sicut schismatici,qui apud se credūt ecclesiam Dei. Quod satis aperte colligi potest ex capitulo.inter hæresim,& schisma.24.q.3.[in cæteris.] Contra.24.q.1. vbi dicit tex. ꝙ schismatici quia spm̄ Christi non habent corporis Christi sacrificiū habere non possunt.Respōdetur,ꝙ ibi non negatur apud schismaticos corpus Christi esse,quantum ad virtutem sacramenti, sed quantum ad efficaciam siue rem ipsam sacramenti. Sicut etiam dr̄ in præsenti cap.cum ait Aug.habent foris sacrm̄, sed rem ipsam intus non tenent, tamen illud est sacramentum,& hoc notatur,cum tex.ille dicit.corporis Christi sacrificium habere non possunt,non dicit sacramentum,sed sacrificium, quia apud schismaticos non est oblatio salutaris,quæ importat nomine sacrificij[in spiritu].s.sancto, quia totum ecclesiæ corpus vnum efficitur,secūdum illud ad Ephe.4.vnum corpus, & vnus spiritus[vinculo pacis] a.i.charitate.ad Coloss.3. super omnia charitatem habete, quæ est vinculum perfectionis.[Et in ipsa ecclesia]hoc sequitur quoniam,vt dicit apostolus ad Rom.8. Si quis spiritum Christi non habet,non est eius.gl.i. membrum. [Isti autem]2.pars.[In corpore].s.sunt viuētes.Et est ratio,quia non est desperandum de eis,quia quamdiu sunt in via possunt cōuerti,& redire ad ecclesiam 32.q.2.ancillam de pę. dist.7.c.1.[Sed non quærant spiritum sanctum nisi in corpore Christi].s.in ecclesia catholica,q̄ est corpus eius[Cuius].i.ecclesiæ[foris].i.extra ecclesiam existentes[habent sacramentum, sed rem ipsam] hoc exponitur vno modo de omnibus sacramentis[Rem ipsam].i.efficaciam salutarem[cuius rei] ipsum.s.sacramentum.[sacramentum] i.signum est sicut ablutio exterior ablutionis interioris, vel exponitur sic de sacramento eucharistiæ[rem ipsam].i.vnitatem ecclesiæ intus[non tenent]cuius vnitatis[sacramentum].i.corpus Christi de virgine natum,& in altari immolatum est[sacramentum].i.signum vt.s.dist.2. quia passus.
2 Et est argumentum,† ꝙ extra ecclesiam Christi confici potest.Et ita videtur hic reprobari opinio dicētium ext.ecclesiam corpus Christi confici non posse, vt 1.q.1. dominus declarauit,& in cap.non nocet.[ideo sibi] 3. pars.[Iudiciū manducant.i.incurrunt.

Opponit in cōtrarium. Respondet.

a ¶ Vinculo pacis. Pax an possit fieri in articulo mortis. vide p Pe.de An.i c. exhibita nu.6.de homi.

1 *Reconciliationum redeuntium ad ecclesiam quare fiat disparitas.*

2 *Manus impositio fit hęreticis in reconciliatione.*



Bantiqua. Sequitur 3. c.eiusdē partis,in quo magister Gratianus,quia superius fecerat mētionem de his,qui ad ecclesiam redeunt, ostendit ex authoritate Gregorij,quibus modis recipiūt,qui extra ecclesiam baptizati sunt, cū ad ecclesiam redeunt.Et assignat tres modos diuersos,videlicet aut vnctione chrismatis, aut impositione manus, aut sola confessione fidei. Et diuiditur hoc capitulum in duas partes. In prima ponit diuersitatem præfatam recipiendi reuertētes ad ecclesiam. In secunda ostendit vtilitatem huius receptionis declarans qualiter baptismus, qui primo in talibus, qui extra ecclesiam erant baptizati effectum suum non fuerat consecutus, iam cum ad ecclesiam redeunt,& per manus impositionem recipiunt spiritū sanctum, vt professione fidei per dilectionem operantis vniatur ecclesiæ emendationis vires recipit.i.efficaciam suam habet,quam primo habuisset si sacrilegium schismatis non impedisset.secunda ibi, tunc in eis. Quia vero vtrū baptismus recedente fictione consequatur effectum suum disputauimus in superioribus circa capitulum,tūc valere.
1 Nihil aliud hic discutiendum occurrit.Nisi †quare ista varietas siue disparitas reconciliationum redeuntium ad ecclesiam fiebat. Ad hoc respondetur iuxta Hug.& gloss.ꝙ duę sunt causę.vna erat disparitas hęreticorū,siue varietas sectarum ipsorum hæreticorum, quia.n.vari è credebant dispari modo recipiebantur,vnde quia hæretici morietēs non chrismabantur, cum orientalis ecclesia eos recipiebat chrismabat illos, & ita cū vnctione chrismatis recipiebantur,quia vero hæretici,qui erant in occidēte chrismabantur cum ad ecclesiam redibant occidentalis ecclesia non chrismabat,sicut nec rebaptizabat, sed per solam manus impositionem recipiebat eos ad vnitatem ecclesiæ.

Diuisio.

Quæstio. Respondet. Hugut.

Alia causa disparitatis est varia consuetudo ecclesiarū, quæ forte orta est ex causa prima, & tantum de illo.Lege textum.¶[Vnctione chrismatis]supra ead.dist.si qui.in fi.[im
2 positione manus]1.quæst.1.hi,qui baptismum.†Manus impositio fit hæreticis in reconciliatione dicit Hugutio. vt accipiant spiritum sanctum,& in signum detestationis hæreticorum, quasi diceretur eis,hanc impositionem manus accipite,vt deinceps in fide sitis confirmati,& omnem hæresim detestamini[Aut sola professione fidei]quia tantum interrogantur si recte credant[occidens].i.ecclesia occidētalis 1. q. 1. ventum. [Monostelitas]isti fuerunt hæretici, qui dixerunt tantum vnam voluntatem.s.humanitatis fuisset in Christo,de quorum errore habetur 16. dist. habeo. [Sola &c.]quia,vt dictum est,solum interrogabantur,si recte crederent, quia manus erat eis imposita, sed si deesset suppleret 1.q.1.ecclesiæ.[quia sanctum &c.Assignatur ratio,quare non rebaptizabantur,quia.s.iam sanctum baptisma &c.[Tunc]2.pars.tūc.n. baptismus incipit habere effectum suum, qui est emundatio ipsa interior animę siue remissio peccatorum.supra e. dist.[tunc valere.illi].s.Arriani[isti]monostelitę.Ex isto cap.sumitur argumentū,ꝙ varię erant sectæ Arrianorum.quidam enim baptizabant, & consecrabant in forma ecclesiæ vt prima quæst.1. Arrianos,& infra ea.di.Arrianis. Quidam vero præter formam ecclesiæ,vt supra distinct.prima.ecclesia,& prima quęst.1. §.Sed notandum.

3 *Paradisus quid dicatur.*



Cclesia. Sequitur 4. cap. eiusdem partis in quo magister Gratianus idē ostendit.s.ꝙ extra ecclesiam baptismus susceptus non valeat ad salutem, inducit quādam similitudinem Augus.in qua ecclesia comparatur paradiso, & flumina inde egredientia comparantur baptismo.Et diuiditur in duas partes. In prima dicit ecclesiam comparatam paradiso. In secunda applicat similitudinem ad propositum dicens, quòd sicut felicitas paradisi non sequebatur illa flumina,ex quo egrediebantur de paradiso,ita gratia,& virtutum munera, q̄ sunt in ipsa ecclesia, non sequuntur ipsum baptismum susceptum extra vnitatem ecclesię.secunda ibi,non enim in Mesopotamiā. Pro pleniori intelligentia huius capituli quæruntur duo.
1 ¶ Primum est, vtrum conuenienter ecclesia paradiso comparetur.
2 ¶ Secundum est, vtrum baptismus susceptus extra ecclesiā conferat gratiam.
1 Ad primum Respondetur. † quòd ecclesia conueniētur comparatur paradiso terrestri.Et hoc propter septem commendabilia in paradiso terrestri,quæ per similitudinem, & multo excellentius in ecclesia Dei reperiuntur.Primum commendabile in paradiso terrestri, est antiquitas plantationis. vnde Genesi.secundo dicitur,plantauit dominus paradisum voluptatis à principio, hæc plantationis antiquitas est ipsa ecclesia, quoniam à principio mundi plantata est, vnde Augustin. tractans illud psalm. 118. Initio cognoui de testimonijs tuis, quia in æternum fundasti ea, dicit sic. de ecclesia loquitur, quæ in terris non defuit à principio generis humani, cuius primitia Abel sanctus immolatus est, & 13.de ciuitate Dei dicit.A principio mundi processerunt duę ciuitates, vna Dei, altera diaboli, vna cœlestis, alia terrestris, vnde filij Adam, vnus ædificat terrenam, & diabolicam, alius cœlestem. Primus fuit Cain, secundus Abel.¶ Secundum commendabile in paradiso fuit nobilitas situationis,siue fundationis,quia fundatus est locus ille in parte orientis,vt dicit Beatus Isidorus, vt quidam doctores exponunt illud Genesis. secundo plantauit dominus paradisum à principio.Nō temporis, sed loci cuiusmodi est pars orientis, quæ nobilior est, sicut dextera pars in homine, sic ecclesia fundata est in parte orientali, quia in fide Christi per quam nobis lux vera primo oritur, & ad inuisibilium notitia humana mens illustratur primo Corinthio. tertio. fundamentum aliud nemo potest ponere præter id,quod positum est,quod est Christus Iesus gloss.id est fides Christi,quæ per dilectionem operatur.¶ Tertiū commendabile fuit nobilitas hospitis. habuit enim nobilē habitatorem

Respondet.

Augustinus

Isidorus.

bitatorem.s.hominem, vnde Genesi.2.dr plantauit paradisum voluptatis,& posuit in eo hominem. Sic pariter sancta ecclesia militans ex hominibus assumpta est, vnde Au. super psalm. 44. assumpta est ecclesia ex genere humano, vt Christus caput esset ecclesiæ.¶ Quartum commendabile in paradiso erat affluentia voluptatis siue deliciositatis, vnde Gen.2.platauit Deus paradisum voluptatis. Hæc affluentia voluptatis in ecclesia est multo excellentior in degustatione diuinæ sapientiæ, in dulcedine diuinorum eloquiorum, in admirabilitate diuinorum iudiciorū, in profunditate diuinarum scripturarum, de quarū suauitate loquit psal.dicēs ps.118.quā dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo.¶ Quintum commendabile in paradiso fuit arborum,& florum amenitas.vnde Gen.2. produxitque Deus omne lignum pulchrum visu. Hoc multo excellentius reperitur in ecclesia, vnde dicta est Cantic.4. hortus conclusus,& c.omnibus consideratus & ca.qm vetus 24.q.1.Et pro amenitate arborum, pro suauitate florū, ꝑ fragrātia aromatum, pro copia optimorum fructuum. Sunt.n. in ecclesia speciosissimæ arbores, & pulcherrimi flores, ſm varietates gratiarum, & donorum ipsorum fidelium. Est.n.in ecclesia cedrus contemplationis excelsæ in contemplatiuis,& apostolis.Cypressus odoriferæ famæ in religiosis.palma gloriosæ victoriæ in martiribus. Rosa patientiæ in pœnitentibus. Oliua misericordiæ in actiuis.platanus fidei præclare in confessoribus. flores lilij in virginibus. flores violæ in innocentibus. Sextum commendable in paradiso fuit pretiositas fructuum,(siue ciborum.Erat.n. in medio paradisi lignum vitę.Gen.2.Hæc autem prærogatiua multo fortius reperitur in ecclesia, in qua lignum vitę .s.corpus saluatoris nostri Iesu Christi, qui panis vitæ est in sacramento altaris nobis ad manducandum proponitur, Ego sum panis vitæ, qui de cœlo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.Io.6.Septimum commendabile in paradiso est excellētia puritatis, & mundiciæ, quę notatur per fluuium, de quo Gen.2.fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum.fluuius iste in ecclesia baptismus est, qui mentes fidelium irrigando à sordibus mundauit peccatorum,& ad virtutū incrementa animos humanos fœcundat, de quo Zachariæ. 13.erit fons patens domui Dauid,& habitatorib.Hierusalē in ablutionem peccatorum.Merito ergo ecclesia comparatur paradiso.Et hoc sufficiat pro primo articulo.

2 Ad secundum sic procedit. Et videtur.ꝙ baptismus extra ecclesiā susceptus conferat gratiam.¶ Primo sic ex multis capitulis supra positis in hac distinctione maxime ex c. Roman.c.quomodo c.si inter c.baptismus,& c.nullus, vbi hr, apud eos, qui sunt ex. ecclesiam cuiusmodi sunt pagani, hæretici, & schismatici esse verū baptisma, ergo videtur, ꝙ baptismus datus extra ecclesiam eandem efficaciam habet, sicut baptismus datus intra ecclesiam.¶ Secundo sic, paruuli baptizati ab hæreticis,& etiam adulti in articulo necessitatis recipiunt effectū baptismi, & tamen baptismus illis datur extra eclesiam ergo &c.¶ Tertio sic, vt habetur supra ead.distin.in c.baptismus.dicit August. super Ioannem.talis est baptismus, qualis est ille in cuius parte datur, non qualis iste est, per cuius ministerium datur.ergo videtur quòd baptismus quomodocunque datur siue extra ecclesiam, siue intra semper habet eandem efficaciam.¶ In oppositum est tex.cap.pręsentis.¶ Respondeo dicendum,& breuiter, quia ista materia satis tractata est in superioribus capitulis, ꝙ cum quæritur vtrum baptismus extra ecclesiam susceptus proficiat ad salutem, quæstio ista tripliciter potest intelligi, secundum ꝙ ly extra ad tria potest referri videlicet ad baptizantem ad baptismum, & ad baptizatum siue suscipiētem. Si ad baptizantem tunc est sensus quæstionis, vtrum baptismus datus ab his, qui sunt extra ecclesiam proficiat ad salutem, & tūc respondet, ꝙ si sit in forma ecclesiæ datus verus baptismus est, & proficit ad salutem, nisi sit impedimentum ex parte suscipientis, sicut visum est supra eadem distinctione circa capitulum quamuis, de baptismo dato ab hæreticis vbi de hoc fuit disputatum, si intelligatur respondeo tunc est sensus quæstionis, vtrum baptismus datus forma ecclesiæ non obseruat sit efficax ad salutem. Respondetur, quod non, prima quæst. prima. extra ecclesiam. Si intelligatur tertio modo tunc est sensus, vtrum existenti extra ecclesiam & recipienti baptismum baptismus conferat rem sacramenti, siue sit efficax ad salutem,& respondetur ꝙ nō, sicut apertissime hic dicit Beatus August. & sub hoc intellectu accipitur iste textus, & omnes alij similes.¶ Ad rationes in oppositum vnica responsione dicitur, quod quia capitula illa loquuntur,& rationes procedūt de esse extra ecclesiam ex parte baptizantium, hoc.n.quòd ministri baptismi sint extra ecclesiam, non impedit effectum baptismi, nisi sit obex ex parte suscipientis, vt dictum est.Hic autem loquimur de suscipientibus baptismum, quòd si sint extra ecclesiam cum baptizantur non consequuntur effectum baptismi.Et ita patet. quòd textus præsentis cap. non est contrarius textibus aliorum capitulorum præcedentium. Lege.

Primum ar.

Secundum argu.

Tertium ar.

Opponit et Respondet.

Aug.

3 ¶[Paradiso]†paradisus est, vt ait Isidorus libr.9.Etym locus in orientalibus partibus constitutus, cuius vocabulum in latinum ex græco vertitur hortus.porro hæbraice eden dicitur, quod in nostra lingua deliciæ interpræratur, quod vtrunque iunctum facit hortum deliciarum.est.n. omni genere ligni,& pomiferarum arborum consitus habens lignum vitæ.Non ibi frigus, non ibi estus, sed perpetua aeris temperies, ex cuius medio fons prorumpens totum nemus irrigat.diuiditurque in 4. nascentia flumina sicut habetur Genes.secundo. Et vt ait magister in historijs est locus amenissimus longo tempore, & maris tractu à nostro habitabili segregatus adeo altus, vt ad lunarem globum attingat, vnde,& diluuij aquæ illuc non peruenerunt. Nota etiam, quòd paradisus dr cœlum empyreum.Ezech.28. In delitijs paradisi fuisti, de pœn.dist.2.principium dr etiam visio siue vita beata, iuxta illud dictum latroni hodie mecum eris in paradiso. Matthe.23.& secundo.Cor.12.dicit apostolus. scio hominem in Christo ante annos 14 &c.& post raptum in paradiso. dicitur etiam paradisus ecclesia militans, sicut in textu præsentis capituli innuit August. & Cant.10. Hortus conclusus, fons signatus, emissiones tuæ paradisus malorum punicorum, cum pomorum fructibus. dicitur autem paradisus quasi parans Dei visum, vel quasi paratis dans visum, quia ibi facie ad faciem Deum videbimus. primo Corint.13. [Salutem]vt supra ead.dist. non in nobis,& 1.quæst.prima.extra ecclesiam, & 14.quęstio. prima. alienus:[Manus bonæ vitæ]id est gratia, quæ est principium quo anima Deo viuit, non nisi intra, quia fluxus vitæ non deriuatur à capite siue corde, nisi in membra coniuncta.

Exponit literam.



NVnc autem. Sequitur quintum capitulum eiusdem partis, in quo magister Gratianus ex authoritate August.ostendit, quod baptismus Christi esse dicitur non ipsius ministri, & hoc ideo, quia Christus in eo, & non homo remissionē peccatorum operantur, quare rectè Christi, qui interius baptizat. Ioannis primo. baptismus dicendus est,& non hominis ministri, vt supra.e.dist.à quodam, & cap.si intelligitur, & 24.quæstione prima, si quem. bene ergo dicit textus, quod non, sicut heresis hæreticorum est, aut ipsorum est priuilegium dissensionis, ita baptismus ab eis collatus ipsorum baptismus dicendus est, quoniam quidquid erroris, aut maledictionis in hæresi, aut schismate est, ab ipsis est, ideo bene ipsorum talis esse dicuntur.Id autem, quod baptismus cōfert, non ab ipsis, sed à Christo est.Ideo baptismus Christi,& non ipsorum est. Omnia plana sunt, quæ etiam ex disputatione habenda circa capitulum sequens clariora reddentur.

3 *Baptismus ęqualem habet effectum in omnibus, quo ad remissionem culpæ.*

*Et quo ad remissionem pœnæ numer. 4. Et quid, quo ad diminutionem pœnæ.num 5. Et quid, quo ad effectum gratiæ. numer. 6.*

7 *Baptismus in pueris de communi lege æqualem æffectum gratiæ habet.*



CVm tantum. Sequitur sextum capitulum eiusdē partis in quo videtur magister Gratianus assignare rationem ex authoritate Beati Gregorij, propter quam baptismus non dicatur esse ministri cuiuscunq;, sed Christi.Et diuiditur in duas partes, ſm duas rationes, quas inducit.Prima est, quia solus Xps operat in baptismo, & inde

Diuisio.

& inde est, ꝙ æque videlicet datus per malum ministrum,
sicut per bonum. Secunda ratio quia nullibi in sacra scriptu
ra reperitur, ꝙ aliquis sanctus sibi ascripserit baptismum
dicendo baptismus meus. secunda ibi. Item inuenimus.
¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli, quęruntur duo
breuia dubia.

1 ¶ Primum, vtrum sit verum ꝙ baptismus æque valet da-
tus per malos, & peccatores ministros, sicut datus per bo-
nos, & sanctos.

2 ¶ Secundum an baptismus habeat æqualem effectum in
omnibus.

1 Ad primum sic proceditur.† Et videtur, quòd nõ
ęque valeat baptismus datus per ma
Primum ar. los, sicut per bonos. ¶ Primo sic. Baptismus datus per ma-
los solum habet efficaciam ex opere operato, siue virtute
sacri. baptismus autem datus per sanctos viros habet effica
ciam, & ex opere operato, & ex opere operante, quia etiã
merito ministri, ergo baptismus datus per malos non tan-
Scdm arg. tum valet, sicut datus per bonos. ¶ Secundo sic. sicut vnus
est, qui baptizat interius animam à peccatorum sordibus
emundando, ita vnus est, qui interius mentes hominũ do
cet, vt dicit Aug. in lib. de magisterio. Et nihilominus diffe
rens est doctrina siue prædicatio à diuersis distributa, ita
quòd plus valet distributa à docto, quam à non docto, vel
minus docto, ergo eodem modo videtur dicendum de ba
ptismo, ꝙ datus per bonos plus valeat, quã administratus
Opponit & Respondet. per malos. ¶ In oppositum est tex. præsentis c. ¶ Respondeo
dicendum, ꝙ æqualiter datur per malos, sicut per bonos.
Pro cuius cõclusionis intellectu notandum sicut supra no-
tandum est ea. dist. circa cap. sicut inter, ꝙ hoc intelligitur
quantum ad effectum per se ipsius baptismi, quia cum effe
ctu principali potest aliquid plus offerri ex merito bapti-
zantis, & ex hac parte melior diceretur baptismus datus
per bonos, quam per malos, sed quia hoc non est proprie
effectus baptismi per se, sed magis per accidens, ideo sim-
plicitur dr̃, ꝙ baptismus datus per malos tantũ valeat quan
Ad primum argu. tũ datus per bonos ceteris paribus ex parte baptizati. ¶ Ad
rationes. Ad primam respondetur, ꝙ effectus baptismi
non dependet ex opere operante ipsius baptizantis, sed ex
opere operato, sed bene aliquis alius effectus siue corporis
siue animę, qui nõ est effectus per se baptismi potest depen
dere ex operante, vt puta ex merito baptizãtis, & respectu
talis sicut dictũ est plus valet baptismus collatus, tam per
Ad scdum bonum, quam per malum. ¶ Ad secundam respondetur
iuxta Alexandrum de Hal. ꝙ non est simile de baptismo,
euangelio, & prædicatione. Nõ .n. dr̃ baptismus meus sicut
euangelium, vel prædicatio mea. sicut Aug. dr̃ in pñti ca. vn
de non est melior baptismus, qui per meliorem datur, licet
melior sit prędicatio, ꝙ à meliori, & discretiori datur. Rõ
autem est, quia baptismus in virtute Christi datur à quocũ
que detur, & penes illum est indiuisio, baptizandi sibi pote
statem retinuit, seruis ministerium dedit potestatem autẽ
docendi, vel prædicandi ministris dedit licet ipse sit, qui do
ceat interius, & ita non est simile, de vno, & de alio.

2 Ad secundum sic proceditur.† Et videtur, ꝙ ba
ptismus non habeat æqualẽ effe
Primum ar. ctum in omnib. ¶ Primo sic. Effectus baptismi est remotio
culpæ, sed in quibusdam plura tollit, quam in alijs. Nam in
paruulis tollit solum peccatum originale, in adultis, etiam
actualia, & quibusdam plura, & in quibusdam pauciora. nõ
Secundũ ar. ergo æqualem effectum habet in oĩbus baptismus. ¶ Scdo
sic. per baptismum conferuntur hoĩ gratia, & virtutes, sed
quidam post baptismum videntur hr̃e maiorem gratiã, &
perfectionem virtutum, quam alij baptizati. Non ergo
Tertium ar. baptismus habet æqualem effectum in omnibus. ¶ Tertio
sic. Natura perficitur per gratiam, sicut materia per for-
mam, sed forma recipitur in materia ſm eius capacitatẽ.
cum ergo in quibusdam baptizatis etiam pueris sit maior
capacitas naturalium, quam in alijs, vr̃ ꝙ, quidam maiorẽ
Quartũ ar. gratiam consequantur, quam alij. ¶ Quarto quidam in ba
ptismo consequuntur non solum spiritualem salutem, sed
etiam corporalem, sicut patet de Constantino, qui munda
tus est à lepra. Non autem omnes infirmi salutem corpora
lem consequuntur in baptismo, ergo non habet ęqualem
Quintũ ar. effectum in omnibus. ¶ Quinto sic. Quidam in baptismo
recipiunt gratiam finalem, quidam innocentiã baptisma-
Opponit in cõtrarium. lem vsque in finem seruant, quidam autem non. ergo etiã
in pueris alij alijs maiorem gratiam consequũtur. ¶ In op

positum est textus præsentis cap. ¶ Secundo est illud apo-
stoli ad Ephes. 4. vna fides, vnum baptisma, vniformis autẽ
causæ est vniformis effectus, ergo videtur, ꝙ baptismus ha
bet æqualem effectum in omnibus. ¶ Respondeo pro ple
niori solutione præsentis dubij duo veniunt cõsideranda.
Primo, ꝙ multiplex dr̃ ipsius baptismi effectus. Quidã .n.
effectus sunt, qui respiciunt remotionem mali .s. culpæ, &
pœnę. Quidam respiciunt collationem boni .s. gratię, & vir
tutum. Secundo considerãdum est, ꝙ baptismum suscipiẽ
tes, aut sunt adulti, aut sunt paruuli, quibus præsuppositis,
3 sit ista conclusio prima.† Quod quo ad remissionem cul- Prima cõc.
pæ baptismus æqualem habet effectum in omnib. qui non
ficte accedunt ad baptismũ, probatur sic primo. Gratia ba
ptismalis opponitur culpæ originali, sed culpa originalis
æqualis est in omnibus, ergo gratia baptismalis, quantum
ad remotionem culpæ æqualis erit in omnibus, qui non fi
cte accedunt ad baptismum. ¶ Secundo baptismus habet ef
ficaciam ad remouendum malum, ſm ꝙ habet similitudi-
nem quandã mortis, sed morientium vnus non magis mo
ritur, quam alius, ergo & baptismus æqualiter in omnibus
4 malum aufert. ¶ Secunda conclusio† quo ad remotionem Secũda cõ.
pœnę, quæ respondet originali peccato. prout est inficiens
personã, quæ est carentia diuinæ visionis. baptismus æqua
lem effectum habet in omnibus. patet ista cõclusio ex præ
cedenti dubio, quoniam si ęqualem effectum habet baptis
mus, quo ad culpam originalem, æqualem necessario habe
bit, quo ad remotionem pœnæ, quę illi de directo respon Tertia cõc.
5 det. ¶ Tertia conclusio.† Quo ad diminutionem, siue miti
gationem pęnæ, quæ consequitur ex principijs naturę cor
ruptę, sicut est cõcupiscentia, vel fomes, baptismus in om
nibus non habet æqualem effectum, patet conclusio, quia
post baptismum in quibusdam reperitur fomes magis mi
tigatus, quam in alijs, ergo in talibus efficaciam maiorem
videtur habuisse baptismus, vnde dicit S. Thom. in 3. parte
tales effectus non æqualiter suscipiuntur ab omnibus ba- S. Thom.
ptizatis, etiam si cum æquali deuotione accedant, sed. di-
spensatur huiusmodi effectus ſm ordinem prouidentiæ
6 diuinæ. ¶ Quarta conclusio.† Baptismus quo ad effectum Quarta cõ.
gratiæ nõ æqualiter se habet ad omnes adultos, sed ſcd̃m
magis, & minus, prout quidam cum maiori fide, & deuo-
tione accedunt ad ipsum sacramentum baptismi suscipiẽ
dum, quam alij. Ista ergo probatur sic, vt Damasc. dr̃. Pecca
torum remissio cũctis æqualiter in baptismo datur, gratia
autem spiritus sancti ſm proportionem fidei, & purgatio
nem, sed non omnes cum æquali fide, nec æqualiter præpa
rati ad baptismum accedunt, ergo non oẽs ad baptismum
7 accedẽtes ęqualiter grãm consequuntur. ¶ Quinta conclu.
baptismus in pueris de cõi lege ęqualem effectum grę hẽt. Quĩta con.
probatur conclusio sic. Iuxta S. Tho. in 4. di. 4. In pueris ba
ptizatis nihil ex parte eorum requiritur, sed habent pro di S. Tho.
spositione ad salutem fidem ecclesiæ, & pro effectiuo salu
tis virtutem passionis Christi, quæ operatur in baptismo,
sed hæc duo æqualiter ad omnes pueros se habent, ergo ip
si pueri non differunt quantum ad effectum baptismi susci
piendum, sed omnes æqualem gratiam suscipiunt. Istas ve
ro duas vltimas conclusiones sic in tertia parte pulchre de
clarat idem S. Thom. dicens, quia omnes pueri æqualiter
se habent ad baptismum, quia non in fide propria, sed in fi
de ecclesiæ baptizantur, omnes effectum gratię recipiunt.
Adulti vero, qui per gratiam propriam fidem ad baptismũ
accedunt non æqualiter se habent ad baptismum. Quidã
enim cum maiori deuotione ad baptismum accedunt, &
ideo quidam plus, quidam minus de gratia accipiunt, si-
cut etiam ab eodem igne accipiunt plus caloris, qui plus
ei appropinquant, licet ignis quantum est de se æqualiter
ad omnes suum calorem diffundat. Notanter enim dici-
tur, quòd de lege communi pueri æqualem gratiam in ba
ptismo suscipiant, quia, vt dr̃ Alexand. de Hal. & Bonauẽ
tura, cum potestas Dei non sit alligata sacramento, non est Ale. de Ha. Bonauent.
necesse, quod semper det æqualiter, sed potest facere, cui
vult priuilegium speciale, sicut videtur fecisse aliquibus, in
quibus mammas maternas adhuc sugentibus apparuit gra
tia efficacior, & abundantior. ¶ Ad rationes in oppositum
dicendum. Ad primam respondetur negando consequen- Ad primum arg.
tiam. Rõ est, quia minima gratia baptismalis sufficiens est
ad delendum cuncta peccata, vnde hoc non est ꝑ maiorẽ
efficaciam baptismi, ꝙ in quibusdam plura, in quibusdam
pauciora peccata soluit, sed propter cõditionẽ subiecti qa

Ad secundū in quolibet soluit quodcunque inuenerit. ¶ Ad secundā re
spondetur negando etiam consequentiam; quia ad hoc ꝙ
in baptizatis maior, vel minor gratia appareat dupliciter
S. Thom. contingit, vt dicit Sa. Thom. in 3. parte, vno modo, quia
vnus in baptismo percipit maiorem gratiam, quam alius
propter maiorem deuotionem, vt dictum est de adultis.
Alio modo, quia etiam si æqualem gratiam accipiant, non
æqualiter ea vtuntur, sed vnus studiosius in ea proficit.
Alius vero per negligentiam gratiæ deest, & ita licet baptis
mus æqualem effectum in baptizatis habuerit ex parte su
scipientium potest contingere, quòd maior gratia post ba
ptismum in vno quam in alio appareat. ¶ Ad tertiam re-
Ad tertium spondetur, secundum S. Thom. quod diuersa capacitas in
hominibus non est ex diuersitate mentis, quæ per baptis-
mum renouatur, cū omnes homines eiusdem speciei exi
stentes in forma couenant, sed ex diuersa dispositione cor
porum, secus autem est in angelis, qui differūt specie, & iō
in angelis dantur dona gratuita, secundum diuersitatem
naturalium, & diuersam eorum capacitatem. Non autem
Ad quartum hominibus. Ad quartam respondetur, quòd sanitas corpo
ralis non est ex parte effectus baptismi, sed est quoddam
miraculosum opus prouidentię diuinæ, & ideo, ex hoc ꝙ
aliquis cum salute animæ consequatur salutem corporis
diuina virtute specialiter agente, nō arguitur, quòd baptis
Ad quintū. mus nō æqualem effectum suum habeat in omnibus. ¶ Ad
S. Thom. quintam respondetur cum S. Thom. in 4. quòd gratia acce
pta in pueris non facit in eis necessitatem ad bonum, sed
inclinationem tantum, & ideo postquam ad perfectam ęta
tem peruenerint, possunt diuersimode gratia accepta vti,
& inde est, quod quidam proficiunt, & perseuerant, quidā
vero deficiunt non ex diuersa quantitate gratiæ in baptis-
mo acceptæ, sed ex hoc, quod ipsa nolint ea studiose vti, si
Exponit literam. cut dictum fuit in rñsione ad ɋm argm. Leg. ¶ [Tantum va
leat] quātum ad remissionem pctōrū & remissionē pœnæ
æternæ debitæ peccato originali, siue mortali, & hoc fun
datur in hoc, quia solus Deus, siue Christus est actor baptis
mi, ipse enim est, qui baptizat Ioann. 1. [per contemptibi-
lem] .i. malum, quia bonitas ministri licet sit de congruita
te, non tamen de necessitate sacramenti, ad hoc 19. dist. se-
cundum, & supra eod. dist. si inter bonos. cum duobus cap.
sequentibus. Et quia effectus attribuitur principali agenti,
& non instrumento, sequitur, quòd [nec istius] .i. contem-
ptibilis [nec apostoli] .i. boni ministri baptismus esse digno
scitur, sed Christi [iterum] .2. pars. [dictum] .s. 1. Cor. 9. vbi
dicit apostolus bonum est mihi mori, quam, vt gloriam
meam quis euacuet [quamuis vtique à domino] .s. reperia
tur etiam dictum, vnde Esa. 42. quia gloriam meam inquit
alteri non dabo. [& ministerium meum] Roma. 11. inquit
apostolus ministerium meum honorificabo [prudentiam
meam] ita loquitur apostolus 2. ad Tim. 2. secundum euan
gelium meum in quo laboro &c. [quamuis] .i. ita locutus
legatur apostolus [licet à domino ita impartitum fuerit ei,
& donatum] quicquid prudētiæ, authoritatis in eo, & alijs
fuerit [baptismum autem nemo eorum] meum dixit omni
no, quia solus Deus operatur in baptismo remissionē pec-
catorum, & gratiæ infusionem. i. nullus appropriauit sibi,
vt qđ nomine suo baptizaret, aut virtute sua baptismus
ab eo collatus effectum habere diceretur. Quod autem ba
ptismus à Beato Ioanne collatus dictus sit baptismus Ioan
nis non obuiat proposito, quoniam in illo non dabatur re
missio peccatorum, nec aliud fiebat in eo, quod à puro ho
mine fieri non posset, vnde ab ipso Ioanne denominari po
S. Thom. terat de quo S. Thom. in 4. dist. 2. loquens dicit, quod pro-
pter tres rationes baptismus ille per Ioannem administra
tus nomen à Ioanne accepit. Primo quia ipse fuit sui baptis
mi institutor aliquo modo. Petrus autem, & alij apostoli
nullo modo fuerunt institutores baptismi, quo baptizabāt.
¶ baptismi ministeriū. In quo cōsistat baptismi sacrm vide p Pe. de Anc. super cōtinuatione rubricæ de bapt. num. 1.
Secundo, quia nihil in illo baptismo efficiebatur, quod Ioā
nes non faceret. Tertio, quia sibi soli erat datum illius ba-
a ptismi ministerium. a [Nec enim omnis æqualis gloria] hic
assignat rationē, siue causam diuersitatis, licet. n. vnus pos-
set dici maioris gloriæ, aut prudentiæ siue doctior in ipsa
salutari doctrina alio, non tamē quis potest dici alio magis
baptizatus siue minus. Prædicatio. n. & doctrina aliquo mō
depēdet ex virtute illam administrantis, baptismus aūt nō,
sed ex sola Christi virtute, & ideo in illis reperitur magis,
& minus, vt prædicatio facta ab vno doctior sit, atque me
lior, quam administrata per alium. In baptismo aūt nō sic,
nam eam ob causam baptismus quantum est ex virtute sa-
cramenti æqualis est efficaciæ in omnibus quantum ad ef-
fectum remissionis culpæ, à quocunque ministretur sicut
dictum est.

2 *Plenitudo siue perfectio duplex potest attendi in sacramento.*
4 *Finis duplex est in baptizatis.*



Atis ostendimus. Sequitur 7. cap. eiusdem partis,
in quo magister Gratianus ex authoritate B.
Aug. ostendit, ꝙ nihil obest, quo ad veritatem
baptismi, & susceptionem eiusdem, quicūque
error fuerit siue in dante, siue in recipiente ba
ptismum, male intelligendo, aut non recte credendò, dum
tamen vera, & integra forma seruetur, & intentio sit bapti
zandi. Capitulum hoc non diuiditur propter sui breuita-
tem. Pro pleniori tamen intelligentia præsentis capituli
quæruntur duo.

1 ¶ Primum est, vtrum requiratur fides in ministro baptizā
te de necessitate sacramenti.
3 ¶ Secundum est, vtrum ad susceptionem sacramenti requi
ratur fides in baptizato.

1 Ad primum sic procedit. Et videtur, ꝙ fides mi-
nistri sit de necessitate sacri. ¶ Pri- Primum ar.
mo sic. Baptismus est sacramentum ecclesiæ, sed fides est,
per quam membra ecclesiæ primo adinuicem vniuntur, er
go qui non habet fidem, non potest baptizare, cum non sit
de ecclesia. ¶ Secundo probatur, ꝙ ad minus requiratur, Scđum arg.
ꝙ habeat fidem de sacramento baptismi sic. Intentio requi
ritur necessario in baptizante conferendi sacramētum, sic
infidelis quantum ad articulum baptismi, cum non credat
sacramentū baptismi, non potest intendere conferre illud,
fides. n. intentionem dirigit, vt dt̄ Aug. contra Iulianum. er
go videtur, ꝙ talis baptizare non possit. ¶ Tertio arguitur, Tertium ar.
ꝙ requiratur fides sanctæ trinitatis. dicit. n. Ambro. lib. de
spū sancto, vbi non est plenum sacrm baptismi, nec princi
piū, nec spēs aliqua baptismi æstimatur. plene. n. est sacrm,
si patrem, & filium, & spiritum sanctum fatearis, si autem
vnum neges, totum subrues, & sicut si vnū in sermone cō-
prehendas. s. vel patrem, vel filium, vel spiritum sanctum,
fide autem nec patrem nec filium nec spūm sanctum di-
cas, & patris & filij, & spiritus sancti minuas potestatem,
vanum est omne ministeriū, ergo videtur, ꝙ ad perfectio-
nem sacramenti baptismi necessario requiratur fides san-
ctę trinitatis. ¶ In oppositum est Aug. in tex. præsentis cap. Opponit in
vbi dicit, ꝙ ad baptismum non pertinet cuiuscunque dātis cōtrarium.
illum error, siue de patre siue de filio &c. ¶ Respondeo di Respondet
cendum, ꝙ fides non necessario requiritur in ministro ba
ptizante, & per consequens, ꝙ fides in ministro baptizāte
non sit de necessitate sacramenti, hæc conclusio patet, non
solum ex capitulo præsenti, sed ex multis superioribus, vbi
habitum est, ꝙ hæreticus siue infidelis dum tamen debitā
formam seruet, & intentionem baptizandi habeat, verum
sacramentum confert, vnde sicut supra dictum est sæpenu
mero, quia minister in sacris instrumētaliter operatur, nō
agit in virtute propria, sed in virtute Xpi. Sicut aūt pertinet
ad propriam virtutem hoīs charitas, ita & fides, vnde sicut
nō requiritur ad perfectionem sacri, ꝙ minister sit in cha
ritate, sed etiam possunt peccatores sacramenta conferre,
vt. s. e. di. c. sicut inter bonos, & in c. baptismus, ita nō requi
ritur fides eius, quia infideles possunt verū sacrm conferre,
dūmodo cætera assint, quę sunt de necessitate sacri, sicut iā
sæpius dictū est. ¶ Ad rōnes. Ad primā rñdetur, ꝙ infidelis Ad primum arg.
licet per fidē rectā nō sit mēbrū ecclesiæ tñ inquātū seruat
ecclesię morē in baptizando baptismū ecclesiæ tradit sicut
dt̄ Aug. cōtra donatistas, & hr̄. s. e. di. c. nō in nobis mutatus
in quo nobiscum estis, &. ij. nobiscū. n. sunt in baptismo, vñ
tales ecclesiæ formā, & morē seruantes eūdē cū catholicis,
gñant filios per baptismū Xpo, & ecclesiæ nō sibi, vel hęre
si suæ. Sicut. n. Iacob genuit filios per liberas, & ancillas, ita
Xps per catholicos, & hereticos bonos, & malos, vt Au. dt̄
contra donatum sicut plenius dictū est e. di. circa ca. cū ba
ptizat, & cap. hi. ¶ Ad scđm rñdetur iuxta S. Tho. negando Ad scđm. S. Thom.
minorē videlicet, ꝙ nō intendit cōferre sacrm. qm quāuis
ille, q nō credit baptismū esse sacrm, aut hr̄e aliquā spūalē
virtutē nō intēdat dū baptizat cōferre sacrm tñ intēdit fa-
cere, qđ facit ecclesia ēt si illud reputet nihil esse Et qa ec-
clesia aliqd facit, iō ex cōsequēti ēt implicite intēdit aliqd
facere

facere quamuis non explicite, vt dicit idem S. Thom. in 3. parte talis intentio implicita sufficit ad sacramētum, quia, vt sæpe dictum est, minister sacramenti agit in persona totius ecclesiæ, suppletur id, quod deest ministro.

Ad tertium

¶ Ad tertiā respondetur, ꝙ authoritas Ambrosij, vt dicit Hug. qui illā inducit, & Arch. commemorat sic est intelligēda, vt prima eius pars referatur ad formam baptismi.

Hug. Arch.

Secunda vero, & vlti. pars ad adultum suscipientem baptisma. Est ergo sensus vbi non est plenum sacramentum baptismi.i. plena, & perfecta forma verborum, per quam tradimus baptismi sacramentum puta. In nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Nec principium, nec species.i. similitudo baptismi aliqua estimatur cum deficit forma, quæ essentialis est ipsi sacramento. plenum autem est sacramentum.i. perfectum, & integrum, si patrem, & filium, & spiritum sanctum confitearis.i. si ita in forma eius conferas: dicendo. In nomine
b patris, & filij, & spiritus sancti. ᵇ Si autem vnum neges.i. si vnam personam subticueris, totum subrues.i. totum nihil erit, quo ad integritatem sacramenti, quia nō erit ibi sacramentum baptismi. Quod ab hinc sequitur refertur ad adultum suscipientem baptismum, & confitentem fidem trinitatis. Sicut si vnum sermone comprehendas.i. vnam personam cōfitearis.s. patrem, vel filium, vel spiritum sanctum: fide autem nec patrem &c. abneges, sed fideliter corde credas plenum est sacramentum.i. baptisma suscipis cum suo effectu, ita etiam licet patrem dicas.i. ore confitearis suscipiendo baptisma, &.i. vel patris, vel filij, vel spiritus sancti minus potestatem aliquam illarum personarum, alia vel alijs credendo minorem vacuum.s. virtute gratiæ salutaris est omne mysterium.i. inutile, quia sine effectu recipis sa-
2 cramentum. † duplex ergo plenitudo, siue perfectio attendi potest in sacramento, vna veritatis, alia efficaciæ. Prima pars authoritatis refertur ad perfectionem, & integritatē veritatis sacramenti, quæ ex debita materia, & forma à ministro consurgit. Secunda refertur ad plenitudinem, & perfectionem efficaciæ sacramenti, quæ habetur, quando cum sacramento effectus ad quem ipsum est sacramentum ordinatum suscipitur, & sic patet, quod authoritas inducta Beati Ambrosij nō facit in contrarium textus præsentis capituli:

b¶ Et spiritus sancti. Ad de Pe. de An ch.i c.1. nu. 6. de baptismo. Et quid si verba proferantur præpostere: ibi nume.2.

3 Ad secundum sic proceditur. † Et videtur, ꝙ requiratur fides in baptizato ad hoc, ꝙ ipse sacramentum percipiat.

Primum ar.

¶ Primo sic. Sacramentum baptismi à Christo est institutum, sed Christus formā eius tradens fidem baptismo præmittit dicens. Matth. vlt. qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit, ergo videt, ꝙ nisi sit fides nō possit esse sacramētum baptismi.

Scd̄um arg.

¶ Secūdo sic. nihil frustra in sacramentis ecclesiæ agitur, sed secundū ritum ecclesiæ, qui accedit ad baptismum de fide interrogatur cum dr. Credis in Deum patrem omnipotentem, ergo videtur, ꝙ fides ad baptismum requiratur.

Tertium ar.

¶ Tertio sic. Ad baptismum requiritur intentio suscipiendi sacramentum, sed hoc nō potest esse sine recta fide, ergo cum baptismus sit rectę fidei sacramētum, per eum.n. incorporatur homines Christo, vt Aug. dicit in libro de sacramento baptismi paruulorum, hoc autem esse non potest sine recta fide, ƺm illud ad Ephe. 3. habitare Christum per fidem in cordibus nostris, ergo videtur, ꝙ ille, qui non habet rectam fidem, non possit suscipere sacramentum baptismi.

Quartū ar.

¶ Quarto sic. infidelitas est grauissimum peccatum, sed permanentes in peccatis non sunt baptizandi, ergo nec etiam permanentes in infidelitate.

Opponit in cōtrarium.

¶ In oppositum arguitur. Primo ex text. præsentis capituli, vbi dicitur, quod ad baptismum non pertinet cuiuscunque dantis, vel accipientis error, si ergo non impedit susceptionem sacramenti error fidei in suscipiente fides ex parte baptizati non est necessaria ad susceptionem sacramenti, hoc etiam habetur aperte. s.e. dist. c. ab antiqua.

Respondet.

¶ Respondeo dicendum quòd cum queritur, vtrum fides requiratur, vel sit necessaria ad baptismum, non intelligitur quæstio de necessitate absoluta, sed de necessitate, quæ est ex conditione finis, vt ait Sanctus Thom.
4 in quarto dist. sexta. † Est autem duplex finis in baptizatis secundum, quòd dicit Sanctus Thomas in tertia parte, & conformiter in quarta dist. 6. duo.n. efficiuntur in anima per baptismum.s. character, & gratia, dupliciter, ergo aliquid ex necessitate requiritur ad baptismum, vnum sine quo gratia haberi non potest, quæ est vltimus effectus, siue finis sacramenti, & hoc modo recta fides ex necessitate requiritur ad baptismum in adultis, quia sicut dicitur ad Romanos tertio. Iustitia Dei, id est iustificatio qua iustificamur à Deo, vt ait gloss. est per fidem Iesu Christi, vnde, qui sine fide accedit ad sacramentum fictus dicitur accedere, vt supra circa capitulum solet, & cap. tunc ead. distinctio. habitum est.

S.Thomā

Alio modo requiritur aliquid ex necessitate ad baptismum, sine quo character baptismi imprimi non potest, qui est primus effectus eius, ad quem ordinatur, & sic recta fides baptizati non requiritur de necessitate ad baptismum, quia sacramentum percipit etiam, si non recte accedat, sicut nec requiritur recta fides baptizantis, vt tactum est in prima quæstione. Non enim sacramentum perficitur per iustitiam hominis dantis, vel suscipientis baptismum, sed per virtutem Dei.

Ad primum arg.

¶ Ad rationes. Ad primam respondetur, quòd dominus in illis verbis ostendit, quid requiratur in baptizato ad salutem consequendam per gratiam iustificantem, quæ est res sacramenti, quæ, vt dictum est in adultis sine recta fide esse non potest, & ideo signanter dicit. Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit.

Ad scd̄m.

¶ Ad secundam respondetur, quòd ecclesia, vt dicit Sanctus Thomas in tertia parte intendit homines baptizare, vt emundentur à peccato secundum illud Esa. 27. hic est omnis fructus, vt auferam peccatum, & ideo quantum est de se non intendit dare baptismum nisi habentibus rectam fidem, sine qua non est remissio peccatorum, & propter hoc interrogat ad baptismum accedentes, an credant. Si tamen sine recta fide aliquis baptismum suscipiat extra ecclesiam, non percipit illud ad suam salutem, vt ait Augustin. supra eod. distinct. cap. ecclesia paradiso.

Ad tertium

¶ Ad tertiam respondetur negando consequentia. Tum primo, quia vt dicit Sanctus Thomas in tertia parte, qui non habet rectam fidem circa alios articulos, potest habere rectam fidem circa sacramentum baptismi, & ita non impeditur quin possit habere intentionem suscipiendi sacramētum baptismi. Tum secundo quia dato, quòd etiam circa sacramentum non recte sentiat, sufficit ad perfectionem sacramenti generalis intentio, quod intendit suscipere sacramentum baptismi, sicut Christus instituit, & sicut ecclesia tradidit. licet illud quod ecclesia credit de baptismo credat non esse verum sicut in præcedenti quæstione dictum est.

Ad quartum

¶ Ad quartam respondetur, quòd sicut sacramētum baptismi non est conferendum ei, qui nō vult ab alijs peccatis recedere, ita nec ei, qui nō vult infidelitatem deferere, vterq; tamen suscipit sacramentum si ei conferatur licet non ad salutem. Lege textum. ¶ [ Satis ostendimus] .s. ex dictis superius in eodem libro de baptismo paruulorum [verbis] euangelicis.s. in nomine patris, & filij & spiritus sancti. [ Errorem] quo ad intellectum, vnde subditur vel [de patre] dum tamen in forma hoc faciat. Alias contra infra eod. retulerunt. licet Arriani errent circa personas dicentes filium non esse æqualem patri, vt 24. quæst. tertia. quidam, vt Arriani. nihilominus baptizant. vt infra eod. distinct. Arrianis:

1 *Mali, et peccatores an dicantur contineri in ecclesia simul cum bonis.*
2 *Vnitas ecclesiæ est duplex.*
3 *Mali sunt in triplici genere.*



St vnitas. Sequitur octauum capitulum eiusdem partis, in quo magister Gratianus inducit ex authoritate Beati Augustin. in libro de baptismo, quòd sit quædam vnitas ecclesiæ. In qua mali cum bonis conueniunt, puta in societate, & communione sacramentorum. supra enim dixerat idem Augustinus in cap. Non in vobis. quæst. sexta ad Donatistas, quòd non in illis mutabamus in quibus nobiscum erant. Erant enim nobiscum in baptismo, & cæteris dominicis sacramentis, in spiritu autem vnitatis, & vinculo pacis non.

Diuisio


Et diuiditur hoc capitulum in duas partes. In prima assignat vnitatem ecclesiæ, quæ simul bonos cum malis cōplectitur. In secunda ponit quandam similitudinē secundum quam mali dicantur esse in ecclesia. secunda ibi. Sic etiam sunt.

Quæstio

¶ Pro pleniori intelligentia huius cap. occurrit hic disputandum. ¶ † Vtrum mali, & peccatores dicantur contineri in ecclesia simul cum bonis. Et arguitur

Primum ar. Et arguitur multipliciter, ꝙ non. ¶ Primo ex illo, quod de ecclesia dr̃ Canticorũ quarto. hortus conclusus, fons signatus, puteus aquarum viuentium, quod verbum B. Augusti. tractans lib. quinto contra donatistas dicit sic. Non audeo hoc intelligere nisi de sanctis, & iustis. Non in auaris. Non in fraudulentis raptoribus, & ebriosis, ergo videtur, ꝙ ecclesia Dei solos bonos dicatur continere. ¶ Secundo sic. ex
Secũm arg. eodem cap. vbi sponsus sponsæ inquit. tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. planum est autem si ecclesia Dei tota pulchra est, & sine macula, ꝙ non habet in se turpes, & deformes peccatis cuiusmodi sunt mali, & peccatores, sed solum bonos. ¶ Tertio sic. Ex illo apostoli ad Eph.
Tertium ar. 5. Christus dilexit ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, vt illam sanctificaret sequitur, vt exhiberet eam non habentem maculam, & rugã, si malos cum bonis permistos
Opponit in cõtrarium. haberet. ¶ In oppositum est August. in c. hæc autem vita. 23. q. 4. ¶ Respondeo dicendum,
Respondet. 2 ꝙ secundum ꝙ accipitur ex hoc ca. ex glo. † duplex est vnitas ecclesiæ vna est interior, & quodammodo secreta, alia exterior, & late patens. Prima maxime ex fidei spei, & charitatis integritate perficitur, vt ait B. August. & colligitur ex cap. nuptiarum 27. q. 1. Secunda exterior vna est cõmunitas, siue societas sacramentorum, de istis vnitatibus videtur loqui apostolus ad Ephes. 4. dicens, vnus Deus, vna fides, vnum baptisma. Per baptismum. n. qui ianua sacramẽtorũ est intelligitur vnitas aliorum sacrorum. Secũdo notã
3 dum † ꝙ mali sunt in triplici genere, quidam. n. mali sunt, qui nullo modo pertinent ad ecclesiam, videlicet, qui nul la cõmunione vnitatis præfatæ corpori ecclesiæ sociãtur, quemadmodum sunt infideles, pagani, iudæi, & huiusmodi, de quibus dicit apostolus 1. ad Cor. 5. quid. n. mihi est. i. attinet de his, qui foris sunt iudicare. glo. i. extra ecclesiam. ¶ Secundum genus malorum est eorum, qui interiori vnitati ad ecclesiam nullo modo pertinent, cum fide, & charitate careant. In exteriori tamen vnitate videlicet in communione sacramentorum cum fidelibus participant, sicut
Aug. sunt hæretici aliqui, vnde August. contra donatistas, & habetur. s. e. dist. ca. non in vobis. dicit nobiscum. n. estis in baptismo in symbolo in cæteris sacramentis. In spiritu autẽ vnitatis, & vinculo pacis, & in ipsa deniq; catholica ecclesia nobiscum non estis. De istis loquitur dominus sub figura zizaniorum Matt. 13. Simile est regnum cœlorum hoĩ, qui seminauit semen bonum in agro suo (sequitur) venit inimicus, & super seminauit zizania in medio tritici. gloss. i. hæreticos miscuit electis. Tales. n. licet permisti dicãtur
¶ Hæreticos. Quis dicat hæreticus vide per Pet. de An. i c firmissime num. 5. de hæreti. nec tales hæretici debent recipere ecclesiasticã sepulturã idẽ in c. sicut. nu. 3. eo. ti. 2 esse cum bonis, & communicare cum eis in societate, & cõmunione sacramentorum, non tamen dicuntur esse in ecclesia catholica cum bonis, vt in præfata authoritate Aug. patet, & hoc quia tales fide carent, per quam est primus ingressus primo ad ecclesiam, & quæ est primum fundamentum religionis Christianæ. ¶ Tertium genus malorum est hominum fidelium. s. peccatorum. Isti non solum habent vnitatem exteriorem cum bonis in communione sacramẽtorum, sed etiam aliquo modo vnitatem interiorem per fidem, licet informẽ, vnde tales de ecclesia sunt. de istis sub figura palearum habetur Matt. 3. paleas autem comburet igni, vbi glo. assignans rationem quare isti dicuntur paleæ, & mali secundi generis. s. hęretici dicũtur zizania dicit sic. Paleæ de origine, vnde, & triticum oriuntur. i. de semine. zizania vero de diuerso. paleæ ergo sunt, qui fidei sacramẽtis imbuuntur, sed solidi non sunt. zizania vero, qui & opere, & professione secernuntur ab electis. Item super illud Matt. 13. s. positum gl. interlinearis ita dicit hæretici sunt zizania, qui de semine tritici non sunt. Paleæ sunt hi, qui, & si non vita, fide tamen sunt de ecclesia. Consequenter notandum, ꝙ boni videlicet iusti fideles, qui non solum in vnitate fidei, sed insuper in vnitate dilectionis, & charitatis, quæ est vinculum perfectionis, vt ait apostolus ad Col. 3. vniuntur ecclesiæ, multo differentius, & nobilius ad ecclesiam iudicantur pertinere, quam fideles peccatores, qui in vnitate fidei tantum, & communione quadam exteriori sacramentorum cæteris sanctis fidelibus communicãt, quam vero differenter hi, & illi ad ecclesiam pertineant, satis aperte colligitur ex parabola illa euangelica apud Matthæum, vbi Christus ad aream dominicam bonos tanquã
Ad primum arg. granum, malos vero tanquam paleas pertinere declarat. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur, quod scriptura sancta loquitur ibi de ecclesia, quo ad illos, qui numero. & merito sunt de ecclesia, cuiusmodi sunt iusti, & sancti. In istis plane ecclesia est hortus, quia cuncti generis arborum redolens est conclusus. i. clausus disciplinæ custodia, fons diuinæ gratiæ aquis repletus, puteus aquarum viuentium, propter exuberantiam sanctarum doctrinarum. ¶ Ad secundam rationem respondetur eodem modo, quod scriptura loquitur de his, qui numero, & merito sunt de ecclesia, in talibus quidem pulchra est ecclesia sine macula mortalis criminis, vt ait gloss. ¶ Ad tertiam respondetur, quod dictum apostoli non intelligitur vniuersaliter de ecclesia secundum præsentem statum. Nam vt dicit August. libro. de perfectione iustitiæ tunc ecclesia erit sine macula, & ruga ab aliquo cuiusmodi, quando erit gloriosa. Non. n. modo in tantis periculis in tantis scandalis, in tanta permistione hoĩum pessimorum, & in tantis opprobrijs impiorum dicendum est eam esse gloriosam, & in libro secundo retractationum idem August. ad propositum nostrum ita loquitur, vbicunque in libris commemoraui ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, non sic accipiendum est, quasi iam sit. sed quæ præparatur, vt sit, quando apparebit ecclesia gloriosa. Nunc autem propter quasdam ignorantias, & infirmitates membrorum suorum, habet vnde quotidie tota dicat. dimitte nobis debita nostra, hæc Augus. dicit tamen iuxta ea, quæ dicta sunt in solutione rationē rationum præcedentium, quod ecclesia est sine macula criminis, & ruga duplicitatis in his, quę in ecclesia sunt numero, & merito. Lege textum. ¶ [Ecclesiæ] de nomine ecclesiæ, & qualiter dicatur collectio fideliũ multa notauimus, supra e. dist. cap. ecclesia. [late] quia plures comprehendit. Multi vero sunt vocati, pauci vero electi, patet, quia in exterioribus est huiusmodi communio, interior autem ecclesię vnitas quę in fide per dilectionem operãte consistit, secreta est, & non ita patet. Nemo. n. scit an dignus sit odio, vel amore. Eccle. 9. & talis complectitur solos bonos, secũdum illud Eccl. 3. filij sapientiæ ecclesia. & supra dist. 2. quia passus, sed secundum vnitatem sacramẽtorum complectitur [cum granis]. i. bonis, qui dicuntur grana propter grauitatem honestatis, propter immobilitatem à spe æternorum propter suauitatem bonorum operum. [paleas] Matt. 3. i. malos, qui instar palearum leues sunt, & leuiter impelluntur, & cadunt vento tẽtationis vacui etiam sunt fructu boni operis, & igni inferni sunt exponendi. Granis repositis in horreo cœlesti [Sic sunt] 2. pars. [mali humores] quia sicut dictum est in quæstione mali cum spiritu vitæ careãt tanquã mortua, & putrida membra esse dicuntur. [exeũt] sic, & mali homines ab ecclesia 1. Ioann. 2. ex nobis prodierunt, siue exierunt, gl. ab vnitate ecclesiastica recedentes, sed non erant ex nobis. gl. finaliter, vel ex merito. electi. n. non exeunt finaliter, vt de pœnit. dist. 2. §. hæc itaque. cap. quicunque. & c. firmum, & c. nullus &c.


Ad secundum. (margin)
Ad tertium (margin)
Augustin. (margin)
Augusti. (margin)
Exponit literam. (margin)



On est. Sequitur nonum cap. eiusdem partis, vbi prosequitur magister Gratianus ex authoritate Augus. libr. 6. de vnico baptismo, ꝙ sacramenta cum per malos ministros non vitientur, aut contaminentur. vt 1. qõ. 1. si fuerit sacramentum non nocent, valent etiam per malos ministros administrata. Cum autem hoc in superioribus multiplici disputatione sit ostensum, supersedemus ab vlteriori disputatione. Lege. ¶ [Propha na]. i. contaminata, siue mala, quia omnis creatura Dei bona est. 1. Thim. 4. & 1. q. 1. neque [nomen domini] d est ipsa inuocatio trinitatis. i. forma euangelica à Christo instituta, in qua profertur, & nominatur ipsa Trinitas dicẽdo, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. [Adulteram]. i. malum siue adulterinũ, & fictitium, sed à domino institutum, & iniunctum est.

Exponit literam (margin)

1 *Baptismus an possit reiterari.*
2 *Baptizans quare non dicat nominum, vel in nominibus patris &c.*



Iue hæreticus. Sequitur decimum capitulum eiusdẽ partis, quod est Bedæ in homilia 36. quod capitulum videtur esse quasi corollarium elicitum ex multis præcedentibus capitulis Augus. Ex quo. n. baptismus datus etiam per malos ministros in forma ecclesiæ videlicet suscipientibus maxime manifeste videtur sequi, quod baptizati à talibus non sunt reba-

rebaptizandi. Et potest hoc capitulum diuidi in duas partes. In prima parte dr. quod baptizati ab hæreticis,& schismaticis in forma ecclesiæ nõ sunt rebaptizãdi à catholicis bonis. In secunda dat rationem.2.ibi,nec confessio vel inuocatio. Prima pars nota est ex superioribus. Circa secundam partem quæritur. ¶ †Vtrum rõ illa,quæ in litera assignatur propter quam baptismus non sit iterandus valeat, cum dr. Ne inuocatio sanctæ Trinitatis videatur annullari. ¶ Et videtur,quod non. quia quando aliquis plus, vel pluries inuocat trinitatem,non annihilat, sed potius honorat. ¶ Secundo, quia si hæc rõ bona esset, tuncnullum opus deberet iterari,in quo fit inuocatio Trinitatis,quod manifeste falsum est. ¶ In oppositum est authoritas Bedæ. ¶ Respondeo dicendum secundum dominum Bonauenturam in 4.dist.6.quod rõ illa Bedæ est,non quia inuocetur trinitas simpliciter,sed quia inuocatur ad talem effectum,qui iterari non potest.quia ad impressionem characteris,& ideo si secũdo quis inuocat, cum non possit habere effectum.iam annullet inuocationem præcedentem innuendo illam non fuisse sufficientem, & ita inutilem, & etiam sequentem,cum character nõ sit effectus iterabilis. Hoc autem non est semper in alijs generibus operum, vel sacramentorum,nisi eorum,qui characterem imprimũt, ideoque patet,quod non est simile de isto,& de alijs,& sic patet responsio ad omnia. Lege. ¶ [In confessione sanctæ Trinitatis].i.in nomine patris,& filij & Spiritus sancti. [Rebaptizati]. 1.q.1.hi qui.& supra ead.d.à quodam. Sed contra videtur esse capitulum proximum. quos. & supra 1.q.1.Si quis per ignorantiam. Respondetur,quod nõ est contradictio,quia hic loquitur de his,qui in forma ecclesiæ sũt baptizati. In illis vero locis de his,in quorũ baptismo ecclesiæ forma seruata non est[tanti nominis].i.tante rei nominatæ.s.sanctæ Trinitatis. Hug. Sed quæritur †quare non dicit nominum,vel in nominibus patris,& filij, & spiritus sancti,fieret baptismus. ¶ Respondetur, quod iõ, vt appellatione singularitatis & essentiæ vnitas, & patris, & filij,& spiritus sancti Trinitas designetur [annullari] id est,nulla.

Diuisio.

Quæstio. 1

Primum ar.


Scdm arg.

Opponit et Respondet Bonauent.

Exponit literam.

Respondet.

Quæstio. 2 Respondet.



Vos à paganis. Sequitur 11.ca.eiusdem partis, in quo magister Gratianus postquam ostendit multiplici authoritate,quod baptizati ab hæreticis à paganis à quibuscunque sceleratis hoĩbus si in forma ecclesiæ baptizati sunt non sunt rebaptizandi. Nunc ostendit ex authoritate Gregor. secundo baptizatos à paganis si forma ecclesiæ obseruata nõ fuerit fore denuo baptizandos, in nomine Trinitatis, patris,& filij,& spiritus sancti,& ita patet,quod textus iste non contradicit c.præcedenti.omnia plana sunt.

1 *Cathecismus græce latinè dicitur instructio.*
2 *Exorcismus dicitur abiuratio.*



Siue. Hic incipit secundum Arch.11.pars huius distinctionis,in qua parte per 11.capitula ostendit, quod cathecismus, & exorcismus debent præcedere baptismum. Et continuatur sic,hæc pars ad præcedentem. Superius.n.magister Gratianus ex sanctorum patrum authoritatibus disseruit à quibus debeat baptismus celebrari. Nunc vero de solennitate, qĩpsum baptismum præcedit subiungit. s. de cathæcismo,& exorcismo,vnde talis notula hic inuenitur de præcedẽti solẽnitate baptismi.ponit ergo magister Gratia. ex authoritate Cęlestini Papæ,ꝙ nullus sine exorcismis,& intellige ẽt ex capit. sequẽti. sine cathæcismis baptizetur, ante.n.baptismũ fieri debet cathecismus,& exorcism⁹, post cathæcismũ vel exorcismũ sequitur baptismus,vt ab eo, 1 qui iã in fide instructus est aduersarij virtus pellatur. †Cathecismus græce latine dr instructio. Cathecizare instruere est.vt de symbolo,ac rudimentis fidei,vnde etiã cathecuminus audiẽs,vel instructus dr.† Exorcismus de græco 2 ĩ latinũ dr abiuratio. Exorcizare ẽ adiurare,vt exeat ab eo immundus. De istis multa disputanda veniunt in sequentibus capitulis,ex quorũ declaratione habebitur plenior intelligentia huius cap.& aliorum huius ptis,& iõ trãseamus ad lrãm ꝑ nũc. Le. ¶ [Abigat].i. expellatur, quomõ hocintelligendum sit,vtrum autem expellantur per exorcismum à baptizando spiritus immundi ante baptismi sumptionem,disputabitur cum de effectibus exorcismi loquemur infra e.circa c.postquam.

Cõtinuatio

Exponit literam.

2 *Cathæcismus est instructio circa fidei rudimenta.*
4 *Siloe interpretratur missus.*



Ante baptismum. Sequitur 2.c. eiusdem partis,vbi magister Gratianus incipit specialiter de cathæcismo loqui. Et dr ex authoritate Rabani de institutione clericorum,ꝙ antequam aliquis baptizetur, debet cathechizari. Et diuidit in duas ptes. In prima facit,quod dictũ est. In secũda ostendit hoc fiendum esse exemplo Christi qui cœci nati oculos primo ex luto,& sputo facto superliniuit,per quod intelligitur instructio diuinę sapiẽtiæ,quã ad aquas siloe per quas baptismus figuratur mitteretur lauandus.2.ibi,item prius. Pro pleniori intelligentia huius cap.quæruntur duo. Dionys.

1 ¶ Primum est, vtrum cathæcismus præcedere debeat baptismum.

3 ¶ Secundum, vtrum pueri sint cathechizandi.

1 Ad primum Sic proceditur. †Et videtur,quod cathecismus non debeat præcedere baptismum. ¶ Primo sic.baptismum.n. regenerantur homines ad vitam spũalem.sed hõ primo capit vitã quam doctrinam. non igitur debet homo prius cathetizari, quam baptizari. ¶ Secundo dr August.in libro de cathecizandis rudibus.narratio plana est, cum quisque primo catheciza tur ab eo,quod scriptum est,in principio creauit Deus cęlum,& terram vsque ad præsentia tempora ecclesiæ. sed hoc non potest fieri nisi longissimo tempore, cum ergo periculosum sit,tantum differri baptisma, videtur, quod non debeat cathecismus baptismum præcedere. ¶ Tertio sic.Matth.7.dr. Nolite sanctum dare canibus. sed sanctum ibi dr scriptura sacra,quæ non est committenda immundis.vt Dio.dr.cum ergo non baptizati sint immundi,videtur,quod non debeant cathecizari. ¶ In oppositum est te. præsens c. ¶ Respondeo hic videnda sunt duo. Primo videndum est,quid sit cathecismus. Secundo respondebitur ad quæstionem ostendendo,quam conuenienter cathecismus præcedit baptismum. ¶ Quantum ad primum sciendum iuxta Sanctum Thomam.& Dominum Durandum in 4.d.6.quod sicut in alijs doctrinis sunt quædam principia communia,quæ necessarium est scire,quibus ignoratis necesse est ignorare artem,eis tamen scitis necesse non est totam artem scire. Sic in doctrina fidej, quædam sunt communia,quæ necessarium est scire,vt articuli Trinitatis,incarnationis,passionis,aduentus ad iudicium. alia vero sunt subtiliora,& specialia,ad quæ omnes non tenenẽ. Instructio autem de quibuscunque quæ scire necessarium est ad salutem vocatur cathecismus,& diffinitur sic. † Cathecismus est instructio circa fidei rudimenta,circa generalia fidei,quæ etiam rudibus sunt necessaria ad sciẽdum. Et hoc de primo. ¶ Quantum ad secundum in quo videndum est,quam conuenienter cathecismus præcedat baptismum est sciendum quod huius conuenientiæ rõ multiplex assignatur. Prima est Sancti Thome in 3.parte.quia baptismus est fidei sacramentum,cum sit quædam professio fidei Christianæ. Ad hocautem,quod aliquis fidem accipiat requiritur, quod de fide instruatur, secundum illud ad Roman. decimo. quomodo credent quem non audierunt,quomodo autem audient sine prædicante.ergo ante baptismũ conuenienter præcedit cathecismus. ¶ Secunda est,domini Durandi in quarto sic, in baptismo fit obligatio ad ea quæ sunt fidei,& eorum quæ ad fidem pertinent,sed nullus debite obligatur ad aliquid nisi sciens,& volens.ergo cõgruum est,vt ea,quæ sunt fidei proponantur baptizando saltem in generali, vt ipse profiteatur fidem,& obligetur ad obseruantiam.hoc autem fit in cathecismo.ergo conuenienter cathecismus præcedit. baptismum. ¶ Tertio idem ostenditur authoritate Christi, qui dans formam generalem baptizandi præmittit doctrinam ipsi baptismo. Matt.vltimo.ite docete omnes gentes,baptizantes eos in nomine patris &c. ¶ Quarto hæc conuenientia accipitur figuraliter ex Christi exemplo,qui cęci nati oculos illuminaturus,& ex luto facto ex sputo eius per quod intelligitur instructio diuinæ sapientiæ

Primum ar.

Secundũ ar.

Tertium ar

Opponit & Respondet.

S.Thom. Dionisius.

S. Thom.

Durandus.

tiæ primo oculos eius liniuit,& post ad aquas siloe p quas baptismus figurabatur transmisit,vt habetur Io.9. Et inducit in exemplum venerabilis Rabanus in textu præsentis cap. ¶ Quinto hoc conuenienter fit,vt dicit dominus Bonauentura in 4.vt intelligatur,quòd non coacte,sed voluntarie qui baptizatur ad diuina præcepta,vel imperia facienda se obligat. ¶ Ad rationes. ¶ Ad primam respondetur,

Ad primum arg.

ꝙ vita gratiæ in qua regeneratur aliquis per baptismum præsupponit vitam naturæ rationalis.in qua potest esse homo particeps doctrinæ,& ita potest præcedere baptismũ siue generationem ipsam spiritualẽ aliqua instructio fidei.

Ad secundum.

¶ Ad secundam respondetur.vt dicit S. Thom.in 4.ꝙ non est necessarium,quòd cathecuminus omnia in particulari discat,quæ in tota biblia continentur, sed in quadam summa, vt.s.videat quomodo in quolibet statu mundi Deo cura fuit de hominibus, & sicut dictum est talium instructio dicitur cathecismus. de alijs autem debet instrui pro

Ad tertium.

cessu temporis. ¶ Ad tertiam respondetur quod dominus loquitur de immundis, qui fidei contrariantur. Non de illis qui ad fidem accedere volunt, vnde sequitur ibi. ne conuersi dirumpant vos. glossa. veritatem impugnando fidei vestræ.

3 **Ad secundum** sic proceditur.†Et videtur, quòd pueri nõ sint cathecisandi.¶ Et

Primum ar.

primo sic.frustra adhibetur instructio ei,qui non est perceptibilis disciplinæ,sed pueri cum non habeant vsum liberi arbitrij non sunt perceptibiles disciplinæ. ergo non debet

Sc'dm arg.

eis instructio adhiberi.¶Secundo sic.in cathecismo requiritur cõfessio fidei, & professio fidei religionis christianæ,

Diony.

vt patet per Diony. sed hoc puer facere non potest per se, nec aliquis,pro puero, quia nullus potest ex voto alterius obligari,ergo videtur, quod pueri non debeant cathecizari.Et confirmatur sic.parentes promittunt pro filio, quod filius intrabit religionem. Ille non obligatur,nec tenetur,

Tertium ar.

ergo similiter in proposito.¶ Tertio sic.Quæro si obligantur,vtrum illa obligatio sit votũ. Et quod sic videtur,quia votum est spontanea promissio melioris boni deliberatione,& obligatione firmata. Contra,quia secundum hoc duplici peccato peccaret baptizatus, quia transgressor est voti,& præcepti. ¶ In oppositum est textus præsentis cap.in

Opponit in contrarium.

quo generaliter traditur forma,& ritus cathecismi tenẽdus circa omnes baptizatos nulla exceptione facta,ergo ipse cathecismus circa omnes baptizandos tam paruulos quam adultos est generaliter obseruandus.¶ Respondeo dicen-

Respondet.

dum,quòd pueri etiam cathecizari debent, hæc conclusio patet ex ipsa generali cõsuetudine vniuersalis ecclesiæ, quæ cum errare non possit. recte fieri credendum est. Est

S. Thom.

autem circa hoc notandum iuxta S. Thom.in quarto dist. 6.quod cathecismus est quædã dispositio ad baptismum, disponens autem debet proportionari illis, ad quæ disponit,vnde in adultis,in quibus in baptismo requiritur propria fides,& propria voluntas requiritur, quod ipsi per se cathecisentur, & per se confiteantur. In puero autem, cuius baptismus operatur tantum ex fide ecclesiæ, & merito Christi fit instructio mediante alio vnde eadem in quibus instruendus est proponuntur præsente Anadocho, cui committitur in his instruendus, & ipse loco eius confessio-

Ad primum argu.

nẽ & ꝓfessionẽ facit.¶ Ad rõnes.Ad primam dicendum,ꝙ quãuis paruulus non sit tunc actu perceptibilis disciplinæ, tñ habet huiusmodi perceptibilitatẽ in radice quãtum ad potentiam rationis, quam habet ex natura, & quantum ad

Ad sc'dum

habitum fidei,quem recipit in baptismo. ¶ Ad secundam dicendum,quod quamuis puer confiteri non possit per se, vel profiteri, tamen alius vicem eius supplet, non quidem suam propriam fidem confitẽs,sed fidem pueri, & quantũ

S. Thom.

ad id,quod nunc est,vt dicit S. Thom.in quarto,vt sit sensus. Credo.i.sacramentum fidei præsto sum accipere in persona pueri loquens,vt August.exponit, & quantum ad id,quod futurum est,vt sit sensus, credo.i. quando ad perfectam ætatem veniam,fidei consentiam,vt Dionysius exponit,& hoc quidem confiteri potest ex proposito solicitudinis circa ipsum adhibendo,vel alio modo,vt sit sensus. Credo.i.operam dabo ad hoc, ꝙ credat, & in hoc,& ipse puer obligatur, & Anadochus, quia de illis ad quæ omnes tenentur non est inconueniens,si vnus alium obliget.secus autem de consilijs ad quæ non omnes tenentur.¶ Ad con-

Bonauent.

firmationem respondet dominus Bonauentura,quòd non est simile de ingressu religionis, qđ est supererogationis, & de his, quæ sunt de necessitate salutis.In talibus.n. bene potest vnus obligari per alium. ¶ Ad tertiam,cum quæri-

Ad tertium.

tur. vtrum talis obligatio sit votum, respondet dominus Bonauẽtura,quòd nõ proprie,quia votum est de eo,quod est supererogationis, tamen extenso nomine est votum, quia est voluntaria obligatio.Nec facit duplex peccatum, quia non obligatur magis quam prius de necessitate, sed de congruo,& equo,hæc etiam sententia S. Thom. in 2.2.

S. Thom.

q.88.ar.2.de quo videbitur plenius ĩ.Lege. ¶ [Ante baptis-

Exponit literam.

mum].s.per tres septimanas[præuenire]rationibus assignatis rudimentum].i.instructionem in fide circa generalia fidei, quæ eo dicuntur rudimenta fidei,quia etiam rudibus sunt necessaria ad salutem.[Item primus].2.pars¶ Pro intelligentia huius exempli siue figuræ, sciendum, quod,vt legitur Ioã.9. dominus illuminare volens oculos cœci natí talẽ ordinẽ seruauit.primo.n. spuit in terrã, & fecit lutũ ex sputo,& liniuit.i.leniter posuit lutum super oculos eius,& dixit ei, vade,& laua in natatoria siloe, quod interpretatur missus,abijt ergo,& lauit,& venit vidẽs, hæc profecto sunt figura tam cathecismi præcedentis ipsum baptismum,quã ipsius baptismi,per linitionem.n.luti ex terra, & sputo facti super oculos cœci designatur ipse cathecismus.s. instructio de fide incarnationis,vt.n.habet gl. Io.9. Dei filius de saliua lutum fecit,quia verbum caro factum est,saliua, & sapientia,quę ex ore altissimi prodijt. Terra caro Christi est.[vnxit oculos].i.cathecuminum fecit,qui credit verbũ caro factum.vnctus nondum videt,sed mittitur,vt lauetur .i.baptizetur, in misso.i.in Christo, qui à patre missus est ad saluandum mundum, & baptizatus lumen recipit.liniũtur ergo oculi luto ex sputo facto,& mittitur ad aquam siloe,cum homo cathecisatus.i.verbo incarnationis instructus.i.baptismi fonte lauatur.[Ad aquas siloe].i.fontem ba-


4 ptismi.¶ Siloe.n. interpretatur vt dictũ est missus,vel fons luminis,vt dr̃ papias,& vtriusque interpretationis ratione significat fontem baptismi Christi, qui in salutem à patre missus est, & in quo lumen cõsequimur benedictionis,

a & gratiæ.Siloe[a] vt dicit gl. fons est ad radicem montis sion

a ¶ Siloe. Vide pulchre Io. reuchl. in suo dictionario. He.in litera sin supdictione salach.

cui non iugibus aquis,sed in certis horis ebullit per concaua terrarũ,cuius aquę vt exciperentur, quasi stagnum non longe à fonte constructum erat, quã collectionem aquarũ modo piscinam, non natatoriam, vocat scriptura, vt dicit magister historiarum[in eo].s.baptismo.Hu.[deinceps].i. post baptismum.in baptismo.n.spõdet, & de cetero fidem Christi tenere,& eius vestigia sequi.Hu.

1 *Scrutinium quid dicatur.*
2 *Scrutinia vnde traxerint originem.*
*Et quare inchoentur feria quarta potius quam alia nu.4.*
3 *Scrutinia septem fiebant olim in primitiua ecclesia.*
5 *Ordo qualis teneatur a principio cathecismi vsque ad exorcismum.*
6 *Symbolum quid dicatur.*
7 *Symbola sunt quatuor.*



**Nte viginti.** Sequitur tertium capitulum eiusdem partis, in quo magister Gratianus ex authoritate concilij bracharensis de tempore, quo fiunt scrutinia cathecuminorum dicens,quòd per viginti dies ante baptismum cathecumini ad suscipiendam doctrinam fidei,id est ad exorcisandum debent ad ecclesiam conuenire, vnde hæc inchoantur, quarta feria tertiæ hebdomadæ quadragesimæ,quæ pręcedit dominicam lætare. ¶ Pro intelligentia vero huius capituli, & aliorum sequentium huius partis sunt notanda aliqua maximè iuxta dominum Hug.& dominum Guiliel-

Hugu. Guiliel.

mum in rationali.primo quid est scrutinium,& vnde dicãtur.secundo vnde originem traxit.tertio quando, & quoties,& quare in temporibus statutis fiat.quarto quid in eo fiat vsque ad exorcismum.¶ Circa primum notandum est

1 †quòd scrutinium nihil aliud est,quam fidei, & religionis Christianæ inquisitio.Est.n.quædam præparatio ad baptis-

a mum,& dr̃ à scrutando[a] .i.inquirendo,quia fidei,& religionis inquisitio fit in eo.¶ Circa secundum notandum,scrutinia ista originem traxerunt in veteri testamento,dum.n. filij Israel fuerunt in Babylonica captiuitate, miscuerunt se inter eos,quidam de gẽtibus, vnde post eorum reditum ignorabãt de pluribus vtrum, essent iudæi, vel non.quidã etiam

a ¶ A scrutando.quot sint scrutinij substantialia vide per Pe.de An.i c. quia pp nu.i.ve. secundo. ergo de elec.

et dicebant, se esse de leuitica tribu, q̄ nō erant, & per con sequens sacerdotes, qui non erant, & ideo Esdras, & alij sapientes post reditum de præfata captiuitate genealogias diligenter scrutati sunt, & Iudæos à gentibus, & leuitas, siue sacerdotes à nō leuitis segregarūt, & ita nos in hac septima hebdomada, quæ finem illius septuagesimæ babylonicæ captiuitatis signat, scrutinium facimus, vt credentes ab incredulis segregemus, quos in sacrosancta solennitate nostræ redemptionis ex aqua, & spiritu sancto renouemus. non. n. in primitiua ecclesia alio tempore baptisma celebratur, nisi forte mortis articulo imminente supra eadem dist. duo tempora. omnes ergo ecclesiæ proles quas per anni circulum verbi pabulo generabat hac die nomina sua dabant. in quibus perscrutandum erat ne qua radix amaritudinis, vel alicui⁹ hæresis inesset, ne prius illa sancta darentur, quam Christiana fides in eorum mentibus infixisset radices. vnde nominibus datis quilibet eorū per dies sequētes vsque ad pascha fidei regulā audiebat, & sic lactatus, & grādenscēs in plenilunio. i. in baptismo commoriebatur, & resurgebat. ¶ Circa tertium, notandum q̄
3 olim in primitiua ecclesia septē scrutinia fiebant. duo scilicet ī quarta feria, & sabbato quartæ hebdomadæ. Et duo in quarta feria, & sabbato quintæ hebdomadæ, & vnum in quarta feria vltimæ hebdomadæ, in quibus adulti, qui venturi erāt ad baptismum docebantur orationem dominicam, & symbolum, vt in sequenti tunc sabbato, in quo baptizandi erant vtrunque ante baptismum scirent. Et adhuc hodie in quibusdam ecclesijs septem fiūt scrutinia pp septiformem spūs sancti gratiam. vt ostendatur cathecu-
4 minos implendos fore septiformi gratia spūs sancti. Quare autem scrutinia inchoantur feria quarta potius, quam alia die. multiplex assignatur rō, tam secūdum Guilielmū, & Hug. rō. prima, quia ipsa præfigurata est in quarta. s. ætate, quæ fuit à Dauid vsq; ad trāsmigrationem Babylonis, in qua non solum Iudeæ gentis inchoatum est imperium, verum etiam Chri Christianorum regnum ex promissione sumpsit exordium. psal. 131. iurante domino Dauid de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. ideoque merito in feria quarta cathecumini ad Chri nomen accedūt, & Christiana religio in ea initium capit. secundo, quia sicut quarta feria stellæ creatæ sunt, & in cœlo soli, & lunæ coniunctæ, ita, & fideles hodie concipiuntur, qui Chro soli, & ecclesiæ lunæ coniunguntur, & in cœlo, id est, in patris regno iam splendent in spe, & in futuro splendebunt in re. tertio sicut in quarta ætate ædificatum est templum domino per Salomonem, sic & nunc in quarta feria inferuntur, vt effectum, participent redemptionis. quarto, q̄a agnus 24. diebus obseruabatur, & præparabatur. & Luna. 15. immolabatur, decet, vt ecclesiæ noua soboles, quæ ad commoriendum Christo in baptismo præparatur diebus 15. anteriori ieiunio spūaliter saginata ætati lunæ, quæ illam significat exequetur. quinto quia quarta hoīs ætas. s. iuuentus per quartam feriam significata apta prælijs, & gubernaculo imperij, ideo cathecumini præparātur in quarta feria ad prælium contra diabolum, & ad regimen, & imperium regni. ¶ Circa quartum notandum secundum do
Guilielmus 5 minum Guilielmum in rōnali quod à principio cathecismi, vsque ad exorcismum talis ordo tenetur. primo. n. fit nominum baptizandorum per acolytum descriptio, & eorum per nomina in ecclesiam vocatio. secundo masculorum ad dexteram fœminarum ad sinistram ad limina ecclesiæ, vbi fidem petunt, deductio. tertio per exorcistam gemina interrogatio. vna de renuntiatione diaboli. alia de fide Chri. quarto demonis exufflatio. quinto crucis in frōte expresso. sexto dr̄ oratio. septimo fit in ore salis impositio. de istis plenius infra dicetur. Lege textum. ¶ [Ante vi
Exponit literam. ginti] quia per tres hebdomadas. s. quarta feria tertiæ hebdomadæ quadragesimæ, vt dictum est. Ex hac litera accipitur euidens argumentum contra eos, qui dicunt scrutinia esse inchoāda in quarta feria quartæ hebdomadæ quadragesimæ. s. hebdmadæ medianæ. in cuius sabbato ordines conferuntur, vt ext. de temporibus ordinationum. &
Cōtra Ioā. in qua cantatur sitiētes. cuius opinionis est Ioannes in glo. quia post hanc feriam quartam vsque ad baptismum non sunt, nisi decem, & octo dies computatis etiam hac quarta feria, & sabbato sancto. hic autem litera dicit
6 ante viginti Hug. & Arch. [symbolum] græce latinè dr̄ indicium, siue signum, vel collatio. signum, q̄a fideles ab infidelibus discernuntur, vt. n. dr̄ Isido. discessuri apostoli ad euangelizandum in gentibus hoc sibi signum siue indiciū posuerūt. collatio vero dr̄, quia in eo apostoli totam fidei integritatem contulerunt. traditur, quod postquam apostoli spūm sanctum acceperant conferentes concorditer super articulis fidei statuerunt, vt sicut omnes erāt in vna fide concordes, sic omnes illam fidem concorditer prædicarent, & ideo symbolum componētes vnusquisque vnā particulam apposuit. vnde secundum apostolorum cathalogum id est, numerum 12. particulas continet. vnde Petrus posuit suam particulam dicens. credo in Deum patrē omnipotentem creatorem cœli, & terræ. Andræas apposuit secundam. Et in Iesum Christum filium eius vnicum dominum nostrum. Iacobus Zebedæi apposuit tertiam. Qui conceptus est de spū sancto natus ex Maria Virgine. Ioannes quartam. passus sub Pontio Pilato, crucifixus mortuus, & sepultus est. Philippus quinta. s. descendit ad inferna. Thomas apposuit sextam. tertia die resurrexit à mortuis. Bartholomeus septimam. ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Matthęus octauam. s. inde venturus est iudicare viuos, & mortuos. Iacobus Alphæi nonā. s. credo in spūm sanctum. Simō decimam. sanctam ecclesiam catholicam sanctorum communionem. Iudas Iacobi 11. remissionem peccatorum. Matthias apposuit. 12. carnis resurrectionem, vitam æternam. Amen. diuisio ista signata fuit, vt dr̄ magister Alexander de Hal in Ale. de Hal.
3. Iosue quarto, vbi dominus ait ad Iosue. elige tibi viros singulos per singulas tribus, & præcipe eis, vt tollāt de medio Iordanis alueo vbi steterunt pedes sacerdotum 12. durissimos lapides, quos pones in loco castrorum, vbi fixeritis hac nocte tentoria. verba ista sunt Dei patris ad dn̄m Iesum Xpm, qui elegit 12. viros, quos, & apostolos nominauit, duodecim durisimi lapides sunt 12. articuli fide, tolluntur aūt de medio Iordanis Alueo. i. de media profunditate scripturæ. vbi steterūt pedes sacerdotum id est, affectiones sanctorum patrum patriarcharum. ponuntur in loco castrorum id est in sancta ecclesia, quæ est, vt castrorum acies ordinata. Cant. 6. in qua in nocte præsentis vitæ, quę est speculum in enigmate. sunt tentoria, id est omnes fideles, vt diabolo resistant fortes in fide 1. Petr. 5. hoc ēt significatum est Apocal. 22. vbi assignantur. 12. lapides in fundo muri ciuitatis Hierusalem. fundamenta. n. ciuitatis oī lapide pretioso ornata & c. Idem significatum est in mysterio stellarum 12. quæ erant in corona mulieris sicut dr̄ Apoc. 11. mulier. n. est ecclesia, corona fides 12. stellæ. 12. articuli [quod est] credo in Deum patrem omnipotentem. In hoc specificat de quo symbolo loquatur, quia. s. de symbolo apostolorum. pro quo sciendum, quod sicut dr̄
7 magister Alexander de Hal. in quarto quod quatuor sunt symbola, primum est, quod communiter dr̄ in quotidiana oratione, quod posuerunt apostoli sicut dictum est. Et dictum est symbolum, quia ex pluribus apostolorum sententiis fuit institutum, dr̄. n. symbolum à syn, quod est simul, & bole, sententia. Inde sententia simul instituta. secundum est, quod dr̄ in prima. s. qcunque vult. quod ab Athanasio Alexandrino patriarcha compositum est contra hæreticos Arrianos. tertium est, quod Constantinopolitana synodus instituit, & cantatur in missa. quartum est, quod de synodis Nicena synodus composuit. Beatus vero Hilarius Pictauien. episcopus scripsit librum de synodis, vbi, & illud composuit, debuit legi tātum in synodis totum, vel saltem aliqua eius particula. vnde dicunt quidam illos esse reprehensibiles, qui aliā ibi lectionem legunt. hęc Alexander [spiritualiter doceāt] id est, intellectualiter, non tātum secundum superficiem literæ supra ea. dist. necessarium. & hoc si adulti sint, & discreti. alias non. Hugu Ale. de Hal.

2 *Symbolorum multiplicationis causa fuit triplex.*
4 *Minores qualiter dicantur credere articulo fidei.*



Ymbolum. Sequitur quartum capitulum eiusdem partis, in qua magister Grat. ponit dispositionem concilij Agathensis de tempore, quo symbolum cathecuminis adultis iudiciū discretionis habentibus ante baptismum prædicandum sit, atque exponendum, dicens. quod hoc fiendum est ante octo dies dominicæ resurrectionis, sabbato

bato ante dominicam palmarum. in quo sabbato celebratur vltimum, & generale scrutinium, .i. septimum capitulum, hoc non diuiditur. pro pleniori intelligentia præsentis c. duo veniunt quærenda.

1 ¶ Primum est, de ratione cōpositionis symboli, videlicet vtrum conuenienter articuli fidei ponātur in symbolo.

3 ¶ Secundum, vtrum necessarium sit, quod symbolum cathecuminis venientibus ad baptismum prædicetur siue exponatur.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ non conuenienter articuli fidei sint positi, siue adunati in symbolo. ¶ Primo sic. sacra scriptura regula fidei est, nec addere nec subtrahere licet. dr̄. n. Deutero. 4. non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis aliquid ab eo, ergo licitum non fuit aliquod symbolum constituere, quasi regulam fidei post sacram scripturam editam. ¶ Secundo sicut apostolus dr̄ ad Ephesi. 3. vna est fides, sed symbolum est professio fidei, ergo inconuenienter traditur multiplex symbolum. ¶ In oppositum est capitulum præcedēs, & præsens in quibus de simbolo tanquam de re conuenienter posita sancti patres loquuntur. ¶ Respondeo dicendum, quod conuenientissime articuli fidei coniuncti, & adunati symbolo. Et hoc rōne multiplici. primo quidem secundū S. Thom. in secunda secundæ, quia sicut dicit apostolus ad Hebræos 11. accedentem ad Deum oportet credere. Credere autem non potest aliquis, nisi ei veritas, quam credit proponatur, & ideo fuit veritatem fidei in vnum colligi, vt facilius posset oībus proponi ne aliquis per ignorantiam à fidei veritate deficeret, & ab hmōi collectione sentētiarum fidei nomen symboli est acceptum. secundo secundum magistrū Alexandrum de Hal. in 3. causa symboli .i. collectionis articulorum est instructio fidelium in vna intelligentia, & confessione religionis. cum vna sit veritas ī qua beatificanda est humana natura. vna intelligentia, vna cōfessio, vna religio debet esse intendendo ad ipsam veritatem. ideo cum tot essent diuersitates hominum, natione, moribus. lingua, cognatione, & alijs modis multis spū sancto illuminante cogitauerunt sancti patres colligere singula credenda, & confitenda de ipsa diuinitate in vna confessionis coordinatione, vt omnium credentium esset confessio vna fides, & religio, vt sicut dr̄ Actuum 4. multitudinis credentium erat cor vnum, & aīa vna. Et sicut dr̄ Beatus August. in libro de symbolo. multæ animæ erāt, fides eas, vnā fecerat. vnde no. quod ex hac vnitate dr̄ symbolum. Symbolum. n. in naturali philosophia dr̄ cōueniētia, propter conuenientiam. n. intellectuum in veritate vna & religione, vna, symbolum fidei appellatum est. sunt et aliæ causæ denominationis symboli. vna est conuenientia apostolorum in symbolo componendo, siue patrum, quia sicut supra circa proximum capitulum dictum est. In symbolo apostolorum vnusquisque apposuit partem suam, alia causa est cōuenientia scripturarum ex quarum cognitione, & aggregatione factum est symbolum. vnde August. in symbolo ista verba per diuinas scripturas sparsa sunt, sed tamen collecta, & ad vnum redacta, ne tardorum hominum laboraret memoria. ¶ Ad rōnes. Ad primam dicendum iuxta Sanctum Thomam in secunda secūdæ quod veritas fidei in sacra scriptura diffusè cōtinetur, varijs modis, & in quibusdam obscure. Ita quod ad eliciēdum fidei veritatem requiritur longum studium, & exercitium, & ad quod non possunt peruenire omnes illi, quibus necessarium est cognoscere fidei veritatem, quorum plerique alijs negotijs occupati studio vacare nō possunt, & ideo fuit necessarium, vt ex sententijs sacræ scripturæ, aliquid manifestum summariè colligeretur, quod proponeretur oībus credendum, quod quidem nō est additum sacræ scripturæ, sed potius ex sacra scriptura assumptum. ¶ Ad secundam dicendum, ꝙ in oībus symbolis eadem veritas docetur. sed ibi oportet populum diligentius instrui de fidei veritate, vt dr̄ S. Tho. vbi errores insurgūt ne fides simpliciū per hæreticos corrūpatur, & hæc fuit causa quare necessarium fuit edere plura symbola, q̄ in nullo alio differunt, nisi ꝙ in vno plenius explicantur, q̄ in alio continentur explicite, s̄m ꝙ exigebat hæreticorū instantia. notat autem magister Alexander de Hal. in 3. † quod

2 causa multiplicationis symbolorum fuit triplex. s. instructio fidei, veritatis explanatio. erroris exclusio. Instructio fidei, fuit causa compositionis symboli apostolorum. ad hoc. n. compositum, vt in vna fide credendorum necessariorum saluti fideles erudirentur. veritatis fidei explanatio circa dubitationes emergentes fuit causa compositionis symboli sanctorum patrum, quod cātatur in missa. erroris vero exclusio propter hæreses multiplices pullulantes causa fuit compositionis symboli Athanasij, quod cantatur in prima.

3 Ad secundum Sic proceditur. † Et videtur, qd̄ non sit necessarium, quod cathecuminis venientibus ad baptismum prædicare, siue exponere primo symbolum. ¶ Et primo sic. Illa, quæ sunt subtilissima nō sunt rudibus tradenda. sed nulla sunt subtiliora, & altiora his quæ rōnē excedunt, qualia sunt articuli in symbolo comprehensi. ergo talia non sunt cathecumini proponenda. ¶ Secundo sic tales non tenētur explicite aliquid credere, ergo non est necessarium explicite eis aliquid credendum exponere. consequentia patet, antecedens probatur sic. sicut per fidem ordinamur in deum. ita & per charitatem. sed ad seruandum præcepta charitatis homo non tenetur, sed sufficit sola præparatio aī, sicut patet in illo præcepto domini, quod ponitur Matth. 7. Si quis percusserit te in vnam maxillam, præbe ei, & alterā, & in aliis similib. vt ibi Augus. exponit in libro de sermone domini in monte. ergo etiam non tenetur homo explicite aliquid credere, sed sufficit quod habeat animum preparatum ad credendum ea, quæ à deo ꝓponuntur. ¶ Tertio sic. dato quod quis teneatur aliquid explicite credere, qui venit ad baptismum adultus videtur ad salutem sufficere credere, quod Deus est, & quod remunerator ē, secūdum illud apostoli ad Hebræ. 11. accedentem ad Deum oportet credere, quia est, & quod inquirentibus se remunerator est. sed hæc possunt credi absque fide in symbolo explicita. ergo non videtur necessarium symbolum proponi baptizatis tanquam necessario credendum. ¶ In oppositum est textus cap. præsentis. ¶ Respondeo dicendum, quod conueniens est, vt accedētibus ad baptismum iudicium discretionis habentibus proponantur in generali saltem ea, quæ explicite credere tenentur. Tenentur autem omnes fideles vt inquit Sanctus Thomas tempore gratiæ explicitam fidem habere de trinitate, & de redemptore. licet non omnia credibilia circa trinitatē, vel redemptorem, omnes explicite teneātur habere, sed soli

4 maiores † minores autem tenentur explicite credere generales articulos, vt Deum esse trinum, & filium Dei esse incarnatum, & mortuum, & resurrexisse, & alia hmōi. de q̄bus ecclesia festa facit, & in symbolo continetur. quare cōuenienter fit, quod à sanctis patribus legitur constitutū. ¶ Ad rōnes. Ad primam respondetur, quod rō illa non ꝓcedit, qa ea, quæ sunt fidei non proponuntur cathecuminis simplicibus venientibus ad baptismum, vt particulatim & subtiliter exponenda. sed in quadam generalitate. sic. n. ea explicite credere tenentur sicut dictum est. ¶ Ad secundam respondetur negando antecedens. oportet. n. aliqd explicite credi ab omni fideli. vnde apostolus ad Hebræ. 11. inqt. accedētem ad deum oportet credere, qa est, & quoniam inquirentibus se remunerator est. hæc. n. duo omni tempore credere tenebatur quilibet. s. Deum esse, & habere prouidentiam de omnibus. postmodum vero cum per successiones ipsum creuerit diuinæ cognitionis augmentum, vt dr̄ Gregorius, plura tenentur credere fideles explicite, secundum processum temporum. vnde adueniente tempore grē in quo diuinæ agnitionis splendor copiosius nobis illuxit, plura tenentur fideles explicite credere, quam ante, licet non omnes teneantur explicite credere omnia credibilia, quia minores pauciora tenentur explicite credere sicut tactum est. Ad probationem vero antecedetis respondetur negando, quod homo non teneatur ad seruandum præcepta aliqua charitatis, quoniam homo tenetur ad determinate diligendum illa diligibilia, quæ sunt proprie, & per se charitatis obiecta, quæ sunt Deus, & proximus, & ad probationem dr̄. quod procedit de illis præceptis charitatis, quæ quasi consequēter pertinent ad obiectum charitatis, quæ homo seruare non tenetur. sed sufficit sola præparatio animi pro loco, & tempore illa obseruandi, prout dr̄ August. & ita etiam in proposito est, quia, vt dr̄ Sanctus Thomas credibilia quędam sunt, quæ primo & principaliter ad fidem pertinēt, vtpote ea

Margin notes (left column): Primum ar. — Secd̄m arg. — Opponit in cōtrarium. Respondet — S. Thomas. — Alexander. — Augustinus — Augusti. — Ad primum argu. S. Tho. — Ad secd̄m. — S. Thom. — Alexander.

Margin notes (right column): Primum ar. — Secd̄m argu. — Augu. — Tertium ar. — Opponit et Respondet. — Ad primum argu. — Ad secd̄m. — Grego. — Augu S. Thom.

te ea, per quæ homo beatus efficitur, & ista oportet explicite credere. cuiusmodi sunt ea, quæ dicta sunt de trinitate personarum, & de incarnatione filij eius, quædam vero sunt, quæ per accidens, & secundario se habent ad fidē, cuiusmodi sunt multa, quæ in scriptura diuinitus tradita cōtinent, vt ꝙ Abrahā habuit duos filios, & ꝙ Dauid fuit filius Isai, & hmōi & ista hō nō tenetur explicite credere. sed implicite solum, vel in præparatione aī inquantum paratus est credere quicquid in diuina scriptura continetur.

Ad tertium ¶Ad tertium respondetur negando antecedens. dicimus .n. quod licet illa duo explicite credere omni tempore, & quo ad oēs fuerit necessariū, nō tñ sufficiēs oī tempore, et quo ad omnes maxime tempore gratiæ. Exponit literam. Lege. ¶[Competentibus].i. oculos discretionis habentibus, seu intellectum, vel competentes dicuntur cathecumini adulti, quia eandem fidem sed cum interrogantur, quid petant ipsi ꝓ se respondent, vt infra ea. dist. cum pro paruulis. vel dicuntur competentes omnes cathecumini siue adulti siue paruuli, quia singuli interrogati, quid petis cum primo ad ecclesiam veniunt per se, vel per alios respondent fidem. Hugut. [prædicare] id est annuntiare, & si adulti sunt exponit. Hugu.

1 *Cathecizare an sit officium sacerdotum.*



Athecismi. Sequitur quintum capitu. eiusdem partis. vbi magister Gratianus ex authoritate Nicolai papæ videtur assignare ministrum, ad quem pertinet baptizare principaliter, & locum, vbi secundum morem ecclesiæ Romanæ cathecismi fiebant. dicens, quod cathecismi baptizandorum à sacerdotibus vnusquisque ecclesiæ fieri possunt. breue est.


Quæstio. 1 ¶Pro cuius cap. pleniori intelligentia. quæritur. 1 vtrum cathecizare sit officium sacerdotum. Et arguitur, quod non. Primum ar ¶Primo sic, secūdum Dion. in ecclesiasti. hierarchia. Diaconi habent officium super omnes immundos. quia ipsi habent purgatiuam virtutem, sed primus gradus immundorum sunt cathecumini, vt ipse dī. ergo ad Diaconos pertinet eorum instructio. Secūda ar. ¶Secundo sic. illius est instruere baptizandum. cuius est ad baptismum cum adducere. hoc autem est anadochi. id est patrini secundū Dion. & non sacerdotis. ergo, & cathecizare, non erit sacerdotis officium. ¶Tertio cathecizare, quod idem est, quod docere, & hoc idem est, quod perficere, quod ad officiū episcoporum pertinet, vt dī Dio. 5. ecclesiasticæ hierarchiæ. non ergo pertinet ad officium sacerdotis. Opponit in cōtrarium. ¶In oppositum est textus præsentis cap. & ponitur infra ead. dist. cap. sacerdotes. ibi. Nicolaus papa dī &c. Secūda op. ¶Secundo est Beatus Gregorius super Ezechielem dicens. sacerdotes cum per exorcismi gratiam manus credentibus imponunt, quid aliud faciunt, nisi quod dæmonia eijciunt. Respondet. S. Thom. ¶Respondeo dicendum cum sancto Thoma in tertia parte, quod minister ad sacerdotem comparatur, sicut instrumentale agens ad principale. vt indicat ipsum nomen ministri. agens autem secundarium non agit sine principali agente cooperante, quanto autem operatio est potior, tanto principale agens indiget paucioribus ministris. potior autem est operatio sacerdotis inquantum confert ipsum sacramētum, quam in præparatorijs ad sacramentum, & ideo supremi ministri, qui dicuntur diaconi cooperantur sacerdoti in ipsa collatione sacramentorum, dī.n. Isidorus, quod ad diaconum pertinet assistere sacerdotibus, & ministrare in omnibus, quæ agunt in sacramentis Christi. in baptismo. s. in chrismate, patena, & calice. inferiores autem ministri cooperantur sacerdoti in his, quæ sunt præparatoria ad sacramēta, sicut lectores in cathecismo. exorcistæ ī exorcismo. dicendum ergo, quod, & si cathecizare alijs, quam sacerdotibus conueniat, sacerdotum tamen officium principalius est. Ad primum arg. ¶Ad rationes. Ad primam respondetur dupliciter, iuxta dicta, quod, & si, diaconi, & alij ministri super immundos habeant operationem cathecizandi, & exorcizādi, ministerialem tantum, & quasi instrumentalem, sed sacerdos habet principalem. S.Thom. ¶Secundo respondetur iuxta Sanctum Thomam in 4. quod in primitiua ecclesia, quando adulti ad baptismum veniebant, qui magna instructione indigebant, hoc per Dionysius exercebatur sacerdotibus circa maiora occupatis, & ideo Dionysius illud diaconibus attribuit. Ad secundum ¶Ad secundam respondetur, quod ratio non procedit. quia anadochus non instruit ante baptismū de fide, sed conuersum iam recipit ad instructionem præsentans. Ad tertium S. Thom. ¶Ad tertiam respondetur, quod, vt dī S. Tho. in 3. parte & in quarto multiplex est instructio. vna conuersiua ad fidem, siue antecessoria, qua quis ad fidem conuertitur. & hoc proprie est sacerdotum, quorum est prædicare, & docere. vnde Dionysius hanc instructionem episcopo attribuit in secundo cap. ecclesiasticæ hierarchiæ, & potest competere cuilibet prædicatori, vel etiam cuilibet fideli. secunda est instructio disciplinalis, qua quis eruditur de fidei rudimentis, quid. s. credere debeat, & qualiter ad baptismum accedere debeat, & hoc pertinet ad officium diaconi, & per consequens sacerdotis, quia qcquid est diaconi est etiam sacerdotis, & principaliter. tertia instructio est, quæ sequitur baptismum, & est instructio de conuersione humanæ vitæ, & hæc pertinet ad patrinos. quarta instructio est de ꝓfundis mysterijs fidei, & perfectione humanæ vitæ, & hoc ex officio pertinet ad episcopos. ex his patet responsio, quoniam licet epicopo attribuatur instructio cathecuminorum, de qua loquitur nō tamen ita, quod non conueniat sacerdotibus sicut ex dictis patet. Exponit literam. Lege. ¶[Sacerdotibus] tanquam quibus principaliter hoc officium conueniat, non tanquam quibus solis cōueniat, vt patet ex dictis in quæstione [vniuscuiusq; ecclesiæ] hoc in multis locis fit, sed in primo, & vltimo scrutinio omnes consueuerunt ad ecclesiam baptismalem conuenire [comprobantur] fieri. i. illi cathecumini.



Aptizandos. Sequitur sextum capitulum eiusdē partis, ī quo magister Gratianus ad idem inducit concilium Laodicense. quod nec diuiditur, nec expositione indiget. Lege. Exponit literam Hugu. ¶[Symbolum] fidei, in quo continentur articuli fidei, de quo supra e.d.c. ante viginti [qnta feria] forte hoc in aliquibus locis obseruatur. Hug. [reddere] vulgariter loquitur. id est dicere memoriter, sine inspectione libri, sicut faciunt pueri magistris suis de lectionibus quas ab eis addiscunt. Hugu.




On liceat. Sequitur septimum capitulum eiusdem partis. in quo magister Gratianus inducit in confirmationem eius, quod dixerat, videlicet, ꝙ baptizandi prius sunt cathecizandi. sunt.n. instruendi in symbolo fidei testimonio cōcilij Martini Papę dicēs, quod per tres septimanas paschæ oportet cathecuminos, ita instrui, vt quinta feria nouissimæ hebdomadæ, reddant. i. sciant perfecte symbolum fidei. hoc ampliori disputatione non indiget. Lege. Exponit literam. ¶[Non liceat ante duas]. s. tantum. scrutinia. n. sicut dictum est circa capitulū ante viginti non inchoantur quarta feria post dominicam de lætare Hierusalem. sed ante tres hebdomadas. i. in quarta feria ternæ hebdomadæ quadragesimæ. i. ante dominicam lætare Hierusalem [ad baptismum]. i. ad scrutinium baptismi, quod est iter, & preparatio ad baptismum Hugu. symbolum supra eadem dist. ante reddant supra e. proximo capitulo.



Aptizandi Sequitur octauum capitulum eiusdem partis, in quo magister Gratianus ex authoritate concilii quarti Carthaginen. ponit, quod antequam quis baptezetur, & intelligitur de adultis, oportet, ꝙ examinetur, si veraciter credat infidelis non est recipiendus ad baptism m, vel examinetur, an prius fuit baptizatus, quia etiam nec talis est recipiendus. vt infra e.d. cum itaque. omnia plana sunt. Lege. ¶[Dent]. s. ad scribēdum. hoc. n. est primum, vt dictum est circa capitulum. ante viginti, quod in cathecismo fit. s. nominum eorum, qui baptizandi sunt descriptio, quod fit tamen primo, vt qui eos vocaturus est, sciat quibus nominibus eos vocet. secundo, vt eo ordine vocentur, quo scripti sunt. tertio, vt hoc ipo innuatur, ꝙ nomina eorum per baptismum scribenda sunt in libro vitæ, vt dī Hu. Et d. 61. episcopus. sed licet ista fieri debeant, hæc tamen non obseruantur nunc, vt etiam hic dī glo. [sub abstinentia] cōsilium est, & ita non est contra supra c. illum & c. sine pœnitentia. vnde si tales noluerint talem abstinentiam facere ab ecclesia compelli non possunt Hug.

Postquam



Postquam. Seqtur nonum capitulum eiusdem partis in quo magister Grat. postquam cathecismum præire debere baptismum docuit, nunc idem de baptismo ostendit dicens, quod postquam aliquis cathecizatus est antequam baptismũ recipiat debeat exorcizari. hoc capitulum diuiditur in duas partes. In prima ostendit, quod post cathecismum in quo fit veræ fidei professio exorcismus debet sequi. In 2. ponit causam ibi, vt qui per. pro huius c. intelligentia, & sequentium quæruntur duo.

Diuisio

1 ¶ Primo, vtrum conuenienter in eodem exorcismus præcedat baptismum.

2 ¶ Secundo, vtrum exorcismus debeat sequi cathecismũ, vel econuerso.

1 Ad primum sic proceditur. †Et videtur, ꝙ exorcismus non debeat præcedere baptismum. primo sic. exorcismus est contra energuminos id est arreptitios ordinatus, sed non omnes accedentes ad baptismum sunt tales. ergo nõ conuenienter exorcismus debet præcedere semper baptismum. ¶ Secundo sic. primo debet curari causa, quam curetur effectus, sed peccatum est causa, quare in quibusdam diabolus potestatem habet, secundum illud Ioan. 8 qui facit peccatum, seruus est peccati. si ergo exorcismi sunt ad potestatem diaboli pellẽdam, videtur, quod deberet prius aliquis per baptismum à peccato mundari, quam per exorcismum à potestate liberari diaboli. ¶ Tertio ad idem, superfluũ est diuersa remedia ordinari, sed ad potestates dœmonis auferendas introducta videtur aqua benedicta. ergo nõ oportet ad hoc alios exorcismos esse. ¶ In oppositum est textus cap. præsentis, & sequentis. proterea rõne sic. alia quæ sanctificãtur prius exorcisantur, sicut patet in aqua benedicta, & in sale, ꝙ apponitur. cum ergo in baptismo homo consecretur. videtur, ꝙ prius debet exorcizari. ¶ Respõdeo dicendum, ꝙ conuenienter fit, vt exorcismus præcedat baptismum cuius conuenientia iuxta Sanctum Thomam in tertia parte sic ostenditur, quia quicunque opus aliquod sapienter facere proponit. prius remouet impedimenta sui operis, vt dr̃ Hierem. 4. nouate vobis noualé, & nolite serere sup spinas. diabolus hostis est humanæ salutis, quæ hoĩ per baptismum acquiritur. & habet potestatem aliquam in homine ex hoc, quod subditur originali peccato. vel ẽt actuali. vnde conuenienter ante baptismum expelluntur dæmones per exorcismos, ne salutem hoĩs impediant. quam quidem dœmonis expulsionem significat exsufflatio. benedictio autem cũ manus impositione præcludit excluso viã, ne redire possit. sal autem in os missum, & narium, & aurium sputo linitio, secundum redemptionem fidei, quantum ad aures, & approbationem, quantum ad nares, & cõfessionem, quantum ad os. olei vero inunctio significat aptitudinem siue expeditionem hoĩs ad pugnandum contra dœmones. ¶ Ad rõnes. Ad primam dicendum, ꝙ energumini dicuntur interius laborantes à diabolo vexati corporaliter. ab en ꝙ est in, & orgen quod est labor. Et quamuis non omnes accedentes ad baptismum sint energumini. nec inter laborantes à diabolo vexati corporaliter tamẽ interius laborant, vel infirmantur propter infectionem fomitis diabolo in eis potestatem habẽte. ¶ Ad secundam dicendum, quod maior illius propositionis non habet verũ, quando effectus confirmat causam. tunc. n. prius laborandum est ad curandum effectum, vt sic expeditius procedatur ad curationem causæ. potestas autem dæmonis, quę ex peccato sequitur, & tenet conseruat hominem in malitia, & in peccato, & ideo prius euacuanda est potestas dæmonis, & debilitanda, quod in exorcismo fit, nec curationem causæ id est peccati in baptismo fiendam impedire possit. ¶ Ad tertiam dicendum, quod diabolus impugnat nos, ab interiori, & ab exteriori. aqua autem benedicta ordinatur contra impugnationes dæmonum quæ sunt ab exteriori. exorcismi vero contra impugnationes dæmonum, quæ sunt ab interiori. vnde, & illi contra quos dantur dicuntur energumini, id est, interius laborantes. vel dicendum cum Sancto Thom. in 3. parte, ꝙ sicut in remedium contra peccatum, secundo datur pœnitentia, quia baptismus non reiteratur, ita in remedium contra impugnationes dæmonum. secundo datur aqua benedicta, quia exorcismi baptismales non reiterantur.

Primum ar. / Secundũ ar. / Tertium ar. / Opponit in cõtrarium. / Respondet. / S. Thom. / Ad primum argu. / Ad secũm / Ad tertium

2 Ad secundum Sic proceditur. †Et videtur, ꝙ exorcismus debeat præcedere cathecismum, & non econuerso. Et primo sic. prius est remouere malum, quam aliquis perficiatur in bonum, siue prius est expellere malum, quam inserere bonum. sed per exorcismum expellitur malum per cathecismum inserit̃ bonum. ergo exorcismus debuit primo ordine fieri. ¶ In oppositum est te. præsentis cap. ¶ Respondeo dicendum, quod ordo positus in quo cathecismus præcedit exorcismum, est conuenienter positus. pro quo notandum, quod vt inquit Dominus Bonauen. in fine di. 6. quarti, ista duo possunt tripliciter ordinari. s. aut ratione eius, ad quod sũt, aut ratione eius, à quo dispẽsantur, aut ratione eius, in quẽ fiunt si ratione eius, ad quod sunt, sic, quia cathecismus est ad perfectionem intellectus, & exorcismus ad id, quod respicit affectum, quia ad suggestionem diaboli expellendam cathecismum præcedit. si ratione eius à quo dispensantur, quia instructio est ab ordine lectorum, & exorcisatio ab exorcistis, & lectorum ordo præcedit, sic etiam ante exorcismum est cathecismus, si ratione eius in quæ fiũt sic dicendum est, quod si adultus est baptizandus prius est capax doctrinæ, quam gratiæ. si paruulus econuerso, & iõ in adultis ꝓcedit cathecismus. in paruulis econuerso exorcismus. Et ideo ordo iste est secundum aliquas ecclesias. nec seruatur ille qui consueuit esse in primitiua ecclesia, quia tunc baptizabantur adulti nunc aũt paruuli. hęc ille. ¶ Ad rationem factam in oppositum respondetur secundum Sanctum Thomam in quarto in fine 6. dist. quod verum est, quod assumitur, si vtrumque in eodem genere accipiatur. hoc autem non est hic, quia cathecismus ordinatur ad bonum non efficiẽdo aliquid, sed solum instruẽdo. exorcismus autem remouet malum, etiam operando, & ideo instructio in talibus debet operationem præcedere, vt sciat homo qd in eo fieri debeat, & ita ratio non procedit. Lege. ¶ [Per confessionem] factam per se, si adultus est, vel per patrinum si paruulus [in alterius]. i. Christi, cũ prius esset in potestate diaboli. vnde sequitur [& per renũtiationem à prioris possessoris]. i. diaboli exponatur eodẽ modo [effluatur] id est expellitur, quæ expulsio signatur ꝑ illam exsufflationem [seua potestas]. s. diabboli [vt] hic est secunda pars. assignatur causa finalis [cedat]. i. det locum non nocendo siue impediendo effectum baptismi, in quo datur spũs sanctus. ¶ Sed contra istam lecturam arguitur. Et videtur, quod adultis venientibus ad baptismum non sint adhibendi exorcismi, quia à talibus iam est expulsus dæmon, & in eis inhabitat spũs sanctus per gratiam. vnde in principio cap. dr̃. postquam se baptizandus per confessionem veræ fidei in alterius. s. Christi commẽdauerit dominium & per abrenuntiationem à prioris possessoris. s. diaboli se alienauerit seruitio &c. ¶ Respondetur secundum Hug. quod talibus exorcismus adhibetur ꝑpter tria. primo, vt solennitas baptismi obseruetur, secundo, vt gratia virtutis in eis augeatur. tertio ne impediantur à dæmone à perceptione baptismi, quia eo contempto efficerent rei. dr̃. n. Sanctus Tho. in 4. in fin. d. 6. quod ẽt cum exorcismus prætermissus post baptismum suppletur aliquid etiã operatur, quia forte additur aliqua cohibitio ab impugnatione diaboli, & hoc idem dr̃ Alexand. in 4. nec est inconueniens, cum etiam per aquam benedictam, qua post baptismum aspergimur aliqua potestas dæmonis reprimatur. si ergo exorcismus pretermissus proficiat aliquomodo baptizatis, quanto magis credendum est, ꝙ proficiat non baptizato adulto ad baptismum venienti.

Primum ar. / Opponit et Respondet Bonauent. / Ad arg. S. Tho. / Exponit literam. / Opponit in cõtrarium. / Respondet. / S. Thom. / Alexander.

1 *Facta in exorcismo an efficiant aliquid, vel solum significent.*



Sicut nostis. Sequitur decimum capitulum eiusdẽ partis, in quo magister Gratianus ad idem inducit authoritatẽ Beati August. in libro de symbolo. Et diuiditur hoc capitulum in duas partes. In prima dĩ, quod baptizãdi siue paruuli siue adulti sunt exorcizandi, vt ab eis pellatur inimica potestas diaboli. In secunda ostendit, quod nec puer, nec etiam diabolus, vt est creatura, exorcizatur. sed inquantum vitiosus, atque hostis humanæ salutis. secunda ibi, non ergo. ¶ Pro

1 intelligentia huius cap. pleniori quæritur† vtrum ea, quæ aguntur in exorcismo efficiant aliquid, aut solum significẽt. Et videtur, quod solum significẽt, quia si aliquis puer exorcizatus


Dionisius. / Quæstio. Primum ar.

exorcizatus ante baptismum moriatur, salutem non consequitur Nec videtur liberatus à potestate diaboli, ergo videtur, quod ea, quæ aguntur in exorcismo nihil efficiant, sed solum significent. ¶ Secundo sic. hoc solum requiritur ad sacramētum nouæ legis, vt sit signum, & causa vt apparet ex eius diffinitione. si ergo ea, quæ aguntur in exorcismo non solum significent, sed efficiant aliquid. videtur quod singula sint, quędam sacramenta. ¶ Tertio sic. sicut exorcismus ordinatur ad baptismum, ita si aliquid in exorcismo efficitur ordinatur ad effectum baptismi. sed dispositio ex necessitate præcedit formam perfectam, quia forma perfecta non recipitur, nisi in materia disposita, sequeretur ergo, quod nullus posset consequi effectum baptismi, nisi prius exorcisatus, quod patet esse falsum. non ergo ea, quæ aguntur in exorcismo aliquem effectum habent. ¶ In oppositum est te. capitu. præsentis. vbi dicit. August. in libro de symbolo paruuli exsufflantur, & exorcisantur, vt pellatur ab eis diaboli potestas. nihil autem frustra per ecclesiam agitur. ergo per huiusmodi exsufflationes hoc agitur. ¶ Item secundo hoc idem habetur infra ea. dist. in cap. sacerdotes. ex authoritate Gregor. super Ezech. ¶ Tertio sic. exorcismus Salomonis habebat aliquem effectum ad expellendum dæmones, ergo multo fortius exorcismi ecclesiæ. ¶ Respondeo dicendum, qđ, vt tangit Sanctus Thomas. tam in 3. parte, quam in quarta circa hoc est duplex opinio. quidam. n. dicūt, quod ea, quę in exorcismo aguntur, sunt tantum signa eorum, quæ post ea in baptismo complētur, in quo potestas dæmonis totaliter euacuatur, & exponunt omnes authoritates, quæ ponuntur in hac parte sonantes quod expellant dæmonis potestatem dicēdo, expellatur id est, significatur expelli, & similia, & hanc opinionem videntur tenere aliqui iuristæ in expositione huius cap. vnde Arch. super verbo pellatur glossat. i. significetur expellendus. sed hoc est cōtra authoritatem tam B. August. quam Grego. inductas. ¶ Secunda hæc opinio est contra ea, quæ exorcizando dicuntur, quæ frustra dicerentur, nisi aliquem effectum haberent, præcipue cum ecclesia imperatiuis verbis, & non solum per modum orationis vtatur ad expellēdam dęmonis potestatē. puta cum dr. ergo maledicte diabole exi ab eo. Et ideo dicendum est, secundum alios, quod non tantum significēt, sed etiam efficiant aliquid, non tantum in corpore, sed ēt in anima. in corpore quidem, vt impediatur diabolus à vexatione corporis, nę illum interimat in anima vero, vt impediatur à nocumento animæ, per quandam cohibitionē. veruntamen principaliter exorcismi effectus pertinet ad animam, sicut colligitur ex ipsis orationibus, quæ dicuntur exorcizando. Est tamen hic notandum, quod exorcismi licet habeant effectum, differenter tamen à baptismo. nam per baptismum datur hoī gratia ad plenam remissionem culparum, per ea vero, quæ in exorcismo agunt̄ excluditur duplex impedimentum gratiæ salutaris percipiēdæ, quorum vnum est impedimentum extrinsecum, prout dæmones salutem hoīs impedire conantur, & hoc primum impedimentum excluditur per exsufflationes, quibus potestas dæmonis repellatur, vt dr̄ August. in præsenti cap. inquantum. s. ad hoc, quod non possit præstare impedimentum sacramento suscipiendo, manet tamen potestas dæmonis in hoīe, quātum ad maculam peccati, & reatum pœnæ, quousque peccatum per baptismum tollatur. Et secundum hoc dr̄ Cyprianus, scias diaboli nequitiam, posse remanere vsque ad aquam salutarem, in baptismo autem omnem nequitiam mittere. aliud autem impedimētum est intrinsecum, prout. s. homo ex infectione peccati originalis habet sensus præclusos ad percipienda salutis mysteria. vnde Rabanus de institutione clericorum, & habetur infra c. postea tanguntur dr̄, quod per saliuam typicam, & sacerdotis tactum sapientia, & diuina salutem operatur cathecuminis, vt aperiantur eis nares, ad accipiendum odorem notitiæ Dei. vt aperiantur aures ad audiendum mandata Dei. vt aperiantur illis sensus in intimo cordis ad respondendum interroganti de fide. Ex quibus clarissime apparet responsio quæstionis, qua quæritur, an exorcismus sit necessarius. ¶ Ad rationes dicendum. Ad primam respondetur, quod per ea, quæ aguntur in exorcismo, non tollitur culpa, propter quam homo punitur post mortem, sed solum tolluntur impedimenta recipiendi remissionem culpæ per sacramentum. In tali ergo decedente ante baptismum exorcismus nō habet effectum in collatione gratiæ, sed solum ī debilitate potestatis dæmonis. & valet hoc ei tantum in vita. post mortem vero exorcismus non valet sine baptismo. vnde talis ante baptismum moriens damnatus est, cum decedat non renatus ex aqua, & spū sancto. quod vero præpositiuus dr̄, quod exorcizatus ante baptismum decedens, & moriens tenebras patiatur, non videtur verum, vt dicit Sanctus Thomas. quia tenebræ illæ in sola carentia diuinæ visionis consistunt, cum non habeant aliquam pęnam sensibilem. hæc autem in oībus æqualis erit, quia priuatio non recipit magis, & minus. ¶ Ad secundam respondeo, quod non solum de ratione sacramenti est, vt sit signum, & causa alicuius effectus, sed effectus principalis, qui est gratia remittens culpam, qua subuenitur perfecte morbo, contra quem sacramentum ordinatur, quod quidem non fit per ea, quæ aguntur exorcismo, sed solum habent effectum contra contrarias indispositiones & impedimenta gratiæ, & ideo non sunt sacramenta. sed sacramentalia quædam, quæ secūdum impedimenta multiplicantur, vt inquit Sanctus Thomas. ¶ Ad tertiam respondetur, quod exorcismus nō est dispositio sufficiens ad suscipiendam gratiam baptismalem, sed fides, & intentio, vel propria eius, qui baptizatur, si sit adultus, vel ecclesię, si sit paruulus. ea vero, quę agūtur in exorcismo ordinantur ad remouendum impedimenta, vt dictum est, & ideo sine eis potest aliquis consequi effectum baptismi. non tamen sunt huiusmodi prætermittenda, nisi in necessitatis articulo, & tunc cessante periculo debent suppleri. vt seruetur vniformitas in baptismo, nec frustra suppletur post baptismum. quia sicut impeditur effectus baptismi antequam percipiatur. Ita potest impediri postquam fuerit perceptus, vt dicit Sanctus Thomas in tertia parte. Lege textum. ¶ [Pellatur potestas] ne scilcet impediat à perceptione sacramenti. potestas dæmonis expellitur per exorcismos. in baptismo vero inquantum impedit à perceptione gratiæ [quæ decipit hominem]. s. per serpentem Genesi. 3. vnde dicit tamen Sanctus Thomas in prima parte. q. 45. argu. 4. quod in statu innocentiæ ante peccatum nulla deceptio potuit esse in homine, quia, vt dicit August. approbare falsa pro veris non est natura instituti hoīs, sed pœna dānati. Et ideo ad id, quod dr̄ apostolus 1. Cor. 2. ꝙ mulier seducta in præuaricatione fuit, respondet Sanctus Thomas ibidem. quod seductio illa, & si præcessit peccatum operis subsecutū tamen est peccatum etiā internæ elationis. dicit. n. August. 11. super Genesi. ad literam, quod mulier verbis serpentis non crederet, nisi esset iam menti eius amor propriæ potestatis, & quædam de se superba ꝓsumptio. Et ita accipiendum videtur dictum Bea. August. in hoc capitulo [vt possideret homines] quia. Ioann. 8. dr̄, qui facit peccatum seruus est peccati [non ergo] secunda pars, quia omnis creatura bona est. vnde nec diabolus inquantum à Deo creatus est exorcizatur siue exsufflatur, sed inquantum vitiosus, & hostis humanæ salutis.



Ostea. Sequitur vndecimum capitulum eiusdem partis, in quo magister Gratianus ponit ex authoritate Rabani id, quod fiendum est in exorcismo post exsufflationem, videlicet crucis signatio in fronte, & in pectore eius, qui exorcizatur. Et potest diuidi in duas partes. In prima facit, quod dictum est. In secunda assignat rōnem, cum ait, vt ab eo tēpore. cum omnia plana sint nihil discutiendum occurrit. Le. ¶ [Post ea]. i. post exsufflationem [in corde]. i. in pectore, quod est locus cordis [vt] 2. pars [apostata] refugus retro à bono abiens. Hu. [in vase suo] in quo tanquā vase quiescat [suæ intereptionis signaculum]. i. signaculum sanctæ crucis, per quod interemptus est. signaculum. n. illud tanquā signum summi regis fugiunt contrariæ potestates [alienum] i. à se alienandum de proximo, vel iam alienatum in parte. s. quo ad posse impedimentum præstare receptioni sacramenti, vt dictum est in cap. præcedenti.

1 *Sal quare ponitur in os pueri.*



X hinc. Sequitur duodecimum capitulum eiusdem partis, in quo magister Gratianus ponit tertium, & quartum, quæ sequuntur post in exorcismo. tertium est oratio, quæ fit

Scđm argu. — Tertium ar — Opponit in cōtrarium. — Secūda op. — Tertia opp. — Respondet. — S Thomas. — Prima opi. — Arch. — Scđa opin. — Cyprian. — Rabanus. — Ad primum argu. — Cōtra præpositiuum S. Thom. — Ad scđm. — Ad tertium — S. Thom. Exponit literam. — S. Tho. — Exponit literam Hugu.

quæ fit super eum, cum manus impositione. quantum est, quod ponitur sal benedictum in os baptizandi. Et diuiditur in duas partes. In prima facit, quod dictum est. In secunda assignat rationem eius, quod sal imponitur ori baptizandi. secunda ibi, per sal. sensus clarissimus est. nec eget aliqua disputatione, quare sequitur declaratio literæ. Lege.

Diuisio

Exponit literam.

¶ [Ex hinc] id est, post prædicta in superiori capitulo [orationes]. s. cum manus impositione, & hoc vt dæmoni per exsufflationem excluso viam præcludat, ne redire possit [sal typicum] i. figuratiuum. significat. n. sapientiam, siue scientiam qua homo conditur, tanquam cibus sale. præterea sal carnes cõseruat, & à putredine vermium defendit
1 † datur ergo sal in os pueri ad significandum, quod ille sapientiæ sale conditus fœtore careat iniquitatis, ne vermibus vltra &c.



Sal cœlestis. Sequitur decimũ tertium capitu. eiusdem partis. In quo magister Gratianus ex authoritate Bedæ inducit aliam rationem, quare sal in os baptizandi mittatur. Et hoc videlicet, quia ex authoritate veteris testamenti iubemur, in cunctis operum nostrorũ sacrificijs sal offerre. breue est. Et q̃dĩ clarissimum est, nec est opus hic alia disputatione. Le. ¶ [Sal cœlestis sapientiæ]. s. designatiuum. sal. n. sapientiam significat, sicut dictum est, secundum illud ad Colo. 10. sit sermo vester sale conditus. Et Matth. 5. vos estis sal terræ [quo initiantur cathecumini] .i. pregustãt ante baptismum. nullus. n. baptizatur priusquã sale cibetur, [offerre iubemur] Leuitici secundo. per quod significatur, quod in omnibus operibus nostris, quæ Deo tãquam bonum odorem offerimus debet esse admistum sal sapientiæ, id est vt sapienter, iuste, recte, & pie fiant. ita enim sapientia est condimẽtum virtutum sicut sal est omnium ciborum.


Exponit literam.



Denique. Sequitur. 14. capitulum eiusdem partis, vbi Gratianus ꝑsequens ordinem exorcismorum dĩ, quod iterum exorcizantur. s. in sequenti scrutinio, quia in quolibet scrutinio exorcizantur cathecumini. capitulum non diuiditur pro sui breuitate, & eius sententia ex prædictis clara est. Lege. ¶ [Denique]. s. media hebdomada, quia sicut dictum est, in quolibet scrutinio exorcizantur cathecumini. sicut. n. supra dictum est circa capitulũ ante viginti. In tertia hebdomada quadragesimæ fiunt duo scrutinia. s. feria quarta, & sexta. in hebdomada, quarta ter. s. feria quarta secunda, & sexta. in quĩta siue vltima fiunt duo. s. feria quarta, & sabbato. Ioãnes vero in gl. aliter dĩ ista scrutinia, quia ipse est opinionis, quod scrutinia inchoentur in feria quarta quartæ hebdomadæ, quæ dicitur media Hebdomada quadragesimæ, contra quem est capitulum ante viginti supra eadem distinctio. vt dictum.

Exponit literam.

1 *Exorcismi qua virtute expellant dæmones.*
2 *Potestas dæmonis maior est, quam cuiuscunque rei corporalis, vel sensibilis.*
3 *Diabolus quando dicatur eijci de mente hominis.*



Sacerdotis. Sequitur. 15. capitulũ eiusdem partis, in quo magister Gratianus de effectu exorcismorum loquens, dĩ iuxta capitula superiora, quod per exorcismum expellatur spiritus malignus de mentibus hominum, quæ expulsio intelligenda est per debilitationẽ potestatis dæmonis, ne possit tantum in homine, sicut ante baptismum, & alia bona in ipso impediat. sed potestas prædicta totaliter in baptismo aufertur. sicut etiam Pharao prius flagellatus est populo nõdum de ægypto egresso, & postea totaliter in mari rubro, quod est figura baptismi submersus. breue est, non diuiditur. circa præsens capitulum duo possunt quæri, primo, vtrum sit sacerdotum officium exorcizare, quod videtur hic innuere Beatus Grego. sed de hoc satis visum est supra e. di. ca. cathecismi. secundo quæritur qua virtute exorcismi habent expellere dæmones, siue arcere eorum potestatem. Et fuerunt aliqui, qui dixerunt, quod exorcismus naturali virtute expellere habet diabolicam potestatem. hãc opinionẽ, quidã probare nituntur. primo authoritate ex illo, quod habetur. 1. Reg. 16 quod Dauid cytarizando reprimebat potestatem maligni spiritus a vexatione Saulis. virtuosior autem est vox prolata ab homine, quam à cythara. secundo rõne sic oĩs, effectus participat aliqd de virtute suæ causæ, causa autem vocis humanæ est, quid cõpositum ex corpore, & anima. ergo in voce hoĩs est aliqd de virtute corporis, & virtute animæ. vnde dĩ Hieron. habet aliquid latentis energiæ viuæ vocis actus. dicunt igit, quod quamuis exorcismus non possit arcere dæmonis potestatem ratione corporalis virtutis tantum, potest tamen virtutis animæ, & hoc multipliciter. primo faciendo in baptizando aliquam dispositionem, qua magis est indispositus ad patiendum à dæmone. secundo directe agendo in ipsum dæmonem, non obstante quod fortior sit eius naturalis virtus, quã virtus animæ naturalis, sicut est ignis, quã uis sit potentior terra, tamen agens in eam debilitatur ab eius virtute inquantum ratione suæ materiæ inferior est forma terræ, sic dæmon, vt dicunt ratione sui passibilis potest pati à virtute vocis hoĩs, quæ virtus est in ea ab actiuo ipsius animæ, & ideo si per naturalem virtutem ipsius vocis, non possit vinci totaliter potestas ipsius dæmonis potest tamen debilitari per eam. ¶ In oppositum huius videtur esse te. præsentis cap. vbi Beatus Gregorius ait. sacerdotes per baptismi gratiam &c. non dĩ naturam, ergo exorcismus gratia diuinæ virtutis operatur non naturalis virtutis proprietate. ¶ Respondeo dicendum, quod exorcism⁹ non operatur effectum suum circa expulsionẽ dæmonis, aut debilitatis potestatis eius virtute naturali, sed diuina siue supernaturali. Ista conclusio habet duas partes. prima est, quod exorcismus virtute naturali non expellit dæmones, secunda est, quod hoc faciat gratia diuinæ virtutis. prima pars ostendetur dupliciter authoritate. s. & rõne. authoritas expressa habetur Iob 11. vbi dĩ de diabolo, non est, potestas super terram, quæ ei comparetur. ex qua authori-
2 tate manifeste patet, † quod maior est potestas dæmonis, quam cuiuscunque rei corporalis, vel sensibilis. & per consequens, quam vocis humanæ, que est, quædam res sensibilis immutans auditum. ratione sic. anima exorcisantis nõ potest per naturalem virtutem facere aliquam impressionem in animam intellectiuam, nec etiam sensitiuam hoĩs exorcizandi, cum etiam nec dæmon per naturalem virtutem suam potest immediate transmutare res naturales, nisi secundum locum, & formam artificialem. non ergo potest exorcismus virtute naturali animæ exorcizãtis aliquã dispositionem causare in homine siue adulto, siue paruulo, per quam magis sit indispositus ad suscipiendum dæmonis actionem, & si hoc virtute illa non potest agere in hominem, multominus in dæmonem. ¶ Circa secundam partẽ conclusionis, quæ est ꝙ exorcismus id agit circa dæmonis potestatẽ potestate diuina. Est duplex modus dicẽdi, vt tangit dominus Petrus de Palude in 4. dist. 6. quidam .n. dicunt, quod virtute diuina inhærente siue inexistenti in exorcismo eo modo, quo dictum est de sacramentis nouæ legis, sed iste modus loquendi non placet aliquibus, quia cum exorcismus sit institutus ab ecclesia, & constet per hoc, quod aliquid ab homine ordinatur ad aliquid, non propter hoc aliqua forma realis, vel virtus fiat in eo, quam prius non haberet, sed solum relatio rationis. sicut verba consecrationis calicis nihil ponunt in calice. non videtur quomodo in exorcismis dicatur, virtus aliqua diuina inexistere, sunt alij qui dicunt, quod exorcismus virtute diuina nõ inhærente, sed assistẽte operatur. dicunt. n. ꝙ virtute diuina ex decreto siue pactione diuinæ misericordiæ assistente ipsi exorcismo potestas dæmonis expellitur eo modo, quo dictum est. s. cohibendo eum ne impedimentum præstet susceptionis ipsius baptismi, & eius effectui, isti per consequens dicunt, quod exorcismus non solum ex opere operante. i. fide ecclesiæ per modum orationis, & suffragij. se ex opere operato habet effectum suum, non tamen per inhærentem virtutem, sicut dĩ de sacramentis nouæ legis, sed ex pactione diuina. Et si quæratur, vnde habetur testimonium in scriptura, ꝙ ita peregerit Deus cum ecclesia, respondetur ab illis, quod Lucæ 10. vbi Christus dĩ. qui vos audit, & dedit vobis potestatem calcandi super omnem virtutem inimici, dedit hanc potestatem ecclesiæ, quod quando diceret id, quod ꝑ eam ad hoc institutum est, Deus faceret voluntatem illius magister vero Alexander de Halis quærens in 4. vtrũ verba exor-

Prima qõ. Secũda qõ. Primum ar. Secũdũ ar. Hieron. Opponit in cõtrarium. Respondet. Pet. de pal. Quæstio. Respondet. Ale. de Ha.

ba exorcismorum habeant aliquam virtutē,& si sic, quo modo dr̄ sic,hanc vim habere dicuntur, vt cum proferunt̄ adest virtus diuina,ministerio bonorū angelorū, cohibēs malignam potestatem principum huius aeris, in hoc iuuantes rōnalem creaturam ad quam custodiēdam sunt da ti.Et iste modus potest accipi ex eo,quod dr̄ Adamantius super Iosue.15.in gl.quæ sic incipit. nō parū vtilitatis &c. vbi sic.dr̄ sicut apud infideles contrariæ virtutes audientes illa nomina assunt,& dant operā in hoc, ad quod se inuocari ad illos,vel illo nomine sentiunt officij sui rem,cui se mancipauerunt impedientes,tanto magis cœlestes virtutes,quæ nobiscum sunt libenter accipiunt,si verba scripturæ & horū nominum appellationes,vel carmina quædam,& incantationes ex ore nostro promamus, & si.n. ea non intelligamus illæ virtutes intelligunt,& velut carmine quodam inuitare adesse nobis,& ferre auxilium delectantur.hæc in gl.Et sic ꝙ patet exorcismus non naturali virtute,sed diuina immediate,vel mediantibus angelis habet effectum suum.¶ Nunc respondendum venit ad argumenta primæ opinionis.Ad primam inducentem primā authoritatem 1.Reg.16.rn̄detur negando cōsequentiam, quia cythara Dauid non compescuit virtute sua naturali dæmonem.vn̄ gl.eiusdem authoritatis ita habet. Dauid in cythara sua malignum sp̄um compescuit,nōn ꝙ tanta vis esset in cythara, sed in signo crucis Xp̄i cuius typus in ligno,& chordarum extensione gerebatur.vn̄ vt dr̄ Nic. de lyra super eodē verbo 1.Re.16. ꝙ licet per melodiam virtute naturali Saul leuius poterat ferre vexationē sp̄us maligni eo modo,quo ipse ibidem declarat,tn̄ malign' sp̄us non recedebat,sed mag's virtute diuina īmediate,vel me diātibus angelis sanctis ex merito Dauid,qui laudes diuinas in cythara canebat pro salute Saulis. ¶ Ad secundam respōdetur,ꝙ rō illa nihil valet.quia cum sp̄us sint incorporales per suas virtutes non sic possunt naturas suas adimere,transmutare,nec earū naturales virtutes,sicut generabilia possunt suas naturas per suas virtutes naturaliter mutuo transmutare.præsupponere ēt vī rō illa,ꝙ dæmones habeant aliqua corpora naturaliter vnita prout posuerunt aliqui Platonici.vnde Apuleius dr̄.ꝙ dæmones sunt aīalia aerea,mente rōnabilia,tempore æterna non passiua.quod si esset verum posset concedi, vt dr̄ Nicolaus de lyra,vbi supra,ꝙ ex aliquibus rebus sensibilibus dæmones possunt immutari,& ab afflictione hoīm repelli. sed quia sacra scriptura,& fides catholica asserit dæmones esse de natura angelica,& quod naturalia remāserunt in eis integra,quamuis sint per malitiam, deprauati oportet cō sequenter dicere,ꝙ nulla res sensibilis,aut virtus corporalis potest in eis aliquid agere directe,vel indirecte,cū sint omnino sp̄uales substantiæ,per quod possint ad aliquid compelli,nec per consequens ab obsessis corporibus expelli.virtute autem diuina quæ superior est potest hoc fieri immediate,vel mediantibus sanctis angelis,qui frequēter in talibus sunt executores diuinæ voluntatis. Et hæc sufficiant pro nunc de hac materia.Lege. ¶ [Sacerdotes] licet exorcizare ad exorcistas pertineat ex ꝑprio officio ordinis,vt 25.dist.perlectis.nihilominus tamen est superiorum ordinum.veruntamen,vt dr̄ sanctus Thomas in 4. dist.6.propter ostendendam vnitatem baptismi consuetū est in ecclesia,quod ad baptismum pertinet expleatur ab vno.s.à sacerdote,& præcipue nūc,quando non venit magna simul multitudo ad baptismum,& sunt multi sacerdotes,& secundum hanc consuetudinem loquitur hic Greg. cum sacerdoti attribuit actum exorcizandi. In primitiua autem ecclesia,quandoque magna turba simul ad baptismum accedebat,& erant pauci sacerdotes,vnde huiusmo di sacramentalia alia relinquebantur minoribus ordinibus[gratiam.]Non dr̄ naturam, in quo recte reprǽhenditur opinio,de qua in quæstione visum est dicentium exorcismis propria virtute naturali posse arcere dæmonis potestatem[inhabitare eorum mentes] Nō est intelligēdū,ꝙ maligni sp̄us per essentiā inhabitēt mētē hominis,quia solus Deus mēti humanæ illabitur. Sed per effectum,& operationem dicuntur inhabitare mentes malorum hoīum. Sicut de hoc notauimus supra dist.2.circa cap.sicut Iudas. Contradicere ergo,ne malignus spiritus mētem alicuius hominis inhabitet,est contradicere,ne in eo malignus spiritus habeat aliquem effectum siue operatione dæmonia eijciuntur debilitando,& diminuendo eorum potestatē,

Origines.

Ad primum arg.

Ni. de lyr.

Ad scd̄m.

Apuleius.

Nic. de lyr.

Exponit literam.

S. Thom.

quod fit prohibendo ne nocere possint quantum velint.
3 †vnde vt ex dictis patet, tunc dicitur diabolus eijci de mēte hominis, quādo non sinitur ibi operari.vnde quāto minus valet operari diabolus in mente alicuius hominis, tanto magis dicitur eius potestas diminui in illo, & cum nihil permittitur operari dicitur omnino expelli siue eijci de illo.

1 *Oculi baptizandi quare non liniantur.*
2 *Sex obseruantur in exorcismo.*



POstea. Sequitur.16.capitulum eiusdem partis,in quo magister Gratian. prosequendo ordinem eorum, quæ fiunt in exorcismo ponit quintum, quod est aurium,& narium cum sputo linitio. Et diuiditur in duas partes.In prima agit,quod dictum est.In secunda assignat rationem eius,quod fit. secūda ibi,vt.n.sacramentum.Quinto autem loco fit narium ex sputo linitio.vt dr̄ Sanctus Thomas in quarto dist.6. ad designādum remotionem illorum, quæ præcipue possunt impedire fidei doctrinam.cuius sacramentum percipiendum est, potest.n.impediri,ne recipiatur, & contra hoc aperiuntur sputo aures ad recipiendum fidem ex auditu per verbum Dei,& nares ad quærendum doctrinam fidei,per odorem bonum notitiæ suæ sparsum in cōuersatione,& doctrina sanctorum.Ad similitudinem eius, qd̄ Deus luto ex sputo facto liniuit oculos cæci nati.Sed quæ
1 ri potest†cur non liniuntur oculi baptizandi. respōdetur secundum Sanctum Thomam,quod ideo non liniuntur, quia oculus sue visus inuentioni seruit.fides autem non est per inuentionem humanam. dominus autem Bonauētura dr̄,quod linitio aurium,& narium cum sputo fit,vt significetur gratia ad discernendum, & obediendum. sed quia de istis satis diffuse tex. loquitur legamus literam.Lege.¶ [Postea].i.post alia,quæ ordine exorcismorum præ
2 cedunt.†Obseruantur.n.sex in exorcismo.primo est exsufflatio ad dæmonis expulsionem. secundo crucis signatio in ore,& in pectore,vt dæmon cognoscat se expellendum tam in occulto cordis,quam in aperto confessionis, vt dr̄ dominus Bonauentura.vel vt significet dispositionem ad fidem in corde,& ad nō erubescendam fidei cōfessionem in ore secundum Alexandrum.tertio venit oratio,cū manus impositione,quæ fit vt iam excluso dæmoni præcludatur via redeundi.quarto loco est salis in ore positio. & hoc vt dicit Bonauentura.vt significetur,quod per baptismum sapor diuinæ sapientiæ præparatur,& fœtor fomitis refrigeretur.quinto loco fit aurium,& narium linitio, de quo in præsenti cap.verbum euangelicum. Matthæi.7. [hoc]secunda pars.assignat rationem,propter quam fiat, ꝙ dictum est[sacr̄m].i.sacrale[tipicam].i.figuratiuam diuinæ sapiētię.per hoc.n.quod aures eius saliua tanguntur, significatur,ꝙ diuina sapiētia,quæ ex ore altissimi fluxit, ꝑ aures eius in mētē eius intret, aut intratura in baptismo sit,eaq; suaue redoleat,saliua nēpe Christi dulcedo est verborum ex ore eius defluētiū, & ipsa Xp̄i diuinitas est,quæ salutem operatur.nares etiam tāguntur, vt aperiri intelligātur ad percipiendum odorem notitiæ Dei,vt.s.diuinā suscipiant virtutem per quam bonum à malo discernant odorem,& sanam doctrinam separare valeāt à fetore hæreticæ prauitatis. vnde Can.7.dr̄.Nasus tuus sicut turris libani,quæ respicit contra Damascum [ex intimo corde] ad sp̄ualia discernendum,& os ad fidem Christi confitendum[respondendum].s.sacerdoti de articulis fidei interroganti.Hugu.



PRopter. Sequitur capitulum decimū septimum eiusdem partis, in quo magister Gratianus ex authoritate Ambrosij in libro de sacramentis dicit in summa,quod os non sit liniendum saliua sicut aures, & nares liniuntur. plana sunt. Lege.¶ [Propter gloriam] id est dignitatem [muneris] scilicet eucharistiæ quæ ore sumitur[ tunc propter gloriam]id est dignitatem operis,scilicet prædicationis,quæ etiam ore exercetur. Hugut. & sequuntur eum omnes iuristæ[accipiant].i.habiles fiant ad accipiendum [ pie a tis æternæ].i.diuinæ bonitatis odorem,de quo sapientiæ primo.sentite de domino in bonitate.

Diuisio.

S. Thomas

Quæstio. Respondet. S. Tho. Bonauent.

Exponit literam.

Bonauent.

Ale.de Ha.

Bonauent.

1 *Baptizandus an conuenienter veniat vngendus ante baptismum.*

2 *Unctio triplex est circa baptismum.*



DEinde. Sequitur 18. capitulũ eiusdem partis, in quo magister Gratianus ex authoritate Rabani prosequitur sextum, quod fit in exorcismo ante baptismũ, videlicet, quod inungitur in pectore, & inter scapulas oleo sanctificato. Et diuiditur in tres partes. In prima facit, quod dictum est. In secunda assignat rõnem, quare inungatur in pectore. In tertia quare inungatur inter scapulas. secunda ibi inũgitur Petrus. tertia ibi, inungitur &c. ¶ Pro præsentis c. pleniori intelligentia, quæritur† vtrum conuenienter baptizandus ante baptismum veniat vngendus. Et videtur quod non, quia cum talis vnctio detur ad robur, videtur pertinere ad sacramentum confirmationis. ¶ In oppositum est tex. præsentis cap. ¶ Respondeo dicendum iuxta S. Tho. in 4. d. 6.

Quæstio.

Opponit et Respondet. S. Thom.

2 quod circa baptismum triplex est vnctio. vna est quæ fit oleo sancto ante baptismum, quod dr̃ ad cathecuminos. Et hæc secundum Dionysium, & Ambrosium fit etiam in signum pugnæ contra inimicum sicut athletæ inungũtur, vel secundum Rabanum, vt nullæ reliquiæ latentis inimici resideant, quia quod emolitum est facilius ablui ab intrinsecis sordibus potest. secũda fit post baptismũ de chrismate in vertice, vt sicut per ablutionem aquæ significatur emundatio à peccatis. Ita per chrismatis inunctionem in vertice significatur gratia collata in mente ad bene operandum, vt odor boni exempli ad alios diffundatur. tertia fit in confirmatione, de qua postea dicetur distin. 5. Ex quibus patet tam cõueniẽtia inunctionis, de qua loquitur textus noster, quam responsio ad argumentum factum in oppositum. non. n. omnis vnctio, quæ datur ad robur pertinet ad sacramentum confirmationis, sed illa, quæ datur ad robur in confessione fidei contra pressuras mundi. Lege. ¶ [Deinde]. i. post alia superius dicta [inungitur] in pectore, & inter scapulas oleo exorcizato ante, & retro. s. in pectore, & inter scapulas, vt vndique muniatur [inũgitur pectus]. i. in pectore [vngitur inter scapulas] in scapulis. n. portantur onera, & ideo per scapulas intelligitur robur, & fortitudo hoĩs. vngitur ergo homo inter scapulas, vt ad mandata diuina perferenda fortis & robustus efficiatur. ergo secundum hoc per pectus fides intelligitur per scapulas operatio. vnguntur ergo, vt ad fidem, & operationem roborentur, vel in pectore inunguntur, vt capaces sint ad intelligendum verbum Dei, in scapulis vero, vt robusti sint ad portandum iugum domini.

3 *Spiritus sanctus qualiter dicatur descendisse super Christum corporali specie, sicut columba. & nu. 4.*



VEnit sacerdos Sequitur. 19. capitulum huius partis, in quo magister Gratianus assignatis sacramentalibus præcedentibus baptismũ. s. cathecismis, & exorcismis, descendit ad loquendum de ipso baptismo, puta de benedictione fontis, & verbis quibus baptismus cõfertur. Et diuidi potest in tres partes. In prima ponit, quibus verbis benedicatur fons, sine quibus baptismus ipse confertur. secundo ponit, quod baptismo adest præsentia trinitatis, & quod ibi descendit spiritus sanctus inuisibiliter, sicut in specie columbæ descendi super Christum baptizatum visibiliter. tertio videtur respondere cuidam tacitæ quæstioni, videlicet quare spiritus sanctus non descendat visibiliter nunc in baptismo singulorum, sicut olim descẽdit super Christum in eius baptismo, & in die pẽtecostes descendit super apostolos. secunda ibi, præsentia trinitatis. tertia ibi, primo descendit. pro pleniori intelligẽtia huius cap. quæruntur duo.

Diuisio.

1 ¶ Primum est, vtrum spiritus sanctus descendat super baptismum.

2 ¶ Secundum, vtrum conuenienter super Christum baptizatum spiritus sanctus dicatur in specie columbæ descendisse.

1 Ad primum Sic proceditur.† Et videtur, quod nõ sit verum, quod spiritus sanctus descẽdat in baptismo super eum, qui baptizatur. ¶ Primo sic. quia aut hoc esset visibiliter, aut inuisibiliter. sed neutro modo descendit, ergo antecedens patet, quia non visibiliter, cum non videatur. quod vero non inuisibiliter arguitur sic. illud. n. quod secundum se est vbique non videtur vsquam secundum se descendere, cum descendere sit moueri de vno loco ad alium. sed spũs sanctus cũ sit deus, est vbique: ergo non potest in quenquam locum de nouo descendere. ¶ Secũdo quia fortassis, si quis vellet dicere, ꝙ spũs sanctus potest dici descendere super baptizatum, qa nouo modo incipit esse in eo, secundum quem prius non erat. arguitur sic. ẜm Dionysium, & philosophum libr. de causis, Deus eodem modo se habet ad oĩa, sed iste modus diuersus est in creaturis ex diuersis perfectionibus, quas ex Deo consequuntur. ergo hoc ꝙ spũs sanctus dicatur esse alter in baptizato, quam prius fuit, non est ꝑpter aliud, nisi quia baptizatus aliquem effectũ cõsequitur, quẽ prius non consequebatur, & ita vr̃, ꝙ non, propterea spũs sanctus dicendus est descendere. ¶ Tertio, quia si rõne collationis donorũ spũs sanctus dicatur descẽdere in eos, in quib. donantur, sequeretur, ꝙ in collatione cuiuslibet doni, aut perfectionis, quam de nouo quis recipit à Deo spũs sanctus dicendus est descendere in eum, quod falsum est.* In oppositum est textus præsentis cap. vbi dr̃ B. Ambrosius. præsentia trinitatis adest, operatur sermo æternus & descendit spũs sanctus. ¶ Respondeo dicẽdum ꝙ verum est, ꝙ spũs sanctus descẽdit in baptismo in sanctificationem eius, qui baptizatur. hæc conclusio est B. Ambrosij in præsenti cap. pro cuius probatione, & intelligentia est aduertendum, ꝙ descensus iste non intelligitur localis, quia talis diuinæ personæ non conuenit. sed descensus iste intelligitur ꝑ modũ diffusionis diuinæ liberalitatis, qua se spũs sanctus diffundit in collatione donorum suorum rõnali creaturæ in eius sanctificationem, quam in baptismo facit. ẜm illud ad Titum tertio. saluos nos fecit per lauacrũ regenerationis, & renouationis spũs sancti, quem effudit in nos abunde. vnde Aug. in lib. de essentia diuinitatis dr̃, descendere Dei est, qñ aliquando nouum, ꝙ ante non fuerat in natura humana operatur, sicut filius Dei descẽdisse narratur, qñ veram carnem ex virgine Maria sumpsit. patet ergo, ꝙ descensus spũs sancti (de quo in præsenti loquimur) nihil aliud est, quam processus temporalis, quo vt dr̃ Au. 3. de trini. spũs sanctus temporaliter ꝓcedit ad sanctificandum creaturam. ¶ Ad rõnes. Ad primam respondetur negando antecedens pro ea parte, in qua dr̃, ꝙ spũs sanctus non inuisibiliter descẽdit, & ad rõnem patet solutio. procedit. n. rõ de descensu locali, talis aũt (vt dictũ est) diuinæ personæ non conuenit. ¶ Ad secundam rñdetur negãdo consequentiam, qm̃ vt dr̃ S. Tho. in 1. sñiarum d. 15. licet ille modus aliter se habendi diuersificetur ex diuersis donis receptis in creatura, tñ relatio creaturæ non sistit in donis illis, sed vlterius tendit in eũ per quem dona illa dẽtur, & ideo possumus significare nos alio modo habere spiritum sanctum, & spiritum sanctum aliter haberi à nobis, & hoc significatur, cum dr̃ ipsemet in nos procedere, vel nobis dari. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequẽtiam. non. n. est simile de omnibus donis, quæ à Deo procedunt, in solis. n. donis gratum facientibus attenditur iste processus, siue recessus diuinæ personæ, quæ dona proximo nos iungunt vltimo fini. præterea cum spiritus sanctus non dicatur procedere in aliquem nisi, quem inhabitat Deus, sicut in templo suo, quia per spiritum sanctum efficitur quis templum Dei 1. Cor. 6. Sed in nullo dicitur habere, nisi per gratiam gratum facientem, quare secundum donum tantum gratiæ gratum facientis attenditur temporalis processio spiritus sancti, siue eius descensus. cum ergo in baptismo sanctificationem operatur animæ, ipse spiritus sanctus, patet, ꝙ recte spiritus sanctus descendere dicitur in baptismo.

Primum ar

Secũdũ ar

Opponit in cõtrarium Respondet.

Augustinus

Ad primum argu.

Ad scđum S. Thomas.

Ad tertium


2 Ad secundum Sic proceditur. † Et vr̃ ꝙ incõuenienter spũs sanctus sup Christũ baptizatum dicatur in spẽ columbæ descendisse. ¶ Primo sic. spũs. n. S. habitat in hoĩe per grãm, sed in hoĩe Christo fuit plenitudo gratiæ à principio suæ conceptionis, quia fuit vnigenitus à patre, vt ex supra dictis patet. ergo non debuit spiritus ad eum mitti in baptismo. ¶ Secundo sic. Christus dr̃ in mundum descendisse per mysterium incarnationis, qñ exinauit semetipsum formam serui accipiẽs, sed spiritus sanctus nõ est incarnatus. ergo incõueniẽter dicitur

Primum ar

Secundum argu.

Tertium ar.
dr̄, ꝙ spūs sanctus descenderit super eum.¶Tertio in baptismo Christi ostendi debuit sicut in quodam exemplari id,quod fit in nostro baptismo sed in nostro baptismo nō fit aliqñ missio visibilis spūs sancti, ergo nec in baptismo Christi debuit fieri visibilis missio spūs sancti.¶ Quar-
Quartū ar.
to spūs sanctus à Christo in oēs alios deriuatur ꝯm illud Io.j de plenitudine eius nos oēs accepimus,sed sup apostolos spūs sanctus descendit non in specie columbæ, sed in specie ignis, ergo nec super Christum in specie columbæ descendere debuit.sed in specie ignis.¶ In oppositum est
Opponit in cōtrarium.
textus præsentis cap.sumptus ex cap.Luc.2.vbi dr̄. descendit spūs sanctus corporali specie sicut columba in ipsum.
Respondet.
¶ Respondeo dicẽdum, ꝙ veraciter spūs sanctus sup Christum baptizatum descendit in specie columbæ.patet hæc conclusio ex inducta authoritate euangilica,quæ expresse ita habet,rōne etiam sic probatur,vt.n.dr̄ S.Thom.in 3.
S. Thomā
parte.hoc quod circa Christum factum est in baptismo sicut dr̄ Chry.super Mattheum pertinet ad mysterium omnium,qui postmodum fuerāt baptizandi.omnes autem, qui baptismo Christi baptizātur spūm sanctum recipiūt, nisi ficte accedant secundum illud Mat.3.ipse vos baptizabit in spū sancto, ergo conueniens fuit, vt super baptizatum dominum spūs sanctus descenderet.¶ Ad rōnes re-
Ad primum arg.
spondetur, ꝙ non dr̄ descendisse spūs sanctus super Christum in baptismo tanquam nouiter adueniens in ipsum, qui ab instanti conceptionis spū sancto plenus erat, sed in signum,vt dictum est,quod q̄ baptizandi erāt suscepturi erant spūm sanctum,vt.n.B.Aug.15.de trinitate ait absurdissimum est dicere,quod Christus,cum esset triginta
Aug.
annorum accepisset spūm sanctū, sed venit ad baptismū sicut sine peccato,ita non sine spū sancto,si.n.de Ioan.scriptum est.ꝙ replebitur spū sancto ab vtero matris suæ, qđ de homine Christo dicendum est,cuius carnis ipsa conceptio nō carnalis,sed spūalis fuit. nunc ergo.i.in baptismo corpus suum.i.ecclesiā præfigurare dignatus est in qua baptizati præcipue accipiunt spūm sanctum.hæc Aug.¶ Ad
Ad scd̄m
secundam dicendum negando cōsequentiam . vnde dicit
3 Aug.in secundo de trinitate† spūs sanctus dr̄ descẽdisse super Christum corporali specie sicut columba,non quia ipsa substantia spūs sancti videretur quæ est inuisibilis, nec ita ꝙ illa visibilis creatura ĩ vnitate personæ assumeretur. dr̄ ergo spūs sanctus descendisse super Christum non rōne vnionis ad columbam,sed rōne ipsius ad columbæ significantis spūm sanctum, qui descendendo super Christum venit.vel etiam ratione spiritualis gratiæ quæ à deo per modum cuiusdam descensus in creaturam deriuatur secundum illud Iacobi primo omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est descendens à patre luminum. ¶ Ad tertiam rñde.negando consequentiā.
Ad tertium
non.n.est simile de baptismo Christi,qui quasi erat principium inchoatiuū,& consecratiuum nostri baptismatis, & de baptismo aliorum.quia sicut dr̄ Chrys.super Matth. in
Chrysosto.
principijs spūalium rerum semper sensibiles apparent visiones propter eos, qui nullam intelligentiam incorporalis naturæ suscipere possunt,vt si postea non fiat ex his, q̄ semel facta sunt recipiant fidem,& ideo circa Christū baptizatum corporali specie spūs sanctus visibiliter descendit,vt super omnes baptizatos postea inuisibiliter credat̄ descendere.¶ Ad quartam dicendum negando ēt cōsequẽ-
ad quartum
tiam,quare autem spūs sanctus in columbæ spē apparuit super Christum baptizatum multa reperies notata supra e.dist.circa ca.aliud.repetimus ēt nunc cum S. Tho. in 3.
4 parte† ꝙ spūs sanctus rōnabiliter super Christum descendit in baptismo in spē colūbę,quę est aīal fęcūdū ad ostendendum in Christo authoritatem donādi grām per spūalem regenerationem.vñ vox patri intonuit, hic est filius meus dilectus,vt ad similitudinē vnigeniti alij regenerarentur,super apostolos autem in spē ignis descendit propter duo,vt idem S.Tho.dr̄.in 3.parte.primo quidem ad
S.Thomas
ostendendum feruorem,quo corda eorum erāt calefaciēda,ad hoc,ꝙ Christum vbique inter pressuras prædicarēt linguis,& iō in igneis linguis apparuit.vñ Au.sup Ioā.duobus modis ostendit visibiliter Deus spūm sanctū. s. per co-
Augusti.
lumbā super dñm baptizatum,& per ignem super discipulos congregatos,ibi simplicitas,hic furor ostenditur,ergo ne per spūm sanctificati dolū habeant in columba demōstratᵒ est,& ne simplicitas frigida remaneat ĩ igne mōstratus est.secundo, qa sicut Chys.dr̄.cum oportebat delictis ignoscere,ꝙ fit in baptismo mansuetudo necessaria erat, q̄ mōstrabatur in columba,sed vbi adepti sumus grām restat iudicij tps,ꝙ significatur p ignem.Lege. ¶ [Venit sacerdos].s.post litanias,& orationes ad consecrationē fon- Exponit literam.
tis baptismatis,& inuocat sanctam trinitatem.s.patrē & filium,& spūm scm̄.quia in inuocatione sanctæ trinitatis cōsecratur ipsum baptisma[vtitur].s.postea im mergendo [verbis cęlestibus].i.forma euangelica à Christo instituta .s.in nomine patris, & filij,& spūs sancti[præsentia trinitatis adest]sicut.n.in baptismo Xp̄i apparuit tota trinitas.s. pater in voce,& filius in carne, & spūs sanctus in colūba, ita in bapismo nostro adest ipsa sancta trinitas ad aq̄ bñdictionem,ad pctōrum remissionem,& ad gratiæ infusionē & baptizati sanctificationem.ab ipsa.n.sancta trinitate,& baptisma consecratur,& virtutem, & efficaciam sortitur [sermo æternus].i.filius dei qui dr̄ verbum . in principio apud Deum.Io.1.sermo est ipsa forma baptismi, à Christo instituta,ac gratia operatiuæ sempiterne virtutis fœcūdata siue plena[ibi descendit spūs sanctus]ad sanctificandum aquas ipsas, & faciẽdum remissionem peccatorum, ꝙ figuratū est Gene.1.vbi dr̄ spūs dñi ferebat̄ super aquas. & infra.e.d.c.spūs sanctus[& primo quasi colūba].i.in spē columbę,& hoc fuit super Xp̄m in baptismo eius,sicut dr̄ Luc.3.de quo dictū est in qōne & in c.aliud supra e.d.[vt] 2.pars.vr̄ rñdere cuidam qōni,qua q̄ritur. quare visibiliter descendit sup Xp̄m,& super apostolos,& non ita descẽdit visibiliter nunc super baptizatos[vt increduli vocarẽtur ad fidē]in principio signum debuit esse,& est optima rō quia aliter trahunt̄ ad fidem increduli siue infideles.& aliter fideles,vt dr̄ S. Th.sup Io.Nā infideles nō posũt trahi,nec duci authoritate sacræ scripturæ, qa ei nō credũt, nec per rōnem naturalē,quia fides est supra rōnem , & iō S. Tho.
ducendi sunt p miracula 1.ad Cor.9.signa data sunt infidelibus.fideles aūt ducendi sunt,& dirigendi in fide authoritate scripturæ,cui tenentur credere[in posteriorib.perfectio]quib.ad credendum signa non sunt necessaria , sicut paruulis in fide,q non nisi sensibilib.signis ad credendum mouentur,sicut illi,qbus dicebat Xp̄s Io.6.Nisi videritis signa,& pdigia,non credetis.& 1.q.1.cum scriptura [apostolis]act.2.[in igneis linguis]rō assignata est ĩ qōne. factū est ēt sic ad ostendendū effectum doctrinæ. vñ sequit̄[ loquebantur varijs linguis ] nā ad sciam pertinet lingua,,& ignis,qui testes roborat ad robur,& fortitudinē[ in plenitud ne ecclesiæ.i.iam dilatata ecclesia[nō signa]q̄ in principio plātationis fidei necessaria esse videntur[sed p fidē veritas est colligenda].i.cognoscenda ac intelligenda.ꝯm illud Esa.7.ꝯm aliam translationem nisi credideritis non intelligetis,& ita nunc non est necessarium , vt sup baptizatos spūs visibiliter descendat,sicut descendit in principio sup Christum,cū baptizaretur,& super apostolos in die pentecostes,dum instituti sunt doctores ecclesiæ & p̄dicatores verbi Dei.præterea,vt dr̄ S.Th.in 1.parte q.43. Nō est de necessitate inuisibilis missionis,vt semper manifestetur p aliquod signum sensibile exterius.sed sicut dr̄ S.Tho.
1.Ad Cor.12.manifestatio spūs datur alicui ad vtilitatem .s.ecclesiæ.q̄ quidem vtilitas est vt per hmōi visibilia signa fides confirmetur,ꝙ principaliter factum est per Christū, & apostolos.& iō spāliter fieri debuit missio visibilis spiritus sancti ad Christum,& apstolos,& alios primitiuos sanctos in quibus quodammodo ecclesia fundabatur.

2 *Expressio trium personarum est de necessitate baptismi.*
*Et similiter actus, & personę suscipientis.nu. 3.*
*Non tamen baptizantis.nu 4.*
*Nec amen.nu. 5.*
6 *Gręci qualiter baptizent.*
7 *Nomen dicitur quasi notamen.*
9 *Mutatio in forma verborum fit sex modis.*
10 *Variatio vocum fit tripliciter.*
11 *Græci differunt à nobis quantum ad tria in baptismo.*
12 *Vtile non vitiatur per inutile.*



SI non. Incipit.12.pars huius dist.in qua magister Grat. ex authoritate B. Augu. in libro de vnico baptismo ponit,ꝙ qualiscunque error contingat in verbis sacramentalibus,quibus cōsecratur,& baptismus perficit̄, dum tñ inte gra

gra forma maneat à Christo instituta nihil obest baptismo. Et potest diuidi hoc cap. in tres partes. In prima osten dit illud vna ratione, quia si ita esset, tunc cum talia verba erronea ignoranter à multis etiam bonis contingat dici inter præces, & orationes, quæ fiunt in benedictione fontis, & quandoque aliqua ignoranter in verbis sacramentalibus, sequeretur, quod sæpe in baptizatis fuisset erratum, quod tamen non creditur. secundo ponit aliam rōnem, videlicet quod plures licet reperiātur talibus verbis baptizati, non rebaptizantur. ergo videtur, quod vitium illud non euacuat vim verborum sacramentalium. tertio ostendit, ꝙ hoc videlicet, quod error nō contingat in baptizatis ex errore habito in verbis sacramentalibus propter bonum affectum, quem talis baptizans habeat licet ex ignorantia talia verba proferat, quia hæreticus de quo certum est, quod bonum affectum non habeat, si talia verba proferat erroribus quandoque plena, dum tamen verba sacramentalia obseruet illæsa, & dum in forma ecclesiæ baptizet verum baptisma confert. vnde patet, quod hoc non conuenit ex bono affectu, quo ille caret, sed ex vi verborum Christi. secunda ibi, nunquid. tertia ibi, nō vtique. pro intelligentia huius partis, & aliorum capitulorum de hac re loquentium quæruntur duo.

*Diuisio*

1 ¶ Primum est, vtrum hæc sit cōueniens forma baptismi. ego te baptizo in nomine patris, & filij, & spiritus sancti.

8 ¶ Secundum, vtrum in forma baptismi possit aliquid immutari sine præiudicio sacramenti.

1 Ad primum Sic proceditur. †Et vr̃ quod non sit conueniens forma baptismi, qua dr̃ ego te baptizo in nomine patris, & filij, & spūs sancti. ¶ Et primo sic. actio debet magis attribui agenti principali, quā secundario, siue ministro. sed principale agens in baptismo est Christus, secundum illud Io. 1. hic est qui baptizat. homo autem baptizans est tantum minister baptismi, ergo inconuenienter dr̃ minister, ego te baptizo. præsertim quia in hoc, ꝙ dr̃ baptizo intelligitur ego, & sic vr̃ superflue apponi. ¶ Secundo sic, sacramenta à diuina institutione habent efficaciam, & virtutem. sed ex forma, quā dominus tradidit Mat. vltimo. vbi dr̃, docete omnes gentes, baptizate eos &c. Non potest haberi, quod ego te baptizo sit de forma baptismi, quia hoc participium baptizantes ponitur ad designandum exercitium actus, nō quasi pars formæ, ergo vr̃, quod non sit de necessitate formæ. ¶ Tertio sic, sicut præcepit Deus actum docendi, ita & actum baptizandi. Mat. vltimo. sed non exigitur ad docendum, quod sacerdos dicat. ego te doceo. ergo à simili non exigitur ad baptismū, quod dicat, ego te baptizo. ¶ Quarto sic. verba non debent dirigi ad eum, qui non est sensus verborum perceptiuus. sed quandoque, qui baptizatur nō potest percipere sensum verborum, sicut quando puer baptizatur. ergo nō debet dicere baptizo te, sed baptizo Ioānem &c. ¶ Quinto sic, baptismus à passione Christi efficaciam habet, & figura est mortis Xpi, ad Ro. 6. ergo potius debuit in forma baptismi fieri mentio de fide passionis, quā de fide Trinitatis. ¶ Sexto illud in quo personæ non cōueniunt, debet de eis pluraliter dici, sed personæ distinguūtur quatum ad nomen, quia filij nomen patri non cōuenit, nec econuerso, ergo nō debet dici in noīe, sed in nominibus. ¶ In oppositum est primo tex. præsentis ca. ¶ Secundo dominus ait Matth. vltim. docete omnes gentes baptizantes &c. ¶ Respondeo dicendum, quod conueniens forma baptismi est, qua dr̃. ego te baptizo in nomine patris, & filii, & spiritus sancti amen. Patet hæc conclusio ex traditione vniuersalis ecclesiæ, quæ cum à spiritu sancto regatur, in his quæ de necessitate salutis sunt errare non potest. Est tamen sciendum iuxta dominum Durandum, & dominum Petrum de palude in 4. di. 3. quod etiam colligitur ex sententia Beati Thomę, quod in prædicta forma sunt quatuor, sed expressa nominatio personarum in trinitate. Secundum est expressio actus baptizandi, & personæ suscipientis, cū dicitur baptizo te. Tertium est expressio baptizantis ego. Quartum est, quod pertinet ad confirmationem totius. Amen. Et secundum hoc ponēdæ videntur quatuor conclusiones. Prima est. †quod expressio trium personarum est de necessitate baptismi. Secunda est. †quod expressio actus, & personæ suscipientis similiter sunt de necessitate sacramēti. Tertia est. †quod expressio baptizantis personæ non est de necessitate baptismi sacramenti. Quarta est. †quod amen, nec est de necessitate præcepti, nec de substantia sacramenti. Prima conclusio. dicens, quod expressio trium personarum in trinitate sit de necessitate baptismi, probatur tripliciter, primo de traditione, quæ habetur Ma. vltimo baptizantes eos in nomine patris, & filii, & spūs sancti. ¶ Secundo rōne sic. quia cum baptismus sit specialiter sacramentum fidei [a] per baptismum. n. ascribitur quis primo cetui fidelium, & ideo in ipso debet esse fidei protestatio. & insinuatio, & maior expressio, quam in cæteris sacramētis. ex hoc arguitur sic. Exterior fidei ꝓtestatio, debet respōdere interiori actui fidei, sed non est sufficiens fides interior, qua creditur in vnam personam sine alia. ergo nec est sufficiens exterior protestatio, qua exprimitur vna persona sine alia, ergo cū ad baptismum requiratur protestatio fidei, & maxime articuli Trinitatis, qui primus est, patet, quod non sufficit expressio vnius personæ, nisi omnes exprimantur. ¶ Tertio patet. idem expresse ex determinatione ecclesiæ, quæ habetur infra. e. d. in synodo. vbi dr̃ sic. in prædicta synodo sacerdotes voluerunt, vt qui vnam de Trinitate personam in baptismo non nominaret, illud verbum baptisma non esset, nec esse posset. Quod pro certo verum est, quod autem in primitiua ecclesia baptizabantur in nomine Christi, vt habet act. 8. factum est ex speciali reuelatione, & dispensatione spūs sancti sine qua non potuisset fieri. Causa autem fuit, vt nomen Christi amabilius redderet, quod valde odiosum erat incredulis, sicut dr̃ apostolus 1. Cor. 1. nos prædicamus Christum crucifixum Iudæis quidem scandalum, gentibus autē stultitiam. Et quia in baptismo dabatur visibiliter spūs sanctus, ex hoc redditum erat nomen Christi amabilius rōne baptismi talis, qui conferebatur in nomine ipsius. Cessante autem causa cessauit, & dispensatio. vnde nunc non esset baptizatus, si quis baptizaretur solum in nomine Christi. vnde in predicto casu, vbi specialis reuelatio diuina haberet intelligenda est responsio Nicolai Papæ ad consulta Bulgarorum. supra ead. d. c. à quodam Iudæo. vt ibidem dictum est aliter non. vnde, vt hic dicunt dominus Durandus, & Petrus de palude, Io. errauit in apparatu illius cap. & Ber. illo c. si quis puerum. de bap. & eo. effe. in c. illo, qui dixerunt, quod si quis baptizaretur in nomine Christi, quod verus baptismus esset, ꝙ non est verum, vt patet ex dictis, quia licet in noīe Christi possit Trinitas intelligi. s. pater vngens, filius vnctus. & spiritus sanctus vnctio, tamen hoc non sufficit. qa formæ verborum sacramentalium debent esse vocaliter, & sensibiliter expressæ, sicut & materia est res sensibilis, nec sufficit talis intellectualis æquipollentia ¶ Secunda conclusio. dicens, quod expresso actu, & personæ suscipientis est de necessitate sacramēti, probatur dupliciter iuxta dominum Durandum. Primo per rationem, quæ talis est. Illud ē directe de rōne baptismi, quod directe repræsentat interiorem effectum baptismi, sed expsio actus baptizandi, & personæ suscipientis baptismum directe repræsentat effectum baptismi. ergo est de necessitate sacramenti. maior patet, quia sacramenta efficiunt, quod figurant, & tā efficientia, quam significantia attribuuntur potissimæ formæ, minor similiter patet, quia interior effectus baptismi est ablutio suscipientis à peccato originali, quā directe significat expressio actus baptizandi cum persona baptismū suscipiente, cum dr̃ baptizo te, quod idem est, quod abluo te Secundo eadem conclusio. patet ex determinatione ecclesiæ, quæ habetur extra de bap. & eius effect. cap. 1. vbi sic dr̃. Si quis puerum ter in aquā immerserit in nomine patris, & filii, & spūs sancti, & non dixerit ego baptizo te, non est puer baptizatus. ¶ Tertia conclusio, quæ dr̃, quod expressio personæ baptizantis non est de necessitate sacramenti. Probatur sic secundum eundem. Illud, quod est de necessitate sacramenti, est idem apud conferentes verum baptismum, qa omissio alicuius, quod est de necessitate sacramenti euacuat sacramētū, qa non obseruatur apud grę cos †baptizant. n. sic. baptizatur seruus Xpi Nicolaus in nomine patris, & filii, & spūs sancti. & tamen conferunt verū baptismum. qa reuertentes ex eis ad obedientiam ecclesię non rebaptizantur, ergo expressio personæ baptizantis non est de necessitate sacramenti. sed vt dr̃ Sanctus Thomas in 3. parte ponitur ad maiorem expressionem intentionis. Causam autem, quare græci non exprimunt personam

*Primum ar*

*Secundum argu.*

*Tertium ar.*

*Quartū ar.*

*Quintū ar.*

*Sextum ar.*

*Opponit in cōtrarium.*

*Respondet.*

*Durandus. Pet. de pa.*

2 3 4 5 6

*¶ Sacrm fidei. Adde & fundamēt ū aliorum sacramētorū c. de an. in c. veniens n. 1. de presby. nō bap.*

*Durandus. Pet. de pal.*

personam baptizantis est error, qui tangitur 1. Cor. 3. ꝙ quidam eorum attribuebãt efficaciam baptismi ministro baptismi dicentes. ego quidem sum Pauli, ego vero Apollo. &c. ad quem errorem excludendum non exprimunt personam ministri, quæ tamen non est de necessitate sacramenti, sicut dictũ est, sed de statuto ecclesiæ, & quia statutum ecclesiæ potest ligare ministrum, sed non euacuare sacramentum, ideo scienter omittens peccat, tamen vere baptizat. ¶ Quarta conclusio dicens, quod amen non est de substantia sacramenti, nec de necessitate præcepti. patet, nisi tamen consuetudo particularis hoc habeat, vt dr̃ domin. Petrus de palude quia cõsuetudo vniuersalis hoc non habet, nec est de forma Christi. sed ly ego est de necessitate præcepti, quia est forma vniuersalis ecclesiæ latinæ, sed non sacramenti. quia intelligitur in verbo. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur secundum S. Thom. in 3. parte. ꝙ actio attribuitur ĩstrumẽto sicut immediato agẽti, attribuitur autem principali agenti. sicut in cuius virtute instrumentum agit, & ideo in forma baptismi conuenienter vtrũque designatur. designatur quidem minister sicut exercens actum, per hoc quod dr̃. ego te baptizo. & causa principalis, vt in cuius virtute sacramentum agitur per hoc, quod dr̃ in nomine patris, & filij, & spũs sancti, ꝙ autem additur, ego in forma nostra non est de substantia formæ ait San. Tho. sed ponitur ad maiorem expressionẽ intentionis, vt dictum est. ¶ Ad secũdam respondetur, ꝙ in verbis illis dominus principaliter non intendit tradere formam apostolis, quia prius eis tradiderat quando baptizabant ante passionem, sed intendit eis præcipere actũ baptizandi secundum formam prius datam eis, & ideo ex verbis illis potest probabiliter accipi forma prædicta quã uis expresse ponatur. ¶ Ad tertiam respondetur negando cõsequentiam, quia non est simile de actu baptismi, & de actibus alij. quoniam vt ait S. Tho. alij actus habent efficaciã ex ipso exercitio tantum, sed actus baptizandi habet efficaciam ex forma verborum, & quia talis efficacia est sacramentalis, ideo oportet, ꝙ verba formæ significando efficaciã actui præbeant, & propter hoc oportet baptizantem actum suum verbo significare, quamuis hoc in alijs actibus non reperiatur. ¶ Ad quartam respondetur iuxta S. Th. ꝙ assumptum est verum de verbis q̃ proferuntur de causa significationis tantum, non autem de illis, quæ proferuntur causa efficiendi, cuiusmodi sunt verba quę proferuntur in formis sacramentorum, quæ etiam oportet ad res non intelligentes proferri, vt effectus verborum determinetur ad res illas, vnde etiam dr̃ exorcizo te creatura salis. ¶ Ad quintam respondetur, secundum S. Tho. in 4. ꝙ nomen non competit voci nisi secundum ꝙ facit no-
7 titiam de re. †nomen. n. dr̃ quasi notamen, notitiam autem habemus de Trinitate per fidem, & quia est vna fides trinitatis & vna confessio fidei, quamuis sint diuersæ voces significãtes tres personas, ideo dr̃ in nomine quasi inuocatione quæ fit per cõfesionem exteriorem interioris fidei. vel dicendum. vt idem doctor dr̃ in 3. parte, ꝙ & si tria nomina personalia trium personarum, est tamen vnũ nomen essentiale. virtus autem diuina, quæ operatur in baptismo ad essentiam pertinet, & ideo non dr̃ in nominib. sed in nomine vel vt supra e. d. sine dictum est. dr̃ in nomine vt vnitas essentiæ designetur.

[Margin: Pet. de pal. — Ad primum argu. S. Thomas. — Ad secũdum — Ad tertium — Ad quartum — Ad quintũ.]

**Ad secundum** Sic proceditur. †Et videtur, qđ liceat mutare ea, quæ in hac forma ponunt̃ sine præiudicio sacr̃i. ¶ Primo arguit̃ ex tex. c. præsentis, vbi expresse innuitur, ꝙ possit esse aliqua variatio in verbis sacramentalibus sine præiudicio sacramenti. ¶ Secundo sic. græci habent formam hanc à sanctis patribus, baptizatur seruus Christi Nicolaus in nomine patris, & filij, & spũs sancti. sed apud omnes est vnum baptismo. ergo videtur, ꝙ baptismus similiter fieri possit. ¶ Tertio sic. hoc ꝙ dr̃ ego te baptizo te, ponitur in forma ad designandum actum baptismi, sed actus baptismi potest fieri ab vno, & duobus, & in vnum, & in plures, ergo potest fieri mutatio formæ dicẽdo. nos baptizamus uos. ¶ Quarto sic. ecclesia est nunc eiusdem potestatis cuius fuit in primitiua ecclesia quantum ad sacramentorum dispensationem. sed primitiua ecclesia mutauit formam baptismi, qa baptizabat in nomine Christi sicut ĩ actibus legitur. ergo & nunc ecclesia formam mutare posset. ¶ In oppositum arguitur sic. non est minor necessitas in verbis, quæ pertinẽt ad formas sacramentorum., quam in verbis sacrę scripturæ, sed in verbis sacræ scripturæ non licet addere, vel diminuere vt patet Apocal. vl. ergo nec in verbis formarum sacramentorum. ¶ Scđo sic. in formis naturalibus ita est, quod forma addita vel subtracta variat speciem. ergo etiam si in formis sacramẽtorum aliquid addatur, vel subtrahatur tolletur rõ illius sacramenti. In oppo. textus præsentis c. vbi aperte præsupponitur, quod possit esse aliqua variatio in verbis sacramentalibus sine præiudicio sacramenti. ¶ Respondeo de duobus dicendum est. primo de mutatione in generali. secundo in spãli. Circa primum sciendum ex iuxta Sanctum Thomam in 4. & dominum Petrum de palude, quod quia sacramenta efficaciam habent ex institutione diuina, & principalius est in sacramẽti forma. quam materia, ideo sic nulli licet mutare sacramentum, quo ad materiam, vel aliquod nouum instituere, ita nulli licet mutare formam sacramenti quantum ad id quod est de essentia formæ absque speciali cõsilio spũs scti, qui virtutem suã illis verbis nõ alligauit & si mutatur nihil agitur, & præter hoc culpa incurritur. Si autem aliquid pertinet ad formam ex determinatione ecclesiæ, si illud mutatur nihilominus est sacramentum licet culpa incurratur, in forma autem baptismi essentialius est, ꝙ exprimit causam agẽtem à qua est tota efficacia, quam ꝙ exprimit actum exercitum, & ideo quantum ad homines inuocatio trinitatis est de essentia formę, nec aliquid quãtum ad hoc mutatur, nec potest mutari, vt dr̃ extra de baptis. & eius effica. ca. 1. quidam vero dixerunt, quod actus exercitus non est de essentia formæ, & quod in illa inuocatione trinitatis de essentia formæ cõsistat, quos repellit authoritas Alexan. papæ, qui dicit quod nõ est baptismus illud lauacrum in quo aliquis in nomine patris, & filij, & spũs sancti nihil addendo baptizatur. extra de bap. & e. ef-
9 fic. c. 1. Secundo in speciali, notandum †quod multis modis videlicet sex contingit fieri mutationem in forma verborum. videlicet vocum variatione, additione, subtractione, corruptione, transpositione, & interruptione. Quantũ
10 ad primum sciendum est, †quod variatio vocũ potest fieri dupliciter scilicet, quo ad voces solum, & non quo ad principalia signata, vel quo ad voces & signata simul. si primo modo sit ista conclusio. mutatio, quo ad voces solum non obest sacramento. cuius ratio est, quia verba sacramẽtorum habent efficaciam ex significatione, siue ex eo, ꝙ significant. manente ergo eadem significatione vocum eadem est virtus sacrorum. qualiscunque ergo variatio fiat circa voces, si manẽt eadem significata semper est verum sacr̃m alioqui nõ possent sacra conferri, nisi in hebraico, ĩ quo forma sacrorum fuit à Christo instituta. Nũc autem potest conferri quodcunque sacramentum, in quacunque lingua hebraica, græca, & latina, & in omni alia materna. si autem fiat variatio vocum, & significatorum simul, siue fiat totaliter, siue principaliter, sit ista cõclusio. ꝙ in tali casu nullum est sacr̃m. Patet conclusio, quo ad primam partem, quoniam si nutrix immergendo puerum dicat balneo te, [a] vt melius posset dormire, null' esset baptismus propter totalem mutationem significatorum. Sĩr si fiat mutatio significatorum, quo ad principalia significata. si. n. dicat̃. Ego te baptizo in nomine Trinitatis, geniti, & procedentis, non est verus baptismus, quia nomen Trinitatis non significat personas diuinas, sed numerum personarum. genitor vero genitus, & procedens licet dent intelligere personas diuinas, non tamen significant eas principaliter, sed actus earum notionales. Causa autem est, qa virtus sacr̃alis est data verbis principaliter significantibus ea, quæ de integritate sacramẽti. vnde si fiat variatio vocũ non principali significato, vt si dicat̃ nos vbi ego, & dicat̃ baptizamus vbi baptizo, & vos, vbi te. est concluco Petri de palude, quod incurrit̃ peccatum. sed non variat̃ sacramentum, qa quandocunque hoc fit ex consueto modo loquendi, vt, si prelatus, qui cõsueuit dicere nos facimus hoc vel illud, dicat nos baptizamus te. Et similiter, si dicat̃ magno viro ex reuerentia. baptizo vos, quia sufficit, quod remaneat sensus verborum ex accommodatione vsus. si autem dicat̃, vbi dicit̃ in nomine dicat̃ in nominibus, vitiat̃. quia de forma ẽ vnitas essentialis personarũ, quam repræsentat numerus singularis, sicut & Trinitas personalis in discretione personarum, & si exponatur in inuocatione adhuc est idem, quia vna est inuocatio trium.

[Margin: Primum arg. — Secũdũ ar. — Tertium ar. — Quartũ ar. — Opponit̃ in cõtrarium. — Scđa oppo. — Respondet S. Thomas — a ¶ Balneo te. adde P. de Anc. in c. 10. de baptismo. — Pet. de pal]

Sic ergo patet, quæ variatio vocis, & quæ non obest sacramento. Secundo modo potest fieri mutatio per additionem. S. Tho. Vbi sciendum est, secūdum sanctum Tho. in 4. ꝙ additione tria veniunt consideranda. Primum est ex parte addentis, quia si addens intendat id, ꝙ addit esse de forma quasi volens per hoc nouum ritum inducere in ecclesia constat, ꝙ intendit proferre formam, qua vtitur ecclesia, & ita non faceret quod ecclesia facit. quare nō esset baptismus. secus autem est, si ex aliqua causa adderet, vt ex deuotione quadā. Secundum ꝙ est cōsiderandum est ex parte eius, quod addit, quia autē additio est corrumpens verum sensum verborum sacramenti, aut non. si sit corrumpens, tunc nullum est sacramentum, vt si dicatur baptizo te in nomine patris maioris, & filij minoris, &c. quia ista determinatio corrumpit fidem ecclesiæ, in qua datur sacramēta. si vero sit talis additio, quæ nō corrumpit debitum sensum verborum sacramenti, non tollitur sacramentum, vt si aliquis dicat. ego baptizo te in nomine patris oīpotētis, & filij vnigeniti, et spūs sctī paracleti. à fortiori rōne hoc est verum, quando talis additio fit in principio, vel in fine vt dicatur Beata virgo adiuuet te. & ego te baptizo &c. vel ego baptizo te &c. & in fine dicatur Beata Virgo adiuuet te. verus est baptismus. Si autem dicatur, ego te baptizo in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, & Beatæ Mariæ, S. Thom. quidam dicunt, vt dr̄ S. Th. ꝙ tunc non est baptismus, qa nō fit baptismus in virtute B. Mariæ, fieret aūt, si diceretur, & B. Maria adiuuet puerum istum, & aliquod hmōi. Alij autē dicunt probabilius, quod esset baptismus etiam primo modo additione facta, quia ſm expositionem magistri sentētiarū in 4. d. 3. in nomine patris, idē est, ꝙ in inuocatione. Potest autem inuocatione Beatæ Mariæ fieri baptismus cum inuocatione trinitatis, non ꝙ ex virtute eius baptismus efficaciā habet, sicut habet ex inuocatione trinitatis, sed vt eius intercessio baptizato proficiat ad salutem, & tamen quia iste sensus est improprius, vt inquit dominus Durandus nullo modo est illud, vel simile faciēdum. Dr̄. n. Alexan. de Hal. quod si nomen dr̄ virtutem, cū virtus baptizandi sit pœnes trinitatem, non pœnes creaturam in nomine, id est in virtute alicuius creaturæ non fit baptismus, vnde cum dicitur in fine, & Beatæ Mariæ siue Beati Petri apostoli, repeti videtur in nomine. Si ergo nomen virtutem dr̄, videtur intelligi, quod cum virtute beati Petri & Beatæ Mariæ, & ita videtur, quod illo modo nō sit baptismus. Ex istis collige, quanta sit stultitia dicentiū, vt tangitur in glo. huius ca. quod etiam si adderetur in nomine diaboli, fieret baptismus, cum nec per modum efficientis, nec intercedētis potest diabolus prodesse baptizato, quidam autem addunt tertium considerandum, dicūt .n. quod si fiat additio in medio, vel in principio non est baptismus. sed hoc nullam habet rationem, vt inquit San. S. Tho. Thom. in quarto. vnde secundum alios qualitercūque fiat additio non refert dum non sit contraria formæ, & baptizans non intendit mutare ritum ecclesiæ & baptismi, quare, vt dr̄ dominus Petrus in quarto sacerdos nihil debet addere præter id, quod in suo ordinario continetur secundum ritum suæ ecclesiæ, sicut nec cruces in missa, & hmōi quæ corrumpunt mysterium. ¶ Tertio modo potest fieri mutatio per subtractionem. vbi sciendum est iuxta Sanct. S. Thom. Thomam in 4. & quasi communiter omnes doctores, qd̄ si subtrahatur aliquid, quod sit de substantia formæ tollitur sacramentum, & ille, qui baptizat etiam grauiter peccat. Si vero tollitur id, quod non est de essentia formæ remanet sacramentum perfectum. vnde si à forma baptismi tollatur ego, & à forma consecrationis .n. cum hoc solum sit de forma ex institutione ecclesiæ. Non propter hoc tollitur sacramentum licet grauiter peccaret, qui scienter illud tolleret, quidquid autem aliud tolleretur, siue inuocatio Trinitatis, siue actus exercitus cum persona baptizanda, sacramentum nullum esset. quia ista, vt diximus in qōne 1. sunt de essentia formæ huius sacramenti. posita autē tota substantia rei res ponitur omni alio circunscripto. deficiente autem aliquo principio essentiali res tollitur omni alio posito. ¶ Quarto modo fit mutatio per corruptionem, S. Thom. vnde sciendum est iuxta Sanctum Thomam in quarto, & dominum Petrum de palude, Pet. de pal. quod ille, qui corrupte profert verba, aut hoc facit ex industria, & sic non videtur intendere, quod ecclesia intendit. vnde non est baptismus. aut hoc facit ex ignorantia, vel ex defectu linguæ, tunc dicitur, quod, si sit tanta corruptio, quod omnino auferat sensum locutionis, quod non est baptismus. quod maxime fit, quando est corruptio in principio dictionis, vt si mutetur prima syllaba, vel litera huius, quod est patris, vt loco eius dicatur matris, tollitur sensus dictionis, & cum tali verborum corruptione tollitur sacramentum. Si autem sensus locutionis maneat, tunc est baptismus, & hoc præcipue accidit, quod sensus non mutatur. quando fit corruptio in fine, quia ex parte finis mutatio variat tantum consignificationem, nō autem significationem, vt grammatici dicunt, vt si vetula, vel aliquis alius ignarus linguæ latinæ infringens linguam diceret ego te baptizo in nomine patria, & filia & spūs sancta nihilominus esset verum sacramentum sicut habetur infra eadem dist. cap. retulerunt, sed mutatio ex parte principij variat significationē. vnde corruptio talis maxime si sit magna, sensum locutionis auferret sicut in exemplo suprapositio patet de mutatione literæ. p. in. m. quando autem sensus locutionis aliquo modo manet tunc quamuis forma mutetur quantum ad sonum sensibilem non tamen mutatur, quantum ad significationem, quia quamuis omnino corrupte prolata nihil significet ex virtute impositionis significat tamē ex accommodationem vsus, & ideo si homines blesi nihil de significatione principali corrūpāt, valet quātum ad essentiam sacramenti alias non inquit Petrus de palude, Pet. de pal. licet quo ad necessitatem præcepti referat, vtrum ex malitia, vel negligentia, aut ex impotentia aut ignorantia corrumpat. Ille vero, qui nescit, aut non potest ad plenum proferre debet abstinere, vt dicit idem Petrus, nisi in necessitate, quia melius est talia non facere. quam male facere. Imperitia .n. culpæ annumerat̄. vnde sicut medicinā corporalem non debet adhibere, nisi qui scit, & potest ita nec spūalem. ¶ Quinto modo fit mutatio per transpositionem verborum, & tunc dicendum est sicut dictum est de corruptione, quia si talis ordo sit, qui mutet intellectū non fit baptismus, vt si dicat in nomine patris baptizo te, & filij. & spiritus sancti non fit baptismus. Si autem non mutetur intellectus est baptismus, vt si dicat in nomine patris & filii & spūs sancti baptizo te. Alii vero dicunt vt dr̄ Sanctus Thomas, S. Thom. quod qualitercūque mutetur ordo verborum non videtur intellectus mutari, & ideo est baptismus licet peccet transponens, & secundum hoc dicendū esset, quod ordo personarum non est, qua vna sit prior altera, sed qua vna est ex altera, quem ordinem originis ipsa nomina ostendunt, quocunque ordine proferantur. qd̄ vero Durandus dr̄, se non videre qualiter in forma baptismi fieri posset aliqua transpositio verborum, quæ sit contraria vero sensui, non videtur vtrum imo possunt sic trāsponi, vt arguit Dominus Petrus de palude, qd̄ nullus sensus remanebit, vt si dicatur, baptizo in nomine te patris, & filij &c. nihil est dictū. Similiter si transponerentur syllabæ nihilominus sensus est. vt si diceretur. In nomine trispa. & huiusmodi, imo etiam sic possent trāsponi verba, ꝙ esset aliquis bonus sensus grammaticalis, & tamē esset corruptiuus essentiæ, vt si diceretur. ego baptizo te patris, & filii in nomine spūs sancti, & multa huiusmodi, quæ inuenire est magis laboriosum, quam subtile. ¶ Sexto fit mutatio per interruptionem, vbi sciendum est secundum Sanctum Thomam in quarto. quod si fiat tāta interruptio, ꝙ intercipiat totaliter intentionem baptizantis, tunc nō erit vna forma, & ideo vtraque nō erit in se perfecta, nec sufficiet ad baptismum. Sicut si dicat̄ in nomine pr̄is, & interponat lōgam fabulam, & postea dicat, & filij &c. Si autem ita fiat parua interruptio, vel verbi non corrumpentis formam interpositio, vt si dicat in nomine pr̄is omnipotētis, & aut silentium, aut tussis, vel aliquid hmōi accidit, quod intentionem non discontinuet, tunc erit ab vnitate intentionis vnitas formæ. constat .n. quod continuitas ex vocibus vnitatem habere non potest, cum oīno sit quantitatis discretæ. ¶ Ad rōnes dicendum est. Ad primum arg. Ad primam patet responsio ex dictis, variatio .n. de qua in litera dr̄, non est talis, quæ corrumpat formam. ¶ Ad secundā respondet. Ad secdm. S. Thomas. vt dr̄ S. Tho. quod ſm opinionem græcorum ſm de necessitate formæ est actus baptismi, quātum ad significatum, sed non quātum ad consignificationē persona. aūt baptizans per ministerium nō est de necessitate formæ, qa act⁹ I ad suscipiētē terminatur. †vnde differunt à nobis greci quātum ad tria. Primo quia persona ministri in forma nō exprimitur,

primitur,in nostra vero sic,& hoc dicunt vt supra comme moratum est in prima quæstione ad remouendum errorem,qui fuit in primitiua ecclesia, quæ efficaciā baptismi ministerio baptizantis attribuebant, vt patet 1.Cor.3. Secundo differunt à nobis in hoc,quod consignificāt actum sub alia persona.s.tertia.& sub alio modo.s.subiūctiuo,vel optatiuo ad significandum,quod actus interior expectat ab extra.in nostra vero sub prima persona,& in modo indicatiuo.¶ Tertio,quia personam baptizatam ponunt in nominatiuo casu,& in tertia persona,quia quandoque baptizatus non habet intellectum,vt ad eum possit dirigi sermo,& subiungit S.Tho.forma tamen qua nos vtimur melior est,tum quia perfectior est,sicut patet ex supradictis. Tū quia magis cōsonat verbis euangelij,qui ministros baptizantes dr.tū pp authoritatē ecclesię Rom.quæ nunquā legitur à vera fide declinasse, hanc formā ab apostolis retinens,& ideo non licet pcipue latinis in forma græcorū baptizare,quod si psumerent ſm quosdā nō esset baptismus, ſm quosdam aūt esset baptismus sed grauiter peccarent. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam, quo ad illam partem,ꝙ posset quis dicere.Nos baptizamus te: & rō est,secundum S.Tho.in 4. quia vnus actus, qui vno agente expleri potest, non progreditur à pluribus agentibus simul,& ideo vnus baptizans cum ipse solus baptizare possit,debet signare actum suum non à pluribus existentem,sed à se solo, & ideo nō pōt dici,nos baptizamus, sed secundum quosdam dici potest,ego baptizo vos si necessitas assit.nec est aliqua mutatio formæ quantum ad significatū siue sensum,sed quātum ad vocem.Sed nos baptizamus idem est,ꝙ ego,& ille.nō aūt ego,& ego. vnde nō est idem oīno.Et ideo qui dr nos baptizamus. nihil facit dr S. Tho.qui autem dr baptizo vos , si simul plures baptizaret baptizatum est,licet peccaret, nisi ex magna necessitate faciat.¶ Ad quartam respondetur sicut supra dictum est, ꝙ ecclesia non nisi consilio spūs sancti fecit illam mutationem,vt Christi nomen amabile redderetur.& hoc idem nunc posset facere,si speciale ad hoc mandatum à spū sancto haberet.non autem propria authoritate. ¶ Ad rationes in contrarium respondetur ēt.Ad primam dicendum ꝙ sicut scripturæ sanctæ non licet aliquid addere, vel diminuere in corruptionem scripturæ,sicut faciebant hæretici in formis sacralibus nō licet non addere,vel diminuere aliquid,quod corrumpat formam sacramenti, quia talis additio,vel subtractio,vt dictum est tollit sacramentū. ¶ Ad secundam respondetur,ꝙ id verum est, si addatur, aliquid,vel subtrahatur,quod sit de essentia formæ,tūc.n. non erit baptismus.secus si aliquid addatur,vel diminuat. ꝙ nō sit de essentia sacri,sicut declaratum est in qōne.Le. ¶ [Si non sanctificatur].i.consecratur, vel efficitur sacramentum Hugu.[Erroris verba] i.verba errorem inducentia,vel continentia[præcator].i.fontis consecrator, vel baptizans[per imperitiam].i.ignorantiam,quia credit illa, verba esse bona recta,& sana,quæ tamen continent errorem,vel aliquid cōtra fidem rectam [multi]hic est prima rō.ꝙ non obstat consecrationi,& virtuti baptismi. q. d. si esset ita,tunc multi ēt boni in ecclesia non sanctificarent aquam baptismi, qui tñ reputantur sanctificare[nunquid] hic vr secunda ratio induci, quia tales non rebaptizantur [nunquid iubentur denuo baptizari].q.d.non[quid].i. cur ita.quia[plerunque vitium precis superat præcantis affectus]non certe ideo.sed ideo iubentur non rebaptizari,qa illa certa verba euangelica.s.ego te baptizo in nomine patris,& filij,& spūs sancti[sine quibus potest baptismus consecrari tantum valent].i.tantæ efficaciæ sunt[vt per illa sic euacuentur].i.non possint nocere[quæcunque in prece vitiosa contra regulam fidei dicuntur,quemadmodum dæmum Christi nomine excluditur]quamuis etiam à malo inuocetur [nam vtique]. 3. pars,in qua probat,ꝙ in vitiosa prece baptismus nō habet effectum propter bonum affectum baptizantis,quo hæreticus caret, sed propter verborum Christi virtutem[nam hæreticus &c.]pendet hæc sententia vsque ibi [nec tamen, & ideo]. i. ita quicunque similis est ei in carentia boni effectus charitatis [ quales arguit Cyprianus] qui cum septuaginta episcopis dicit baptismum hæreticorum non valere imo esse lauacrum diaboli.[arbitrantes, quod bona sint]hic patet,quod non loquitur de imperitia,vel ignorantia loquendi latine, sed discernendi inter bonum,& malum,siue rectum , & non rectum[nec tñ euacuat illa,quæ recta sunt].i. in precibus vitiosis,& præsertim in forma euangelica,& est ar.†ꝙ vtile non vitiatur per inutile 38.dis.33.q.4.quid ergo. circa tñ hoc aduertendum est,ꝙ aliud est de precibus,quæ dicūtur ad benedictionem fontis,quæ non sunt de substantia formæ baptismi, & aliud de verbis ipsis sacramentalibus, quibus perficitur baptismus. in primis quidem vtile non vitiaretur per inutile.in verbis autem sacramentalibus tale posset poni inutile,vt puta hæresim continentes in tali loco orationis posset locari,& in tali intentione,vt oīa vacua redderētur,ita vt nullum esset sacrm,sicut plene dictū est supra in sex modis assignatis quibus mutatio potest fieri in formis ipsius sacramenti,& infra e.d.c.retulerunt.

S.Thomas — Ad tertium — S. Thomi — ad quartum — Ad primum argu. in op. — Ad secūdum. — Exponit literam.

4 *Cautio simplex dicitur idonea.*



Rima. Hic incipit.13.pars huius dist.in qua magister Gratianus ex authoritate Aug.repetit aliqua,quę geruntur circa fontē baptismati.Et diuiditur in 3.partes.In 1.cōmemorat ea,q̃ de cathecismo, & exorcismo prius dixerat assignādo in generali rationem intellectuum eorum.In 2.ostēdit de quibus iam sibi restat loquendum. In 3.prosequitur ea,quę sunt maxime duo.s.abrenūtiationis sponsio, & fidei professio. in quarta declarat,quod non eodem modo credēdum sit in sanctam ecclesiam,quomodo in Deum credimus. secūda ibi,nunc vero.tertia ibi,emissa.n.quarta ibi,item quod autem interrogamus.Pro pleniori declaratione præsentis cap.tria quæruntur.

1 ¶ Primo,vtrum cōuenienter interrogantur paruuli, qui ad baptismum deducuntur,credis in Deum.

2 ¶ Secūdo,vtrum paruulus obligetur cum pro eo respondet patrinus.

3 ¶ Tertio,vtrum illa obligatio,qua baptizandi se obligant ad abrenuntiandum diabolo,& operibus eius,& ad fidem seruandam sit votum dicenda.

1 Ad primum Sic proceditur.†Et videtur,quod inconuenienter petatur à paruulo credis in Deum &c.¶ Primo sic.stultum videtur interrogare eum,qui non est capax quæstionis, nec susceptibilis disciplinæ.sed huiusmodi est paruulus.ergo &c.¶ Secūdo sic. cum quærit sacerdos à puero.credis in Deum vis baptizari.& respondet patrinus. credo , vel volo.pro quo rñdet, aut pro se,aut pro puero.si pro se mentitur,quia non vult baptizari.si pro puero silr mentitur,quia non habet vsum liberi arbitrij, nec vult baptizari,nec credit.¶ In opp. est textus præsentis cap.& consuetudo vniuersalis ecclesiæ. ¶ Rñdeo dicendū,ꝙ conueniēter fit talis interrogatio,& conuenienter rñdetur vice pueri per patrinū.Pro qua conclusione notandum iuxta magrm Alexandrū de Hal. in 4. ꝙ quemadmodum paruulo non credenti,& oīno nescienti multa beneficia præstantur ministerio parentum sicut cibus,& potus,& vestitus,&c.quæ educatio sunt.Nec impedit in aliquo ista beneficia illius ignorantia,vel incredulitas,non.n.pp hoc minus inuoluitur pannis, aut lauatur, aut soporatur,quia ignorat ista sibi fieri.Silr medicamenta silr ei adhibentur,& sanitas acquiritur,licet illa nesciat sibi adhiberi.Sic,& si oratione parentum absque medicamentis diuinitus ei sanitas tribuatur nunquid ignorantia eius aut deuotionem parentum impediet, aut bonitatem diuinā.manifestū est,ꝙ non.quia ergo veri parentes spūales sunt ipsi scti,& vere mater spūalis est ecclesia oīm illorum,qui ministerio illorum.s.sanctorum ecclesiæ Dei sibi generantur,siue regenerantur,non obstat vllo modo, nec impedire poterit ignorantia paruulorum,quominus orationibus huiusmodi parentum,& matris ecclesia diuina bonitas largiatur eisdem spūalem sanitatem,& alia dona,quibus ad vitam spūalem indigere agnoscit.¶ Ad rōnes.Ad primam respondetur,quod illud verum est, si fieret quo ad illum, qui nec per se,nec per alium responderé potest,vicem eius supplendo.hæc autem,& si puer per se confiteri siue profiteri fidem,vel respondere non possit tamen alius vicem eius supplet,& obligat se,quantum in se est,vt paruulus cum disciplinæ capax fuerit dare operam,vt hoc ille credat.¶ Ad secundam respōdetur.quod vtrunque posset dici.vt dr Alexan.quia potest respōdere pro se,& pro paruulo,& non mentitur secundum ꝙ pro paruulo rñdet tunc est sensus.credo.i.fidei sacrm suscipio

Diuisio — Primum ar. — Secūdū ar. — Opponit & Respondet. — Ale.de Ha. — Ad primam argu. — Ad secūdum. Alexander.

vel suscipere præsto sum,& sic non mentitur. vnde Augu. in libro de baptismo paruulorum dr̄,quis nesciat credere esse infantibus baptizari,& non credere non baptizari.Se cundum quod pro se respondet similiter non mentitur, quia ipsa responsione obligat se patrinus ad instruendum eum in fide,quando opportunitas se offeret, quia sensus est.credo.i.me,& puerum ad credendū obligo me solum ad instruendum in fide.vnde nisi instrueretur ab alijs patrini tenerentur tentione necessitatis &c.

2 Ad secundum Sic proceditur.†Et videtur, qđ puer non obligetur,cum pro eo respondet patrinus.¶ Et primo sic.puer non habet vsum liberi arbitrij,qui maxime requiritur ad credēdum.¶ Secundo sic.si obligatio possit esse sine consensu eius, q obligatur,hoc est in eis,qui non subsunt voluntati eius.sed credere non est tale,imo voluntarium est,ergo nullus ad credendum potest obligari,nisi interueniente consensu proprio actuali.¶ Tertio sic.si pater carnalis voueret pro paruulo ipsum intraturum religionem, vel quodcūque simile non teneretur paruulus. eodē modo licet patrini spondeāt ꝓ paruulo nō obligať paruulus ex sponsione patrinorū.¶ Quarto,nec ex ꝓcepto dn̄i,qa præcepta dn̄i non sunt nisi respectu intelligibilium,& susceptibilium disciplinæ. ergo, cum paruuli non sint huiusmodi,non subiacent prę cepto domini.¶ Quinto August.ad Bonifacium.difficillimam quæstionem proposuisti mihi,si constituam inquit ante te paruulum,& quæras,vtrum,cum creuerit futurus est castus,vel fur,respondebis nescio. si ergo de moribus nihil audes certum ꝓmittere,vel de cognitione,quid est, quod ad baptismum cum offeruntur pro eis respondent. credo cum illa ætas cogitare nō possit.¶ In oppositum est Beatus Diony.dicens patrini est,quod puer ille, cū in sensum venerit,tenebit sacras confessiones.ergo videtur,qđ paruuli obligantur ex responsionibus & sponsionibus patrinorum.¶ Respondeo dicendum iuxta magistrum Ale. de Halis,& dominum Bonauen.quod per se obligatur patrinus ad procurandum, quod paruulus credat, & ad instruēdum eum in his,quæ sunt de necessitate fidei, & morum,vel ad hoc,quod faceret instrui,paruulus autem obligatur ad credendum cum habebit vsum rōnis ex hoc, ꝙ sacramētum fidei suscipit,& si vult saluari.¶ Ad rationes. Ad primam respondetur,quod vbi melioratur conditio alicuius,potest aliquis per alium obligari,licet ignoret, sicut dr̄ lex pro ignorante fideiubere,& ignoranti actio requiritur,sicut est de pupillo,cuius cōditionem potest meliorare tutor debet eum defendere,& ꝓ eo respōdere.idē .n.est,ac si quæreretur à pupillo,cur conuenitur in iudicio cū nō intelligat, qđ ab eo petitur,nec sciat petitioni respōdere,in quo manifestum est,quod tutor debet eum defendere,& pro eo respōdere,aut totam causam nomine eius agere,sicut ergo negat,aut concedit nomine pupilli ipso ignorante, aut contradicente, & facit conditionem eius meliorem in causa,quam pro ipso agit sic,& multo fortiꝰ in causa animarū fiet per tutorem sp̄ualem. Item si leges humanæ, & iustitia humana prouidit pupillis tutores, & alios adiutores ad acquisitionem conseruationem,& multiplicationem temporalium,quanto fortius iustitia,& lex diuina pupillos sp̄uales absque huius adiutorij sp̄ualium prouisione nō dereliquit propter bonorum sp̄ualium acquisitionem multiplicationem, & cōseruationem,& dicimus,ꝙ paruulus credit per patrinum,& patrinus credit ei .i.ad opus,& commodum eius,nec paruulus dr̄ credere ꝓprie,sed sacramentum fidei suscipere,& per hoc patet responsio ad secundum. ¶ Ad tertium diciendum, quod non est simile,quia aliter est in his,quæ sunt de necessitate vitæ sp̄ūlis,sicut est in promissione facta in baptismo, & aliter in his quæ superaddūtur ad perfectionem.nemo.n. sine proprio consensu superueniente ad perfectionem tenetur,ad ea.n.quæ sunt de necessitate vitæ quocunq; obligante tenetur.¶ Ad quartum patet responsio ex dictis. licet.n.ante vsum rationis non teneantur ad obseruantiam diuinorum præceptorum, obligantur tamen quando vsum rōnis consecuti fuerunt.¶ Ad quintum dr̄, ꝙ aliud est respondere,credo,cum tamen nesciatur,vtrum credat in futurum,& respōdere de moribus.nam cum dr̄ credo, sensus est sacramētum fidei suscipio, & sic vere respōdet. vnde Aug.ad Bonifacium.sicut sacramentū corporis Xpi corpus Christi est, & sicut sacramētum sanguinis sanguis est.Ita sacramentum fidei fides.vnde credere est sacr̄m fidei habere,& sic vere respondet.& hoc modo est,cum dr̄ abrenuntio satanæ,& pompis eius.Est tamen quædā abrenuntiatio in patrino ad procurandum,quod credat,& qđ abrenuntiet.

3 Ad tertium Sic proceditur,†Et videť ꝙ talis obligatio non sit votum.¶ Et primo sic. votum dicitur promissio melioris boni.melius bonum dr̄, quod ad supererogationem pertinet.promissio autem, q̄ fit in baptismo non est de his quæ sunt supererogationis, sed de his,quæ sunt necessaria ad salutem, cuiusmodi est abrenuntiare satanæ,& pompis eius,& fidem seruare, qa sine fide impossibile est placere Deo.ad Hebr. 11. ergo talis obligatio non habet rōnem voti.¶ Secundo sic. omne votum sui transgressione inducit speciale peccatum.sed illa obligatio,quæ datur in baptismo sui transgressione nō inducit speciale peccatum,quia sic homo post baptismum quolibet peccato peccaret dupliciter.ergo nō est votum. ¶ Tertio sic.ille, qui non habet vsum liberi arbitrij, non potest votum emittere,sed baptismum suscipit aliquis nō habens vsum liberi arbitrij,vt paruulus.ergo in baptismo non fit aliquod votum.¶ In oppo.est te.præsentis c.¶ Respondeo dicendum,ꝙ illa obligatio,quæ fit in baptismo habet aliquo modo rōnem voti,& si non cōpletam.Quæ conclusio sic ostenditur.Cum.n.votum sit obligatio ex voluntate facta,necessitas autem voluntarium excludat, illa obligatio,quæ nihil habet necessitatis dr̄ ꝓprius votum, quasi habens complete rōnem voti,& hoc est votum, qđ dr̄ singulare,quod est de illis,ad quæ non tenemur Illa autem obligatio,quæ habet aliquid necessitatis habet incōplete rōnem voti,& hm̄oi est votum commune,quod est de his ad quæ omnes tenentur,quorum est necessitas conditionata,nō autem absoluta,& tale votum vocat Ray. & Goffre.votum necessitatis,quia est eorum, ad quæ implēda oīs homo teneť,siue voueat ea siue non,sicut abrenuntiare diabolo,& oībus pompis eius,& tenere fidem catholicā.¶ Ad rōnes.Ad primā rn̄detur ꝙ diffinitio illa dať de voto ƒm cōpletā rōnem voti, ꝙ est respectu boni ꝙ est oīno volūtarium,siue quod nullo modo cadit sub aliqua necessitate.promissio autem illa,quæ fit in baptismo est respectu eorum, quę necessaria sunt ad salutem,quæ tamen,vt dr̄ S.Tho.in 2.2.cadit sub voto inquantum voluntariè fit, non aūt inquantū est necessitatis. ¶ Ad secūdam dicendum.ƒm ꝙ dr̄ S.Tho.in 4.ꝙ transgressio voti communis non facit speciale peccatum,sed addit peccato specialem deformitatem.magis.n.peccat baptizatus eodem genere peccati,quam non baptizatus,vt patet ad Heb.10. quāto putatis deteriora supplicia mereri, q sanguinem testamenti pollutum &c.& ideo non frustra additur cū aliquā obligationem addit,sicut lex scripta addit aliquā obligationem supra legem naturæ,& tn̄ non facit aliud peccatū,sed nouā deformitatē addit.¶ Ad tertiā rn̄deť,ꝙ rō illa ꝓcedit,vt dr̄ S.Th.de votis,q̄ sunt de his ad q̄ nō oēs teneť qa in his ad q̄ qs teneť ex necessitate salutis nō est incōueniens per alios obligari,sicut per patrinum.Nec ex hoc,ꝙ vice pueri patrinus votum cōe emittit aliqđ puero deperit,qa ad idē esset alias obligatus. nec obstat, ꝙ fit maior obligatio,qa huic ꝓpōderat magnitudo beneficij,ꝙ impēditur puero.Nō.n.iniuriā facit puero, qui bn̄ficiū pro eo accipit ab aliquo,cui postea puer ad annos discretionis veniens ad seruitiū,vel grauum actionē teneatur.Le.¶ [Prima tradidimus]in cathecismo,& exorcismo[nūc vero de interiorib.] i.pars.i.profundioribus,vel vicinioribus. baptismo.qa hæc circa ipsum in ipso baptismo fiunt. Hu.cautione,& tn̄ nudis verbis repromittitur Et ita est arg.† ꝙ simplex cautio idonea cautio est licet vt dr̄ gl.lex dicat,qđ no-
4 men idoneæ cautionis pignus,vel fideiussor intelligitur. vt.ff.de fideicō.li.l.4.§.adijcit.ff.mandati.si mandato.in fi. C.de verbo.signi.sancimus[spopondistis]quilibet.n.eorū interrogatur,& dr̄ abrenūtias satanæ,& oībus pōpis eius. & ipse rn̄det per se,si adultus est,vel vice eius patrinꝰ abrenuntio.Vtrū aūt puer teneatur ad obseruantiā huius post quam ad ætatē adultā puenerit dictū est in qōne, quod sic. Per diabolū,& pōpas eius intelliguntur mortalia peccata, vt dr̄ Hu.Si quæratur,q̄ differentia,cum dr̄ abrenuntias satanæ,& oībus pompis eius.Ad hoc rn̄detur ƒm magistrū Alexandrū de Halis,quod designatur deformitas peccati & actus,& circunstantię,quæ noīe pompæ intelligūtur.vt non

Marginal notes, left column: Primum ar. / Scd'm ar. / Tertium ar. / Quartū ar. / Quintū ar. / Opponit in cōtrarium. Respondet. Alexander. Bonauent. / Ad primum & scd'm. argu. / Ad tertium / Ad quartum / Ad quintū. / Augusti.

Marginal notes, right column: Primum ar. / Scd'm argu / Tertium ar. / Opponit & Respondet. / Ad primum arg. / Ad scd'm. S.Thom. / Ad tertium S. Thom. / Exponit litteram / Quæstio. Respondet. Ale.de Hal.

non debeat diabolus habere possessionem in ipso ratione deformitatis, vel actus, vel circunstantiarum[in fontem sacrum].i.quo cõsecratur [fontem redẽptionis].i.quo quia quis consequitur fructum redemptionis[fontem significatum].i.sanctificationis, in hoc ergo fonte. Nota quod huiusmodi interrogatio de abrenuntiatione, & fide licet sit prælibata in scrutinio, tamen repetitur in sabbato sancto, quo aliqui absuerunt, vel quia aliqui per negligentiam qđ acceperunt amiserunt, vt dicit Hug. Et propter hanc repetitionem abrenuntiationis, & confessionis intitulatur in sacramentario in sabbato Paschæ ad reddentes. Reddunt.n. quod in scrutinio acceperunt iuxta capitulum non liceat. supra eadem distinctio[credis in Deum]non in idola non in creaturam [in Deum]non in Deos[de spiritu sancto ex Maria virgine]sed, vt August. dicit in enchiridion, natus est de spiritu sancto non sicut filius, & de Maria virgine sicut filius. Ratio huius, quia natus est de Maria virgine materiam ministrante in similitudinem speciei, & ideo dr̃ filius eius. Christus autem secundum ꝙ homo est conceptus de spiritu sancto, sicut de actiuo principio, cuius virtute formatus est. Non tamen secundum similitudinem spẽi. Et ideo Christus non dr̃ filius spũs sancti. [hoc autẽ fecimus iuxta &c.]hic ponit doctrinam cathecizandi baptizandos ex doctrina Christi, vnde Christus formam baptizandi tribuens Matth. vltim. dicit, docete omnes gentes &c. vbi doctrinam præmisit baptismo.[quod autem interrogamus] 4. pars. dicit, ꝙ non eodem modo interrogamus[vt quo modo in Deũ, creditur, sic in ecclesiam sanctam &c.]& ratio est, quia nõ eodem modo credere debemus in Deum, & in ecclesiam, vnde S. Thom. in 2.2. dicit, ꝙ si dicatur credo in sanctam ecclesiam, est hoc intelligendum, secũdum quòd fides nostra refertur ad spiritum sanctum, qui sanctificat ecclesiam, vt sit sensus. Credo in spiritum sanctum sanctificantem ecclesiam &c.i. in ecclesia sancta conuersans credo in Deum, vel aliter, vt dr̃ Hug. Credo in ecclesiam sanctam catholicam.i. ecclesiam fidem catholicam tenentem esse sanctam.i. sanctificatam, & firmatam, & perseueraturam vsque in finem, sed melius est, vt dicit S. Tho. vbi.s. & secundum communem vsum, vt non ponatur ibi in, sed similiter dicatur sanctam ecclesiam, sicut etiam Leo papa dicit. Alludit etiam huic sententiæ Beatus August. qui exponens illud Ioann. 10 creditis in Deum, & in me credite, dicit. Petro aut Paulo credimus, sed non dicimur credere nisi in Deum.

Hugu. (margin) · S.Thom. (margin) · Hugu. (margin)

1 *Paruuli an sint baptizandi.*



Aruuli. Sequit̃ 14. pars huius distinctionis, in qua de baptismo paruulorum agit Gratianus. Et quia baptismus nõ est dandus, nisi credentibus, ostendit per c. præsens, & tria sequentia, ꝙ non valentibus per se fidem profiteri. valet per alios fidei professio facta. capitulum non diuiditur. ¶ Pro intelligentia pleniori
Quæstio. 1 huius c. quæritur 1 vtrum paruuli sint baptizandi, vel vtrũ possint sacramentum baptismi suscipere. Et arguit, ꝙ non.
Primum ar. ¶ Primo sic. baptismus est sacramentum fidei, vnde Matth. dr̃, qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, ex quo videtur, ꝙ credere præsupponitur ante baptismum, sed pueri non possunt credere, quia non possunt aliquid cum assertione cogitare, nec potest dici, ꝙ saluentur in fide parentum, quia quandoque parentes sunt infideles & sic magis per eorum infidelitatem damnarentur, ergo videtur, quod
Secundum argu. pueri non possunt baptismi sacramentum suscipere. ¶ Secundo sic. in eo.n. qui baptizatur requiritur intentio suscipiendi sacramentum, vt patet, sed huiusmodi intentionem non possunt habere pueri, cum non habeant vsum liberi
Tertium ar. arbitrij, ergo videtur, ꝙ non possunt suscipere sacramentũ baptismi. ¶ Tertio sic. in baptismo fit quædam obligatio hominis ad ea, quæ sunt fidei christianæ seruanda, vt patet ex. ca. præcedenti, sed obligatio non potest fieri ab eo, qui
Quartũ ar. non est suę voluntatis arbitrio constitutus, ergo idẽ. ¶ Quarto si in matrimonio carnali requiritur consensus multo fortius in matrimonio spirituali, cũ ergo in baptismo aĩa fiat sponsa Christi nisi ponatur obex requiritur cõsensus eius. qui debet baptizari. in paruulo autem nullus est cõsensus,
Opponit et Respondet. ergo non potest baptizari. ¶ In oppositum est tex. presentis cap. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ pueri sunt baptizandi, & ꝙ baptismum suscipere possunt. Probatur hæc conclusio. primo sic. baptismus circuncisioni successit, sed circuncisio pueris conferebatur, ergo & baptismus pueris debet dari. ¶ Secundo sic. Diony. dicit vltim. c. ecclesiasticæ hierar. ꝙ diuini nostri duces.i. apostoli probauerunt infantes recipi ad baptismũ. ¶ Tertio sic. grã superabundauit plus quã delictũ, sed delictũ rõne originalis peccati transiuit in paruulos, multo fortius grã Christi, illa autem maxime est in sacramento baptismi, ergo paruuli suscipere possunt sacramentum baptismatis. Pro quo notandum, cum S. Thom. in 4. dist. 4. quod diuersi status mundi comparantur diuersis ætatibus vnius hominis, sicut Augustin. dicit in libr. 84. quæstionum, vnde sicut nullus status mundi fuit, in quo esset humano generi pclusa via salutis, ita nulla ætas vnius hominis est, in quo sibi via salutis præcludatur, vnde cum in pueris sit peccatum originale, per quod à consecutione salutis æternæ impediuntur, oportet, ꝙ eis adhiberi possit aliquod remedium ad remouendum dictum impedimentum, hoc autem est baptismus, vnde diuinæ misericordiæ contradicit, qui negat baptismum paruulis posse exhiberi, & propter hoc hæreticum est hoc dicere. ¶ Ad rationes.
S. Thom. (margin)
Ad primum arg. Ad primam respondetur, ꝙ sicut dicit Isidorus in hoc cap. pueri alio profitenti baptizantur, ita etiam Beatus Augu. scribens ad Bonifacium dicit, vt habetur.j̃. ea dist. in ecclesia saluatoris paruuli per alios credunt sicut ex alijs quę in baptismo remittuntur peccata traxerunt, nec impeditur eorum salus, si parẽtes sunt infideles, quia sicut dicit B. Au. eidem Bonifacio scribens. offeruntur paruuli ad percipiendum spiritualem gratiam non tam ab eis, quorum gestantúr manibus, quamuis etiam ab ipsis, si ipsi boni fideles sunt quam ab vniuersa societate sanctorum atque fideliũ, ab omnibus namque offerri recte intelligũtur quibus placet, ꝙ offerunt, & quorum charitate ad communionem sancti spiritus adiunguntur. infidelitas autem propriorum parentum etiam si eos post baptismum demoniorum sacrificijs imbuere conarentur, pueris non nocet. vt Augu. habet ibidem, & habetur.j̃.e. distin. quæris. Ad authoritatem Matth. vltim. dicitur sicut dicit Augusti. & Beda, ꝙ paruuli per alios credunt, vnde fides ecclesiæ supplet, quod minus est in paruulis, vel dicendum, ꝙ verbum domini referendum est ad illos tantum, qui per doctrinam apostolorum instruendi erant, qui erant adulti, de quibus prædixit, predicate euangelium omni creaturæ. nulli.n. eorum quibus euangelium predicandum erat baptismus dari debuit nisi crederet. ¶ Ad secundam respondetur, quod quemadmodum dicit Aug. in c. mater ecclesia.j̃.e. dis. paruuli fideles propterea recte vocantur, quoniam per fidem eos gestantium quodammodo profitentur. Ita eadem ratione possunt dici intendentes nõ per actum proprium, seu proprię intentionis. cum ipsi contra nitantur, & plorent, sed p actum eorum à quibus offeruntur. ¶ Ad tertiam dicendũ, sicut sæpe in superioribus dictũ est, maxime circa c. præcedens, ꝙ cum obligatio, q̃ fit in baptismo non sit ad aliquid, ad quod non teneatur aliquis homo per alium, etiam fieri potest &c. ¶ Ad quartam respondetur, ꝙ vt dicit magister Ale. de Ha. aliud est in matrimonio carnali, & spũali in parte. in parte est simile. in adultis.n. requiritur vtrobique consensus, in paruulis vero de consensu parentum contrahuntur sponsalia, sed non omnino ratificantur, nisi per consensum illarum personarum, cum venerint ad adultam ætatem. In paruulo vero contrahitur matrimonium spirituale per gratiam Christi, à qua habet virtutem baptismus, & per ipsum consensum ecclesiæ sicut dicit Isidorus in c. præsenti, ꝙ alio profitente baptizantur, qui adhuc loqui, vel credere nesciunt, vt dicit August. ad Bonifacium, vt possit regenerari per officium voluntatis alienæ cum offertur consecrandus, facit hoc vnus spiritus ex quo gñratur oblatus. ratificatur autem ex consensu patrini, & fide ecclesiæ ipsum matrimonium spirituale suscepto baptismatis sacramento, & quo ad hoc est dissimile respectu matrimonij carnalis, in alijs autẽ similitudo attenditur. Leg. ¶ [Alio profitente]huius rei causa assignatur ab Aug. dicente paruuli ex alio ægroti ad ecclesiam portũtur, & si pedibus illi currere nõ possunt, alienis pedibus currunt. accommodat illis mater ecclesia, & aliorum os, vt credant, & aliorum linguam, vt fateantur.
Aug. (margin) · Ad secũdum (margin) · Ad tertium (margin) · Ad quartum (margin) · Ale. de Hal. (margin) · Exponit literam. (margin)

1 *Baptisma an sit conferendum carentibus vsu rationis, aut dormientibus, & nu 8.*

2 Dor-


2 *Dormientes non sunt baptizandi nisi periculum mortis immineat.*



Egrotantes. Sequitur secundum c. eiusdē partis, in quo magister Gratianus dicit, ꝙ ægrotantes, qui respōdere non possunt, si de voluntate eorum constiterit, ꝙ velint baptizari, vt puta per amicos, per domesticos, aut familiares baptizandi sunt. ¶ Pro pleniori intelligentia huius cap. & contentorum in eo quæritur, †vtrum vsu rationis carentibus, vt puta amentia, aut furia laborantibus sit baptismo conferendum, aut etiam dormientibus. Et videtur, ꝙ non. Primo sic. fides in adultis requiritur, vt. j. e. dist. cum pro paruulis, nullus autē, qui caret vsu liberi arbitrij, vel simpliciter, vel pro tempore, quo caret credit, sed amens, vel dormiens est huiusmodi, ergo non suscipit sacramentum. ¶ Secundo sic. in adultis non solum in baptismo originalia sed etiā actualia peccata soluuntur, sed contra actule peccatum, quod aliquis ex seipso commisit requiritur proprius motus liberi arbitrij, ergo his adultis, qui vsum liberi arbitrij non habent baptismus dari non debet. ¶ Tertio sic. nulli contradicenti sacramentum exhiberi debet, sed quandoque amentes, & furiosi contradicunt, ergo eius baptismus dari non debet. ¶ Quarto sic. dormientes secundum philosophum viuunt vita plantæ, sed baptismus non datur nisi viuenti vita humana, quæ est secundum animam rationalem, ergo dormiēti dari non debet. ¶ Contra videtur esse primo tex. præcedentis ca. in quo dr, ꝙ licet pueri vsum rationis non habeant, baptizantur, ergo multo magis illi, qui aliquādo habuerunt, licet non habeant. ¶ Præterea secundo in præsenti cap. habetur, ægrotantes, si de voluntate eorum apparuerit aliquod testimonium possunt baptizari, ergo etiam ægrotantes fuerat, & furia gaudebunt eodem priuilegio. ¶ Respondeo dicendum cum S. Tho. in 3. parte ꝙ circa amentes distinguendum est. Quidam. n. sunt à natiuitate, tales nulla habentes lucida interualla, in quibus etiam nullus vsus rationis apparet, & de talibus quantum ad baptismi susceptionem videtur idem iudicium, & de pueris, qui baptizantur in fide ecclesiæ, sicut dictum est. alij vero sunt amentes, qui ex sana mente, quam habuerunt prius in amentiam inciderunt, & tales sunt iudicandi secundum voluntatem, quam habuerunt, dum sanę mentis existerent, & ideo si tunc apparuit in eis voluntas suscipiendi baptismū, debet exhiberi eis in furia, vel amentia constitutis, etiam si tunc contradicant. Alioqui si nulla voluntas suscipiendi baptismum in eis apparuit, dum sanæ mentis essent, non sunt baptizandi, quidam vero sunt, qui & si à natiuitate, fuerint furiosi, & amentes, habent tamen aliqua lucida interualla, in quibus recta ratione vti possunt, vnde, si tunc baptizari voluerunt, baptizari possunt, etiam in amentia constituti, & debet eis sacramentum tunc cōferri si periculum timeatur. Alioqui melius est, vt tempus expectetur, in quo sint sanæ mentis, ad hoc, quòd deuotius suscipiant sacramentum, si autem tempore lucidi interualli non appareat in eis voluntas baptismū suscipiendi, baptizari non debent in amētia constituti, quidam vero sunt, qui, & si non omnino sanę mentis existant, intantum tamē ratione vtuntur, ꝙ possunt de sua salute cogitare, & intelligere sacramenti virtutem. & de talibus idem est iudicium sicut de his, qui sanę mentis existunt, qui baptizantur volentes non inuiti. ¶ Ad rationes. ¶ Ad primam dicendum, ꝙ, si sit amentia à natiuitate, & nunquam habuit lucida interualla, talis non pro adulto, sed pro paruulo iudicandus est. Si vero talis habuit lucida interualla, dicendum est, ꝙ licet nunc non habeat vsum fidei, habere tamen potuit prius, quando habuit propositum baptizādi, & hac ratione potest baptisma suscipere. ¶ Ad secundam respōdetur, ꝙ sicut in adulto, qui habet vsum rationis, disponit ad gratiam baptismalem motus liberi arbitrij, quem habet dum baptizatur, ita in amente motus liberi arbitrij, quem habebat dum sanæ mentis erat. ¶ Ad tertiam respondetur, quod assumptum est verum, cum quis animo contradicit. cum. n. effectus baptismi in mente suscipiatur non impeditur nisi ex cōtradictione mentis. Illi autem, qui mentis vsum non habent nō contradicunt mente, sed magis fantasia ducti, & ideo talis contradictio non impedit effectum baptismi, quando mentis consensus præcessit. ¶ Ad quartam respondetur, †ꝙ dormiētes baptizandi non sunt, nisi periculum mortis immineat, ꝙ tamen similiter distinguendum est de dormientibus, sicut de illis, qui amentiam incurrunt post statum sanæ mentis, videlicet, ꝙ tales, si in eis in vigilia existentib. apparuit propositum, quod vellent baptizari, in periculo constituti sunt baptizandi, sicut Augus. narrat. quarto confessionum de amico suo, qui baptizatus est nesciens propter periculū mortis. Et hinc potest fieri argumentum, vt dicit dominus Petrus de palude in quarto, vt si dormiens, qui in vigilia habuit intentionem, & propositum percutiendi clericum, licet ipsum ante non percusserit, sed postmodum dormiēs surgit, & ipsum percutiat, quod sit irregularis, & hoc ratione propositi, & voluntatis accedentis, & forte excommunicatus, cum illud, quod fit in somno procedat ex malitia, quam vigilans conceperat, sicut proijciens lapidem, licet mox ante percussionem pœniteat, non euadit excommunicationem, sicut nec ille, qui mandauit, & ante pœnituit, sed mandatum non reuocauit, etiam si non potuit, & hic est casus, in quo sententia iuris præcipit ligare etiam iustū. 3 ¶ Sed hic quærit magister Alexand. de Hali. †si baptizatur amens, vel dormiens, & postea liberatus à somno, vel infirmitate consentiat licet ante contradixerat, vtrum talis reputandus est baptizatus. Et videtur quod sic. per simile de ficto, qui immersus manente fictione non recipit baptismum ad salutem, recedente autem fictione incipit baptismus habere locum, & effectum suum. ¶ Respondetur secūdum eundem Alex. quòd talis amens baptizatus, qui ante amentiam contradixerat non est reputandus pro baptizato ratione talis consensus, sed de nouo est baptizandus, cōsensus. n. conuenienter præcedit ad ratificandum, & non conuenienter sequitur Ad rationem respondetur ꝙ non est simile de ficto, & de isto amente, quia in ficto præcessit voluntas recipiendi sacramentum, & ideo recipit sacr̄m baptismi, licet quia fictus accessit non receperit rem sacramenti. Amens autem iste ponitur contradixisse, & ideo talis nec sacramentum nec rem sacramenti suscipit. Lege. ¶ [Aegrotantes nō possunt] aliter si possunt vt. j. e. di. cū pro paruulis [voluntas eorum testimonium sui] amici, domestici, & familiares, vel per signa ext. de spōsa. cum apud similiter de pœnitentibus agendum est, vt, si non possunt loqui, & de eorum voluntate constiterit, ꝙ voluerunt, vel velint baptizari, vel pœnitentiam accipere baptizentur, & pęnitētia eis non negetur, vt 26. q. 6. quæ recedunt, & c. sequenti, & de pę. di. 1. multiplex.

Quæstio. | Primum ar. | Secundū ar. | Tertium ar. | Quartū ar. | Opponit in cōtrarium. | Sc̄da oppo. | Respondet. S. Thom. | Ad primum argu. | Ad sc̄dm. | Ad tertium | Ad quartum | Pet. de pa. | Quæstio. | Respondet. | Exponit literam.

1 *Gratia fides, & virtutes an dentur paruulis in baptismo.*
2 *Actus virtutum est triplex.*
3 *Baptismus quare dicatur sacramentum fidei.*



Nihil est. Sequitur tertium cap. eiusdem in quo magister Gratianus ostēdit, qualiter paruuli cum nondum habeant vsum rationis, nec actum fidei, possunt dici credentes, & de numero fidelium nominari dicens ex authoritate Augus. hoc esse qu a sacrametum fidei suscipiunt capitulum hoc non diuiditur per sua breuitate. ¶ Pro cuius ampliori intelligentia quæritur †vtrum paruulis in baptismo detur gratia, & fides atque 1 virtutes. ¶ Et videtur ꝙ non, primo ex cap. præsenti, quod est August. li. de baptismo paruulorum, & primo ex prima parte huius c. vbi Aug. dicit. nihil est aliud credere, quam fidem habere, sed pueri non credunt cum fidem habere nesciant, vt in c. paruuli. s. e. dist. ergo non habent fidem. ¶ Secundo arguitur ex 2. parte eiusdem c. vbi aperte dicit, paruulos fideles facit non fides ea, quæ consistit in credentium voluntate, ergo pari ratione nec alias virtutes, quæ etiam in voluntatate consistunt. ¶ Tertio sic. super illud Ioan. 14. maiora horum faciet. dicit Aug. ꝙ vt ex impio iustus fiat sed non sine illo Christus operatur sed puer cum nō habeat vsum liberi arbitrij, non cooperabitur Christo, ad suam iustificationem, imo quandoque pro posse renititur. ergo non iustificatur per gratiam, & virtutes. ¶ Quarto sic. si aliquid de nouo recipiatur in aliquo oportet, quod recipiens, vel influens alio modo se habeat nūc, quā prius, sed anima pueri baptizati non alio modo se habet, dum baptizatur, quam prius, proprium motum non habet carens liberi arbitrij vsu. Nec Deus, qui est influens gratiam, & virtutes, ergo pueri in baptismo gratiam, & virtutes non recipiunt. ¶ Quinto sic. Damascenus dicens, quòd substantia nullo

Quæstio. | Primum ar. | Scd̄m arg. | Tertium ar. | Quartū ar.

Quintū ar. tia nullo modo est sine propria operatione, sed constat, ꝙ in puero non sunt operationes virtutum, quia non habet electionē, vt dr̄ in 3. Eth. quæ in opere virtute requiritur, ergo non habet virtutes. ¶ Sexto. virtutes, cum sint habitus habilitant nos ad actum, sed pueri non sunt habiles ad agē dum, quæ secundum virtutes sunt, ergo non recipiunt vir tutes in baptismo. ¶ In oppositū est Beatus Aug. ad Bonifa cium dicens. regenerans spiritus in maioribus offerentib, & in paruulis oblatis communis est, ergo eundem effectū habet baptismus in magnis, & in paruis. ¶ Ratione sic. baptismus delet originale peccatum in paruulis. dicit. n. Au. in encheridion paruuli renascendo moriūtur illi peccato, ꝙ nascendo contraxerunt, sed originale peccatum non solum substantiam animæ, sed etiam potentias deformat in paruis, si ergo baptismus est perfectum remediū reformat etiā potentias, sed personæ reformantur habit. bus virtutum. ergo baptismus dat paruulis habitum virtutum.

Sextum ar.

Opponit in cōtrarium.

Secūda op.

Respondet. S Thom. Prima op. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ, vt recitat S. Thom. & Alexan. de Halis, & Bonauentura. circa hoc multiplex opinio. quidam. n. dixerunt, quòd pueris in baptismo nullo modo virtutes dantur, sed solum à peccato originali mundātur, sed postea in separatione animæ à corpore, vel quando ad pfectam ętatem veniunt, eis virtutes cōferunt si innocentiam seruent, quam opinionem secutus est Hu. in apparatu suo. Sed hęc opinio non potest stare, sed manifeste falsa est. Tū primo, quia pueri sicut, & adulti in baptismo efficiuntur membra Christi, vnde necesse est, ꝙ à capite recipiāt influxum gratiæ, & virtutes. Tum secundo, quia secundum hāc opinionem pueri decedentes post baptismum non perueniunt ad vitam æternam, quia vt dr̄. ad Roma. 6. gratia Dei vitam æternam, & ita nihil profuisset eis ad salutem baptizatos fuisse. Tum tertio, quia cum dicatur eccles. 11. lignū cum presciffum fuerit, vbi ceciderit ibi stabit. Si pueris ante mortem non fuissent collatæ virtutes, & gratia operās, & cooperans, nec in morte eis conferrentur, & sic non saluarentur quod falsum est. Causa autem huius erroris fuit, vt dicit S. Thom. tam in quarto, quam in tertia parte, quia sic opinantes nesciūt distinguere inter habitum, & actum, & sic videntes pueros inhabiles ad actus virtutum, crediderunt, eos post baptismum nullatenus habitus virtutum habere, sed ista impotentia operandi nō accidit pueris ex defectu habituum, sed ex impedimento corporali, sicut etiam dormientes quamuis habeant habitus virtutum impediuntur tamen ab actibus propter somnum. ¶ Secunda opinio est dicentium, ꝙ paruulis in baptismo dātur virtutes non in seipsis, sed in radice sua. s. gratia, quæ est radix vir tutū, sicut essentia animæ potentiarum, sed postea quando soluuntur potentiæ perfectis organis effluunt virtutes in ipsas ab essentia animæ, siue ipsa gratia ramificatur in habitus virtutum. Hæc opinio stare potest, tum primo, quia tūc si puer in furiam verteretur antequam ad perfectam ætatē perueniret nunquā in ipso potentiæ soluuntur, & ita nunquam virtutes habere esset dicendus, quod falsum est. Tū secundo quia secundum hoc aliquis habens virtutes si ligarentur eius potentiæ per stultitiam, vel furiam, amitteret eas, quod stultum est, cum sic virtutes perderentur sine culpa, vt ait magister Alex. & dominus Bonauentu. Tum tertio, quia vt dicit S. Thom. ꝙ potentiæ sint ligatæ aliquo impedimento non impedit habitum, sed actum, vnde dormientes, & vinolenti habitus habent, sed ligatos. ¶ Tertia opinio, quæ communis est, & per consequens melior est dicentium, ꝙ paruulis in baptismo conferuntur gratia & virtutes, sed habitus illi ligati sunt propter pueritiam, sicut in dormiente propter somnum, sed pueritia discedente, inclinant ad bene operandum, nisi aliquis spiritui sancto resistat. ¶ Quo habito dicendum est. Ad rationes. Ad primam respondetur secundum magistrum Alexandrum de halis, ꝙ verbum August. sic intelligitur. Nihil est aliud credere, quā fidem habere in suo actu, vnde ibi sumitur fides ab Augu. pro actu fidei, sicut ibi fides est credere, quod nō videt, verum est autem, quòd paruuli non habent fidem in suo actu. ¶ Ad secundam respondetur secundum S. Thom. & magistrum Alexandrum de Hal. quod Aug. loquitur ibi de fide actuali & voluntate, quę in pueris esse non possunt. ¶ Ad tertiam respondetur, quòd dictum Augst. intelligendum est de adultis, sicut, & illud, ꝙ idem August. dicit lib. de charitate. nemo ex aqua, & spiritu sancto renascitur, nisi volens. ¶ Ad quartam respondetur, quod quamuis agens

Contra primam opin.

S.Thom.

Scđa opin.

Ale.de Hal. Bona uent.

Tertia opi.

Ad primum arg.

Ad secūdum

Ad tertium

Ad quartum

principale sit immobile. s. ipse Deus, tamen agens instrumētale non eodem modo se habet nunc, & prius ad puerum, quia nunc adhibetur sibi baptismus, non autem prius, tum etiam sine mutabilitate sui dominus aliam posset puero gratiam conferre etiam sine adhibitione sacramenti si ab æterno disposuisset se ei daturum, sicut patet de sanctificatis in vtero. ¶ Ad quintam respondetur, † quòd duplex est

2 actus virtutum, vnus prius essentialis quodam modo sine quo virtus in nullo statu esse potest, vt dicit Alexandr. de Halis, quæ est, vt dicit S. Thom. perficere animam, & potentiam eius. Consistit autem vt dicit Alex. in decoratione subiecti. s. animæ. virtus. n. in omni statu animam decorat, & dignam Deo efficit pp ꝙ virtutes dicuntur vestimenta aīæ, vnde Esa. 61. induit vestimentis salutis. glo. virtutib. & hūc actū virtutes etiam in pueris habēt. Alius dr̄ secundus actus qui est operari cum electione, & hunc actum non semper habent, quia earum operationes sunt voluntariæ, & voluntas non habet necesse semper agere etiam in adultis. ¶ Ad sextam respondetur, vt dicit S. Tho. ꝙ habitus facit habilem ad actum tollendo inhabilitatem, quæ ex imperfectione potentiæ, & talem habilitatem bene habent pueri baptizati, non autem tollendo inhabilitatem, quæ est ex parte corporis sicut patet in dormientibus. Leg. ¶ [Si nihil est, quam fide habere]. s. in actu non habent effectum. i. actum siue vsum [respondetur fidem habere propter fidei sacramentum.] Et ita videtur, ꝙ idem sit hic credere, siue fidem habere, ꝙ baptizari, sicut dicit Au. de baptismo paruulorum, quis nesciat credere, infantib. esse baptizari, dicit autem magister Alex. de hal. ꝙ in isto loco credere sumitur pro profiteri, quia paruuli non aliter profitentur fidem, nisi suscipiēdo sacramētum fidei. Et similiter sumitur in illo verbo Aug. ad Bonifacium in ecclesia saluatoris, per alios paruuli credunt, sicut ex alijs quæ in baptismo remittuntur peccata contraxerunt. paruuli dicuntur per alios credere. i. sacramenta fidei profiteri, vel sacramētum fidei suscipere [propter sacramentum conuersionis]. i. velle suscipere sacramentum. s. baptismi. Nam, qui vult, & præsto est suscipere sacramentum fidei, & conuersionis iam dr̄ fidem habere, vel credere, & conuerti ad dominum. [Et si non est fides ista]. s. actualis [fidelē facit]. s. actu credentem, vel profitentem, sacramentum tamen fidei, quod suscipit ostendit illum fidei professorem. † Baptismus dr̄ sacramen

3 tum fidei, tum quia in fide Christi & ecclesiæ confertur, tum quia in fide trinitatis confertur, quam omnes tam offerentes, quam oblati tenentur credere, & confiteri, tum quia signum est, quòd suscipiēs baptismum fidem habeat. Dicitur etiam sacramentum conuersionis, vt dicit Hugu. quia signum est, quod suscipiens conuertitur ad Deum, & filius ecclesiæ suscipiatur, & efficiatur, quamuis quandoq; non sit verum. [ad celebritatem]. i. solennitatem, non ad substantiam. non enim omnia, quæ dicuntur, vel fiunt in celebratione sacramentorum sunt de substantia eorum, vt supra ead. distinct. & vtrum. [non ipsam rem]. s. fidem [mente annuendo] id est profitendo, quia vsum liberi arbitrij non habet.

Ad quintum

Ale.de Ha. Bonauent.

Ad sextum S Thom.

Exponit literam.

Hugut.


1 *Taciturnitas aliquando non habetur pro consensu.*



CVm pro. Sequitur quartum ca. eiusdem partis, cuius summa est, ꝙ cum pro paruulis responsio fit per alios illis profi cere potest talis responsio ad susceptionem, adultis vero non, nisi sint ægrotantes. tales. n. pro se respondere debent. omnia plana sunt. Lege. ¶ [Non vtique]. i. tantundem [valet]. s. ad remissionē peccatorum, quoniā ex quo adultus, & discretus, & respondere potest, & non respondet, præsumitur fictus, & non ve

1 ro animo, & puro ad baptismum accedere. Et est ar. † quòd taciturnitas quandoque non habetur pro consensu. di. 78. tanta. di. 23. diaconus. & di. 54. si sumus. Hug.

Exponit literam



POstquam vos. incipit 15. pars huius distinctionis, in qua magister Gratianus postquā superius egit de efficacia, & de ministris, & de solennitate per cathecismos, & exorcismos ipsius baptismi. Nunc per capitula quatuor agit de forma baptismi. Duplex autem, vt dicit August. est forma, vna est realis, quę consistit in ipso actu baptizandi, vt cum puer immergitur in aqua semel aut ter secundum variam con

suetudinem

suetudinem ecclesiarum. Alia est vocalis, quæ consistit in verbis euãgelicis, de prima agit hic. agit. n. de ritu, siue modo baptizandi. s. de trina immersione. Et diuiditur in duas partes. in prima ponit qualiter post confessionem fidei cathecumini, tertio immerguntur in sacro fonte. In secunda assignat rationem illius trinæ immersionis, quia. s. est significatiua mysterij trinitatis, & sepulturę Christi. secũda ibi, quoniam ordo. Pro pleniori intelligentia huius c. & sequẽtium eiusdem partis quæruntur duo.

1 ¶ Primum est, vtrum immersio sit de necessitate baptismi.

2 ¶ Secundum, vtrum debeat esse trina immersio.

1 Ad primum sicut proceditur. † Et videtur, quòd immersio sit de necessitate baptismi. ¶ Primo sic. ex textu præsentis capituli vbi dicitur, quod per baptismum configuramur sepulturæ Christi, & ita colligitur ad Roman. 6. sed hoc nõ fit per baptismum, nisi inquantum immergimur, & occultamur in aqua, sicut Christus sub terra. ergo immersio est de necessitate baptismi. ¶ Secundo sic. baptismus datur in remedium contra originale peccatum, sed originale peccatum est in toto corpore, ergo totũ corpus debet immergi. ¶ Tertio sic, si aliqua pars sufficeret, vt intingeretur pręcipue videretur de membris genitalib. in quibus præcipue originale manet. in quibus circuncisio fiebat, sed ablutio non potest fieri congrue in illis membris, nisi totum corpus immergatur, ergo totum corpus debet immergi. ¶ In op. est. primo consuetudo in aliquibus ecclesijs, in quibus quãdoq; per aspersionẽ, & nõ per immersionem baptismus celebratur. Itẽ in vita B. Laurentij legitur, quod Romanus ab ipso baptizatus vrceũ cum aqua attulit, in quo constat, quòd immergi non poterat, ergo immersio non est de necessitate sacramenti. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ immersio non est de necessitate sacramenti. Probatur conclusio sic. baptismus. n. ablutionem importat, ablutio autem per aquam potest fieri non tantũ per modum immersionis, sed etiam per modum aspersionis, vel effusionis, ergo vtroque modo potest fieri baptismus. patet etiam conclusio ex hoc, quòd apostoli hoc modo baptizasse videntur. s. aspergendo, vel effundendo, cum legatur, quòd vna die conuersi sunt quinque millia, & alia die tria millia. Act. 2. & 3. vnde mos ille seruatur adhuc in multis ecclesijs, & maxime in ecclesia Gallicana, vt dicit dominus Bonauentura, & ideo quando consuetudo patitur, vel quando necessitas incumbit propter defectũ aquę, vt si sit modica aqua, vel propter periculum pueri de cuius morte timetur, vel etiam propter imbecillitatem baptizãtis non potentis sustẽtare infantem, vel quia rudis, & timetur ne lędat puerum, vel propter impotentiam baptismi, vt puta si puer non sit totus natus, potest sine immersione celebrari. Mos tamen communis ecclesiæ est baptizare immergendo, et ex dictis sanctorum in præsenti parte colligitur. mos autem est iste, vt dicit Bonauent. sacerdos debet tenere per latera, & versa facie ad aquam debet immergere ita, quod habeat caput versus orientem. secundo versus Aquilonem. tertio versus meridiem, & hoc si trina mersio debet fieri, & tunc in prima debet dicere sacerdos vt dicit Hugu. baptizo te in nomine patris, immergendo puerum facie pueri versa ad orientem postea parum leuare, & dicere, & filij, mergendo eũ versus sinistrã partẽ, & iterũ puerũ leuare, & dicere, & spũs sancti, mergendo eum versus dexteram partem, & tunc patrinus debet eum recipere, & eleuare, de aqua ut 30. q. 1. nosse, & q. 4. si quis. hęc tamen ad solennitatem spectãt. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur negando minorem, quia etiam in effusione aquæ homo quodammodo sub aqua ponitur, & ideo quodammodo Christo per baptismum consepelitur. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam, ratio s̃m S. Th. quia cum oẽs operationes à capite principium habeant, & quia baptismus formet animales habitus, ut dicit Dion. non autẽ naturales, uel uitales, ideo si sit caput aspersum in aqua, in totũ corpus aspersio reputat̃, sicut ẽt iuristę dicũt, ꝙ ibi caput hominis iacet, reputatur ac si totus homo sepultus esset ibidem, non sic autem est de alijs partibus. dominus Bonauentura. dicit, quod utroque modo baptizari potest, tamen conuenientius aptius, & securius est baptizare immergẽdo, & si est satis de aqua totum corpus debet immergi si parũ sufficit, si est tñ ꝙ immergi possit, pars principalis, ut caput, & pectus, uel caput tãtum, quia ibi sunt omnes sensus, & ibi maxime uiget operatio animæ, & secundum illam maxime attenditur ratio imaginis, qualecunque sit secundum corpus, & ratione totalitatis sensuum significat totalitatem mortis Christi, & totalitatem etiã curationis peccati originalis. ¶ Ad tertiã respondetur, ut dicit S. Tho. ꝙ quamuis originale peccatum consistat præcipue in mẽbris genitalibus quantum ad originem, tamen in operationibus animalibus conseruatur quantum ad rationem culpę, & ideo potius oportet baptismum adhiberi circa caput, si necessitas incũbit, ut nõ totũ corpus possit immergi.

(Primum ar. — Secdm arg. — Tertium ar. — Opponit in cõtrarium. — Respondet. — Bonauent. — Hugo. — Ad primum argu. — Ad secdm. — S. Thom. — Dionysius. — Bonauent. — Ad tertium.)

2 Ad secundum sic proceditur. † Et uidetur, ꝙ immersio non debet esse trina, sed una. ¶ Et primo sic baptismus est tinctio in aqua uerbo uitæ sanctificata, ut dicit Augu. sed unus est baptismus, ergo una debet esse tinctio siue immersio. ¶ Secundo sic. ad baptismũ requiritur fides de unitate, & trinitate personarũ, sed trinitas personarum sufficienter exprimitur in forma, ergo unitas essentię debet exprimi in unitate immersionis. ¶ Tertio baptismus est figura passionis Christi, sed una est passio Christi, ergo una debet esse immersio in baptismo. ¶ Quarto sic. Baptismus est unicum, ergo unica debet esse immersio. ¶ In oppositum uidetur esse textus præsentis c. & quasi omnium aliorum sequentium eiusdem partis. ¶ Respondeo dicendum secundum S. Tho. & Alex. de Hal. congruentissime obseruatur in baptismo trina immersio, siue trinarius numerus immersionis. Probatur ista conclusio, quoniã magis in trina mersione exprimitur efficacia baptismi, siue ad id, quod mysticum concernit, siue quantum ad id, quod efficit, hoc patet quoniam quãtum ad efficaciam in significando trina mersio congruit primo ad figurandum Christi sepulturam, cui per baptismum consepelimur, hanc rationem assignat August. in litera præsentis cap. & Beatus Diony. secundo ecclesiasticæ hierarchiæ dicens, ꝙ debet fieri baptismus tribus dimersionibus, & eleuationibus, ad significandum, ꝙ Christus in sepulchro iacuit tribus noctib. & tribus diebus. Ad idem dicit Damasc. Typus mortis Christi est baptismus, per tres. n. immersiones tres dies dominicæ sepulturæ exprimuntur. secũdo fit trina immersio, quia significatiua mysterij trinitatis. hanc rationem assignat Chrys. super Ioannem dicens. fit trina immersio, vt discas, quoniam virtus patris, & filij, & spiritus sancti, omnia hæc implet, ista est ratio Hieronymi super epistolam ad Philippen. & habetur. j. e. dis. eodẽ modo, & etiam Gre. s. c. de trina. Præterea secundo loco trina immersio magis congruit ad significandum effectum baptismi, vnde trina immersio fit in signum, quòd à triplici concupiscentia de qua 1. Ioann. 2. liberamur, vnde Hieron. dr̃. Trina immersio est mundatio à triplici concupiscentia. secundo est signum, ꝙ liberamur à tribus generibus peccatorum. s. cogitationis, locutionis, & operationis, vel à tribus præuaricationibus. s. legis naturæ. mosaicæ, & euangelij, vt dicit Hug. tertio est signum trium virtutum, quibus reformatur anima in baptismo s. fidei, spei, & charitatis, vt dicit dominus Bonauentura. Et quia magis exprimuntur in trina mersione, quam in vna, vel bina, congruentius seruatur mos trinæ mersionis, quem consequitur romana ecclesia. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur, quod ipsemet magister sententiarum exposuit tinctionem per ablutionem. quamuis autem in trina mersione sit trina intinctio tamen est vna ablutio, sicut etiam in ablutionibus pure materialibus videmus contingere, ꝙ aliquid pluries in aqua immergitur, vel aqua perfunditur, antequam ablutio vna sit perfecta. ¶ Ad secundam respondetur negando consequẽtiam, quia in fide trinitatis includitur fides vnitatis, & in forma verborum per hoc ꝙ singulariter dr̃ in nomine. etiã in mersione propter similitudinem immersionum, non autem in fide vnitatis includitur fides trinitatis, & ideo cõgruẽtius est, vt etiam in actu baptismi fides trinitatis exprimatur. ¶ Ad tertiam respondetur, quòd quamuis passio Christi sit vna, tamen Christus passus triduo in sepulchro quieuit, & hoc baptismus significare debuit trina mersione. ¶ Ad quartam respondetur negando consequentiam, quia licet vnum sit baptisma nihilominus propter multiplex eius mysticum, & multiplex morale, de quibus iam dictum est, conuenit, vt multiplici immersione fiat &c. Lege. ¶ [ Postquam duplicis mysterij ] secunda pars. ratio assignatur, quare baptismus immergẽdo fit, quia. s. baptismus [ duplicis mysterij ]. s. trinitatis, & sepulturæ Christi significatione celebratur [ in nomine Iesu Christi ]. i. in nomine patris,

(Ad tertium. — Primum ar. — Secundũ ar. — Tertium ar. — Quartũ ar. — Opponit in cõtrarium. — Respondet. — Damascen. — Hieron. — Hugo. — Bonauent. — Ad primam argu. — Ad secdm. — Ad tertium. — Ad quartum. — Exponit literam.)

patris,& filij,& spiritus sancti, qui intelliguntur in hoc nomine Christi,sicut plenius dictum est.s.circa cap. à quodã [typum].i.figuram[consepulti]ad Ro.6.in baptismo.i.in similitudinem eius[& cum Christo cõsurrexistis in fide ] ad similitudinem eius à vitijs resurgentes in nouitate vitę ambuletis.Et hoc est quod sequitur,vt peccatis &c.


1 *Immersio trina an sit de necessitate sacramenti baptismi.*
2 *Intentio requiritur in baptismo.*



SIquis. Sequitur secundum c. eiusdem partis in quo Gratianus reprehẽdere videtur ex canonibus apostolorum eos, qui vnica immersione baptizabant,& qui in forma mortis Christi baptizabant. Et diuiditur in duas partes.In prima reprę hendit illos ita facientes.In secunda inducit authoritatem Christi contra illos ,qui sub ista verborum,forma baptizote in morte Christi baptizabant. secunda ibi, non.n. dixit dominus &c.¶ Pro pleniori intelligentia huius cap. Quæritur† vtrum trina immersio sit de necessitate sacramenti.Et videtur ꝙ sic.¶ Primo sic.ex c.præsenti vbi sic ex canonibus apostolorum dr̃,si quis presbyter, vel episcopus nõ trinam immersionem celebret, sed semel in baptismate mergat,deponatur , sed hoc non esset nisi trina mersio esset de necessitate sacramenti,ergo videtur,ꝙ sit de necessitate sacramenti.¶ Secundo sic.sacramenta ex mandato Christi efficaciam habent , sed trina immersio est de mandato Xp̃i, vt videtur dicere Pelagius in c.multi sunt.ĵ. ea.di. ergo sicut baptizare in nomine trinitatis est de necessitate baptismi,ita baptizare trina immersione videtur esse de necessitate baptismi.¶ Tertio sic.sicut fidei trinitas exprimitur ꝑ noĩa ꝑsonarũ, ita per tres immersiones,vt ex dictis patet, sed si non nominarentur tres personæ,non esset, ergo etiã si non fiat trina immersio.¶ Quarto si trina immersio non sit de necessitate sacramenti baptismi,sequeretur,quod ad vnam immersionem consequeretur sacramentum,si vero addatur secũda, vel tertia videtur,quod secundo,& tertio baptizetur,quod est incõueniens, non ergo vna immersio sufficit ad sacramentum baptismi , sed æterna videtur esse de necessitate ipsius. ¶ Quinto si non trina immersio esset de necessitate sacramenti,statim in prima immersione baptismus haberet totum effectum suum , ergo aliæ immersiones frustra adderẽtur,& fieret iniuria sacramento. ¶ In oppositum est c.seq.quod est B.Gregor.de trina immersione.¶ Respondeo dicendum, quod ipsa trina immersio nõ est de necessitate sacramenti, patet hæc conclusio ex determinatis supra.si.n. ipsa immersio non est de necessitate sacramenti,vt visum est circa c.præcedens, nec numerus immersionum erit de necessitate sacramenti. Dicendum ergo est iuxta S. Thom. in tertia parte,quod ad baptismum per se requiritur ablutio aquæ, quæ est de necessitate sacramenti. modus autem ablutionis per accidens se habet ad sacramentum , & ideo quantum est de se vtrunque licite fieri potest,& semel & ter immergere,quia vnica immersione significatur vnitas mortis Christi, & vnitas deitatis, per trinam autem immersionem significatur triduum sepulturæ Christi,& etiam trinitas personarum,sed diuersis ex causis secundum ordinationem ecclesiæ institutus est vnus modus,quandoque alius, quia.n.à principio nascẽtis ecclesiæ quidam de trinitate male sentiebant Christum purum hominem existimantes,nec dici filium Dei & Deũ nisi per meritum eius, quod pręcipue fuit in morte, & ideo non baptizabant in nomine trinitatis, sed in commemoratione mortis Christi,& vna immersione , qđ reprobatum fuit in primitiua ecclesia, sicut habetur in præsenti c.postmodum vero inoleuit quorundam schismaticorum & hæreticorum error, homines rebaptizantium sicut de Donatistis August.narrat super Ioannem, & ideo in detestationem eorum errorum fuit statutum in concilio Toletano,ꝙ fieret vna sola immersio,vbi sic legitur.ĵ.c.pp.propter vitandum schismatis scandalum,& hęretici dogmatis vsum simplicem teneamus baptismi immersionem,sed cessante tali causa, communiter obseruatur in baptismo trina immersio,& ideo grauiter peccaret aliter baptizans,quasi ritum ecclesię non obseruans inquit S.Thom.in 3.parte nihilominus tamen esset baptismus.¶ Ad rationes.Ad primam respondetur negãdo consequentiam , qm̃ licet , sicut dictum est trina immersio non sit de necessitate sacramẽti, si tamen omittatur contra consuetudinem ecclesiæ grauiter peccat semel tãtum immergens, & ideo per canones pœna adhibetur.¶ Ad secundam respondetur.primo,ꝙ trina immersio non est de mandato domini expresse.Et ad id quod dicit Pelagius dr̃,ꝙ Pelagius intelligit vt dicit S.Th. trinam immersionem esse de mandato Christi in suo simili,in hoc.s.quòd Christus præcepit baptizari in nomine patris,& filij,& spirius sancti.¶ Secundo respondetur negando consequentiam , quoniam licet eo modo quo dictum est trina immersio esset de mandato domini , non tamen est similis ratio de forma , & vsu sacramenti siue de modo ablutionis.¶ Ad tertiam respondetur, quòd sicut alias dictum est† intentio requiritur ad baptismum,& ideo ex intentione ministri ecclesiæ qui intendit vnum baptisma dare trinam immersionem efficitur verum baptisma , vnde Hieron.dicit super epistolam ad Phil.& habetur.ĵ.e.dis.eo dẽ modo , licet ter baptizetur.i. immergatur per mysteriũ trinitatis,tamen vnum baptisma reputatur,cum ergo vnitas intẽtionis in tribus immersionibus faciat vnitatem baptismi,ideo quãdo aliquis intendit ter immergere,prima immersio non terminat intentionem baptizantis , & per consequens nec esse completur baptismi.Nec per illam tã tum habet effectum, nisi per ordinẽ ad alias , vnde animæ non superfluunt. Si autem non intendat,nisi facere vnam solam,sola facit baptismum terminans intentionem baptizantis, quare,vt dicit S.Tho. si intenderet ad vnamquamq; immensionem vnum baptisma dare,ad singulas immersiones repetens verba formę peccaret quantum in se pluries baptizans.Lege.¶ [Si quis nõ trinam] contra in c.proximo de trina.Respondetur dupliciter,vno modo, vt dicit Hug. quod hic textus non prohibet vnam immersionem fieri in baptismo,sed reprehendit illos, qui faciebant sub tali forma in morte domini, sed quia similiter etiam reprehendẽdi venirent, qui trina immersione baptizantes simili forma vterentur. ¶ Respondetur secundo,quod isti reprehenduntur de duobus. primo quia asserebant non nisi vnica immersione baptizandum esse. Aut vt dicit S. Thom. fine necessitate contra communem ecclesiæ tantum semel immergebant. Secundo reprehenduntur , quòd sub tali forma.s. in morte domini baptizabant.in morte domini.i.in inuocatione mortis domini dicẽdo,ego te baptizo in morte domini,vel in commemorationem mortis domini[ nõ .n. dicit ] 3. pars. inducit contra formam illam authoritatem domini.Matth.vltim.euntes docete &c. in quibus verbis Christus formam dedit, sub qua sacramentum baptismi dari deberet &c.

Diuisio. — Quæstio. — Primum ar. — Scd̃m ar. — Tertium ar. — Quartũ ar. — Quintũ ar. — Opponit et Respondet. — S. Thom. — S.Thom: Ad primum arg. — Ad secũdum. — S.Thom. — Ad tertium — S. Thom. — Exponit literam — Opponit in contrarium. — Respondet. — S.Thom.

1 *Immergi an quis possit alijs modis præter quam semel, aut ter.*



DE trina. Sequitur tertium cap. eiusdem partis,cuius sentẽtia plana est ex superioribus,dicit quod dummodo in baptismo forma ecclesię obseruetur,nihil officit varia consuetudo de immergẽdo semel,aut ter, vtrunque.n. fieri potest cum nullum eorum sit de essentia baptismi,vt dictum est, & ad vtrunque possunt induci conuenientiæ,licet, vt dictum est consuetudo de ter immergendo potior sit, quia in trina immersione magis exprimitur significatio mysteriorum tam sanctæ trinitatis,quã sepulturę Christi & resurrectionis,quam efficaciam baptismi. ¶ Pro intelligentia pleniori huius cap. quæritur † vtrum quis possit immergi alijs modis præter quam semel, aut ter vt.s.bis,aut quater &c. consequenter, & consequi verum baptismum . de bina immersione dixerunt quidam , ꝙ quia numerus binarius erat infaustus, vt 32.q.1.super, & ideo baptismus datus sub bina immersione non ualebat, sed ista responsio nulla uidetur, quia,ut arguit magister Alex.de Hal.sicut binarius dicitur,numerus infaustus siue infelix, quia recedit prius ab unitate,unde significat recessum à prima unitate.s. Deo , similiter potest dici faustus,quia est proxime accedens ad unitatem,unde binarius est numerus præceptorum charitatis quibus maxime appropinquatur Deo , sicut ergo binarius , quia est numerus infaustus,facit, ꝙ bina immersio impediat virtutem baptismi. Similiter etiam , quia est Faustus faciet contrarium, propter quod videtur mihi(inquit Alex. de Hal.) hanc causam nullius esse necessitatis.propter quod dici potest,quòd cũ immersione requiritur prolatio formæ verborum

Ale.de Hal

borũ facta modica interpollatione, vel nulla similiter con sequentes debẽt esse immersiones, & sine interpollatione, vnde, cum immersiones respondere debeant prolationi verborum, constat, cum verba debeant modica, vel nulla interpollatione, siue pausatione proferri non possent quã plures esse immersiones, vt. s. 10. vel 12. quia si verba formæ præscripta, ita diu pronuntiarentur fieret pronuntiatio, vox non articulata. Dicendum est ergo, ꝙ siue bina immersione, siue trina, siue quaterna, siue quina fiat alijs obseruatis, vt intentione recta, forma verborum præscripta pronuntiata in debita articulatione baptismus est, peccarent tamen grauiter sic baptizantes. hæc Alexand. Si que-
Quæstio. ratur quare in isto capitulo facta est magis mentio de trina, & vna, quam de bina immersione, videtur nobis, quod
Respondet. duplex ratio assignari possit. Prima, quia nec ipsum mysterium vnitatis diuinæ virtutis quod in vnica immersione designatur, nec mysterium trinitatis diuinarum personarum, nec sepulturæ Christi, quod exprimitur in trina immersione potest in bina significari. Secunda ratio, quia si immersiones debeant respondere prolationi verborum, necesse esset aut in prima immersione ponere duas personas simul dicendo ego te baptizo in nomine patris, & filij, & in secunda tertiam. s. spiritus sancti, aut in secunda immersione ponere duas, & in prima vnam tantum, & quodcunque fieret, non videretur conueniens, quia daretur intelligi respectus alicuius inæqualitatis inter ipsas diuinas
Exponit literam. personas, quod esset inconueniens. Lege. ¶ [Quia in vna fide] in qua. s. omnes sumus [nihil officit consuetudo] s. alicubi immergendo semel, & alicubi ter. q. d. dummodo seruetur forma baptismi euangelica, nihil officit quodcunque illorum fiat siue semel, siue ter immergatur puer. [Nos aũt] de hoc superius dictum est [substantijs]. i. personis, persona. n. vt dicit Richardus est intellectualis naturæ incommutabilis subsistentia &c.

1 *Paruulus decedens prima immersione facta an sit dicendus baptizatus.*
2 *Verba baptismi si proferantur in prima immersione, an alia sint de substantia sacramenti.*

Eodem modo. Sequitur 4. cap. eiusdem partis, in quo magister Gratianus prosequitur idem quod
Diuisio. prius authoritate B. Hierony. Et diuiditur in duas partes. In prima ostendit, quòd ter immergimur ad designandum trinitatis sacramentum. i. mysterium. In secunda dicit, ꝙ & si trina fiat immersio, vnum tamen est baptisma. secunda ibi, item licet. Sententia plana est ex superioribus, restant tantum duo
Prima qõ. 1 dubia. ¶ Primum est. † vtrum paruulus prima immersione facta, si statim decedat dicendus sit baptizatus. Et arguitur quòd non, cum non sit baptismus, nisi cum inuocatione trinitatis, vt. j. in c. in synodo. Item quia si sic superfluerent se
Scda qõ. 2 cunda, & tertia immersiones. ¶ Secundum est, † vtrum si immersione prima omnia verba proferantur alia essent de
Ad primam quæstionẽ. substantia sacramenti. ¶ Ad primam respondet magister Alex. de Hal. ꝙ talis tali necessitate baptizatus est supplẽte dico summi sacerdotis gratia, quod ex alia parte defuit, quia nescit tarda molimina spiritus sancti gratia. Quod vero dicitur, ꝙ tunc secunda, & tertia superfluerent, falsum
Ad scd'ã. est, quia in isto casu non essent. ¶ Ad secundum dubium dicendum, quod in casu quo in prima immersione integraliter forma verborum præscripta proferretur cum sacramentum esset perfectum, alia non essent de substantia sacramenti, nec deberent fieri, cum iam sit ille baptizatus, ve-
Alexander. runtamen si fierent dicit magister Alexander, ꝙ in prima immersione in qua exprimitur actus baptizandi cum inuocatione trinitatis sacramentum confertur. Aliæ immersiones ostendunt impressionem characteris per trinitatis pro
Exponit literam. fessionem. Lege. ¶ [Eodem modo]. i. ad idem significandũ, vnde subditur [vt trinitatis licet ter baptizetur.] secunda pars. improprie capitur baptizari, quia licet ter immergatur non nisi semel baptizatur, quia etiam bis baptizari prohibetur. j. e. dist. qui bis. [vnum baptisma] quia licet trina fiat immersio, vna tamen lotio, siue ablutio est, & semel tãtum in omnibus tribus immersionibus dr̃ forma, & vna est intentio baptizantis, & ideo vnum baptisma est sicut dictũ est circa c. si quis. e. dis. Si quis in prima immersione protu lerit omnia verba, non debet amplius mergere, quia baptisma perfectum est, quando vero fit trina mersio. in prima debet nominari pater. in secũda filius. in tertia spiritus sanctus, & tunc nullum superfluit, quia non est completũ sacramẽtum, quousque completum sit verbum. Incipit. n. immersio cum verbo, & cum illo terminatur. Et ex hoc soluitur, quæstio, qua quæritur. Vtrum prima immersio sacramentum dicatur aut secunda, aut tertia. quoniam nulla est sacramentum per se, cum baptizans intendit non vna immersione baptizare, sed tribus, nulla operatur complemẽtum sacramenti, sed vna lotio perfecta, qui ex intentione baptizantis cõsurgit ex tribus immersionibus, cum forma præscripta verborum est ibi baptismus, & hæc vnitas intẽtionis facit vnitatem sacramenti.

Multi &c. Sequitur 5. cap. eiusdem partis, in quo magister Gratian. inducit papam Pelagium reprehendentem tam illos, qui in nomine Christi baptizabant, quam illos, qui vnica immersione baptizabãt dicẽtes tm̃ vnica immersione debere immergi, siue cõtra consuetudinem cõmunẽm agere præsumentes, sine necessitate. de primo satis dictum est. s. e. di. c. à quodam & . j. proxi. c. aliquid dicetur. de vnica immersione etiam dictum est, & tria capitula huius partis. breue est. nihil conti
net disputandum. Lege. ¶ [Baptizari]. i. esse baptizatos [tra- Exponit literam.
dentes]. Matth. vlt. vbi nota quod expressum præceptũ est ibi de baptizando in nomine trinitatis, s. in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, de trina autem immersione, non est ita expresse in præcepto domini, sed vt dicit S. Th. S. Thom.
in suo simili, in hoc, s. quod Deus præcepit baptizari, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. non tamen est similis ratio de forma, & vsu sacramenti, quia forma est de substantia, vsus autem siue modus ablutionis non est de substãtia, licet vnus sit congruentior alio, sicut dictum est de trina immersione.

1 *De necessitate baptismi an sit, vt in eius forma fiat expressio trium personarum diuinarum, scilicet patris, & filij, & spiritus sancti.*
2 *Trinitatis notitia siue nominatio potest esse in baptismo quadrupliciter.*
3 *Baptismi qui sint effectus.*

In synodo. Hic incipit 16. pars huius distinctionis, in qua per quatuor capitula agit de forma ipsius sacra- Diuisio.
menti. Et diuiditur hoc c. in duas partes. In prima ponit decretum esse synodi, & diffinitionem, quod in forma baptismi necessario debet esse inuocatio expressa trinitatis, alias baptizatus nõ est reputandus christianus. In secunda inducit rationem ad hoc, à simili. secunda ibi, pro certo, licet de ista materia sit satis disputatum. s. e. di. in c. à quodam, & in c. si non sanctificatur. Nihilominus pro pleniori intelligentia eiusdẽ Quæstio.
1 materiæ quæritur. † Vtrum de necessitate baptismi sit, vt in eius forma fiat vocalis expressio trium personarum diuinarum. s. patris, & filij, & spiritus sancti. Et arguitur quòd non, multipliciter. ¶ Primo sic. Ioann Baptista baptizauit Primum ar.
in nomine venturi, sed baptismus Ioãnis fuit figura baptismi Christi. ergo vt videtur baptismus Xpi debuit fieri in nomine eius, qui venit, & ita in nomine Christi. ¶ Secũdo. Scd'm arg.
In primitiua ecclesia baptizabatur in nomine Christi, ergo verbis illis collata fuit virtus sanctificandi, vel regenerandi. ergo habent adhuc eandem virtutem, quod si non, quis eã abstulerit, diuina virtus à nullo se subtrahit, nisi causa subtractionis fuerit ex parte illius, à quo est abstractio. Nec ab hoĩe nec ab aliqua creatura posset fieri. ¶ Tertio. Tertium ar.
sic videtur. vna est ptãs, & operatio trinitatis. ergo ꝙ pater operatur, & tota trinitas. ergo si dicatur baptizo te in nomi Quartũ ar.
patris, tãtum valet, ac si tota trinitas exprimeretur. ¶ Quarto. Tres personæ in forma baptismi exponuntur ad exprimendum fidem sanctæ trinitatis, sed ita exprimitur fides trinitatis, si dicatur in nomine trinitatis, sicut si dicatur in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, ergo sine expressione nominum personarum potest fieri baptismus, vt dica- Quintũ ar.
tur in nomine trinitatis. ¶ Quinto sic. In nomine genitoris, geniti, & procedẽtis ab vtroque potest fieri baptismus, vt habetur in gl. in c. superiori, multi. ergo sine expressione

ritus

Opponit in cõtrarium. Scd'a oppo.

illa nominum personarum.s.in nomine patris & filij,& spiritus sancti.¶ In oppositum arguitur ex textu cap. præsentis,vbi determinatio ecclesię est,ꝙ sine inuocatione nominum diuinarum personarum non est baptismus.¶Secũdo arguitur ex determinatis in c.à quodam,& in c.si non sanctificatur, vbi apertissimis rationibus ostensum est, ꝙ de necessitate sacramenti baptismi erat vocalis expressio triũ personarum.s.patris,& filij,& spiritus sancti.¶ Ratione vero sic arguit dominus Bonauentura. Si necessarium est verbũ vocale ad professionem fidei,quæ maxime videtur esse necessaria in baptismo, cũ in ipso homo ascribatur cetui fidelium, sed sicut non sufficit credere tantum alteram personarum sic nec sufficit profiteri, ergo si professio fidei sufficiens est necessaria,necesse est totam trinitatem exprimere in baptismo.¶ Respondeo dicendum vt tangit dominus Bonauent.in 4.di.3.†Notitia trinitatis siue nominatio potest esse in baptismo quatuor modis.Aut ita quod sit plene in corde, & in ore,& tunc secundum omnes est plenum sacramẽtum.Aut ita,quod sit semiplena in ore in corde,& tunc sẽm omnes non est sacramentum plenum. Aut ita,quod sit plena in ore,& semiplena in corde.Aut ita plena in corde,& semiplena in ore,de primis duobus non est controuersia aliqua,sed de duobus sequentibus fuit opinio diuersa,quia.n.baptismus est sacramentum fidei,& virtutem habet à fide,quę in corde est.Ideo voluerunt aliqui,ꝙ plenitudo fidei in corde cum qualicũque trinitatis expressione siue vna siue duæ siue tres personæ exprimantur plenum sit sacramentum,quia fides supplet defectum sermonis.Econuerso autem si non est fides in corde,si exprimantur tres personæ,ore non est plenum sacramentum. Et huius opinionis videtur esse magister sententiarum quo ad primam partem,sed quia ut determinat Augus.baptismus est sacramentum fidei non singularis personæ, sed totius ecclesiæ,ideo fides personę nec obest,nec prodest.vt in ca. satis ostensum est e.dist.Et ideo est aliorum positio, quod quicquid sit de fide cordis iudicandum est de baptismate secundum expressionem oris,siue sermonis, & ideo qualitercunque credat, si totum exprimat trinitatem,baptizatus est,si autem non totam, nõ est baptismus,& rebaptizãdus est.Et hæc est communis opinio, & securior. Est præterea notandum,quòd præter rationem supra positum magister Alexander de Hal.ponit in quarto tres rationes,propter quas forma baptismi instituta fuit in nomine trinitatis. una est ex parte authoris reparationis humanæ, quamuis .n.per Christum facta est reparatio humana tanquam per mediatorem,nihilominus facta est à trinitate tãquam ab authore, proprie.n. & per se debetur operatio ipsi authori.non ita mediatori,vnde quia trinitati debetur beneficiũ reparationis,sicut etiam,&authori per se, Christo autem, vt mediatori conuenientius assignata fuit forma baptismi in nomine trinitatis,qua exprimitur à quo est virtus sacramenti,quam,si esset assignata in nomine mediatoris. Alia ratio, quæ sumitur ex parte fidei nostræ est, quia hæc forma, quæ est in nomine trinitatis expresse magis consonat necessitati fidei.Si.n.fieret baptismus in inuocatione Christi posset credi virtus reparationis esse à Christo, non à tritrinitate.Præcipua autem causa legis euãgelij fuit, vt fides trinitatis manifestaretur,vt autem dr̃ Matth.5.Christus venit legem adimplere.Hæc autem adimpletio legis,vt dicit August.in lib.quæstionum no.te.fuit in manifestatione trinitatis, quare valde consonum fuit necessitati fidei,quòd sacramenta,& maxime sacramentum baptismatis exerceretur sub forma exprimente trinitatem, vt sic in fide trinitatis roborarentur fideles.Alia ratio est, & sumitur ex parto baptizati.s.reparatio ad imaginem creatoris,quæ pecca3 to deformata erat.†Primus autem effectus baptismi est reparatio imaginis deformatę,quamuis.n.baptismi effectus proprius sit regeneratio filiorum Dei, & ecclesiæ,sicut dr̃ ad Titum 3.saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis &c.quæ videtur esse propria per Christũ, nihilominus hunc effectum præcedit reparatio imaginis Dei deformatæ.Hæc autem reparatio filiationem præcedit. Requirit ergo primus effectus baptismi appropriate loquẽdo formam,in qua exprimitur ipsa trinitas,propter quod in diffinitione baptismi assignata à Damasceno notatur reparatio imaginis,Dei quæ diffinitio fuit ista. Baptismus est principium vitæ spiritualis,sigillum, & custodia, & illuminatio mentis.Hac igitur triplici ratione conuenit

Tertia opp. Bonauent.

Respondet. Bonauent. 2

Alexander.

Augus.

inquit Alexan.vt forma baptismi daretur magis in nomine trinitatis,quam christi.¶ Ad rationes in oppositum respondetur.Ad primam respondetur negando consequentiam.Ratio iuxta præfatum magistrum Alexandrum est, quia baptismus Io.fuit ad modicum durans.Vnde August. contra donatistas.Accepit hæc Ioannes certę dispensationis gratia non diu mansurum, sed quantum satis esset ad parandum viam domino,quia igitur temporalis erat,conueniebat, vt forma illius temporalem concerneret conditionem. Nõ sic fuit de baptismo Christi,qui perpetuus est propter quod nõ debebat in forma illius exprimi aliquid, quod conditionem temporis designaret,nec oportet,ꝙ & si erat figura baptismi Christi,quòd propter hoc cõueniat in omnibus conditionibus formarum, sicut patet in submersione,& diluuio, & in mari rubro,in quib. fuit baptisma Christi præfiguratum. Nec tamen conueniebant cum baptismo Christi in forma aliqua huiusmodi.¶ Ad secundam respondetur, ꝙ sicut baptismus in primitiua ecclesia dispensatorie fiebat in nomine Christi,& ob causam necessariam,& ad tempus.s.vt nomen Christi redderetur honorabile,& amabile hominibus, sicut supradictum est circa capitulum à quodam.ea.dist. Ita similiter,& virtus collata fuit verbis dispensatoriè, & ad tempus.i.instante causa necessitatis, qua cessante quid mirum si virtus ad tempus data,& propter causam specialem cessauit.¶ Ad tertiam respondetur,vt Bonauentura,quod & si potestas, & operatio trinitatis vna sit,tamen fides distinguit, & ideo non sufficit vnam tantum personam credere,sed necesse est credere omnes, & quia baptismus est sacramentum plenæ confessionis,ideo necesse est profiteri omnes personas. ¶ Ad quartam respondetur negando minorem, ꝙ ita exprimatur &c.quia in nomine trinitatis nõ exprimuntur diuinę personæ,sed solum numerus personarum, & ideo non sufficit dicere,in nomine trinitatis,nec esset baptismus,si ita diceretur,sicut nec si diceretur in nomine trium personarum.¶ Ad quintam respondetur negando assumptum. Et ad glossam dicendum,quòd falsum dicit ibi glossa,nec ista nomina sunt eiusdem significationis. Genitor.n. vt dicit S.Thom.non significat personam patris,sicut hypostasim subsistentem. vt hoc nomen pater,sed per modum actus, & ideo non est eadem significatio si dicatur, in nomine genitoris,& in nomine patris, & similis ratio est de alijs. Idem esset iudicium de eo, qui in nomine paternitatis, & filiationis, & communis spirationis baptizaret, quamuis .n.sit eadem vox in græco,& in latino, tñ nõ est eadem vocis significatio.& in qualibet lingua verba illa pertinẽt ad formam,quæ principalius sunt instituta ad significandum personas illas.Lege.¶[In synodo siue inuocatione trinitatis]explicite,siue expresse,vt diximus.s.e. dist.à quodam, & c.si non sanctificatur[pro certo]secunda pars ratio inducitur,quia sicut,si quis adultus ad baptismum veniens non confessus fuerit integre totam trinitatem nõ est perfectus christianus imo vacuus est à gratia diuina.Et cum expressio fidei in forma baptismi debeat respondere professioni fidei ipsius baptizati.Sequitur,ꝙ nisi exprimatur tota trinitas in ipsa forma baptismi, non erit plenum sacramentum,& ita nec verus baptismus.

Ad primum arg Ale.de Hal.

Ad secundum

Ad tertium Bonauent.

Ad quartum

Ad quintum Cõtra glos.

S. Thom.

Exponit literam



I VERO. Sequitur 2.cap.eiusdem partis,in quo magister Gratianus inducit in argumentum,quòd necessarium sit baptismum fieri in nomine sanctæ trinitatis Beatũ Gregorium mandantem,vt qui à quibusdam hæreticis Bonosianis & cataphrygis baptizabantur,quia illi in nomine trinitatis non baptizabant, venientes ad ecclesiam baptizentur, quia non potest esse baptisma quod in nomine trinitatis non datur,patent omnia ex dictis.Lege.¶[Bonosiani,& cataphrygæ quia illi].s.primi[Christum dominum non credunt] quia illi Christum non proprium,& naturalem filium crediderunt, sed adoptiuum tantum.quorum error tangit.s.24.q.3. quidã.ver. Bonosiani.Secundi.s.cataphrigæ errauerũt etiam circa spiritum sanctum,qui illum Deum non credunt, sed quendã hominem mõtanũ de quorum errore etiam habitum est .s.24.q.3.quidam ver.cataphrygæ.[ quorum similes sunt multi alij]vt pote,qui spiritum sanctum dicunt seruum patris,& filij.vt 1.quæst.1.eos cui.[baptizentur]vt 1.quæst.1. si qui confugiunt.

Exponit literam.

Propter.



PRopter. Sequitur 3. cap. in quo magister Gratianus interserit diffinitionem quarti concilij Toletani super ritum immersionis dicens, ꝙ propter vitandum scandalum, aut hæretici dogmatis vsum simplum teneamus &c. huius intelligentia habetur ex dictis S. Tho. vt. s. circa capitulum si quis eo. di. dictum est. fuerunt quidam hæretici, sicut donatistæ, qui rebaptizabant, & ideo ne plures immergendo videretur corũ errori faueri in detestationem erroris illorum statutum est in hoc concilio Toletano, vt vna sola teneretur immersio, & iste est verus intellectus huius literę. Omnia patent. Lege. [Propter schismatis scandalum]. s. statutũ est, vt vniformis ritus teneretur ab omnibus [& propter hæretici dogmatis vsum] statutum fuit, vt vnica mersio non trina teneretur vt dictum est. Et ex hoc potest sumi argumentum ad propositum materiæ præcedentium capitulorum, ꝙ omnes debemus esse conformes in vna forma baptismi, baptizantes omnes in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, & nõ quidam sub vna forma, & alij sub alia. Tum, vt vitetur scandalum schismaticorum. Tum, vt detestetur error filium, & spiritum sanctum dicentium non eiusdem substãtiæ esse cum Deo patre.

S. Thom.

Exponit literam.

3 *Baptismus an sit si dicatur, immergo te, abluo te, tingo te.*



REtulerunt. Sequitur 4. cap. in quo magister Gratianus inducit dictum Zachariæ papæ dicentis, ꝙ etiam si corruptio fuit in verbis formæ literæ, dum tamen ex ignorantia sola proferẽtis proueniat, baptismus est validus, nec amplius est baptizandus, qui sub tali verborum corruptorum forma est baptizatus. Et diuiditur hoc capitulum in duas partes. In prima ponit casum. In secunda respondet ibi, sed sanctissimæ. licet ista materia plene sit declarata supra circa capitulum si non sanctificatur. e. dist. veruntamen pro ampliori intelligentia aliquid hic disputabimus aut repetemus. Quæruntur ergo duo.

Diuisio.

1 ¶ Primo, si corruptæ proferantur verba quæ continentur in forma, vtrum sit baptismus.

2 ¶ Secundo, vtrum ebrius habens linguam ligatam, ita quòd non habeat perfecte vsum linguæ habet tamẽ vsum rationis, si talis baptizando verba corrumpat, vtrum baptizet.


1 Ad primum Sic proceditur. †Et vr̃ quod si corrupte proferantur verba quę continentur in forma baptismi, ꝙ non sit baptismus. Et primo sic. Verbum corruptum, vel nullius est intellectus, vel si est, non est illius cuius est, si in integritate sua proferatur, vt patrias, alterius ẽ significationis, quam patris, vel nullius, sed virtutem sanctificandi non contulit Deus nisi habentibus intellectum suæ impositionis, ergo &c. ¶ Secundo sic. duplex requiritur intentio in hoc sacramento. s. ministri, & verbi. Intentio autem verbi est significare illud ad quod institutum est, sed non est baptismus si deficiat intentio ex parte ministri, ergo similiter non erit si deficiat intentio verbi, imo melius videtur, quod requiratur intentio verbi quam ministri, quia verbum est de substantia sacramenti, non sic minister. patria enim non intendit significare quod patris, sed illud ad quod significandum imponitur, ergo &c. ¶ Tertio sic. Si corruptio ex parte principij clarũ est, quòd talia verba non habent virtutem sanctificandi, ergo idem videtur dicendum si corruptio fiat ex parte finis, vel cur tam varie. ¶ In oppositum est textus præsentis cap. Et præterea arguitur sic. Si aliqua vetula ex simplicitate corrũpat verba dominicæ orationis non propter hoc inutilis est oratio, ergo si baptizãs ex simplicitate corrumpat formam, non impedit, quin sit baptismus. ¶ Respondeo secundum S. Thom. in 4. distin. 3. quòd, qui corrupte profert verba, aut hoc facit ex industria, & si non videtur intendere, quod ecclesia intendit, vnde non est baptismus. Aut hoc facit ex ignorantia, vel defectu linguæ. tunc dr̃, quod si sit tanta corruptio, quod non auferat sensum locutionis, ꝙ non erit baptismus. Si autem sensus locutionis remaneat tunc est baptismus, quia quando sensus locutionis aliquomodo remanet, tunc quamuis mutetur forma, quãtum ad sensum syllabę, non tamen mutatur quantum ad significationem, quia quamuis oratio corrupte prolata nihil significet ex virtute impositionis, significat tamen ex accommodatione vsus. ¶ Pro quo notandum, vt ait magister Alexander de Hal. in 4. quòd orationes quandoque significãt ex virtute impositionis, sicut quando integre proferuntur quandoque ex accommodatione vsus, sicut quando corrupte proferuntur dummodo corruptio non tollat modum significandi illud ad quod impositum est. v. g. perfecte pronuntians, & integre sermones denuntiat illud quod significant ex virtute impositionis suæ, sed paruulus balbutiens quod significant ex accommodatione vsus. Illum. n. eundem intellectum, quem instituit impositio sermoni integro accommodat vsus sermoni corrupto, hæc ille. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur dupliciter. primo, quòd argumẽtum procedit de verbo sic corrupto, quòd ab eo omnino aufertur sensus locutionis, textus autem loquitur q̃n corruptio non est tanta, quòd omnino sensus auferatur locutionis. ¶ Secundo respondetur, ꝙ verbum sic corruptum habeat eundem intellectum ex accommodatione vsus, quem habet verbum integrum ex virtute impositionis, & quod Deus, vt inquit magister Alexan. non contulit tantũ vim sanctificandi sermoni significanti ex virtute institutionis, sed dedit significanti ex accommodatione vsus, qđ ergo obijcitur, quòd sermones corrupti nullum intellectũ significant, respõdetur, quòd hoc est falsum significant. n. ex accommodatione vsus. ¶ Ad secundam respondetur, quod ibi etiam est intentio verbi, habent. n. illa verba sic corrupta intentionem significandi, quam habent cum integritate prolata. Vnde verbum patria sic ex ignorãtia prolatum idem significat, quod verbum patris ex accommodatione vsus, licet non ex virtute institutionis, vt dictum est. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. dr̃. n. ꝙ aliud est de corruptione, quæ fit in principio dictionis, & de ea, quæ fit in fine, quoniam mutatio ex parte finis non variat significationem, vt grammatici dicunt, sed mutatio ex parte principij variat significationem, vnde corruptio talis maxime si sit magna omnino sensum locutionis auferret, & ita non est simile.

Primum arg. Secundum arg. Tertium arg. Opponit in cõtrarium. Respondet. Alexan. Ad primum argu. Ad secundum. Ad tertium


2 Ad secundum sic proceditur. †Et videtur, quod ebrius habens linguam ligatam, & baptizãdo verba corrumpat, quòd non baptizet sic. Talis non obseruat formam baptismi institutam à Deo, sicut deberet, nec habet, quod illum excuset, ergo nõ baptizat. ¶ In oppositum arguitur ex text. præsentis capituli sic habentes naturaliter linguam impeditam licet proferant verba corrupta. nihilominus baptizant, ergo à simili videtur, ꝙ ebrij baptizent habentes simile impedimentum. ¶ Respondeo iuxta magistrum Alexan. de Hal. ꝙ ad hoc dicũt quidam, ꝙ ebrius talis non baptizat, nec est simile de impotente per naturam, & culpam, qui. n. impotens est per naturam, culpam non habet, & ideo baptizat. Qui autem impotens est per ebrietatem culpam habet, & ideo nõ baptizat. Aliter autem videtur dicendum, ꝙ quia virtus sacramẽtalis, nec ministerium impeditur culpa vel peccato ministri. Si ebrius, qui ex culpa sua impeditur nõ magis habeat linguam ligatam quam ille. qui natura impeditur. Nec magis corrupte proferat verba, quæ forma baptismi requirit, quam alius, ita baptizat sicut ille. Cui concordat Bonauẽt. in 4. dicens, ꝙ si ebrius habeat ligatam rationem, adeo ꝙ tollatur intentio baptizandi, quia nescit, quid faciat, tunc non baptizat. Si autem ratio soluta est tantum, ꝙ scit, quid facit, & tamen non omnimode est compos sui, tunc iudicãdus est, ꝙ sit baptizatus, etiam si lingua aliquomodo balbutiet, quia illud non est signum ligaminis rationis semp efficax. Multi. n. sunt qui ex modico vino balbutiunt, & habent vsum rationis. distinguendum tamen est in ligamine linguæ. Nam si formet verba, & intelligitur, licet non omnino perfecte, paruulus baptizatus est. Si autẽ ita corrupte, ꝙ intelligi non potest, & formam ita infringit, vt communiter intelligi non possit, rebaptizandus est. ¶ Ad rationes. Respondetur, quod licet verum est, quantum est ex parte sua, quòd non obseruat formam sicut debet, obseruat tñ illam ita, ꝙ sufficit ad ministerium sacramenti, vnde illud indebitum non redundat in ministerium, sed in ministrũ, vt dicit magister Alex. de Hal. Lege. ¶ [Retulerunt baptizo te] Aperte hic colligitur, quod baptizo te, sit de forma contra eos, qui dixerunt, quod expressio actus non erat de substantia formæ. Aduersus quos est diffinitio ista Alexandri tertij, qui extra de bap. & e. eff. dicit sic. Si quis puerum in aqua

Primum ar. Opponit in cõtrarium. Respondet. Bonauent. Ad arg. Exponit literam.

in aqua ter immerserit dicēdo. In nomine patris,& filij,& spiritus sancti, & non dicat, ego baptizo te.talis immersio
Quæstio. 3 non facit baptismum.[Sed vtrum esset baptismus,si dicere tur immergo te,abluo te,tingo te.Et videtur ꝙ sic,quia ba
Respondet ptismus dr̄ ablutio quedam,siue tinctio in aquam,sicut cir ca capitulum necessariū e.dist.dictum est.Respōdetur ſm magistrum Alexandrum in 4.& Hug.in c.multi,ꝙ nō. Ratio Alexandri est,quia ablutio multiplici de causa fieri solet,vnde per hoc quod dr̄,immergo, vel abluo, non exprimitur intentio baptizantis,sicut per hoc, quod dicit baptizo te.Ideo sub tali forma minus conuenienter baptismus fieret. Et ad id quod arguitur ex diffinitione baptismi respondetur,ꝙ ex hoc, ꝙ baptismus dicatur ablutio,vel tinctio in aqua,non sequitur, quod debeat fieri sub illa forma, quia diffinitiones illæ quodammodo generaliter licet exprimant formam actus, non tamen exprimunt formam baptismi præscriptam in concilio,& institutam à domino.hæc Alex.[Si non errorem,aut hæresim.]hic moue
Quæstio. tur quæstio. Vtrum valeat hoc argumentū à contrario sensu videlicet,an sequatur,ꝙ si errorem,aut hæresim introducere voluisset per illam corruptionem verborum non baptizaret.Respondet Hu.ꝙ hic vacat argumentum à con
Respondet. trario sensu per capitulum satis.& c. si non sanctificatur.§.
Cōtra Hu. e.di.Sed salua sua reuerentia textus iste est in contrarium, vbi papa Bonifacius vult,ꝙ hoc maxime veniat cōsiderandum,an ille,qui illis corruptis verbis baptizauit, voluerit inducere errorem,aut ex sola ignorantia hoc fecerit,& ita videtur à contrario velle arguere,ꝙ vbi ille non ex ignorātia sed ex industria verba corrupta protulit intendens mu
S.Thom. tare formam non baptizauerit,quia talis,vt dr̄ S.Tho.non videtur intendere,quod ecclesia intendit,& ita nihil facit, nec huic obuiant capitulum satis,& c. si non sanctificatur, qm̄ aliud est dicere, ꝙ error baptizantis in aliquo articulo fidei,sicut dr̄ de Arrianis,qui filium dicebant minorem patre,non vitiet baptismum,de quo errore fit mentio in præfatis capitulis,& aliud est,ꝙ error baptizantis,qui fit circa formam baptismi aut intentionem ecclesiæ non vitiet baptismum, qualis esse videtur in eo, qui ex iniustitia corrumpit verba ipsius formæ sicut dictum est, de quo erro re fit hic mentio.


Venisti ad fontem. Hic incipit 17. pars huius distinctionis, in qua magister Gratianus postquam docuit de his,quæ in celebratione baptismi aguntur,nunc de his prosequitur,quę post lauacrum baptismi fiunt circa ipsum baptismum,& hoc per quinque capitula. Verum in hoc cap. commemorat aliqua,quę circa prius acta sunt.Omnia plana sunt.Lege.[Venisti ad fontem].s.baptismi[ingressus].s.
Exponit literam. fontem.i.immersus es baptizatus es[quid videris].i.audieris.Nam sub visu omnis sensus continetur. [quid locutus sis]ante,vel in ipso baptismo.[Repente]ostendit,quæ circa ipsum antequam baptizaretur prius acta sunt[vnctus ē]in pectore,& inter scapulas in exorcismo,& in sabbato sancto repetitur ante baptismum[quasi athleta Dei.]§.e.d.deinde.

1 *Ritus ecclesiæ,quo vtitur circa baptismum, an sit conueniens.*
2 *Christus dicitur a chrismate.*


Postquam. Sequitur secundum capitulum eiusdē partis, in quo magister Gratianus de consequentibus baptismum,puta de vnctione chrismatis, & inuestitura candidæ vestis,de vnctione primo loquens,dicit, ꝙ postquam ascēdit baptizatus de fonte baptismi, statim vngit in cerebro, cum sacro chrismate,vt christianus fiat.Breue est. Non di
Quæstio. uiditur.¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli, & se-
1 quentium quæritur.† Vtrum iste ritus,quæ ecclesia vtitur circa baptismum sit conueniens. Et arguitur multiplici-
Primum ar. ter,quòd non.¶ Primo sic.Ad idem sacramentum non videtur pertinere diuersarum materiarum vsus, sed ad baptismum pertinet ablutio aquæ.Inconuenienter ergo ille, qui baptizatur bis inungitur oleo sancto, primo in pecto
Secundū ar. re,deinde inter scapulas,tertio chrismate in vertice.¶ Secundo sic. In Christo Iesu non est neque masculus, neque fœmina,barbarus, & scytha & eadem ratione, nec aliquæ aliæ differentiæ.multo ergo minus diuersitas vestium ali-

quid operatur in fide Christi. Inconuenienter ergo baptizatis traditur candida vestis.¶ Tertio sic.Sine huiusmodi obseruantijs potest baptismus celebrari, hæc igitur, quæ Tertium ar.
dicta sunt videntur superflua, & ita inconuenienter ab ecclesia instituta vidētur in ritu baptismi.¶ In oppositum est Opponit in
tex.præsentis capituli,& sequentium,quæ à sanctis patrib. cōtrarium.
instituta sunt. ¶ Respondeo,dicendum,ꝙ ritus iste,quo Respondet.
ecclesia vtitur,est conueniens.Patet ista conclusio,quia cū ecclesia regatur à spiritu sancto, nihil in ea inordinatum esse credendum est.Est autem notandum iuxta S. Tho.in S. Thom.
3.parte.q.76.ar.1.ꝙ in sacramēto baptismi aliquid agitur, quod est de necessitate sacramenti, & aliquid est quod ad quandam solennitatem sacramēti pertinet, de necessitate quidem sacramenti baptismi est, & forma, quæ designat principalem causam sacramenti,& minister,qui est causa instrumentalis,& vsus materiæ.s.ablutio in aqua,quæ designat principalem effectum.Cætera vero omnia quæ in ritu baptizandi seruat ecclesia magis pertinent ad quādam solennitatem sacramenti,quæ quidem adhibetur sacramēto propter tria. Primo quidem propter excitandam deuotionem,& reuerentiam fidelium ad sacramētum.Si.n.simpliciter fieret ablutio in aqua absque solennitate,de facili ab aliquibus existimaretur quasi quædam communis ablutio. ¶ Secundo ad fidelium instructionem. Simplices.n. qui literis non erudiuntur oportet erudire per aliqua signa,puta per picturas,& aliqua huiusmodi, & per hūc modum per ea,quæ in sacramentis aguntur, vel instruuntur, vel solicitantur ad quærendum de his, quæ per huiusmodi sensibilia signa significantur,& ideo,quia præter principalem sacramenti effectum oportet quædam alia scire,circa baptismum conueniens fuit, vt etiam quibusdam exterioribus signis repræsentaretur.¶ Tertio adhibetur solennitas sacramēto,quia per orationes,benedictiones, & alia huiusmodi cohibetur vis dæmonis ab impedimento sacramentalis effectus. ¶ Ad rationes in oppositum.Ad primā Ad primum
respondetur, ꝙ vsus aquæ adhibetur in baptismo quasi argu.
pertinens ad substantiam sacramēti.Sed vsus olei,vel chrismatis adhibetur ad quandam solennitatem. Nam primo baptizandus inungitur oleo sancto,& in pectore, & in scapulis,quasi athleta Dei,vt Amb.dicit li. de sacramentis,& Ambro.
habetur in c.superiori, & in c.præsenti,sicut pugiles inungi consueuerunt,vel sicut Innocētius dicit,in quadam decretali de sacra vnctione c.vnico.Baptizandus in pectore inungitur,vt spiritus sancti donum recipiat, errorem abijciat,& ignorantiam,& fidem rectam suscipiat,quia iustus ex fide viuit.Inter scapulas autem inungitur,vt spiritus sancti gratiam induat,excutiat negligentiam,& torporem,& bonam operationem exerceat,vt per fidei sacramentū sit munditia cogitationum in pectore, & fortitudo laborum in scapulis.Post baptismum vero,& Rabanus dicit in c.præsenti statim signatur in cerebro à presbytero cum sacro chrismate sequente simul & oratione, vt Xp̄i regni particeps fiat, & à Chr̄o possit christianus vocari,vel sicut Ambro.dicit,& habetur.§.e.di.c.accepisti,unguētum super caput effunditur,quia sapiētis sensus super caput eius,vt.s.sit paratus omnipotenti Deo de fide reddere rationem.¶ Ad Ad secūdum.
secundam respondetur iuxta S.Th.in 3.parte, ꝙ vestis illa candida traditur baptizato,non quidem ea ratione,ꝙ non S. Thom.
liceat ei alijs vestib.vti,sed in signum gloriosæ resurrectionis, ad quam hoīes per baptismum regenerātur.Et ad designandum puritatem vitæ, quam debent baptizati post baptismum obseruare, ſm illud ad Rom.6.In nouitate vitæ ambulemus.¶ Ad tertiam respondetur,ꝙ ea,quę pertinēt Ad tertium
ad solennitatem sacramenti, & si non sint de substantia sacramenti,non tamen sunt superflua,quia sunt ad bene esse sacramenti,vt.§.dictum est.Leg.¶[Postquam ascēdit bapti Exponit literam.
zatus in cerebro].i.in vertice.s.summitate capitis super cerebrū fit hæc vnctio, vt cęlestis regni particeps fiat inunctus, & quia baptizati anima capiti.i. Christo desponsatur. [signatur].i. cum signo crucis inungitur,& hoc ad ostēdendum signum,quo redēpti sumus.Illud.n.ostendimus exterminatori in præsenti,vt domos nostras pertrāseat, de quo .§.denique.c.dist.& ostendemus Christo in futuro,vt nos inter redemptos enumeret.Hu.Siue,vt dicit magister Alexander de Halis in modum, & formam crucis fit, ut per Hugu. Ale.de Ha.
crucem redemptoris siue, per crucifixum bona accepta in baptismate obtinere cognoscantur, quia etiam sedes superbiæ, quæ semper iuxta sui nominis consonan-

tiam superiora appetit in vertice esse videtur. Ideo rite ibi fit hęc vnctio sub forma crucis, & sub nomine humilitatis. [chrismate.] ex oleo, & balsamo confecto. [à presbytero] quia. n. episcopus nō semper præsens est, ne puer sine chrismatis vnctione decederet, institutū fuit à papa Syluestro. vt dicit Gul. in rationali, ꝙ fieret à presbyteris hęc vnctio super cerebrum. Et dicit consequenter, ꝙ credibile est, ꝙ ante eius tempus vtraque vnctio, tam verticis, quam frontis episcopo reseruabatur, sed cum gremium dilataretur ecclesiæ, & episcopi non possent omnibus ad vnctionem occurrere, ne pueros sine vnctione contingeret decedere, institutum est sicut dictum est, vt à presbyteris hęc vnctio baptizatis daretur [vt Christi regni] quia est signū, ꝙ gratiam Christi suscepit in baptismo ad bene se regendum p conformitatem ad Christum. Ad hoc. n. hæc vnctio datur, vt illa vnctione regem, & sacerdotem se factum agnoscat, & iustitiam faciat. Regem. s. non solum regni æterni hæredem, sed & regia virtute præditum, vt se regaliter regat, & gerat, & de seipso iudicium faciat, & iustitia, vitiaq; & peccata tanquam latrones, & raptores ceterosque maleficos spirituales viuere non sinat. [à Christo christianus posset vocari] quia chrisma sacrum competit christiano. † Christus. n. à chrismate dicitur. A Christo christiani tanquā vncti deriuantur, ab uncto, ut omnes concurrant in odorem unguenti illius. s. Christi. Cuius nomen est oleum effusum. Cantico. 1.

(Guiliel. — margin)



Mersisti. Sequitur 2. ca. eiusdem partis, in quo dictum B. Ambro. deducit magister Gratianus prosequens ritum solennitatis ipsius baptismi, quod pro sui breuitate, non diuiditur, & pro sui euidentia discussione non eget, patet etiam plenus intellectus huius cap. ex dicendis in c. sequenti. Lege. ¶ [Emersisti] i. semel uel tertio eleuatus de aqua apparuisti [sacerdotem] qui te ungeret in uertice [ubi]. i. ad quid. i. ad uitam æternā consequendam. Ista. n. unctio, ut dicetur in sequentibus c. non confert nouum effectum gratiæ, sed significat gratiā in baptismo collatam ad bene operandum, sicut etiam. s. dictum est, capitulo deinde. s. e. di.

(Exponit literam. — margin)

1 *Vnctio chrismatis in vertice an habeat effectum gratiæ.*
2 *Sapientiæ sedes est in capite.*



Ccepisti. Sequitur 4. ca. eiusdem partis, in quo ex authoritate eiusdem Ambro. magister Gratianus assignat causam quare baptizati supra caput unguntur. Et diuiditur in duas partes. In prima assignat rōnē eius, quod dictum est. In secunda dicit. ꝙ post unctionem istam, quæ fit per presbyterum in uertice capitis, sequitur alia quæ fit per episcopum. In qua datur perfectio ad robur, & augmentum gratiæ. secunda ibi, sequitur spirituale. Pro pleniori intelligentia huius capituli posset quæri. † Vtrum unctio Chrismatis in uertice habeat effectum gratiæ. ¶ Et uidetur ꝙ sic, quia ita digna pars corporis est uertex, sicut frons, uel dignior, & ex eodem sit functio, & idem potest esse minister si episcopus utrunque faciat. Videtur ergo, cum non desit gratia insignis nouæ legis, & in unctione, quæ fit in fronte, conferatur gratia gratum faciens, sicut patet in præsenti capitulo, ꝙ etiā in hac unctione, quæ fit in uertice. ¶ In oppositum arguitur, quia, si sic, tunc hæc unctio non diceret sacramentale, sed etiam sacramentum & ita plura essent, quam septem. ¶ Respondeo dicendum sicut respondet magister Alexā. de Hal. in quarto, ꝙ vnctio ista capitis non confert aliquem nouum effectum gratiæ gratum faciētis, sed significat gratiam datam in baptismo. cum. n. baptismus sit ad duo. s. ad remissionem peccatorum, & ad gratiæ infusionem, ad bene operandum vnum significatur per ablutionem baptismalem, alterum per chrisma sibi adiunctum, quod statim post baptisma datur, sicut dicit Rabanus. ¶ Ad rationem in oppositum respondetur, ꝙ non est simile de chrismate dato ab episcopo rōne dignitatis episcopalis, illud. n. per se datur, & à digniori ministro, & instituitur ad hoc, ꝙ conferatur gratia vberior in susceptione illius, quod non est in hac vnctione. Lege ¶ [Accepisti mysterium]. i. chrisma in capite. 2 † Sed. n. sapientię in capite est, quia sapientis oculi in capite eius. Eccl. 2. Vngitur ergo homo in capite, vt eius sensus superna gratia illuminatus ad superiora dirigatur. [Sequit] 2. pars. [Signaculum]. i. sacramentum confirmationis. [hodie]. s. in die pentecostes, quia lecta fuerat epistola de aduētu spiritus sancti in apostolos. [quo]. s. signaculo siue cōfirmationis sacramento [perfectio fiat] quo ad robur, & augmētum gratiæ datur, vt. j. di. 5. spiritus sanctus. [sacerdotis] . i. episcopi, qui solus hoc facit, vt. j. e. d. presbyteri. & c. seq.

(Diuisio; Primum ar. 1; S. Thom.; Opponit in contrarium, Respondet. Ale. de Hal.; Ad arg.; Exponit literam. — margin)

1 *Vestis induitio an debeat præcedere vnctionem Chrismatis, vel econuerso.*
2 *Candor designat munditiam.*



Ost baptismum. Sequitur 5. ca. eiusdē partis, in quo magister Gratianus ponit, s̄m ꝙ sequitur post baptismum. s. traditionem candide, quæ datur ipsi baptizato, & inuncto. Et diuiditur in quatuor partes. In prima assignat rationes, pp quas baptizatur, induitur vestibus albis. In secūda ponit rationem, quare eius caput velamine tegatur. secunda ibi, tegitur. Circa primum ponit tres rationes. Prima est in significationem puritatis innocentiæ, quam in primo parente perdidimus, & per Christum in baptismo recuperamus, quam studio sanctæ conuersationis semper integre seruare debemus, vt ante Christi tribunal ita vestiti appareamus, secundum illud. Omni tempore vestimenta tua sint candida. Eccleslast. nono. Secunda in signum futuræ gloriosæ resurrectionis corporum, vel resurrectionis animarum hic à peccatis. Tertia in signum candoris, siue dealbationis faciei animæ susceptæ in baptismo, quam prius fuscauerat vetustus error peccati. ¶ Pro intelligentia ampliori huius capituli venit quærēdum de ordine istorum duorum, quæ sequuntur post baptismum. Quæritur ergo. 1 † Vtrum induitio vestis debeat præcedere vnctionem chrismatis, vel ecōuerso. Et videtur, quòd prius deberet præcedere induitio vestis candidæ, quam vnctio chrismatis. Primo sic. quia innocentia vitæ præcedit gratiam gratum facientem ad bene operandum, ergo signum debet præcedere signatum, & vestis alba significat innocentiam, vt habetur in text. vnctio vero gratiam gratum facientem, vt habetur in tex. susceptā in baptismo, vt in c. præcedēti. ergo induitio vestis candidę præcedere debet chrismationem. ¶ Secundo quia Diony. videtur ita ordinare, vnde sic inquit in ca. ecclesiasticæ Hierarchiæ. traditur susceptori vestitus, à Hierarcha chrismate vngitur. ¶ In oppositum est text. præsentis cap. Respondeo dicendum, ꝙ aliter assignatur ordo inter ista duo à B. Dionysio, & aliter à Rabano, vt dicit magister Alexander de Hal. Nam Diony. primo ponit induitionem vestis. Secundo chrismationem. Rabanus vero econuerso, sicut patet in præsenti cap. Præcedit. n. chrismatio in capite, & sequitur induitio vestis candidæ. Ratio autem huius diuersi ordinis est, vt dicit magister Alexan. de Hal. ex ordine diuerso signati ad signum. Si. n. vnctio est ad significandum gratiam, qua possit se regere spiritualiter hanc sequitur innocens conuersatio, quæ in veste cādida designatur, unde Ambr. de mysterijs, & habetur in c. sequenti. accepisti post baptismum uestimenta candida, vt esset indicium, ꝙ indueris innocentiæ, velamine, secundum autem, ꝙ primo est habere innocentiam conuersationis, & post habere odorem vitæ ad alios, s̄m ꝙ dicit apostolus. Christi bonus odor sumus alij uitæ ad uitam. 2. ad Corin. 2. præmittitur uestis candida, & postea sequitur chrismatis unctio in vertice, & ita patet responsio ad omnia. Ad ultimum. ut ponit dominus Bonauen. in 4. cereus accensus datur in manu eius, ut implere doceatur illud euangelij. Mat. 5. Luceat lux uestra corā hominibus. hanc lampadem, si inextinguibtiē seruauerit inter uirgines sapientes cum sponso cœlesti ad nuptias introibit. Leg. ¶ [Post baptismum tradit chistiano innocentiā.] Candor. n. mundiciam designat, vt inquit Isidorus in libr. de officijs & habetur in c. semen. 30. q. 5. [Ad ministerium ecclesiæ] scilicet designandum, per hoc enim designatur futura resurrectio corporum gloriosa, vel aīarum, hic gratiosa [mystico velamine] s. mitra. Mitra coronatur, & veste alba induitur, ad hoc designādum. s. vt intelligat quia istud sacrm signum est regni, & sacerdotij, qui libet. n. fidelis rex debet esse, & sacerdos. Rex quia se, & alios regere

(Diuisio; Quæstio.; Primum ar.; Scdm ar.; Opponit & Respondet.; Alexander.; Bonauent.; Exponit literam. Isidor. — margin)

regere debet, vt 12.q.1.duo.Sacerdos, quia cor cōtritum, & humiliatum, quod est vera oblatio.i.seipsum offerre debet Deo, vt intelligat se esse effectum membrum Christi regis sacerdotis.Hu.

Accepistis: Sequitur sextum capitulum eiusdem partis, & eiusdem sententiæ per omnia cum præcedenti, & ideo transimus vlterius.

Iudæi. Sequitur 18.pars huius distinction. in qua magister Gratianus agit de examinatione, & pœnitentia eorum, qui ad baptismum accedunt. Et ratio huius est, quia accedentes ad baptismum quandoque accedunt ficte, & præsertim iudæi. Ideo statutum est, vt per aliquod tempus tales primo examinentur, vt pœnitentiam aliquam agerent, & de hac materia loquitur per septem capitula, in quorum primo duo ponit. Et ita potest
Diuisio. diuidi in duas partes. In 1. ponit, ꝙ cum Iudęos venire ad baptismum contingeret primo. per 8. menses examinent, & instruantur. Secundo excipit casum infirmitatis dicens, ꝙ si casus infirmitatis interueniret posset abbreuiari tempus. secunda ibi, ꝙ si casu. Est verum, ꝙ hoc capitulum correctum est per Gregorium, qui solum quadraginta dierū spatium illorum examinationi, & pnīæ assignauit, vt.j.e. dist.nec quod absit. Omnia plana sunt, & erunt planiora
Exponit literam. ex dicendis infra. Leg. ¶ [Iudei] hoc specialiter institutum fuit de iudæis singulariter propter reuerantiam baptismi, quem Iudæi in comparatione circuncisionis, & aliorum sacramentorum legalium non adeo appretiabantur. [ad vomitum].i.ad pristinam conuersationem.s.iudaicam [octo menses] hoc postea fuit correctum, vt dictum est.

1 *Iudæi an sint compellendi ad fidem.*

Plerique. Sequitur ca. 2. eiusdē partis, in quo ex diffinitione quinti cōcilij Toletani ponit magister Gratianus, quid agendum sit de iudæis, qui dudum ad Christianam fidē promoti sunt, & postmodum Christum blasphemantes ad iudaicos ritus conuersi etiam abominabiles circūcisiones exercēt. Et diuiditur hoc capitulum in duas partes. In prima ponit,
Diuisio. ꝙ tales sunt pontificali authoritate cogendi reuerti ad Xpi fidem. In secunda, quid agendum sit de his, qui circuncisi fuerunt ab illis. secunda ibi. eos autem. ¶ Pro pleniori intel
Quæstio. 1 ligentia huius cap. quæritur.† Vtrum iudæi sint compellendi ad fidem. Et arguitur ꝙ non. Primo ex cap. de iudæis di.
Primum ar. 45. vbi sic dr̄ de iudeis pręcepit sancta synodus.s.Toletana, nemini deinceps ad credēdum vim inferre. ¶ Secundo sic.
Secundū ar. August. dicit, ꝙ cætera potest homo nolens, credere vero non nisi volens, sed voluntas cogi non potest, ergo vr̄, ꝙ iudæi, aut alij infideles non sunt ad fidem cogendi. ¶ In oppositum est textus præsentis cap. ¶ Respondeo dicēdum,
Opponit et Respondet. ꝙ infidelium quidam sunt, qui nunquam susceperunt fidē sicut gentiles, & iudæi, & tales nullo modo sunt ad fidem compellendi, vt ipsi credant, quia credere voluntatis est. Sunt autem compellendi à fidelibus si facultas assit, vt fidē non impediāt, vel blasphemijs, vel malis persuasionib. vel etiam apertis persecutionib. & ꝑpter hoc fideles frequenter bella mouent non quidem, vt eos ad credendū cogāt, quia etiam si eos vicissent, & eos captiuos haberent in eorum voluntate relinquerēt an credere vellent, sed propter hoc, vt eos compellant ne fidem Christi impediant. Alij vero sunt infideles, qui quandoq; fidem Christi susceperunt, & eam professi fuerunt sicut hæretici, vel quidam, seu qui cūque apostatæ, cuiusmodi sunt iudæi, de quibus loquitur synodus Toletana, qui primo baptismum Christi susceperant, & religionem professi fuerant christianā, & tales sunt etiam corporaliter compellendi, vt impleant quod promiserant, & teneant, quod semel susceperunt. ¶ Ad rationes.
Ad primum argu. Ad primam respondetur, ꝙ capitulum illud loquitur de iudæis, qui nullo modo fidem susceperunt catholicam. tales
Ad scd̄um. .n. non sunt cogendi ad fidem Christi. ¶ Ad secundam respondetur, quod sicut vouere est volūtatis, reddere autem necessitatis. Ita accipere fidem est voluntatis, tenere autē necessitatis, & ideo hæretici, & tales iudæi, qui alias Xpi fidem susceperunt sunt compellendi, vt fidem teneant. Leg.
Exponit literam. ¶ [Plerique.] circuncisiones alios circuncidendo. [reuocentur] etiam nolentes, siue inniti, vt de iudæis. distin. 45.

[eos autem.] secunda pars. [separentur] & viris religiosis tradantur, vt 28. quęst. prima. iudæorum, de paternis tamen bonis sustentabuntur, vt C. de alc. liber. 3. & ipsi circuncidentes bonorum præscriptione, & perpetuo exilio damnantur, vt. C. de iudæis. Iudæi tradantur. 54. dist. nulla. 17. quæst. vlt. Iudas.

1 *Pompa dicitur gloria & triumphus.*

Primum. Sequitur 3. ca. eiusdem partis in quo magister Gratianus ex ratione præteritorum inducit ex authoritate Rabani libr. de institutione clericorum, quod vnusquisque adultus paganus veniens ad baptismum debet examinari, & interrogari antequam baptizetur si abrenuntiat satanæ. Non diuiditur hoc capitulum ex pręcedentibus, ita patet, vt ampliori expositione non egeat. Lege. [Primum interrogetur] antequam baptizetur. Exponit literam.
vnde sancto sabbato ante baptismum solet fieri huiusmodi interrogatio de tali abrenuntiatione diabolo, & dominio eius, quod est peccatū mortale, per quod dominatur demon homini secundum illud Ioann. 8. Qui facit peccatum seruus est peccati, vnde sequitur [&] .i. omnibus pompis eius. [&] .i. damnosis operibus eius. i. peccatis mortalib. quæ sunt pompa diaboli, quia de ipsis gloriatur, & non de
1 venialibus.† Pompa.n. gloria vel triumphus dicitur Hug. Hugu.
iuxta apostolum ad Eph. 4. [veterem hominem]. i. vetustatem peccati. i. peccatum quo homo interior fit vetustus, & corrumpitur, vnde addit, qui vetus homo, & si delectetur tamen corrumpitur secundum desideria cordis sequendo illa.

1 *Baptismi sacramentum an sit conferendum peccatoribus.*
2 *Peccator potest aliquis dici dupliciter.*

Omnis. Sequitur quartum cap. eiusdem partis in quo magister Gratianus ex authoritate Augu. assignat rationem eius quod dictum est in præcedenti capitulo, ꝙ videlicet qui ad baptismum accedit adultus oportet, ꝙ renuntiet operibus satanæ, vt sic errore deposito appropinquet ad veritatem. ¶ Pro pleniori Quæstio.
intelligentia huius cap. quæritur. Vtrum peccatoribus sacramentum baptismi sit cōferendum. Et arguitur ꝙ sic. dr̄ Primum ar.
.n. Zachariæ 13. In illa die erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierusalem in ablutionem peccatoris, & menstruatæ, quod quidam intelligunt de fonte baptismali. ergo videtur ꝙ sacramentum baptismi sit etiam peccatoribus exhibendum. ¶ Secundo sic, dominus dicit Matt. Secundū ar.
duodecimo. non est opus valentibus medico, sed male habentibus, male autem habentes sunt peccatores, cum igitur spiritualis medici. s. Christi medicina sit baptismus, videtur, ꝙ peccatoribus sacramentū baptismi sit exhibēdū. ¶ Tertio sic. Nullum subsidium peccatoribus debet subtrahi, sed peccatores baptizati ex ipso charactere baptismali Tertium ar.
spiritualiter adiuuantur, cum sit quædam dispositio ad gratiam, ergo videtur, quod sacramentum baptismi sit peccatoribus exhibendum. ¶ In oppositum est Beatus Augustin. dicens. Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te, sed Opponit in cōtrarium.
peccator cum habeat voluntatem non dispositam, nō cooperatur Deo, ergo frustra adhibetur sibi baptismus ad iustificationem. ¶ Respondeo dicendum secundum Sanctū Respondet. S. Thomas.
Thom. in 3. parte† quòd aliquis potest dici peccator du-
2 pliciter. Vno modo per maculam, & reatum præteritum, & tunc sit ista conclusio. taliter peccatoribus est sacramentum baptismi conferendum, patet hæc conclusio, quia baptismus est ad hoc specialiter institutus, vt per ipsum peccatorum sordes mundentur, secundum illud ad Ephesios quinto. mundans eam. s. ecclesiam lauacro aquæ in verbo vitæ. Alio modo potest quis dici peccator ex voluntate peccandi, & proposito persistendi in peccato, & tunc sit ista conclusio. Quod sic peccatoribus non est sacramentum baptismi conferendum patet primo, quia per baptismum homines Christo incorporantur secundum illud ad Galat. 3. Quicunque in Christo baptizati estis, Christum induistis, quamdiu autem aliquis habet voluntatem peccandi non potest esse Christo coniunctus secundo Corin. sexto. quæ participatio iustitiæ cum iniquitate, & hoc est, quod in præsenti cap. Aug. dicit, & habetur in lib. de pnīa,

ꝙ nullus suæ voluntatis arbiter constitutus. potest nouam vitam inchoare, nisi eum veteris vitæ pœniteat. Secundo, quia in operib. Christi, & essentiæ nihil debet fieri frustra. frustra autem est, quod non pertingit ad finem, ad quē est ordinatum. Nullus autem habens voluntatem peccandi simul potest à peccato mundari, ad quod ordinatur baptismus, quia hoc esset ponere contradictoria esse simul. Tertio, quia in sacramentalibus signis non debet esse aliqua falsitas, est aūt signū falsum, cui res signata non r̄ndet, ex hoc aūt, ꝙ aliquis lauandum se præbet per baptismum significatur, ꝙ se disponat ad interiorem ablutionem quod non contingit de eo qui habet propositum persistendi in peccato. Vnde manifestum est, ꝙ talibus peccatoribus sacramentum baptismi non est conferendum.

Ad primum argu. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur, ꝙ illud verbum intelligēdum est de peccatoribus, qui habent voluntatem recedēdi à peccato.

Ad scdm. ¶ Ad secundam respondetur, ꝙ spiritualis medicus. s. Xps, dupliciter operatur. Vno modo interius per seipsum, & sic præparat voluntatem hoīs, vt bonum velit, & malū odiat. Alio modo operatur per ministros exterius adhibendo sacramenta, & sic operatur perficiendo id, quod est interius inchoatum, & ideo sacramentum baptismi non est exhibendum nisi ei, in quo interioris conuersionis aliquod signū apparet, sicut nec medicina corporalis adhibetur infirmo, nisi in eo aliquis motus vitalis appareat.

Ad tertium ¶ Ad tertiā respondetur, ꝙ baptismus est fidei sacramentum, fides autem informis non sufficit ad salutem, nec ipsa est fundamētum, sed sola fides formata, quę per dilectionem operatur (vt Augus. dicit in lib. de fide, & operib.) vnde nec sacramētum baptismi salutem conferre potest cum voluntate peccandi, quæ fidei formam excludit. Non autem est per impressionem characteris aliquid disponendum per gratiam, quamdiu apparet in eo voluntas peccandi, quia Deus neminem ad virtutem compellit, sicut Damas. dr̄.

Exponit literam. Leg. ¶ [Oīs qui.] Istud capitulum habetur de pœ. di. 1. tres sunt. [arbiter] sicut est discretus [pęniteat] interius, & doleat, & cōpungatur. quō. n. gaudebit se esse correptum, nisi doleat se fuisse peruersum 23. q. 7. quemadmodum. exterior autem pœnitentia non exigitur, vt. j. e. di. c. fine. [veteris vitæ] .i. peccati, quod hominem reddit vetustum [nouam inchoare] per baptismum, vel per pœnitentiam exteriorem. [immunes] propter infirmitatem ætatis, vt 17. quæst. 1. §. vt itaque firmissime &c.

1 *Pœnitentiam agere an sit præceptum, vel admonitio adultis venientibus ad baptisma.*

2 *Pœnitentia dicitur duplex.*



AGunt. Sequitur 5. c. eiusdem partis, breue est. plana est sn̄ia cap. per oīa.

Quæstio. Pro pleniori tn̄ intellgētia ipsius quæritur iuxta gl.

1 † Vtrū sit præceptum an sola admonitio adultis venientibus ad baptismum pęnitentiam egere.

Primum ar. Et vr̄, ꝙ non sit præceptū, primo argumento quod facit gl. quia si esset præceptum, tunc videretur, ꝙ ecclesia Iudæo, vel gentili præcipere posset, quod non vr̄, cum non sint de foro ecclesiæ, & de his, ꝗ foris sunt Deus iudicabit. 1. Cor. 5. & 2. q. 2. multi.

Scdm ar. ¶ Scdo arguitur. Baptismus est ianua oīm sacramentorum, ergo pn̄ia non necessario debet præcedere baptismum, & per consequens non potest cadere sub præcepto.

Opponit in cōtrarium. ¶ In oppositum arguitur ex tex. præsentis ca. & præcedentis, vbi non modo admonitio de faciēda penitentia talib. indicitur, sed necessitas si salutem consequi volunt.

Respondet. ¶ Respondeo dicendum

2 † ꝙ duplex dr̄ pœnitentia, vna. s. interior, qua quis dolet de pc̄tis cōmissis, & talis cadit in præcepto, vnde est de iure naturali. vnde


S.Thom. S. Th. in 4. parte. q. 84. ar. 7. dr̄ de iure naturali est, ꝙ aliquis pœniteat de malis, quæ fecit, quantum ad hoc, ꝙ doleat se fecisse, & doloris remediū quærat per aliquem modum, & ꝙ aliqua signa doloris ostendat, sicut Niniuitæ fecerūt, vt legitur Ionæ 3. Est etiā de iure diuino Luc. 8. Nisi pęnitentiā egeritis, oēs simul peribitis, & hoc modo necessarium est adultis pęnitentib. venientib. ad baptismum pn̄iam agere, sicut dr̄ in præsenti c. vnde Apostolus Petrus. Agite pn̄iam, & baptizetur vnusquisq; vestrū, ecce ꝙ pœnitentiam præposuit baptismo. Secundo modo loquimur de pœnitentia exteriori, quæ est sacr̄m, & hoc modo pn̄ia non imponitur venientib. ad baptismum, sed interior pn̄ia, quæ est virtus, aut actus virtutis.

Ad primum arg. ¶ Ad rationes. Ad primā r̄ndetur dupliciter. Primo negando cōsequētiā, quia illud non est præcipere, sed ostendere, ꝙ, qui vult baptismum suscipere ad salutem, necesse est ei malorum ꝓteritorum suorum agere pn̄iam. ¶ Scdo dr̄, ꝙ Iudæus, vel Gentilis ad baptismum venire disponens, iam non est proprie de numero istorum cōputandus, qui foris sunt, sed de numero eorum, qui intus sunt, ad minus proposito, vnde talib. bene potest ecclesia præcipere aliquid, cum volunt ecclesię sacr̄m suscipere.

Ad scdm. S.Thom. ¶ Ad scdam respondetur prout dictum est, dicit S. Th. ꝙ pn̄ia, quæ præcedit baptismum nō est sacramentum, sed actus virtutis disponens ad sacramētum baptismi, & ita ratio procedit.

Exponit literam. Lege. [Agunt pn̄iam] interiorem. Ratio assignata est in c. præcedenti. [in actibus apostolorum.] Act. 2. In nomine domini Iesu Christi, hic mos obseruatus est tempore apostolorum, vt nomen Xpi redderetur amabile, & reuerendum, vt dictum est sæpe, & maxime in c. à quodam.

1 *Baptismus solennis potest conferri omni tempore.*



NE quod absit. Sequitur 6. c. eiusdem partis, in quo magister Gratianus inducit B. Grego. corrigentem, qđ Agathosæ concilium ordinauerat de pn̄ia, vt examinatione Iudæorum per 8. menses faciē da ante baptismū, de qua. s̄. c. iudæi. Nunc vero propter periculum reducit ad quatuor dies, quod nec nunc obseruatur breue est. Et quia plenior intelligentia huius cap. habetur de discussione sequentis cap. ideo transimus ad literæ expositionem.

Exponit literam. Leg. [Ne longa dilatio.] in suscipiendo baptismum [pn̄ia] exteriori. [abstinentia]. s. vini, & carnium, vt. s̄. e. di. baptizandi. Est autem hoc consilium, & admonitio, quia ecclesia non potest ad hoc compellere Iudæum, uel paganum, nisi uolentē, sed nunc raro, vel nunquā obseruatur circa Iudęos, vel alios. ar. in sequenti c. Hu. [indicta] .i. iniuncta, & imposita si illi volunt [quadraginta dierum] nec hoc obseruatur nunc [die dominica] etiā præ

1 ter Pascha, & Pente. † Baptismus. n. non solennis omni tempore potest conferri, sed solennis non debet celebrari nisi in Pascha, & Pente. vt. s̄. e. di. venerabilis, & c. sequen. [Celeberrima] si tamen articulus mortis vrgeret, non expectaretur dies festiuus, sed quolibet die licite baptizaretur, vt s̄. c. dist. hi qui.

3 *Confessio peccatorum est duplex.*



SIne pœnitentia. Sequitur 7. capitu. eiusdem partis, in quo ex authoritate B. Ambrosij super epistolam ad Rom. inducit Gratianus, ꝙ baptizatis non est imponenda pœnitentia exterior. Pro huius capituli pleniori intelligentia quærun tur duo.

1 ¶ Primum, vtrum peccatoribus baptizatis sint opera satisfactoria imponenda.

2 ¶ Secundum est, vtrum peccatores ad baptismum accedentes teneantur sua peccata confiteri.

1 Ad primum sic proceditur. † Et videtur, quòd peccatoribus baptizatis sint opera satisfactoria imponenda.

Primum ar. ¶ Et primo sic. hoc enim ad iustitiam Dei pertinere videtur, vt pro quolibet peccato aliquis puniatur secundum illud Ecclesiastic. vltim. Cuncta quæ fiunt adducet Deus in iudicium, sed opera satisfactoria imponuntur peccatoribus in pœnam præteritorum peccatorum, ergo videtur, quòd peccatoribus baptizatis sint opera satisfactoria imponenda.

Scdm argu. ¶ Secundo sic. per opera satisfactoria excitantur peccatores de nouo conuersi ad iustitiam, & subtrahuntur occasiones peccandi, nam satisfacere est peccatorum causas excidere, & peccatis aditum non indulgere, sed hoc maxime necessarium est nuper baptizatis, ergo videtur, quòd opera satisfactoria sint baptizatis iniungenda.

Tertium ar. ¶ Tertio. non minus debitum est, vt homo satisfaciat Deo, quam proximo, sed nuper baptizatis iniungendum est, vt satisfaciant proximis, si eos læserunt, ergo etiam est eis iniungendum, vt Deo satisfaciant per opera pœnitentiæ. ¶ In oppositum est tex. pn̄tis. c. qui est B Ambr. super illud ad Ro. 11. sine pœnitentia sunt dona Dei, & vocatio, ita dicentis. Gratia Dei in baptismo non re-


non requirit gemitum, neque planctum, vel opus aliquod, sed solam fidem, & oĩa gratis cōdonat.¶ Rñdeo dicendũ, ꝙ peccatoribus baptizatis non sunt iniungēda aliqua opera satisfactoria. Hęc conclusio sic probatur iuxta. S. Tho. in 3. parte. Sicut apostolus dr̃ ad Ro.6. quicũque baptizati sumus in Christo Iesu in morte ipsius baptizati sumus. cõsepulti.n. sumus per baptismum in mortem. Ita.s. ꝙ homo per baptismum incorporatur ipsi morti Christi. manifestum est autē ex supradictis, ꝙ mors Christi satisfactoria fuit sufficienter pro pctĩs, non solum nostris, sed etiam totius mundi, vt dr̃. 1. Ioan.2. ergo ei, qui baptizatur pro quibuscunque pctĩs non est aliqua satisfactio iniungēda, hoc autē esset iniuriam facere passioni, & morti Christi, quasi ipsa nō esset sufficiens ad plenariam satisfactionem pro peccatis baptizandorum.¶ Ad rationes. Ad primam dicēdum, ꝙ sicut Augus. dicit in lib. de baptismo paruulorum Ad hoc baptismus valet, vt baptizati Xp̃o incorporentur, vt membra eius, vnde, & ipsa pęna Christi fuit satisfactoria pro peccatis baptizatorũ, sicut, & pęna vnius membri pōt esse satisfactoria ꝑ pctõ alterius mēbri. Vñ Esa.53. dr̃ vere languores nostros ipse tulit, & dolores nr̃os ipse portauit.¶ Ad secundã dicendum, ꝙ nuper baptizati excitãdi sunt ad iustitiam, non per opera pęnalia, sed opera facilia, vt quasi quodã lacte facilis exercitij promoueãtur ad perfectiora, vt glo. dr̃ sup illud psalm. 130. Sicut ablactatus est super matre sua, vnde, & dñs discipulos suos de nouo conuersos à ieiunio excusauit, vt patet Mat.9. Et hoc est quod dr̃ 1. Pe.2. sicut primogeniti infantes lac concupiscite. vt in eo crescatis in salutem.¶ Ad tertiam dicēdum, ꝙ restituere male ablata proximis, est satisfacere de iniurijs illatis, & cessare à peccando, quia hoc ipsum, quod est detinere aliena, & proximum non placare est pctm̃, & ideo pctõribus baptizatis iniungēdum est, ꝙ satisfaciant proximis, sicut, & ꝙ desistant à peccato. Non est autem eis iniungendum, ꝙ pro peccatis præteriti aliquam pęnam patiantur, & ita non est simile.

Respondet. | Ad primum argu. | Ad secũdum. | Ad tertium

2 Ad secundum sic proceditur.†Et vr̃, ꝙ peccatores ad baptismum accedentes teneantur sua peccata confiteri.¶ Et primo sic. dr̃. n. Matt.3. ꝙ baptizabantur multi à Ioan. in Iordane confitentes peccata sua, sed baptismus Christi est perfectior baptismo Io. ergo videtur, ꝙ multomagis, qui sunt baptizandi baptismo Xp̃i debeant sua peccata cõfiteri.¶ Secundo sic. Prou. 34. dr̃ Qui abscondit scelera sua non dirigetur, qui autē cõfessus fuerit, & dereliquerit ea, mĩam consequetur, sed ad hoc aliqui baptizant̃, vt de peccatis suis mĩam consequãtur, ergo baptizati debent sua peccata confiteri.¶ Tertio sic. pœnitētia requiritur ante baptismum, ſm illud Act.2. Agite pnĩam, & baptizetur vnusquisque vestrum, sed cõfessio est pars pnĩæ, ergo videtur, ꝙ confessio peccatorum requiratur ante baptismum.¶ In oppositum est tex. cap. præsentis, vbi dicit Amb. ꝙ gratia Dei in baptismo non requirit gemitum, nec planctum, sed confessio debet esse cũ fletu, vt dicit Aug. in li. de pnĩa, ergo à baptizandis non est requirenda peccatorum confessio.¶ Respondeo dicendũ iuxta S. Tho. in 3. parte† ꝙ duplex est peccatorum confessio. Vna quidem interior, quæ fit Deo, & loquendo de tali fit ista conclusio, ꝙ talis cõfessio peccatorum requiritur ante baptismũ, vt.s. homo peccata sua recogitans, de eis doleat. Non.n. pōt inchoare nouam vitam, nisi pęniteat eum veteris vitę, vt Aug. dr̃ in præsenti c. alia vero est confessio pctõrũ exterior, quæ fit sacerdoti, & de tali confessione loquendo sit ista conclusio. Quod talis confessio requiritur non ante baptismum. patet primo, quia talis confessio, cum respiciat personam ministri, pertinet ad pnĩæ sacramentum, qđ nõ requiritur ante baptismum, qui est ianua oĩm sacrorũ.¶ Secundo, quia confessio exterior, quæ fit sacerdoti, ordinatur ad hoc, ꝙ sacerdos pœnitentē absoluat à peccatis ad opera satisfactoria, quæ baptizatis non sunt imponēda, vt s̃. dictum est in præcedenti articulo. Nec etiam baptizati indigēt remissione per claues ecclesiæ quibus oĩa remittũtur per baptismum.¶ Tertio, quia ipsa particularis confessio hoĩ facta est pęnosa pp verecundiam confitentis, baptizando autē nulla pœna imponitur, & ideo in baptizatis nõ requiritur specialis confessio pctõrum, sed sufficit gñalis, quã faciunt cum ſm ritum ecclesiæ abrenuntiant satenæ, & oĩbus operib. eius, & hoc mõ dr̃ quædã gl. Mat.3. ꝙ in baptismo Ioan. exemplũ datur bapizandis cõfitendi pctã sua, & promittendi meliora. Si qui tamen baptizandi ex deuotione sua peccata confiteri vellent, esset eorũ confessio audienda, non ad hoc, ꝙ satisfactio eis imponeretur, sed ad hoc, ꝙ contra pctã consueta eis spiritualis vitæ informatio traderetur.¶ Ad rõnes. Ad primam dicendum, ꝙ in baptismo Ioan. non remittebãtur pctã, sed erat baptismus pnĩæ, & ideo accedentes ad illud baptisma conuenienter confitebantur pctã, vt ſm qualitatem peccatorum eis pœnitētia determinaretur, sed baptismus Xp̃i est sine exteriori pnĩa, vt Ambr. dr̃, vnde non est similis rõ.¶ Ad secundã dicendũ, ꝙ baptizatis sufficit confessio interior Deo facta, & etiam exterior gñalis ad hoc ꝙ dirigantur, & mĩam consequantur, nec requiritur confessio spãlis, vt dictum est.¶ Ad tertiam dicendum, ꝙ confessio est pars pnĩæ sacramentalis, q̃ non requiritur ante baptismum, vt dictum est, sed requiritur interioris pnĩæ virtus, & ita rõ non procedit. Leg.¶ [Sine pnĩa sunt dona, & vocatio Dei.] hucusq; sunt verba apostoli ad Ro.12. quę vero sequuntur sunt verba Amb. Et est sensus, ꝙ Deus in baptismo sic pctã dimittit, ꝙ exteriorē relaxat satisfactionem, vnde non exigit illam. Et loqui vr̃ apostolus cõtra illos, qui non credunt etiã in baptismo hominē consequi pctõrum remissionem, qui non affligitur exterius satisfactione exteriori. Hu. [vocatio Dei] qua vocat ad fidē [& dona]. i. remissio quã præstat [sunt sine pnĩa] .i. sine exteriori satisfactione. Nã sine interiori nemo adultus renouatur, vt. s̃. in c. oĩs. Nõ autem obstat quod dr̃ in c. proxi. quia illud specialiter fiebat in iudæis non pp satisfactionem pctĩ, quia illa, vt dictum est nullo modo requirit, sed pp reuerentiam sacramenti baptismi quod iudæi in cõparatione circuncisionis, & aliorum legalium sacramentorum non adeo apprætiabantur. [gratia Dei]. i. Deus. Hu. [gemitum] interiorem [planctum] exteriorem [opus] exterius satisfactionis, sed solam fidem, contritionis cordis, de adultis loquitur [oĩa gratis condonat [sine satisfactione exteriori hoc in baptismo est. secus in pnĩa, quia in ea, & si dimittantur peccata, remanet temporalis satisfactio. In baptismo vero tanta est vis sacramenti, ꝙ nec temporalis satisfactio remanet pro peccatis fienda.

Primum ar. | Secundũ ar. | Tertium ar. | Opponit in cõtrarium. | Respondet. S. Thomas. | Ad primum argu. | Ad secũdum. | Ad tertium | Exponit literam | Hugu.

1 *Patrinus an sit necessarius in baptismo.*
2 *Episcopus potest confirmare, quem baptizauit.*



IN cathecismo Sequitur 19. pars huius distinctionis, in qua magister Gratianus agit de personis offerentium. Egit enim superius de baptizantib. & baptizandis. Nunc vero de personis offerentibus pueros ad baptismum, & hoc per sex capitula. Diuiditur autem hoc capitulum in duas partes. In prima dicit, quod vnus potest sufficere patrinus in cathecismo, & in baptismo, & in cõfirmatione, sed hoc videtur obseruandum, vbi necessitas cogit. In secunda ostēdit, quæ sit circa hoc consuetudo Romanæ ecclesiæ. secunda ibi, non tamen est. dicit. n. ꝙ consuetudo ecclesiæ Romanæ, videtur esse, vt singuli per singulos. i. per singula sacramenta pueros tenerent, & causa videtur esse huius, vt latius se extenderet charitas 35. quæstio prima. cum igitur.¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli quæritur.
1 †Vtrum in baptismo requiratur aliquis, qui baptizatum de sacro fonte leuet, qui patrinus eius sit. Et arguitur primo, quòd non. Baptismus noster, per baptismum Christi consecratur, & ei conformatur, sed Christus baptizatus non est ab aliquo de fonte susceptus, sed sicut dicitur Matth.3. Baptizatus Iesus confestim ascendit de aqua, ergo videtur, quod nec in aliquorum baptismo requiratur aliquis, qui baptizatum de sacro fonte suscipiat.¶ Secundo sic. baptismus est spiritualis regeneratio, vt. s̃. dictum est, sed in carnali generatione non requiritur nisi principium actiuum, quod est pater, & principium passiuum, quod est mater, cum igitur in baptismo locum patris obtineat ille, qui baptizat, locum autem matris aqua ipsa baptismi, vt Aug. dicit in quodam sermone epiphanię, videtur, ꝙ non requiratur aliquis alius, qui baptizatum de sacro fonte leuet.¶ Tertio sic. In sacramentis ecclesiæ nihil derisorium fieri debet, sed hoc derisorium vr̃, ꝙ adulti baptizati, qui seipsos sustētare possunt, & de sacro fonte exire, ab aliquo suscipiantur, ergo vr̃, ꝙ non requiratur aliquis ꝓcipuè in baptismo adultorum, qui baptizatũ de sacro fonte leuet.¶ In oppositũ est primo tex. pñtis ca.¶ Scđo est, qđ Dio. dicit 2. c. ecclesia.

Diuisio. | Quæstio | Primum ar. | Scđm arg. | Tertium ar | Opponit in cõtrarium.

ecclesia hierarchiæ, quòd sacerdotes assumentes baptizatum tradunt adductionis susceptori, & duci.
Respondet. ¶Respondeo dicendum, q requiritur, non tamen de necessitate sacramenti, sed multum rationabili conuenientia, & aliquis de sacro fonte eleuet baptizatum, qui eius curam specialem habeat educandi in his, quæ fidei sunt. quæ conclusio sic
S. Thom. ostenditur iuxta S. Thomam in 3. parte. Spiritualis regeneratio, quę fit per baptismum assimilatur quodammodo carnali generationi, vt dr 1. Pet. 2. quasi modo geniti infantes rationabiles sine dolo lac concupiscite. In generatione autem carnali paruulus nuper natus indiget nutrice, & pedagogo, ergo etiam in spirituali generatione baptismi requiritur aliquis, qui fungatur vice nutricis, & pędagogi, ipsum informando & instruendo eum, qui est nouitius in fide de his quæ pertinent ad fidem, & ad vitam christianã ad quod prælati ecclesię vacare non possunt circa communem curam populi occupati. paruuli.n. & nouitij indigent speciali cura præter communem, & ideo requiritur, q aliquis suscipiat baptizatũ de sacro fonte quasi in suã instru-
Dionysius. ctionẽ, & tutelam, & hoc est quod Dion. dr vlt. c. eccle. hierarchiæ diuinis nostris ducibus. i. apostolis ad mentem venit, & visum est suscipere infantes sm istum modum, q parentes pueri traderent puerum cuidam docto in diuinis pędagogo, & reliquum sub ipso puer agat, sicut sub domi-
Ad primum arg. no patre, & saluationis sanctæ susceptore. ¶ Ad rationes. Ad primam dicẽdum, q Christus non est baptizatus, vt ipse regeneraretur, sed, vt alios regeneraret, & ideo ipse post baptismum non indiguit pędagogo, tanquam paruulus.
Ad secũdum. ¶Ad secundã dicendum, q in generatione carnali non requiritur ex necessitate, nisi pater, & mater, sed ad facilem partum, & educationem pueri conuenientem requiritur obstetrix, & nutrix, & pędagogus, quorum vicem implet in baptismo ille, qui puerum de sacro fonte leuat, vnde nõ est de necessitate sacramenti, sed vnus solus potest in aqua
Ad tertium baptizare necessitate imminente. ¶ Ad tertiam dicendũ, q baptizatus, non suscipitur à patrino de sacro fonte propter imbecillitatem corporalem, sed propter imbecillita-
Exponit literam. tem spiritualem, vt dictum est. Lege. [Patrinus]. i. pater spiritualis pueri [fieri potest sufficere per singulos]. s. per cathecismum, baptismum, & confirmationem. q.d. per ista diuersi sigillatim suscipiant, vel teneãt puerum q.d. non teneant vnus ad omnia illa. s. cathecismum, & baptismum, & confirmationem, nisi necessitas cogat, quia idem bis nõ
2 generat eundem †episcopus autem potest confirmare, quẽ baptizauit, quia nõ est prohibitum, sicut primum, nisi pro-
Pet. de pal. 2 ter necessitatem ait Pet. de Pal. in 4. di. 5.

NOn plures. Sequitur 2. c. eiusdem partis, in quo Gratian. ponit ex authoritate Leonis, q non plures accedãt ad suscipiẽdum infantem de baptismo, quã vnus, & ratio huius institutionis est, vt dicit
Hugu. Hug. ad insinuandam vnitatem ecclesiæ, & sacramentorũ, quæ tota consistit in vnitate, vt 24. q. 1. loquitur. Ratio vero S. Tho. in tertia parte ad vitandam confusionem disciplinæ, quæ esset, nisi vnus esset principalis instructor, & iõ in baptismo vnus debet esse principalis susceptor, alij tñ possunt admitti quasi coadiutores, vt ibidem dicit S. Tho.
Exponit literam. Breue est capitulum, & intellectus eius est planus, Non est aliud dicendum. Leg. ¶[Non plures.] Cõtra 30. q. 4. quod autem vxor, ibi videas solutionem.

IN baptismate. Sequitur tertium capitulum eiusdẽ partis, in quo magister Gratianus ex authoritate Concilij Maguntinen. ostendit, q non potest alium suscipere in filiolum ipse, qui non fuerit baptizatus, & ita de cõfirmatione. Et ratio huiusmodi, est quia patrini debẽt instruere filiolos suos in symbolo, & in alijs rudimentis fidei, & fideiubere pro eis. hoc autem male facere possunt, qui in talibus nõ sunt instructi. Hic non venit aliquid disputandum. breue, & in
Exponit literam. litera & sententia. Lege. ¶[Non potest]. i. non debet de iure communi. In necessitate tamen hoc licet, & si de facto aliter fiat nõ impeditur baptismus. Nam & si quis iudeus vel paganus baptizet, quod plus est sine necessitate, siue præter necessitatem confert. Nec ob hoc impeditur etiam in effectu vt. s. e. dist. quodam. hæc Hu. Sed videtur nobis,
Hugu. Thom. q non est simile. Et ratio est sm S. Tho. quia persona baptizantis est de necessitate sacramenti, non autem persona suscipientis baptizatum, & ideo aliquid requiritur ad hoc, q sit patrinus, q non ad hoc, q ministret baptismum. Ad baptismi.n. ministerium non requiritur fides in ministro. Sed ad docendum baptizatum in fidei rudimentis, & ad fideiussionem faciendam pro eo apud Deum, vt. j. in c. hos autẽ, videtur requiri, cum nec propter hoc, si de facto aliquis non baptizatus susciperet aliquem de fonte impediretur effectus baptismi, sicut nec si nullus adesset patrinus sequeretur, q non baptizatus possit esse patrinus baptizato, vel suscipere baptizatum non filium spiritalem, vide. j. e. dist. in c. hos autem.

NOn licet. Sequitur 4. c. eiusdem partis in quo magister Gratianus ex cõcilio Antissiodoten. dicit, non licere Abbati, vel monachis de baptismo suscipere filios, nec commatres habere. Ratio huius prohibitionis assignatur in sequenti c. Breue est, nec eget alia expositione. Leg. vt 16. q. 1. placuit. [Commatres] Exponit literam.
ta i modo. i. suscipiendo de fonte baptismi.

MOnachi. Sequitur 5. c. eiusdem partis, & prosequitur materiã præcedentis cap. Breue est, & non diuiditur. Sed vr, q hoc non sit rationabiliter institutum, quia ita Opponit in cõtrarium.
cõtrahitur compaternitas & cõmaternitas baptizãdo, sicut de fonte, vel tenendo vt 30. q. 1. oẽs, sed baptizare nõ phibetur monachus 16. q. 1. doctos, ergo nec eleuare paruulos de baptismo. ¶ Ad hoc rñdetur Respondet.
iuxta Hu. primo, q illa consuetudo, quæ vr in aliquibus lo- Hugu.
cis fuisse, q eleuantes paruulos de baptismo osculabantur mulieres, quarum filios vel filias de fonte susceperant, dedit causam huic prohibitioni, vt 18. q. 2. peruenit. Secũdo, quia per illam compaternitatem, quæ contrahitur baptizando, vel aliud sacramentum cõferendo, modica vel nulla contrahitur familiaritas, maior autẽ per istam, quæ contrahitur in eleuando siue suscipiendo pueros, & ideo potius ista, quam illa cõmaternitas inhibetur monachis. qua-
re & c. Leg. [Non osculentur]. i. non acquirant sibi comma- Exponit literam.
tres suscipiendo, vel tenẽdo aliquem ad aliquod sacramẽtum, vt hac occasione habeant familiaritatem cum cõmatribus, & eas osculentur, talia.n. solent fieri in aliquibus locis cũ matribus, quas nobis acquirimus suscipiendo, vel tenendo filios earum. Hug.

1 *Suscipientes aliquem de sacro fonte an obligentur ad eorum instructionem.*

VOs autem. Sequitur 6. c. in quo magister Gratianus ex authoritate B. Aug. in sermone quodam paschali, dr, q qui in baptismo paruulos suscipiunt, pro
eis apud Deum fideiussores existant. Diuidit Diuisio.
autẽ hoc capitulum in duas partes. In prima commemorat, q hi, qui in baptismo paruulos suscipiunt memores esse debent, q fideiussores pro illis existant. In secunda admonentur, vt paruulos quos in baptismo susceperunt & eleuauerunt, instruant symbolum, & doceãt orationem dominicam, aliaque documenta virtutum. secun-
da ibi, ideo eos. ¶ Pro pleniori intelligentia huius cap. quæ- Quæstio.
1 ritur. †Vtrum hoc sit verum, q suscipientes aliquos de sacro fonte obligentur ad eorum instructionem. ¶ Et vide-
tur q non, quia nullus potest instruere, nisi instructus, sed Primum ar.
quidam non instructi, & simplices admittuntur ad aliquẽ de sacro fonte suscipiendum, ergo ille, qui suscipit baptiza-
tum non obligatur ad eius instructionem. ¶ Secundo sic. Scdm ar.
filius à patre magis instruitur, quã ab alio extraneo. Nã filius habet à patre esse, & nutrimẽtum, & disciplinã, vt philosophus dr 8. Eth. Si ergo ille, qui suscipit baptizatũ teneẽ eũ instruere, magis esset conueniens, q pater carnalis filiũ suũ de baptismo suscipiat, quam alius, quod tamẽ videtur
esse prohibitũ vt hr. s. 30. q. peruenit, vt dictũ est. ¶ Tertio Tertium ar.
magis plures pñt instruere, quã vnus solus. Si ergo ille, q suscipit baptizatũ teneẽ eũ instruere, magis dẽnt plures suscipere, quã vnus solus. Cuius cõtrariũ hr in c. nõ plures. s. e. di. vbi dr decretũ Leonis papę. Nõ plures inquit ad suscipiẽdũ de baptismo infantẽ, quã vnus accedãt, siue vir siue
mulier. ¶ In opp. est tex. pñtis ca. Rñdeo dicẽdũ, q suscipiẽ- Opponit & Respondet.
tes aliquos de sacro fonte baptismi tenentur ad eorum instructionem, si necessitas immineat doctrinę illorũ. Hęc

conclusio

S. Thomas. conclusio probatur sic iuxta S.Th.in 3.parte.Vnusquisque obligatur ad exercendum officium,quod accepit,dictum est autem,ꝙ ille, qui suscipit aliquem de sacro fonte assumit sibi officium pædagogi, ergo talis obligatur ad habendam curam de ipso,si necessitas immineret,sicut eo tpe,& loco,in quo baptizati inter infideles nutriuntur,sed vbi nutriuntur inter catholicos christianos, satis potest ab hac cura excusari præsumendo, ꝙ à suis parentibus diligenter instruantur.Si tñ quocunque modo sentiret contrariũ, teneretur ẜm suum modum saluti spiritualium filiorum curam impendere.¶ Ad rationes.

Ad primum argu. Ad primam dicendum,ꝙ vbi immineret periculũ, oporteret etiam aliquem doctũ in diuinis sicut

Diony. Diony.dicit, qui baptizandum de fonte sacro susciperet haberi,sed vbi hoc periculum nō imminet propter hoc quod pueri nutriũtur inter catholicos admittuntur quicunque ad hoc officium.quia ea, quæ pertinent ad christianam vitam,& fidem publice omnib. nota sunt, & tamen ille, qui non est baptizatus, non potest suscipere baptizatum,vt est declaratum in concilio Magũtino,licet non baptizatus possit baptizare', quia persona baptizantis est de necessitate sacramenti,non autem persona suscipientis,sicut dictum est.¶

Ad secundum. Ad secundam dicendum, ꝙ sicut est alia generatio spiritualis à carnali.ita etiam debet esse disciplina ẜm illud Hebre. 12. patres quidem carnis nostræ habuimus eruditores,& reuerebamur eos.Non multo magis obtẽperabimus patri spũm, & viuemus, & ideo alius debet esse pater spũalis à patre carnali, nisi necessitas contrarium exigat.¶

Ad tertium Ad tertiam dicendum, ꝙ confusio disciplinæ esset nisi vnus esset principalis instructor, & ideo in baptismo vnus debet esse principalis susceptor.Alij tñ pñt admitti quasi coadiutores.

Exponit literam Leg.¶[Vos aũt]cum presbyter oẽs baptizet,& de baptismo leuet,oĩm pater est spũalis, & oẽs docere tenetur, sed quia non posset oĩbus vacare, & debita iura persoluere. Ideo curæ patrinorum cõmendantur,vt in morib.& in symbolo,& in oratione dñica instruãtur,vt dr̃

Hugu. Hu.[fideiussores.] quia pro eis in cathecismo, & baptismo spondent.Spondẽt.n.operam se daturos ad hoc, ꝙ puer credat,& iuste ac sancte viuat.[Ideo eos] 2. pars,& hic accipitur ratio institutionis, ꝙ qui non est christianus, non suscipiat,vel teneat aliquem in baptismo,vel cathecismo,vel confirmatione, sicut dictum est in cap. præcedẽti.

1 *Baptismus causa necessitatis potest celebrari in omni ecclesia.*
2 *Presbyteri nolẽtes, quòd in necessitate in capellis baptizetur, grauiter peccant.*




**Mnis presbyter.** Hic incipit 20. pars huius distinctionis ẜm Arc.quæ sic

Cōtinuatio continuatur ad præcedentia.dictum est.s. de efficacia baptismi, & de offerentibus ad baptismum.Nũc magister Gratian' subnectit de loco,in quo fieri habet baptismus.Et diuiditur in duas partes.

Diuisio In 1.ponit,ꝙ quilibet presbyter,qui fontẽ lapideum non habuerit,vas conueniens habeat ad baptismum, ꝙ soli baptizandi officio sit appropriatum.In 2.ponit, ꝙ ad corporalia,& pallas lauandas altaris etiam propria habeantur vasa.in quibus ni
1 hil aliud fiat sicut.s.di.1.c.altaris pallas,habitum est.secun

Hugu, da ibi,similiter.Ex prima parte elicit Hu.primo†ꝙ in omni ecclesia potest celebrari baptismus causa necessitatis.Se
2 cundo†quòd grauiter peccant, qui in baptismali ecclesia morantur nolentes, quod etiam in articulo necessitatis in capellis baptizetur.Omnia plana sunt. Nec litera expositione indiget.

2 *Baptismus principaliter datur contra originale.*
4 *Baptizare vnum possunt duo,vel plures dupliciter.*
5 *Verbum sensibile expressum requiritur in baptismo.*
6 *Translationes non debent fieri sine licentia papæ.*



**On licet.** Hic incipit 21.pars huius dist. in qua magister Gratianus postquam superius qualiter sit baptismus celebrandus prædocuit. Nunc per 7. capitula ostendit,quod non sit iterandus. Breue est. Pro pleniori intelligentia huius ca. & sequentium huius partis quæruntur duo.

1 ¶Primum est vtrum baptismus posset reiterari &c.
3 Secundum vtrum plures possunt vnum,& eundem baptizare.

1 **Ad primum** Sic proceditur.†Et videtur,ꝙ baptismus reiterari possit.Et primo sic. Ba Primum ar. ptismus.n. videtur institutus ad ablutionem peccatorum, sed peccata iterantur, ergo multo magis baptismus debet iterari.¶Secundo sic.Ioannes Baptista pręcipue fuit à Xp̃o Secundũ ar. commendatus,cum de eo dictum sit. Matt.11.Inter natos mulierum nō surrexit maior Ioan.Bap.sed baptizati à Ioã. iterum rebaptizabantur,vt habetur Act.19.vbi.dr̃,ꝙ Paulus baptizauit eos,qui erant baptizati baptismo Ioan ergo multofortius illi,qui sunt baptizati ab hæreticis, vel peccatoribus sunt rebaptizandi.¶Tertio sic.in Niceno concilio Tertium ar. statutum est.Si quis cõfugerit ad ecclesiam catholicam de Paulianistis & Cathaphrigis baptizari eos debere, videtur autem esse eadem ratio de alijs hæreticis, ergo baptizati ab hæreticis debent esse rebaptizati.¶ Quarto baptismus Quartũ ar. necessarius est ad salutem,sed de quibusdam baptizatis aliquando dubitatur an sint baptizati,ergo videtur,quod debeant iterum rebaptizari.¶Quinto sic.Eucharistia est per Quintũ ar. fectius sacramentum,quam baptismus vt. s. dictum est in c.nihil dist.2.sed sacramentum eucharistiæ iteratur, ergo multo magis baptismus potest iterari.¶ Sexto sic.duo dã Sextum ar. tur in baptismo.s.character,& gratia,sed quãuis character sit indelebilis, tñ grã est delebilis, ergo rõne gratiæ põt, & debet iterari. ¶In oppositũ est tex.pñtis c.Respõdeo dicen Opponit & Respondet. dum.quod baptismus non debet iterari,nec potest.Quę cõclusio probatur primo per illud ad Ephe.4. vna fides, vnũ baptisma,vnde Leo papa,& habetur 1.q. 1. hanc regulam seruandam in omnibus ecclesijs prædicamus,vt lauacrum vnicũ nulla iteratiõe violetur, dicẽte apostolo vnus Deus, vna fides,vnum baptisma.¶Ratione autem clõcusio multipliciter probatur.Primo sic, iuxta S.Tho.in 3.parte,quia S. Thom. baptismus est quędã spiritualis regeneratio,prout.s.aliquis moritur uita ueteri,& incipit nouam uitam agere,unde dicitur Ioan.3.Nisi quis renatus fuerit ex aqua,& spiritu sancto,non potest videre regnum Dei. Vnius autem non est nisi vna generatio,& ideo non potest baptismus iterari,sicut nec carnalis regeneratio,unde Augus.dicit super illud Aug. Ioan.3. Nunquid potest in uentrem matris suæ iterato introire,& renasci sic.tu inquit intellige natiuitatẽ spũs,quo modo intellexit Nichodemus natiuitatem carnis,quomodo.n.vterus non potest repeti,sic nec baptismus.¶ Secundo, quia in morte Christi baptizamur, per quã morimur peccato, & resurgimus in nouitate uitæ, Christus autem semel tantum mortuus est, & ideo nec baptismus iterari debet propter quòd ad Heb.6.dr̃,rursus crucifigentes sibimetipsis filium Dei,ubi gl.dicit.una Christi mors, vnum baptisma cõsecrauit.¶Tertio, qa baptismus imprimit characterem,qui est indelebilis,& cum quadam consecratione datur, unde sicut aliæ consecrationes non iterantur in ecclesia ita nec baptismus,& hoc est quod Augus. dicit in secundo contra epistolam Permeniani. Character militaris non repetitur, & qđ non minus habet sacramentum Christi,quam corporalis hic nota,cum uideamus nec apostatas carere baptismate,quibus utiq; per pęnitẽtiã redeun
1 tibus nō restituit. ¶ Quarto†quia baptismus principaliter daẽ contra originale pctm̃,& sicut originale pc̃m non iteratur,ita etiam nec baptismus iteratur, vt dr̃ ad Ro.6.sicut per unius delictum in omnes homines in cõdemnationẽ, ita per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ.¶Quinta ratio assignari potest,quam idem San. S. Thom. Tho.ponit in quarto,quę sumitur ex re siue efficacia ipsius baptismi, quia in baptismo deleẽ culpa,& pœna totaliter, unde si frequenter liceret homini baptismum recipere esset quędam prouocatio ad peccandum,quia facilitas venię incentiuum præbet delinquenti,ut dicit Gregor.¶ Sexta ratio est,quam idem S. Thom. ponit in quarto.cõtra quia ex quo res est semel consecrata, quamdiu manet vlterius consecrari non debet, nec consecratio inefficax videatur. unde cum baptismus sit quædam consecratio hominis baptizati, non est iterandum baptisma, per quod tollitur error donatistarum rabaptizantium.¶ Ad rationes.

Ad primum argu. Ad primam respondetur negando consequentiam quia remissio pc̃orũ sequentiũ,põt fieri per pęnitẽtiã,cũ aũt baptismus operetur in uirtute passionis Xp̃i,sicut pc̃ã sequentia uirtutẽ passionis non auferunt,ita etiã nec auferũt baptismũ, vt necesse

vt necesse sit iterum illum iterare, sed pœnitentia superueniente tollitur peccatum, quod impediebat effectum baptismi. ¶ Ad secundam respondetur negando etiam consequentiam, quia aliud est de baptismo Ioannis, & aliud est de baptismo Christi dato per hæreticos, vnde August. super Ioannem tractans illud Ioannis primo. Sed ego nesciebam eum. dicit ecce post Ioannem baptizatum est, post homicidam non est baptizatum, quia Ioannes dedit baptismum suum homicida dedit baptismum Christi, quia sacramentum tam sanctum est, vt nec homicida ministrãte polluatur, & hoc idem habetur. s. e. dist. c. aliud est. Si quos baptizauit Iudas, non sunt iterum baptizati, & quos baptizauit Ioannes sunt iterum baptizati. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam, quia non est simile de illis hereticis, & de alijs, qa illi. s. Bonosiani, & cathaphrygę nõ baptizabant in nomine trinitatis, sicut dicit Greg. & habetur. s. e. di. 3. c. hi vero hæretici. baptizati vero per alios etiã hæreticos, qui formam ecclesiæ in baptizando obseruant, non rebaptizabantur. ¶ Ad quartam, quod sic habetur ext. de bap. & eius ef. ca. & de quibus. dubium est an baptizati fuerint baptizentur sub his verbis. Si baptizatus es non te baptizo, sed si nondum baptizatus es, ego te baptizo, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti amen. Non. n. videtur iterari, quod nescitur esse factum. ¶ Ad quintam respondetur dupliciter. primo, vt respondet S. Tho. in 4. quòd sicut in eucharistiæ sacramento consecratur materia. Ita in baptismo sanctificatur recipiens per characteris impressionem. vnde sicut fieret iniuria eucharistiæ, si hostia cõsecrata cõsecraretur iterũ, ita fieret iniuria baptismo, si aliquis semel baptizatus iterũ baptizaretur, quia sicut ibi sanctificatio refertur ad materiam ita hic ad suscipientem sacramentum. Vel secundo dicendum, vt idem dicit S. Thom. in 3. parte, ꝙ & si vtrũque sacramentũ. s. baptismi, & eucharistiæ sit repræsentatiuum passionis, & mortis Christi, aliter tamen, & aliter, nã in baptismo commemoratur mors Christi inquantum homo Christo commoritur, vt in nouam vitam regeneretur. Sed in sacramento eucharistiæ cõmemoratur mors Christi inquantum ipse Christus passus exhibetur nobis quasi paschale conuiuium. secundũ illud ad Eph. 5. pascha nostrum immolatus est Christus, itaque epulemur &c. & quia homo semel nascitur, & multoties cibatur, semel tñ datur baptismus multoties autem eucharistia. ¶ Ad sextam respondetur, vt dicit Alex. de Hal. ꝙ non est simile de charactere, & gratia, quia character est prim⁹ effectus, & immediatus ipsius sacramenti, gratia autem nõ est effectus immediatus, sed mediante charactere, qui est dispositio ad illam. vnde nullum effectũ habet baptisma quoniam non imprimitur character. San. vero Thom. respondet, quod licet gratia sit effectus baptismi, & dignior quam character, & sit quodammodo principalis, non tamen est ita prius effectus eius, & in hoc non ita principalis, quia gratia amissa etiam per alia sacramenta recuperari potest, & ita non oportet, quòd ad ipsam recipiendam iteretur baptismus.

(Margin: Ad secundum. August. Ad tertium. Ad quartum. Ad quintum. S. Thom. S. Thomas. Ad sextum. Alexander. S. Thom.)

3 **Ad secundum** sic proceditur. †Et videtur, quod plures possint vnum & eundem simul & semel baptizare. Et primo sic. In multitudine. n. cõtinetur vnum, sed non conuertitur, vnde videtur, quòd quicquid potest facere vnus possunt facere multi, & non econuerso, sicut multi trahunt nauem, quam vnus trahere non posset, sed vnus homo potest baptizare, ergo & plures possunt simul baptizare. ¶ Secundo sic. difficilius est, quòd vnum agens agat multa, quam plures agentes agant simul in vnum, sed vnus homo potest simul baptizare plures, ergo multo magis plures possunt simul baptizare vnũ. ¶ Tertio sic. Baptismus est sacramentum maximę necessitatis, sed in aliquo casu videtur esse necessarium, quod plures simul vnum baptizarent, puta si aliquis paruulus esset in articulo mortis, & adessent duo, quorum alter esset mutus, & alter manibus, & brachijs careret, tunc oportet, quod mutilatus verba proferret, & mutus baptismum exerceret, ergo videtur, quod plures possunt simul vnum baptizare. ¶ In oppositum arguitur sic. vnius agentis vna est actio. Si ergo plures baptizarẽt vnum, videretur sequi, quod essent plures baptismi, quod est contra illud ad Ephes. 4. vna fides, & vnum baptisma, & etiam sequeretur, quod reiteraretur baptismus, quod est contra capitulum præsens. ¶ Respondeo dicendum quod duos, vel plures baptizare vnũ

4

(Margin: Primum ar. Secũm ar. Tertium ar. Opponit in cõtrarium. Respondet.)

potest intelligi dupliciter. Vno modo, quod neuter totum faciat, sed quilibet partem, vtpote quod vnus proferat verba, & alter immergat. Alio modo, ꝙ vterque faciat totũ. s. quod vterque proferat verba & immergat, vel aspergat baptizatum. Quantum ad primum modum sit ista conclusio, quod vnus non potest à duobus baptizari, vnde dicit San. Tho. tam in quarto, quam in tertia parte. In casu illo, quo alter esset mutus, & alter manibus, & brachijs careret, & vnus. s. mutilatus proferret verba, & mutus immergeret, vel aspergeret, non esset baptizatus. Et ratio sua in quarto est, quia ipsa forma verborum baptismi ostendit, quod ab eodem debet fieri immersio, & verborum pronuntiatio, ita quod ille, qui profert verba abluat baptizatum. dicit. n. Ego te baptizo, quod idem est, quod abluo te, quod in prædicto casu non fieret. Vnde in tali modo baptizandi nõ habet locum forma baptismi, propter quod nullus est baptismus. Confirmari videtur hæc conclusio ex illo, quod habetur 23. dist. c. quorundam. ¶ Sed contra hanc conclusionem sunt aliqui dicẽtes, quod in casu necessitatis potest fieri baptismus à duobus prædictis, quod tribus rationib. colorare videtur, & nituntur, vt deducit Petrus de Palude in 4. dist. 3. primo sic. Apud omnes inquit communiter tenent, quod in necessitate licet duos concurrere, & si vnus non possit totum facere faciat quilibet, quod potest. Ita tamen, ꝙ non sit mendacium, quia hoc est de substantia sacramenti, ꝙ non sit ibi mendacium nec falsitas in forma, nec in materia, quia sicut ex falsa materia, nihil agitur, sic nec ex falsa forma, sed sic est in proposito, quia dicit mãcus in forma græcorum, muto immergente baptizetur seruus Christi, clarum est, quod ita non erit mẽdacium, vel dicet. Iste baptizet te. Si. n. expressio ministri non est necessaria, non refert in quacunque persona exprimatur in prima, vel in tertia. ¶ Secundo dicunt, quod solus mutus in illo casu baptizabit, & sufficit, quod dicat nutu quod non potest dicere verbo, quod probant sic. verbum non est magis de substantia huius sacramenti, quam aliorum, sed videmus in sacramento pœnitentiæ, quod mutus potest alteri confiteri, & forte alium absoluere per nutus ꝙ signa, quæ sunt verba interpretatiua, quia sacramentum necessitatis debet esse omnibus commune. Nec refert an voluntatem suam declaret verbis, an factis, ergo à simili in baptismo. ¶ Tertio vnitas ministri, vel pluralitas non est de substantia, sed vnus potest baptizare vnum, vel duos, ergo duo possunt baptizare unum, ergo accidit unitas, uel pluralitas, & per consequens accidit, quod totum fiat ab uno, uel duob. & ex consequenti, quod quando duo concurrunt, quod uterque dicat, & faciat totum dum tamen à duobus fiat totum. ¶ Sed istis non obstantibus dicendum est, vt prius cũ communi doctrina. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum est negando minorem, dico. n. ꝙ in casu isto falsitas esset in forma siue mãcus diceret in forma gręcorum. baptizetur seruus Christi, siue diceret. Iste baptizet te. Ratio quia, ut ex diffinitione baptismi accipitur, & deducit S. Thom. in tertia parte pro fundamento huius quæstionis. Integritas baptismi consistit in forma uerborum, & in usu materiæ, & ideo nec ille, qui immergit, & per consequens nullus est baptismus, & ideo siue dicatur ille baptizat te, siue diceretur baptizetur. s. per eum, qui uerba non profert, falsitas non esset. Et cum dicitur, quod expressio ministri non sit necessaria, uerum est, tamen necessarium est, ut ab eodem sit prolatio uerborũ, & immersio, siue lotio. ¶ Ad secundã respondetur, quod falsum est, quod in illo casu solus nutus baptizat. Negatur etiam, quod nutus sufficiat, imo requiritur uerbũ sensibile, unde ad Ephesi. 5. inquit apostolus dilexit Christus ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, ut eam sanctificaret mundans eam lauacro aquæ in uerbo vitæ. Et August. super Ioannem. Accedit uerbum ad elementum, & fit sacramentum. Et ad probationem respondetur licet uerum sit, quod confessio, per quam notificantur peccata, quæ sunt quasi materia ipsius sacramenti pęnitentię, potest fieri nutu, uel per interpretem, non tamen forma absolutionis, sed necesse est, ut in uerbis ministri exprimatur. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam, quia dato, quod unitas, uel pluralitas ministri non sit de substantia sacramenti, est tamen hoc, quod totum sacramentum compleatur per unum ministrum, sicut capitur ex capitulo quorundam. di. 22. & iam dictum est. s. ¶ Iuxta secundum modum intelligendi, uidelicet quod uterque totum

(Margin: S. Thom. Opponit in cõtrarium. Pet. de pal. Secũda op. Tertia opp. Ad primam oppositio. S. Thom. Ad scdam oppositio. Augustinus. Ad tertiam oppositio.)

totum perficiat, est adhuc distinguendum, quia aut vtuntur pari forma, quia quilibet dr. Ego te baptizo &c. Aut quia quilibet dr. Nos bapatizamus te. Si primo modo ꝙ potest contingere in eo casu, in quo contentiosè vterque aliquem baptizare vellet subdistinguendū est, vt dr Sanct. Thomas. in tertia parte. Aut proferunt verba simul, & simul immergunt, aut vnus prius, & alius posterius. Si vnus prius ille totum facit, posterior aut nihil, & est puniendus sicut iterator baptismi. Si vero simul verba proferunt, & immergunt, sic verus est baptismus, licet sic baptizantes sint puniēdi pro temeritate tāquā trāsgressores cōsuetudinis ecclesiæ. Cuius rō est, quia, vt ait dominus Durandus, aut vterque baptizat, aut nullus, aut alter, & alter non. Nō potest dici, ꝙ neuter baptizet, quia concurrentibus omnibus, quæ sunt de necessitate baptismi. s. ministro forma, & materia & baptizato, est verus baptismus. ergo &c. Nec potest dici quod alter baptizet, & alter non. cum vterque similiter se habeat ad baptismum. restat ergo, quod vterque baptizet, non tradunt aliud, & aliud sacramētum, sed Christus, qui est vnus interius baptizans, vnum sacramentum per vtrunque profert. Si vero secundo modo, quod vterque vtatur hac forma. Nos te baptizamus est duplex opinio. vna S. Thomæ dicentis, quod non est baptismus. Et ad hoc videtur inducere tres rationes. Prima est, quia mutatur forma baptismi, cum dr nos baptizamus te, quia tunc idem est dicere, ego, & tu &c. Mutata autem forma baptismi non videtur esse verus baptismus. ¶ Secunda ratio est, quia vnus actus qui vno agente expleri potest, non progreditur à pluribus agentibus simul, actus. n. multiplicatur ad multiplicationem agentium, si perfecte ab vtroque agatur. Sed vnus solus pōt baptizare, ergo plures non possunt ad eūdem baptizandum cōcurrere. ¶ Tertio sic. homo non baptizat, nisi vt minister Christi, & eius vicem gerens. sed Christus est vnus, ergo oportet ministrum, qui Christum repræsentat esse, vnum, ꝑpter quod apostolus signanter dicit ad Ephesi. 5. Vnus Deus vna fides vnum baptisma, sed cum dr. Nos baptizam⁹, talis oratio exprimit, quod plures conueniunt ad vnum baptismum conferendum, quod videtur esse contra rationem ministri, & ideo contraria intentio videtur excludere sacramentum. ¶ Secunda opinio est Durandi dicentis. quod esset verus baptismus si plures baptizarent, vnum dicendo. Nos te baptizamus. Nititur autem Durandus respondere rationibus præfatis doctoris Sancti eas annullando. Et quia iudicio nostro opinio S. Thom. verior est, & ideo sustinentes opinionem eius recitabimus rōnes Durandi, & illico ostēdemus eas nullas esset, vt breuius expediamus hanc quæstionem. ¶ Ad primam rationem S. Thom. de mutatione formæ respondet dominus Durandus, quod mutatio formæ baptismi, quantum ad id quod non est de necessitate formæ non euacuat sacramentum, sed ita est, quod expressio baptizantis secundum quantumcūque personam primā secundam, vel tertiam non est de necessitate baptismi, alioqui græci non baptizarent, & ideo mutatio formæ, quantum ad id, non obest in quocunque sacramento. hæc Durandus. Sed respōsio ista nihil facit nec satisfacit, quia dicēdo. Nos baptizamus, non solum est mutatio formæ quo ad personam baptizantem, vt videtur supponere Durandus, sed etiam quo ad actum exercitum per ministrum, qui est de essentia formæ sacramenti, quæ cum plene, & totaliter ab vno expleatur necessario, videtur vt singulariter debeat exprimi, quod non fit cum dr baptizamus, & ideo videtur, quod talis variatio formæ euacuat sacramētum. ¶ Ad secundam rationem, quæ est, vnus actus nō potest & cætera. Respondet dominus Durandus, quod licet agentibus per naturam actus, qui potest expleri per vnum non possit progredi à pluribus simul iunctis, in agentibus tamen per voluntatem videtur contrarium. duo enim fortius trahunt nauem, quàm vnus solus posset trahere, quia talia agūt non solum quantum possunt, sed quantum volunt. Sic est autem de duobus baptizantibus, quod non ex necessitate, sed per voluntatem, & libere administrant sacramentum. Sed responsio etiam ista nulla est, quia licet applicatio sacramenti, quantum ad materiam, & formam sit voluntaria, tamen effectus de necessitate sequitur per virtutem existentem in ipsis sacramentis, siue etiam ex pactione diuina secundum illos, qui virtutem existentem sacramentis negant, sicut licet applicatio ignis ad stuppam sit voluntaria ex parte applicantis, tamen effectus combustionis necessarius per virtutem ignis applicati, vnde non est simile de trahentib. nauem, & de administrantibus sacramentum baptismi, qa virtus tractus & mensuratio applicationis eiusdem ex mera voluntate eorum dependet, virtus autem sacramentorum ex voluntate ministrantis non dependet, & ideo virtutem suam non potest minuere, aut augere. quare cum baptismus ab vno totaliter expleatur, non debet exprimi actus, nisi singulariter. ¶ Ad tertiam rationem, quæ est, ꝙ oportet ministrum baptismi esse vnum &c. Respōdet dominus Durandus impugnando ipsam rationem S. Thom. sic dicēdo. quod aut oportet ministrū realiter esse vnum, aut quod, quilibet minister exprimat se, vt vnum. Si primum dicatur contradicit sibijpsi, vt patet ex supradictis. Si dicatur secundum nō videtur rationabile. Primo, quia non est de necessitate sacramenti, quod minister exprimatur. ergo non oportet, quod minister singulariter, vel pluraliter. Secundo, quia si oportet ministrum exprimi secūdum congruentiam ad principale agens, tunc cum minister baptizans non dicat Ego te baptizo, in nomine Christi, sed in nomine patris, & filij, & spūs sancti, congruētius esset, quod exprimeretur in plurali, quā in singulari. Tertio, quia modus exprimēdi ministrum per modum vnius vel plurium, nihil videtur facere ad sacramentum, dum modo exprimatur principale agens in cuius virtute agit minister. Sic. n. excluditur omnis error, qui in expressione ministri posset contingere. hoc autem fit in forma baptismi cū dr. In nomine patris, & filij, & spūs sancti, ergo non est vis qualitercunque exprimatur persona ministri. hæc Durandus. ¶ Sed hæc responsio, siue impugnatio parum valet. Tum primo. quia dicendo, quod oportet esse, vnum ministrum realiter non contradicit sibi Sanct. Thomas, quia ipse nunquam dixit, imo semper negauit, quod plures ita possent, vnum baptizare, quod simul cōueniāt ad vnum baptismum conferendum. bene autem dr, quod si plures essent, & vterque vteretur hac forma. Ego te baptizo, & simul dicerent, & simul immergerēt esset baptismus, quia, vt ait vterque intenderet non baptizatum baptizare, & totum facere, & Christus, qui vnus est interius baptizans vnum sacramentum per vtrunque confert. hoc autem non est simpliciter concedere, quod plures possunt vnum baptizare. Tum secundo, quia licet non sit de necessitate sacramenti expressio personæ baptizantis, tamen si exprimatur oportet, quod exprimatur secundum conuenientiā ad principale agens, & vt conuenit ministro, aliter non valet. vnde dr dominus Petrus de palude. Ego principaliter baptizo te, non valet baptismus, quia repugnat ministro, quod sit principale agens. Et similiter si diceretur. Nos baptizamus, datur intelligi sicut dictum est, quod plures conueniunt ad vnum baptismum cōferendum, quod est contra rarionem ministri. ¶ Ad aliud autem quod cōsequenter secundo dr de tribus personis dicendum, quod parum valet, quia principale agens in baptismo est trinitas non secundum illud quod in ea plurificatur, vt dr Petrus de palude sed secundum illud ꝙ est in ea vnum, nō. n. Deus agit in creatura aliquid secundum quod est trinus, sed secundum id quo est, vnus quia secūdum deitatē non secundum relationem, & ideo cum magister debeat exprimi secūdum conuenientiam ad principale agēs singulariter, & non pluraliter venit exprimendus. ¶ Ad tertium quo dr, quod modus exprimendi ministri per modum vnius &c. patet respōsio ex dictis, quoniam hoc falsum est, quia licet expressio ministri non sit de necessitate sacramenti si tamen exprimatur oportet, quod exprimatur secundum conuenientiā ad principale agens, & ad actum, quæ conuenientia non seruatur nisi singulariter exprimatur. ¶ Ad rationes in principio factas. Ad primam respondetur, quod rō illa habet locum, vt dr S Th. in his, quæ agunt propria virtute, sed homines non baptizabant propria virtute, sed virtute Christi, qui cum sit vnus, per vnum ministrum perficit opus suum. ¶ Ad secundam respondetur secundum eundem, & dominum Alexādrum de Halis, ꝙ in casu necessitatis, vnus posset simul plures baptizare sub hac forma. Ego vos baptizo &c. si imminere ruina gladius, aut aliquid hoī, quod moram non pateretur si sigilatim omnes baptizarentur. ¶ Sed hic est quæstio, quare sic dicendo. Ego vos baptizo, non viciatur forma & vitiatur

S Thomas

Durandus.

Prima opi. S. Tho.

Prima rō.

Scđa rō.

Tertia rō.

Secūda opi. Durandus.

Ad primam rationem. S. Thom.

Cōtra primā rñsionē Durandi.

ad secunda rationem. S. Thom.

Contra secundā rñsionē Durandi.

Ad tertiam. rationem S. Thom.

Cōtra tertiā rñsionē Durandi.

Pet. de pal.

Pet. de pal

Ad primam arg. S Thom.

Ad scđm. Alexandri.

Quæstio.

ma,& vtiatur, si diceretur nos baptizamus. Respondet magister Alexander in 4. conformiter cum Sancto Tho. quod rō est, quia sicut dī Priscianus nos non geminat singulare suum, vt dicatur ego, & ego. sed ego, & tu, & ille, & ideo si dicatur. Nos baptizamus, aliquid dī quo forma variatur, vnde forma variatur. Sed cum dī. Ego baptizo vos. sensus est, baptizo te, & te, & ideo nō est mutatio. Nec hic introducitur persona alia, nisi persona baptizans, & ꝑsona baptizata, & ita nō est simile. ergo arguebatur, quod vnus potest plures baptizare, & non plures vnum. Cuius rō triplex assignatur à magistro Alexa. de Hal. in 4. conformiter ad dicta S. Thom. Prima est, quia mutatio formæ in vno, & non in alio. Secundo, quia non est necesse, ꝙ duo simul baptizent, si vterque potest verbum dicere, & mergere, sed necessitas, & vtilitas est, qđ duo simul baptizentur vel plures quando sunt in articulo mortis. Tertia rō est, quia baptizans minister significat Christū, qui vnus est. vnde sicut in hoc, quod vnus habet plures vxores saluari potuit, rō sacramenti aliquo modo, quia Christus est sponsus multarum animarum, sed non econuerso, sic in proposito intelligendum, quia vnus baptizās est interius .s. Christus dominus à quo est vnitas in sacramento baptismi. ¶ Ad tertiam patet responsio ex dictis in principio q̄stionis, quod rō illa præsupponit falsum. videlicet, quod in aliquo plures possint vnū baptizare, & maxime in casu isto, in quo arguitur. Nam cum integritas sacramenti consistat in forma verborum & in vsu materiæ. Nec ille qui tātum verba profert, baptizat, nec ille, qui immergit, & iō si vnus verba proferat & alius immergat, nulla forma verborum potest esse conueniens, nec. n. poterit dicere. Ego baptizo te, cum ipse non immergat, & per consequens nō baptizet. Nec etiā poterit dicere, nos baptizamus, cū neuter baptizet, tum etiam vt dī magister Alexand. quia hæc duo, quæ sunt de essentia baptismi. s. immersio & verborū prolatio ab vno fieri debent. hoc. n. requirit forma verborum præscripta à domino & ideo mancus, & mutus dicto modo baptizare non possunt, hoc etiam requirit intentio baptizantis, debet. n. intendere quod ecclesia intendit. Lege. ¶ [Non licet rebaptizationes reordinationes] in eodē ordine. hæc duo nullā habent exceptionem, quia in nullo casu licet aliquem rebaptizari, vel in ordine eodem reordinari, dum modo cōstet de baptismo vel ordine collato, vt dis. 58. sicut. Si autem dubitatur, & non potest fieri fide super hoc, & ille baptizatur, & ille ordinatur nō diceretur in hoc casu ille rebaptizatus, vel ille reordinatus, cum nō doceatur baptismus, vel ordo primo collatus, vt dist. 58. §. quid ergo. & j. e. d. placuit. [Translationes episcoporum] .i. mutationes de loco ad locum hoc recipit exceptionem
6 †quia tales translationes possunt quandoque fieri causā necessitatis, vel vtilitatis, sed non sine speciali licētia domini Papæ. vt 7. q. 1. mutationes. & c. scias.

Ale. de Hal. S. Thom.

Ad tertium

Exponit literam.

1 *Rebaptizare catholicum an sit maius peccatum, quantum hæreticum.*
2 *Ignorantia iuris non excusat à toto.*



REbaptizare. Sequitur secundum capitulum eiusdem partis, ī quo magister Gratianus prosequēs eandem sententiam inducit August. dicentem, quod si hæreticum baptizatum peccatum sit, rebaptizare, catholicum tamē rebaptizare sit immanissimum scelus. Nō diuiditur capitulum.
1 ¶ Sed pro ampliori intelligentia eius quæritur. †Vtrum hoc sit verum, quod maius sit peccatū rebaptizare catholicum, quam rebaptizare hæreticum. Et vī, quod nō cum eque verū baptisma receperit hæreticus, sicut catholicus. & per consequēs æqualis iniuria infertur, & Christo, & sacramento, cum rebaptizatur hæreticus prius baptizatus sicut cum catholicus. ¶ In oppositum est præsens ca. Responde. quidam iuristæ sicut Hugu. & Ioan. glossator & Arch. volentes assignare rationem, quare rebaptizare catholicum sit maius peccatum, quam hæreticum, dicunt, quod catholicum magis tenemur diligere quam hæreticum. vnde offendēdo eos in eodē genere delicti, vel facti, maius dī esse peccatum offendere catholicum, quam hæreticum, & sic maius dī esse peccatum rebaptizare catholicum, quam hæreticum, & aliqua similia dicunt. Sed rō istorum non videtur esse ad propositum, quia in rebaptizatione non dī offendi rebaptizatus, sed ipsum sacramentum, & ipsa diuina institutio. vnde puer catholicus ꝑ hoc quod rebaptizatur nullū damnū incurrit. & ideo ex parte damni, vel offensæ (quæ inferat rebaptizato) non videtur sumenda ratio dī Beat. Augu. Vnde dicendum est iuxta dominum Bonauentu. in quarto distin. 6. in quæstionib. literalibus, quod ratio huius, quod rebaptizare catholicū sit maius peccatum, quam rebaptizare hæreticum sumitur dupliciter, tum ex parte rei sacramenti, tum ex parte ipsius sacramenti. Ex parte quidem rei sacramenti, quia ea nō recipit hæreticus, & ideo si iterum baptizatur propter hoc efficacia non geminatur. Ex parte sacramenti, quia dubium fuit, & probabiliter multi moti fuerunt, quod hæretici carentes fide non baptizarent, & vbi dubitatio est, potest quis in casu rebaptizari, & ideo nec omnino facit iniuriam rei sacramenti, nec omnino sacramento secundū certam scientiam, sed cum iam determinatum est, quod sacramentum recipiant, & characterem, & rem, nisi sit ob-
2 staculum fictionis, & ideo peccatum est, † quia ignorātia iuris non excusat à toto, hic est ignorantia iuris. Cum autem rebaptizatur catholicus, de quo constat, quod recipit sacramentum, & probabiliter creditur, quod recipit rem sacramenti. tunc ex certa scientia fit iniuria sacramento & Christo, quia effectum vnicæ passionis. s. remissionem omnium peccatorum vult iterare inquantum in se Christum crucifigit, & sacramentum iterat, & ideo grauissime peccat. hæc Bonauentura. Et sic patet responsio ad rationem, quia non æqualis iniuria fit sacramento in vno si cut in alio. Lege. ¶ [Rebaptizare signa sanctæ trinitatis] alia litera habet [sanctitatis immanissimum scelus] ratione assignata, vel ideo, vt dicit gl. quia capite punitur. C. ne sanctum baptisma l. 2.

Quæstio. primum

Exponit et respondet.

Bonauent.

Exponit literam.


1 *Arianorum duplex erat genus.*



DE Arrianis. Sequitur tertium capitulum eiusdē partis, in quo magister Gratianus ex cōcilio Arelaten. ostēdit, quid agendum esset de Arrianis hæreticis, cum ad ecclesiam redeunt. Breue est, & sententia eius clara & clarior reddetur ex-
1 positione literæ. Lege. ¶ [De Arrianis] notandum† quod duplex erat genus Arrianorum hæreticorum. quidam. n. baptizabant in forma ecclesiæ. Quidam autem non, sed ꝑpter formam vt 1. q. 1. §. sed notandum. & c. sequenti. & c. Arrianos. & supra eadem dist. ab antiqua. & ideo optime decretum fuit in præfato consilio, vt cum tales ad ecclesiā redire contingeret, interogarentur de forma qua baptizati essent quia si in [patre]. i. in noīe patris [& filij & spūs sancti] dicerent se baptizatos non debebant iterum baptizari. [Sed manus tantum imponi]. s. reconciliatoria. vt supra eadem dist. ab antiqua [& accipiant] spūm sanctum, & de cætero omnem detestentur hæresim Hug. [si non responderint hanc trinitatem]. i. in non esse baptizatos. In nomine patris & filij & spūs sancti baptizentur. s. n. male responderint de trinitate, aut male sentire de ea, vel circa eam non obesset, dum tamen in forma ecclesiæ essent baptizati. Error. n. cuiuscunque dantis siue accipientis ad baptismum non pertinere probatur, supra e. dist.

Exponit literam.

1 *Testis vnus solus sufficit in casu.*




PAruulos. Sequitur quartum capitulum eiusdem partis, in quo magister Gratianus ex Gregorio ostendit quid agendum est de paruulis de quibus ignoratur an sint baptizati, dicens, quod si nullus sit, qui testetur illos baptizatos esse, baptizētur. Breue est. Lege textū. ¶ [Paruulos] vt hos baptizare debeas, vt dist. 68. presbyter & §. quid. si ergo qui testificetur eos baptizatos esse. Nam in talibus certius tenendum est. extra de sponsa. iuuenis. de pœ. dist. vltima. c.
1 vltimo. Est argumentum hic, vt dicit Hugu. †quod vnus solus testis in hoc casu sufficiat, ex quo. n. res non agitur in forma iudicij sæpe creditur vni testi. arg. 8. q. 3. talia. creditur ergo testimonio vnius in baptismo vt hic, & in consecratione ecclesiæ vt infra capi. proximo. Secus autem in ordine

Exponit literam.

ordine vt 98.dist.afros.& est ratio,vt 1.q.§.1.ecce cum honoris.Nam circa talia periculū vertitur vt 42.d.qefcam.





Placuit. Sequitur quintum capitulum eiusdem partis,quod planum est ex dictis.Lege.¶[Super earum consecratione].ff.e.dist.1.solennitates.


Divisio. Cum itaque. Sequitur sextum ca. eiusdē ptis & eiusdē omnino sententiæ est,sed de adultis, qui dubitant,an sint baptizati.Et diuidit hoc ca.in tres partes.In 1.ponit casum, quod aliquis non sit baptizatus fuerit, & cupiat baptizari.In secunda quasi arguendo subiungit,quā grande facinus sit rebaptizare aliquē.In tertia remouet istam obiectionem.In quarta consulit,quid sit agendum in tali casu.secunda ibi,scimus quidem.tertia ibi, sed in hoc nihil.quarta ibi,atque ideo. Plana sunt omnia.Lege.¶[Consecratum] i.baptizatum[consecratur] i.baptizatur, & supple talis baptizetur,sed non subito, & sine examinatione præcedenti vt infra sequitur [Scimus]secunda pars. quia periculosum est rebaptizare baptizatum.[Apostolica]Ad Ephe.4.[Nemo pœnitus]in hoc casu,sicut dictum est supra in c.paruulos vni creditur.verum est Christiano,non pagano,aut Iudæo. *(Exponit literam.)*

1 *Præsumptio ex vno fit in aliud.*


Si nulla. Sequitur septimum capitulū eiusdem partis & per omnia eiusdē sententiæ est.Leg. ¶[Si nulla pereant] si sunt paruuli,& sic moriant.Sed adulti ēt pereunt, si ipsi de ipso baptismo dubitant,& nullā certitudinem inde habentes, baptizari contemnant.[Acceperint].s.panem benedictum, vel sacramentū eucharistiæ,vel de cinere in die cinerum, vel de candelis in die purificationis,vel de oliuis in die palmarum, & huiusmodi,quæ in ecclesijs solent dari Christianis,quæ omnia valent ad præsumptionem suscepti baptismi per hoc, quod talia receperunt.Et ita est argumentum † quod ex vno præsumitur aliud vt 12.q.2.quatuor cum suis similibus.Similiter ex signis colligitur præsumptio argumentū hic,& 27.q.1.vidua 20.q.2.cap.1.[Memoria]quo casu valet testimonium de auditu.argu.ff.de aqua plu.ar. leg. 1. §.deinde. *(Exponit literam.)*


Si ad matris corpus &c. Sequitur 22.pars huius distinctio.in qua magister Gratianus per tria capitula ostendit ex dictis,& argumentis sanctorum patrum, quod non baptizatur puer in vtero matris cum ipsam contingit baptizari existentem grauidam. Et per consequens,quod cum paruuli matrum catholicarū baptizantur,non sunt habendi sicut rebaptizati,etiā si matres eorum cum eos haberent in vtero baptismum recepissent.& hoc ideo,quia nō baptizatur in matre quicquid in eius corpore est,nisi sit pars eius,cuiusmodi nō est puer in vtero eius existēs,& in hoc stat argumentatio Beati August.Breue est.Et non diuiditur.Le.textum.¶[Pars eius] .s.materni corporis[non est eius pars]id est,est homo per se constans ex corpore & anima[non baptizaretur] supra ea.dist.si quicquid.quia cum homo baptizatur, quælibet eius pars intelligitur baptizari [Non pertinebat]. s. ita, quod esset eius pars. *(Exponit literam.)*

2 *Status triplex distinguitur in homine post animæ infusionem.*
3 *Paruulus existens in vtero non est susceptibilis sacramenti baptismi.*
4 *Baptisma est personale beneficium nec egreditur personam.*

Qui in maternis Sequitur secundū capitulum eiusdē partis,in quo magister Gratianus ostēdit ex authoritate Beati August.quare paruulus in vtero matris non potest baptizari, quia.s.quod non est natus ex vtero,non potest sacramento visibilis aquæ regerari. Et diuiditur in duas partes. In prima parte facit,quod dictum est.In secunda inuehit contra eos,qui indigne communicant.secunda ibi, qui scelerate.Pro intelligentia maiori præsentis capituli quæruntur duo. *(Diuisio)*

1 ¶ Primum est vtrum in maternis vteris existētes possint baptizari.

5 ¶ Secundo,vtrum seminatus, vel natus secundum partē aliquam sit susceptibilis baptismi,hoc est, vtrum semper sit expectanda integra natiuitas paruuli.

1 Ad primum sic proceditur.†Et videtur,quod in maternis vteris existentes possint baptizari.¶ Et primo sic.Efficacius est donum Christi ad salutem,quam peccatum Adæ ad damnationem. vt apostolus dīt ad Rom.5.sed pueri in maternis vteris existētes damnantur propter peccatum Adæ.ergo multo magis saluari possunt per donum dei,seu Christi,quod quidem fit per baptismum.ergo pueri in maternis vteris existentes possunt baptizari.¶ Secundo sic.Nulli statui hoīs præcluditur via salutis ab eo,qui vult omnes homines saluos fieri,sed existētes in maternis vteris homines sunt, cum sint animam rationalem sortiti,& sunt in periculo damnationis,ergo cum eis non possit remedium adhiberi perueniēdi ad vitam,nisi per baptismum,videtur quod debeant baptizari. ¶ Tertio sic.puer in materno vtero existens est quasi quædam pars matris,sicut fructus pendens in arbore pars arboris,ergo baptizata matre baptizatur puer in ventre eius existens. ¶ Quarto sic.per simile cum mater manumittitur,& partus similiter per consequens, eo qd̄ partus est pars viscerum.ergo ita videtur hic dicēdum de liberatione à seruitute peccati.¶ Quinto sic. Maior ē gratia sanctificationis,quam gratia baptismatis.sed paruulus in vtero est susceptibilis gratiæ sanctificationis.sicut patet de Beato Ioāne Baptist.Lucæ 1.Adhuc replebitur spū sancto ex vtero &c.ergo paruulus in vtero potest baptizari. ¶ In oppositum est tex.cap.præsentis.Item est illud Ioannis 3.Nisi quis renatus fuerit ex aqua,& spū sancto nō potest &c.¶ Respondeo dicendum, quod puer existens in vtero matris non potest baptizari aliquo modo.Quæ conclusio sic ostenditur iuxta Sanctum Thomam in quarto. dist.6.Baptismus est actio hierarchica. vnde per ministros ecclesiæ conferēdus est,vel eos,qui in necessitate vicem ministrorum obtinent,puer autē quandiu est in vtero matris existens nō potest subijci operationi ministrorum ecclesiæ,nec est hoībus notus.vnde non potest baptizari.Præterea præfata conclusio iuxta eundem doctorem in tertia parte sic,ostenditur. de necessitate baptismi est, quod corpus baptizandi aliquo modo abluatur, cum baptismus sit quædam lotio.corpus autem infantis antequā nascatur ex vtero non potest aliquo modo ablui aqua,nisi forte dicatur,quod ablutio baptismalis, qua corpus matris lauatur ad filium existentem in ventre perueniat, sed hoc non potest esse.Tum quia anima pueri ad cuius sanctificationem ordinatur baptismus distincta est ab anima matris.Tum quia corpus pueri animati iam est formatū, & per consequens à corpore matris distinctum, & ideo baptismus,quo mater baptizatur non redundat in prolem in vtero existentem,& hæc est ratio Augu.in ca. præcedēti.si ad matris.Aliæ rōnes assignantur à pluribus,vt Alexāder,& Sanctus Thomas.& Bonauentura referunt, sed ga illas ipsi reprehēdunt tanquam minus conuenientes per transimus à narratione illarum.Est autem hic notandum cum magistro Alexandro,& Bonauentura†quod triplex
2 status distinguitur in homine post animæ infusionem.primus est in vtero.secundus ex vtero in statu infantię.tertius in statu ętatis adultæ.In primo statu manifestus est Deo In secundo manifestus est nobis.In tertio manifestus est sibi. In primo igit̄ statu cum soli Deo sit notus, pōt per eius voluntatem sanctificari, non per nostram cooperationem,cum non cognoscat eum ecclesia,nec est de foro ecclesiæ.In secundo statu quo notus est Deo, & ecclesiæ, remedium pōt habere à Deo cooperante alieno auxilio, non suo.In 3 statu cum sit omnibus modis notus.s.Deo, sibi,& ecclesiæ,pōt omnibus his modis adiuuari, vt non tātum Deus sua virtute faciat,sed adiuuet fides aliena quātum ad sacramentum, & fides, & deuotio propria. Prima ergo sanctificatio est per diuinam voluntatem, & pertinet ad singulare priuilegium.Secunda vero per legem datam,sicut patet in circuncisione.patet etiam in baptismate,cum dictum est.Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spū sancto &c.Ioan.3.Tertia est per legem inditam, quā Deus indidit,vt ad eum recurrat homo petere veniam ꝓ offensa.Et prima quidem est paucorum, vtputa illorum quos

*(Primum ar. — Secundū ar. — Tertium ar. — Quartū ar. — Quintū ar. — Opponit in cōtrarium. — Respondet. S. Thom. — Alexander. Bonauent. — a¶ In tertio statu. Add quod status & cōditio ab cuius pe . cipitu ex actibus & morib Pe. de Anc.in c.vidua 11. 2.de regu.)*

quos Deus deputat ad aliquod magnum officium, & est pter legem communem, ita. n. decreuit diuina iustitia, vt quantum est de lege communi non releuetur, qui cecidit nisi aliqua dispositio exterior siue operatio concurrat, & paruulus quidem sicut per alium cecidit, ita potest per alium releuari disponendo, vtpote per fidem alienã. Adultus autem per propriam sicut per propriam voluntatem peccauit, quia vero in vtero nõ potest per fidem alienam adiuuari, quoniam non est de foro ecclesiæ, vt nec nobis notus, & hoc decreuit Deus de lege communi. Ideo in vẽtre nullus purificatus est, nisi de priuilegio speciali, quoniam igitur baptismus respicit legem communem, & legẽ datã, ideo non debuit in vtero baptizari. & hæc ratio communis est omnibus sacramentis secundum omne tempus,
3 dicendum igitur quod paruulus existens in vtero non est susceptibilis sacramenti baptismi, nec per se, nec rõne matris. ¶ Ad rõnes. Ad primam respondetur, quod pueri existentes in maternis vteris nondum prodierunt in lucem, vt cum alijs hoĩbus vitam ducant, vnde non possunt subijci actioni humanæ, vt per eorum ministerium sacramenta pcipiant, possunt tamẽ subijci operationi diuinæ apud, quem viuunt, vt quodam priuilegio gratiæ sanctificationem consequantur, sicut patet de sanctificatis in vtero, quod ergo saluari non possunt in vtero per donum baptismi non est ex defectu sacramenti, sed ex parte illorum, q sacramento subijci non possunt ¶ Ad secundam respondetur, quod nõ est ex defectu diuinæ misericordiæ, quod pueris in maternis vteris existentibus remedium non adhibetur, sed quia nõ sunt capaces illius remedij, per quod secundum legem communem participes passionis Christi efficiantur, à qua est remissio peccatorum, quia nõ possunt subijci operationi ministrorum ecclesiæ, per quos talia remedia ministrantur. ¶ Ad tertiam respondetur primo, vt dr̃ S. Tho. in 3. parte, quod puer in vtero matris existens, non est aliquid eius per continuationẽ, & vnionem materialis partis ad totum, sed dr̃ aliquid eius per quandã colligationem corporum distinctorum. vnde non procedit ratio. ¶ Secundo respondetur, quod licet puer in vtero matris existens quamuis sit coniunctus matri secundum corpus, quod ab ipsa traxit, tamẽ est omnino distinctus secundum animam rationalem, quam ab extrinseco habet, & ideo secũdum immutationem corporalem matris immutatur corporaliter. sed non oportet, quod sanctificata matre per baptismum puer sanctificetur. ¶ Ad quartam respondetur cum Alexandro de Halis, quod non est simile de baptismo & manumissione. † Baptisma. n. est psonale beneficium nec personam egreditur. secus est in
4 manumissione. dr̃ autem partus pars viscerum, non quia simpliciter sit pars, sed quia nõ põt peti per interdictũ de liberis exhibẽdis, & ideo quo ad hoc dr̃ pars viscerum in naturalibus, & non dr̃ esse omnino pars, sed quodammodo per quandam colligationem fœtus cum matre, vt dictum est. ¶ Ad quintam respondetur negando consequẽtiam, quia hoc non est, quia illa sit maior, & alia minor, sed quia vna. s. gratia baptismalis confertur mediante sacramento sensibili, cui non potest subijci puer existens in vtero, gratia sanctificationis potest conferri sine sacramẽto, & ideo illam ex priuilegio potest cõsequi etiam in vtero existens. ideo paruulus &c.

Ad primum arg.

Ad secdm.

Ad tertium S. Thom.

Ad quartum Alc. de Ha.

Ad quintum

5 Ad secundum Sic proceditur. † Et videtur, qđ requiratur totalis egressio pueri de vtero matris antequam baptismum recipiat. Et primo sic. Io. 3. dr̃. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spũ sancto, non potest introire in regnum Dei. sed nemo potest dici renatus, nisi ante fuerit plene natus, ergo &c. ¶ Secundo sic. Natiuitas quæ est secundum spũm non est in parte, & in parte non, sed vniuersalis. natiuitas ergo secundum carnem, quæ debet esse propinqua dispositio ad hanc natiuitatem spũalem, debet esse natiuitas secundum totũ, & nõ tantum secundum partem. ¶ Tertio sic. Cum contingant aliquando monstra quæ habent aliquid formæ humanæ, & aliquid non, si egrederetur illa pars, quæ spectat ad humanam formam, latente alia parte, posset esse error in baptizando, vt ergo vitetur error, videtur, quod exigatur totalis egressus ipsius partus à ventre matris. ¶ Quarto si sufficeret egressus alicuius partis in articulo necessitatis, q̃ritur vtrum indifferenter quacunque parte egrediẽte an non. Quod sic videtur, quia anima est tota in toto, & tota in qualibet eius parte. Quod non videtur, quia non in omni parte corporis vigent omnes sensus, sed in capite tantum. Ibi. n. in figura capitis maxime discernitur perfectio animæ rationalis, nõ sic autem in alijs partibus, ergo &c. ¶ In oppositum arguitur, quia in ipso egressu de ventre matris multoties moriuntur infantes. Si ergo expectaretur totalis egressus antequam baptizaretur, vel aqua intingeretur. frequenter paruuli morerẽtur sine baptismo, sed procuranda est salus animæ, quæ condita est ad imaginem Dei quantum fieri potest, & maxime placet Deo zelus animarum. ergo non existẽte totali egressione si timetur de periculo mortis fundenda est aqua baptismalis, cũ inuocatione trinitatis, secundum formam ad hoc institutam. ¶ Respondeo dicendum, quod puer est susceptibilis baptismi antequam totaliter egrediatur de matris vtero, Dicunt autem Alexander de Halis & Sanctus Thom. vniformiter, quod expectãda est totalis egressio ex vtero, vt plene nascatur antequam renascatur, ne periculum mortis timeat, vbi. n. articulus necessitatis hoc exigit, & appareat principalis pars. s. caput, in quo apparitiones animæ magis manifestantur, superfundẽda est aqua cum debita forma ad hoc instituta. In his. n. securior pars, & salubrior est accipienda, & præsumitur ab ecclesia baptizatus esse vnde, si postea plene nasceretur, non est postea rebaptizandus, nisi quod supplendum est, quod de sacramentalibus exigitur. Secus autem videretur esse iudicãdum, si manus vel pes egrediatur, quamuis non noceat, etiam si tũc aspergantur illæ partes baptismali aqua, quia diuina misericordia non est arctanda, si tamen plene postea nascatur, non est rebaptizandus secundum quosdam, sed nihil periculi accidit, si ad maiorem cautelam baptizetur sub hac forma. Si nõ es baptizatus, ego te baptizo &c. secũdum q̃ ordinatum est à Papa Innocentio. ¶ Ad rõnes. Ad primam respõdetur, quod nemo possit renasci, nisi sit plene natus, vt patet ex dictis. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam, quia non est simile de natiuitate spũs, & de natiuitate carnis, quia spũs est inuisibilis non habens partes, secundum quas distinguatur natiuitas secundum totum vel secundum partem, caro autem sic. ¶ Ad tertiã respondetur verum est, vbi periculum mortis non timetẽ expectanda est totalis egressio de vtero. ¶ Ad quartam patet responsio ex dictis, & quid agendũ sit quando pars principalis. s. caput apparet solum, & quando aliqua pars corporis. Lege. ¶ [Natus] ex vtero [non potest regenerari sacramento visibilis aquæ] quia qui nondum natus est ex vtero. i. à materno vtero separatus secundum totum, vel partem non potest renasci visibili aqua baptismi. [Scelerate] hoc supra positum est dist. 2. qui scelerate.

Primum ar.

Secundũ ar.

Tertium ar.

Quartũ ar.

Opponit in cõtrarium.

Respondet.

Ad primum arg.


Ad secdum.

Ad tertium

Ad quartum

Exponit literam.

1 *Mulier parturiens, quæ est in articulo mortis, si desperatur de vita eius, an possit dari consilium de secando eam, vt puer viuus habeatur, & baptizetur.*



I qua mulier. Sequitur tertium capitulum eiusdem partis in quo magister Gratianus inducit ad idem decretum Martini Papæ. Et diuitur in duas partes. In prima dat potestatem mulieri prægnãti cupienti baptizari suscipiẽdi baptisma quandocunque voluerit, vel ante. s. partum, vel post. In secunda dr̃ &c. ¶ Pro ampliori intelligentia huius cap. quæritur. † Vtrum mulier parturiens, quæ est in articulo mortis, & desperatur de vita eius, de ea possit dari consilium de secando eam, vt puer viuus habeatur, & baptizetur. Et videtur quod sic, quod consilium charitatis est optimum, charitas autem dicta t, quod præponenda est vita spiritualis, corporali vitæ, & hæc perdenda est propter illam saluandã. ergo non est contra consilium charitatis, quod mulier de cuius vita desperetur secetur, vt puer [viuus] habeatur, & baptizetur. ¶ In oppositũ est illud apostoli ad Ro. 3. Non sunt facienda mala, vt eueniant bona. sed malum est occidere mulierem. ergo hoc nõ est faciendum, vt saluetur. ¶ Respondeo dicendum, vt dr̃ magister Alexãder cum quo concordat Sanctus Thomas saluo melioris sententiæ iudicio, quod non debet mulier secari, vt puer viuus inde habeatur, & baptizetur. Patet ista conclusio sic. dicit. n. August. quod tenendum est certum, & admittẽdum incertum. planum est autem, quod si ibi est peccatum homicidij cum ordini charitatis præponenda sit salus propria

Diuisio.

Quæstio.

Primum ar.

Opponit in cõtrarium.

Respondet. Alexander. S. Thom.

pria alienæ nō est secanda mulier dum adhuc eidem subest vita, ex qua sectione fiat mors, vel mortis acceleratio. sed secus esset, si posset fieri sectio sine mortis articulo. Si vero mulier mortua fuerit viuente puero aperiri debet, vt baptizetur puer. Addit Sanctus Thom. in 3. parte. Lege.

Exponit literam. ¶ [Quando voluerit]. s. vel ante partum, vel post partum vt supra d.5. baptizari. [In hoc]. i. in percipiendo baptismo cum sint distinctæ personæ. Nec sanctificatio matris potest redundare in puerum, siue in animam pueri. vnde sequitur [propterea, quod vnicuique propria voluntas inesse in confessione monstratur] planū est, quod si mater baptizanda venit, & infans postea, alia & alia confessio est matris, quam facit per se, & alia infantis, quæ fit per aliū, siue per se, si sit adultus, in quo ostenditur vnicuique inesse propria voluntas.

1 *Pœna in hoc capitulo posita an sit conuenienter assignata.*
2 *Baptismum dans, & accipiens iterato est irregularis.*
*Et quid si occulte. nu. 3.*
*Et quid si publice. nu. 4.*
5 *Baptismum iterans in dubio rationabili, baptizans sub conditione non est irregularis. & nu. 6.*
7 *Reiterans baptismum per ignorantiam inuincibilem non est irregularis.*
8 *Ignorantia iuris pœnam irregularitatis infligens non excusat iterantes baptismum.*



Vibis. Sequitur 23. pars huius distinctionis, in qua magister Gratian. ostendit quid iuris sit de rebaptizatis, & hoc per duo capitu. hoc autem capitulum in quo inducit ex pœnitentiali Theodori, quas pœnas incurrunt secundum canones hi qui sunt rebaptizati. Et diuiditur in quatuor, secundum quatuor differētias eorum, qui rebaptizantur. Quidam. n. rebaptizantur ignoranter. Quidam scienter. Quidam inducendi, aut obseruandi aliquam hæresim. Quidam pro immundicia corporali aliqua tollenda. secunda ibi, qui autem non ignari. tertia ibi, si pro vitio. quarta ibi, si pro immundicia. (Diuisio)

Quæstio 1 ¶ Pro intelligentia pleniori huius cā. quæritur. † Vtrum ista pœna in hoc c. posita cōuenienter sit assignata. quod ignoranter rebaptizatus promoueri non possit. ¶ Arguitur primo quod non. pro facto illicito magis debet puniri agens quam patiens, sed nō inuenitur iure cautum, quod baptizās, quem nescit baptizatum sit irregularis. ergo nec ignoranter baptizatus. (Primum ar.) ¶ Secundo nullus debet esse irregularis pp alienum factum, ad quod ipse nō cooperatur nec cōsilio, nec auxilio, nec fauore, sed hoc nō est verū. si secūdo ignorans baptizatus fieret irregularis, quia petens baptismum potest ab aliquo dormiens baptizari. vnde si die crastina post petitionē dormiēs baptizatus fieret, irregularis hic esset ex occasione facti ad quod non esset cooperatus. (Scdm arg.) ¶ Tertio sic, quia hoc modo esset in potestate cuiuslibet auferre mihi ordines si me dormientem baptizauerit, qđ videtur valde durum. (Tertium ar.) ¶ Respond. vt colligitur tam ex gl. quam ex domino Petro de palude in 4. dist. 6. Triplex est modus hic dicendi. (Respondet.) Quidam. n. dicunt, quod suscipiens secundo baptismum quamuis ignoret se prius fuisse baptizatum irregularis efficitur, secundum iura capientes hoc ex textu. capit. præsentis qui ait. Qui ignoranter baptizati sunt, non indigent pro eo pœnitere, nisi quod secundum canones ordinari non possunt, nisi magna aliqua necessitas cogat, quod ideo additum est, quia imminente necessitate cum tali dispensandum est per episcopum. Cum illo tamen, qui scienter se faceret rebaptizari, non posset episcopus dispensare. fuit autem hoc statutum propter reuerentiam sacramenti, & in detestationem iniuriantium sacramento. Alij dicunt, quod talis non esset irregularis, quia quamuis hoc olim fuerit obseruatum in odium rebaptizantium, modo tamen possunt promoueri quia ignorantia facti excusat eos. Alij dicunt prædictum decretum intelligi de ignorantia iuris, quæ nō excusat, vt habetur hic in glo. ¶ Sed contra hanc vltimam opinionem, videtur esse, quod ibi dr, non indigent pro eo pœnitere, quod non esset verum, si cum ignorantia iuris habuit scientiam facti vt potest probari, per ea, quæ dicuntur in c. immediate iā sequēti eos. Qui vult tenere primam opinionem, quæ magis consona est textui, potest dicere, quod circa hoc Lādulphus sequens Scotum in quarto dist. 6. ponit 7. propositiones, (Lādulphus.)
2 Prima† quod tam dans, quam accipiens iterato baptismum scienter est irregularis. extra de apos. capi. ex literarum.
3 Secunda propositio† quod iterās baptismum dando, vel accipiendo scienter, sed occulte, est irregularis, tamen cum isto potest per episcopum dispensari, vt habetur in c. præallegato.
4 Tertia propositio† quod iterās baptismum dando, vel accipiendo scienter publice est irregularis nec dispensatur nisi per Papam vbi supra. Quarta propositio,
5 †quod baptismum iterās dando in dubio rationabili non absolute, sed cum additione dicendo, si non est baptizatus &c. non est irregularis, quia non iteratur quod nescitur esse factum. extra de bap. & eius ef. c. 1. Quinta propo
6 sitio† quod iuristæ falsæ dicunt. s. quod iterans baptismum ignoranter etiam ignorantia inuincibili, est irregularis, probantes per ca. præsens. qui bis. Sed contra nō plus obligatur recipiens, quam dans. sed si sacerdos baptizaret puerum, quem ignoraret baptizatum facta omni diligentia, non esset irregularis, ergo nec recipiens, nec decretum quod pro se allegant pro eis est, quia est decretum episcopi Cantuarien. qui cum non fuerit papa non potuit ad istā pœnam totam ecclesiam obligare, vnde cum non inueniatur casus expressus, in quo dominus Papa expresse hoc dicat, non est tenendum.
7 Sexta propositio† quod tam dans, quam recipiens reiterationem baptismi per ignorantiam inuincibilem non est irregularis. Ratio quia nullus debet ad impossibile obligari. vel ad ignorātiam suæ salutis, sed iste, qui est simpliciter ignorans, si non baptizaretur non
8 esset in statu salutis. Septima propositio† quod ignorantia iuris pœnam irregularitati infligentis non excusat iterantes baptismum. Probatio. & est notabile, quia vbi est prohibitio iuris diuini, nihilominus pena incurritur. Exemplū, homicidiū prohibetur lege diuina, pro quo canone infligitur irregularis, posito quod quis occidat ēt ignorās irregularitatē nihilominus est irregularis, & rō est, quia dat operā rei illicitæ, q̄ prohibetur lege diuina, & quia iterās baptisma facit contra præceptum legis euangelicæ, quantumcū que ignoret irregularitatem infligi à canone, nihilominus est irregularis. ¶ Ad rationes factas in principio. Ad primam respondetur, quod maior est intelligenda de pœna, quæ infligitur pro peccato. Irregularitas autem in casu supra dicto non infligitur pro peccato, vt patet ex textu præsentis cap. sed propter sacramenti reuerentiā, vt homines sint diligentiores in solicite cauendo in his, quæ fiūt in iniuriam sacramenti. In talibus. n. pœnis quandoque magis cauetur superioribus, quā inferioribus, eo quod irregularitas periculosior est in eis. extra de senten. excommunicat. c. quia periculosum. (Ad pri. argu.) ¶ Ad secundam respondetur negādo assumptum. quoniam aliquando punitur quis propter factum ad quod nihil est cooperatus, vt habetur 1. q. 5. c. 1. patet etiam in spurijs, qui non possunt ordinari. & præterea per hoc, quod petiit baptizari vigilans cooperatus est ad secundam baptismi susceptionem factam etiam in somno. (Ad secūdum.) ¶ Ad tertiam patet solutio ex dictis. non est inconueniēs, quod alicui fiat præiudicium sine culpa sua, sicut patet in decreto allegato. & 22. dist. renouātes cum suis similibus. vel secundum alios dicēdum, quod decretum intelligitur de illis, qui postquam sciuerunt, habuerunt ratum, & ita falsum est, quod esset in potestate cuiuslibet priuare alterum ordinib. (Ad tertium.) Præterea formaliter potest respōderi ad ea, quæ dr Scotus, & Landulphus. Ad rationem suam iam responsum est. Ad id vero, qđ dr Theodorus, cuius est hoc capitulum, cum non fuerit papa non potuerit infligere illam pœnam, & ligare totam ecclesiam. Respondetur, qđ hoc non est ad propositum, quia iste non infligit istam pœnam, sed tantum dr, quod secundum canones tales ordinari non possunt, & ita à canonibus dr talibus ignoranter bis baptizatis pœnam irregularitatis esse inflictam, & ad hoc dicendum non requirebatur quod esset. Lege. ¶ [Bis] pœna rebaptizatorum secundum leges est decapitatio. C. ne sanctum baptisma l. 1. secundum canones, vero ordinari prohibentur. vt 1. q. 7. in qualibet 98. Afros. (Exponit literam) [Quiautē] secunda pars [quia] quia reuera crucifigi non potest [iterū crucifixerunt] quantum in eis fuit, sed similes sunt crucifixionibus, quia vna mors Christi, vnum baptisma consecrauit, & in fide vnius mortis Christi consecratum est, quod sufficit contra omnia peccata etiam sequentia, si de eis pœnitentia

nitentia agatur[qui vero iterat baptismum].q.d.quod illa mors vna,& vnum baptismum ex ea consecratum non sufficiat,insinuat.Item,qui iterat baptismum quantum in se est,insinuat mortem Christi iterandam esse,& ex ea iterata remissio quod impossibile est.Sicut.n.impossibile est secundo crucifigere Christum,ita secundo per baptismũ peccatis mori Hu.[quarta & sexta feria]in pane, & aqua ieiunando.Hug.(tres quadragenas]singulis annis, vsque ad septennium.Hoc melius determinatur supra 22.q.5.q compulsus.Hu.[Pro vitio]tertia pars.s.aliqua hæresi inducenda,vel obseruanda,sicut Nouatiani & Donatistæ, qui baptizatos rebaptizabant, vt 24.qõ. 3.quidam.Isti tamen longiori pœnitentia expiantur.s.12. annorum, vel vsque ad finem vitæ.vt in c.sequenti.In eodem.n.genere delicti diuersi canones diuersas imponunt pęnitentias, vt dist. 1. eos vero.[Pro immundicia]quarta pars corporis.s.tollenda,vt essent corpore mundiores, vel quia aliquod immũdum tetigerunt,& per lauacrum ipsum remouere illam coinquinationem voluerunt[putauerunt] se esse baptizãdos.& hoc cum effectu,vt.s.fuerint rebaptizati,alias secus vt de pœ.dist.2.cogitationis.

Hugu.

1 *Communio laica dicitur multis modis.*
2 *Metus non excusat,sed attenuat peccatum.*



Os quos. Sequitur secundum capitulum eiusdem partis in quo prosequitur magister Gratianus ex authoritate Papæ Fœlicis pœnas eorum, qui rebaptizabantur. Et diuiditur hoc ca.in tres partes,sicut no. etiam gloss. In prima parte de pœna episcopi, vel presbyteri, vel diaconi rebaptizati. In secunda de pœna aliorum clericorum,vel monachorum,vel monialium.In 3.de pęna eorum,qui non sunt adulti.secũda ibi,de clericis autem. tertia ibi,pueris autem.hæc omnia patent cum expositione literæ sine vlteriori disputatione.Lege.¶ [Eos optantes] .i.spontaneos desiderantes,& petentes.Hug.[Coactos]nõ absolute.s.per abstractionem violentam. tunc.n.non esset eis imputandum.vt 1.q.1.constat.& dist. 51 presbyteros. sed conditionaliter aliqua suasione, vel etiam periculosa cõditione,vt de incendio domus[& sine mortis cõminatione apposita]. i.nisi te rebaptizari pmiseris,morieris vel hmõi.magis.n.debet eligere mori,quam consentire rebaptizari.vt 22.q.5.ita ne.[fecisse]appetendo, vel parendo se rebaptizari[iacturam].i.iniuriam sacramento baptismi vel ordinis, quod nõ est faciendum[orationi].i.officio ecclesiastico,cui non debet interesse stãtes extra ecclesiã, saltem vsque ad triennium,vel non debeant interesse ecclesiastico officio, faciendo illud,vel officiãdo in ecclesia,sed intus,vel extra ecclesiam audient tantum,sicut laici. [sed nec cathecuminorum]oratio,siue missa,quæ est à principio missæ vsque ad offertorium amplius non audent esse in ecclesia,sed mittuntur foras. ¶ Sed contra supra dist. 1.episcopus.Respondet Hug.derogatum est illis capitulis 1 quo ad hoc, quod dicitur ibi de participatione cum cathecuminis in missa, & in oratione [laica tantum communio] vt communicent corpori, & sanguini Christi, sicut laici,non sicut clerici, & in sepultura, & in officio exequiarum,& indumento,quo mortui solent inuolui.& huiusmodi fiant eis sicut laicis,non sicut clericis, & loquitur capitulum de multo rigore in odium rebaptizatorum, vt autem no.di.50.c.si episcopus.Laica communio dr multis modis.i.acceptio eucharistiæ post clericos inter laicos, vel acceptio eucharistiæ ter in anno tantum, sicut faciunt laici, scilicet, in natiuitate,pascha, & pentecoste vel panis benedictus, qui solet dari laicis diebus dominicis, vel cessatio ab officio., & choro, & communicatio tantum cum laics.[De clericis]secũda pars.[de clericis].s.inferioris ordinis[puellis].i. monialibus[secularibus].i.laicis intellige adultis[timore]maximo,licet tũc minor pœna infligatur. 2 †Metus.n.non excusat a,sed attenuat peccatum. extra qđ metus causa.sacrum.[inter audientes]id est inter laicos,q tantum audiunt in ecclesiaa officium,& non habent officium cantandi, legendi, vel dicendi. [Septem]post primum triennium quo fuerunt inter audientes, vt de pœn. dist.5.si qui vero.[Inter pœnitentes]non solenniter, quia tales eijciuntur extra ecclesiam 5.l.dist.in capite[duobus]

Diuiso.

Exponit literam.

Opponit & Respondet.

a¶ Nõ excusat.adde q nõ excusat et ab excõmunicatione canonis Pe.de anc. in c.sac is n.4.de his quæ vi me tusve cã si.

.s.vltimis post 10.annos[oblationes]. s. voluntarias. s. quæ ad altare,vel manus sacerdotis offeruntur.tales.n.oblationes sæpe non recipiuntur, vel in odium criminis,vel in ruborem hoĩs,& pœnæ exaggerationem.vt dist.90. oblationes.& 12.q.2.decurio.17.q.4.miror.[Non sinantur offerre,sed nec recipiantur,nec cõfundantur]id est,non erubescant[pueris autem]tertia pars.[similibus]id est in puerili constitutis,quibus suffragatur, quantum ad hoc non est coercenda ætas, quæ quod agit non videt, vt 16.q.1.illud relatum.[Sub manus impositione]gloss.i. reconciliatoria communio sanctorum[nec eorum].s.patratorũ expectanda est pœnitentia[quos excepit]id est eximit à coertione [censura].i.constitutio nostra saltem talis, qualis sit adultis.Aliter exponit [eorum].i. adultorum pœnitentia iniũgenda pueris sicut adultis[quos censura] id est cõstitutio recipit ad coerctionem subeundam,iniungendo eis pœnitentiam,& vt dictum est,prima vero expositio est nobis magis conueniens visa.



Resbyteris. Hic incipit.24.ps huius distin.in qua magister Gratianus postquam superius edocuit baptizatos in vertice chrismate signandos esse,inde sumpta occasione à qbus,& quo tempore chrisma sit conficiẽdum, & à quibus accipiendum.8.c.ostendit.Et diuiditur hoc c.in duas partes.In prima ostendit,quod liceat presbyteris inungere de chrismate.In secunda ostendit,quod chrisma debet esse ab episcopo consecratum.secunda ibi,sed quod.plana sunt omnia.Lege.¶ [Liceat]de licentia, & præcepto episcopi,cum episcopus est præsens.alias non.vt infra ea.dis. omni.[Sed quod]secũda pars id est,nõ alio nisi illo chrismate,quod ab episcopo fuerat consecratum, non tamen quia signare in fronte solis episcopis debetur,vt infra dis. 5.de his.& c.maius.

Diuisio.

Exponit literam.




Resbyteri. Sequitur secundum capitulum eiusdem partis, & patet sententia ex dictis.huius etiam constitutionis causam,& mysterium ĩuenies infra di.5.nouissime.& ibi soluetur obiectio, quæ potest induci hic de cap.2.95.distinct. lege quoniam litera satis patet.



I quis. Sequitur tertium capitulũ eiusdem partis in quo magister Gratianus ex concilio apud Beluacũ declarat, quod si quis pãnum quo caput pueri chrismati circũcingitur, ne recẽs vnctio defluat vel deleatur,vel vertex à presbytero chrismate perunctus inuoluitur,iterum linire voluerit, & super alium baptizatum ponere non est absurdum.Litera patet.

1 *Chrisma omni anno est renouandum,& vetus debet comburi.*



I quis. Sequitur quartum capitulum eius dem dartis, & patet sententia Lege.¶[Si quis nouo].i.eo anno cõfecto. † Oĩ vero anno chrisma est renouãdum,vetus debet comburi,& de nouo aliud confici. vt supra dist.3 literis & 5.q.8.ca.1. cum suis similibus.[baptizare]id est,baptizatum inungere, vel baptismum consecrare Hug.protulisse.i.id fecisse vnde est damnandus.vt 11.q.3.placuit.



Resbyteri. Sequitur quintum capitulum eiusdem partis,cuius sententia plana est.Lege.¶ [Diocesanas] vbi celebratur baptisma[per illum]hoc ca. intelligitur de propinquis sedi episcopali.Nam q sunt remoti chrisma possunt petere per diaconum vel subdiaconum,vt in sequenti c.Hu.vel vt dicit glo.hoc capitulum corrigitur per capitulum proximum.

Exponit literam.



Mni tempore. Sequitur sextum capitulũ eiusdem partis.Et diuiditur in tres partes.In prima dr,quod quolibet anno hoc est in cena domini chrisma conficiendum est ab episcopo.In secunda prohibet, ne in præsentia episcopi presbyter habeat signare infantes. In tertia prohibet etiã,ne prius omnino presbyter introeat in baptisterium.secunda ibi,presbyter.tertia ibi,nec liceat. sententia clara

Diuisio.

Exponit literam. clara est.non eget disputatione.Lege.¶[Omni tempore] id est,omni anno.s.in cœna domini.vt supra dist.3.literis. ponitur autem hoc totum pro parte,sicut alias pars pro toto.vt 32.q.4.meretrices.[diaconus]hoc autem,vt dictum est,non contradicit superiori cap.illud.n.intelligitur de ꝓpinquis sedi episcopali.i.decẽ miliaria,hoc aũt de remotis .s. vltra decem miliaria. argum.93.di.iuxta [non signet.]

Quæstio. ¶Sed quæritur de qua vnctione hoc intelligitur. non videtur intelligi de vnctione in vertice, quia illam potest facere etiam in præsentia episcopi,vt supra ead.dist. presbyteris.Nec de illa,quę fit in frõte.quia illam nec de licentia episcopi facere potest,cum hæc sit ordinis episcopalis, & ea,quæ ordini episcopali adhærent,non possunt minori delegari.vt 23.dist.qui ordini.& ca.quorundam. sed bene ex commissione Papæ argum.21.dist.ca.1.de qua ergo vnctione loquitur dicẽdum,quod de vnctione in vertice, vel in pectore,quam præsente episcopo nõ debet presbyter facere ob eius reuerentiam sine eius licentia, vel dicendum,quod loquitur de pueris quos episcopus baptizauit.

Respondet. [Nec liceat] tertia pars [introire in baptisterium] scilicet cum in sabbato Paschæ, & Sabbato pentecostes episcopus vadit ad consecrationem fontis, & idem dicit Hugu. obseruandum esse in qualibet processione,cum intrat in ecclesiam,cum ipsa processione.

Hugu.


Vllus. Sequitur septimum capitulũ eiusdem partis,in quo magister Gratianus, ostendens necessitatem chrismationis ex decreto concilij Aurasici dr̃, quod nullus &c. Et diuiditur in duas partes.In prima ponit, ꝙ quicunque baptizaturus aliquem progredit nunquam sine chrismate progrediatur.In secunda ponit, quod si ante confirmationem quis punctus non fuerit in vertice,quod tunc episcopus admoneatur,vt eum perungat.secũda ibi,de eo.plana sunt omnia,& disputatione nõ indigent.

Diuisio.

Exponit literam. Lege.¶[Nullus progreditur] ad baptismum [semel].i.in certo tempore Hu.[Chrismari].s.cum baptizatur.s.in vertice[de eo]secunda pars[sacerdos].i.episcopus [commouebitur].i.aduisabitur,quod nõ est chrismatus in vertice,vt chrismet eum etiam in vertice eodem chrismate,quo & in fronte.[Nam]id est,eo [quod non est nisi vna benedictio].i. sacramento chrisma hoc quo episcopi in fronte,& presbyteri in vertice perungunt[non præiudicantes cuiquam diximus ante confirmationem baptizatum debere chrismari,nec tamẽ per hoc præiudicamus quin si ante factum non fuerit postea fiat,quasi dicat non facimus præiudiciũ,quin in alio tempore quam in cõfirmatione possit fieri chrismatio.vel si alio tempore fuerit omissa saltem in confirmatione non omittatur.


N sabbato Sequitur octauum capitulum eiusdem partis, vbi magister Gratianus inducit authoritatem ex libro capitularis,quod,si quis, vellet accipere aquam de fonte baptismatis ad aspergendum in domo sua,recipiat eam antequam chrisma in ea sit infusum.Plana sunt omnia.

Exponit literam. Lege.¶[In sabbato aquam] fontis baptismi ad aspersionẽ tangit consuetudinẽ alicuius ecclesiæ,vbi in tali vel in tali die solẽt hoĩes accipere aquã de fonte,qua se,& domos suas aspergunt.& dicit quando fiendum est fiat ante chrismatis infusionem post non,cum chrisma sit sacrum.extra de sacra vnctio.capitulo vnico.


Ec quenquam Sequit. 25.pars huius distinctionis,in qua magister Gratianus ꝓsequitur de aqua baptismatis ostendendo, vnde talis aquæ aspersio habuit originem,siue initium.Est verum, quod hoc capitulum ab alijs sicut ab Hugu.exponitur de aqua benedicta.Sed nobis videtur,quod authoritates sacræ scripturæ, quæ inducuntur in præsenti capitulo magis cõueniant aquæ baptismi, quam aquæ communi benedictæ.Et ideo nos capitulum hoc iuxta etiam glossam exponemus de baptismo.

Diuisio. Capitulum autem hoc diuiditur in tres partes.In prima inducit plures authoritates veteris testamenti, in quibus ꝓdicebatur,siue præfigurabatur aqua baptismi,In secunda ponit de effectu baptismi qualiter illum de omnibus ipsum suscipiẽtibus æqualiter largitur.In 3.qualiter in baptismo diabolus ex toto potestatem suam amittit,& perdit,secũda ibi,spũs vero sanctus.tertia ibi, quod si aliquis. Quia hic nihil noui occurrit disputandum, quod supra discussum non sit. vbi de effectu baptismi,& an æqualem in omnibus baptizatis baptismus cõferat effectum,habitum est, quare supersedendo ab istis exponemus literam.Lege.

¶[Nec quenquã agri].s.animæ,ęgritudine peccati originali,qua ęgritudine vniuersum laborat genus humanum,e.dist.c.firmissime tene.[aspergi,vel perfundi]id est immergi[cum]id est,postquam [gratiam consequentur].s.in baptismo.[Cum scriptura inducit authoritatem primã,quæ habetur Exo.36.[Aquam]glo.baptismi salutaris[immunditijs]id est peccatis[simulachris]alia glo.habet idolis vestris glo.quæ in corde simulastis cor nouum.virtutibus innouatum maxime fidei qua crediderunt in filium Dei[& spiritum nouum]psal.50.Cor mundum crea in me,Deus & cætera.dr̃ glo.Ezec.36.No.quod spũm.nouum dat post effusionem aquæ.[Item innumeris]ponit secũdam authoritatem in qua baptismus figurabatur.scribitur Nume.18. qui tetigerit cadauer hoĩs,erit propter hoc septem diebus immundus,ita quod non poterat ingredi atrium tabernaculi.Cuius ratio,est tum propter reuerentiam illius loci,quia ex cadauere mortui exeũt humores corrupti, qui bus tangentes cadauer fiebãt inepti ad accedendum ad sacra.Aspergatur ex hac aqua,quæ fiebat ex aspersione cineris,& vitulæ ruffæ,hoc habetur Num.19[id est]hic exponit prædictã authoritatẽ ad propositum dicens.Si fidem trinitatis,quã significat tertius dies in resurrectione, vbi erit perfecta quies post septennium huius vitæ[quam].s. requiem designat septimus dies[a].[Si die tertia ita sequit] Numeri 19.id est fide trinitatis aspersus non fuerit die septimo id est vltima ætate,quæ est quiescentium[non poterit emundari]Ioan.3.qui crediderit,& baptizatus fuerit saluus erit.Qui vero non crediderit condemnabitur[Omnis qui tetigerit]commistione.s.cineris vitulæ, & aquæ [polluet]id est pollutus reputabitur,& non intrabit tabernaculum cum alijs[& peribit].s.qui immundus attentaret intrare tabernaculum cum alijs.Ratio subditur [quia aqua &c.]Iterum ponit tertiam authoritatẽ,in qua baptismus est designatus.& ponitur Nume.8.c.vnde male dr̃ Arch. ꝙ sit posita Malachiæ 3.[Accipe leuitas]dr̃ glo. bibliæ interli.ordinem ecclesiasticum instituit qũo ꝓmoueatur ad ordinẽ sacerdotij. Aqua glo.baptismi,vel lacrimarum, quibus abluuntur peccatorum maculæ instar,id est, figuram lauacri id est,baptismi,quia sicut illa lauabat corpora ab irregularibus legalib.ita aqua baptismi ab inquinamentis animæ,& qñ hæc.s.aspsiones, & lauacra baptismi.in ecclesia fiunt verissime sancitur omnia stare integra per fidem accipientis,& dantis,intelligas quantum ad effectũ sacramentorum,& salutem ministrorum,& suscipientiũ, quia ad veritatem sacramenti non obest error dantis,& accipientis.vt supra e.d.satis,& confirmari per collationem gratiæ,& virtutum,& perfici maiestate domini,& si dei veritate.hæc duo concurrunt.s.maiestas domini tanquam causa principalis effectiua,& fidei veritas ecclesiæ, tanquam causa dispositiua.[Spũs]secunda pars.[Non de mẽsura]id est diuisim per partes, sicut aqua tota super singulos,sed per partes super infunditur,vel non de mensura id est,cum acceptione personarum, vt scilicet plus super virum,quam super fœminam, super senem, quam super iuuenẽ infundatur,sed super credentes totum diffunduntur,quantum in se est.[Nam & fides æqualiter omnibus nascitur]id est indifferenter[lumen vitæ æternæ] i.lumen gratiæ qua quis est dignus vita æterna, cuius æqualitatis.s.gratia Dei dr̃ dari omnibus in baptismo, nisi.s. sit varietas ex parte dispositionis suscipientium, vel æqualiter.i.indifferenter,sine discretione personarum,sexuum, vel ætatis [in exodi].s.16.[alimentum panis cœlestis].i.eucharistia supra d.2.reuera.[æqualiter]id est, non differenter propter sexuum vel annorum varietatem,non.n.plus confertur,quia vir.& illi minus,quia fœmina, & sic de alijs æqualiter accidentibus sumitur nisi malitia, suscipientis impediat.Hugu.[In conuersione minuitur],id est, tota liter destruitur,siue tollitur,& hoc superueniente pecato mortali.charitas.n.vt dr̃,& probat Sanctus Thomas in secunda secundæ q.24.argu.4.directe non potest diminui. potest tamen indirecte dici diminutio gratiæ,vel charitatis dispositio ipsa ad corruptionem ipsius,quæ fit,vel per peccata

a ¶Septim° d es Quare septima die debẽt hoĩes a labore ɋ̃ scere. vide P.de Anc.in c.licet. n.2. de fer. Contra archidiaconũ

peccata venialia, vel etiam per ceſſationem ab exercitio operum charitatis, vel dr̃ minui, quia vnus habet minorẽ charitatem, quam alius, vt dr̃ glo. vel augetur[in euangelio]. ſ. Matt. 4. [Aſſumitur]. i. cõſumit. vel 30. quod debetur cõiugatis, vel 60. quod debetur continẽtibus, vel cẽtũ, qđ debetur virginibus. [Quod ſi aliquis] tertia pars. [baptizantur]. i. volũt baptizari egri corpore, & forte anima [adhuc] .i. poſt cathecilmum, & ante baptiſmum ſpiritibus immũdis teneantur. ſ. ſpũaliter. & forte corporaliter Hug. [ Omnes] ſupra ea. d. poſtquam & ſicut inde hæc declarata ſunt ſupra in prædictis locis, quod probat exemplo, de quo habetur Exod. 13. In quo exemplo Pharao ſignat diabolum, mare rubrum baptiſmum Chriſti. Chriſti paſſionẽ, & ſanguinem conſecratum, Moyſes Chriſtum, nubes ſpũm ſanctum, populus tranſiens fideles, Aegyptij peccata mors, ægyptiorum ablutionẽ peccatorum. Pharao ergo vſque ad baptiſmum homines ex Adã natos concomitatur, tũc vero confuſus recedit, quia baptizandus diabolo, & pompis eius abrenũtiat in baptiſmo, & ita in fluctibus ſubmerſis peccatis in baptiſmo fideles liberãtur [Mare illud ſacramentum baptiſmum fuiſſe]. i. ſignificaſſe baptiſmum declarat 1. ad Cor. 10. ſub nube protegente eos ab æſtu, & cõtra ægyrios ne viderentur ab eis, & omnes trãſierũt merſis hoſtibus mare rubrum [& omnes in Moyſe]. i. in ducatu Moyſi baptizati in nube & in mari. i. liberati à morte imminente, & ab ignorantia, quæ præmebat tunc omnes gentes [purgati, vel baptizati ſunt]. ſ. ſignum baptiſmi acceperunt, quia omnia illa gerebant formam noſtri baptiſmi, ſicut patet ex his, quæ prædiximus. vnde ſubditur [hęc autẽ omnia] ad literam omnia ſunt plana [qui hodie] ideſt iſto tempore per exorciſtas] diſt. 21. cle. & ſupra ea. diſt. ſacerdotes [ad baptiſmi ſignificationem]. i. ablutionem animæ à peccatis, per quæ diabolus animæ dominabitur, quã exterior baptiſmus ſignificat, liberatur ſaltẽ in anima, niſi malitia eius impediat.

1 *Baptiſmus, an debeat differri vſque ad finem vitæ.*
2 *Remiſſio peccatorum non dat licentiam peccandi.*



Vando. Sequitur. 25. pars huius diſt. in qua magiſter Gratianus loquitur contra hos, qui vſque ad exitum vitæ baptiſma ſuſcipere differunt, vt interim licentius peccẽt. Et diuiditur in duas partes, ſecũdum duas rõnes, quas inducit ad hoc. Prima eſt, quia quandoque tales inueniuntur illuſi. Secunda, quia ſciunt contra inſtitutionem diuinam ſe facere, quia Deus propter hoc non inſtituit baptiſmum, vt homines licentius interim peccarent. ſecunda ibi, deus enim. Pro pleniori intelligentia huius c. quæritur. 1 Vtrum debeat differri baptiſmus vſque ad finem vitæ. Et videtur quod ſic. Primo ille modus conuenientiſſimus eſt ſuſcipiendi baptiſmum, quo maturius peruenitur ad ſalutem, ſed qui baptizatur in fine vitæ ſtatim euolat, quia in baptiſmate delet culpa, & pęna, huius ergo expectatione citius, & maturius peruenitur ad ſalutem, quam ſuſceptione baptiſmi tempore anteriori, ergo &c. ¶ Secundo ſic. Medicina efficax debet ſumi, quãdo maxime poteſt iuuare, ſed baptiſmus maxime iuuaret in fine vitæ, vel ſaltẽ in perfecta ætate, quia per baptiſmum oĩa delicta adoleſcentiæ & iuuẽtutis ſoluerent, ergo vſq; tũc deberet differri. ¶ Tertio ſic. Omnis Chriſti actio eſt noſtra inſtructio. Chriſtus autem non expectauit tantum ætatem adultam, ſed fere vſque ad finẽ vitæ ſuæ diſtulit baptizari. Non. n. acceſſit ad baptiſmum antequam eſſet 30. annorum. Luc. 3. ergo conueniret, vt ſic expectarent omnia eius membra ¶ In oppoſitum eſt tex. præſentis c. Nullus eſt certus de die, vel hora mortis, nullus autem ſe debet exponere periculo ſpirituali, cum habeat viam bonam, & ſalubrem, quam eligat, ergo non eſt expectandum vſque ad finem vitæ, vel vſque ad ætatẽ virilem, vt ſuſcipiatur baptiſmus. ¶ Reſpondeo dicẽdum ꝙ non debet differri ſuſceptio baptiſmi vſque ad finem, vt tunc omnia peccata dimittantur. Probatur iſta concluſio, tum primo, quia dilatio illa peccatum eſt, tum ſecundo, quia diuturna exiſtentia in hoc peccato poterit eſſe cã perditionis ſicut ait B. Chryſo. in præſenti c. Nullus autem debet eſſe negligens de ſalute ſua, nec per tantum tempus remanere filius iræ, & quod deterius eſt filius Geennæ, & ſubtrahere ſibi communionẽ bonorum ſpũalium, & augmentum bonorum, & meritorum. ¶ Ad rationes. Ad primam reſpondetur negando minorem. Non. n. eſt verum, quod differendo baptiſmum vſque ad finem vitæ maturius perueniatur ad ſalutem ſiue gloriã, niſi forte per accidens inquit magiſter Alexãder de Ha. eo. n. quod nullus certus eſt de die mortis, nec certus eſt ſi ſibi dabitur gratia cõtritionis, & facultas baptiſmatis, ſic differendo euidenti ſe exponit periculo, cũ hoc ꝙ priuat ſe beneficijs eccleſiæ. vnde tali timendum eſſet, ne verbum Augu. verificaretur de eo. ſ. hac animaduerſione percutitur peccator, vt cum moritur, obliuiſcatur ſui, qui dum viueret oblitus eſt Dei. ¶ Ad ſecundam reſpondetur, vt dr̃ S. Thom. in quarto negando minorem, videlicet, quod baptiſmus in fine vitæ ſuſceptus eſſet magis vtilis. Nam in baptiſmo cõfertur gratia ad bene viuẽdum, & peccata in eo tolluntur pręterita, & impediuntur futura, & ideo quamuis baptiſmus in fine vitæ ſuſceptus plura peccata pręterita tolleret, tamen pauciora impediret, & ad pauciora bona promoueret, & ideo minus vtilis eſſet. Præterea ſicut dictũ eſt cum multis caſibus ſubiaceat humana vita, poſſet cõtingere, vt qui baptiſmum in fine vitæ expectaret accipere morte ſubita ꝑuentus expectatione ſua fraudaretur. ¶ Ad tertiam reſpõdetur negando conſequentiam, quoniam non eſt ſimile de Chriſto, & de nobis propter duo. Primo quia Chriſtus ſuſcepit baptiſmum, vt dr̃ S. Tho. vt ipſum inſtituens, vel conſecrans, hoc autem ad doctoris, vel ſacerdotis officiũ pertinet nuntiare viam ſalutis, & ideo ante tempus perfectę etatis, quod competit eſſe in doctore, vel ſacerdote, baptizari non debuit. ¶ Secundo quia Chriſtus non ſuſcepit baptiſma vt illo in aliquo iuuaretur. Nos autem qui natura naſcimur filij irę, baptiſma ſuſcepimus, vt illo iuuemur & purificemur à peccatis. Lege. ¶ [Non adipiſcitur] quia morte improuiſa præoccupatur [non vos terrendo.] Nota argumentum dr̃ Arch. aliqua dici ad terrorem, quod credo verum eſſe, quando exprimitur in ipſo iure, vel authoritate ad terrorem eſſe dictum. vt exprimitur ſupra de pęni. diſt. 2. ſi. n. in principio. §. in eodem quippe. ſecundum Laur. vacui gratia baptiſmi [Deus. n.] ſecunda pars. [ Non
2 addat †remiſſio. n. peccatorum non dat licentiam peccandi. 1. q. 7. exigunt. [ipſum]. ſ. ſacramentum [ſit negligentiæ cauſa] hic ſumitur cauſa pro occaſione, vt dicit Alexander de Halis. Non. n. ſacramentum quod per ſe dat remiſſionem peccatorum eſt cauſa peccati, ſed occaſio quædã poteſt eſſe negligentiæ.

1 *Peccata proximorum parentum an redundent in filios.*
2 *Perendie aduerbium dicitur quaſi perempto die.*
3 *Credere in paruulo idem eſt, quod ſacramentum baptiſmi accipere.*
4 *Paruuli in baptiſmo ſuſcipiunt cum alijs virtutibus, etiam habitum virtutis fidei.*



Væris à me. Incipit. 26. pars huius diſtinctionis, ĩ qua magiſter Gra. ex authoritate B. Aug. in epiſtola ad Bonifacium oſtendit, quod parentũ perfidia nõ nocet filijs, cum per eos ſacrificijs offerũtur dęmoniorum, licet prodeſſe poſſet eorum fides, & bona voluntas eis cum baptizantur. Et diuiditur hoc c. in duas partes principales, ſecundũ ꝙ B. Aug. reſpondet duabus quæſtionibus ſibi per Bonifacium, cui ſcribit propoſitis. Prima eſt an malitia parentũ obſit filijs, cum offeruntur ſacrificijs dæmoniorum, ſicut eis prodeſt fides parentum quando baptizantur. Secunda an patrini, ſeu offerentes paruulum excuſentur à mendacio, cum pro paruulis interrogati reſpondent eos credere in Deum. 2. ibi, difficillimam. Prima in tres partes. In prima ponit quæſtionem. In ſecunda reſpondet. In tertia aſſignat rõnes. ſecunda ibi, reſpondeo. tertia ibi, etenim anima patris. Item ſecunda principalis in tres. In prima recitat quæſtionis titulum. In ſecunda inuocato diuino auxilio reſpondet qualiter accipiendum ſit quod in perſona paruuli dr̃. ſ. credo. ibi, ſ. ecce facio quantum poſſum. In 3. condemnat illos, qui illud non credunt, ꝙ dr̃ paruulis de ibi, qui hoc non credit. ¶ Pro pleniori intelligentia præ-
1 ſentis c. quæritur. † Vtrum peccata proximorum parentũ in filios redundent, ſiue traducantur. Et videtur primo ꝙ ſic. pœna nunquam debetur niſi rõne culpę, ſed aliqui puniuntur

Margin notes: Diuiſio. — Quæſtio. Primum ar. — Secũm arg. — Tertium ar. — Opponit in cõtrarium. — Reſpondet. — Ad primum argu. — Ale. de Hal. — Ad ſecũdum S. Thom. — Ad tertium — S. Thom: — Exponit literam. — Ale. de Hal. — Diuiſio: — Quæſtio Primum ar.

niūtur iudicio diuino pro peccato parentū.ſm illud Exo. 20.Ego ſum deus zelotes,viſitans iniquitatem patrum in filio in tertiam,& quartam gn̄ationē.Iudicio ēt humano in crimine leſæ maieſtatis filij exhæredātur pro pc̄tō primo parentū.ergo ēt culpa parentum proximorum trāſit in filios,ſiue in poſteros.¶ Scd̄o ſic.magis pōt quis transfundere in alium id,ꝙ habet à ſeipſo,quam id ꝙ habet ex alio,ſicut ignis magis pōt calefacere, quam aqua calefacta.ſed hō transfert in prolem originale pc̄tm̄,ꝙ habet ab Adam.ergo multo magis pc̄tm̄,ꝙ ipſe cōmiſit.ſicut ergo nocuit filio paterna corruptio,quam habuit ab Adā,ēt nocebit illis perſonalis nequitia paterna.¶ Tertio ſic.fides parentum prodeſt filijs.ergo eorum infidelitas nocebit illis. ¶ Quarto ſic.rō,qua trahimus à primo parente pc̄tm̄ originale eſt,quia in eo fuimus,ſicut ī principio naturæ,quā ipſe corrupit,ſed ſiſr fuimus in proximis parētibus, ſicut in quibuſdam naturæ principijs,quæ ēt ſi ſit corrupta,pōt adhuc magis corrumpi per pc̄tm̄,ſm illud Apo.vlt.qui in ſordibus eſt,ſordeſcat adhuc.ergo filij contrahunt pc̄tā ꝓximorum parentum per originem,ſicut & primi parētis. ¶ In oppoſitum vř primo præſentis c. tex. ¶ Secundo qa pc̄tm̄ opponitur merito,ſed merita parentum non deriuātur ad filios.Alioqui non oēs naſcerētur filij iræ,ergo nec pc̄tā actualia proximorum parentum in poſteros trāſeūt. ¶ Reſpondeo dicendum eſt,ꝙ impoſſibile eſt,ꝙ pc̄tā proximorum parentum tranſeāt per originē ad poſteros,aut ꝙ malitia parentum in filijs transfundat,iniquitatē. Hæc concluſio patet primo per illud Ezec.18.In quo fundatur tota argumētatio B Au.in c.pn̄ti.Filius nō portabit iniqtatem patris,ſicut aīa patris mea eſt,ita & aīa filij.Rō huius eſt.vt deducit S.Tho.in 1.2.q.81.ar.2.quia hō generat ſibi idem in ſpē,non aūt ſm indiuiduum.& ideo ea,q̄ directe ptinent ad indiuiduum,ſicut ſunt perſonales actus,& quę ad eos pertinent non traducunt̄ à parentib.in filios.Nō.n. grammaticus traducit in filiū ſciām grammaticæ,quā ꝓprio ſtudio acquiſiuit,ſed ea,q̄ pertinent ad naturam ſpēi traducunt̄ à parētib.in filios,niſi ſit defectus naturæ,ſicut oculatus generat oculatum,niſi natura deficiat,& ſi natura ēt ſit fortis ēt aliqua accidentia indiuidualia ꝓpagantur in filios pertinētia diſpoſitione naturæ,ſicut velocitas corporis,bonitas ingenij, & alia hmōi,nullo aūt mō ea,q̄ ſūt pure pſonalia,vt dict.eſt.Sicut aūt aliquid ad pſonam pertinet ſm ſeipſam, & aliquid ex dono gr̄æ,ita ēt ad naturā pōt aliquid pertinere ſm ſeipſam.ſ.ꝙ cauſat̄ ex principiis eius aliqd ex dono gr̄æ.& hoc mō iuſtitia originalis ,erat quoddā donum gr̄æ,toti humanæ naturæ diuinitus collatū,in primo parente,ꝙ quidē primus hō amiſit ꝑ primū pc̄tm̄.vn̄ ſicut illa iuſtitia originalis traducta fuiſſet ī poſteros ſimul cū natura,ita ēt,& inordinatio oppoſita,ſed alia pc̄tā actualia,vel primi parentis,vel aliorū non corrūpūt naturam quantū ad id,ꝙ naturæ eſt,ſed ſolū quantū ad id ꝙ perſonæ eſt.ſ.ſcd̄m pronitatē ad actum.vn̄ alia pc̄tā nō traducunt̄ per originē,aut transfuſionē,pn̄t tn̄,vt idem doctor dr̄ in qōnibus de malo deriuari ad filios ꝑ imitationē ꝑp conuerſationē aſſiduam filiorū cum eis.¶ Ad rōnes in oppoſi.Ad primam r̄ndetur,ꝙ pœna ſpūali(vt dr̄ Au.) nūquam puniunt̄ filij ꝑ parentib.niſi cōicent culpa , vel per originē,vel per imitationem,qa oēs aīæ immediate ſunt Dei.vt dr̄ Ezec.8.ſed pœna corporali interdū iudicio diuino,vel humano puniunt̄ filii ꝑ parentib. inquātum filius eſt aliquid patris ſecundum corpus.¶ Ad ſecundam r̄ndet̄ ꝙ id, ꝙ habet aliquis ex ſe,magis poſſet traducere,dummodo illud ſit traducibile,ſed peccata actualia ꝓximorū parentū non ſunt traducibilia,quia ſunt pure perſonalia. vt dictum eſt. ¶ Ad tertiam reſpondetur negando conſequētiā, ratio aſſignatur in textu propter vnitatē ſpiritus ſancti,per quam fit communicatio bonorum adinuicem in membris ipſius corporis Chriſti.Nulla autē vnitas ſpiritus eſt inter parentes,& filios , per quam culpæ fiat communicatio.¶ Ad quartam reſpondetur,quod non eſt ſimile,quia primum peccatum corrupit naturam humanam corruptione ad naturam pertinentem.Alia vero peccata corrumpunt eam corruptione pertinente ad ſolam perſonam,& ita ratio non procedit.Lege.¶ [Quæris.] Ecce prima qō,de qua fuit Aug.interrogatus, an malitia parētum obeſſet filiis,cum per eos offeruntur ſacrificiis dæmoniorum,ſicut eis prodeſt fides parentum cum baptizantur. [Reſpondeo]ſecunda pars.[tantam corporis Chriſti].ſ.eccleſiæ[propter aliorum voluntatem].ſ.malā[cui].ſ. inquinati[inquit].ſ.propheta.tertia pars.Ezec.18.[Si non] hic reſpondet cuidam tacitæ obiectioni.Obiiceret.n.de peccato originali , quod contrahitur à parentibus.Ad hoc reſpōdet,ꝙ non eſt ſimile de hoc peccato,& de aliis.ſ.actualibus de quibus loquitur,quia originale traxit originaliter ex labe,& corruptione naturæ,antequam haberet animam diſtinctam à patre,ita,vt poſſet dici de ea aīa filii ſicut aīa patris,ſed cum iam alter effectus eſt ab eo , qui eū genuit peccato alterius quod iam non eſſet originale,ſed actuale ſine ſuo conſenſu non teneretur obnoxius.[Alter effectus].i.alius in perſona.ſ.[ſponſione ].i.conſenſu [ non .n.ſic]videtur etiam reſpondere cuidam tacitæ qōni,quæ talis poſſet fieri.Tu dicis,ꝙ nullum peccatū maculat aliū neſcientem.Sed contra,ſic eſt,ꝙ per officium alienæ voluntatis,qui neſciens regeneratur,ergo à ſimili per alienū peccatum quis neſciens inquinatur.Reſpondet,ꝙ non eſt ſimile.Nam ſi puer neſciens per alium regeneratur,nō habet hoc ab ipſo,ſed ab vnitate ſpūs ſancti. qui vnus eſt in toto corpore Chriſti myſtico,ꝙ eſt eccleſia,per quem fit communicatio inter membra eccleſiæ ſpūalium bonorū [gratia]ſ.regenerans[per ſpiritus ſancti vnitatē].ſ.eſt cōmunis.i.communiter omnibus,& per eundem ſpūm ſanctum datur,puer ergo nō habet ab offerente, ꝙ in fide regeneratur,& à pc̄tō mundatur,ſed à ſpū ſancto,qui pōt eſſe cōis.tam in offerentib.quam ēt oblato,ſed ſic nō eſt in peccatis.[Qm̄ nō pōt ſpūs hoīs eſſe, & huius,& illius, per quem peccet alter,vt altero non peccāte ſit culpa cōis, ac per hoc pōt regenerari in baptiſmo obligatione].i. cauſa obligationis[a] à primis parentibus contracta.ſ. peccatum originale[homicidæ]non actu,ſed voluntate[quantum in ipſis eſt]ſic 48.di.c. vlt.dr̄ apoſtolus primæ ad Theſſal. 5. [Nec illud te moueat]hæc habetur ſupra e.diſt.non illud, quod pro intelligentia huius text.eſt vtile commemorari hoc videtur reſpondere tacitę obiectioni,diceret aliquis, quod,ſi offerentes paruulos ad baptiſmum,non ea intentione eos offerunt,vt gratia ſpūali ad vitam regenerentur æternam.reſpondet,ꝙ non propterea,non regenerantur, quia non ab iſtis hac intentione offeruntur, quoniam nō ſolum ab illis,quorum geſtantur manibus quamuis & ab ipſis ſi boni fideles ſunt,quam ab vniuerſa ſocietate ſanctorum[tota ergo collectio ſanctorum]quædam tota virgo ſine macula,& ſine ruga.27.q.1.nuptiarum[parit]in ſuſceptione ſacramētorum 23.q.4.recurrat.[difficillimam] 2.pars principalis,quæ reſpicit ſecūdā quæſtionem[parentes] i.patrini,qui patres ſpūales dicuntur 30.q.1.pitatium [eſſe facio].2.pars[.ſ.reſponſio].i.pro poſſe nitor ad ſolutionem qōnis , ſiue diligenter poſuit titulum qōnis diligenter ſoluā pro poſſe. virtus ſolōnis ſuæ eſt, ꝙ ſicut quodā tropo loquendi dicimus,hodie eſt reſurrectio dn̄i , qa eius ſacr̄m celebratur, ita puer dr̄ credere.i. ſacr̄m fidei ſuſcipere[perdiſſenam].i.poſt ſex dies,à per,& die.& ſex. vnde ſi in die rami palmarum quæras, qn̄ erit paſcha , dr̄ perdiſſenam.i.poſt ſex dies futuros,vel reſpōdebo perendiſſenam.i.poſt ſex dies vna perempta,ſicut dr̄,veniet ad me perendie.i.tranſacto vno die.1nam perendie eſt aduerbium,quaſi perempto vno die,vel perdiſſena id eſt , poſt 12.dies.à per & dies.quod eſt bis & ſex.quia bis ſex faciūt 12.vel perendiſſena id eſt poſt 11.dies vna die perempta. quaſi dicat poſt bis 5.à per & en.& bis. & 5. quia bis 5. & vnum faciunt 11.[ſimilitudinem]quia repræſentamus,& colimus ea,quæ olim in ſuis diebus geſta ſunt[dies].ſ.reſurrectionis,vel paſſionis[& dicatur illa die fieri propter ſacramenti celebrationem]id eſt quia ſacramentum hodie celebratur,quod factum eſt alio die[itaque].i.ſic paruulus dicitur credere. quia ſacr̄m fidei.i. baptiſmū ſuſcipit.1credere.n.in paruulo idem eſt,ꝙ fidei ſacr̄m ſuſcipere.vt ſupra eadem diſtin.nihil. [ qui hoc non credit]tertia pars.In hoc loco nec Hugu.nec gloſſ. videntur mihi intellexiſſe dictum Auguſtini. vnde noſtro iudicio Auguſtinus poſtquam dixerat immediate ante , quod baptiſmus in paruulis valebat ad eorum tutelam contra contrarias poteſtates , & tantum valere & cætera.condemnat eos,qui hoc non credunt fieri in paruulis , aut fieri poſſe, eo,quod non habeant vſum rationis,& dicit.[qui hoc nō credit , & fieri poſſe non arbitratur profecto infidelis eſt]ſupra eadem diſtinctio. firmiſſime tene. & infra.c.proxi.in eccleſia ſaluatoris[longeque memor eſt iſte paruulus-

Secundū ar.
Tertium ar.
Quartū ar.
Opponit in cōtrarium .
Reſpondet.
S.Thomę
Ad primum arg.
Ad ſcd̄m
Ad tertium
Exponit literam.

a ¶ Cā obligationis . Obligatio qua qs tenet̄ deo potior & potētior cenſetur,q̄ qua tenet̄ hoī. Pe.de Anc. in c. qu in ſto nu.4 de diuor.

2

lus,qui,& si fidẽ non habeat in cognitione].i.in vsu rõnis. hic male exponit Hug.& gl.exponentes in cognitione.i.in
4 habitu,quoniam sicut supra visum est e.d. c.nihil.†paruuli in baptismo suscipiunt cum alijs virtutibus etiam habitu virtutis fidei.non tamen ei obicem ponit contrariæ cogitationis,sicut facit alius,qui non credit.vnde paruulus licet actum non habeat fidei,tamen sacramentum eius salubriter percipit.



IN ecclesia Saluatoris. Sequitur secundum capitulũ eiusdem partis,in quo magister Gratianus ex authoritate eiusdem B. Aug.præfato Bonifacio scribentis contra Pelagianorum scribit hæresim,ostendens quo paruuli per alios,qui.s.eos repræsentãt siue offeruntur ad baptismum credere dicũtur,quia in eorum personis alij interroganti si credant respondent.credo.Et diuiditur in duas partes.In prima facit,quod dictũ est. In secũda ostendit,ꝙ nullo modo dubitandum est,quin vitam habere nõ possint,qui alieni sunt ab vnitate ecclesiæ.2.ibi, nec illud. omnia plana sunt.Lege.¶[Per alios].s.eos præsentantes, & offerentes credunt, & respondent,& dicunt se credere, vt.s.e.d.paruuli.& recte quidem per alios dicunt credere qui per alios peccauerunt,sicut arguitur extra de re iu.oĩs res per quascunque causas contrahitur.&c.[nec illud cogitetis].2.pars.q.d.non dubitetis[eos expertes].i.non participantes,siue communicãtes[corporis, & sanguinis Christi].i.vnitatis ecclesiæ,quam illa significant.supra ead.dist. non in vobis supra dist.2.quid est Christum dicentem Io. 6.nisi &c.supra e.dist.2.dupliciter.

Diuisio.

Exponit literam.



NVlli. Sequitur tertium c.eiusdem partis,in quo magister Grat.ex eiusdem B.Au. authoritate in declarationem,& cõfirmationem præcedentis c.inducit qualiter de vnitate corporis Christi.i.ecclesiæ efficitur, qui p baptisma Christi membrum efficitur.Et diuiditur in duas partes.In 1.dr,quod dictũm est, videlicet, quod nulli ambigendum sit, quod tunc vnusquisque Xpi membrum efficitur,cum baptizatur.In secunda,quod baptizatus particeps efficitur societatis,& vnitatis corporis Christi,etiam antequam sacramentum corporis Christi, ꝙ est signum præfatæ vnitatis,sacramentaliter percipiat. 2.ibi,nec alienari.sententia c.plana est,vnde non restat,nisi, vt literam explanemus, quia quomodo effectus huius sacramenti sit incorporatio videbitur infra e.di.circa c.ad hoc baptismus.Lege.¶[Corporis,& sanguinis sui].i.vnitatis ecclesiæ per Christi corpus, & sanguinem significatæ [comedat,& bibat]sacramẽtaliter[ĩ vnitate corporis Xpi] .i.ecclesiæ[quando ipse inuenitur esse hoc].i.de hoc. s. de vnitate ecclesiæ[hoc ipsum sacramẽtum est]. i. quam vnitatem ipsum sacramentum significat,hoc idem c.habetur
1 supra e.dist.2.quia passus.

Diuisio.

Exponit literam.

*An omnes teneantur ad susceptionem baptismi.*

2 *Redemptio Christi totum in nobis reddidit, quod in Adam perdidimus.*

3 *Sanctificati in vtero baptizandi sunt triplici ratione.*

4 *Peccatum originale dicitur contrahi a parẽtibus per causam.*

5 *Caro corrupta facit animam peccatricem.*



SI baptizata Sequitur.27.pars huius distinctionis, superius à prin.huius dist.magister Grati.de necessitate,& efficacia sacramẽti baptismi perdocuit, & postea multa de baptismo interposuit, nunc,vt finis alludat principio, & de necessitate,& efficacia eius repetit,quasi vsque ad finem dist. Et diuiditur hoc c.in tres partes.In prima inducit necessitatem baptismi rõne sumpta ex exemplo Christi.In secunda ostendit,quod baptismus non solum est necessarius his qui à parentibus infidelibus generantur, sed ẽt his,qui à iã baptizatis sunt generati. In tertia assignãdo causam huius rõnis dicit,quod nemo potest antequam nascatur ex vtero baptizari.2.ibi,sint vero.3.ibi,sacramẽtum in baptismo.¶Pro inteligentia huius cap.& multorum sequentiũ quæritur.†Vtrum omnes teneantur ad susceptionem ba-
1 ptismi,& videtur quod non.¶Primo sic.baptismus maxime videtur esse institutus in remedium peccati originalis,sed qui est baptizatus cum non habeat peccatum originale non videtur, quod possit transfundere in prolem, ergo filij baptizatorum non videtur esse baptizandi.¶Secundo confirmatur sic.baptismus reddit regenerantis per ipsum hoc,quod per Adam perditum fuit, quia donum Christi excedit donum Adæ vt dicitur ad Ro.5.sed si Adã non peccasset homines in peccato originalis filios non generassent.ergo & homines baptizati in filios peccatũ originale non transfundunt.¶Tertio sic.per Christum non est arctata via salutis,sed ante Christi aduentum poterant homines salui fieri sine baptismo,ergo etiam post Christi aduentum.¶Quarto sic.baptismus datur ad hoc,quod quis per gratiam à peccato mundetur.sed hoc consequuntur illi,qui sunt sanctificati ĩ vtero sine baptismo,ergo nõ tenentur ad susceptionem baptismi.¶In opposi.est tex. ꝑsentis c.item illud Io.3.nisi quis renatus fuerit ex aqua & spũ sancto non &c.¶Rñdeo dicendum, ꝙ oẽs tenentur ad susceptionem baptismi.hanc cõclusionem de oĩbus in generali sic declarat S.Tho.in 3.parte.ad illud omnes homines tenentur sine quo salutem consequi non possunt. manifestum est aũt,ꝙ nullus salutem põt consequi nisi ꝑ Xpm,vñ apostolus dr̃ ad Ro.5.sicut per vnius delictum in oẽs hoĩes in condemnationem,sic & per vnius iniustitiã in omnes hoĩes in iustificationẽ vitæ,ad hoc aũt datur baptismus,vt aliquis per ipsum regeneratus incorporetur Christo factus membrum Xpi.vt in c.præcedẽti. vñ dr̃ ad Gal.3.quicũque in Christo baptizati estis Xpm induistis: vñ manifestum est,ꝙ oẽs ad baptismũ tenent̃,& ꝙ sine eo nõ põt esse salus hoĩbus.In spãli de baptizatorum filijs de quib.est spãlis mentio in hoc c. sic ostenditur duabus rõnibus positis in litera B.Aug. prima est genitus à circunciso necessario erat circũcidendus ad emundationem pctĩ originalis.ergo pariter genus à baptizato pro salute cõsequẽda necessario venit baptizandus.consequentia patet . quia ita circuncisio erat ordinata contra pctm̃ originale in tempore suo,sicut modo baptismus supra e.d.c.ex quo. secunda rõ est,quia cũ teste apostolo ad Ro. 5.pctm̃ in omnes transiuit,ergo necessario veniunt mũdandi per baptismũ. ergo & proles genita à baptizato parente,non põt aũt dici,ꝙ baptizato parente plures baptizarẽtur,quia,vt arguit in litera Augusti.antequam quis nascatur renasci non põt & supra ẽt e.d.qui in maternis.idem habitum est.¶Ad rõnes.Ad primã rñ.negando ꝙ baptizatus non transfundit pctm̃,& ad probationem rñ.negando ꝙ baptizatus nullo modo habeat peccatum originale, vt.n.S. Tho.dr̃ in 1. 2. pctm̃ originale licet per baptismũ auferatur reatu inquantum aĩa recuperat gratiam quantum ad mẽtem, remanet tñ pctm̃ orignale actu quantum ad fomitem, qui est in ordinatis inferiorum partium aĩæ ipsius corporis. Generat aũt hõ generatione carnali ẜm carnem,non ẜm spũm. nõ .n.gñant baptizati inqutãum sunt renati per baptismum. sed inquantũ retinent adhuc aliquid de vetustate pctĩ. & ideo filij baptizatorum cũ originali pctõ nascuntur, vnde indigent baptizari,vt B.Augu.arguit in præsenti ca.¶Ad
2 secundam rñ.cum S.Tho.in 2.sententiarum di. 31.†quod redemptio Christi totum in nobis reddit, quod in Adam perdidimus,non tñ simul,sed vnum quodque in tempore suo,nõ.n.per Christum in primum statum innocentiæ reducũtur,vt simus immortales in hac vita,sicut in Adã fuit. sed hoc per Christum in patria cõsequi speramus,& ideo ꝑ baptismum,& alia sacra,quæ ex passione dñi virtutem sortiunt̃ expurgatur hõ quantũ ad id quod ꝑsonæ est, & ẽt quãtũ ad naturã ꝑsonæ in his,q̃ ꝑsonæ sunt comparata, vbi ipse hõ in actib.ꝑsonalibus pctõ non seruiat,sed non quantũ ad naturã in his,q̃ per se naturæ debent̃.& iõ oportet,vt ꝑ actum naturæ infectio originalis in prolẽ trãseat, quãuis ẽt pater sit à culpa originalis pctĩ immunis, ẜm ꝙ ad ꝑsonam suã spectat.Sicut.n.pctm̃ originale persona qlibet trahit particulari gñatione sua,& non ꝑ gñationem patris ita ẽt oportet,ꝙ emundationẽ suã cõsequat̃ per spãlẽ regñationem suã,& nõ per hoc,ꝙ pater suus regeneratus est.¶Ad tertiã rñ.cũ S.Tho.in 3.parte,ꝙ nunquam hoĩes potuerũt saluari añ Chr̃i aduentũ,nisi fierẽt mẽbra Chr̃i, qa vt dr̃ Act.4.nõ ẽ aliud nomẽ datũ hoĩb.in quo opteat nos saluos fieri,sed añ aduẽtũ Xpi hoĩes Chr̃o incorporabant̃ per fidẽ futuri aduẽtus cuius fidei signaculũ erat circũcisio,vt ap̃ls dr̃ ad Ro.4.añq̃ vero circũcisio institueret̃ sola fide vt Gregt. dr̃ cũ sacrificiorũ oblatione,quibus suã fidẽ antiq. patres ꝓfitebant̃ hoĩes Chr̃o incorporabantur post

Quæstio. 1 Primũ ar.

Secundũ ar.

Tertium ar.

Quartũ ar.

Opponit et respondet.

S. Thomas

Ad primum arg.

Ad scdm S.Thom.

Ad tertium S.Tho.

post aduentum etiam Xpi hoĩes per fidem Christo incorporantur, ₰m illum ad Ephes.3.habitare Xp̃m per fidẽ in cordib.vestris,sed alio signo manifestatur fides rei iam p̃sentis,quam denuntiabatur,quando erat figura, sicut alijs verbis figuratur p̃sens p̃teritum,& futurũ,& ideo licet ipsum sacr̃m baptismi non semp fuit necessarium ad salutẽ. fides t̃n cuius baptismus sacr̃m est semper necessaria fuit.

Ad quartum


3 ¶ Ad quartam r̃n.cum S.Tho.in 4.d.6.†ꝙ illi,qui sanctificati sunt in vtero baptizandi sunt triplici rõne.prima,quia licet tales sanctificati in vtero grãm consequantur emundantem à peccato originali non t̃n ex hoc consequuntur characterem,quo Christo configurantur,& connumerantur in populo Dei,& deputanť ad percipiẽda diuina sacra. nam tales baptizandi sunt,vt per susceptionem characteris alijs membris Chr̃i conformentur.secundo vt per baptismi susceptionẽ passioni Xpi ẽt corporaliter conformẽtur.tertio pp bonum obediẽtiæ,quia p̃ceptũ de baptismo oĩbus datum est,& ẽt ab oĩbus impleri debet nisi articulus necessitatis sacr̃m excludat.Lege.¶ [Si baptizata est pp exemplum imitationis]hæc est vna de rõnibus,quare Xp̃s fuit baptizatus de q̃bus s.e.d.proprie ꝓbat,ꝙ quilibet est baptizandus,vt possit vitare ęternam damnationem,quia ipse Xp̃s,qui non indigebat,vt cæteris exẽplum baptizãdi daret baptizatus ẽ[caro mortis].i.p̃ctõ vel necessitati morti subiecta.[sicut vero].2.pars.hic remouet quãdam dubitationem,q̃ oriri posset an.s.hæc necessitas baptizandi respiciat eos,qui generati sunt baptizatis.respondẽdo dr̃, ꝙ sic.& inducit rõnem.primo ex circuncisione di.Sicut vero in tempore &c.[sacr̃m].3.pars assignatur rõ quare in parẽtibus baptizari paruuli non poterunt[regenerationis].i.secũdæ natiuitatis,siue g̃nerationis,quæ sp̃ualis est [renasci per aquam baptismi]supra e.d.qui in maternis[ꝓpria peccata].i.originalia[non obstant]quantũ ad pœnam æternã [t̃n illis obsunt,q̃ ab eis generanť]huius literę intellectus patet ex dictis in q̃ne.originale.n.cum in baptizato non remaneat reatu,quia per baptismum est ablatum iam nõ obest ei quãtum ad damnationem.sed quia manet adhuc actu quantum ad fomitem,& carnem,secũdum quam sequitur g̃natio carnalis,hinc est,ꝙ obest ei,qui à baptizato g̃natur,& hoc est ꝙ sequitur[non obsunt].i.parenti baptizato,quia renatus est,illis aũt oberunt, quia innouatus p̃r per grãm baptism i non de nouitate ip̃us,sed relictis vetustatib.originalis culpæ, q̃ remanent adhuc in carne ipsa sicut est fomes ipse p̃cti,& hm̃oi reliquię,quę ex ipso sequũtur,sicut ẽ feruor libidinis inordinata voluptas carnis[carnaliter].i.₰m carnem[gignit filios].q.d.pater ₰m carnem non ₰m eam partem qua est innouatus.i.non ₰m sp̃m generat filium,sed potius ₰m carnem adhuc corruptam, & sic patet de baptizato non nascitur baptizatus.vñ ipse Au. li.de baptismo paruulorum,q̃uo præputium remanet in illis, quos circuncisi genuerunt, & q̃uo palea quæ humano opere tanta diligentia separatur remanet t̃n in frumento ꝙ de purgato nascitur tritico,ita p̃cm̃, ꝙ in parentib. mundatur per baptismum manet in his, quos genuerunt

Arch.

4 baptizati[vetustatem]alias vetusta,& tũc litera planior est Arc.no.†hic ꝙ p̃cm̃ originale dr̃ contrahi à parẽtibus per causam,quia ab eis contrahitur corruptio carnis, quæ est causa originalis peccati,sicut.n.syncerum vinum corrum

5 pitur corrupto vase infusum,sic aĩa labem originalis contrahit cum corpori iam corrupto infunditur.†nã caro corrupta aĩam facit peccatricem.Hug.[vetustati propagati] .i.propagatione carnis in vetustate propagati Arch.

5 *Ius idem debet esse vbi est eadem ratio.*



T ostenderet. Sequitur 2.ca.eiusdẽ partis, vbi magister Gra.ex authoritate eiusdem B.Au.in Enchiridion prosequitur sermonem de efficacia,siue effectu baptismi dicẽs,ꝙ in oĩb. siue paruis,siue magnis effectus baptismi est mors,siue extinctio p̃ctorum,siue purgatio,siue remissio eorum & maxime originalis p̃cti,vtrum per baptismum deleať, originale peccatum disputatum est supra e.d.circa ca.per baptismum.Lege.¶[Vt ostenderet mortuos].i. liberatos à peccato[inquit].s. ad Ro.6. [q̃m quicunque].i. cuiuscunque conditionis,siue senex siue paruulus siue seruus siue liber siue vir,siue mulier siue græcus siue Barbarus &c.[baptizati sumus].i.à vitijs purificati[in Christo Iesu]. i. instituto siue forma Christi,quæ est in nomine trinitatis, vel

Exponit literam.

in operatione ipsius,qui vere baptizat interius[baptizati sumus ĩ morte ipsius].i.in similitudine mortis,vt sicut Xp̃s semel mortuus est,& semper viuit, ita & nos semel mortui malo culpæ per baptismum semper viuamus bono virtutis,hoc idem expositum est supra e.d.ꝓprie.vel in morte ipsius dr̃ nos baptizari, quia mors eius causa est huius

1 purificationis,vt habet gl.ad Ro.5.[profecto paruuli]† q̃a vbi est eadem rõ ibi idem ius esse debet.ff.ad leg Iul.& supra 1.q.1.sicut ep̃s & c.ꝙ quidã & supra e.d. ostendiť[moriunť.i.liberanť ab illo p̃ctõ[consepulti.n.illi].i. ad similitudinem illius.s.fidei in baptismo expositum est supra e.d. ꝓprie.[sic vos existimate]. s. mortuos quidem esse peccato[viuẽtes autem Deo].i. virtutibus,& gratia Dei[in Christo Iesu].i.in corpore Christi quod est ecclesia eius.

1 *Culpa actualis mortalis an tollatur per baptismum.*

2 *Baptismus in adultis non requirit contritionem, siue pœnitentiam interiorem.*

3 *Remedium, siue medicina potest morbum respicere dupliciter.*



Aruulo. Sequitur 3.c.eiusdem partis, in quo magister Gra.prosequitur eãdem sñiam circa efficaciã baptismi dicens, quod oẽs,qui baptizantur,nisi sit defectus ex parte ipsorum abluuntur ab omnibus pecca

1 tis.¶Pro pleniori intelligentia huius c.quæritur.†Vtrũm per baptismũ tollatur actualis culpa mortalis,& vr̃ ꝙ non primo sic.baptismus est,quędam sp̃ualis regeneratio,quę cõtra ponitur g̃nationi carnali, sed per generationem carnalem hõ contrahit solum originale peccatum. ergo per baptismum soluitur solum originale peccatum.¶Secũdo sic.pœnitentia est sufficiens causa remissionis peccatorum actualium,sed ante baptismum in adultis requiritur pn̄ia ₰m illud Act.2.pœnitentiã agite,& baptizetur vnusquisq; vr̃m.ergo baptismus nihil operatur circa remissionẽ peccatorũ actualium.¶Tertio sic. diuersorum morborum diuersæ sunt medicinæ,quia sicut Hiero.dr̃. nõ sanat oculũ, quod sanat calcaneum.sed peccatum originale, ꝙ per baptismũ tollitur est aliud g̃ne peccati peccato actuali.ergo non oĩa peccata remittuntur per baptismum.¶In opposi. est text.p̃sentis c.¶ Secundo illud Ezec.36.Effundam super vos aquã mundã,& mundabimini ab oĩbus inquinamentis vestris ¶Respondeo dicendum,quod baptismus tollit culpam non tãtummodo originalem, sed ẽt actualẽ mortalem.hæc conclusio patet primo ex illo ad Ro.6. inducto in præcedenti capitulo.quicunque baptizati sumus in Iesu Christo in morte eius baptizati sumus, & postea concludit,ita & vos existimate mortuos quidem esse peccato viuentes aũt Deo in Christo Iesu domino nostro.ex quo patet,quod per baptismum hõ moritur vetustati peccati,& incipit viuere nouitate gratiæ,cum autem peccatũ mortale pertineat ad pristinã vetustatem.ergo consequẽs est,vt omne peccatum mortale per baptismum tollatur. ¶Secundo sic.iuxta Sact. Thom. in 4. distin.1.in generatione qualibet per introductionem formæ omnis contraria forma expellitur.vnde cum baptismus sit regeneratio in vitam spiritualem omne quod est,vitæ spirituali contrarium,quod.s.cum gratia stare non potest quæ est spiritualis vitæ principium per baptismum tollitur.& ideo baptismus delet,& originalem,& actualem culpam mortalem.¶Ad rationes.Ad primam r̃ndetur.negando consequentiam.& ratio est,quia sicut dicit apostolus ad Ro. 5. peccatum Adæ non tantum potest quãtum donum Christi,quod in baptismo percipitur in iustificationem.vnde, & Aug.dr̃ in li.de baptismo paruulorum,& hr̃.j.e.dist. de generantur,quod de generante carne tantũmodo trahũt originale peccatum regenerante autem sp̃u nõ solum originalium,sed etiam voluntariorum fit remissio p̃ctorum. baptismus ergo non solum ordinatur cõtra originale peccatum,sed ad delendum oẽm culpam,q̃ opponitur nouitati vitæ.¶ Ad secundam r̃n.iuxta S.Tho.in 4.†baptismus in adultis non requirit contritionem siue pn̄iam interiorem,quasi concausam ad destructionem peccati actualis quasi baptismus de se ad hoc non sufficiat, sed solum ad remouendũ fictionẽ,q̃ est contraria dispositio impediẽs effectũ baptism̃i.¶Præterea,vt idẽ sact° doctor dr̃ in 3.parte.q̃n aliquis adultus pœnitens accedit cõsequiť remissionẽ p̃ctorũ ex ꝓposito baptismi,& p̃fectius ex reali susceptione baptismi.¶ Ad tertiam r̃n.vt dr̃ S.Tho.in 4.parte, quod

Quæstio. Primum ar.

Scd̃m arg.

Tertium ar.

Opponit in cõtrarium.

Respondet.

S Thom.

Ad primum argu.

2 Ad scd̃um.

Ad tertium

Bonauent ꝙ illa rõ procedit de medicinis particularibus. baptismus aũt operat virtute passionis Xp̃i, q̃ est vl̃is medicina oĩum pc̃tõrum, & ideo per baptismum oĩa pc̃tã soluũtur, vel dicendum ẽm Bona. ꝙ cum dr̃ diuersorum morborũ diuersæ sunt medicinæ, verum est in corporalib. in quib. est arctatio virtutis. in spũalibus aũt vbi est maior cõicatio bonitatis secus est, sed cũ sacra, q̃ sunt spũales medicinæ distin-

Ale. de Hal. 3 cta sint rñdeĩ aliter sequendo magr̃m Alex. de Ha. in 4. ꝙ remediũ siue medicina põt morbum respicere, dupl̃r, aut vt ad illũ ad quẽ principal̃r, & appropriato modo est ordinata, & ẽm hunc respectũ, & ordinationẽ diuersorũ morborũ diuersæ sunt medicinæ sacr̃ales, aut põt referri ad morbum cõiunctũ illi morbo, ad quẽ est principaliter ordinata, & ẽm hunc respectũ & ordinationem non semper diuersorum morborum diuersæ sunt medicinę, imo si medicina sit perfectę virtutis, non tantum curat morbum ad quem est principaliter ordinata, sed etiam alium sibi coniunctum, & hoc rõne efficaciæ virtutis illius, propter quã non compatitur secum aliquem morbum hmõi, talis autẽ est medicina baptismalis pp ꝙ tollit & originale ad ꝙ est

Exponit literam. principaliter ordinata, & ẽt actuale coniunctũ. Le. ¶ [Paruulo nullus prohibendus] 1 0. q. 3. nec minus, quia quantum ad sacramenta omnes æquales sumus, vt 28. q. 3. §. 1. & c. cum sit tantum originale, quia actualia non habent.

3 *Baptismus Ioannis quare dicatur baptismus pœnitentiæ.*



On regenerabantur. Sequitur quartum c. eiusdem partis, vbi magister Gra. ꝓsequẽs sermonem suum de efficacia baptismi introducit dr̃iam inter baptismum Ioan. & inter baptismum Xp̃i dicendo, ꝙ per baptismũ Io.

Diuisio. nulla pc̃tã dimittebanĩ. sed tñ exterius abluebanĩ, & assuefiebant ad baptismi Xp̃i susceptionẽ in quo pc̃tã dimittuntur. Et diuidit in duas partes. In 1. assignat dr̃iam inter baptismũ Ioã. & baptismũ Xp̃i. In 2. assignat rõnẽ, quare Xp̃s voluerit baptizari baptismo Ioan. 2. ibi, de illo Christus. ¶ Pro pleniori intelligentia huius cap. quæruntur duo.

1 ¶ Primo, vtrum conuenienter appropriatur baptismo B. Ioanni, vt dicatur baptismus Ioannis.

2 ¶ Secundo, vtrum per baptismum Ioannis fieret remissio peccatorum.

1 Ad primum Sic proceditur. †Et vr̃ ꝙ non conuenienter approprieĩ baptisma Ioãni.

Primum ar. Primo sic. nihil sacr̃ale, ꝙ est à Deo attribuitur puro hoĩ, sed baptismus ille, quo Io. baptizabat fuit institutus à deo. vñ Io. 1. dr̃ ipse Ioannes, qui me misit baptizare in aqua, ille mihi dixit &c. ergo talis baptismus non erat approprianĩdus B. Io

Scd̃m ar. ¶ Secundo sic. baptismus ille non dabaĩ in noĩe Io. sed in noĩe venturi. s. Christi. ergo non erat suus baptizãtus. sed per hoc ꝙ Petrus baptizet non dr̃ baptismus Petri. ergo nec ẽt erat dicendus baptismus Ioan.

Tertiũ ar. ¶ Tertio sic. videĩ, ꝙ magis debuit dici baptismus Petri vel Pauli, cũ ipsi baptizassent, quam baptismus Ioannis. quia vt dr̃ Augu. & hr̃ supra e. d. aliud baptizauit Io. & non est baptizatum, baptizauit Iudas, & est baptizatum.

Opponit' & Respondet. ¶ In oppoſi. est tex. p̃ntis c. ¶ Respondeo dicendum, cum S. Th. in 4. d. 4. ꝙ conueniens baptismus datus à Ioãne nomen accepit à B. Ioanne, vt diceretur baptismus Ioannis. Et conuenientia huius cõclusionis accipitur. primo quia ipse fuit institutor aliquo modo illius. s. per ministerium, Deus aũt per authoritatẽ, Petrus vero nullo modo fuit institutor baptismi, quo ipse baptizabat, sed tantummodo dispensator. ¶ Secũdo, quia nihil in illo baptismo efficiebatur, ꝙ Ioannes nõ faceret. in baptismo. n. Ioannis vnum tantum fiebat. s. ablutio interior & exterior. in baptismo autem quo baptizabat Petrus ablutio interior, & exterior. interior quæ est principalis non erat à Petro, vnde quicquid fiebat in baptismo Ioannis ab ipso Ioanne fiebat, non autem sic in baptismo quo baptizabat. quia principale, scilicet interior emundatio à Christo est, & ideo baptismus ille, quo Ioannes baptizabat recte denominari poterat ab ipso Ioanne cum in eo nihil ageretur, ꝙ Ioannes non ageret, non autem baptismus, quo Petrus baptizabat à Petro, sed à Xp̃o denominandus erat. ipse. n. est, qui baptizat. Ioan. 1. ¶ Tertio, quia sibi soli erat datum illius baptismi ministerium.

Augu. vñ Aug. contra donatistas nulli populorum nihil prorsus hoĩm in diuinis scripturis est cõcessum baptizare in aqua pn̄iæ in remissionem pc̃torum, ꝙ Ioanni concessum est.

Ad primum arg. ¶ Ad rõnes. Ad primam rñ. ꝙ assumptum est verum de sacramentali ordinato ad effectũ aliquem interiorem causandum in aĩa, hmõi aũt non fuit baptismus Ioannis.

Ad sc̃dm. ¶ Ad sc̃dam rñ. negando cõsequentiam, quia. n. tota vtilitas baptismi Ioannis erat disponere ad Xp̃m, & nõ ad ipsum Ioãnem. ideo conueniens forma illius baptismi fuit in nomine uenturi, & non in noĩe Ioannis pp hoc nõ sequitur, ꝙ solum fuerit illius baptismi Ioannes, dispensator, & nõ aliquo modo institutor.

Ad tertium ¶ Ad tertiam rñ. ꝙ ex illo dicto Au. magis arguit ꝓpositũ, quã oppositũ. quia vt dictũ est. hæc est vna rõ pp quam baptismus Ioannis dr̃, quia in eo nihil fiebat, nisi ꝙ à Ioanne fieret & propter hoc non erat baptizatus. i. mundatus interius qui ab eo baptizabatur.

2 Ad secundum Sic proceditur. †Et videĩ ꝙ per baptismũ Ioãnis fieret remissio peccatorũ. Primo sic. ex illo Mat. 3. erat Ioannes baptizãs, & p̃dicans baptismum pn̄iæ in remissionem pc̃torum & c.

Primum ar. ergo & c. ¶ Secundo sic. dr̃ Aug. cõtra Donat. ita credã Ioannem baptizasse in aqua in remissionem peccatorum, vt eo baptizatis in se remitterentur pc̃tã.

Sextum ar. ¶ Tertio sic. Baptismus Ioannis ꝓpinquior erat baptismo Xp̃i quam circũcisio, sed per circuncisionẽ remittebatur pc̃tm̃ originale, vt hr̃. s. e. d. ꝙ apud nos. ergo & c

Quintũ ar. ¶ Quarto sic. baptismus Ioannis fuit sacr̃m, cum esset sacræ rei signum. sed non legis naturæ, vt patet. nec veteris, vt dr̃ Aug nulli præcedentium ꝓphetarum datum est baptizare nisi solum Ioanni, ꝙ nõ cõuenit de sacris legis, ergo erit sacr̃m nouæ legis, sed oẽ tale non solum significat, si efficit emundationem aliquam interiorem in aĩa, ergo & c.

Opponit et Respondet. ¶ In oppositum est tex. p̃ntis c. ¶ Rñdeo dicendum, ꝙ baptismus Ioannis non conferebat remissionem peccatorum, sicut nec gr̃am, sicut supra e. d. circa c. ꝓprie. est disputatum. tñ pro ampliori intelligentia aliquid commemorabimus hic. vbi notãdum, ꝙ tota doctrina, & operatio Ioannis fuit p̃paratoria ad Xp̃m sicut ministri, & inferioris artificis est. p̃parare materiã ad formam, quam inducit principalis artifex. gr̃a aũt conferẽda erat hoĩbus per Deum, ẽm illud. Io. 1. gratia, & veritas per Iesum Christum facta est. & ideo baptismus Ioannis gratiam non conferebat, & p ɋ̃ns nec remissionem pc̃tõrum, q̃ non fit nisi mediante gr̃a, sed solum baptismus illius ad gratiam p̃parabat, & hoc tripliciter, vt ponit S. Th. in 3. parte, vno quidem modo p doctrinã Ioan. inducentem hoĩes ad fidem Xp̃i. alio modo assuefaciendo hoĩes ad ritum baptismi. tertio modo per pn̄iam p̃parando homines ad suscipiendum effectum baptismi Xp̃i. Et ex hoc collige, vt dr̃ dominus Bona. ꝙ licet baptismus Ioan. interius non mundaret, non tamen erat inutilis, quia instruebat, & assuefaciebat, & ꝙ amplius est fuit via manifestandi Christum, & præparandi viam baptismo Christi.

Ad primum arg. ¶ Ad rationes in opposi. ad primam respon. est semel supra e. d. circa c. ꝓprie, q̃a authoritas in illa exponenda est, vt referatur ad diuersa baptismata, verum vide ibi. verum, vt dr̃ S. Tho. in 3. parte in illis verbis, vt Beda dr̃, potest intelligi duplex baptismus pn̄iæ, vnus quidem, quem Ioannes baptizando cõferebat qui. s. baptismus dr̃ pn̄iæ, q̃a illud erat quoddam inductiuum ad pn̄iam, & quasi quædam protestatio, qua confitebantur hoĩes pn̄iam se acturos. alius autem est baptismus Christi per quem peccata dimittuntur quem Ioannes dare non poterat, sed prædicabat dicens. ille vos baptizabit in spiritu sancto. ¶ Vel respon. ꝙ p̃dicabat baptismum pn̄iæ. i. inducentem ad pn̄iam, quæ quidẽ pn̄ia inducit hoĩes ad remissionem peccatorum. Et ita sol

3 uitur quæstio qua quæritur. †quare baptismus Ioannis, dicitur baptismus pœnitentiæ. non quidẽ q̃a remissionẽ peccatorum cõferret, sed quia inuitabat, quos baptizabat ad pœnitentiam dicens pœnitentiam agite & c.

Ad sc̃dm ¶ Ad secundam respon. secundum S. Th. ꝙ baptismus Ioan. faciebat spem remissionem peccatorum non conferens gratiam sed ꝓmittẽs eam in hoc, quod præfigurabat baptismum Christi, quo gratia daretur, & ita nõ vult dicere Au. aliud in illa authoritate, nisi quod remissio quæ sperabatur, & p̃figurabatur in baptismo Ioannis, datur in baptismo Christi, & hoc est verum.

Ad tertium S. Thom. ¶ Ad tertiam licet respon. sit supra e. dist. c. ꝓprie. tamen respon. quod non est simile, & rõ est ẽm S. Th. in 3. parte, q̃a circuncisio fuit instituta in remissionẽ pc̃ti originalis, baptismus autẽ Io. non erat institutus ad hoc, sed solũ erat p̃paratori⁹ ad baptismũ, vt dictũ est, sacra-

est,sacra aũt ex vi suæ institutionis suum habent effectũ. Conc.Bonauen.¶ Ad quartam rñ.ꝙ baptismus Ioan. fuit

Ad quartum

sacrm quodammodo medium inter sacra veteris legis, & sacra nouę legis.sicut dispositio ad formam media est quo dammodo inter priuationem,& formam:conueniebat.n. cum sacris veteris legis in hoc,ꝙ erat signum tm̃ cum sacro nouæ legis in materia,& quodammodo in forma, & ita baptismus Ioan. licet nõ esset sacrm veteris legis conuẽ niebat tñ cũ eis in hoc ꝙ significabat tm̃.Lege.¶[Non re

Exponit literam.

generabantur].i.mundabantur interius à pc̃tõ[baptismo Ioan.]quia in eo non dabatur remissio peccatorum[illius] .s.Ioan.[qui dicebat] Io.1.Mat.3.[renasci].i.interius mun dari[parabantur].i.habiles reddebantur & assueti ad suscipiendum verum baptisma[in spiritu sancto] & operatione.vñ Ioann.dicebat Marc.1.ego aũt baptizo vos aqua [ille].s. Christus baptizabit vos spũ sancto [de illo]2.pars spiritu sancto cuius authoritate & opatione Christus[generabat].i.baptizabatur[qui].s.Christus[regenerationem] .i.emundationem peccatorum non cognouit experientia quantum ad se, quia ea non indiguit,nec eam habuit [in aqua ergo humanitas].i.humilitas.vt supra e.dis.per aquã.

1 *Baptismus an tollat omnem culpam voluntariam.*



E generante. Sequitur quintum c. eiusdem partis ĩ quo magister Gra.efficaciam baptismi prosequẽs ex authoritate B.Aug.in eodem li. de baptismo paruulorum ostendit. ꝙ baptismus generaliter oĩa peccata tam originalia,quã actualia delet.Et diuiditur in tres partes.In 1.ostendit,ꝙ dictũ

Diuisio.

est.In 2.obijcit corollariè, ꝙ paruuli,qui sine baptismo decedunt pœnam sustinent in alia vita.In 3.condemnat eos qui oppositũ prædicant,siue asserunt.2.ibi, proinde recte. 3 ibi.fallit autẽ. ¶ Pro intelligentia pleniori huius c.quæ-

Quæstio. 1

ritur.†Vtrum baptismus tollat omnem culpam voluntariã,& quia de mortali visum est parum ante circa c.paruulo.nunc prosequendo qõnem de veniali vr̃, ꝙ baptismus

Primũ ar.

nõ deleat omnem culpam venialem.Et primo sic.gratia simplex secum patitur veniale, similiter,& charitas. vnde charitas nisi fuerit sine me intensa,& gr̃a nisi fuerit in gradu prærogatiuę maxime non tollat venialia, sed nec gr̃a talis nec charitas ita intensa cõferuntur regulariter in baptismo,ergo baptismus,non tollit oẽm culpam volunta-

Scd̃m argu.

riam cuiusmodi est venialis.¶ Secundo sic.ponatur,ꝙ aliquis fictus accedat ad baptismum non contritus super veniali aliquo,sed talis non videtur per baptismum ab illo mundari,cum actu maneat in voluntate illius.ergo &c.

Tertium ar.

¶ Tertio sic.gr̃a baptismalis est gr̃a incipientium,sed status incipientium est magis compatibilis culpæ,quam proficientium,& perfectorum.sed gr̃a in profic ẽtibus,& perfectis compatitur aliquam culpam.s.venialẽ.ergo multo fortius gr̃a baptismalis.¶ Quarto sic.si baptism⁹ delet om

Quartũ ar.

nem culpã,cũ sacra non sint nobis necessaria nisi ad culpã delendã,sequitur,ꝙ sacra cætera superfluunt. ¶ Quinto q̃ritur.Si talis effectus debuit dari alicui sacro quare magis sacro baptismi,quã alteri.¶ In oppo.est tex.pñtis c.itẽ

Opponit in cõtrarium.

dr̃ idem Aug.in Enchiridion.baptizati non tm̃ vni pc̃tõ, sed multis.magis aũt minorib.moriuntur q̃cunque iã propria commiserunt vel cogitatione,vel opere.¶ Rñdeo di

Respondet

cendum iuxta sc̃torum patrum authoritates,& magistrũ sñiarum cõem in sacro baptismi, si plene percipit efficacia eius,& remediũ,ita vt nõ sit impedimentũ ex parte recipientis oĩs culpa delet,& restituit hõ in pristinam innocentiam,quantũ ad aĩam, ꝓbat̃ hæc conclusio. si baptizatus statim post baptismum moreretur euolaret ad celum vt dicunt sc̃ti,& Beda dr̃.ꝙ aperit,cœlũ,sed nullus statim euolat,in quo est aliqua culpa,qa perfectio gloriæ non cõ patit̃ culpã aliquam.iuxta illud Sapien.7.nihil inquinatũ incurrit in illã.ergo baptismus oẽm culpã delet et venialem.Si q̃ratur rõ huius,dicendum est iuxta dñm Alex.de

Ale.de Ha. Bonauent.

Ha.& Bonan.in 4.ꝙ rõ huius fuit diuina liberalitas, quæ tantã huic sacro contulit efficaciam. si aũt quæratur rõ huius põt multiplex assignari,prima põt esse ex parte ei⁹ contra ꝙ est baptismus.baptismus aũt proprie est contra originale,quod inter oĩa pc̃tã peiores in aĩa relinquit sequelas,& cuius corruptio vniuersalis est,& magna,& ideo cõgruum fuit,vt Deus magnæ efficaciæ remedium institueret in contrarium,vt sicut in corruptione illius manifesta tur rigor diuinæ iustitiæ,sic & ĩ remedio manifestaret̃ dulcedo diuinæ mĩæ,vt non solũ morbum.sed oĩa,q̃ sequuntur annexa huius remedij virtute deleantur.& hoc est, ꝙ dr̃ ad Ro.6.nõ sicut delictũ ita,& donũ &c.¶ Scd̃a cõgruitas est rõne eius ad ꝙ est,qa est ad regenerandũ.vñ in hoc sacro transfert̃ hõ à ptãte tenebrarũ in adoptionem filiorũ Dei,& maxime aperit̃ largitas diuinę manus in primo reditu,& aduẽtu,& hoc est ꝙ dr̃ ad Titũ. scd̃o per lauacrũ regenerationis,& renouationis spũs sancti,quẽ effudit in nobis abũde.¶ Tertia cõgruitas est rõne ordinis,qa istud est primũ inter oĩa sacra,& fundamentum ad alia,ideo vt pfectũ statuat̃ fundamentũ placuit diuinæ mĩæ huic sacro pfectam dare efficaciã ad delendũ oẽm culpã vt posteriorũ oblitus,is,qui baptizatus est,& quasi nouus effectus oĩnino ad exteriora se extẽdat.¶ Quarta,& potissima rõ est superogatio Xp̃i in humana redẽptione.Xp̃s.n.satisfaciendo pro hoĩe dãnato multũ supererogauit in satisfaciẽdo. quasi.n.incõparabiliter maius fuit ptium redẽptionis quã delictũ ipsum.vñ Au.in quodã sermone.si equa lãce librẽtur culpa hoĩs peccantis,& ptium redẽptionis, non tm̃ distat infima pars inferni à summo cęli cardine.¶ Ad rõnes. Ad primã rñ.ꝙ licet gr̃a baptismalis inquantũ gr̃a nõ hẽat simplr̃ hanc ꝓgatiuã deledi.s.pc̃tã venialia.habet tñ hoc inquãtũ est gr̃a baptismalis,& hoc rõnib.ptactis.& cũ dr̃, ꝙ pc̃tm̃ veniale non cõtradt̃ gr̃æ dicendũ,vt dr̃ S.Tho.in 4.ꝙ licet nõ cõtrariet̃ gr̃æ simplr̃,cõtrariat̃ tñ gr̃æ baptismali,q̃ debet esse pfecta rõne nouitatis vitæ. ¶ Ad scd̃am rñ.ꝙ in illo casu impediret̃ in parte effectus baptismi ex parte recipientis,cũ fictus accederet,vñ cũ S.Tho.in 4.dr̃ ꝙ põt impediri effectus baptismi ex parte recipiẽtis,si sit indispositus ꝑ fictionem.sed cũ fictio sit pc̃tm̃,sicut pc̃tm̃ mortale est simpliciter pc̃tm̃,ita facit fictũ simpliciter, & totaliter effectũ baptismi impedit quãtum ad remissionẽ culpæ,sed pc̃tm̃ veniale,ꝙ in actu,vel ꝓposito est, facit fictum ₰m,qd,sicut ẽt,₰m qd pc̃tm̃, vt dispositio ad pc̃tm̃, & ideo impedit effectũ baptismi non simpliciter.sed quãtum ad remissionẽ illius venialis. ¶ Ad tertiam rñ. ꝙ gr̃a baptismalis habet duplicẽ comparationẽ.s.ad bonũ,ad ꝙ habilitat,& ad malũ à quo curat,siue pc̃tm̃ ₰m primã cõparationẽ baptismus cõpetit statui incipientium, sed quãtum ad aliã cõparationẽ cum sit pfectum medicamẽtum hẽt vim gr̃æ pfectæ, & hoc ex diuina ordinatione, q̃ in illo sacro vult oĩa pc̃tã delere,& innocentiã pfecte restitue re.¶ Ad quartã rñ.iuxta dñm Bona.in 4.negãdo,ꝙ ex illo sequat̃,ꝙ alia sacra nõ esset necessaria, & hoc duplici rõne.prima est,qa baptismus non est reiterabilis culpa sic.secundo,qa aliquæ sequelæ siue reliqæ remanent, q̃ quãuis nõ sint culpæ inclinãt tñ ad culpã,& ideo opus est alijs remedijs.¶ Ad q̃ntam,cum quærit̃,quare hoc cõcessum est baptismo.rñ.patet ex dictis maxime rõne, quia primũ est & fundamentũ ad alia sacra.dignũ.n.fuit, vt illi tãq̃ fundamento religionis Xp̃ianæ diuina clementia hanc ꝓgatiuam tribueret.Lege.¶ [De gñante].i.de carne pr̃is in ipsa gñatione,siue cõceptione,siue de gñante.i.de gñatiõe carnali solũ contrahit[pc̃tm̃ originale]non actualia. vt supra e.d.q̃ris à me[regñante aũt spũ].i.regñatione spũali [non solum &c.]oĩa.n.peccata in baptismo delent̃ sicut dictum est[proinde]2.pars.an vero pueri in peccato originali decedentes pœna aliqua sensibili veniant puniẽdi post hanc vitam disputatum est supra ea.dist.firmissime.[immitissimam]aliqua litera habet sic,vt colligitur ex glo.& ex Hu. qui exponunt.i. durissimam respectu oĩm pœnarum pręsentium excedentem.sed alia litera habet mitissimam, & ista vr̃ verior,cum ita habet in li.in Enchiridion,& deducit magister in 2.d.33.sub his verbis.mitissima sane pœna eorum erit,qui præter peccatum,ꝙ originaliter cõtraxerunt nullum insup addiderunt. sed si immitissimã hæc litera habeat,exponenda est,vt non sit contraria sñiæ suę in loco suprapositio,hoc modo, vt dicatur, ꝙ vocabatur mitissima in alio loco,quia non erit pęna sensibilis,sed tantũ pœna damni,quæ est carentia diuinæ visionis.hæc dicitur eorum pœna,extra de bapt.& e.ef.ca.3.dr̃ hæc immitissima,quæ sine termino duratura est,vel quia est maxima in hoc, quod maximum damnum infert[fallit] tertia pars [qui eos in damnationem].s.animæ,& corporis prædicat non futuros dicente apostolo ad Ro.5.per vnius delictũ.

Ad primum argu.

Ad scd̃m. S.Thom.

Ad tertium

Ad quartum Bonauent.

Ad quintum

Exponit literam.

2 *Sacramentum baptismi potest dupliciter alicui deesse.*

4 *Peccatum originale quare dicatur fomes.*



Visquis. Sequitur sextum c. eiusdem partis, in quo magister Grat. prosequēs, & necessitatem & efficaciam baptismi ponit ex authoritate B. Aug. ꝙ omnis, qui ex concupiscentia carnis nascitur necessario regenerandus est. i. baptismo si à peccato mundari deberet, & vitam consequi sempiternam. breue est. Pro pleniori intelligentia huius c. quæruntur duo.

1 ¶ Primo, vtrum sine baptismo posset quis, de concupiscentia carnis genitus saluari.

3 ¶ Secundo, vtrum puer, qui in deserto nascitur, possit absque baptismo in fide parentum saluari.

1 Ad primum Sic ꝓceditur. †Et videtur, ꝙ sine baptismo nullus possit saluari. primo ex tex. præsentis c. ¶ Secundo ex illo Io. 3. nisi quis regeneratus fuerit &c. ergo, &c. ¶ Tertio sic. Au. in li. de eccles. dogmatibus dr̄ nullū cathecuminum quāuis in bonis operibus defunctum sine baptismo æternā vitam habere credimus excepto martyrio. ¶ Quarto sic supra e. dist. si baptizata. habitum est sacramentum baptismi esse de necessitate salutis, sed necessarium est sine quo non potest aliqd esse, vt dr̄ 5. Metaphy. ergo vr̄, quod sine baptismo nullus potest saluari. ¶ In oppositum arguitur ex illo Aug. super Leuiticum dicentis inuisibilem sanctificationem quibusdam affuisse, & ꝓfuisse sine visibilibus sacris, visibilē vero sanctificationem, quę fit sacro visibili siue inuisibili possit adesse, sed non prodesse. cum ergo sacr̄m baptismi ad visibilem sanctificationem pertineat, vr̄, ꝙ sine sacramento visibili aliquis possit salutem cōsequi per inuisibilem sanctificationem. ¶ Respondeo dicendum cum S. Tho. in 3. parte, †ꝙ sacrum baptismi potest dupl'r alicui deesse. vno modo, & re, & voto, quod cōtingit in illis qui nec baptizantur, nec baptizari volunt, ꝙ maxime ad contemptum baptismi pertinet, quantum ad illos, qui vsum habent liberi arbitrij. de istis loquendo sit ista conclusio. hi, quibus hoc modo deest baptismus, salutem consequi nō possunt. patet, nec sacramētaliter, nec mentaliter Christo incorporantur per quem solum est salus. alio modo pōt sacr̄m baptismi alicui deesse re, sed non voto propter desiderium baptismi, quod procedit ex fide per dilectionem operante, per quam Deus hoīem sanctificat cuius potentia sacris visibilibus non alligatur. vnde Amb. dr̄ de Valenti. qui cathecuminus mortuus fuit quē regeneraturus eram amisi, veruntn̄ ille grām, quā poposcit nō amisit. ¶ Ad rōnes. Ad primā patet rn̄. ex dictis te. c. p̄ntis dr̄, quod quisquis ex cōcupiscentia carnis genitus est opus habet qđ sp̄ualiter regeneretur, & hoc est verū siue per baptismum actu perceptum, siue in uoto, siue desiderio. ¶ Ad secundam patet responsio. sicut. n. dr̄ 1. Reg. 16. hoīes vident ea, quæ patent, dn̄s aūt intuetur cor. ille autem qui desiderat per baptismum regenerari ex aqua, & sp̄ū sancto corde quidem regeneratus est, licet non corpore, sicut & apostolus dr̄ ad Ro. 2. qđ circuncisio cordis est in sp̄ū non in litera cuius laus nō ex hoībus sed ex deo est. ¶ Ad tertiam dicendum, quod nullus peruenit ad vitam æternā, nisi absolutus ab omni culpa, & reatu pœnæ, quæ quidem vl'is absolutio fit in perceptione baptismi, & martyrio, ꝓp quod dr̄, ꝙ in martyrio oīa sacra baptismi complentur. s. quantum ad plenam liberationem à culpa, & pœna. Si quis ergo cathecuminus sit hn̄s desiderium baptismi, quia aliter in bonis operibus non moreret, quæ non possunt esse sine fide per dilectionem operante, talis decedens non statim peruenit ad vitā æternam, sed patietur pęnam pro peccatis præteritis, ipse tn̄ saluus erit, sic quasi per ignem, vt dr̄ 1. Cor. 3. ¶ Ad quartam rn̄. ꝙ pro tanto dr̄ sacramentum baptismi esse de necessitate salutis, quia non potest esse hoīs salus nisi saltem in voluntate habeatur, quę apud deum reputatur ꝓ facto.

Primum ar. / Scd̄m argu. / Tertium ar. / Quartū ar. / Opponit in cōtrarium. / Respondet S. Thom. / Ad primum argu. / Ad scd̄m. / Ad tertium / Ad quartum

3 Ad secundum Sic procedit. †Et videtur, ꝙ puer ille, qui in deserto nascitur, possit absque baptismo saluari in fide parentum. ¶ Et primo sic, non minoris efficaciæ est fides tempore gratiæ, quam tempore legis. sed saluabantur pueri in fide parentum. vt Gregō. dr̄, & habetur. supra e. d. quod apud. ergo etiam tēpore gratiæ. ¶ Secundo sic. per Xp̄m non est arctata via salutis hoībus cum ipse dicat Io. 10. ego veni, vt vitam habeāt, & abundātius habeant, sed ante aduētum Christi, saluaban tur aliqui in fide parentū, ergo multo magis nūc post Christi aduentum. ¶ In oppositum est text. præsentis c. qui vniuersaliter loquitur dicens quisquis &c. ¶ Secundo illud Io. 3. nisi quis renatus fuerit ex aqua &c. ¶ Rn̄. dicēdū ꝙ puer in deserto, vel alibi sine baptismo aq vel vicē eius habentis moriens saluus nō erit, sed damnabitur. Ista conclusio probatur iuxta S. Tho. in quolibeto 6. sic. ab illa dānatione, quam humanum genus incurrit propter peccatum primi parentis nullus potest liberari nisi per Christū, qui solus ab illa damnatione immunis reperitur, ita. s. vt ei incorporetur sicut capiti membrum, hoc autem tripliciter potest fieri. primo quidem per susceptionem baptismi. secundum illud ad Galat. 3. omnes, qui in Christo baptizati estis &c. secundo per sanguinis effussionem ꝓpter Christum, quia per hoc etiam aliquis passioni conformat Christi, à qua efficaciā sortitur baptismus, vnde dr̄ de martyribus Apocalip. 7. quod lauerunt stolas suas in sanguine agni. tertio modo per fidem, & delectionem, s̄m illud Prouerb. 15. per misericordiam, & fidem purgantur peccata, & Act. 15. dicitur fide purificans corda eorum. & per fidē habitat charitas in cordibus nostris, vt habetur Eph. 3. vnde & baptismus dicitur fidei sacramentum, & s̄m hoc, dr̄ esse triplex baptismus. s. aquæ sp̄ūs, & sanguinis, qa alia duo supplent vicem baptismi aquæ si tamen assit propositum suscipiendi talem baptismum, ita. s. quod articulus necessitatis non autem contemptus religionis sacramētum excludat, manifestum est autem, quod in pueris nondum habentibus vsum rationis non potest esse motus fidei, & dilectionis aut propositum suscipiendi baptisma. ergo nō possunt saluari nisi per baptismum aquæ, vel per baptismum sanguinis, si propter Christum occidantur ex quo non solum christiani. sed etiam martyres fierent. vt Aug. dr̄ de Innocentibus, & sic patet, quod puer ille moriens in deserto sine baptismo salutem non consequitur. ¶ Ad rōnes. Ad primam dicendum, quod s̄m quosdam tempore legis naturæ non sufficiebat ad salutem paruulorum solus motus fidei per aliquod sensibile signum, & secūdum hoc nihil differebat id, quod tunc requirebat ab eo, quod nūc requirit ad salutem, nisi quod nunc istud signum sensibile est determinatum. tunc autem erat indeterminatum, & pro uoto adhibebatur. Aliorū, opinio est ꝙ solus interior motus fidei relatus ad salutem pueri sufficiebat ad salutē pueri. nec tamen nūc diminuta est fidei virtus. sed augmētatur, gradus salutis. quia nunc, qui saluantur, per Christū statim introducunt in regnū cęlorū ꝙ tūc non erat. vn̄ nō est inconueniens si ad hoc aliquid amplius requiratur. s. baptismus, vt dicitur Ioan. 3. nisi quis &c. ¶ Ad secundam dicendum, quod per Christum est ampliata ex hoc ipso hoībus via salutis, & per eum aperta est eis ianua vitæ æternæ quæ ante clausa erat per peccatum primi parentis, de hoc vide infra e. d. circa c. nulla. præter baptismum. Lege. ¶ [Ex concupiscentia carnis]. i. lege concupiscentiæ ex concubitu maris, & fęminæ, quæ in carne peccati non est sine concupiscentia carnis 27. q. 2. omne itaque [& lege peccati, &
4 mortis] not. † quod peccatum originale dr̄ fomes inquantum est fomentum libidinis. concupiscentia inquantum est affectio quædam malæ voluntatis. vt dr̄ Aug. in epistola ad Valerium lex peccati inquantum ligat ad illicitum, lex mortis est [à damnatione]. i. pœna æterna originali peccato debita, [sicut. n. per primum hominem &c.


Primum ar. / Secundū ar. / Opponit in cōtrarium. / Respondet S. Thom. / Ad primum argu. / Secūda opi. / Ad scd̄um. / Exponit literam.

Paruuli. Sequit̄ 7. c. huius partis in quo Gra. prosequens efficaciam baptismi et erga paruulos introducit solutionē qōnis, qua q̄ritur vtrū paruuli sint inter fideles, aut credētes numerandi. Et rō dubitationis est. quia sacramentum baptismi est sacramentum fidei, vn̄ non videt̄ tribuēdum nisi credētibus. & rn̄det quod sic. diuidit̄ hoc c. in duas partes. In 1. facit quod dictū est, In 2. ostendit, quod paruulus ad annos discretionis veniens, si per seipsum credere, aut ab illicitis abstinere noluerit, baptismus non prodest sibi ad vitæ æternæ consecutionem, de ista q̄stione disputatū est s. e. d. circa c. paruuli. vbi vide. Leg. ¶ [Fideles,] sed vr̄ hoc cōtradicere ei, quod dictū est s. e. d. in c. nihil. & c. seq. vbi dr̄ Au. ꝙ nō fides. sed sacr̄m fidei facit paruulos fideles siue credentes, dicendū, quod non contradicit. quia Augu. in c. nihil. alias duas assignat rationes, ꝓpter quas paruuli, & si non habeāt fidem s̄m actum, dici possunt nihilominus fideles, siue credentes. vna est, quia fidei sacramentum suscipiunt. s. baptismum sicut dicitur quis familiaris talis domini, qui eius librata induitur. secunda ratio propter responsionem

Diuisio. / Exponit literam. / Opponit & Respondet.

sponsionem offerentium eum, qui in persona eius dicunt se credere, & diaboli pompis abrenuntiare, de qua vltima fit mentio, in hoc c. Quod autem hic videtur innuere. Hu. in gl. ꝙ pueris in baptismo fides nõ infunditur falsum est, & reprobauimus in c. nihil aliud.[paruulus autem] secunda pars[nihil ei prodest]ad vitam æternam consequendã de pœnitentia di.3. si quis autem charitatem.

1 *Pœnitendum an sit de peccato originali.*



Mater ecclesia. Sequitur octauum capit. eiusdem partis, in quo magister Grat. inducit Beatum August. lib. de meritis, & remissionem peccatorum ad pleniorem declarationem præcedentis c. Et diuiditur in duas partes. In 1. ostendit, qualiter paruuli dicuntur credentes per actum ecclesiæ. i. ex responsione, quæ fit per offerentes eos. secundo ostendit, quod eadem ratione possunt etiam dici pœnitentes. 2. ibi, si autem. ¶ Pro pleniori intelligentia huius c. quo ad secundam partem quæritur, † Vtrum de peccato originali sit pœnitendum, & arguitur, ꝙ sic, primo videtur ex tex. præsentis c. ¶ Secundo sic. dicit August. de correctione, & gratia. corripiatur origo damnabilis, vt ex dolore correptionis voluntas regenerationis oriatur. ¶ Tertio sic. dr̃ Augu. in eodem, ꝙ habentes originale debẽt sibi displicere, sed huiusmodi displicentia non est sine pnĩa. ergo habens originale debet pœnitere. s. pnĩa contritionis, vel attritionis. ¶ Quarto sic. oĩs, qui vult Deo reconciliari necesse habet detestari oẽ, quod separat à Deo, sed originale separat à Deo, ergo &c. ¶ In oppositum arguitur sic. oĩs pnĩa est respectu actus proprij, pœnitet. n. homo de eo, quod facit, nõ de alieno. sed originale peccatum est per actum alienum. ergo de eo non est pœnitendum. ¶ Secũdo sic. Baptismus ordinatur contra originale. sed non sunt duo remedia cõtra idem, ergo pœnitentia, quæ est contra actuale peccatum, non est remedium contra originale. ¶ Respondeo dicendum, cum Alex. de Ha. ꝙ de originali peccato est loqui dupliciter, communiter, & specialiter. communiter, vt est morbus, & sic ad eius deletionem non requiritur actus pœnitẽtiæ ex parte eius in quo est, vt patet in paruulo, cum non possit talem actum habere. Est iterum de eo loqui specialr̃ quantum adultos simplices, qui hmõi morbum se habere nesciunt, & quantum ad hos, non oportet, ꝙ aliquis actus detestabilis interueniat. est iterum loqui, quãtum ad adultos discretiores, q̃ hmõi se habere cognoscunt, & talibus debet displicere, C habent peccatum originale, & vniuersaliter oẽ, ꝙ separat à Deo, imo, vt existimo inquit Ale. necesse est, quod illis displiceat ex quo cõstat illis, ꝙ illo separantur à Deo, de talibus potest intelligi, illud quod dr̃ Au. de correptione, & grã, & inductum est s. in arti. 2. vbi dr̃ corripiatur origo dãnabilis, vt ex dolore &c. nec credo, quod correptio illa sit correptio pœnitentiæ, vt obiectum est, quæ fit per contritionem, confessionem, & satisfactionem. sed potius repreħensionis, qua existens in originali excitatur ad purgationem baptismalem, & loqui videtur Aug. in casu illo, qñ aliquis negligit confugere ad baptismum, vt purgeť ab originali. vult ergo Aug. vt talis reprehẽdat se ex tali negligentia, & excitatus ex hmõi reprehensione accedat ad baptismum. ¶ Ad rõnes. Ad primam rñ. ꝙ loquitur de pnĩa, nõ prout est sacramentum, sed prout dr̃ actum virtutis, & solum prout dr̃ quandam displicẽtiam, siue detestationẽ status seruitutis diaboli, cum voto subijciendi se seruituti Dei, & ita per quandam similitudinẽ, & non proprie paruuli ipsi per pẽsentationem eorum ad baptismum, & renuntiationẽ diaboli, & pomparum eius factam in eorum personis per ipsos offerentes dicuntur pœnitentes. ¶ Ad secundam patet respon. ex dictis. quoniam nec correctio de qua loquitur Aug. est correptio pnĩæ, sed quædam reprehensio, qua excitetur ad baptismum. vnde dolor correctionis non est afflictio pœnitentiæ displicentiæ status proprij, ex hoc, qđ separatus est à Deo. ¶ Ad tertiam dicendum, quod hmõi displicentia est bene sine pnĩa sacramentali, imo ad eius purgationem non requiritur dolor aliquis afflictiuus cũ ex actu nostro originale peccatum non sit. ¶ Ad quartam rñ. ꝙ assumptũ est verum de detestatione displicẽtiæ, sed pp hmõi detestationem non dr̃ aliquis proprie pœnitens nec est intelligendum illud añs esse verum de detestatione pnĩæ, nisi sit tale peccatum introductum propria volũtate. Lege. ¶ [Mater ecclesia] notandum, quod, vt dr̃ S. T. in 3. parte. regeneratio spũalis, quæ fit per baptismũ quodammodo similis est natiuitati carnali quantum ad hoc, quod sicut pueri in maternis vteris constituti non per se ipsos nutrimentum accipiunt, sed ex nutrimento matris sustentãtur, ita ẽt pueri non habentes vsum rõnis quasi in vtero matris ecclesiæ constituti non per seipsos, sed per actum ecclesiæ salutem suscipiunt, & hoc est quod dr̃ Aug. in hoc c. [os maternum]. s. ad respondendum, & confitẽdum fidem catholicam pro eis [ministerijs]. i. sacramẽtis [infideles dicere possunt] quia quodammodo credunt, vñ sequitur [quod]. s. nomẽ fidelis [à credendo est dictum, quamuis hoc. s. credere non ipsi cum vsum rõnis nõdum sint habentes, sed alij pro eis inter sacra rñdent. si autẽ]. 2. pars [pœnitentes] per quandã similitudinẽ eorũ quę faciũt [adulti] discreti ad baptismum venientes. habent. n. quandam detestationem status proprij, & displicẽtiã & abrenũtiantes diabolo, & pompis eius subijciuntur seruituti Xpi. hoc autem offerentes paruulos ad baptismum in persona eorum respondentes, & abrenuntiantes diabolo designare videntur. de responsione autem offerentium paruulos, & de obligatione eorum, supra habitum est c. 1. igitur. an vero baptizandi adulti debeant agere pœnitentiam primo de commissis, & an debeant confiteri, supra habitum est e. d. circa. c. agunt homines.

1 *Charitas an dimittat peccata.*

2 *Dimittere peccata intelligitur dupliciter.*



Ecclesiæ Sequitur nonum capitulum eiusdem partis, in quo magister Grat. prosequẽs sermonem de effectu baptismi ad ostendendum, qui sunt, qui illius effectu participant, inducit dictũ Aug. qui ait. ꝙ ecclesiæ charitas dimittit &c. i. illis dimittitur, qui participes fiunt per charitatem vnitatis ecclesiæ, & illi tenentur peccatorum vinculis alligati, q̃ nõ sunt participes vnitatis ecclesiæ per charitatẽ. breue est. 1 ¶ Pro intelligentia pleniori huius c. quęritur. † vtrũ hoc sit verũ ꝙ charitas dimittat pc̃tã. Et vr̃, quod nõ, quia vel hoc esset authoritatiue, aut ministerio . non primo modo. qa sic soli Deo conuenit, vt. ĵ. prox. c. seq. non scđo mõ. qa illo mõ dimittũt ministri ecclesiæ, quibus dictũ est Io. 20. quorum remiseritis pc̃tã &c. ¶ In oppo. est tex. pñtis. ¶ Rñdeo 2 dicẽdũ, † ꝙ dimittere pc̃tã põt intelligi dupl̃r, videlicet effectiue, & hoc dupl̃r. s. authoritatiue, & hoc modo solus deus dimittit, aut ministerialiter, & sic sacerdotes, quib. claues dimissæ, & commissæ s. e. d. c. quõ. alio mõ intelligitur formaliter, & hoc mõ dr̃, ꝙ charitas dimittit peccata sicut dr̃, quod lux dissoluit tenebras, & nigredo aufert albedinẽ, & gñeraliter vnum contrariũ informando subiectũ aliqđ purgat illud à suo contrario. non. n. compatiuntur se in eodem subiecto contraria, sicut lux, & tenebra. vñ Prou. 10. charitas operit multitudinem peccatorum, siue dispositiue tanquam medium, & vehiculum necessarium, quo qs particeps esse possit dimissionis peccatorum, sicut lumen dr̃ facere videre colores, quia est medium sine quo sensus visus non potest informari, nec immutari à rebus sensibilibus, & sicut vita est medium, quo corporis membra susceptiua sunt refectionis, & alimenti, quod sumitur sic, profecto charitas est medium sine quo nemo particeps esse potest remissionis peccatorum. sicut enim à capite non recipitur influxus nisi in membris vita viuentib. sine vnitate spũs vnitis ipsi capiti. Ita donorum ipsorũ capaces nõ sunt, nisi charitate, q̃ vnita est aĩæ Xpo capiti vniantur, ex hoc patet rñde. ad ar. in contrariũ. ꝓcedit. n. ex sufficiẽti diuisione di, mittere. n. pc̃m non conuenit alicui authoritatiue, & ministerialiter, sed est formaliter & dispositiue, ex quo patet, qđ licet qđ in hoc loco Ar. dr̃. videlicet quod ecclesia dicit facere, qđ eius ministri faciũt, sit verũ, tamen non est ad propositum. Leg. ¶ [Ecclesiæ charitas] merito specialiter hoc caritati attribuiť, quæ format virtutum est, & à qua efficacia operationis aliorum dependet, & in qua ecclesiæ perfectio consistit, secundũ illud Col. 3. super oĩa charitatem habete, quæ est vinculum perfectum [diffunditur] ad Ro. 5. [dimittit]. i. per ipsam dimittuntur illi, q sunt participes eius. de quo 1. q. 1. multæ 11. q. 3. qui sacramento 23. q. 7. non sunt. de pœn. dist. 9. cauendum, & per consequens

Diuisio. | Quæstio 1 | Primum ar. | Scdm arg. | Tertium ar. | Quartũ ar. | Opponit in cõtrarium. | Scda opi. | Respondet. Ale. de Hal. | Ad primum argu. | Ad scdum | Ad tertium | Ad quartum | Exponit literam. | S. Thom. | Quæstio. Primum ar. | Opponit et Respondet. | Exponit literam.

sequens eorum peccata dicitur tenere.i.non dimittere,quia eius participes non sunt, vt 24.q.1.quicunque.

2 *Operari aliquem effectum contingit dupliciter.*
3 *Orationes,quæ dicuntur in collatione sacramentorum,proponuntur Deo.*
5 *Potestas absoluendi a peccato in baptismo est triplex.*



Nemo tollit. Sequitur decimum capitulum eiusdem partis, in quo magister Grati. inducit quasi rationem eius,quod dixerat in præcedenti c. quod ecclesiæ charitas dimittit peccata. hæc autem ratio est, quia solus Christus tollit peccata mundi, & per consequens non influit nisi in membra viua sibi coniuncta,quod non est nisi per charitatem,quę est virtus vnitiua.hoc cap.diuiditur in duas partes.In prima dici,quod solus Christus peccata dimittit.In secunda assignat quantę efficaciæ sit gratia,quam infundit.secūda ibi, tollit.¶ Pro pleniori intelligentia cap.præsentis. quæruntur duo. — Diuisio.

1 ¶ Primum est,vtrum solus Deus operetur ad effectum interiorem sacramentorum videlicet remissionis peccatorum.

4 ¶ Secundo,vtrum Christus secundum quod homo habuerit potestatem dimittendi peccata siue operandi ad interiorem effectum sacramentorum.

1 Ad primum Sic proceditur.†Et videtur, quod non solus Deus,sed etiam minister operetur ad effectum sacramentorum.¶ Et primo sic.Io.20. dr̄ discipulis suis.quorū remiseritis &c.ergo &c.¶ Secūdo sic.Interior effectus est,vt homo purgetur à peccatis,& illuminetur per gratiam,sed ad ministros ecclesiæ pertinet purgare illuminare,& perficere,vt patet per Diony.5.ecclesiast.hierarchiæ.ergo videtur,quod non solus deus,sed etiam ministri ecclesiæ operentur ad sacramenti effectum.¶ Tertio sic.in collatione sacramentorum quędam orationum suffragia proponuntur.sed orationes iustorū sunt magis apud Deum exaudibiles, quam quoruncunq;. secundum illud Io.9.si quis Dei cultor est,& voluntatem eius facit,hūc Deus exaudit,ergo videtur,quod maiorem effectum sacramenti consequetur ille,qui recipit illum à bono ministro,sic ergo minister operatur aliquid ad interiorem effectum,& nō solus Deus.¶ Quarto dignior est homo,quā res inanimata.sed res inanimatæ aliquid operantur ad effectum interiorem.nam vt dr̄ Aug. super Ioānem.& 1.q.1.detrahe.aqua corpus tangit,& cor abluit.ergo homo aliquid operatur ad interiorem effectum sacramenti.¶ Quinto,quidquid est causa causæ est causa causati.sed sacerdos est causa impositionis manuum,quæ est cā quod spūs sanctus datur Act.8.imponebant manus super eos & accipiebant spūm sanctum & supra e.dist. ¶ Sexto maius est expellere principale,quam accessorium. sed hoīb. data est potestas expellēdi dæmones,qui sunt nobis causa malitiæ.vt patet Luc.10.Mar.vlt.ergo hoībus etiam data est ptās expellendi peccata,& gratiam conferendi. & per consequens operandi ad interiorem effectum sacramenti.¶ In opposi.est te.præsentis c.¶ Secundo illud apostoli. deus est,qui iustificat,sed cum interior effectus oīm sacrorum sit iustificatio,vr̄,quod solus Deus operetur ad effectum interiorem sacri.¶ Tertio dr̄ Au. maius est iustificare impium,quam creare cœlum,sed creatio non cōicata creaturæ,sed soli Deo conuenit,ergo,& iustificatio impij solius Dei erit opus.¶ Rn̄deo dicendum cū S.Th.in 3.parte — Primum ar. Secundū ar. Tertium ar. Quartū ar. Quintū ar. Sextum ar. Opponit. Secūda op. Tertia opp. Respondet.

2 †quod operari aliquē effectū contingit dupl̄r.vno modo per modum principalis agentis,alio modo per modū instrumenti.primo igitur modo solus Deus operatur interiorē effectum sacri.tum quia solus Deus illabitur aīæ in qua effectus sacri consistit,non pōt aūt aliquid immediate operari,vbi non est.tū quia grā,quæ est interior sacri effectus est à solo Deo,secundo aūt modo.s.per modū instri.hō pōt operari ad interiorem effectum sacri, inquantum operatr̄ per modum instrumenti,nam eadem rō est ministri,& instrumēti.vtriusque.n.actio exterius adhibetur. sed sortitr̄ effectū interiorē ex virtute principalis agentis,quod est deus. ¶ Ad rōnes.Ad primā patet rn̄.ex dictis,quod solus Deus remittit pctā authoritatiue,hoīes aūt quibus ecclesiæ claues cōmissę sunt remittūt ministerio.¶ Ad scd̄am rn̄.quod purgatio ſm quod attribuit ministris ecclesiæ nō ē à pctō. sed dr̄ diaconi purgare inquantum,vel immundos eijciunt à cętu fideliū,vel eos sacris admonitionibus disponūt ad sacrorum receptionem.sic̄ ēt sacerdotes illuminare dr̄ sacrū populū non quidē grām infundendo.sed sacra grǽ tradendo,vt patet p Diony.ibidem,¶ Ad tertiam rn̄.negādo cōsequentiā,vbi notandæ sunt tres propositiones iuxta S. T. — Ad primum. ergo. Ad scd̄m. Ad tertiam. S Thom.

3 1.†quod orationes,quæ dr̄ in collatione sacrorum proponūtur deo.nō quidem ex parte singularis personæ,sed ex parte totius ecclesiæ,cuius præces sunt apud Deū exaudibiles ſm illud Mat.19.si duo ex vobis consenserint super terrā de oī quodcunque petierint fiet eis à patre meo. secunda, quod nihil prohibet,quin deuotio viri iusti ad hoc aliquid operetur.tertia,quod illud,quod est sacri effectus, non impetratr̄ oratione ecclesiæ,vel ministri,sed merito passionis Christi,cuius virtus operatur in sacris,vn̄ effectus sacri non datur melior per ministrum,aliquid tn̄ annexum impetrari potest recipienti sacramentum per deuotionem ministri, nec tamen minister operatur illud,si impetrat ēt operādo à Deo.¶ Ad quartam rn̄.quod res inanimatæ nō operantur ad sacrorum effectum nisi per modū ministerij.¶ Ad quintam rn̄.vt S.Th.rn̄det in qōnibus de veritate,quod manus impositio nō causat spūs sancti euētū.sed simul cum manus impositione spūs sanctus aduenit.vn̄ non dr̄ in actibus, quod apostoli imponentes manus darent spm̄ sanctum,si tn̄ impositio manuū dicatur aliquo modo cā acceptionis spūs sancti p modum,quo ad sacra sunt cā grǽ.hæc non habebit manus impositio inquātū est ab hoīe.sed ex institutione diuina.¶ Ad sextā rn̄. quod ptās illa data est apostolis ad expellendum dæmones à corporib.quod constat esse minus, quam expellere pctm̄ ab aīa.nec iterū datū est eis, vt propria virtute dæmones expellerent,sed p inuocationē nominis Xpi impetrando p orationē.& hoc patet ex eo,quod dr̄ Mar.vlt.in nomine meo dæmonia eijcient.de ista qōne ēt tactum est supra e.dist.c.baptismus talis.vide ibidem. — Ad quartum. Ad quintum. Ad sextum.

4 Ad secundum Sic pceditur.†Et vr̄,quod Xps ſm quod hō habuerit ptātē dimittēdi pctā.¶ Primo sic.Mat.9.dr̄,vt aūt sciatis, qa filius hoīs habet ptātē dimittēdi pctā dr̄ Paralytic. surge & ambula.sed nō optebat signū ōndere ad pbādū,quod deus hr̄et ptātē dimittēdi pctā.qa hoc Iudęi cōfitebant̄.ergo ēt ſm quod hō habuit ptātē. ¶ Scd̄o sic. Xps ſm quod hō est redēptor.sed non pōt aliqs liberari à seruitute pctī nisi sibi pctm̄ dimissum sit.ergo Xps ſm quod hō habuit ptātē dimittēdi pctā. ¶ Tertio sup illud Io.5. sicut pater suscitat mortuos.dr̄ Au.iudicat,& suscitat corpora nō pater.sed filius ſm humanitatis dispēsationē,qua minor est patre, sed suscitatio corporū attestat̄ suscitationi aīarū.quæ fit p diuisionē pctī. ergo Xps ſm quod hō potuit dimittere pctm̄.¶ Quarto sic.maius est imperiū eius,quā inuocatio eius noīs,sed ad inuocationē nominis Xpi dabat̄ baptismus,& remissio pctōrū in primitiua ecclesia.ergo & ipse Xps suo imperio poterat pctā dimittere.¶ Quin.sic.Xps amplioris gloriæ habitus est,qa nō sicut seruus,vel minister,sicut Moyses est in domo Dei.sed sicut Deus & hæres,vt dr̄ He.3. sed si nō hr̄t ptātē dimittēdi pctm̄ inquātū hō nō eēt de⁹sed solū sicut mīster,sicut & alij,ergo habet ptātē dimittēdi pctā.¶ In op.eē vr̄ te.pn̄tis c.bn̄ intellectus.¶ Scd̄o nulli dimittit̄ pctm̄,nisi p spm̄ sanctū.sed Xps ſm quod hō,non cōuenit dare spūm sctm̄. ergo, ſm quod hō,non pt dimittere pctā.¶ Rn̄.dd̄m,quod Xps,ſm quod hō non habuit ptātē authoritatis dimittēdi pctā, quæ cōclusio probat̄ sic.illud,quod est solius Dei nō conuenit Xpo, ſm quod hō,sed dimittere pctā authoritatiue est solius dei, ſm illud Esa.52.ego sum,qui deleo iniquitates,& pctā pp me. ergo dimittere pctā hoc modo non cōueniebat Xpo, ſm quod hō.p qua cōclusione plenius intelligēda,est notādū cū S. — Primū ar. Scd̄m argut. Tertium ar. Quartū ar. Quintū ar. Opponit in cōtrarium. Secūda opi. Respondet.

5 Tho.in 4.d.5.†quod triplex est ptās absoluēdi à pctō in baptismo.vna ptās authoritatis.& hęc solius dei est,qa ppria virtute pctā dimittit,quasi principalis cā remissionis pctī,vn̄ tali ptāte Xps remittere non poterat,ſm quod hō.alia est potestas ministerij,quæ his cōpetit,qui sacra dispensant,in quibus diuina virtus secretius operat̄ salutē.tertia est media inter has duas,quæ dr̄ ptās excellentiæ,& hanc Xps prę alijs habuit.attendit̄ aūt hæc excellentia quantū ad tria.primo quantū ad hoc,quod ex merito passionis eius baptismus efficaciā habet,nō aūt ex merito alicuius alterius baptizātis. vn̄ nō est melior baptismus à meliore baptizante datus. scd̄o quantū ad hoc,quod Christus sine sacro sacrorū effectū conferre

conferre poterat, quasi dominus, & institutor sacramentorum, quod de alijs non est verum. tertio quantum ad hoc, ꝙ ad inuocationem nominis eius dabatur remissio peccatorum in baptismo in primitiua ecclesia, sed quia rationes videntur procedere de prima potestate, ideo concedendæ sunt vltimæ, & respondendum est ad primas duas. ¶ Ad primam dicendum, ꝙ filius hominis habebat potestatem authoritatis dimittendi peccata, non secūdum ꝙ homo, sed secundum ꝙ Deus, & ideo per miraculum ostensum hoc probabat, ꝙ ille hō esset Deus, cui natura obediebat, quasi proprio creatori. ¶ Ad secundam respondet, ꝙ redēptor dr̄ vno modo ꝓpter vsum potestatis authoritatiuæ ī absoluendo à peccato, & sic Christus secundum ꝙ Deus redemptor est, alio modo propter effectum humilitatis, & sic cōpetit ei, secundum, ꝙ homo inquantum per humilitatem passionis nobis remissionem meruit peccatorum, & hoc pertinet ad potestatem excellentię, vt dictum est. ¶ Ad tertiam respond. ꝙ potestas, quam Christus secundum ꝙ homo, habuit suscitandi corpora, non est tantum ministerij, sicut & Petrus mortuos suscitauit, neque est iterum potestas, authoritatis, quia hęc solius dei est, sed est potestas cuiusdam excellentiæ, quæ ei competit ex vnione ad Deum, vt. s. imperio nō præce mortuos suscitaret, & taliter habuit potestatem excellentiæ in remittendo peccata. ¶ Ad quartam dicendum, quod hoc, quod ad inuocationem nominis eius conferebatur remissio peccatorum in baptismo pertinet ad potestatem excellētiæ. ¶ Ad quintam dicēdum, ꝙ non habuit tantum ministerij potestatem, sed altiorem, vt dictum est. Lege. ¶ [Nemo nisi solus Christus] alius homo excluditur, non pater, non spiritus sanctus [Christus.] .i. secundum quod Deus, solus. n. Deus dimittit peccata authoritate, vt dictum est. 1. q. 1. euidenter 11. q. 3. illud [. tollit autem] 2. pars vbi not. ordinem primo quidem peccata dimittit. secundo gratiam infundit adiutricem, ne iterum committantur. tertio per eandem gratiam præstat auxilium adimplendi meritorie diuina mandata ad consecutionem vitæ æternæ, vt. ĩ. ead. dist. placuit. [vbi fieri omnino non possunt] quia peccata ibi committi non possunt. sancti. n. cum confirmati sint in bono amplius declinare non possunt.

Ad primum arg. — Ad scd̄m. — Ad tertium — ad quartum — Ad quintū. Exponit literam.



Vlla. Sequitur 11. capitul. eiusdem partis, in quo magister Gratianus. ostendit ex authoritate Aug. ꝙ nulla salus promittitur infantibus, nisi per baptismū. Breue est. ¶ Pro pleniori intelligentia huius c. quæruntur sex.

1 ¶ Primo, vtrum hoc sit verum, ꝙ nulla salus præter baptisma. i. sine baptismate promittatur infantibus.

2 ¶ Secundo, vtrum paruulus delatus ad ecclesiam interim moriens saluetur.

3 ¶ Tertio, vtrum puer non baptizatus prope puteum inuētus morti propinquus debeat in puteū proiici, si aliter non possit baptizari.

4 ¶ Quarto, vtrum aliquis simulans se baptizare duos, & tamen non intendit nisi alterum baptizare, & ille non baptizatus postquam est adultus credit se baptizatum, vtrum ille saluabitur.

5 ¶ Quinto, vtrum paruulus ille æqualem pœnam sustineat cum paruulo saraceni decedenti cum solo originali.

6 ¶ Sexto, vtrum debeat sepeliri in cemiterio paruulus ita in via ad baptismum mortuus.

1 Ad primum sic ꝓceditur. † Et videtur, ꝙ non sit verum, ꝙ infantibus nulla salus præter baptisma &c. ¶ Et primo ex hoc sequitur, ꝙ nullus posset in vtero sanctificari, quod falsum est, cum dicatur Hiere. 1. antequam exires de vulua sanctificaui te. & Luc. 1. dr̄ de Ioanne, & spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ. consequentia tamen nota est. ¶ Secundo sic. nō est dubium quin infantes ante susceptionem baptismi pro Christo mortui saluentur, ergo falsum est quod, hic dr̄. ¶ Tertio in statu legis naturæ salus infantibus promittebatur, & donabatur per solam fidem parentum, sine aliquo sacramento exteriori, vt videtur, & colligitur ex B. Greg. & habetur. s̄. e. d. in c. quod apud nos, & c. illud, ergo in tempore gratię videtur, quod paruuli possint absque aliquo sacramento sensibili saluari, & per cōsequens sine baptismo, consequentia videtur nota, quia alias videretur, ꝙ fides tunc fuisset maioris efficaciæ, quam modo tempore gratiæ. ¶ In oppositum est tex. præsentis c. ¶ Respondeo dicēdum, ꝙ de communi lege ita est, ꝙ nulla infantibus salus promittatur nisi mediante baptismate, quæ conclusio declaratur sic, sicut culpa primi hominis causa fuit vniuersalis damnationis humani generis, ita passio, & virtus Christi, seu meritum passionis Christi est vniuersalis causa nostrę salutis. sicut. n. in Adam omnes morimur ita in Christo omnes viuificabuntur, vt inquit apostolus ad Roma. 5. culpa autem primi parentis non causat damnationem alicuius nisi transeat ad ipsum, ita meritum mortis Christi neminem saluat nisi perueniat ad ipsum, sicut autē culpa primi parētis ad neminem transit nisi per viam generationis carnalis, ita meritum passionis neminem attingit nisi per viam originis spiritualis. Spiritualis autem generatio est per baptismum, ergo sequitur, ꝙ de lege communi infans per concupiscentiam carnis genitus salutis remedium nō consequitur nisi per baptismum suscipiat, vnde ideo sacramentum dicitur necessitatis, de ista materia plene dictum est. s̄. e. dist. circa c. quisquis. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur negando consequentiam, quoniam hoc, quod hic dicitur secundum legem communem accipiendum, nō negatur aūt quin Deus ex gratia spūali possit aliter prouidere, planum quidem est, quod sicut non alligauit virtutem suam rebus naturalibus, vt non possit præter eas operari cum voluerit, quod in miraculosis actibus facit, ita nō alligauit virtutem sacramentis, vt non possit sine sacramētorum ministris aliquem sanctificare, & ideo aliquos præter legem communem quasi miraculose in maternis vteris sanctificare legitur, illos præcipue, qui immediatius ordinabantur ad eius sanctissimam cōceptionem, & ideo mater sanctificata creditur, & Ioannes Baptista, qui ei in vtero existenti testimonium dedit, & Hierem. qui eius conceptionem vaticinio prædixit. nouū inquit faciet dominus super terram &c. ¶ Ad secundam patet responsio ex dictis, quia infantes in illo casu habuerunt baptismum sanguinis qui supplebat baptismum fluminis. ¶ Ad tertiam respōd. negando consequentiam, & ad probationem respondet secundum S. Thom. & dominum Bonauentu. ꝙ fidei efficacia non est diminuta cum omnia sacramenta ex fide efficaciam habeant, sed est ei aliquid adiunctum, quod necesse est obseruari, sicut non est minoris efficaciæ lex moris siue obseruantia præceptorum in religioso, quam in seculari, quia præcepta moralia faciunt, & sufficiunt ad salutē seculari, & non religioso, non quo requiruntur consilia ad quæ ex voto se obligant.

Primum ar. — Scd̄m ar. — Tertium ar. — Opponit & Respondet. — Ad primum arg. — Ad scd̄um. — Ad tertium S. Thomas. Bonauent.

2 Ad secundum sic proceditur. † Et videtur, quod paruulus delatus ad ecclesiā interim moriens saluatur. Et arguitur sic. Mat. 9. dicitur de deferentibus curandum paraliticum ad Iesum videns fidem illorum, misertus est eis, & curauit eum non tam in corpore, quam in anima, vnde gl. sic ait, quantum uidelicet apud Deum fides propria apud quem ualuit aliena, ut intus & extra sanaret hominem, si ergo adulto potuit ualere fides aliorum ad emundationē peccati actualis multo fortius paruulo ad emundationem originali. ¶ In oppositum est tex. præsentis. c. ¶ Itē illud Io. 3. nisi quis renatus fuerit &c. ¶ Respondet dicendum iuxta Henr. de Gandauo in 1. quolibeto suo non præiudicando diuinæ potestati, & ordinationi quo potest saluare quemlibet qualitercunque vult talem paruulum, & quemcunque aliud ꝙ sicut in lege naturæ non saluabatur paruulus nisi in fide parentum, & in lege Moysi ab octauo die per circuncisionē, sic in lege euangelij secūdum communem cursum gratiæ nullus saluatur nisi per baptismum, & hoc ex uirtute edicti legis diuinæ. ¶ Ad rationem in oppositum respond. idem doctor, quod secūdum communem cursum gratiæ. prima gratia potest homini mereri per alios, ut per illam excitetur in libero arbitrio ad pręparandum se ad suscipiēdam motu proprię uoluntatis secūdam gratiam, & sic etiam fides aliorum potuit illi adulto subuenire, sed non sine motu propriæ volūtatis interueniente, quia ergo paruulus nullum motū propriæ uoluntatis potuit adhibere, & si primam gratiam accepisset merito fidei aliorū, ideo mediante illa non potuit secundum communem legem susceptionis, secundam legem recepisse ad emundationem peccati originalis, & sic non est simile de isto curato, & de isto paruulo, si autem omnino fides aliorū illū curauit, hoc fuit gratiæ specialis, & talem potuit isti paruulo concedere & eum saluare, & de hoc

Primúm ar. — Opponit in cōtrarium. Respondet. — Ad arg.

de hoc nihil habemus iudicare. vel dicendum vt dicit Nic. de ly. super Mett. exponendo prædictam authoritatem, ꝙ illorum non tantum refertur ad offerentes, sed etiam ad oblatum paralyticum, quod patet ex hoc quod sequitur & ait paralytico, confide fili remittuntur tibi peccata tua, licet. n. sanitas corporalis vel aliquid huiusmodi detur alicui propter aliquam alienam fidem, remissio tamen peccatorum non datur alicui sine fide propria, & ideo non videntur bene dicere qui dicunt, ꝙ ly illorum refertur tantum ad offerentes ita ꝙ propter fidem offerentium tãtum sit sanatus, hæc Nico. verum si quis vellet sustinere, ꝙ ly illorum referretur ad offerentes, vt videtur dicere gl. tunc dicendum esset, ꝙ sicut dicit S. Tho. in 1. 2. quòd fides illorum valuit illi ad salutem merito congrui non tamen merito condigni.

3 Ad tertium sic proceditur. † E videtur, ꝙ in casu illo quo puer non baptizatus prope puteum inuentus morti propinquus debeat in puteum proijci si aliter non possit baptizari. Et arguitur ex præsenti c. quoniam si nulla salus infantibus promittatur sine baptismo non proijciendo infantem illum in puteum negaretur ei beneficium salutis, quod esset inconueniens. ¶ In oppositum arguitur ex illo apostoli ad Rom. 3. non sunt facienda mala, vt eueniant bona, sed proijciens puerum in puteum exponit se periculo homicidij, sed hoc non est faciẽdum. ergo & c. Respondeo, circa hanc quæstionem iuxta cuiusdam doctoris sententiam est ista conclusio, ꝙ nullo modo est faciendum illud, quæ conclusio ex duobus ostenditur. primo sic ordine charitatis salus propria præponenda est alienæ, ergo nullus debet se committere proprio periculo homicidij vel peccati mortalis pro salute cuiuscunque alterius mortalis, secundo quia ex tali proiectione pueri in puteum, puer ipse non consequeretur salutem animæ, cũ non videretur ex hoc baptizatus esse. tum quia dicit Aug. accedente verbo ad elementum fit sacramentum. in isto autem casu non accedit verbum ad elemẽtum, cum prius uerba proferat, quam puer sit in aqua, uel aqua tangatur, tum quia materia sacramenti debet esse in potestate ministri quantum pertinet ad sacramentum quod non est hic, tum quia in tali actu probabiliter interuenit ratio mentiẽdi, quia si puer in tali actu moritur, ut est uero simile talis non diceretur aspersus, nec immersus aqua, sed potius submersus uel suffocatus, & ita non baptizatus. ¶ Ad rationẽ in contrarium respondet, ꝙ nulli negandum est salutis remedium, vbi sine damno proprię salutis potest fieri, quod non potest hic, quare & c.

*Primum ar.* *Opponit in cõtrarium.* *Respondet.* *Ad arg.*

4 Ad quartum sic proceditur. † Et uidetur, ꝙ adultus ille non baptizatus non saluetur, patet ex c. quisquis. s. e. dist. & etiam ex. c. firmissime tene, & etiam ex c. præsenti nulla salus. secundo patet ex illo Io. 3. nisi quis & c. ¶ In oppositum arguitur & c. quia non videtur minoris conditionis iste, quam cathecuminus, qui moritur ante baptismum, constat autem, ꝙ talis saluatur, sicut Beatus Ambr. dicit de Valentiano, qui cathecuminus mortuus est, sicut in capitu. quisquis dictum est. ¶ Respondeo dicendum, quod talis saluabitur. Pro quo notandum, quod post promulgationem euangelij baptismus est de necessitate salutis, sed differenter, quia paruulis vsu rationis carentibus de lege communi est necessarium ad salutem, ꝙ sit actu susceptus, vt patet ex text. præsentis c. adultis vero in necessitatis casu sufficit ad salutem, ꝙ sit in voto siue effectu, sicut dictum est tam circa c. baptismi vicẽ, quam circa c. quisquis e. di. nunc autem adultus, qui credit se esse baptizatum videtur esse similis illi in hoc, ꝙ ore, & corde Christum cõfitetur, & baptismum habet in effectu, impeditur tamen ignorantia inuincibili, quæ excusat à toto, sed de illo adulto, qui baptismum desiderat, sed impeditur, tantum ecclesia, ꝙ baptismo flaminis baptizatus est, ergo idem videtur tenendum de hoc, quia vbi est eadem rõ ibi est idem ius. dicendum ergo est, ꝙ talis adultus, qui credit se baptizatum, licet non sit cum baptismum habeat in voto, quia sciret se nõ esse baptizatum se baptizari faceret, quòd rem sacramenti habuit quamuis non suscepit, & ita talis saluabitur, non aliud impediuerit. ¶ Ad rationes in oppositum patet responsio, vna, quia iste talis effectum baptismum habuit, quamuis sacramentum non suscepit, & hoc in tali casu adulto sufficit ad salutem, quando non religionis contemptus, sed necessitatis aut inuincibilis ignorantiæ articulus sacramentum excludit.

*Respondet.* *Opponit in cõtrarium.* *Respondet.*

5 Ad quintum sic proceditur. † Et respondetur sm̃ magistrum de Gandauo, vbi. s. qđ in paruulis omnibus originale peccatũ æquale est, & ęqualis pœna ei debetur in omnibus pœna damni. s. vt carentia diuinæ visionis, quæ est pura priuatio in qua non cadunt maius, & minus, nulla autem sensus in qua maius, & minus locum habere possunt, & ideo cũ iam dictum est paruulo decedente sine baptismo in nullo suffragantur secundum communem legem merita, aut fides parẽtum æqualis erit damnatio, & pœna paruuli fidelis decedentis sine baptismo, & saraceni. *Respondet*

6 Ad sextum † sic breuiter respondet, secundũ eundem doctorem, vbi supra quòd cemiterium non est nisi ad reuerenter custodiendum corpora filiorum ecclesiæ in terra vsque ad finalem resurrectionẽ quorum animæ requiescunt cum Deo in cœlis, sm̃ quod æstimatur, vnde & excommunicatorum corpora de quibus præsumitur ab ecclesia in foro exteriori, quòd animæ eorum sunt separatę ab ecclesia triumphante in cemiterio nõ sepeliuntur, quare cum ecclesia supponat animam paruuli prædicti damnatam corpus eius in cemiterio sepeliri non debet maxime ea de causa, quòd sacramentum regenerationis nunquam ecclesiæ membrum fuit. Lege. ¶ [Nulla salus animæ præter baptisma]. i. sine baptismate, nisi forte diuino miraculo per gratiã sanctificationis, vel aliquid quod vicem suppleat in eis baptismi, vt infantibus, qui pro Christi nomine interficerentur, sicut dictum est in quæst. vt contigit de innocentibus, vt. s. ea. di. cathecuminum [in tenebris]. i. in carentia diuinę visionis sicut diximus. s. e. d. c. firmissime tene. vel tenebris, quia erunt in loco obscuro, in his duobus dicit dominus Bona. in 2. sententiarum dis. 33. communicant paruuli decedentes in peccato originali cum damnatis in carentia diuinæ visionis & in carentia corporalis lucis, & hoc idem. Alb. Mag. in 2. parte summę, qui exponens illud Matt. 25. ite maledicti in ignem æternum. dicit sic. ibunt. s. paruuli decedentes in originali peccato in ignem æternum, non ratione adustionis, quæ est in igne. s. quòd sentiant adustionem, sed ratione tenebrositatis loci infernalis, & Alexan. respondent ad prædictam authoritatem. in secundo dicit esse in illo igne cõtingit dupliciter, vel ratione ardoris, uel ratione tenebrositatis. primo modo non sunt in igne, sed secundo sic. quia caret visione Dei, & sunt damnati cum cæteris.

*Respondet.* *Exponit literam.* *Bonauent.* *Alb. mag.* *Ale. de Hal.*

1 *Incorporari contingit dupliciter.*



AD hoc. Sequitur 12. c. eiusdem partis, in quo magister Gratian. de baptismi efficacia prosequens assignat ex authoritate Aug. aliquos effectus baptismi quorũ vnus & primus est incorporatio ad Christum. secundus liberatio ab omni reatu pęnæ. tertius est illuminatio. Et diuiditur in duas partes. In prima facit, quod dictum est. In secunda elicit ex superioribus, quod idem est infantes credere, quòd infantes baptizari, & econuerso. s. non credere idem esse, quòd non baptizari. secũda ibi, quis. Pro primæ partis intelligentia occurrunt tria disputanda. *Diuisio.*

1 ¶ Primum est, vtrum incorporari Christo sit effectus baptismi.

3 ¶ Secundum, vtrum liberatio ab omni reatu pœnæ sit effectus baptismi.

4 ¶ Tertium est, vtrum illuminatio sit effectus baptismi.

Ad primum sic proceditur. † Et videtur, quòd incorporari Christo, non sit effectus baptismi. Primo sic. aliquis. n. incorporatur Christo, & membris eius per fidem formatam, secundum illud ad Ephe. 3. habitare Christum per fidem in cordibus vestris. sed aliquis habet fidem formatam etiam ante baptismum, ergo incorporatio non est effectus baptismi. ¶ Secundo sic. incorporatio non est effectus sacramenti eucharistiæ, sed ad eundem effectum non ordinantur diuersa sacramẽta, ergo incorporatio non est effectus baptismi. ¶ In oppositum est tex. præsentis c. & tex. c. nulli. s. e. di. ¶ Respondeo dicendum, quod incorporari Christo est effectus baptismi, quæ conclusio sic ostenditur iuxta S. Tho. in 3. parte, p. baptismum aliquis regeneratur in spiritualem vitam, quę est propria Christi fidelium, sicut apostolus dicit ad Gal. 2. quod

*Primum ar.* *Secund ar.* *Opponit & Respondet*

quòd autem nunc viuo in carne in fide viuo filij Dei, vita autem non est nisi membrorum vnitorum à quo sensum, & motum suscipiunt, ergo necesse est, ꝙ per baptismum aliquis incorporetur Christo quasi membrum ipsius, & per cōsequens baptismi effectus sit ipsa incorporatio Christo.¶ Ad rationes. Ad primam responde: secundum S. Th. in 4.di.4.†ꝙ incorporari contingit dupliciter.s.merito, & numero.merito quidem potest aliquis de ecclesia effici, ꝙ est Christo incorporari etiam ante baptismum actu susceptum, sed non ante baptismi propositum, sed numero nō potest aliquis effici de ecclesia nisi per baptismum, vnde aliquis ante baptismum non admittitur ad perceptionem eucharistiæ, & aliorum sacramētorum ecclesiæ. ratio autem procedit de prima incorporatione, vel dicendum cum S. Tho.in 3. parte ꝙ tales adulti prius credentes in Christū sunt ei incorporati mentaliter, sed postmodum cum baptizantur incorporantur eidem quodammodo corporaliter .s.per visibile sacramentum sine cuius proposito nec mentaliter incorporari potuissent. ¶ Ad secundam respondet, iuxta S. Thom.in 4. ꝙ perceptio eucharistiæ præsupponit incorporationem absolute, quia capitis virtus nō communicatur membro, nisi iam vnito, sed per eucharistiam est perfecta influentia à capite in membra, & quantum ad hāc perfectionem incorporatio est effectus eucharistiæ, vel dicendum cum magistro Alex.de Hal. ꝙ incorporatio effectus ad causam est proprie effectus eucharistiæ. Est autem incorporatio per gratiam gratum facientem, quæ datur in baptismo, & secundum hoc est effectus baptismi.

Ad primum arg.

2

Ad scđum.

3 Ad secundum sic proceditur.†Et videtur ꝙ liberatio ab omni reatu pœnę non sit effectus baptismi.¶ Primo sic.dicit apostolus ad Rom.13. quæ à Deo sunt, ordinata sunt, sed culpa non ordinatur ad pœnā, vt Aug.dicit, ergo per baptismum nō tollitur reatus pœnę præcedentium pctōrū. ¶ Secundo sic. effectus sacri aliquam similitudinem habet cum ipso sacramento, quia sacramenta nouæ legis efficiunt, quod figurant, sed ablutio baptismalis habet quidem aliquam similitudinem cū ablutione maculæ, nullam autem similitudinem habere videtur cum subtractione reatus pœnæ, ergo videtur, quod illum non tollat. ¶ Tertio sic.dicit Augustin. peccatum aut homo punit, aut Deus, si ergo homo in seipso non puniat peccatum, quod commisit à Deo punietur, & ita per baptismum nō tollitur actualis peccati pœna.¶ Quarto sic sublato reatu pœnæ aliquis non remanet dignus pœna, & ita iniustum esset eum puniri, si ergo per baptismum tollatur reatus pœnæ iniustum esset, post baptismum suspendere latronem si ante homicidium commisit, & ita per baptismū tolleretur rigor humanæ disciplinæ, quod est inconueniens, nō ergo per baptismum tollitur reatus pęnæ.¶ Quinto sic.eucharistia est perfectius sacramentum, quam baptismus, quia est speciale repræsentatiuum passionis Christi à qua est efficacia in sacramentis, sed eucharistia non abluit etiam non indigne percipientes ab omni pœna.ergo multominus baptismus.¶ In oppositum est tex.c.præsentis vbi inquit Aug.ad hoc videlicet baptismus, vt reconcilientur Deo & in eo viui salui, & liberati, & redempti sint.¶ Secūdo ad hoc est illud Ambrosij ad Rom.11.super illud, sine pœnitentia sunt dona Dei, & habitum est.s̄.e.dist. in c.sine pœnitentia, vbi inquit, gratia Dei in bapismo non requirit gemitum, vel planctum, vel aliquod opus, sed omnia gratis condonat.¶ Tertio sic.Christus sua simplici morte.s.pęnæ duas mortes in nobis consumpsit, vt dr̄ in gl. Rom.6.s. culpæ, & pęnæ, sed in baptismo configuramur morti Christi vt ibidem dicit apostolus, ergo in baptismo absoluitur à pœna & culpa. ¶ Respondeo dicendum, quod effectus baptismi indigne suscipientibus ipsum est liberatio non solū à culpa, sed etiam ab omni pœna satisfactoria debita in foro Deo, quæ conclusio sic ostenditur iuxta S.Th.tam in 3. part.quam in quarta.per baptismum quis incorporatur, vt dr̄ in præsenti c.passioni & morti Christi, secundum illud ad Rom.6.si mortui sumus cum Christo, credimus, quia et simul viuemus cum Christo. Ex quo patet quòd omni baptizato communicatur passio Christi ad remedium, ac si ipse passus & mortuus esset, passio autem Christi est sufficiens satisfactio pro omnibus peccatis omnium hominū, non solum quo ad culpam, sed etiam quo ad pœnam peccato debitam, & ideo ille, qui baptizatur liberatur à reatu omnis pœnæ sibi debitæ pro peccatis, ac si ipse sufficienter

Primum ar.

Scđm ar.

Tertium ar.

Quintū ar.

Quintū ar.

Opponit in cōtrarium.

Secūda op.

Tertia opp.

Respondet.

satisfecisset pro omnibus peccatis suis. Præterea hoc idem in quarto contra gentiles sic ostendit S.Thom. Cum generatio vnius sit corruptio alterius, & per consequens, quod generatur priorem formam amittit, & omnes proprietates ipsam consequentes, necesse est, ꝙ per baptismum, quæ est spiritualis generatio non solum peccata tollantur, quæ sunt spirituali vitæ contraria, sed etiam omnes peccatorū reatus, quare baptismus non solum à culpa absoluit, sed et ab omni reatu pœnæ absoluit, vnde baptizatis satisfactio non iniungitur pro peccatis, sicut supra dictum est.e. di.sine pœnitentia. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur, vt respondet S.Tho.in 3.parte, quòd pœna passionis Christi communicatur baptizato in quantum sit membrum Christi, ac si ipse pęnam illam sustinuisset, & ita eius peccata manent ordinata per pœnam passionis Christi.¶ Ad secundā dicendum, quòd aqua non solum abluit, sed etiam refrigerat, & sicut ablutio significat ablutionem maculæ, ita refrigerium significat subtractionem reatus pœnæ.¶ Ad tertiā respondetur, quòd cum per baptismum homo incorporatur Christo, efficitur membrum eius, vt dicitur in hoc ca. sequitur, quòd pęna quam Christus sustinuit reputetur baptizato in satisfactionem quia si patitur vnum membrum omnia alia compatiuntur vt dr̄ 1. Cor.11. & ideo Deus in Christo peccata illa punit sicut dr̄. Esa.53. posuit in eo iniquitates omnium nostrum.¶ Ad quartam respondetur, quòd hoc quod hic dicitur intelligendum est de foro Dei, & non quo ad forum contentiosum, quia, vt dicit S. Tho. in tertia parte, in iudicio humano non solum attenditur qua pęna sit homo dignus, quo ad Deum, sed etiam in quo sit obligatus quo ad homines, quos iustum est ædificari. ¶ Ad quintam respondetur negando consequentiā, quin licet eucharistia sit memoriale passionis, non ordinatur tn̄ ad hoc, quod per ipsam homo regeneretur in membrum Christi crucifixi, sed vt iam regeneratus ei adhereat, & in ipso perficiatur, & ideo nō est similis ratio de baptismo, & eucharistia.

Ad primum arg.

Ad scđm

Ad tertium

Ad quartum

Ad quintū.

4 Ad tertium sic ꝓceditur.†Et videtur, ꝙ illuminatio nō sit effectus baptismi.Et primo sic.Illuminatio ad doctrinam pertinet, secundum illud ad Ephe.3.mihi omnium minimo data est gratia hæc illuminare omnes, sed doctrina fidei est per cathecismum, qui ꝑcedit baptismum. ergo non est effectus baptismi.¶ Secūdo sic.illuminatio contra ignorātiam ordinatur, sed secundū quosdam baptismus non ordinatur contra ignorantiam, sed magis ordo, ergo illuminatio nō est effectus baptismi sed magis ordinis.¶ In oppositum est tex.c.præsentis.¶ Respondeo dicendum, quod illuminatio conuenienter ponitur effectus baptismi, vnde Aug.& Dama.& Diony.inter effectus baptismi ponunt illuminationem. Quæ conclusio sic ostenditur. lumē, quo dirigimur in cognitionem alicuius rei. baptismus autem dirigit in visionem spiritualem exteriorem, & interiorem. interiorem quidem inquātum baptismus dr̄ sacramentum fidei, quæ oculum mentis facit idoneum ad visionem diuinorum. Exteriorem vero, quia baptizatis cōceditur inspicere sacram eucharistiam, & non alijs, vt dicit Diony. & ideo merito tam Damasc. quam Diony.& Augus. vim illuminatiuam attribuunt baptismo.¶ Ad rationes. Ad primam respōdetur, quod fides principaliter ē ex infusione, & quantum ad hoc per baptismum datur sed quantum ad determinationem suam est ex auditu, & sic homo ad fidem per cathecismum instruitur. ¶ Ad secundam dicendum, quòd scientia plus dicit, quam illuminatio, importat.n.comprehēsionem eorum, ad quorum visionē illuminatio dirigebat, & ideo scīa ad ꝑfectionē pertinet, vn̄ Diony. doctos perfectos noīat, & doctores ꝑfectores, & sic cōtra ignorantiā ordo datur, vt.s.ordinati sint docti, & doctores aliorum. Lege.¶ [Ad hoc incorporentur].i.eius corpori quod est ecclesia vniantur, vt membra.vt.s̄.e.dist. nulli, &.s̄.dist2..hoc sacramentum. [ Consepeliantur ].i.baptismo similes fiant morti Christi, ad Ro. 6.Cōsepulti.n.sumus cum Christo per baptismum in mortem.gloss.i.in peccatorum ablutionem.s̄.e.dist.proprie, & ad hoc commori & cōsepeliri Christo, vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, ita, & nos in nouitate vitæ ambulemus, vt ibidem inquit apostolus.[reconcilientur] quia erant filij ire, & perditionis.s̄.e.dist. firmissime, [& in eo].i.Christo [viui salui liberati, & redempti, & illuminati fiant.] Congruenter ordinat istos effectus baptizati

Primū ar.

Scđm argu.

Ad primum argu.

Ad secundū

Exponit literam.

zati, vt primus effectus baptismi dicatur incorporatio, quia nisi membrum iungatur capiti, non est influxus à capite. Deinde sequuntur suo ordine alij effectus. Nam sicut à capite naturali deriuantur sensus & motus ad membra, ita à capite spirituali, qui est Christus deriuatur ad membra eius sensus spiritualis, qui consistit in cognitione veritatis, & motus spiritualis, qui est per gratiæ instinctum. vnde Ioan. 1. vidimus eum plenum gratiæ, & veritatis, & de plenitudine eius omnes accepimus, & ideo consequens est, vt baptizati illuminentur à Christo & fœcundentur ab eo fœcunditate bonorum operum per gratiæ infusionem, de quo fœcunditatis effectu dicit gl. super illud psal. super aquã refectionis educauit me. anima peccatorum ariditate sterili fœcundatur per baptismum i[idem] 2. pars. c. dis. supra. baptismi vicem.

2 *Gratia multipliciter diffinitur.*

4 *Lux tria operatur.*



Ratia. Sequitur 13. ca. eiusdem partis, in quo magister Gratianus continuant tractatum suũ de effectu baptismi introducit sermonem de effectibus gratiæ. Et diuiditur hoc capitulũ in duas partes. In prima ipsius gratiæ quam non merito, sed dono Christi haberi dicit ponit aliquos effectus. In secunda ostendit, quòd fides etiam sit donum Dei. secunda ibi, spiritus autem, pro pleniori intelligentia huius capituli reseruata disputatione de effectibus eius habenda. j. e. d. c. plauit. Quæruntur duo.

1 ¶ Primum est, vtrum quis possit mereri gratiam primam.

3 ¶ Secundũ est, vtrũ fides sit hoĩ à Deo vel à libero arbitrio.

1 Ad primum sic proceditur. † Et videtur, quod qs possit sibi mereri gratiam. ¶ Primo sic. dicit August. fides meretur iustificationem, sed iustificatio fit per gratiam primam, ergo quis potest sibi mereri primam gratiã. ¶ Secundo sic, aliquis bene vtendo re temporali quã ab aliquo domino accepit meretur rem prius acceptam, vt equum, aut aliquid huiusmodi, sed vsus gratiæ non est minoris efficaciæ in merendo, quam vsus temporalis rei, ergo aliquis bene vtens gratia, quam accepit ipsam meretur. ¶ Tertio sic. oratio qua quis orat pro se, & de his quæ expediunt ad salutem meretur exaudiri à Deo, vt Aug. dicit, sed aliquis in gratia existens orat, vt si contingat ipsum à gratia decedere, quòd gratia sibi reddatur pro se petit sibi maxime expediens ad salutem, ergo meretur gratiam recuperare. ¶ Quarto sic. actus hominis magis prodest operãti quam alijs, sed homo sanctus alijs meretur primam gratiam, vt videtur dicere August. in lib. de prædestinatione sanctorũ, ergo multo fortius homo poterit mereri sibi bene viuẽdo, vt dignus habeatur dono gratiæ quod accepit. ¶ In oppositum est tex. præsentis cap. cum gloss. Secundo sic. illud quod meritis redditur non gratis datur, sed tanquam debitum, sed quod gratis non datur, non est gratia, ergo gratia meritis non redditur, vnde cum gratuitum, & debitum opponantur repugnat rationi gratiæ, & maxime primæ cadere sub merito. igitur. ¶ Rñd. hic vidẽda sunt duo. primo de diffinitionibus gratiæ quæ dantur à doctoribus. secundo videbitur de quæsito. ¶ Circa primũ

2 notandum, quod vt Albertus dicit 2. parte † gratia multipliciter legitur diffinita apud sanctos, & magistros, dicit. n. Chryso. ꝙ gratia est sanitas mentis, & delectatio cordis. itẽ secundo Isid. dicit gratia est diuinę misericordiæ donum, per quod bonæ voluntatis fit exitus. tertio Aug. in lib. de correptione & gratia, gratia est habitus totius vitæ vniuersaliter ordinatiuus. quarto gloss. super illud psal. 103. ut exhilaret faciem in oleo, dicit gratia est quidam nitor animę reconciliãs sanctum amorem. quinto præpositiuus, & alij antiqui magistri sic diffinierunt, gratia est habitus infusus diuinæ bonitati, & charitati similis gratum faciens habentem, & opus eius gratum reddens. distinctio autem harum diffinitionum sic accipitur secundum dominum Bonauen. in 2. dist. 26. gratia habet comparari ad suum principium, habet comparari ad suum subiectum, habet cõparari ad suum obiectum, seu oppositum, habet comparari ad suum effectum, habet etiam comparari ad suum præmium, & secundum has diuersas comparationes diuersæ reperiuntur eius diffinitiones secundum comparationem ad suum principium est illa Isidor. gratia est diuinæ misericordiæ donum per quod & cætera. per comparationem ad suum subiectum sic est illa quæ datur super illud psalmi. vt exhilaret &c. gratia est quidam nitor &c. per comparationem ad suum oppositum, sic est illa, quæ est in glo. super apostolos, gratia est iustificatio siue remissio peccatorum. Per comparationem ad suum effectũ sic est illa Chrysost. quæ dicit gratia est sanitas &c. per comparationem autem ad suum præmium sic est illa, gratia est similitudo gloriæ, secundum omnes autem comparationes istas assignatur vna diffinitio magistralis quæ talis est, gratia est forma à Deo gratis data sine meritis gratum faciens habentem, & opus eius bonum reddens. Inuenitur autem & alia notificatio gratiæ, qua dr̃, gratia est manifestatio spiritus ad vtilitatem. Quæ sumpta est ex eo quod dr̃ 1. Corint. 12. vnicuique datur manifestatio spiritus &c. Sed hic est notificatio gratiæ gratis datæ, hæc Bonauentura, & hoc de primo. ¶ Circa secundum ponitur ista cõclusio, nullus potest mereri sibi primam gratiam, quæ conclusio iuxta S. Th. in secundo sententiarum sic declaratur. In omni qui meretur exigitur, vt actus eius sit aliquo modo proportionatus ad id, quod meretur. Nullus. n. meretur nisi id, quod secundũ suam conditionem potest eum contingere sicut seruus non meretur à domino, vt in hæreditatem filiorum admittatur, sed vt mercedem suam recipiat, gratia vero omnino conditionem humanæ naturæ excedit, quod patet ex eius effectu, quia ducit in finem, quem nulla creata natura per se attingere potest, propter quod dr̃ 1. Cor. 2. ꝙ oculus nõ vidit. vnde donum gratiæ sub merito nullo modo cadere potest eius, qui in puris naturalibus est, & etiam multo minus eius, qui peccato deprimitur. Sed tamẽ opera bona ante donum gratiæ facta præmio suo sibi proportionato nõ carent. Causant. n. quandam habilitatem ad gratiam, & se cum etiam quandam honestatem, & iocunditatem & pulchritudinem habẽt, in quibus præcipue eorum præmium consistit, & aliqua etiam per accidens causant, vt bonorum temporalium affluentiam aut aliquid huiusmodi, quia frequenter vt Gregor. dicit Deus in hoc mundo remunerat quod præmium futuræ vitæ non meretur, vt sic nullum bonum irremuneratum inueniantur. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur, quod pro tanto fides dicitur mereri iustificationem, quia in iustificatione primo apparet motus fidei, oportet enim ad Deum accedẽtem credere, quia est ad Hebr. vndecimo. ¶ Ad secundam respondetur, quod in iustitia commutatiua cõtingit quandoque ꝙ præmium vel id quod est loco præmij præcedat meritũ vt patet in emptione, & venditione, qui. n. rem emptam prius accipit, quam prætium soluat quodãmodo præmiũ ante meritum accipit, quod etiam magis patet in eo, qui prius accipit prætium laboris sui. quam laborem impendat in obsequium alicuius, in iustitia autem distributiua hoc non potest accidere, eo quod ibi, pręmium redditur secundum gradum, & dignitatem personę, & ideo secundum id quod præcedit meritum, oportet quod præmium attendatur, ex quo quidem constituitur in tali dignitate, vnde cum gratia per modum iustitiæ distributiuę diuersis hominibus à Deo datur, non potest esse quod aliquis ex sequentibus actibus mereatur gratiam prius acceptam. ¶ Ad tertiam respondetur, quod, qui sic orat, non meretur sibi gratiam restitui post amissionem, quia per sequens peccatum oratio præcedens mortificatur sicut & alia bona merita. Nec oratio est efficax ad petendum, quia non instanter orat sed orationem peccando interrumpit. ¶ Ad quartam respondetur negando minorem videlicet, quòd homo existẽs sine gratia possit alteri mereri primã gratiam, homo vero, qui in gratia est bene potest merito congrui, & si non merito condigni alteri mereri primam gratiam, sed non est ad propositum.

3 Ad secundum sic proceditur. † E videtur, quod fides non sit nobis à Deo infusa. ¶ Primo sic. dicit Aug. 9. de trinitate per scientiam gignitur in nobis fides, nutritur, defenditur, & roboratur, sed ea quæ per scientiam nobis gignuntur magis videntur acquisita esse, quam infusa, ergo fides non videtur in nobis esse ex infusione diuina. ¶ Secundo illud ad quod homo pertingit audiẽdo, & videndo vr̃ ab homine esse acquisitum, sed hõ pertingit ad credẽdũ vidẽdo miracula & audiẽdo fidei doctrinam, dr̃. n. Ioan. 4. cognouit pater, quia illa hora erat in qua dicit ei Iesus, filius tuus viuit, & credidit ipse, &

Margin notes (left): Ad primum; Diuisio.; Primum ar.; Scd'm arg.; Tertium ar.; Quartũ ar.; Opponit in cõtrarium.; Respondet.; Albertus:; Chrysosto. Isidor. Augu.; Bonauent:
Margin notes (right): S. Thomas.; Grego.; Ad primum argu.; Ad scd'um.; Ad tertium; Ad quartum; Primum ar.; Scd'm arg.

se,& domus eius tota.Et Rom.10.dr̄,quod fides est ex auditu , ergo fides habetur ab homine tanquam acquisita.

Tertium ar. ¶Tertio sic.quod consistit in hominis voluntate ab homine potest acquiri,sed fides consistit in hominis voluntate, vt August.dicit in lib.de prædestinatione sanctorum,ergo fides potest ab homine esse acquisita.¶In oppositū est tex. præsentis cap.¶Secundo est illud quod apostolus dicit ad Ephesi. 2. gratia saluati estis per fidem, & non ex vobis ne quis glorietur.dicit.n.donum est.¶ Respondeo dicendum iuxta S.Thom.in 2.2.q.6.quod ad fidem duo requiruntur, quorum vnum est,vt homini credibilia proponantur,qđ requiritur ad hoc quòd homo aliquid explicite credat. Aliud autem quod ad fidem requiritur est assensus credentis ad ea,quæ ponuntur,quantum igitur ad primum horū necesse est,quòd fides sit à Deo, ea.n.quæ sunt fidei excedunt rationem humanam,vnde non cadunt in contemplatione hominis,nisi Deo reuelante,sed quibusdam quidem reuelantur immediate à deo,sicut sunt reuelata apostolis, & prophetis,quibusdam reuelantur à Deo mittente fidei prædicatores,secundū illud ad Rom.10.non prædicabunt nisi mittantur.Quantum vero ad secundum.s.ad assensum hominis ab ea, quæ sunt fidei potest considerari duplex causa,vno quidem exterius inducens sicut miraculum visum,vel personam hominis inducentis ad fidem,quorum neutrum est sufficiens causa.videntium.n.vnum idem miraculum , & audientium eandem prædicationem quidam credunt,quidam non credunt, & ideo oportet ponere aliā causam interiorem, quæ mouet hominē interius ad assentiendum his,quæ sunt fidei.Hanc autem causam Pelagiani ponebant solum liberum arbitrium hominis, & propter hoc dicebant,quòd initium fidei est ex nobis.s.ꝙ parati simus ad assentiendum his, quæ sunt fidei , sed confirmatio fidei,est à Deo,sed hoc est falsum,quia cum homo assentiē do his quę sunt fidei eleuetur supra naturam suam oportet quòd hoc insit ei,ex supernaturali principio interius mouente quod est Deus, & ideo fides quantum ad assensum, qui est principalis actus fidei est à Deo interius mouente per gratiam.

Opponit in cōtrarium. Respondet. S. Thom.

Ad primum argu. ¶Ad rationes.Ad primam respondetur,quòd per scientiam gignitur fides, & nutritur per modum exterioris persuasionis,quæ fit aliqua scīa,sed principalis,& ꝓpria causa fidei est id, quod interius mouet ad assentiēdū.

Ad secundū ¶Ad secundam respondetur, quòd etiam ratio illa procedit de causa proponēte exterius ea,quæ sunt fidei,vel persuadente ad credendum,vel verbo vel facto.

Ad tertium ¶Ad tertiam respondetur negando consequentiam.licet.n. credere in credentium voluntate consistat oportet tamē quod voluntas hominis præparetur à Deo per gratiam ad hoc, quòd eleuetur ad ea, quæ sunt supra naturam vt. s. dictum est.

Exponit literam. ¶Lege.[Gratia]notandum ꝙ hoc diuinum auxilium,quo & à peccato liberamur, & potentes efficimur ad merendū vitam ęternam conuenientissime gratia nominatur, vt pulchre deducit S. Tho.3.li. contra gentiles c.151.quia illud quod datur alicui absque meritis præcedentibus gratis dr̄ ei dari, cum autem præfatum diuinum auxilium homini exhibitum omne humanum meritum præueniat, cum sit principium omnis meriti sequitur,quod huiusmodi gratia impendatur,& ex hoc conuenienter nomen gratiæ accipit,vnde apostolus dicit ad Rom.10.si gratia est, iam nō est ex operibus,alioqui gratia non est.secundo quia maxime hoc auxilio speciali quadam prærogatiua redditur homo Deo gratus, vnde dr̄ gratia gratum faciēs,merito ergo gratia nominatur. tertio quia per eam hominis operatio habet efficaciam promerendi illum finem,in quo consistit nostra beatitudo Rom.6.gratia Dei vita æterna.[non solū

S.Thom.

4 ad remissionem]sicut.n.lux habet tria facere , vt dicit dn̄s Bonauentura in secundo. primo.n. purgat ipsum aerem à dispositione sibi contraria , secundo disponit aerem dispositione consimili sibi , & tunc illuminat eum.tertio informat ipsum.sic diuina gratia quæ est lux spiritualis , primo facit remissionem peccatorum expellendo tenebras peccatorum.secundo infundit lumē , & præbet virtutem ad implementionem diuinorum mandatorum. tertio perficiendo roborat , ne sibi peccatum dominetur.[spiritus autem gratiæ].i.dator grę.1.ad Cor.10.[diuisiones gratiarū sunt idē autem spiritus.] secunda pars [dat].i.infundit[ fidem quæ non petita].i.nullo petente,& etiam quandoque nullo prędicāte[conceditur]vt.n.dr̄ Ioan.2. Spiritus vbi vult spirat. [Nam fides &c.]patet ex dictis.

Bonauent.

2 *Corruptio relicta in nobis ex peccato originali,est in carne,& est in anima.*

3 *Corruptio concupiscentiæ est in carne sicut in causa instrumentali.*

4 *Infectio originalis peccati primo ad essentiam animæ pertingit, & consequenter eius virtutes inficit.*

5 *Potentia,quæ maxime dicatur infecta peccato originali.*

9 *Concupiscentia carnis duplex est.*

11 *Concupiscentia dupliciter consideratur.*

12 *Gratia dupliciter augmentatur.*

14 *Concupiscentia dicitur augeri per illicitum consensum.*

16 *Passio Christi habuit duos effectus primos & principales.*

17 *Pœna originalis est duplex.*

18 *Christus a principio suæ conceptionis fuit plenus gratia,& veritate.*

19 *Pœnalitates promouent ad bonum multiplex.*

20 *Pœna peccati originalis est duplex.*

21 *Lex concupiscentiæ dicitur lex a ligando.*



On ex quo. Sequitur 18.pars eiusdem distinctio. in qua magister Gratianus continuando sermonem de effectu & efficacia baptismi dicit, ꝙ non, ita omnino dimittitur peccatum originale in baptismo,vt omnino absumatur vel consumatur,quia remanet quo ad id,quòd est materiale in eo.s.quo ad fomitem , & ad aliquas pœnalitates, quæ ex illo ortum habent. Et diuiditur in 3.partes. In prima facit quòd dictum est. In secūda declarat ad quem sensum accipiendum sit legem peccati remanere in renatis ꝑ baptismum. tertio assignat differentiam inter peccatum originale,& actuale.secunda ibi,hæc autem lex. tertia ibi, idem sicut. Pro ampliori intelligentia huius c.in qua plurima continentur circa cōcupiscentiam ipsam pręter ea,quę disputata sunt.s.e.di.circa c.per baptismum,vtrum.s.vetus infirmitas quæ dicitur fomes,siue lex concupiscentiæ post baptismum debet remanere vel totaliter tolli, quæruntur hic 7. Diuisio.

1 ¶Primo,vtrum talis vetus infirmitas manens post baptismum sit in carne,vel in anima.

6 ¶Secundo, vtrum sit æqualis in omnibus hominibus carnali concupiscentia genitis.

7 ¶Tertio,vtrum processu temporis crescat aut diminuatur in hominibus.

8 ¶ Quarto, vtrum conueniens sit differentia assignata inter peccatum actuale, & originale in hoc, quod actuale transit actu,& remanet reatu,& originale transit reatu,& remanet actu.

10 ¶Quinto,vtrum vetus illa infirmitas concupiscentiæ minuatur,& debilitetur per baptismum.

12 Sexto, vtrum augeatur per actualia peccata.

13 ¶Septimo,vtrum per baptismum debeant auferri penalitates præsentis vitę.

1 Ad primum Sic ꝓceditur.†Et videtur, ꝙ vetus illa infirmitas,quæ manet post baptismum sit in carne.Et primo arguitur sic. Sicut se habet lex mentis ad mentem , ita se habet lex carnis ad carnem , sed lex mentis est in mente tanquam in subiecto, ergo pari ratione lex carnis erit in carne tanquam in subiecto, sed lex carnis est concupiscentia sicut sæpe dicitur ad Roma. sexto . ergo &c. ¶Secundo sic.Cuius est actus,eius est habitus,sed carnis est concupiscere,vt dr̄ ad Gal.5.caro concupiscit aduersus spiritum,ergo concupiscentia est in carne.¶ Tertio sic,peccatum originale ex primo parente contraximus prout in eo fuimus secundum rationem seminalem,sed ibi nō fuit anima,sed sola caro,ergo originale peccatum nō est in anima sed in carne.¶In oppositum est tex. pręsentis c.vbi dr̄, quod adhuc remanet corruptio non solum in corpore,sed etiā in anima , quæ est homo interior. Respon.dicendum, ꝙ loquendo de ipsa corruptione veteris infirmitatis quæ dr̄ lex concupiscentię sunt quatuor cō clusiones iuxta S.Tho. magistrum Alexan.de Hal.& dominum Bonauentu.

Primum ar. Scđm ar. Tertium ar. Opponit in cōtrarium. Respondet.

2 Prima†quod talis corruptio relicta in nobis ex peccato originali,& est in carne & est in anima,vbi di.August.& habetur de baptismo paruulorum adhuc manet corruptio non solum in corpore,sed etiam in anima. Prima con

3 ¶Secunda†quod talis corruptio concupiscentiæ sit in carne quo- Secūda

S. Thomas.

ne quodammodo. vt puta sicut in causa instrumentali, vt dicit S. Thom. in 1. 2. secundum illud Sap. 9. corpus quod corrumpitur aggrauat animam, subiectiue tamen est in anima, patet cõclusio. Idem est subiectum virtutis, & vitij siue peccati, quod contrariatur virtuti sed caro non potest esse subiectum virtutis. dicit. n. apostolus ad Rom. 7. Scio ꝙ non habitat in me. i. in carne mea. bonum ergo caro non potest esse subiectum originalis peccati.

Tertia con. 4

¶ Tertia † Infectio originalis peccati primo ad essentiam animæ pertingit, & consequenter omnes eius vires inficit. prima pars conclusionis patet. Originale peccatum est culpa, & infectio naturæ, sed ad naturam prius comparatur essentia, quam potẽtia, quia essentia est pars essentialis naturæ, ergo in ea originale peccatum principaliter est, quod vero omnes vires inficiantur per originale habet glos. super illud. psalm. Corrupti sunt, & abominabiles &c. quę dicit. In omni vi rationis priuari, quod verbum B. Bernard. exponens dicit, ꝙ ratio per ignorantiam corrumpitur, voluntas per immundiciam, memoria per infirmitatem siue impotentiam.

Bernard.

Quarta cõ. 5

S. Thom.

¶ Quarta conclusio, † inter omnes potentias maxime dicũtur infectæ potentia generatiua vis cõcupiscibilis, & sensus tactus. Pro qua conclusione notandum est cum S. Thom. in secundo quod infectio originalis peccati tribus attribuitur. Nam inter partes animæ attribuitur generatiuæ, inter sensus attribuitur tactui, & inter vires operatiuas attribuitur concupiscibili. Cuius ratio est, quia peccatum originale est peccatum naturæ, vnde infectio eius maxime ad illas potẽtias pertinet, quæ aliquem ordinem habent ad actum, quo natura traducitur. actus ille duo habet. s. substãtiam actus & delectationem. delectatio autem ad sensum tactus pertinet. Substantia vero actus generatiuæ virtuti attribuitur sicut exequenti, sed virtuti concupiscibili sicut imperanti, quia eius est tendere in id, quod est conueniẽs, & delectabile secundum sensum, & ideo diuersis rationib. his tribus viribus talis infectio attribuitur.

Ad primum & secũdum argu.

¶ Ad rationes. Ad primam, & secundam Do. Bonauent. respondet, quòd caro dupliciter sumitur in sacra scriptura. Aliquando dr̃ caro homo exterior carnalis, vel sensualis, & sic compræhendit carnem cum potentia sensitiua, & hoc modo proprie dr̃ subiectum carnalis concupiscentiæ, & ita sumitur caro in auctoritatibus inductis arguendo. Alio modo dr̃ caro pars hominis constitutiua, & hoc modo non est concedendum, quòd concupiscentia sit in carne nisi dicatur in ea esse sicut in causa, licet multæ aliæ infirmitates, & pœnalitates sint etiam in ea subiectiue, quæ ex peccato originali derelictæ sunt.

Ad tertium S. Thomas.

¶ Ad tertiam respondetur cum S. Thom. in prima secundæ, ꝙ anima huius non fuit secundum seminalem rationem in Adam peccante sicut in principio effectiuo, fuit tamen sicut in principio dispositiuo eo ꝙ semẽ corporale, quod ex Adam traducitur sua virtute nõ efficit animam rationalem, sed ad eam disponit.

6 **Ad secundum** sic proceditur. † Et videtur quòd fomes, vel concupiscentia æqualiter in omnibus inueniatur.

Primum ar.

¶ Primo sic. consequens naturam inuenitur ęqualiter in omnibus habentibus naturam sed fomes cõsequitur humanam naturam sicut corruptio eius, ergo cum homines æqualiter participent humanam naturam, videtur quòd etiam æqualiter corruptionem fomitis incurrant.

Secũdum arg.

¶ Secundo sic. æqualitas pœnæ respondet æqualitati culpæ, cum ergo non sit maior culpa originalitatis in vno, quam in alio, quia vna pęna omnibus pro illa culpa debetur. s. carentia visionis diuinæ, videtur, ꝙ etiam infectio originalis non sit in vno magis, quã in alio.

Tertium ar.

¶ Tertio sic. fomes est pronitas ad quodcunque peccatum, sed vltra quodcunque non potest extendi, quia illud omnia cõpræhendit, ergo videtur, quòd æqualiter in omnibus sit.

Opponit in cõtrarium. respondet.

¶ In oppositum videtur sonare tex. præsentis c. ¶ Secũdo sic, non omnes æqualiter sunt proni ad concupiscendum, ergo concupiscentia non est æqualiter in omnibus. ¶ Respondeo dicendum iuxta S. Thom. 2. distinctio. 32. quòd cum corruptio fomitis sit infectio humanę naturæ oportet esse idem iudicium de intentione humanæ naturæ. natura autem ipsa potest dupliciter considerari, vel quantum ad rationem speciei, & sic æqualiter in omnibus inuenitur, vel inquantum redundat perfectio naturę imperfectioni indiuidui per modum quo ex principijs speciei sequuntur operationes indiuiduorum, & secundum hoc videtur vnus homo esse potentior in explendis operationibus speciem consequentibus. vnus. n. promptiorem ad intelligendum, vel ad ratiocinandum, & sic de alijs. Similiter etiam est de corruptione fomitis, quia si consideretur secũdum quod per se naturam respicit, sic procul dubio in omnibus æqualiter inuenitur, & hæc est absoluta cõsideratio eius, ꝙ. n. subtrahitur rectitudo illa, quæ omnes vires animæ in vnum continebat. hoc omnibus æqualiter cõuenit, quia priuatio quantum in se est non suscipit magis, & minus. Si autem consideretur quantum ad hoc, ꝙ infectio originalis redundat in infectione personæ inquantum potentiæ suæ rectitudine carẽtes in turpes operationes inclinãtur sic in vno est maior corruptio fomitis, quam in alio secundum quòd per naturalem complexionem, vel per consuetudinem cõcupiscibilis, vel irascibilis vnius est efficacior, & feruentior ad suum actum in vno quam in alio. Et per hunc etiam modum fomes dr̃ post baptismum dirimi inquantum gratia retardat impetum concupiscibilis, & irascibilis in contrarios actus inclinans. Alexan. vero de Hal. dicit conformiter de concupiscentia, quia si consideretur, vt pœna sequens originale peccatum in ipsa natura secundum hoc æqualiter est. Si autem consideretur in singulari persona, quo ad conditiones singularis personæ, ex quibus potest trahi inclinatio ad magis concupiscendum, vel minus secundum hoc maior est concupiscentia in vno quam in alio.

Ale. de Ha.

Ad primum argu.

¶ Ad rationes. Ad primam respondeo, ꝙ ratio illa procedit de fomite iuxta eius absolutam consideratione, ita & concedimus, vt diximus, quod æqualiter est in omnibus.

Ad secũm.

¶ Ad secundam pariter respondetur, quia procedit ex eadem consideratione.

Ad tertium

¶ Ad tertiam respondet Do. Albertus, quod licet ad omnia se habeat, & extra omnia nihil, sit tamen ex dispositionibus subiecti intẽditur, & remittitur vt dictum est.

7 **Ad tertium** In quo quæritur. † vtrum fomes & pœnalitates illæ processu temporis augeantur, vel minuantur in hominibus respondetur quod sic, vt colligitur ex tex. præsentis cap. vbi dicit Augu. illum. s. fomitem in proficientibus de die in diẽ crescente nouitate immutari, & illicito consensu reuiuiscere, & Albe. Ma. in 2. parte summæ suæ dicit, quod licet fomes ex vna & æquali causa sit in omnibus, tamen diuersæ sunt dispositiones, subdit in quo est. s. ex ætate, consuetudine, & complexione, ex quibus plus intenditur in vno, quam in alio, & in eodem plus in vno tempore, quam in alio. Iuuenes. n. plus ardent quam senes, propter quod dicit philosophus. 2. Ethico. quod peccata incontinentiæ ad puerilia peccata ferimus, nisi sint senes dierum malorum, de quibus dr̃ Daniel. 13. de quibus dicit August. ad Valerium sic. qui concupiscentiæ nequiter seruiunt, tantas in eis vires accipit, vt plurimi qui iam ætate deficientibus membris eisdem partibus corporis ad illud opus amoueri minus valentibus turpius, & procacius insanire non desinant, patet ergo ꝙ non solum concupiscentia siue fomes est inæqualiter in diuersis personis, sed etiam in vna, & eadem capit augmentum, vel diminutionem secundum diuersitatem, aut complexionis, aut ætatis, aut status gratiæ, vel peccati, & secundum augmentum in illis recipiat incremẽta modo supra assignato. vnde August. ad Valerium concupiscentia continue minuitur in proficientibus, & in continentibus maxime accedente senectute. Non tamen est dicendum, quod alię pœnalitates sint modo magis in hominibus, quam antiquitus fuerunt à tempore diluuij, quod quidem dicetur voluere asserens humanam naturam, secundum tempora plus, & plus deficere, vt dicit S. Thom. & dominus Vlrich. in summa sua, quia licet circa originem mundi homines diuina virtute conseruati fuerint diu in vita propter multiplicationem generis humani hoc factum est, & propter scientiam, & artium experientiam, seu inuentionem. His cessantibus inuenitur ante multa secula præfinitum tempus vitæ humanæ, vnde Dauid de hominibus sui temporis loquitur in psalm. 89. dicens. dies annorum nostrorum in ipsis 70. anni.

Respondet.

Albe. mag.

Augu.

S. Thom Vlrichus.

8 **Ad quartum** sic proceditur. † Et videtur, ꝙ non sit conueniens assignatio differentiæ illa quæ dicitur, quod peccatum actuale manet reatu, & non actu, originale vero econuerso. Et primo sic, actus aut dr̃, ꝙ facit peccatum esse actuum peccatum. s. quod est formale, in ipso autẽ dr̃ actus operatio, si primo modo carentia debitæ iustitiæ erit per quod peccatum dicetur esse actu,

Primum ar.

actu, quia illud est forma in ipso originali peccato illa tollitur in baptismo, ergo non manet actu. Si actus dr̃ operatio hoc non videtur, quia originale in paruulo non habet talem actum, quæ sit operatio cum ex natura corrupta cõtrahatur, ergo videtur inconuenienter dictum, quòd peccatum originale transit reatu, & remanet actu. ¶ Secundo sic. glo. ad Rom. 3. super illud. beati quorum remissę &c. & habetur. s. e. di. c. per aquam dicit concupiscentia carnis dimittitur in baptismate, vt non imputetur peccatum, ergo non manet actu peccatum, & si non manet actu peccatum originale. ¶ Tertio sic dicit Ioan. Dama. 4. lib. de baptismo quoniam duplex est homo ex anima. s. & corpore, duplicẽ purgationem dedit ei Deus. s. per spiritum, & per aquam, per spiritum, quia secundum imaginem & similitudinem Dei renouati per aquam. i. per spiritus sancti gratiam corpus à peccato purgatur, & à corruptione liberatur, & sic videtur, quod si illa corruptio dicitur actus originalis peccati, quia originale transiuit actu, & reatu, & sic iterum non est verum, quod transiuit reatu, & remanet actu. ¶ In oppositum est tex. præsentis cap. ¶ Respondeo dicendum iuxta D. Alb. Mag. in 2. parte summe quod sicut dicunt sancti peccatũ originale in baptismo transit reatu & manet actu. Et huius causa est quia secus est de actu huius peccati, & alterius, in actuali. n. peccato actus pręcedit reatũ & est causa reatus. In originali vero reatus præcedit actum, & est causa actus. quia. n. puer nascitur cum carentia debitæ iustitiæ, ideo ex corruptione carnis contractæ per natiuitatem incenditur fomes ad illicitos actus, quæ sicut dicit Augu. vocatur concupiscibilitas in paruulis, concupiscentia in adultis, & hoc dr̃ actus originalis peccati, & dr̃ à quibusdã sanctis lex membrorum, quia ligat membra ad Rom. 8. video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in mẽbris meis. Dicitur etiam à quibusdam tyrannus, quia vehementia libidinis quasi cogit ad illicitũ, magister vero Ale. de Hal. dicit quòd actus originalis peccati dr̃ concupiscentia, secundum quod dr̃ peccatum remanere actu, & tolli reatu in baptismo. Sed concupiscentia dupliciter se habet, vno modo, cum est in suo summo, & tunc dr̃ regnare peccatum in mortali corpore, & hoc modo non manet concupiscentia, actu cum dimittatur originale peccatum per baptismũ, per gratia. n. baptismi tollitur culpa originalis peccati, & debilitatur vitium concupiscentiæ & extenuatur, vt iam non regnet. Alio modo dr̃ concupiscentia diminuta, quæ adhuc est, vt habeat spiritus, cum quo pugnet, & hoc modo dr̃ actus originalis peccati. Et ideo dr̃ in ca. per baptismum. s. di. ea. quod concupiscentia carnis dimittitur in baptismate, non vt non sit, sed vt non imputetur ad peccatum vnde post baptismum non remanet culpa, sed pœna. Sed nostro iudicio S. Thom. breuius, & clarius se absoluit in 2. di. 33. in expositione literę de hoc quo modo accipiatur actus cum dr̃, ꝙ originale peccatum transeat reatu, & maneat actu sic dicens actus non sumitur pro operatione, quia sic originale peccatum in actu non consistit, sed ꝑ modum quo actus contra potentiam diuiditur, vt illud, ꝙ iam præsens est actu esse dicatur. Sicut cęcitas in actu esse dicitur, quando aliquis cęcus est actu, dominus vero Vlricus in summa conformiter dicit. sic ꝙ cum dicitur, quod peccatum actuale transit actu, & manet reatu, originale vero peccatum econuerso transit reatu, & manet actu sumitur. hic actus equiuoce. Nam primo sumitur pro opere, sed secundo sumitur pro pæsentia eius, sed est essentiale originali peccato. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur iuxta dominum Alber. vbi supra, ꝙ actus originalis est, qui sequitur originale, & est actus concupiscentiæ, & fomitis, & quo ad illum manet actu, quia talis concupiscentia manet in baptizatis secundum actum concupiscendi, & de illo intendit Augus. Ita etiam soluit magister Alexander de Hal. vel dicendum secundum S. Thom. quod ibi actus, nec dr̃ operatio, nec actus quo est, sed prout distinguitur contra potentiam, & tunc est sensus, manet peccatum originale. i. illa concupiscentia quæ materialiter est ipsum originale peccatum manet actu in baptizatis. ¶ Ad secundam respondet Albertus: † quod concupiscentia carnis duplex est, suffocans. s. & promouens, suffocans dr̃, quæ præfocat vitalem spiritum gratiæ, ita. s. quod homo compellatur ad illicitas, & illa dimittitur in baptismo, ita videlicet quod peccatum non auget in nostro mortali corpore sic, quod compellat ad illicitum, sicut tyrannus, promouẽs vero dr̃, quæ est exercitium virtutis, & quia illa est ad coronam. Non. n. coronatur. dr̃ 1. Titu. 3. nisi qui legitime certauerit, concordat cum gratia baptismali & manet cum ipsa. ¶ Ad tertiam respondetur secundum Albertum, ꝙ sacramentum baptismi ex spiritu, & aqua componitur, & homo lauatur per eũ secundum imaginem, & secũdum carnis corruptionem, sed secundum carnem à concupiscentia suffocante, sed nõ à promouente, vt dictum est.

Scd̃m ar. | Tertiũ ar. | Damascen. | Opponit & Respondet. Alb. magn. | Augu. | Ale. de Hal. | S. Thom. | Ad primum argu. Alb. mag. | Ale. de Hal. S. Thom. | ad secundũ Albertus. 9 | Ad tertium

10 Ad quintum sic proceditur. † Et videtur, quod ista vetus infirmitas carnalis concupiscentię nõ minuatur, siue debilitetur per gratiam baptismalem. ¶ Primo sic, quia secundum hoc videtur, quod cui datur abundantior gratia in illo amplius debilitet, & debilitabitur, & sic tantum potest crescere gratia, quod in toto deletur, sed hoc contra Augu st. in præsenti c. dicentem, ꝙ non tota assumitur. i. consumitur. Et alibi dicit, quod minuitur, sed non in totum extinguitur. ¶ Secũdo vnum vni opponitur, vno genere oppositionis, vt dicit Aristot. si gratia opponitur malo culpæ, ergo non opponitur malo pęnę eodem genere oppositionis, fomes sequela originalis peccati est, & sic pœna inflicta pro peccato, ergo gratia non opponitur fomiti, ergo minuitur, aut deletur per eam. ¶ In oppositum est tex. p̄ntis c. ¶ Respõ. dicendum, ꝙ gratia opponitur concupiscentię. concupiscentia aũt, vt dicit mag. Ale. de Hal. dupliciter cõsideratur. vel vt disponit ad culpã vel, vt est inflicta pro culpa præcedenti prout vero dispo nit ad culpam sic opponitur gratia illi, quocirca minuitur magis per gratiam. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur secundum Albertum Magnum † quod dupliciter augmentatur gratia, vno modo in virtutibus. s. & donis, & hic nunquam intantum crescit, quod in totum extinguit fomitem, quia gratia non opponitur ei inquantum est pœna. secundo augetur etiam in priuilegijs & hoc in tantum crescere potest, ꝙ in totum extinguit, vt in B. Virgine vt dictum, est. s. ea. di. per baptismum. Ad istam vero rationem respondet conformiter S. Tho.

Primum ar. | Scd̃m ar. | Opponit & Respondet. | 11 | Ad arg. | 12

13 Ad sextum Sic proceditur. † Et videt ꝙ vetus infirmitas carnalis concupiscentiæ non augeatur, siue crescat per illicitum consensum. ¶ Primo sic, quia si ex illicito consensu reuiuisceret fomes concupiscentiæ. sequeretur, ꝙ ex actuali peccato culpa rediret originalis, quod est falsum. ¶ Secundo sic, quę sunt diuersorũ generum vnum non auget alterum, sed illicitus consensus est culpa, concupiscentia relicta est pœna, ergo nõ augetur per illicitum cõsensum. ¶ In oppositum est tex præsentis c. ¶ Respondeo dicendum iuxta S. Thom. & Dom. Bonauenturam in 2. in si. 3 . di. † ꝙ concupiscentia dr̃ per illicitum

14 consensum augeri sicut di. Augus. in præsenti cap. siue per actuale peccatum eius dominium reuiuiscere siue reuocari duplici de causa, vna est, quia per ipsam gratia tollitur quæ impetum concupiscentiæ mitigabat. Alia. causa est, quia per peccatum actuale pronitas ad peccatum actuale augetur, vel quia vt di. Bonauentu. potentia ex frequentia actus magis prompta efficitur ad exeundum in actũ consimilem, & quia actus illicitus dr̃ actus concupiscendi, hinc est quod concupiscentia augetur quasi ab actu consimili. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur negando consequentiam. s. quod sequatur, quod redeat peccatum originale, & hoc duplici ratione secundum S. Tho. prima est, quia, & si gratia tollatur, quæ impetum concupiscentiæ mitigabat, non tamen per actum generationis, vnde non originalis macula, sed actualis consequitur. ¶ Secunda est, quia si pronitas, vel consuetudo augeatur, quia tamen hoc non pertingit ad id quod naturæ est, quam per se originale respicit, sed personam consequitur ex actibus personalibus relicta, & ideo ratio non procedit. ¶ Ad secundam respondetur secundum Bonauenturam, & si illicitus consensus & concupiscentia sint diuersorum generum in genere moris, non tamen in genere naturæ vtriusque n. actus est concupiscere, propterea, & si concupiscentia prout est pœna nõ sit eiusdem generis cum cõcupiscentia prout est culpa formaliter loquendo, quia tamen est pęna vitiosa ad illam de se ordinatur, propter hoc vna augmentatur per alteram, sicut docet ipsa experientia. hæc ille.

Primum ar. | Scd̃m argu. | Opponit in cõtrarium. Respondet. S. Thom. | Ad primum arg. S. Thom. | Ad secũdum. Bonauent.

15 Ad septimum Sic proceditur. † Et vr̃ ꝙ per baptismum debeant tolli pœnalitates præsentis vitæ vt puta fames, sitis, mors, & huiusmodi.

¶ Primo

Primum ar. ¶ Primo sic. Apostolus ad Rom. 5. dicit donum Christi potentius est, quam peccatum Adæ, sed per peccatum Adæ (vt ibidem dr̄) mors in hunc mundum intrauit, & per consequens omnes aliæ pœnalitates præsentis vitæ, ergo multo magis per donum Christi, quod in baptismo percipitur homo à pœnalitatibus præsentis vitæ debet liberari.

Scdm ar. ¶ Secūdo sic. baptismus aufert, & peccatum originale, & actuale, sicut supradictum est. Sic autem aufert actualem culpā, ꝙ liberat ab omni reatu pœnę consequentis actualem culpam, ergo etiam liberat à pœnalitatib. præsentis vitæ, quæ sunt pœna originalis peccati.

Tertiū ar. ¶ Tertio sic. remota causa remouetur effectus, sed causa harum pœnalitatum est peccatum originale, quod tollitur per baptismū, ergo nō debet huiusmodi penalitates remanere.

Quartū ar. ¶ Quarto sic. nullus qui est debitor alicuius pœnę euolat statim, sed baptizatus si statim moriatur euolat, ergo non est debitor alicuius pœnæ, & ita baptismus absoluit ab omni pœna originalis peccati.

Quintū ar. ¶ Quinto sic, medici prudentis est non solum tollere morbum, sed etiam radicem iuxta facultatem suam, si autem morbum tolleret, & non radicem, si posset imputaretur sibi in malitiam, ergo videtur, ꝙ summus medicus Christus debeat tollere morbum originalis culpæ cum radice. i. corrruptione, quæ est ex parte naturæ, ita ꝙ non relinquatur aliqua corruptio in baptizato.

Opponit in cōtrarium. ¶ In oppositum est tex. præsentis capituli, vbi dicit August. hoc meminisse debemus omnium peccatorum plenam perfectamque remissionem in baptismo fieri, in homine vero non totum commutari, quod vetustum est, & carnale, donec ita renouetur, ꝙ carnalis infirmitas corporis ad firmitatem spiritualem incorruptamque perueniat.

Respondet. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ conuenienter pœnalitates vitæ pręsentis post baptismum remanent in nobis & non tolluntur. Pro quo notandum cum magistro Alex. de Hal. in 4. ꝙ sacramento baptismi contulit primos & præcipuos effectus Deus passio-

Ale. de Hal.

16 nis suæ. † Passio. n. saluatoris habuit duos effectus primos, & principales. s. mundationem à culpa, & solutionem præcij, quæ fiebat in effluxu sanguinis, & aquæ de latere Christi de quibus Io. 19. in effectu. n. aqua fiebat purgatio à culpa in effluxu sanguinis solutio precij siue satisfactio damni, qđ receperat Deus pater ex amissione hominis istos duos effectus contulit baptismo, cuius virtus est ex fluxu aquæ, & sanguinis de latere Christi, vnde sicut Christus lauit humanum genus aqua lateris, ita baptismus habet virtutem lauandi à culpa, & sicut satisfecit effusione sanguinis, sic habet virtutē tollendi reatum siue delictum pœnæ. vnde Ro. 5. super illud, quæ est forma futuri dicit glo. sicut ex latere Adæ dormientis assumpta est costa, vnde formata est Eua, sic ex Christi latere effluxerunt sacramenta. s. aquæ ablutionis, & sanguinis redemptionis, per quæ saluatur ecclesia. istos igitur effectus. s. ablutionis à culpa, & solutionis reatus, quæ respondent sacramento redemptionis, dedit

17 baptismo. Dicendum est ergo † ꝙ pœna originalis est duplex. s. æterna, quæ penitus aboletur. s. carentia diuinæ visionis, secundum illud Io. 3. nisi quis &c. Alia est temporalis, quæ sequitur principia naturæ sicut est passibilitas, mors, fames &c. Istas pœnas non delet, sed relinquit. vnde ad Rom. 6. vetus homo noster crucifixus est gl. est duplex pœna geennalis, & temporalis, geennalem prorsus deleuit, tēporalem nondum pœnitus tulit, manet. n. fames, sitis, & mors, & huiusmodi, sed regnum dominium eius. s. fomitis deleuit, hæc glos. & loquitur de morte Christi, cuius effectus descendit ad nos per sacramentum baptismi. dicendū ergo, ꝙ baptismus sicut tollit omnem culpam. s. actualem, & originalem, ita omnem pœnam eis debitam per se, vnde per baptismum, vt dicit dominus Duran. conformiter ad S. Tho. in 1. secundæ tollitur culpa, & pœna debita peccato originali per se. s. priuatio gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro. Pœnam autem, quę debetur originali per accidens non tollit, vt sunt fames, sitis, & huiusmodi, quia ista sunt à natura per se, licet sint à peccato sicut à remouente prohibēs, quia peccatum originale tollit originalem iustitiam, quæ impediebat istos defectus humanę naturæ, istos autē defectus naturæ gratia baptismalis nō tollit, quia effectus eius non circa naturam, sed circa personam. Est tamen hic notandum, vt dicit magister Vlrichus de argentina in summa sua, quòd quamuis homo nō faciat gratia baptismalis, tamen inquantum per baptismum Christum induimus, & complantamur similitudini mortis eius, ita quod eius merita, quibus ipse tollit humanæ naturæ glorificationē meruit, nostra efficiuntur, sic secundum meritum sufficiētiæ meremur reformationem totius naturæ per ablutionem fomitis, & omnium aliarum corruptionum naturæ, nec tamen statim confertur baptizatis hoc munus, sed differtur vsque ad statum gloriæ, & hoc, vt idem Vlrichus ait, ne ordo omnium rationali naturæ à prouidentia diuina præfixus per gratiam deordinetur, qui ordo est, vt prius sit quis viator, quam comprehensor, quia quę à Deo sunt. Ad statū autem vitæ etiam in statu innocētiæ pertinuit, quòd prius corpus sit animale quam spirituale, verum, quod huiusmodi pœnalitates non auferuntur à baptizatis in præsenti vita plures rationes assignantur à doctoribus, & ad pręsens de multis inducemus octo. tres primæ sunt S. Thom. in secunda parte, quinque sunt Alexandr. de Hal. & Bonauenturæ. Prima est, quia per baptismum homo incorporatur Christo, & efficitur membrum eius, vt. s. dictum est, & ideo

Durandus.

conueniens est, vt aliquid tangatur in membro incorpora-

18 to, ꝙ est actu in capite. † Christus autem à principio suæ conceptionis fuit plenus gratia, & veritate, habuit tamen corpus passibile, quod per passionem, & mortem est ad vitam gloriosam resuscitatum, vnde & Christianus in baptismo gratiam consequitur quātum ad animam, habet tamē corpus passibile in quo pro Christo possit pati, sed tandem resuscitabitur ad impassibilem vitam. Rom. 8. qui suscitauit Iesum Christum à mortuis viuificabit, & mortalia nostra propter inhabitantem spiritum eius in nobis, &. j. e. heredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, si tamen cōpatimur, vt simul glorificemur. ¶ Secundo hoc est conueniens propter spirituale exercitium, vt videlicet contra cōcupiscentiam, & alias passibilitates pugnans homo victoriæ coronam acciperet, vnde super illud Ro. 6. vt destruatur corpus peccati, dixit glos. si post baptismum vixerit homo in carne habet concupiscentiam, cumque pugnat eam adiuuante Deo superet, in cuius figura dr̄ Iudicum 3. hæ sunt gentes, quas dominus derelinquit, vt erudiet in eis Hierusalem, & postea desierunt filij eorum certare cum hostibus, vt haberent consuetudinem præliandi. ¶ Tertio hoc fuit conueniens, ne homines ad baptismum accederēt pp impassibilitatem præsentis vitæ, & non pp gloriam vitæ æternæ, vt apostolus dicit 1. ad Cor. 15. si in hac vita tantum sperantes sumus in Christo miserabiliores sumus omnibus hominibus. ¶ Quarta ratio ad manifestandum æquitatem diuini iudicij, vt illa sententia quam dictauerat de morte Adæ, & posterorum eius immobilis permaneret. vnde ab illa nemo euadit. ¶ Quinto ad remouendum occasionem. s. ne crederetur ablatio pęnæ esse præmium baptismi siue fructus, & non vita æterna. ¶ Sexto ad ostendendū fructum passionis Christi, quia si dominus curaret naturā, & fomitem, filius nasceretur immunis à culpa, nec indigeret regenerari à Christo, vt igitur omnes se ipsius passione noscant egere, data est virtus sacramento baptismi, vt pœnas remittat personales non naturales, quia remedium respicit personam non naturam. ¶ Septimo ad ampliandum meritum li. ar. & in hac includuntur multę vtilitates, quas

17 inducit de hoc B. Aug. super Gen. † promouent. n. ad bonū multiplex huiusmodi pęnalitates. Primo faciunt agnoscere hominem suam miseriam Esa. 28. vexatio dabit intellectum. 2. inducunt ad humilitatem, Ozeę. 6. humiliatio tua in medio tui, & Iob. 6. sagittæ domini in me sunt, quorum indignatio ebibit spiritum meum. tertio incutiunt timorem, & auertere faciunt à culpa ex consideratione immensitatis pœnæ. Iob. 6. terrores domini militant contra me. quarto stimulant ad bonū. Micheæ secundo. surgite. & ite, quia non habetis hic requiem. quinto propter exemplum non peccandi, Zacha. 3. Adam exemplum meum ab adolescentia mea. sexto conferunt ad exercitium virtutum iudicis, & hæ sunt gentes, quas reliquit dominus, vt erudiret Israel. septimo excitant ad desiderium cœlestium. Isidorus de summo bono, soluto reatu peccati manet quædam tēporalis pœna, vt illa vita feruentius quæratur, quæ est à pęnis omnibus aliena. Et Gregorius. mala, quę nos hic premunt ad Deum ire compellunt. octauo remanent in signū adoptionis filiorum. ad Heb. 12. Si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes filij dei, ergo adulteri, & non filij Dei estis. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum est cum S. Thom. quòd passio Christi sufficienter aufert illud, quod est personæ, & illud etiam, quod est naturę per causam,

Augu.

Isidorus.

Grego.

Ad primum arg.


causam,sed quia omnes in natura communicant,ideo effectus ẽm legem communem curationis naturæ non erit nisi in fine mundi,qñ oĩbus electis iam cõgregatis simul cũ eis etiam alia creatura insensibilis liberabitur à seruitute corruptionis,vt dr̃ Ro.8.qñ.s. mortale induet immortalitatem,vt dr̃.1.Cor.15.¶ Ad secundam respondetur,vt dicit

Ad scd'm.

20 gl.ad Rom.6.†duplex est pęna peccati originalis,s. geennalis, & temporalis, geennalem prorsus deleuit Christus,vt eam non sentiant baptizati,& veræ pęnitentes,temporalẽ vero nondum penitus tollit,manet.n.fames,sitis, & mors, sed regnum,& dominium etiam deiecit,vt.s.homo non timeat,& tandem in nouissimo eam penitus exterminabit. Sicut aliquis capiens hostem atrocissimum non statim interficit eum,sed patitur eũ in dedecore,& dolore aliquãtulum viuere, ita & Christus pœnam prius quasi alligauit,in futuro autem perimet, vel dicendum sicut S. Tho.dicit in 4.ꝙ ea,quæ ad peccatum actuale pertinent, sunt tantũ psonæ,quia actus indiuiduorum sunt & ideo non est simile de pœna actualis,& originalis peccati.¶ Ad tertiam respondetur iuxta S.Tho.ꝙ tollitur originale per baptismum inquantum est infectiuum personæ,& non inquantũ est infectiuum naturæ per actum generationis,& ideo cum culpa originali tollit pœnam eius.s.carentiam diuinæ visionis, q̃ respicit personam.Non autem pęnalitates præsentis vitę sicut sunt fames,sitis,mors & hmõi, quæ naturam respiciũt ex cuius principijs causantur , prout est destituta originali iustitia,vnde iste defectus non tolletur,nisi in vltima reparatione naturæ per resurrectionem gloriosam.Vel respondetur breuius,ꝙ verum est,ꝙ remota causa, remouetur effectus,per se illius causæ,hoc autem modo,vt.s̃. dictũ est, pœnalitates huius vitæ non sunt effectus peccati originalis per se,sed quasi per accidens,sunt.n. à natura per se,sed à pc̃tõ sicut à remouente prohibens , quia pc̃m originale tollit iustitiam originalem,quæ impediebat istos defectus in esse naturæ.¶ Ad quartam respondetur negando consequentiam,quia ꝙ baptizatus statim euolat,est, quia nulla pœna debetur sibi ratione personæ, sed ratione naturæ humanæ , quæ post mortem non manet ẽm hunc statum , in quo sibi pœna debetur.¶ Ad quintam respondetur primo negando,ꝙ hmõi penalitates sint radix peccati, sicut præsupponitur in arguendo. ¶ Secundo respondetur,ꝙ verũ est,ꝙ prudens medicus simul morbum, & radicem tollit, sed qñ hoc rationabiliter potest fieri,Christus autem morbum abstulit, sed simul radicem.i.fomitem non omnino extinxit licet agere potuerit, sed hoc prudentissime alio.s. loco.i.in resurrectione generali fiendum disposuit rationibus suprapositis.¶ Tertio dic,ꝙ etiam radicem cum morbo quodammodo abstulit,qñ gratiam in baptismo infundit,quæ illius impetum regnum , & dominiũ comprimit. Leg.¶ [Non ex quo]licet.n.tam peccatum actuale , quam originale remittantur in baptismo,nihilominus tñ cum remittitur originale [non statim absoluitur].i. cõsumitur in toto siue extinguitur oĩs vetus infirmitas siue pęnalitas , q̃ ex veteri originali peccato nata est in nobis,sed nũc per baptismum renouamur in spũ consequentes gratiam ad remissionem peccatorum , ad intelligentiã agendorũ, & ad operationem meritoriam spiritualium bonorũ operum [cætera]:i.plena nouitas, & perfecta spoliatio ab omni vetustate infirmitatis in spe sunt perfecta mutatio , de qua loquitur apostolus 1.cor.14.mortui resurgent incorrupti,& nos immutabimur, oportet.n. corruptibile hoc induere incorruptionẽ[a],& mortale hoc &c.[Remanet corruptio] Corruptio , q̃ est infirmitas in corpore corruptio fomitis siue concupiscentiæ carnalis in aĩa,vel corruptio passibilitatis siue pœnæ in corpore.Corruptio vitij in aĩa.[In quo si perfecta non diceret apostolus]2. Cor.4.vbi sic [ licet is qui foris ẽ homo nr̃ corrũpatur].i. caro inquit gl.tñ is qui intus est renouatur de die in diẽ.i. assidue purior à vitijs efficitur per ignem tribulationis no.vt ibidẽ dr̃ gl.super apostolum,ꝙ licet dicat apostolus is,qui intus est, & is , qui foris, nõ tñ duo sit hoĩs, sed vnus,quem totum Deus fecit.s. & id ꝙ est interius, & exterius interiorẽ porro pro spiritu mentis,exteriorem vero pro corpore [ omnium peccatorũ].s.& originaliũ,& actualiũ,vt.s̃.e.di. vt ostenderet[paruulo de generante plenã] quia ẽt quantum ad oẽm pęnam satisfactoriã debitã pc̃tõ actuali in foro Dei plenã perfectãque,quia etiam reatus pœnæ ęternæ debitæ originali tollitur,fomes vero & reliquę pœnalitates remanent in exercitiũ nostrũ,quãdiu in vita præsenti militamus.Rõnes.s̃.assignatę sunt plures,hoĩes vero nõ totũ cõmutari[sed ẽt donet ita]ꝙ erit in resurrectione,quia,vt dr̃ apostolus.j.Cor. 15.[cũ mortale hoc induerit immortalitatẽ tunc fiet].i.implebitur[sermo qui scriptus est absorpta est mors in victoria].i.destructa est mors corporis,in victoria xp̃i.i.in resurrectione, vt exponit gl. ibid. [Hæc aũt lex] 2.pars exponit qũo intelligẽda est manere lex.i.fores pc̃ĩ.nõ.n.sic, vt plena nõ fuerit remissio pc̃õrũ facta [oĩbus interfectis inimicis].i.[vitijs quibus separabantur à Deo[ sed manet in vetustate carnis].i.in carne vetusta,& corrupta [ superatum].i. debilitatũ.gr̃a.n.cõprimit impetũ eius[si nõ illico]sicut.n. s̃.diximus in qõne, reuiuiscere dr̃ fomes pc̃ĩ in nobis ex pc̃ĩs actualib.tũ quia per ea gr̃a expellitur,quæ impetũ cõcupiscẽtiæ mitigabat,tũ quia ex frequentia actuũ pronitas ad pc̃m augeri,& ita reuiuiscere dr̃ [in regnum ꝓpriũ].i. dñm,ꝙ ante gr̃am in baptismo habitã habebat,ꝙ tunc fit, cũ quis eius motib.obedit cõsentiendo,& operãdo, vñ ad Rom.7.nõ regnet pc̃m.i.fomes pc̃ĩ in vestro mortali corpore,vt obediatis cõcupiscẽtijs eius. [Ab hac] sic ordina hunc tex.vita spũs.i.vita spũalis[in cuius nouitate baptizati renascunẽ vsque adeo discernit]ab hac vetustate carnis , & pc̃ĩ.s.originalis[ꝙ iam].s.in baptismo[remissum est,vt tales &c.]ẽm illud Phil.2.nr̃a conuersatio in cœlis est[ipsa vero carne].i. vetustate carnis[bene vtitur libidinẽ].i.pudẽdã concupiscentiã sine qua non fit coitus 27.q.2.non in sola[ Ex eo aũt ꝙ &c.].i.ex eo ꝙ ad hc.i.hanc carnẽ, & vetustatem,& corruptã[mortaliter].i.obnoxius morti[ cũ propagine pc̃ĩ, generãt filios regenerãdos dico per baptismũ qua].s.propagine[renati].s.patres non tenentur,&.j̃.[qui] .s.filij.[Sicut] 3.pars assignat dr̃ia inter pc̃m actuale,& originale.quia actualia siue prauę cogitationes,locutiones,& operationes trãseunt actu, sed remanent reatu, donec per baptismum,aut pñam ex toto deleantur. peccatũ vero originale trãsit reatu,sed remanet actu,quia actualiter manet ipsa concupiscentia, quæ materialiter est ipsum originale peccatum[quantum ad motus].i.actus[reatus].i. obligatio ad pœnã.[Manente lege cõcupiscẽtiæ].i.ipso fomite.[Reatus].s.pęnę æternæ[soluitur]de qua lege dicit apostolus ad

21 Ro.7.video aliã legem in membris meis &c.†lex concupiscentiæ dr̃ lex à ligando, quia ducit membra tanquam ligata ad malum,siue, vt ait gl.quia legitime est factũ,vt qui nõ obediuit suo superiori,ei nõ seruiat suũ inferius.s.caro.

1 *Apostoli Christi an fuerint baptizati.*



QVando. Sequitur 29. pars huius distinctionis in qua postquã magister Gratianus superius locutus est de necessitate baptismi & eius efficacia, introducit nũc de baptismo discipulorũ Christi oñdẽs eos esse baptizatos.Et põt diuidi in duas partes,ẽm duo testimonia,quæ inducit ex duobus locis sacræ scripturæ.primum est illud,quod habetur Io.10.vbi ostendit,ꝙ discipuli Christi baptizabant, ex quo arguit , ꝙ ipsi prius fuerunt baptizati,aut baptismo Ioannis,siue Christi,quod credibile est,ẽm accipitur ex illo Io.13.ꝙ inquit Iesus Petro,qui lotus est non indiget &.2.ibi.item Christus.¶Pro pleniori

1 intelligentia huius cap.& sequentis.quæritur†vtrum apostoli Christi credendi sunt fuisse baptizati baptismo Christi.¶ Et arguitur, ꝙ nõ. primo sic.baptizati à baptismo Ioãnis non fuerunt baptizandi baptismo Christi, sed apostoli Christi fuerunt baptizati baptismo Ioan.quidam.n.eorum fuerunt discipuli Ioan.vt patet Ioan. ergo non fuerũt baptizati baptismo Christi.añs pro maiori probatur sic, dr̃ act. 8. ꝙ apostoli in Samariã venientes illos qui baptizati erant à Philippo in nomine Iesu,non baptizabant . sed tm̃ manus imponebant,cum ergo baptismus in nomine Iesu sine collatione spiritus sancti sit baptismus Ioannis , vr̃,ꝙ baptizati baptismo Ioannis non baptizabantur baptismo Xp̃i.¶ Scd̃o sic.Minor est,qui baptizatur,quã qui baptizat, sed ipse Ioães non legitur baptizatus baptismo Xp̃i, ergo multominus illi , qui fuerunt baptizati ab ipso,cuiusmodi fuerunt aliqui apostoli indigebãt baptismo Christi baptizari.¶ Tertio sic.Ioannes nõ fuit minor apostolis,cum de eo scriptum sit Matt.12. inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista,sed illi,qui baptizabãtur ab apostolis non baptizabantur iterum, sed solummodo addebatur eis impositio manum, vt habetur Actu.8. sequitur,ꝙ nec ipsi

Margin notes (left): S.Thom. — Ad tertium S.Thomas. — Ad quartum — Ad quintũ. — Exponit literam. — a ¶ Corruptio. tantæ est malignitatis ꝙ vn⁹ corrupt⁹ inficit totam electionem Pe.de An.ĩ c.ex nobis. nu. 1. de fimo.

Margin notes (right): Diuisio — Quæstio. — Primum ar. — Scd'm argu. — Tertium ar.

Quartū ar. nec ipsi apostoli, qui baptizati erant à B.Ioā. ¶ Quarto sic. Chřs volēs in cęlum ascendere ait apostolis. Ioānes quidē baptizauit aqua, vos aūt baptizabimini spū sctō, vt dř Act. 1. baptismus aūt in spiritu sancto est baptismus Christi, ergo illo non fuerunt baptizati apostoli ante ascensionē dñi.

Quintū ar. ¶ Quinto sic. vt Io.4.hř Christus non baptizabat, sed discipuli eius, ergo sequitur, ꝙ discipuli Christi à Christo non fuerunt baptizati. ¶ In opp. est tex. cap. presentis, & sequentis.

Opponit et Respondet. S. Thom. ¶ Respondeo dicēdum, ꝙ circa hoc est duplex opinio, vt dicit S. Tho. tam in 4. quam in tertia parte. fuit. n. opinio magistri sententiarum in 4. di. 2. ꝙ illi, qui baptizati sunt à Ioan. nescientes spiritum sanctū esse, nec spem ponētes in illius baptismo, postea baptizati sunt baptismo Christi. Illi vero, qui spem non posuerunt in baptismo Ioan. & patrē, & filium & spiritum sanctum credebant, non fuerunt postea baptizati, sed impositione manuum ab apostolis super eos facta spiritum sanctum acceperunt. Et hæc opinio licet vera sit, quantum ad primam partem, tñ quantum ad secundam partē est penitus irrationabilis. Et hoc duplici rõne, primo quidem, quia nec baptismus Ioannis gratiam conferebat, nec characterem imprimebat, sed erat solum in aqua, vt ipse dicit Matt.3. vnde baptizatorū fides, vel spes, quam habebant in Christo non poterat hūc effectum supplere, secundo, quia in sacramēto qñ omittitur quod est de necessitate sacramenti non solum oportet suppleri qđ fuit omissum, sed etiam totaliter innouare. Est aūt de necessitate baptismi Christi, ꝙ fiat non solum in aqua, sed etiā in spiritu sancto, ſm illud Io.3. Nisi quis renatus fuerit &c. vnde illis, qui tm̄ in aqua baptizati erant baptismo nō solum erat supplendum, quod deerat, vt. s. daretur eis spiritus sanctus per impositionem manuum, sed erant iterato baptizādi in aqua, & spiritu sancto. Et hæc est 2. opinio, quæ cõioꝛ ea, q̄ etiam ex verbis Augu. confirmatur, qui dicit super Io. homi.5. qui baptizati sunt baptismate Ioannis non eis sufficit, baptizati. n. non sunt baptismate Christi, vnde dicēdū est, ꝙ apostoli credunř fuisse baptizati baptismo Christi, quamuis scriptum non inueniatur, vt dř in gl. Io.13. super illud qui lotus est &c. Ex quo. n. ipsi alios baptizabāt, vt habetur Io.4. venientes ad Christum baptizati fuerunt, vnde etiam Paulus apostolus vocatus ad fidem de mandato dñi fuit baptizatus, vt habetur Act.9. & hoc idē tenendum est de alijs.

Ad primum argu. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur negando assumptum, & ad probationem respondetur, ꝙ non est ad propositum, quia ibi agitur de illis, q baptizati sunt à Philippo, qui cõstat, ꝙ baptismo Christi, baptizauerat, sed nō erat ibi datus spiritus sanctus, ad robur sicut in confirmatione datur, quia ille nō fuit Philippus apostolus, sed vnus de septem diaconib. & ideo nō poterat manus imponere, quia hoc apostolorū est, & pp hoc missi sunt Petrus & Ioānes, qui eos confirmarēt, sicut baptizati per sacerdotes cõfirmantur per episcopos.

Ad scd̄m. Chrysosto. ¶ Ad secundam respondetur negando minorem, quia sicut Chryso. dř super Mat. per hoc, ꝙ Christus Ioan. dicenti, ego à te debeo baptizari, respondit, sine modo ostēditur ꝙ postea Christus baptizauit Ioānem, & hoc dicit in quibusdam libris apochryphis scriptū esse. Certum tamen est, vt Hiero. dicit super Matth. ꝙ sicut Christus baptizatus fuit in aqua à Ioan. ita Ioan. erat à Christo baptizandus in spiritu.

Ad tertium ¶ Ad tertiam respondetur, ꝙ nō est simile de baptismo, quo baptizabat apostoli, qa baptismus Ioannis erat suus, baptismus autem, quo apostoli baptizabant erat Christi, & ideo, qui baptizabantur à Ioanne erant rebaptizandi baptismo Christi, qui vero ab apostolis non, vt dicit August. Et habetur supra. e. dist. c. aliud est baptizare.

Ad quartum Nic. de lyr. ¶ Ad quartam respondetur, vt dicit Nic. de lyr. super Ioannem, ꝙ apostoli ante passionem Christi fuerunt baptizati baptismo Christi, quod autem dictum est eis, vos aūt baptizabimini spiritu sancto non intelligitur de baptismo sacramentali, sed de missione spiritus sancti in signo visibili, quæ dř baptismus similitudinarie, eo ꝙ gratia spiritus sancti vnctio dř 1. Ioan. 1. vnctio autem de liquidis est, vt aqua, & ita habet sacramentum similitudinem cum baptismo quod est sacramentum, datur. n. in eo gřa inuisibilis spiritus sancti sub ablutione aquæ visibilis.

Ad quintum ¶ Ad quintā respondetur vt dicit S. Tho. super Ioan. ꝙ Christus nō baptizabat turbas sed discipulos suos sibi familiares, & domesticos. igitur &c.

Exponit literam. Nic. de lyr. Leg. ¶ [Quando ab hierosolymis exijt] vt habetur Ioan.4. [baptizabat] non per seipsum. s. tunc bene creditur baptizasse ante discipulos suos, vnde Nic. de lyra contra dictum Chrisosto. dicentis, ꝙ Christus in persona sua non baptizauerat, sed tm̄ per discipulos suos dicit, ꝙ hoc non est verum. primo, quia dř Act. 1. cepit Iesus facere, & docere, & ideo non est vero simile, quin primo baptizauerit per seipsum. Et confirmatur per hoc, ꝙ dř, ꝙ alia sacramenta Christus per seipsum primo exercuit, sicut patet de eucharistia, quia ipse corpus suum primo consecrauit, & formam consecrandi apostolis tradidit. similiter sacramentum confirmationis per manus impositionem exhibuit per semetipsum, & ideo nō est verosimile, qm̄ sacramentum baptismi per semetipsum exercuerit, cum sit primum sacramentum, dicendum est ergo ſm Augu. ꝙ Christus baptizauit discipulos suos in baptismo suo. s. aqua & spiritu sancto, vnde Ioann.3. dicebant discipuli Ioannis de Christo. ecce hic baptizat. Postmodum tñ officium baptizandi eodem baptismate discipulis reliquit intētus doctrinæ, & predicationi. [baptismo Christi] & sequitur in auctoritate Aug. quam non plene prosecutus est Gratianus. Nec . n. ministerio baptizandi defuit, vt haberet baptizatos seruos, per quos cæteros baptizaret, qui non defuit humanitatis ministerio, qñ eis pedes lauit. [Item Christus] 2. pars ſm argumentum [respondit dominus] . s. Ioann. 13. de quo in cap. seq. [qui lotus est &c.] super hoc vero dicit S. Th. in postilla super Io. vide in expositione literæ quid dicat. S. Thom.

1 *Si dubitatur de baptismo viuentis, habetur pro non baptizato.*



I eos. Sequitur secūdum capitulum eiusdē partis, patet totum. Lege. ¶ [Contendimus.] Nota, vt dicit Augu. & gl. † ꝙ si dubitatur de baptismo viuentis, habetur pro nō baptizato, & baptizatur vt. s. e. dist. itaq;, secus de mortuo, quia præsumitur baptizatus. extr. de presbytero non bap. c. 2. quod totum est ad cautelam 68. di. §. quod ergo. Exponit literam. 1

[Qui lotus est.] Super hoc verbo dicit S. T. in postilla super Ioan. ꝙ quidam dicunt, ꝙ apostoli baptizati erant solum baptismate Ioan. quod non videtur verū, quia sic non essent loti. Nam baptismus Ioā. nō mundabat interius à culpa, vnde dicendum est inquit ſm Aug. erant baptizati baptismo Christi. Et si obijcias, ꝙ Christus non baptizabat, vt dř Io.4. dico, ꝙ non baptizabat turbas, sed discipulos suos sibi familiares, & domesticos baptizauit. S. Thomas.

¶ Sed vř, ꝙ tex. iste non faciat ad propositum, quia non videtur, ꝙ ibi lotus sit idem, ꝙ baptizatus, quia si ita esset, cū baptismus abstergat omnem maculā, & culpam, vt supra. e. di. vt ostenderet, & c. sequenti. abstergeret sordes, & per consequens pedum, & ita qui lotus est. i. baptizatus non indiget, vt pedes lauet, ad hoc consequenter dicendum, vt S. Tho. respondet super Ioannem, ꝙ si statim post baptismum transirent baptizati de hoc mundo, non vtique indigerent hac ablutione, quia cum sint mundi toti statim euolarent, sed qui post baptismum viuunt in hac mortali vita non possunt ad tantū culmen perfectionis ascendere quin etiam inordinati motus sensualitatis de effectibus terrenis insurgant, & ideo oportet, vt pedes lauent, vel per martyrium, quod est baptismus sanguinis, vel per pœnitentiam, quod est baptismus fluminis, vt euolare possint. Opponit contrarium. Respondet. S. Thom.

[Nisi vt pedes lauent] . i. effectus mentis purgent à venialib. in baptismo. n. licet totus homo mundatur, & licet à mortalib. abstineat, à venialib. tamen abstinere non potest, & ideo iterum puluere terrenæ inhabitationis inquinatur, & ideo opus est, vt pedes lauet non baptismo, sed pœnitentia, orationib. æleemosynis, & ieiunijs, & similibus.

N On dubito. Sequitur 30. pars huius distinctionis. Postquam in superiorib. capitulis magister Gratianus prosecutus ē multa de effectu baptismi, nūc ostēdit, ꝙ non in omnibus baptismus habet effectum plene, sed in quibusdam tm̄, videlicet in bene dispositis. Diuiditur autem hoc capit. in duas partes. In 1. ponit differentiam inter cathecuminum bonū, & malum baptizatum. In 2. ponit quandam conuenientiam inter eos. secunda ibi, sicut autem. Pro pleniori intelligentia huius ca. quæruntur duo. Diuisio

1 ¶ Primū, vtrum bonus cathecuminus præferendus sit malo baptizato.

2 ¶ Secundū, vtrum cathecuminis catholicis diuina charitate fragrantibus per baptismum conferatur gratia, siue gratiæ alicuius augmentum.

Ad pri

1 Ad primum sic proceditur.†Et videtur, ꝙ cathecuminus etiam in gratia existens nõ sit præferendus malo baptizato.¶ Et arguitur primo sic.ex illo.s.e.dist.c.cathecumini,vbi dr̃,ꝙ cathecuminũ,quãuis in bonis operibus defunctum vitam habere nõ credimus excepto &c.¶ Secundo sic.cathecuminus quantumcunque bonus non suscepto baptismo, non est membrum ecclesiæ,baptizatus vero sic.s.e.dis.ad hoc valet baptismus non dubium ꝙ is,qui mẽbrum est præferẽdus illi, qui non est membrũ ecclesiæ,ergo &c.¶ Tertio cathecuminus bonus nõ admittitur ad sacras actiones,vtputa ad perceptionẽ eucharistiæ,& aliorum sacramentorum, ad quas admittũtur baptizati,ergo cathecuminus etiam bonus non est præferẽdus baptizato.¶ In opp.est tex.pñs.¶ Respõdeo,ꝙ simpliciter sicut dr̃ Aug.cathecuminus bonus fide,& charitate fragrans malo baptizato præponendus est.Quæ conc.ex duobus colligitur positis in litera. Primo sic.ille rationabiliter prçponendus venit alteri,qui melior est,& maioris pretij, & bonitatis apud Deum,sed talis est cathecuminus catholicus fide,& charitate fragrãs respectu baptizati,qui malus est, vtpote charitate vacuus,cum totum esse spũalis bonitatis emanet dicente apostolo 1.ad Corinthios.13.charitatem aũt non habeam nihil sum.¶ Secundo sic.qui est spiritu sancto plenus, præferendus est ei , qui spũ immundo est inflammatus, sed cathecuminus charitate fragrans est spiritu sancto plenus,sicut dr̃ fuisse Corn.baptizatus malus est malo spiritu inflammatus,sicut in text. fuisse dr̃ Simon magus,ergo cathecuminus bonus præferendus est baptizato,qui in peccato mortali est. ¶ Ad rationes.Ad primam respondetur,ꝙ capitulum cathecuminum, non est in contrarium.Illud.n.quod ibi dr̃ intelligitur de cathecumino sicut dicit gl. qui non habebat desiderium baptizãdi siue baptismum in voto.¶ Ad secundam respondetur, ꝙ sicut dr̃ S.Thom.incorporari Christo conuenit dupliciter.s.merito,& numero.Tunc dico, ꝙ cathecuminus bonus siue ꝓposito siue voto habet baptismum, est merito membrum Christi,etiam ante baptismum actu susceptum,& ideo merito præferendus venit cuicunque alteri,qui merito nõ incorporatur Christo licet numero videatur incorporatus. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam, quia illa acceptio seu admissio ad perceptionem eucharistiæ,& aliorumq́ sacramentorum non arguit præferentiam non in eo,qui admittitur digne,qui.s.tam merito,quam numero est membrum Christi,cuiusmodi non est malus baptizatus,& ideo ratio non procedit.

Primum ar. | Scd̃m argu. | Tertium ar. | Opponit & Respondet. | Ad primum arg. | Ad scd̃um. | Ad tertium

2 Ad secundum Sic proceditur.†Et vr̃,ꝙ cathecuminis catholicis diuina charitate fragrantib.per baptismũ non conferatur gratia siue grç alicuius augmentum.¶ Primo sic illud quod iam quis adeptus est non indiget iterũ accipere,sed cathecumini hm̃oi accedentes ad baptismum iam habẽt gratiam,& virtutes, sicut de centurione dr̃ in pñti c.ergo talib.per baptismũ nõ cõfertur grã nec virtutes aliquæ.¶ Scd̃o sic.augmentum grã,& virtutum,est per meritũ, quia ẜm Aug.charitas meretur augeri,vt aucta mereatur & perfici.¶ Tertio cibus in eo,qui iam venit ad debitã quantitatẽ non facit augmentum,sed potest esse,ꝙ aliquis cathecuminus ante baptismũ perueniat ad quãtitatem gratiæ baptismalis, quã puer recipit in quo nullum est impedimẽtum,ergo vr̃,ꝙ talib.nihil super gratiam adijciet.¶ In opp.est gl.super illud psal. sup aquã refectionis educauit me,q̃ dr̃ per augmẽtum virtutis & bonæ operationis educauit me in baptismo.¶ Rñdeo dicendum,ꝙ talibus cathecuminis virtutes,& grã per baptismum augentur.probatur hæc concl. sic.per easdem cãs virtus gñatur,& augetur,vt dr̃ philosoph.2.ethi. sed baptismi est conferre virtutes,& grãm non habentib.vt.s.e.di ꝑ aquã,ergo eiusdem erit illas augere in habentib.¶ Ad rões.Ad primã rñ.negando consequentiam, quia licet tales nõ cõsequantur de nouo gratiã per baptismum actu susceptũ,tñ gratiã, & virtutes primo consecuti fuerunt per fidẽ Christi,& desideriũ baptismi implicite,vel explicite,nihilominus post in baptismo maiorẽ copiã grã & virtutũ cõsequuntur.¶ Ad secundã rñ.ꝙ in baptismo licet nõ operetur meritum baptizati operatur tñ ibi meritum Christi,qđ est efficacius.¶ Ad tertiã rñdetur,ꝙ grã nõ habet aliquẽ determinatũ terminũ ad quẽ pertingat, vltra quẽ procedere nõ possit.sicut est de quantitate aĩalis, & iõ non est simile,qđ arguebatur de quantitate aĩalis.Leg.¶ [ Nõ dubito diuina charitate fragrantẽ]quia alias licet bona opera habeat dãnabit,si sine baptismo decedat,vt.s.e.di. cathecumini.nec facimus iniuriã sacro cathecuminũ bonũ malo baptizato præferẽdo. hoc.n.nõ est ex baptismo,sed ex cõditione mala illius, qui baptismũ suscepit.[centurio]de isto hr̃ act.10. & di.26.deinde,& 2.q.7.nõ oẽs[inflãmatus].i.incensus siue repletus[sicut aũt]2.pars[ad regnũ cœlorũ capescendũ]si.s. contemnit accipere cum possit[sit vna confessio]si confiteri põt,& cõtemnit[dr̃ Io.& ipse etiam]dr̃ Mat.5.vt diuina præcepta impleatis,non tm̃ ẜm literam , vt illi faciunt,sed etiam ẜm spiritum.Et hac authoritate probat,quod dictũ est.s. ꝙ malo baptizato deest vera confessio ad capescendũ regnum cœlorum.

Primum ar. | Scd̃m arg. | Tertium ar. | Opponit in cõtrarium. Respondet. | Ad primum argu. | Ad scd̃m. | Exponit literam.

1 *Iustificatio impij an conuenienter attribuatur fidei.*
2 *Iustitia quid dicatur.*



Verus baptismus. Sequitur ẜm capit.eiusdẽ partis,in quo magister Gratian.in confirmationem sñiæ iam positç inducit authoritatẽ B. Aug.dicens,ꝙ verus baptismus qui.s.nõ tm̃ veritate sacri verus est, sed etiam efficacia, quæ constat non tã ablutione corporis, quam fide cordis. Quia vero.s.disputauimus,in primo c.huius distinctionis necessarium ad pñs solum venit discutiendum.†vtrum cõ uenienter iustificatio impij attribuatur fidei.Et vr̃ ꝙ non. ¶ Primo sic.iustificatio vr̃ illi virtuti attribuẽda à qua denominatur,sed nõ denominatur à fide,sed à iustitia sola,ergo attribuenda est iustitiæ,& non fidei.¶ Secundo vniuscuiusque virtutis est rectificare suam potentiam,& ad certitudinẽ deducere,& hoc est iustitia illa,qua iustificatur impius, †iustitia.n.vt dicit Ansel.est rectitudo voluntatis , quando .s.voluntas ẜm ꝙ est motor oĩm potatiarum aĩæ est recta , nusquam deflexa ad illicitum.ergo non debet hoc attribui, vel fidei,vel charitati sed omni virtuti.¶ Tertio sic.Cant.1. dr̃,recti diligunt te.gl.Amb.recti sunt qui habent volũtatẽ cõformẽ volũtati diuinæ,vr̃, ꝙ iustitia qua iustificatur impius non sit nisi conformitas voluntatum hoĩm.s. Dei, & non debet attribui alicui spãli virtuti.¶ In oppo.est tex.prçsentis c.¶ Rñdeo dicendum cum dño Albe.mag.in 2.parte summæ,ꝙ iustificatio attribuitur fidei formatç charitate, siue fidei,vt capiti principaliter, iõ quia fides est fundamẽtum in ædificio spũali, charitas vero cõsummatio de fide. Heb.12.fides est suba rerũ sperãdarũ,ergo id est fundamẽtum,quod res sperãdas facit subsistere in nobis. Et ꝙ iustificet Act.15.nihilq́ discernit inter nos,& ipsos fide purificãs corda eorum.de charitate ad Ro. 13. plenitudo legis est dilectio 1.cor.13.qui proximum diligit legem impleuit. Et ibidem,nunc autem manent spes, fides, charitas,tria hæc maior aũt horũ est charitas.Et pp hoc oportet,ꝙ oĩa opera,etiam aliarum virtutum , in fide facta sint,& in charitate formata,si debeant valere ad meritum,& ad iustificationem.¶ Ad rões. Ad primam respondetur iuxta S.Thom. in 4.di.17.ꝙ iustificatio est effectus iustitiæ generalis,sicut causæ formalis proximæ,sed fidei, & charitatis sicut causarum causæ ꝓximæ.Sicut aliquis æquatus dr̃, & æqualitate, & quantitate,quæ est equalitatis cã,& quia à proximis causis aliquid denominari debet,ideo iustifiatio licet attribuatur sicut effectus causæ fidei formatæ magis tamen denominatur à iustitia.¶ Ad secundã dicendum,quod licet aliæ virtutes rectificent potentias sibi subiectas ad actus proprios,tñ non hñt virtutẽ merendi,vel iustificãdi,nisi fundatæ in fide,& formatæ in charitate,& iõ iustificatio,& meritũ plus attribuit̃ fidei,& charitati q̃ alijs virtutib.¶ Ad tertiã dicẽdũ,ꝙ recti esse nõ pñt nisi per fidẽ, & charitatẽ,quia fides conformat nos veritati,& charitas bonitati,& in hoc est rectitudo & plena cõformitas ad Deũ.Le.¶[Sicut apostolica].s.act.15.fide purificans corda eorũ.[ Et alibi] s.ad Tit.1.& 1.Pet.3.poni t̃ ista lrã[saluos fecit baptisma,nõ carnis depositio sordiũ,sed cõsciẽ bonç interrogatio ĩ Deũ] vñ tã Arc.quã Hu.qui dixerunt ista verba vltima esse Aug. nõ bene viderũt tex.bibliæ.interrogatio nõ carnis depositio sordiũ.gl.ibi 1.Pet.3.qa nõ dico illud saluare baptisma, vbi est tm̃ depositio sordiũ carnis.i.vbi abluit̃ tm̃ caro exterius,qđ hçretici habuerunt, sed vbi est interrogatio puræ ꝯsciæ.i.vbi interrogatur & exigit̃ à baptista bona cõsciẽtia baptizãdi,quia talis baptismus saluat,aliud occidit.interrogatio sctã,& tendẽs in Deum,vt per bonam conscientiam bonum

Quæstio. | Primum ar. | Scd̃m argu. | Tertium ar. | Opponit in cõtrarium. Respondet. | Ad primum argu. | Ad scd̃um. | Ad tertium | Exponit literam. | Cõtra Hu. & Archid.

bonum efficiatur cum Deo hæc gl. item alia gl. ibi [interrogatio] quia non sufficit baptizando habere bonam consciētiam nisi ad interrogationem ecclesiæ suam fidē ostendat.

1 *Medicinæ temporales, & sacramentales qualiter differant.*



SIcut in sacramentis &c. Sequitur tertium ca. eiusdem partis, in quo magister Gratianus ostendit ex authoritate B. Aug. ꝙ & si in nouo testamento sunt multi ad baptismum accedentes carnales, aut etiam falsa fidei opinione inducti, nihilominus tamē verum suscipiunt baptismum, siue sacramentum, & si non ad salutem. Et diuiditur (Diuisio.) hoc capitulum in duas partes. In 1. ostendit, ꝙ in nouo testamento sunt aliqui carnales hoīes, sicut & in veteri erant aliqui spirituales. In 2. ostendit, ꝙ qualicunque fide quis suscipiat baptismum quantum ad integritatem sacramenti verum suscipit baptismum, licet non quantum ad salutem, nisi bona fide accipiat illum. 2. ibi, item non interest, quia vero de hmōi plurima disputata sunt in superioribus venimus ad explicationem literæ. Leg. ¶ [Ad nouum testamentum.] no. ꝙ inter alias differentias assignatas à doctoribus sanctis inter legem nouā, & veterem est, ꝙ lex vetus, (Exponit literam.) est lex timoris, inquantum inducebat ad obseruationē preceptorum per comminationem quarundam pœnarum, & promissionem bonorum temporalium. Lex vero noua dr̄ lex amoris, quia amore iustitię cohibet à peccato, & habet promissa spiritualia, vnde ideo illi, qui in statu veteris testamenti habebāt charitatem, & gratiam spiritus sancti principaliter spectantes promissiones spirituales, & æternas dicuntur pertinuisse ad nouum testamētum, vt hic dicit Aug. & declarat S. Th. in 1. 2. q. 107. ar. 1. Et econuerso qui (S. Thom.) in statu noui testamenti sunt carnales nondum pertingentes ad perfectionem noue legis dicuntur pertingere ad vetus testa. [occultum erat] cōtinebatur. n. nouum testamentum in veteri ſm illud Ezech. 1. rota erat in rota. i. nouum testamentum in veteri, vt Greg. exponit, & occultum erat (Grego. Chrysosto.) sicut granum siue fructus in spica, vt ait Chrys. super Mat. [quod iam reuelatum est] per prædicationem. s. Christi & apostolorum [animales]. i. carnales [quod]. s. proficere ad ea, quæ sunt spiritus Dei hortatur. Gala. 5. spū ambulate, & desideria carnis non perficietis. gl. i. delectationes, quas caro suggerit. [Item ibidem in spiritu ambulemus]. i. ambulemus spiritu sancto pure, & authore libertatis nostræ [ad vetus testamentum pertinent] quia solum temporalia, & carnalia spectant. [Si aūt &c.]. s. bonis operibus accessu bonorum operum, & profectu virtutum ad nouū pertinent, quia pertingunt ad perfectionem nouæ legis, quæ est perfectio spiritus [priusquā fiant]. s. nomine, siue numero, per susceptionem actualem sacramentorum [custoditi per sacramenti sanctitatem] quod. s. in desiderio habuerūt. vt. n. (S. Thomas. 1) tangit S. Th. in quodam quolibeto hæc est differentia inter medicinas corporales, & sacramentales, quia illæ non sunt salutares corporibus, nisi actu applicatę, medicinę vero spirituales proficiunt animæ, & in desiderio solo, siue voto habitæ, dum non religionis contēptus, sed necessitatis articulus illas actu excludat [in terrā viuētium]. i. in cęlesti patria, in qua est vita sine defectu, qa illa est vita ęterna vita immortalitate plena, de qua in psal. 17. Credo videre bona domini in terra viuentium [scriptum est] psal. 138. [imperfectum meum]. i. imperfectos meos, & perturbantes respicit Deus, vt ait gl. misericorditer, vt Petrum ne pereant [& in li. tuo]. s. in me, vt ait gl. quem dedisti formam iustitiæ [omnes scribentur]. i. instruentur, & nominabuntur omnes, non modo perfecti, sed etiā imperfecti [Item] 2. pars. omnia patent, quia ad sacramentum nihil refert quali fide quis accedat, quia semper accidit illud, sed quantum ad sanctitatem sacramenti refert, quia eam non recipit nisi bona fide accedat, sic. s. e. di. quomodo.

SI posset. Sequitur quartū capitulum eiusdē partis in quo magister Gratianus in confirmatione secundæ partis præcedētis capi. videlicet, ꝙ non interest quali fide aut opinione quis ad baptismum accedat, dum tñ intendat recipere quod ecclesia intendit, inducit authoritatē eiusdem Augu. Quia iam in superiorib. capitulis satis dictū est de hoc, iō ad literam accedamus. No. tñ ꝙ in multis decretis hoc capitulū non est diuisum à præcedenti, sed est pars eius. Leg. ¶ [Interrogarentur] etiam super articulis fidei, & alijs pertinentib. ad salutē [diuersitates] quia quot capita, tot sensus (Exponit literam.) ar. ff. de ar. l. non cogendum. §. principaliter. ar. 12. q. 1. c. 1. & quælibet prouincia in suo sensu abundat 75. dis. vtinam [animalis hō]. i. carnalis 1. Cor. 3. [Nunquid ideo &c.] q. d. non [repetendum]. i. iterandum [quantum capit] nec. n. modicum caperet nec etiam illud modicum retinere valeret, nisi diuinæ misericordiæ gubernantis beneficio.

3 *Causa alterius est aliquid dupliciter.*



PLacuit. Sequit̄ 31. pars huius distinctionis superius magister Gratianus egit de efficacia sacramenti baptismi, nunc vero ponit aliquas diffinitiones concilij Mileuitani circa aliquas quæstiones, quæ videntur tangere, tam peccatum ipsum originale, contra quod est ordinatus ipse baptismus, quam circa plenitudinem gratiæ collatæ per ipsum baptismū. Et in hoc c. 1. ponitur prima diffinitio contra eos, qui dicebant primum hominem ita mortalē factum, vt siue peccaret, siue non peccaret moreretur in corpore, hoc est de corpore exiret non pctī merito, sed necessitate naturæ. Breue est. Et nō diuiditur. Pro pleniori intelligentia huius cap. quæruntur duo.

1 ¶ Primo, vtrum homo in statu innocentiæ fuit mortalis.

2 ¶ Secundo, vtrum mors, & fames, & huiusmodi defectus, quos in natura humana sentimus insint ex natura an ex peccati merito.

1 Ad primum sic procedit. 1 Et vr̄ ꝙ homo in statu innocētię fuerit mortalis. Primo sic. (Primum ar.) mortale ponitur in diffinitione hoīs, sed remota diffinit one aufertur diffinitum, ergo si homo erat in illo statu non poterat esse immortalis. ¶ Scd̄o corruptibile, & incorru. (Scd̄m arg.) gnē differunt, vt dr̄ in 10. Met. sed eorum, quæ differūt gnē non trāsmutato ad inuicē, si ergo primus homo fuit incorruptibilis non posset homo in statu isto corruptibilis esse. ¶ Tertio sic. si hō innocentiæ fuit immortalis, aut hoc fuit (Tertium ar.) per naturam, aut per gratiam, sed non per naturā, quia cū natura eadē maneat ſm spēm, nunc quoque etiam immortalis, similiter nec p grām, qa primus hō per pnīam grām recuperauit ſm illud sap. 4. eduxit illū à delicto suo, ergo immortalitatē recuperasset, ꝙ patet esse falsū, nō ergo erat hmōi immortalis in statu innocētię. ¶ Quarto sic. immortalitas pmittit̄ hoī in pmiū ſm illud Apo. 21. mors vltra nō erit, sed hō nō fuit cōditus in statu pmij, sed vt pmiū mereret̄, ergo hō in statu innocētiæ nō fuit immortalis. (Quartū ar.) ¶ In oppo. est tex. pn̄tis c. ¶ Scd̄o est illud apl̄i ad Ro. 6. p pc̄tm intrauit mors in mūdū, ergo ante pc̄tm erat hō immortalis. (Opponit in cōtrarium.) ¶ Tertio est illud sap. 3. Deus mortē nō fecit, impij aūt manib. & verbis accersierūt illā. ¶ Rn̄. dicēdū, ꝙ hō in statu innocētię licet ex cōditione naturę fuerit mortalis, tñ simplr̄ eē dicēd fuisse immortalis. Pro qua cōc. notādū iux. S. Th. (Respondet. S. Thom.) in 2. snīarū di. 19. ꝙ ex 2. ph. habetur, ea q̄ sunt ad finē instituunt̄ ſm rōnē finis, vt patet pcipue in artificialib. cū ergo homo institutus esset ad finē beatitudinis excedentis oēm facultatē humanæ, oportuit, ꝙ in ipsa sui institutione aliqd sibi collatū fuerit. s. facultatē principiorū naturaliū, ex principijs aūt naturalib. esse perpetuū habere nō pōt, cū ex cōtrarijs componatur, quod est cā corruptionis in rebus, & forma materiā perficiat ſm eius capacitatē, vñ hoc sibi. s. cōditionē naturæ suæ collatum fuit, vt aīa, q̄ in tā nobilē finē ordinabatur ſm ptātē suā. s. cōem naturæ ordinē, quo materia recipit esse ſm sui cōditionē esse perpetuū materiæ cōicaret. Et quia hæc ptās aīæ. s. corpus cōsequebat̄ ex ordinatione eius in finē, nō poterat impediri nisi per ordinationē eius à fine q̄ sine pc̄tō esse nō poterat, & qa peccare poterat lib. arb. nondū in iustitia cōfirmato, poterat im pediri eius effectus, vt morte esse perpetuū inciperet, & iō quodāmodo erat mortalis inquātū poterat mori, & quodāmō immortalis, inquātū poterat nō mori, sed qa potētia moriēdi nō poterat reduci statī in actū, nisi pcedēte immutatione aīæ, ſm actū pc̄tī. iō simplr̄ dicēdus erat hō ſm statū illū mortalis, & mortalis nō nisi ſm qd. s. si peccaret, qa vt 9. Met. dr̄, illud dr̄ simplr̄ esse in po ētia ad aliquid, quod pōt statim duci in actū vno motore, sicut non dicimus, ꝙ ex terra possit fieri statua, sed ex cupro, quāuis ex terra fiat cuprū. ¶ Ad rōnes. Ad primā r̄ndet, ꝙ procedit de corruptibili, & mortali ſm naturam, conceditur. n. ꝙ homo ex (Ad primum argu.) conditione naturæ suæ esset mortalis, cum esset compositus ex

tus ex contrarijs, nihilominus ex beneficio Dei erat immortalis.dicit.n.Aug.in li.de questionibus noui,& veteris testamenti. Deus.n.hominem fecit,qui quamdiu non peccaret immortalitate vigeret, vt ipse sibi actor esset, aut ad vitam,aut ad mortem.¶Ad secundam respondetur, ꝙ impossibile est ꝙ corruptibile fiat incorruptibile, si sumatur, vt opposita. i. super eadem principia fundata, hoc autem non est hic.incorruptibilitas.n.quam prius homo habuit non fuit in principijs naturæ fundata,sed in virtute diuini ius animæ concessa, & ideo qn̄ naturæ suæ derelictus est, mortē quā natura habebat necesse fuit exire in actū, quæ qdem dictæ immortalitati opposita non erat. ¶Ad tertiā respondetur, ꝙ vis præseruandi corpus à corruptione nō inerat animæ humanæ naturaliter, sed per donū gratiæ, & quamuis gratiam recuperauit ad remissionem culpæ,& meritum g o iæ,non tamen ad amissæ immortalitatis esse ctū,hoc.n.reseruabat Christo,per quem naturæ defectus in melius reparandus erat,¶ Ad quartam respondetur,ꝙ differt immortalitas gloriæ,quæ promittitur in primū ab immortalitate,quæ fuit hōi collata in statu innocentiæ.

Ad scđm. Ad tertium. Ad quartum

2 Ad secundum sic proceditur.† Et videtur quòd mors,& fames,& hmōi defectus, quos in natura sentimus insint ex natura,siue ex suæ conditionis primordio, aut ex pc̄ti merito dicit Seneca, mors est hoīs natura non pœna.¶Secundo sic.quæcunque inueniuntur in aliquibus ex eisdem principijs causata ſm rōnē vnā in illis inueniuntur cum ex vnitate principiorum pendeat vnitas rei,sed mors,fames,sitis,& hmōi, inueniuntur ex eisdem principijs in hoīe, & in alijs animalib.s.ex pugna eorum,ex quibus cōponuntur, cum ergo in alijs aīalibus non sit sub rōne pęnæ, nec in hoīe rationem pœnæ habebunt.¶ Tertio sic.hmōi defectus.s.mors,fames,sitis,frigus &c.sunt pęnę quædam sensus,sed pœna sensus debetur peccato pp cōuersionē indebitā ad bonum commutabile, q̄ quidē cōuersio nō est in originali pc̄tō,ergo hmōi defectus nō r̄ndet originali pc̄tō pro pęna.¶ Quarto grauius puniuntur hoīes post hanc vitā,quā in hac vita, sed post hāc vitam non debetur pc̄tō originali pęna sensus,ergo nec in hac vita,ergo idem quod prius.¶ Quinto si cā fuerit ęqualis, effectus erit æqualis, hmōi effectus non sunt æquales in oībus. sed in quibusdā hmōi effectus magis abundant, cum aūt pc̄m originale æquale sit in oīb. ergo vr̄ ꝙ hmōi defectus non sint effectus pc̄ti originalis.¶Sexto sic.remota cā remouet̄ effectus, sed remoto oī pc̄tō per baptismū vel per penitentiā non remouētur hmōi defectus,ergo tales defectus non sunt effectus pc̄ti originalis.¶In opp.est tex.præsentis c.¶Secundo illud apostoli ad Ro.5. per vnū hoīem pc̄m in hunc mundū intrauit, & per pc̄m mors. ¶R̄n dicendum,ꝙ ſm fidē catholicā tenendū est,ꝙ mors, & oēs hmōi defectus p̄sentis vitæ sunt pęna originalis peccati.Pro cuius q̄onis intellectu notandum cum S.Th.in 1. 2.q.8 r.arg.7.†ꝙ aliud est causa alterius dupliciter.vno mō per se.Alio mō per accidens,per se quidē est cā alterius,qn̄ ſm virtutē suæ naturæ vel formæ producit effectum,vnde sequitur ꝙ effectus sit per se intentus à cā.vnde cū mors & hmōi defectus sunt præter intentionē peccantis,manifestū est,ꝙ pc̄m non est per se cā istorū defectuum.per accidās aūt est aliquis cā alterius, si sit causa remouēdo prohibens, sicut dr̄ 8.Phy. ꝙ reuoluens columnā per accidēs irruet lapidē columnę suprapositum.& hoc mō pc̄m primi parētis est cā mortis,& oīm hmōi defectuū in natura humana inquantū per pc̄m primi parentis sublata est iustitia originalis,per quā non solū inferiores aīæ vires continebātur sub ratione absque oī deordinatione,sed totum corpus continebatur sub aīa absque oī defectu, & iō subtracta hac originali iustitia per pc̄m primi parentis, sicut vulnerata est natura humana quantum ad animā per deordinationē potentiarum, vt dictum est.ita est etiā corruptibilis effecta p deordinationem ipsius corporis.subtractio aūt originalis iustitię habet rōnē pœnæ sicut etiā subtractio gr̄æ.vnde,& mors,& oēs corporales defectus consequentes.sunt quædā pœnæ originalis pc̄ti.¶Scđo notandum est, vt dicit S. Tho. in q.de malo. duplex est pęna.s. vna taxata pro pc̄tō. alia vero cōicans.sicut videmus, ꝙ iudex pro aliquo crimine facit aliquē excecari,sed ad excecationem eius sequunt̄ multa incommoda,puta,ꝙ mēdicet,& alia hmōi, sed ipsa cęcitas est pęna taxata pro peccato. Alia vero incōmoda, quæ sequunt̄ sunt pœnæ cōcomitātes.Sic in proposito. Nā

Primum arg. Scđm argu. Tertium arg. Quartū arg. Quintū ar. Sextum ar. Opponit in cōtrarium. Respondet. S.Thom.

3

hoī in primordio suæ cōditionis fuerat à Deo datū quoddam auxilium originalis iustitiæ per quod præseruabatur ab omnib.defectib.hmōi,quo quidē auxilio priuata est tota humana natura pp pc̄m primi hoīs,vt dictum est,ad cuius auxilij priuationem consequūtur diuersa incommoda, quæ dicuntur pœnæ concomitantes pœnā taxatā pc̄ti originalis.s.ipsam destitutionē siue priuationē originalis iustitiæ. Patet ergo ꝙ oēs defectus hmōi pœnæ sunt originalis peccati siue taxatæ pro ipso pc̄tō, siue concomitantes ipsam principalem pœnam.s. priuationem iustitiæ originalis.¶Ad rōnes.Ad primam respondetur,ꝙ Seneca,& alij philosophi considerauerunt naturā humanam ſm ea.q̄ ex principijs naturalib.ipsam consequuntur.statum autem illum primę conditionis,in quo hoī datum erat donum originalis iustitiæ scire non potuerunt, quem nisi fide tenet, & ideo de morte,& alijs defectibus non considerauerunt, nec locuti sunt,vt haberet rationem pœnæ.¶ Ad secundā respondetur, ꝙ in alijs aīalibus nō fuit hmōi auxilium collatum,nec per culpā aliquid ante perdiderunt, vnde hmōi incommoda,ea sequerētur,sicut est in hoībus,& ideo non est similis ratio sicut in eo, qui cespitat propter cæcitatem, in qua natus est hmōi cespitatio non habet rationē pœnæ. ¶Ad tertiā respondetur,vt dicit S. Tho.ꝙ pœna sensus taxata non debetur nisi actuali couuersioni,sed alia rō est de pœna concomitante.¶Ad quartā dicendum,ꝙ post mortem non est status proficiendi ad virtutem,vel deficiendi per pc̄m,sed recipiēdi pro meritis, vnde omnes defectus, qui sunt post mortem taxantur pro culpa, non aūt ordinātur,vel ad profectum virtutis,vel ad euitationem peccati, & inde est,ꝙ pueris post mortem, non videtur pœna sensus,quia illa taxatur peccato actuali.¶Ad quintā r̄ndetur cum S.Tho.in 1.par.2. ꝙ assumptū est verū de effectu causę per se.cā.n.per se augmentata vel diminuta, augetur vel minuitur effectus.Non est verum in causa per accidens siue remouente prohibens.Nam talis causæ æqualitas non ostēdit ęqualitatem effectuum.Si quis.n.æquali impulsu diuellat duas columnas nō sequitur,ꝙ lapides suprapositi ęqualiter moueantur, sed ille velocius mouebitur, qui grauior erit ſm proprietatem suæ naturæ, cui relinquitur remoto ꝓhibēte,sic igit̄ remota originali iustitia natura corporis humani relicta est sibi,& ſm hoc ſm diuersitatē naturalis cōplexionis quorūdā corpa plurib. defectib.subiacēt,quorūdā vero paucioribus quamuis existente æquali pc̄tō originali.¶Ad sextā r̄ndet cū S.Th.vbi.s.ꝙ culpa originalis, & actualis remouent̄,ab eadē,à quo et̄ remouent̄,& hmōi defectus ſm illud ap̄li ad Ro.5.visitabit mortalia n̄ra per inhabitātē sp̄m eius in nobis, sed vtrūq; fit per ordinē diuinæ iustitiæ congruo tp̄e,oportet.n.ꝙ ad immortalitatē, & impassibilitatem gloriæ, quæ in Christo inchoata est p Christum nobis acquisita perueniamus conformati prius passionibus eius,vnde oportet ꝙ ad tempus passibilitas in corporib. nostris remaneat ad impassibilitatē gloriæ ꝓmerendam conformiter Christo.Leg.[¶ Dicit]credendo,docendo asserendo[mortale factum] vt diceretur moriendi necessitati subiectus,hoc quidem non est verum qm̄ vt ex dictis suprapositis in quæstione colligitur, hic ante peccatum dr̄ fuisse mortalis secundum naturam corporis terreni,& immortalis quodammodo,mortalis,quia mori poterat,immortalis,quia poterat non mori, eius.n.mortalitas non erat necessitas moriendi,sed possibilitas moriendi,similiter eius immortalitas non erat impossibilitas moriendi, sed possibilitas,post peccatum vero factus est mortalis .i.necessitati mortis subiectus.in alia vero vita erit immortalis.i.impotens mori. in illo ergo primo statu habuit posse mori,& posse non mori, & hæc fuit prima hoīs immortalitas.s.posse non mori,in secūdo vero statu post peccatū habuit posse mori,& non posse nō mori,quia in hoc statu est moriendi necessitas. in tertio statu habebit posse non mori,& non posse mori,quia ad illum statum pertinet moriēdi impossibilitas,quod ex gratia erit,nō ex natura,quod vero dicit gl.ꝙ Aug. dicat, ꝙ si Adam non peccasset defecisset senio. Si ita sit,ꝙ Aug.dicit ly,senio,non est in ablatiuo,quoniam sic esset contra diffinitionem huius concilij, cui ipse dicitur interfuisse, sed est in datiuo casu & est sensus.i.non peruenisset ad senium.semper.n.in eo vigor iuuētutus floruisset.

Ad primum arg. Ad scđum Ad tertium Ad quartum Ad quintū. S.Thom. Ad sextum. S.Thom. Exponit literam.

1 *In paruulis, an reperiatur aliquid, quod rationem habens cul-*

*pę veniat regenerationis lauacro purgandum.*
2 *Sancti probantur ex quinque.*
3 *Tractum originaliter a parentibus qualiter habeat rationem culpæ.*
4 *Concubitus coniugalis potest fieri sine peccato.*
5 *Peccatum non est in semine, vt in subiecto.*



Lacuit. Sequitur 2.ca. eiusdem partis, in quo ponitur diffinitio condemnationis eorum, qui paruulos dicebant non baptizandos nihil ex Adam credentes eos cõ traxisse, ꝙ lauacro regñationis veniret mundandum, siue expiandum. Quod capitulum diuiditur in tres partes. In prima ponit condemnationem erroris negãtium peccatum originale in paruulis. In secunda assignat rationẽ, quare iuste damnatus fuerit error præfatus. 2. ibi, vnde fit consequens. In 3. cõfirmat rationem authoritate. ibi, quoniã. ¶ Pro pleniori intelligentia huius c. quæritur. — Diuisio.

1 ¶ † Vtrum in paruulis sit aliquid, ꝙ rationem habens culpæ veniat regenerationis lauacro purgandum. Et videtur, ꝙ non. — Quæstio.

¶ Primo sic. argumento Pelagij contra Aug. Sexus hoĩm est à Deo formatus, & distinctus. aĩa à Deo creata corpus à Deo figuratum, matrimonium à Deo institutũ, quando dictum est, propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ, actus etiam in dicto diuino præcepto quando dictum est crescite, & multiplicamini, per quas ergo rimas habebit ingressum originale ad prolem, videtur ꝙ per nullas. — Primum ar.

¶ Secundo sic. ad idẽ, non peccat iste, qui condidit. Per quas ergo rimas inter tot præsidia innocentię peccatum dicetur descendere in paruulos, videtur, ꝙ nulla potest dari, ergo &c. — Scd̄m arg.

¶ Tertio sic. ex hoc aliquod malum est culpabile, & vituperabile, quod est in potestate eius, qui de hoc culpatur, nõ. n. vituperamur, nisi ex his, quæ in nobis sunt, ut dicit philosophus 3. Ethic. sed illud, quod est in paruulis per originem tractũ, non est in potestate eius, qui illud per originẽ trahit, ergo impossibile est, ꝙ aliquid sit in paruulis per originem tractum. qđ habeat rationem peccati siue culpæ. — Tertium ar.

¶ Quarto sic, ẜm Au. in li. de vera religione. Omne peccatum est adeo voluntarium, ꝙ si non est volũtarium, non est peccatum, sed illud, quod in paruulis est tractum per originem, non potest dici voluntarium, cum vsum liberi arbitrij non habeant. ergo sequitur, ꝙ in illis nihil ponendum sit, quod habeat rationem peccati siue culpę. Si dicatur, ꝙ sit voluntarium voluntate prima parentis, quia illo peccante omnes in illo peccauerũt, vt dicit apostolus, & habetur in c. præsenti. Arguitur, ꝙ hoc stare nõ possit sic. Isti paruuli, qui modo ex Adã nascuntur, qñ Adã peccauit non erant actu, sed virtute tantum sicut in prima origine, peccare autem cum sit agere, non competit nisi existenti in actu, non igitur in Adam dici possunt peccasse. — Quartũ ar.

¶ Quinto sic. quod est naturale, non est pc̄m in ipso. sicut in talpa non est pc̄m ꝙ visione caret, cũ aũt nihil sit in paruulis, nisi ꝙ consequitur eos ẜm originẽ naturalem sequitur, ꝙ nihil in eis per originem cõtractũ, ꝙ habeat rationem peccati, siue culpæ. — Quintũ ar.

¶ Sexto, si peccatũ originale aliqđ trãsiuerit in paruulos, aut trãsiuerit ex parte corporis aut ex parte aĩæ. Nõ ex parte aĩæ, qa illa nõ traducit, similiter, nec ex pte corporis, qa illud traducit in semine, dicit autem Anselmus in li. de originali peccato, qđ peccatum non est plus in semine, quam in sputo, ergo videtur, ꝙ nullo modo dicendum sit aliquod peccatum originale esse in paruulis. — Sextum ar.

¶ Septimo sic. Nullum bonum est ꝑ se causa mali, matrimonium in sacramentis per se bonum est, ergo proles per se bona est aut non, si per se bona nullã habet maculam peccati, si mala, sequitur, ꝙ matrimoniũ sit malum, quod est causa mali, malũ. n. causa mali est. — Septimum argum.

¶ In oppositum est tex. præsentis c. vbi introducitur authoritas apostoli. ad Ro. 5. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ firmissime tenendum in paruulis pc̄m originale esse, ꝑ quod mundandum ad baptismum deferuntur, de qua qõne licet. s. cap. firmissime, plura diximus, tñ pro ampliori intelligẽtia huius materiæ duo hic dicemus. primo dicemus, ꝙ pc̄m originale sit ponendum in paruulis ex parentibus contractũ. Secundo videbitur, qualiter illud in paruulis habeat rõnem culpæ. Circa primum, notandum, ꝙ duplex est error circa hanc materiam, qui tangi vr̄ in præsenti ca. vnus est eorũ, qui simpľr peccatum originale negabant, sicut est error Iuliani, & Pelagij, & hic error veritati fidei est contrarius, quia sacramentorum necessitatem tollit, quæ contra seruitutem peccati in qua nascimur ordinata sunt. Alius est error, qui pc̄m originale nominetenus cõcedebant, sed ẜm rem negabant dicentes in puero nato nullã esse culpã, sed solum obligationem ad pœnam, & hoc manifeste diuinæ iustitiæ repugnat, vt. s. aliquis obligetur ad pœnam, qui culpam non habet, cum culpa iuste non nisi culpæ debeatur, & ideo his euitatis simpliciter concedendum est in paruulis culpã originalem, esse, quam trahunt ex vitiatis parentibus, quam conclusionem, vt dr̄ magister Albe. in summa — …ponit & Respondet.

2 in 2. parte † sancti probantur ex quinque. primum est ꝑ mala quæ patiuntur in febribus, & adustionib. & hmõi, quod iniustum est permittere Deum, si nullũ pc̄m præcessisset in eis, sed nullum actuale est in eis, ergo originale. ¶ Secũdum est per pœnalitates, quas patiuntur aliqui sancti in fame, siti, & huiusmodi, qui non meruerunt per actuale aliquod, cum ergo iuste affligantur à Deo, oportet, quod sit aliquod pc̄m, pro quo debeatur actuale, non est ergo originale. ¶ Tertium est per circuncisionem Isaac, qui fuit filius promissionis, & tñ licet filius promissionis damnatus esset, circuncisus non fuisset, quia dicit dominus Gen. 15. masculus cuius præputij caro præcisa nõ fuerit, peribit de populo meo &c. cõstat autem, quod nemo perit nisi damnatus ꝑꝑ peccatum, cum ergo Isaac nullum actuale pc̄m nec in se, nec in parentib. habuisset, ꝑꝑ quod periret, oportet qđ perisset ꝑꝑ originale, ergo originale est. ¶ Quartũ est, quod primi parentes fecerunt sibi perizomata, vt velarent inordinatum motum pudendorum post pc̄m, qui etiã in tota posteritate apparuit, qui motus pœna est, quia contra rationalem est, ergo sequela fuit alicuius pc̄i in posteris, in posteris aũt non est actuale, ergo originale peccatum est in posteris. ¶ Quintum est quòd inducunt authoritates biblię, quę expresse dicunt originale esse in paruulis. ad Eph. 2. oẽs nascimur filij iræ, constat, quod hoc non est propter actuale, sed propter originale. Item in psal. 50. ecce. n. in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Item ad Ro. 5. per vnũ hoĩem pc̄m intrauit in mundum, quod vniuersalis ecclesia de pc̄ō originali intelligit sicut dr̄ in præsenti c. Et sic patet pc̄m originale esse in paruulis, quòd contrahunt ex vitiatis parentib. quod erat primum.

3 ¶ Circa ẜm videlicet † qualiter aliquid in parentib. originaliter tractum habeat rationẽ culpæ Notandum cum S. Th. in 2. sententiarum di. 30. qđ hæc tria defectus, malum, & culpa, ex superadditione se habet, defectus. n. simpliciter negationẽ boni alicuius importat, sed malum nomen priuationis est, vnde carentia alicuius etiam si non sit natum haberi defectus potest dici, sed non potest dici malum, nisi sit defectus eius boni, quod natum est haberi, vnde carẽtia vitæ in lapide potest dici defectus sed non malum. homini vero mors, & defectus est, & malum. Culpa autem super hoc addit rationem volũtarij. ex hoc. n. aliquis culpat̄ qđ deficit in eo, qđ ꝑ suã volũtatẽ habere potuit, vñ oportet, ꝙ ẜm hoc aliquid rõnẽ culpę habeat, ẜm ꝙ rõ volũtarij in ipo reperitur. Sicut aũt est qđdã malũ, qđ naturã respicit, videlicet illud qđ priuat bonũ, ꝙ ad totã naturã pertinet, & quoddã qđ respicit psonã, videlicet qđ ad psonã tm̃ ptinet. ita ẽt est qdã culpa naturæ, & qdã psonæ, vñ ad culpã psonę reqrit̄ volũtas psonæ, sicut patet. in culpa actuali, q̃ per actũ psonæ cõmittit̄. Ad culpã vero naturæ nõ requiritur nisi volũtas in natura illa. Si ergo dicẽdũ est, ꝙ defectus illius originalis iustitiæ q̃ hoĩ in sua creatione collata est ex volũtate hoĩs accidit, & sicut illud donũ naturæ fuisse in totã naturã ꝑpagatũ hoĩe in iustitia ꝑsistente, ita ẽt priuatio illius boni in totã naturã perducit̄ quasi priuatio siue vitiũ naturæ. Ad idẽ. n. genus priuatio, & habitus referunt̄, & in quolibet in quo talis defectus reperit̄ habet rõnẽ culpæ ex hoc, ꝙ ꝑ volũtatẽ principij naturę. i. primi hoĩs inductus est talis defectus. Cui cõcordãs d. Vlri. in sum. ita dr̄. hic defectus volũtarius est qa causatũs est ex volũtate eius, in quo oẽs fuimus, vt dr̄ Au. ꝯ Iulianũ, & in quo oẽs in ipm̃ defectũ incidim⁹, & iõ habet rõnẽ culpę, qa volũtaria abiectio debitę iustitiæ pc̄m est. Sic ergo patet, qualiter defectus originalis iustitię, quæ debita erat inesse toti posteritati cum ea lege, data fuisset Adæ vt in omnes posteros suos propagaretur, habet rationem culpę in paruulis inquantum voluntarie primi parentis, in quo tunc omnes erant sicut in quodam originali principio tanquam — S.Tho. — Vlrichus.

pio tans

Ad primum arg. Albe. mag. pio talis defectus inductus, siue accidit & hic defectus in paruulos deriuatus dicit pctm̄, siue culpa originalis. ¶ Ad rationes. Ad primā respondetur sicut ipse respondet Aug. vt dicit Alb. mag. in 2. parte, quod ipse impudicus prædicator concupiscentiæ cum singula diceret tacuit concupiscētiam, quæ in cócupiscibili corrupta, & infecta est, & signū corruptionis in toto corpore, quæ inchoauit à primo peccato Adæ, & ab ipso pertransijt in omnes posteros, & ista est, per quam diffunditur peccatum originale in paruulos. Et ita veniebat argumentum, quoniam non sufficiēter Pelagius numerauit omnia, tacuit. n. concupiscentiam siue peccatum Adæ, de quo dicit apostolus ad Rom. 5. per vnū hominem peccatum intrauit in mūdum, & per peccatum mors. ¶ Ad secundā respondetur negando consequentiā,

Ad scd̄m.

4 quia licet ille, qui genuit non peccat, †quia concubitus coniugalis potest esse sine peccato, per libidinē tamen ipsam, quæ est in concubitu coniugali trāsfunditur peccatum originale in paruulos, vt dicit Au. & patet prima p q̄ peccatū originale trāsfunditur. ¶ Ad tertiam respondetur iuxta S. Thom. in 2. sententiarum, ꝙ peccatum originale cum non sit vitium personæ, vt persona est, sed quasi per accidens inquantū persona habet talem naturam, & ideo non oportet, ꝙ sit in potestate huiusmodi personæ hunc defectum habere, vel non habere, sed sufficit, ꝙ sit in potestate alicuius in natura illa, quia ex hoc, ꝙ habens naturam peccauit natura infecta est & inficitur in omnibus illis, qui ab illo naturam trahunt, & ideo potest dici culpa naturæ cum aliquis in natura illa subsistens per voluntatem defectum illū in totam naturam causauit. ¶ Ad quartam respondetur eodem modo, ꝙ originale peccatum est voluntarium, nō voluntate huius paruuli, sed primi parentis, qui principium fuit in natura humana. Ad replicam respondetur, vt dicit S. Tho. in 4. contra gentiles, ꝙ verum est, ꝙ homines geniti ab Adam non fuerunt actu in Adam, sed in virtute sicut in originali principio. Secundo dicit, ꝙ non dicuntur peccasse in eo, quasi aliquem actum exercentes, sed inquantū pertinent ad naturam ipsius, quæ per peccatū corrupta est, sicut plenius dictum est. ¶ Ad quintam respon. ſm S. Tho. ibidem, ꝙ huiusmodi defectus per naturalem originē traducuntur eo, quòd natura destituta est auxilio gratiæ, qd̄ ei fuerat in primo parente collatum ad posteros simul cū natura deriuandum, & quia hæc destitutio ex voluntario peccato processit, defectus consequens suscipit culpę rōnē, sic igitur defectus hmōi, & culpabiles sunt per comparationem ad principiū primū, quod est peccatum Adæ & naturales sunt quantum ad naturam iam destitutam, vnde apostolus dicit ad Ephes. 2. eramus natura filij iræ. ¶ Ad sextā dicendum, ꝙ peccatum originale non traducitur per traductionem sui subiecti, quod est anima rationalis, sed per traductionem seminis, quia ex quo anima patris per peccatum infecta fuit, sic etiam deordinatio in corpore subtracto illo ordine, quē natura prius instituta acceperat, & statim ex illo semine generatur corpus tali ordine destitutū, vnde & anima, quæ tali corpori infunditur deordinationē culpæ cōtrahit ex hoc ipso, ꝙ huiusmodi corporis forma, efficitur cum oporteat perfectionem perfectibili proportionatam esse, sicut, per aliquam corruptionem seminis cōtingit, non tm̄ defectus in corpore prolis ex illo semine generatæ, vt lepra podagra, vel aliqua hmōi infirmitas, sed ēt defectus in aīa, vt patet in his, qui à natiuitate naturaliter sunt stolidi. Ad id aūt, ꝙ dicit Ansel. ꝙ pctm̄ est in semine,

Ad tertium S. Thom.

Ad quartum

S. Thom.

Ad quintū. S. Thom.

Ad sextum.

5 respōdetur, †ꝙ pctm̄ nō est in semine, vt in subiecto, & ita accipiēdum est verbum Anselmi, est aūt in eo, sicut in causa, siue in virtute, ſm ꝙ sub lege concupiscentiæ seminatur à patre, & concipitur à matre. ¶ Ad septimam dicendū, vt dicit Alb. ma. in 2. parte summæ suæ, ꝙ matrimoniū bonū est, & proles ſm ꝙ est bonum matrimonij bona est, & nihil mali habent, sed quia generans in matrimonio per corpulentā substantiā fuit in Adā, & per legē concupiscētię humanæ non gn̄at, vt homo distinctus, sed generat, vt Adam in natura, & ideo non potest trāsfundere, nisi corruptum, & lege concupiscentiæ infectū, & exinde transfundit originale in paruulū. Leg. [Placuit] fuerunt quidā hæretici dicentes paruulos baptizádos non esse. Alij dixerūt nihil ex Adā contraxisse originalis pcti, ꝙ lauacro baptismi expiādū sit, & vtrunque condemnat, & anathematizat [vñ si cōsequēs] .i. ex istis eorū dictis sequitur [ꝙ forma baptismatis] ᵃ quę est in remissionē pctōrum ſm illud Eze. 36. Effundā super

Ad septim. Alb. mag.

Exponit literam.

a ¶ Forma baptismatis. Vide pulchre Per. de Anc. in c. 1. nu. 6. de baptis.

vos aquā mundā, & mundabimini ex oīb. inquinamentis vestris. Et illud apostoli ad Tit. 3. saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. i. per baptismū, & renouationis spūs sancti, quē effudit in nos abunde. i. ad remissionē pctōrū, & copiā virtutum, vt ibi gl. exponit [nō vera sed falsa]. i. vacua effectu. [Qm̄] 3. pars. [ait] ad Ro. 5. [p hoīem]. i. Adā à quo propagati sumus [pctm̄ originale mors] i. dissolutio corporis, & aīæ intrauit in ipsum Adā, & ita per ipsum mors in operōnes p eius. s. vitiatā carnē genitas [quā ecclesia intellexit], s. hoc de pctō originali, per propagationē ab Adā descēdentē, hoc dictum est pp hereticos Pelagianos, q pctm̄ primæ transgressionis in alios hoīes nō propagatione, sed imitatione transisse dicunt, vnde in paruulis credere nolūt per baptismum solui pctm̄ originale, quod in nascentibus nullū esse cōtēdunt. Ideo ꝯ istos dr̄ hic, ꝙ hoc dictū apostoli non sic intelligendū est, sed sicut ecclesia catholica toto orbe terrarum, [diffusa intelligit] intelligit quidē, ꝙ pctm̄ originale trāseat in oēs propagationes, & non imitatione, qm̄ si apostolus pctm̄ imitationis nō propagationis intelligi voluisset, eius principē nō Adā sed diabolum diceret, de quo in li. sap. dr̄. Inuidia diaboli mors intrauit in orbē terrarum. Præterea, si per modū imitationis pctm̄ hoc intelligēdum esset trāsire in oēs, sic vt dicit S. Th. in summa contra gentiles pctm̄ nō peruenisset ad eos, nisi qui peccando primum hoīem imitatur, & cum mors in mundū p pctm̄ intrauit nō peruenisset mors, nisi ad eos, qui peccāt in similitudine primi hoīs peccātis, quod est falsum, vnde ad hoc excludēdum subdit apostolus ꝙ regnauit mors ab Adā vsque ad Moysem, & ēt in eos, qui nō peccauerunt in similitudine præuaricationis Adæ. Nō ergo intelligit, ꝙ per vnū hoīem pctm̄ intrauit in mundum per modum imitationis sed per modum originis, quare sequitur [pp hāc. n. regulā fidei] ꝙ. s. per modum propagationis siue originis, & non p modum imitationis dicatur peccatum intrare in mundū, sequitur, ꝙ paruuli [qui nihil peccauerunt regeneratione] quę fit per baptismum mundetur secundum originale peccatum, ꝙ regeneratione. s. carnali traxerunt.

S. Thom.

2 *Auersio intelligitur a bono incommutabili.*
3 *Offensa quæ sequitur ex peccato non potest aboleri sine gratia.*
5 *Mens humana habet duas inclinationes contrarias.*
6 *Necessitas est duplex.*
7 *Iustificatio impij est effectus gratiæ.*



Placuit. Sequitur 32. pars eiusdem distinctionis, in qua magister Gratianus ponit tertiam diffinitionem concilij Mileuitani contra Pelagianos dicentes hominē non indigere gr̄a ad vitanda peccata, sed posse per se sine gratia adiuuāte illa vitare, dicens placuit &c. Pro pleniori intelligentia huius cap. quæruntur duo.

1 ¶ Primum est, vtrum remissio peccatorum, siue iustificatio impij possit fieri gratia.

4 ¶ Secundum est, vtrum quis sine gratia gratum faciente possit vitare peccatum.

1 Ad primum sic proceditur. †Et videtur, ꝙ remissio peccatorum siue iustificatio non requirat gratiæ infusionem. ¶ Primo sic. facilius est destruere, quam construere, sed homo per seipsum sufficit ad construendum peccatum, ergo, & per seipsum sufficit ad destruēdum, & ita remissio peccatorum potest fieri sine gratia. ¶ Secundo contraria peccata non possunt simul inesse eidem, sed aliquis qui fuit in peccato, vno potest per seipsum transire ad cōtrarium, sicut qui fuit auarus, potest per seipsum fieri prodigus, ergo aliquis potest per seipsum exire à peccato, & sic ad remissionem peccatorum non requiritur gratia. ¶ Tertio cōtrariorum mediatorum vnum potest remoueri sine hoc, ꝙ aliud inducatur, sicut nigredo potest expelli absque inductione albedinis, sed inter statum culpæ & gratiæ est aliquod medium. s. status naturæ conditæ, in quo secundum quosdam homo nec gratiā habuit, nec culpam, ergo non est necessarium ad remissionem culpæ, quod aliquis gratiam accipiat. ¶ Quarto sic. remissio culpæ consistit in reputatione diuina, secundum illud. psalm. 31. Beatus vir, cui nō imputauit dominus peccatum, ergo videtur quod ad remissionem peccatorum non requiratur gratia, quæ aliquid ponit in anima. ¶ In oppo. est tex. præsentis cap. in principio. ¶ Secundo est illud

Primum ar.

Scd̄m ar.

Tertiū ar.

Quartū ar.

Opponit in cōtrarium.

Respondet. apostoli ad Roman. tertio. Iustificati gratis per gratiam ipsius.¶ Respōdeo dicendum, ꝙ remissio peccatorum nullo modo potest fieri sine gratia gratum faciente. Est autē hic in primis notandum,ꝙ,vt dr̄ dominus Bonauent.in 2. in hmōi quæstionis determinatione aliter senserunt philosophi.Aliter senserunt hæretici. Aliter tractatores catholici. Philosophi.n. ignorantes qualiter peccato offendatur diuina maiestas,& qualiter, per ipsum adunatur potentia rum habilitas,dixerunt, ꝙ homo per exercitationē iustus poterat effici , sicut per deordinationem à recta ratione factus erat iniustus,vnde & philosophus dicit , ꝙ prauus ad meliores exercitationes deductus, aut multum proficiet, aut perfecte in contrarium habitum restituitur. hæretici vero aliquod lumen fidei habentes cognouerūt,ꝙ per peccatum offenditur maiestas diuina, & quodammodo damnificatur,excecati tamen non considerauerunt qualiter ex culpa natura infirmatur.Et ideo dixerunt, ꝙ ad hoc, ꝙ liberum arb. à culpa resurgat , non est sibi necessaria aliqua gratia curans sed sufficit sola gratuita Dei misericordia quę inclinatur,ad remittendum peccata nostra propter satisfactionem,quam Christus sibi facere voluit,dum se in cruce pro nobis obtulit. Sed hæc positio,non tantum à veritate deficit, sed etiam dum cōtraria implicat seipsam destruit. dicit.n.quod adhuc ꝙ li.ar. à culpa resurgat , necesse est,ꝙ Deus sibi culpam remittat,& tamen non est necesse,ꝙ aliquid sibi tribuat,vel circa ipsum faciat.Si.n.Deus non mutatur,& idem ipse iudex iustus est,vt nihil acceptet, nisi tātum, quantum videlicet ad hoc, ꝙ culpa remittatur , & peccator Deo reconcilietur necesse est,ꝙ aliquid ipsi peccatori tribuatur per ꝙ morbus peccati sanetur .Catholici vero tractatores,& luce fidei & autoritate scripturę cognouerūt peccatum, & Dei esse offensiuum, & quodammodo damnificatiuum,dum homo se trāsfert de seruitio Dei ad seruitium diaboli, & etiam imaginis deformatiuum. Et ideo dixerunt , ꝙ ad hoc ꝙ li.ar.resurgat à peccato,siue ꝙ remissionem peccatorum consequatur necessaria est gratia non solum secundum quod gratia dr̄ Dei gratuita voluntas,sed secundum ꝙ gratia dicit donum Dei gratum faciens. Ad cuius necessitatis euidentiam sequendo S. Tho. in quæstionibus de veritate.q.28.ar.2.sciendum,ꝙ cum in peccato sint duo.s.auersio, & conuersio.Sunt autem tria ex parte auersionis in peccato se cōcomitātia, ratione quorū aperte ostenditur , quod sine gratia remissio peccatorum fieri non potest.s.auersio,offensio Dei,& reatus.† Auersio namque intelligitur à bono incommutabili, ꝙ quis poterat habere respectu cuius se impotentem fecit. Alias auersio non esset culpabilis , non ergo potest prædicta auersio remoueri, nisi fiat coniunctio ad bonum incommutabile, à quo homo per peccatum discessit, hæc autem coniunctio non est , nisi per gratiam , perquam Deus mentes inhabitat , & mens ipso Deo per amorem charitatis inhæret, vnde ad sanandum prædictam auersionem requiritur gratiæ & charitatis infusio , sicut ad sanatio-

S Thom.

3 nem cęcitatis requiritur restitutio potentiæ visiuę† Offensa autē,quæ ex peccato sequitur sine gratia aboleri non potest siue accipiatur offensa ex parte hominis, inquantū homo peccando Deum offendit,siue ex parte Dei,ſm qđ peccatori est offensus secundum illud psal. odisti omnes, qui operantur iniquitatem. Quicunque.n.rem aliquam digniorem indigniori supponit,iniuriam ei facit,& tāto amplius quanto res est dignior , quicunque autem in re temporali finem constituit, quod facit omnis mortaliter peccans , ex hoc ipso quantum ad effectum suum præponit creaturam creatori,diligens plus creaturam,quam creatorem.finis.n.est ꝙ maxime diligitur.cum ergo in infinitum Deus creaturam excedat,erit contra Deum peccantis infinita offensa ex parte dignitatis eius,cui per peccatum quodammodo iniuria fit, dum ipse Deus cōtemnitur, & eius præceptum,vnde ad hanc offensam abolendam non sufficiunt vires humanę , sed requiritur munus diuinæ gratiæ, & ipse Deus dr̄ peccatori offensus,vel eum odire,nō odio quod opponitur amori,quo diligit omnia,sic.n.nihil odit eorum quæ fecit,vt dr̄ sapientiæ 11.sed ei opponitur amori,quo diligit sanctos bona æterna eis præparando. huius autem amoris effectus est gratiæ gratum facientis,vnde offensa qua Deus hoī offenditur non remouetur,nisi p hoc, ꝙ gratiam dat. Reatus etiam peccati non solum est obligatio ad pęnam sensibilem,sed principaliter ad pęnā damni, quæ est carentia gloriæ,vnde reatus non tollitur quamdiu homini non datur vnde possit ad gloriam peruenire, hoc autem est gratia , & ideo sine gratia peccatorum remissio fieri non potest.¶ Ad rationes.¶ Ad primam respondetur negando,ꝙ peccare sit construere,peccatum.n.quædā destructio est . Remissio autem est constructio , vnde facilius est construere peccatum,quam à peccato exire. ¶ Ad secundam dicendum vt S.Thom.respondet in 1.2.ꝙ sicut dicit Aug.in libr.de nuptijs,& concupiscentia,si à peccato desistere hoc esset,non habere peccatum,sufficeret,vt hoc moneret scriptura filj peccasti non adijcias iterum,non autem hoc sufficit,sed additur & de pristinis deprecare, vt tibi dimittantur.transit.n.peccatum actu,sed remanet reatu,vt.s.dictum est, & ideo cum aliquis à peccato vnius trāsit in peccatum alterius contrarij vitij,desinit quidem actū præteriti,sed nō desinit habere reatum, vnde simul habet reatum vtriusque peccati.Non.n.peccata sunt sibi cōtraria ex parte auersionis à Deo, ex qua parte peccatum reatum habet.¶ Ad tertiam respōdetur iuxta S.Th.in quæstionib. de veritate ꝙ supposita illa opinione,ꝙ Adam aliquo tempore nec gratiam nec culpam habuit dicendū,ꝙ nihil prohibet aliqua contraria esse mediata respectu alicuius subiecti similiter accepti quæ sunt immediata quantum ad tempus determinatum,sicut cecum,& videns, sunt mediata in cane,non tamen post nonum diem.Similiter & hoī reatu status naturę conditæ gratia,& culpa comparantur,vt contraria mediata , sed post tempus quo Adam gratiā accepit, vel accipere potuit ita ꝙ in omnes eius posteros transiret. Nullus caret gratia,nisi per culpam actualem , vel originalem.¶ Ad quartam respondetur,ꝙ sicut dilectio Dei non solum consistit in actu voluntatis diuinæ,sed etiam importat quendam gratiæ effectum,ita etiā & hoc quod est Deū non imputare peccatum homini importat quendam effectum in ipso cuius peccatū non imputatur,ꝙ.n.alicui non imputetur peccatum ex dilectione diuina procedit.

Ad primum argu. Ad scđm. S.Thom. Ad tertium S.Thomas. Ad quartum

4 **Ad secundum** sic proceditur.† Et videtur quòd sine gratia quis possit vitare peccatum.¶ Primo sic.Nullus peccat in eo,quod vitare nō potest, vt Aug.dicit in li.de duabus animabus,& li.ar. si ergo existens in peccato mortali non possit vitare peccatum, vr̄, ꝙ peccando non peccet, quod est inconueniens.¶ Secūdo sic.homo corrigitur, vt non peccet , si ergo homo in pc̄tō mortali existens non potest non peccare, videtur ꝙ frustra correctio ei adhibeatur,qđ est inconueniens.¶ Tertio sic. Eccl.15.dr̄ ante hominem vita,& mors , bonum,& malū, quod placuerit ei,dabitur illi,sed aliquis peccando nō desinit esse hō,ergo adhuc in eius potestate est eligere bonū, vel manum , & ita pōt homo sine gratia vitare peccatum. ¶ Quarto sic.dicit Hieronymus ad damasum Papā.Nos dicimus hominem semper peccare , & non peccare posse, vt nos liberi cōfiteamur esse arbitrij,ergo dicere,ꝙ homo in statu peccati existens non possit vitare peccatum, est negare libertatem arbitrij quod est hæreticum.¶ In opp.est tex.præsentis ca.¶ Respondeo dicendū,ꝙ circa hanc quæstionem,vt narrat S.Th.in quęstionib.de veritate cōtrarę hæreses surrexerunt.Quidā.n.æstimantes naturam mentis humanę ad modum corporalium naturarum opinati sunt omne illud in quod videbant mentis inclinationem esse, hoīem ex necessitate operari,& ex hoc in contrarios errores inciderunt.†habet.n.humana mēs duas cōtrarias incli-

5 nationes,vnā quinē in bonū ex instinctu rōnis,quā cōsiderans Iouinianus dicit hoīem nō posse peccare.Alia inclinatio inest humanę mēti ex inferiorib.virib.& pcipue ſm ꝙ sunt ex originali pc̄tō corruptæ, qua.s.inclinatur mens ad ea eligēda , q̄ sunt ſm carnalē sensum delectabilia,& hanc inclinationē cōsiderātes Manichæi dixerūt, ꝙ hō necessario peccat,nec aliquo mō vitare pc̄m pōt,& sic vtrique licet vijs ɔ̄rijs in idē incōueniēs inciderūt,vt liberū arb.denegarent. Non.n.erit hō liberi arbitij,si vel ad bonū,vel ad malū necessitate impellit,ꝙ quātū sit incōueniēs ex doctrinis philosophorū , & diuinis authoritatib.apertissimū est. Ecōtrario vero stat Pelagi⁹,q volēs li.ar.defendere gr̄e dei aduersarius est,dicēs absq; Dei gr̄a hoīem posse pc̄m vitare.Qui qdem error manifestissime doctrinę euāgelicę ɔ̄dicit,vn̄ est p ep̄lam cōdēnatus,vt patet in c.p̄nti.fides aut catholica media via incedit,ita libertatē arbitrij saluās,ꝙ necessitatem gratiæ non excludit. Pro cuius declaratione est notandum iuxta S.Tho.in 1.parte,ꝙ de hoīe loqui possumus

Primum ar. Scđm arg Tertium ar. Quartū ar. Opponit & Respondet. S.Thomas. S. Thom.

mus dupliciter.vno modo secundum statum naturæ integræ.Alio modo secundum statum naturæ corruptæ,secũdum statum quidem naturæ integræ est conclusio. quod homo sine gratia habituali poterat non peccare mortaliter,nec venialiter Probatur sic.peccare nihil aliud est, quam recedere ab eo,quod est secundum naturam , quod vitare homo poterat in integritate naturę pmanens.vnde homo in statu Innocentiæ potuit non peccare sicut poterat non mori.hoc tamen,ꝙ dictum est de gratia habituali accipiendum est non de gratia diuini auxilij in bono cõseruantis,quia hoc subtracto etiã natura ipsa deficeret, secundum illud psal.44 Nisi quia dominus adiuuit me Paulo minus habitasset in inferno anima mea.Si vero secũdo modo loquamur de homine secũdum statum naturæ corruptæ,tunc est conclusio.quod homo ad hoc quod omnino à peccato abstineat indiget gratia habituali.licet enim homo antequam habeat gratiam possit singula peccata vitare,& secundum aliquod tempus,quia non est necesse, ꝙ cõtinue peccet in actu,sed quod diu maneat sine peccato mortali,esse non potest.Hæc conclusio ostenditur authoritate,& ratione. Authoritate.s.prophetæ dicentis in psal.68.Infixus sum in limo profundi, & non est substãtia. Substãtia illa dr̃ fundamentũ sustinẽs,ne descẽdat,ergo q limo concupiscentiæ infixus est,& non habet gratiam subleuantem continue descendit.ergo continue cadit. Item

Guiliel. dr̃ Gregorius super Ezechielem.peccatum,quod mox p pœnitentiam non deletur,suo pondere ad aliud trahit. Ratione sic probatur præfata cõclusio.sicut rõni subdi debet inferior appetitus,ita & ratio subdi debet Deo,& in ipso constituere finem suæ volũtatis,per finem autem oportet,quod regulentur omnes actus humani,sicut per rationis iudicium regulari debent motus inferioris appetitus. sicut inferiori appetitu nõ totaliter subiecto rõni,nõ põt esse qui cõtingant inordinati motus in appetitu sensitiuo, ita etiam rõne hoĩs non existente subiecta Deo cõsequẽs est,vt contingãt inordinationes in ipsis actibus rõnis. Cũ .n.homo non habet cor suum firmatũ in Deo,vt pro nullo bono consequendo,vel malo vitãdo ab eo separari vellet.Occurrunt multa propter quæ consequenda,vel vitanda homo recedit à Deo contemnendo præceptum ipsius. & ita peccat mortaliter,& pręcipue quia in repentinis homo operatur secundum finem præconceptum,& secundũ habitum præexistentem,vt philosophus dr̃ 3.Ethicorum quamuis ex præmeditatione rationis homo possit aliquid agere præter ordinem finis præconcepti,& pręter inclinationem habitus.sed quia homo non potest semper esse in tali præmeditatione,non potest contingere,vt permaneat quin operatur secundum consequentiam voluntatis deordinatæ à Deo,nisi cito per gratiam ad debitum ordinem reparetur.hanc eandem conclusionem multis rõnibus probat idẽ doctor sanctus libro.3. contra gentiles capit. 160.

Alb.magn. Huius snĩæ ẽt est magnus Alber.in 2.parte summæ distinguẽs dr̃ duplici necessitate.†Est.n.duplex necessitas cãę agẽ

6 tis,& necessitas non prohibentis,sicut est in descensu lapidis deorsum,in quo sicut dr̃ Aristoteles,& alij philosophi naturales,causa agens est generans ad formam grauis. Generans quoque generando dat formam , & dando formam dat omne , quod consequens est eam sicut motum, & locum,& ideo graui generato de necessitate descendit ad centrum,nisi aliquid sit prohibens, sicut columna supposita,quæ si remouetur statim de necessitate descendit. Et ita dicendum est in proposito,quod omne peccatum , quod siue præcedens reparationem gratiæ siue subsequẽs voluntariè fit & nullum ex necessitate agentis vt dr̃ Aug. Si autem attendatur non prohibens siue necessitas prohibentis,cum ex peccato perpetrato iam insit pondus deprimens,& non gratia tenens post peccatum perpetratum,& ante gratiæ reparationem quantum est ad defectum gratiæ tenentis,homo non potest resistere peccato,quia nec ratio potest resistere errori,nec voluntas concupiscentię, & ideo non potest non peccare damnaliter.& tamẽ quod libet peccatum quantum ad agens fit voluntariè, & non necessario.Et hoc est quod dr̃ Ozeæ 13.perditio tua ex te

Ad primum argu. Israel tantum,ex me saluatio tua.¶Ad rationes.Ad primã dicendum,ꝙ homo potest vitare singulos actus, nõ tamẽ omnes nisi per gratiam,& tamẽ quia ex defectu est,quod homo ad gratiam habendam non se parat propter hoc à peccato non excusatur , quia sine gratia peccatum vitari non potest cuius defectum ille sua voluntate incurrit.Sicut ebrius ab homicidio non excusatur quod ebrietatem commisit quam sua culpa incurrit.¶Ad secũdam respõ- Ad secũdum
detur negando consequentiam, quoniam correctio licet sola sit sufficiens sine Dei auxilio,vtilis tamen est vt ex dolore correctionis voluntas regenerationis oriatur,quæ requiritur ad hoc,quod à peccato abstineat. ¶ Ad tertiam Ad tertium
respondetur,quod vt dicit August.verbum illud intelligitur de homine secundum statum naturæ integræ, quãdo nondum erat seruus peccati.vnde poterat peccare,& non peccare,nunc etiam in statu corruptę quodcũque vult hõ datur ei,nihilominus hoc quod bonum velit habet ex auxilio gratiæ,secũdum illud ad Ephe.2.ipse operatur in nobis velle & perficere bonum.Lege.¶[Gratia Dei iustifi- Exponit literam.

7 camur]†iustificatio.n.impij effectus gratiæ est secundum illud ad Rom.3.Iustificati gratis per gratiam ipsius[nõ ad adiutorium]credẽtes ex solis naturalibus posse vitare pec- cata,quod falsum est.Quod dominus Bonauen.inducit ex Bonauent.
duobus.Tum propter instabilitatem suam,quam incurrit per peccatum,iuxta illud Treno.1.peccatũ peccauit Hierusalem,propterea instabilis facta est.Et gloss.super illud Tren.Misericordię domini &c. dicit,. Non potest homo diu stare contra insultum diaboli,nisi misericordia domini adiuuetur.Secundo propter infirmitatem.vnde necessitatem habet in aliquam necessitatem seu infirmitatem incidere,cum.n.sit obtenebratus ignorantia,& alligatus carnis concupiscẽtia tẽtationes carnis, & infidelitatis nõ possit euadere,quin eis aliquando cõsentiret,nisi adiuuaretur munere diuinæ gratiæ.Merito ergo anathemata opinio Pelagij dicentis hominem etiam in statu naturę corruptę posse sua virtute vitare omnino peccatum.Nec opus ei esse adiutorio diuiuæ gratiæ ad hoc,& hoc est quod sequitur,anathema sit.

1 *Homo an possit velle,& facere bonum absque gratia.*
2 *Bonum est duplex.*
3 *Dona gratuita proprie,quæ dicuntur.*



Visquis. Sequitur quartum capitulum eiusdem partis contra sæpe nominatos hæreticos Pelagianos qui dixerunt sine gratia Dei posse hominem quodcunque bonum facere etiam meritoriũ.Per gratiam vero non dari,nisi facultas intelligẽda quid agendum sit,siue vitandum,quod hic anathematizatur.¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli quæritur. Quæstio.

1 ¶†Vtrum homo possit velle,& facere bonum absque gratia.Et videt primo ꝙ sic.Nullus debet corripi si non facit, Primũ ar.
quod facere non potest,sed homo iuste corripitur si omittat facere bonum,ergo per liber.arbitriũ homo bonum facere potest. ¶ Secundo sic.vna quæque res magis potest Scd̃m arg.
in illud,quod est sibi naturale, quam in illud quod est sibi contra naturam.sed liberũ arbitriũ naturaliter ordinat in bonum peccatum autem est contra naturam,vt dr̃ Da. ergo magis potest in bonum quam in malum, sed potest in malum per seipsum,ergo multo magis in bonũ.¶ Tertio sic,liber. arbitriũ s̃m Ans.in de liber.arbitrio.liberũ ar- Tertium ar.
bitrium est facultas seruandi rectitudinem voluntatis,sed rectitudo volũtatis non seruatur nisi benefaciendo.ergo per liber.arbitriũ potest homo facere bonum. ¶In oppositum est textus præsentis ca. ¶Secundo videtur ẽt esse illud Ioan.9.sine me nihil potestis facere glo.nec parum boni.¶ Tertio illud apostoli 2.ad Corin.3.Non sumus sufficientes aliquid cogitare ex nobis.¶ Respondeo dicendũ Opponit in cõtrarium.
iuxta Sanctum Thomam tam in secũda quam in quæstio- Respondet. S.Tho.

2 nibus de veritate.†duplex est bonum quoddam est naturæ humanæ proportionatum,quoddam vero quod excedit naturę facultatem.& hęc duo bona si de actibus loquamur non differunt secundum substantiam actus,sed secũdum modum agẽdi, vtputa iste actus qui est dare eleemosynam est bonum proportionatum viribus humanis, secũdum quod ex quadam dilectione naturali,vel benignitate homo ad hoc mouetur,excedit autem naturæ facultatem secundum quod ad hoc inducitur ex charitate quæ mentem Deo vnit. Qua distinct. facta sit ista conclusio. Homo sine gratia habituali nõ potest bonum meritoriũ facere.Probatur ista conclusio.tale bonum est supra natu- Prima con.
ram.ergo ad illud non potest homo sine gratia. consequẽtia patet

tia patet. Antecedens etiam patet. quia per hmōi bonū hō meretur vitā æternam, quā mereri nō pōt nisi per gratiam Ro. 6. gr̄a Dei vita æterna. ergo manifestum est, quod tale bonū supergreditur humanam facultatē, & per cōsequens homo non potest illud sine gratia. ¶ Secūdo sic. Nulla res agit per se effectum, qui est vltra suam perfectionem, sed bonitas actus meritorij inquantum huiusmodi excedit p̄fectionem naturalem hominis, vt dictum est, ergo cōclusio vera. ¶ Secunda cōclusio. homo sine habitu gratiæ potest per li. ar. facere bona proportionata humanæ naturæ quæ dicūtur bona de genere bonorum siue moralia. Quæ conclusio probatur sic. Nulla res destituitur propria operatione, sed bona operatio hoīs est, quæ est propria eius. i. secūdum rationem ordinata, sicut, & malum hominis est contra rōnem esse, vt dicit Diony. 4 c. de di. no. ergo homo per se sine gratia habituali potest in bonam operationem exire. vnde etiam Aug. dicit, quod homo per li. ar. potest agros colere, domos ędificare, & alia plura bona facere, sine gratia gratum faciente. licet. n. dicamus quod huiusmodi bona homo possit facere sine gratia gratū faciente. Non tamē potest ea facere sine Deo, cum nulla res possit in naturalem operationem exire, nisi virtute diuina, quia secunda non agit nisi per virtutem causæ primæ, vt dr̄ in libro de causis. vnde dr̄ Esa. 27. Omnia. n. opera nostra operatus es in nobis domine. Huic sententiæ concordat dominus Bonauentura in 2. dist. 28. ¶ Ad rationes. Ad primam respōdetur, quod rectè homo corripitur, qui nō facit meritoria, quia ex eius negligētia est, quod gratiam non habet per quam opera sua redderentur vitæ æternæ. ¶ Ad secundam respondetur concedendo quod in bonū quod est connaturale homini homo potest per li. arb. sed in bonum meritorium, quod est supra naturam, nō potest per se. ¶ Ad tertiam respondetur, quod si lib. ar. possit seruare rectitudinem habita nō tamen ita quando eam non habet. ¶ Ad primam rationem alterius partis respōdetur, quod tex. noster intelligitur de bono meritorio. ¶ Ad secundam respondetur, quod gratia dupliciter dr̄, vno modo
5 donū gratuitum. Alio modo ipse Deus gratis dans, †dona autem gratuita propriè dicuntur, quę naturalibus superaddita sunt sine quibus donis homo multa bona facere potest, quamuis non meritoria. nihil tamen boni potest facere sine gratia Dei, secundum quod intelligitur gratia ipse Deus gratis dans, eo quod ipse est principium omnis boni non tantum in hominibus, sed etiam in alijs creaturis.

¶ Ad tertiam respōdetur sicut ad primam, quod dictum apostoli intelligitur de cogitationis opere meritorio. Lege. ¶ [Quisquis adiuuare ad non peccandum] Isti hæretici non attribuebant gratiæ aliquid virtutis potestatis, ac vigoris ad vitandum peccata, & operandum opera meritoria vitæ æternæ, dicentes hominem ex li. ar. potestate sine gratia posse talia facere, sed hoc tantum attribuebant gratiæ quod per eam homo habeat notitiam clariorem quid agendum, vel quid faciēdum esset, & in hoc grauiter errabant. vt supra dictum est. & ideo merito anathematizantur tanquam inimici gratiæ Christi.

Secūda cō. — Dionysius. — Aug. — Bonauent. — Ad primum arg. — Ad secūdum. — Ad tertium — Ad primam oppositio. — Ad secundā opposition. — Ad tertiam opposition. — Exponit literam.

1 *Mandata diuina an possint impleri sine gratia.*
2 *Implere mandata Dei contingit dupliciter.*
3 *Homo sine gratia gratum faciente potest seruare mandata diuina quantum ad substantiam operis.*
*Nō tamen per liberum arbitrium quantum ad efficaciam meriti. nu. 4.*



Placuit. Sequitur quintum capitulum huius partis, & vltimum huius dist. In quo ponitur quinta diffinitio præfati concilij, contra præfatos hereticos dicētes, sine gr̄a posse impleri diuina mandata. capitulum nō diuiditur. ¶ Pro pleniori in-
1 telligētia huius capituli quæritur. ¶ †Vtrum rectè fuerit facta huiusmodi diffinitio, quod sine gratia non possint impleri diuina mandata. Et videtur quod non. dicit apostolus ad Roman. secundo. quod gentes quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ sunt legis faciunt, sed omne ꝙ homo naturaliter facit potest per seipsum facere. ergo absque gratia potest homo præcepta legis facere. ¶ Secundo sic. Hieronymus dicit in expositione catholicæ fidei illos esse maledicēdos, qui Deum præcepisse aliquid impossibile dicunt, sed impossibile est homini ꝙ per seipsum implere non potest. ergo hō potest implere omnia præcepta legis per seipsum. ¶ Tertio inter omnia præcepta legis maximum est illud. diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, vt patet Mat. 22. sed hoc mādatum potest homo implere ex solis naturalibus diligendo Deum sup omnia mandata legis potest homo implere sine gratia. ¶ In oppositum est tex. præsentis capituli. ¶ Respondeo dicendum quod conuenienter diffinitio illa facta est. Pro quo notandum iuxta Sanctum Thomam tam 1. 2. quam in secundo sententiarum †quod implere mandata Dei cō-
2 tingit dupliciter. vno modo quantum ad substantiam operis, prout. s. homo operatur iusta, & fortia, & alia virtutis opera. Alio modo possunt impleri mandata quantum ad modum agendi, vt. s. ex charitate fiant, siue quantum ad intentionem mandātis. Intentio. n. legislatorum est, vt dicitur 2. Ethico. ciues facere bonos, & per assuefactionē operum quæ præcipiuntur inducere ad virtutem. Et huic consonat verbum apostoli 1. Ti. 1. finis præcepti charitas est. Ad hoc. n. data sunt præcepta legis, vt homines in dilectione Dei, & proximi instituātur. Est ergo intentio legislatoris, non tantum, vt hæc opera fiāt, sed etiam, vt ex charitate fiant. Sunt ergo hic duæ conclusiones. ¶ Prima † quod
3 homo sine gratia gratum faciente potest seruare mandata diuina quantum ad substantiam operis. patet rationib. positis in principio quæstionis pro parte affirmatiua. Ratione sic domini Durandi probatur. Quælibet potentia potest in actum sibi proportionatum quantum ad substātiam actus sine additione cuiuslibet alterius. Potentia. n. est, qua possumus vt dr̄ 2. Ethicorum. sed sub præcepto iuris naturalis cadunt soli actus quorum potentiæ sunt in nobis. ergo sine quocunque addito possumus præcepta iuris naturalis obseruare. Notandum tamen vt dicit S. Tho. in 1. 2. quam in quęstionibus de veritate. licet hoc verum sit absolute pro statu naturæ integrę, non tamen pro statu naturæ corruptæ, qa in statu naturæ integræ poterat hō ēt sine gratia gratum faciente implere omnia mandata Dei, non tamen in statu naturæ corruptæ potest omnia seruare, sicut nec omnia peccata mortalia vitare sic, disputatum est s. e. dist. circa ca. placuit, vt quicunque. ¶ Secunda con-
4 clusio est. †quod homo per li. ar. sine gratia gratum faciente adimplere non potest mandata Dei quantum ad efficaciam meriti vitæ æternæ. Probatur sic. obseruatio mandatorum facit hominem dignum vita æterna. vnde Ma. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. sed non potest mereri vitam æternam absque dono gratiæ gratum facientis, vt dicitur ad Rom. 6. gratia Dei vita æterna. ergo absq; gratia nemo potest diuina obseruare mandata. vnde huic sententiæ est Alber. magnus in 2. parte consonans dicens sic. Absque dubio incunctanter, & indubitanter tenendū est nullum vnq̄ potuisse, vel posse implere mādata diuina ad efficaciam meriti sine gratia gratum faciente. Nec vnquam hoc aliquis dicit, nisi inimicus fidei. Concordat dominus Bonauentura. ¶ Ad rationes. Ad primam respōdetur primo, quod loquit̄ de adimpletione legis quantū ad substantiam operis, non quantum ad efficaciam meriti. ¶ Ad secundam dicendum, quod impossibilia Deus hoī non præcipit. illud. n. quod possumus facere cum auxilio diuino non est nobis omnino impossibile, secundum illud philosophi 3. Ethic. quæ per amicos possumus aliqualiter, per nos possumus. Præterea, vt dr̄ Alber. vbi supra, & si Deus præcipiat seruari mandata quæ sine gratia seruari non possunt ipse tamen est paratus gratiam infundere oībus facientibs, quod in se est, exhibendo se Deo nō improperat. iuxta illud Iacobi 1. dat omnibus affluenter, & non improperat. qui. n. facit quod in se est exhibendo se Deo, statim accipit gr̄am ab eo, sicut habetur in glo. super illud psal. 138. Imperfectum meum viderunt oculi tui. ¶ Ad tertiam respondet Sanctus Th. in 1. 2. negando, quod homo ex naturalibus possit implere præceptum de dilectione Dei eo modo quo ex charitate impletur. Leg. ¶ [Placuit] omnia plana sunt: Isti enim Pelagiani dixerunt, per gratiam nō efficaciam meriti præstari operibus bonis ad meritum vitæ æternæ, sed solam facilitatem, quia. s. facilius per gratiam li. ar. mandata adimplebat, quam sine ea, sine tamen illa licet non ita faciliter adimplere poterat. Quam merito autem fuerit damnata hæc hæresis ex dictis satis patet.

Quæstio. — Primum ar. — Secūdum argu. — Tertium ar. — Opponit & Respondet S. Thom. — Prima con. — Durandus. — S. Thomas — Secūda cō. — Albertus. — Ad primum argu. — Ad secūdum — Ad tertium — Exponit literam.

¶ Distinctio

*¶ Distinctio quinta.*

*Necessitas est triplex.*



Mnes fideles. Hic incipit( vt communiter dicitur)5.dis. tractatus de consecratione. In qua expleto in superioribus tractatu de sacramẽto baptismi annectit arcta tum de confirmatione. Et hoc conueniẽnter. Tum quia sicut baptismus est ianua intrãtium, ita confirmatio est sacramentum primũ progredientium. Tum quia, vt dicitur in glo. hostia prius lauabatur in litore, & postea offerebatur in holocaustum.
Diuisio. Diuiditur autem hæc distinctio in 13. partes secũdum Archidiaconum. In quarum prima per.9. capitula agitur de sacramento confirmationis. In quorum primo dicit magister Gratianus ex authoritate Vrbani papæ, vel Rabani, quod omnes fideles post baptismum accipere debent per manus impositionem episcoporum sacramentum confirmationis, in quo spiritus sanctus datur. s. ad robur, vt pleni christiani inueniantur. Breue est, & non diuiditur.

2 ¶ Pro huius capituli pleniori intelligentia, quæritur primo, vtrum sacramentum confirmationis sit necessarium ad salutem.

3 ¶ Secundo, vtrum hoc sacramentum omnibus fidelibus sit exhibendum.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ hoc sacramentum confirmationis non
Primum ar. sit necessarium. ¶ Primo sic. In baptismo conferuntur oĩa necessaria ad salutem, ergo hoc sacr̃m confirmationis nõ est necessarium. consequentia patet. antecedens probatur per illud Mar. 45. qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit. Et Ambrosius libro de sacramentis supra dist. 4. c. per aquam. dicit per aquam baptismi fit transitus de terrenis ad cœlestia, de peccato ad vitam, de culpa ad gratiam, de inquinamento ad sanctificationem, qui per hanc transijt non moritur, sed resurgit. ¶ Secundo sic. in baptismo
Scd'm ar. datur gratia cum omnibus virtutibus, vt supra dist. 4. circa cap. nihil habitum est, sed qui habet omnes virtutes habet arma sufficientia ad pugnam, ergo &c. ¶ Tertio sic.
Tertiũ ar. Nullus cadit nisi volens, ergo ex quo baptizatus habet gratiam ipsum stabilientem, potest stare, ergo non est necesse cadere, ergo gratia confirmationis non est necessaria.
Opponit in cõtrarium. ¶ In oppositum arguitur ex tex. præsentis capituli vbi dr̃ ꝙ oẽs fideles per manus impositionem episcoporũ spiritum sanctum post baptismum accipere debent, vt pleni Christiani inueniantur, sed hoc est de necessitate salutis, vt aliquis sit plenus christianus, ergo sacramentum confirmationis est sacramentum necessitatis. ¶ Secũdo sic. ex
Scd'a oppo. concilio Aurelianen. & etiam infra e. dist. c. vt in ieiuni. dicunt sancti patres in præfato concilio. nunquam erit christianus nisi confirmatione episcopali fuerit cõfirmatus ergo &c. ¶ Tertio sic. ad Ro. 10. corde creditur ad iustitiã,
Tertia oppo ore autem confessio fit ad salutem. vtrunque ergo est necessarium ad salutem, sed nullus saluatur, nisi credat, vel habeat fidei sacramentum, ergo nullus saluatur, nisi confiteatur, vel habeat sacramentum, ad hoc ordinatum, scilicet sacramentum confirmationis. ¶ Respõdeo dicendum
Respondet. S. Thom. 2 iuxta S. Thomam in quarto. quod est triplex necessitas. Vna absoluta, sicut necesse est Deum esse, vel triangulum habere tres angulos. Alia est necessitas ex causa efficientiæ, quæ dicitur necessitas coactionis. Tertia est necessitas ex suppositione finis, & hæc ẽ duplex, quia vno modo dr̃ necessarium, sine quo aliquis non põt conseruari in eẽ sicut nutrimentum vitę est simpl'r necessarium, ad finẽ. Alio modo dr̃ necessariũ sine quo non põt haberi id quod pertinet ad bene esse, siue illud sine quo nõ habetur finis, ita conuenienter, sicut equus dicitur necessarius ambulare volenti, & medicina ad hoc quod aliq̃s sane viuat. Qua distinctione posita respondetur ad quæstionem per con
Prima con. clusiones aliquas. ¶ Prima conclusio. Sacramentum confirmationis non est necessarium primis duobus necessitatis modis, sicut nec alia sacramenta, quæ conclusio patet ex rationibus factis in principio quæstionis. ¶ Secunda cõ
Secũda cõ. clusio. Sacramentum confirmationis non est necessarium tertia necessitate quo ad primum modum, qui est eorum sine quib. non potest homo in spirituali vita viuere, cuiusmodi sunt baptismus & pœnitẽtia, patet. quia quod est necessarium ad salutem sine eo nõ potest esse salus, sed pueri baptizati saluantur si ante confirmationẽ moriant̃, ergo sacramentũ cõfirmationis non est illo modo necessitatis necessarium ad salutem. consequentia patet. ¶ Tertia cõ
clusio. Sacramentum confirmationis non est etiam neces Tertia cõc
sarium ex institutione Christi. Hanc conclusionem ꝓbat sic dominus Petrus de palude in 4. dis. 7. quia Christus per seipsum promulgauit sub communicatione damnationis illa, quæ sunt necessitatis, sicut sunt baptismus, & pœnitentia, vnde de baptismo inquit. Nisi quis renatus &c Io. 3. Et Pet. de pal
de pœnitentia dicitur Luc. 14. Nisi pœnitentiam habueritis, oẽs &c. ex quib. colligitur quod ista sunt necessitatis, nihil autem simile legitur de confirmatione, igitur. ¶ Quar
ta conclusio. Gratia confirmationis est necessaria tertia Quarta cõ.
necessitate quo ad secundum modum, videlicet prout necessarium dicitur vtile ad salutem siue id per quod melius & conuenientius peruenit ad finem, quam necessitatem, vocat dominus Bonauentura in 4. necessitatem conditionatam, & sic dicit, quod gratia confirmationis est necessaria ex conditione, s. pugnanti, & vincere volenti. Quæ cõ Bonauent.
clusio probatur per illud Melchiadis Papæ. in cap. spiritus sanctus infra e. dist. sic dicẽtis, quia in hoc mũdo tota ætate virtutis inter inuisibiles hostes & pericula gradiendum est in baptismo regeneramur, ad vitam post baptismũ confirmamur ad pugnam, in baptismo abluimur, & post baptismum roboramur, & quamuis continuo trãsituris sufficiant regenerationis beneficia, victuris tamen necessaria sunt confirmationis auxilia. hæc ibi. ¶ Quinta conclu
sio. Sacramentum confirmationis videtur necessarium in Quinta cõ.
casu, s. vbi imminet periculum persecutoris coram quo est fides confitenda, & habetur copia ministri valentis & volentis conferre. Hæc conclusio probatur sic secundum Durandum quando effectus est necessarius, & cã est necessaria. s. effectus confessionis fidei. s. confiteri fidẽ Durandus.
tempore persecutionis est necessarius ad salutem cuilibet fideli. Roma. 10. corde creditur &c. ergo & sacramentum confirmationis est necessarium in tali casu, si habeatur copia conferentis, qui. n. in tali casu renuerit sacr̃m confirmationis accipere peccaret mortaliter. vñ Act. 1. dictum est apostolis. Sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto, quamuis. n. apostoli haberent gratiam baptismalem, tamen eis Christus ꝓhibuit, ne se exponerent periculo publicæ confessionis, quousque essent confirmati. Multo autem minus alij hoc debent, propter hoc dr̃ Melchiades papa, vt parum ante induximus quamuis continuo transituris sufficiãt regenerõnis beneficia victuris tamen necessaria sunt confirmationis auxilia. ¶ Sexta con
clusio. Sacramentum confirmationis videtur necessarium Sexta conc.
ex ordinatione ecclesiæ, quæ conclusio patet ex textu p̃sentis cap. vnde Hug. de sancto Victore timendum est illis, qui per negligentiam amittunt episcopi præsentiam, Hug. de sancto Victor.
& non suscipiunt manus impositionem ne propterea forte damnentur, quia festinare debuerunt cum potuerunt. Alexander.
Cuius sententiæ magister Alexander alludens in quarto inquit ex institutione ecclesiæ est, quod nullus ab hoc sacramento excipitur, sed omnes suscipere debent, vt sint strenui pugnatores, & ideo si quis cum habet locum tempus & oportunitatem, negligendo contemnit periculo se exponit. ¶ Ad rõnes. Rõnes in principio factæ inquãtũ ꝓbant quod confirmationis sacramentum non sit simpliciter necessarium concedimus. ¶ Ad rationes vero factas
in oppositum probantes, quod si simpliciter necessarium Ad primam oppositio.
respondetur. Ad primam iuxta S. Th. quod est plenitudo S.Thomas.
christianæ gratiæ sufficiens ad salutem. & hic datur in baptismo, & est plenitudo copiæ ad fortiter resistendum cõtra pressuras mundi, & hæc datur in confirmatione, & sine hac potest esse salus. Concordat dominus Alexãder de Ale.de Hal
Halis, & dominus Bonauentura dicentes, quod est plenitudo sufficietiæ, & plenitudo abundantiæ siue plenitudo Bonauent.
in esse, & plenitudo in robore. quantum ad primam plenitudinem pleni christiani fiunt in baptismo, quãtum ad secundam in confirmatione. & de ista plenitudine loquitur textus ille. ¶ Ad secundam respondetur iuxta ma Ad secd'm
gistrum Alexandrum de Halis, quod christianus dicitur Ale.de Hal.
ex eo quod characterem Christi habeat, vel ex quo miles Christi fit in certamine cõtra aduersarium. primo modo est

do est christianus etiam non confirmatus.secundo modo non.& de isto secundo modo loquitur textus inductus.

Ad tertium ¶ Ad tertiam respondetur,quod non est simile de fide, & de confessione, quia credere semper est necessarium, ex quo homo est adultus, sed confiteri non oportet, nisi loco & tempore.Similiter semper est necessarium sacramẽtum fidei.s.baptismus ad salutem etiam existenti in minori ætate,& maiori.Sacramentum confirmationis non nisi existenti in maiori.

3 Ad secundum Sic proceditur.†Et videtur, ꝙ sacramentum confirmationis nõ sit exhibendum omnibus fidelibus.¶ Primo sic.hoc sacramentum ad quandam excellentiam datur, sed illud quod ad excellentiam pertinet non competit omnib.ergo hoc sacramentum non debet dari omnibus.¶ Secũdo sic.hoc sacramentum datur ad confitendum fidem,& ad pugnandum pro ipsa.sed hoc non competit pueris ergo illis non est dandum,& per consequens non est dandum omnibus. ¶ Tertio sic.Melchiades papa dicit in sequenti ca.post baptismũ per hoc sacramentum confirmamur ad pugnam, sed pugnare non competit mulieribus propter fragilitatẽ sexus,ergo nec mulieribus hoc sacramentum debet dari. ¶ Quarto confirmatio est sacramentum confessionis, vt .s.quis libere confiteatur fidem Christi,sed muti non possunt confiteri ore,ergo non debet eis dari hoc sacramentũ,alias frustra daretur eis.¶ Quinto.Morientes à pugna huius vitæ subtrahuntur, sed ad robur in pugna huius vitæ datur confirmatio,ergo non debet dari morientibus.

Primum ar. | Scđm arg. | Tertium ar. | Quartũ ar. | Quintũ ar.

¶ In oppositum est textus præsentis cap.vbi dicitur &c.ergo omnibus est exhibendum Respõdeo dicendum,quod hoc sacramentum omnibus fidelibus exhibendum est in quacunque ætate, aut cuiuscunque status & conditionis sint.Quæ cõclusio probatur primo authoritate sic.dicitur Actuum 2.quod spiritus sanctus adueniens repleuit totã domum,vbi erant sedentes,per quam significatur ecclesia,& postea subditur,quod repleti sunt omnes spiritu sancto, sed ad illam plenitudinem consequendam hoc sacramentum datur, ergo est omnibus qui sunt in ecclesia exhibendum.Ratione sic,probatur iuxta Sanctum Thomã in 3.parte.Per hoc sacramentum promouetur homo spiritualiter ad ætatem perfectam.hoc autem est de intentione naturæ,vt omnis qui corporaliter nascitur ad perfectã ætatem perueniat, sed hoc quãdoque impeditur propter corruptibilitatem corporis,quod morte preuenitur.multo aũt magis de intentione Dei est omnia ad perfectionẽ deducere,ex cuius imitatione hoc natura participat.vnde & Deutero.32.dicitur dei perfecta sunt opera,anima autẽ ad quam pertinet spũalis natiuitas,& spiritualis ætatis pfectio,immortalis est, & potest sicut tempore senectutis spritualem natiuitatem consequi, ita tempore iuuẽtutis, & pueritiæ consequi perfectam ætatem,quia huiusmodi corporales ætates animæ non præiudicant, & ideo hoc sacramentum per quod homo promouetur spiritualiter ad ætatem perfectam omnibus exhibendum est.¶ Ad rationes.Ad primam respondetur,quod hoc sacramentum datur ad quandam excellentiam,nõ quidem vnius ad alium sicut sacramentum ordinis,sed hominis ad seipsum sicut idem perfectus vir existens habet excellentiam ad seipsum puerum,licet autem id quod datur ad excellentiam primo modo non sit exhibendum omnibus hominibus, vnde sacramentum ordinis quia dicit huiusmodi excellentiam non omnibus exhibetur.Nihilominus quod secũdo modo datur ad excellẽtiam omnibus exhibẽdum est. ¶ Ad secundã respondetur iuxta Alex. de Halis. & Bonau. quod paruuli non armantur pro statu illius ætatis, vt tunc pugnent, nec hoc nisi conuenienter, quia arma illa non sunt aggrauãtia,sed alleuiantia,nec solum defendẽtia,sed præmiantia,& melius est hominem muniri ante læsionẽ, quam post.Et conformiter ponit Sanctus Thomas in 4.dicens.quamuis pueris tunc non competit confiteri fidem, vel pugnare,certum tamen est,quod per effectum baptismi quem suscipiunt fiunt idonei ad pugnam,& confessionem ad perfectam ætatem peruenientes,nisi gratiam acceptam per peccatum amittant. ¶ Ad tertiam respondet, ꝙ licet mulierib. non competat bellũ cõporale cõpetit tñ bellũ spũale,ad quod hoc sacramẽtum robur cõfert,&fortitudinem,vnde quædam mulieres gloriosum reportasse leguntur de hoste triumphum,sicut patet de beata Agneta,& Beata Cecilia,& alijs sacris virginibus, quæ martyrizatæ sunt pro cõfessione,& nomine Christi,quare ab hoc sacramento mulieres nõ sunt excludendæ.¶ Ad quartam respondetur primo,quod sacramentum hoc est ad roborationem fidei in corde,& per consequẽs ita indiget hoc sacramẽto mutus sicut disertus.¶ Secũdo dicitur, ꝙ quamuis muti non possint confiteri ore,possunt tamen confiteri nutibus,& possunt habere voluntatem, & propositum confitendi,& ideo eis non est denegandum,hoc sacramẽtum.¶ Ad quintam respondetur,quod quamuis moriẽtes abstrahantur à pugna, tamen vadunt ad locum premij, in quo ad mensuram gratiæ datur mensura gloriæ, & ideo vtile est suscipere hoc sacramentum.ꝙ augmentum gratiæ operatur.Sanctus vero Thom.in 3.parte ad hoc argumentum pulchre respõdens. dicit alio modo sic,quod quia anima ad quam pertinet spiritualis ętas ad quam anima promouetur per hoc sacramentum immortalis est,iõ morituris hoc sacramentum dãdum est,vt in resurrectio ne perfecti appareant. Et ideo Hugo de sancto Vict.dicit quod omnino periculosum esset,si ab hac vita sine confirmatione migrare contingeret,non quia damnaretur, nisi forte per contemptum,sed quia detrimentum perfectionis pateretur.Lege.¶ [Vt pleni]exponit Hu.i.plenius quo ad omnia sacramenta.i.plenariè habentes omnia sacramenta ecclesiastica ad hoc,vt christiani vocentur,sed melius videtur exponi iuxta magistrum Alexandr. de Halis pleni christiani .s.plenitudine abundãtiæ siue plenitudine in robore,sicut dictũ est in responsione ad primam rationem. ad prudentiam & constantiam dilatatur] .i.ad strenue Christo militandum & resistendum insidijs diaboli.

Opponit & Respondet. | S Thom. | Ad primum argu. | Ad scđm. Ale.de Hal. Bonauent. | Ad tertium | Ad quartum | Ad quintum | S.Thomas | H. de S.Vi. | Exponit literam.

4 *Gratia baptismalis potest dici dupliciter.*



Spiritus sanctus &c. Sequitur secũdum capitulum eiusdem partis, in quo magister Gratian.ex auhoritate Melchiadis papæ assignat effectus,ad quos ordinatur sacramentum cõfirmationis distinguẽs eos contra effectus quos confert baptismus.Et diuiditur hoc ca.principaliter in duas partes.In prima facit,quod dictũ est.In secunda assignat quibus confirmationis sacramentum sit necessarium propter periculum pugnæ præsentis vitæ,quia solis victuris,& non proxime morituris. 2. ibi. Et quamuis continuo.Pro pleniori intelligentia huius ca. quæruntur quatuor. Diuisio

1 ¶ Primum est, vtrum in sacramento confirmationis cõferatur gratia gratum faciens.

2 ¶ Secundum est, vtrum gratia data per sacramentum confirmationis sit eadem cum ea, quæ datur in sacramento baptismatis.

3 ¶ Tertium est, vtrum gratia confirmationis perficiat gratiam baptismalem.

5 ¶ Quartum est, vtrum principalis,& specialis effectus huius sacramenti, sit robur ad pugnandum contra tentationes.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur ꝙ per sacramentum confirmationis non conferatur gratia gratum faciens.¶ Primo sic . gratia gratum faciens ordinatur contra culpam,& non contra pœnam.sed hoc sacramentum non exhibetur nisi iam baptizatis,& mundatis à culpa.ergo per hoc sacramentum nõ confertur gratia gratum faciens.¶ Secundo sic.baptismus non habet minus ordinem ad gratiam gratum faciẽtem, quam confirmatio . sed ille qui prius habuit gratiam per baptismum non accipit gratiam gratum facientem, ergo cum confirmatus iam habeat gratiam, quam in baptismo suscepit, sicut patet in pueris, videtur quod in confirmatione gratia gratum faciens non confera tur . ¶ Tertio ad illud quod potest fieri in mortali peccato non requiritur gratia gratum faciens, sed aliqui in peccato mortali existentes possunt fortiter nomen Christi confiteri,ergo cum confirmatio sit sacramentum confessionis nominis Christi,videtur quod non detur ibi gratia gratum faciens.¶ In oppositum est textus præsentis capituli vbi dicit Melchiades papa. Spiritus sanctus in fonte baptismi pleniorem tribuit ad medelam in confirmatione augmentum præstat ad gratiam.¶ Respondeo dicẽdum

Primum ar. | Scđm argu. | Tertium ar. | Opponit in cõtrarium

dum, quod in hoc sacramento confirmationis confertur gratia gratum faciens. Conclusio ista ex duobus ostenditur sic per S.Tho. in 4.d.7. In quolibet sacramento est aliqua sanctificatio, sed quædam sanctificatio est in sacramẽto, quæ est communis omnibus sacramentis. s. emundatio à peccato, vel a reliquijs peccati, & quædam sanctificatio, quæ est specialis in quibusdam sacramentis imprimentibus characterem s. deputatio ad aliquod sacrum, utraque autem sanctificatio gratiam gratum facientem requirit, quia illud quod directe contrariatur peccato est gratia. Cotraria autem contrarijs curãtur. vnde idem remedium adhiberi non potest contra peccatum & sequelas eius, nisi per gratiam gratum facientem, & ideo in omni sacramento nouæ legis gratia gratum faciens confertur. Similiter accessus ad sacramenta non est licitus immundis nisi aliquis ab immũdicia liberari potest, nisi per gratiam nisi effici idoneus ad sacramenta administranda, vel perficiẽda, & ideo etiam oportet, quod in sacramẽtis quæ characterem imprimunt gratia gratum faciens imprimatur. Cum ergo confirmatio sit sacramentum nouæ legis characterem imprimens ex duplici parte necessarium est, qđ gratiam gratum facientem cõferat. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur negando assumptum, quoniam gratia ordinatur etiam contra pœnam, quæ ordinata est ad culpam, vel sequitur ex illa. confirmatio autem ordinatur cõtra pœnam quæ est ex culpa causata ad culpam inclinans, & talis est pusillanimitas, vt dicit Alexander, & Bonauentura. & ideo ex consequenti habet repugnantiam ad gratiam, & propter hoc contra ipsam oportet, ꝙ gratia gratum faciens detur. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. quia non est simile de sacramento baptismi, & sacramento confirmationis, quia sacramentum baptismi vt dicit S.Thom. est sacramentum necessitatis gratia quæ confertur in eo ordinatur in communem statum salutis, & non in aliquem specialem effectum, & propter hoc per baptismum ei qui habuit gratiam gratum facientem non additur alia gratia noua, sed illa quæ prius inerat augetur. Secus autem est de cõfirmatione, quæ non est sacramẽtum necessitatis. vnde etiam gratia ad aliquem specialem effectum ordinatur, & pp hoc gratia confirmationis potest addi ad gratiam, quæ perficit in cõi statu vitę. ¶ Ad tertiam respondetur quod licet aliquis possit cõstãter etiam si sit in peccato mortali fidem Christi confiteri, sicut qui est confirmatus, non tamen ita laudabiliter, nec ita idonee & conuenienter, quia non est speciosa laus in ore peccatoris, non etiam ita vtiliter, quia talis confessio non esset meritoria ad salutem, nec etiam ita faciliter. sacramentum autem ordinatur nõ solum ad hoc ꝙ aliquid fiat qualitercunque, sed ad hoc ꝙ aliquid idoneè fiat nisi sit defectus ex parte recipientis sacramentum.

(Margin: S.Thomas. — Ad primum argu. — Alexander. Bonauent. — Ad secđm. — S.Tho. — Ad tertium)

2 Ad secundum Sic proceditur. † Et videtur, qđ gratia quæ datur in sacramento confirmationis sit eadem cum ea quæ datur in baptismo. ¶ Primo sic. duo accidentia eiusdem speciei non possunt esse in eodem simplici, & indiuisibili subiecto, sed subiectum gratiæ gratum facientis est essentia animæ, quæ est simplex, & indiuisibilis. ergo in ea non possunt esse diuersæ gratiæ, ergo cum gratia baptismalis sit in gra ia in confirmatione data erit pœnitus idem. ¶ Secundo sic. eadem gratia est, quæ est in virtutibus & donis, sed in baptismo confertur gratia cum omnibus virtutibus, vt supra dis. 3. circa c. nihil. In confirmatione autem datur gratia cum septiformi plenitudine spiritus sancti, vt habetur infra e. di. c. nouissime, quod ad septem dona pertinet. ergo eadem est gratia, quæ datur in baptismo, & cõfirmatione. ¶ Tertio sic. Maior est distinctio virtutũ, quã gratiæ. sed ad eandem virtutem videtur pertinere credere, & confiteri. s. ad fidem, ergo multo fortius ad eandem gratiam, ergo gratia baptismalis quæ perficit ad credendum, & gratia cõfirmationis quæ perficit ad confitendum est eadem. ¶ In oppositum est tex. præsentis capituli. ¶ Respondeo dicendũ quod gratia quæ datur in sacramento confirmationis est alia à gratia, quæ datur in sacramento baptismatis. Probatur ista conclusio, diuersæ causæ inducunt diuersos effectus, sed aliud est sacramentum exterius in baptismo, quã in confirmatione, & alius character interior, quæ sunt causæ gratiæ, ergo etiam alia est gratia vtrobique. Pro declaratione pleniori huius conclusionis notandum cum

(Margin: Primum ar. — Scđm ar. — Tertiũ ar. — Opponit & Responde.)

S.Tho. in 4. dist. 7. quod gratiæ baptismales adinuicem distinctæ sunt generaliter quæcunque gratiæ sacramentales secundum distinctionem eorum, ad quæ ordinãtur, sicut & virtutes, quamuis earum distinctio non ita appareat, sicut distinctio virtutum, quia earum effectus non sunt ita manifesti, sicut effectus virtutum, ita ante videtur in virtutibus moralibus, quia vbi est specialis difficultas requiritur specialis virtus. vnde alia est virtus, quę dirigit in magnis sumptibus secundum magnificentiam ab ea, quæ in omnibus donis & sumptibus perficit. s. liberalitate. Et quia gratia baptismalis datur ad perficiendũ in his, quę pertinent ad communem statum vitæ christianæ. Gratiæ autem confirmationis ad perficiendum in his, quæ sunt difficillima in statu isto. s. confiteri nomen Christi contra persecutores. Ideo spirituali gratia ad hoc indigetur, & ꝓpter hoc alia est gratia confirmationis à gratia baptismi, & contra alium effectum datur. Gratia. n. baptismi datur cõtra defectum qui impedit communem statum iustitiæ in vita christiana. s. cõtra peccatũ originale & actuale. Gratia autem confirmationis contra defectum oppositum robori quod exigitur in confessoribus nominis Christi. s. infirmitatis. s. pusillanimitatis. ¶ Ad rationes. Ad primã dicendum, quod gratia confirmationis, & gratia baptismi non sunt eiusdem speciei, & ideo nihil prohibet, quod in eodem subiecto indiuisibili sint, vel dicendum quod gratia baptismalis ex essentia animę deriuatur in intellectũ, quod est ad recte & perfecte credendum, sed gr̃a cõfirmationis respicit magis irascibilem ad quam pertinet fortitudo & robur. ¶ Ad secundam dicendum, quod gratia sacramentalis, quæ est principalis effectus sacramẽti quamuis habeat conexionem cum gratia quæ est in virtutibus & donis, tñ est alia ab ea, quia gratia sacramẽtalis ꝑficit remouendo primo & principaliter defectum ex peccato cõsequente. sed gratia virtutum & donorum perficit inclinando ad bonum virtutis, & huiusmodi, sicut gratia confirmationis remouendum infirmitatis morbum, fortitudinis aũt donum vel virtus inclinãdo ad bonum, quod est proprie virtute vel dono, & ideo quamuis in baptismo dãtur virtutes & dona similiter in confirmatione non oportet quod sit eadem gratia sacramentalis vtrobique. ¶ Ad tertiã dicendum, quod confiteri vbi imminet mortis periculum non est tãtum fidei, sed indiget auxilio alterius virtutis, s. fortitudinis & similiter etiam indiget alia gratia sacramentali quæ remoueat defectũ oppositũ fortitudini.

(Margin: S. Thom — Ad primum arg. — Ad secundũ. — Ad tertium)

3 Ad tertium Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ gratia confirmationis non perficiat gratiam baptismalem. ¶ Primo sic. Omnis perfectio quæ cõfirmationi ascribitur ad dona, vel virtutes pertinet, sicut fortiter confiteri & persistere quod est fortitudinis virtutis vel doni, sed in baptismo vbi confertur, gratia conferũtur, & virtutes, & dona quæ in gratia connexionẽ habent. ergo gratia confirmationis non perficit gratiam baptismalem. ¶ Secundo sic. Ex eodem habitus generatur & perficitur, vt dicitur in secundo Ethicorum. sed gratia baptismalis per baptismum acquiritur, ergo non perficitur per confirmationem ¶ Tertio sic. In augmentatione fit idẽ ex eo ꝙ auget & augetur, sed gr̃a baptismalis differt à gr̃a cõfirmationis, ergo gr̃a cõfirmationis non perficit gr̃am baptismalẽ. ¶ In oppositum est tex. præsen. c. ¶ Respõdeo dicendum, quod gratiæ proprius effectus est confirmationis perficere eã quæ est principalis effectus baptismi. Probatur ista cõclusio sic. In omnibus perfectionibus quæ ordinãtur adinuicem ita est, quod secunda perficit primam. sed cõfirmationis gratia superadditur ad gratiam baptismalem. ergo gratia cõfirmationis perficit gratiam baptismalem. Pro cuius intelligentia pleniori cum S. Tho. in 4. vbi supra, quod sicut gratia gratum faciens, quæ perficit essentiam animæ differt à virtutibus, & donis quæ ab ipsa fluunt, ita etiam differt à gratia, quæ est proprius effectus sacramentorum, tamen est ei conexa sicut connexionẽ ẽt habet ad virtutes & dona, vnde in sacramentis principaliter datur gratia sacramẽtalis, quæ differt in diuersis sacramentis, & per consequens à gratia virtutum & donorum quæ est communis in omnibus sacramentis, & secũdum

4 hoc ergo dicimus † ꝙ gratia baptismalis potest dici dupliciter. vno modo illa quæ est principalis & proprius effectus baptismi operans cõtra morbum. Alio modo gratia quæ est effectus baptismi ex consequenti, & ex quadam connexione.

(Margin: Primum ar. — Scđm ar. — Tertium ar — Opponit & Respondet. — S.Thomas)

connexione. Et similiter distinguendum est de gratia confirmationis. accipiendo ergo gratiam baptismalem, & cõfirmationis primo modo, verè sunt diuersę gratię, & ideo non perficit eam directe quasi cedens in essentiam cum ipsa, sed directe perficit ipsum baptizatum ad aliquid altius, & per ɔ̃ns ipsa baptismalis gratia pfectius, & nobilius esse habet sicut aĩa sensibilis est pfectior aĩa rõnali cõiũcta rõnali, & virtus adiuncta dono, & liberalitas adiuncta magnificentiæ. Accipiendo ergo gratiam baptismalem, & cõfirmationis secundo modo, sic directe auget eam cadẽs in eãdem essentiam cum ipsa sicut baptismus directe auget gratiam quam inuenit. ¶ Ad rationes. licet vt dicit S. Th. pateat responsio ex dictis respondetur tamen in speciali.

Ad primum arg. Ad primam negando assumptum, quoniam sicut gratia sacramentalis, quæ est principalis effectus sacramenti confirmationis est alia à gratia, quæ est in virtutibus, & donis ita habet alium modum perfectionis, quia gr̃a sacramentalis confirmationis perficit remouendo primo & principaliter defectũ ex peccato cõsequentem, puta infirmitatis morbum. gratia vero virtutum & donorum perficit intimando ad bonum, quod est proprium virtuti, vel dono, sicut plenius dictum est in responsione ad secundam rationem præcedentis articuli.

Ad secundũ. ¶ Ad secundam respondetur, quod ratio procederet, si gratia confirmationis, quæ dicitur proprius, & principalis effectus sacramenti huius perficeret gratiam baptismalem directe, quasi cedens in eandem essentiam cum ipsa, quod non est verum, sed directe perficit ipsum ad aliquid altius vt dictum est.

Ad tertium ¶ Ad tertiã patet responsio. Ratio. n. procedit de gratia confirmationis & baptismi primo modo sumpta.

5 **Ad quartum** Sic proceditur. †Et videtur ꝙ principalis & proprius effectus huius sacramenti non sit robur ad pugnandum contra tentationes.

Primum ar. ¶ Primo sic. In baptismate conferuntur virtutes baptizatis, quæ præstant robur in pugna spirituali. non ergo videtur quod confirmatio sit ad hoc.

Scd̃m ar. ¶ Secundo sic. Eucharistia confirmat & roborat. vnde psal. & panis cor hominis confirmat, ergo robur magis pertinet ad sacramentum eucharistiæ, quam confirmationis.

Opponit & Respondet. Ale. de Ha. ¶ In oppositum est textus præsentis capituli. ¶ Respondeo, dicendum videtur iuxta Alexandrum de Halis. in 4. quod id ad quod datur principaliter sacramentum confirmationis est robur ad pugnam contra persecutores fidei. i. vt confirmati idonei, & validi ad confitendum, & testificãdum fidem Christi coram regibus & principibus & quibuscunque Quod insinuatur Act. 1. vbi dicit Christus accipietis virtutẽ superuenientis spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Hierusalem &c. Et licet confirmatus virtute gratiæ collatæ validior sit in pugna tentationum quarumcunque, ꝙ intendit Melchiades papa dicere in præsenti capitulo, nihilominus principaliter datur in robur ad confitendum & testificandum fidem Christi, ex verbo Dei Act. 1. prædicto patet & habetur infra e. dist. c. nouissime apertissime.

Ad primum argu. ¶ Ad rationes in oppositum dicẽdum, quod licet per virtutes, quæ dantur in baptismo præstetur robur in pugna spirituali, validius tamen robur datur in gratia cõfirmationis, & maxime in professione fidei Christi.

Ad secũm S. Thomas. ¶ Ad secundam respondetur iuxta Sanctum Thomam in quæstionibus literalibus & dominum Bonauent. quod per eucharistiam roboratur charitas, per confirmationẽ fides. & hoc patet, quia in sacramento confirmationis est signum confessionis fidelis. i. ipsa vnctio, quæ fit in fronte, in sacramẽto vero eucharistiæ est signum vnionis, ipsa. s. species panis, qui colligitur ex multis granis.

Exponit literam. Lege. ¶ [Salutifero descendit lapsu] ad sanctificãdum. s. & mundandum interius eum, qui baptizatur [ad innocentiam]. i. immundiciam, in cuius signum puero datur vestis candida post baptismum supra proxima dist. accepisti. in confirmatione augmentum præstat ad gratiam [inter inuisibiles hostes] Iob. 7. Militia est vita hominis super terram. [Confirmamur ad pugnam]. i. spirituaelm, maxime cõtra persecutores fidei. hic habes principale ad quod datur confirmatio. [Et quãuis]. 2. pars. [auxilia]. i. beneficia. [confirmatur morte] quia cum in morte finiatur vita præsentis pugnæ talis acquisita iam per baptismum innocentia immaculatus peruenit ad mortem amplius peccare non potest confirmatus in bono. Ex hoc loco videtur colligi, quod statim morituri non debeant confirmari, sed hoc est verum. Tex. n. iste vt ait S. Tho. in tertia parte intelligendus est, ꝙ morituris non sit necessarium hoc sacramentum propter periculum pugnæ præsentis. est tamen necessarium ad consecutionem maioris gloriæ, vt supra dictum est, & vt etiam dicit magister Alexander de Halis. S. Thomas.

2 *Christus dicitur a chrismate, & a Christo christianus.*

4 *Sacramentum vnum est dignius alio, quinque modis.*



DE his &c. Sequitur tertium capitulum eiusdem partis, in quo magister Gratian. soluit ex authoritate Melchiadis papæ quæstionem illam, qua quæritur. An maius sit sacramentum confirmationis, an sacramentum baptismi. Et diuiditur hoc ca. in tres partes. In prima proponitur interrogatio siue quęstio. vtrum maius sit sacramentum confirmationis, an baptismus. In secunda ponitur responsio, quia est, quod ex parte conferentis maius sit sacramentum confirmationis. In tertia describitur quanta sit connexio inter ista duo sacramenta, vt vnum sine altero perfici non possit. secunda ibi, scitote. 3. ibi, sed ita. Pro pleniori intelligentia huius capituli quæruntur duo. Diuisio.

1 ¶ Primum est, vtrum confirmatio sit sacramentum.

3 ¶ Secundum est, vtrum confirmatio sit nobilius, siue maius sacramentum, quam baptismus.

1 **Ad primum** Sic proceditur. †Et videtur, ꝙ cõfirmatio non sit sacramentum.

Primum ar. ¶ Primo sic. Omnia sacramenta efficaciam habent ex institutione diuina. sed confirmatio non legitur à Christo instituta. ergo videtur, ꝙ nõ sit sacramentũ.

Scd̃m ar. ¶ Secundo sic. Sacramenta nouæ legis in veteri lege primo fuerunt figurata, vt apostolus dicit 1. ad Cor. 10. quod omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & mari, & c. sed nulla figura confirmationis in veteri lege legitur præcessisse. ergo confirmatio non est sacramentum.

Tertiũ ar. ¶ Tertio sic. Eiusdem virtutis fidei actus sunt credere & confiteri. actus. n. interior, & exterior in idem principium reducuntur ordine quodam. sed sacramento baptismi attribuitur actus credendi, cum baptismus sit sacramẽtũ fidei. sed ad hanc ponitur confirmatio. ergo non est per se sacr̃m a baptismo distinctum.

Opponit & Respondet. ¶ In oppositũ est textus præsentis cap. ¶ Respondeo dicẽdum, quod confirmatio est sacramentum à baptismo distinctum. Prima pars huius distinctionis videlicet ꝙ confirmatio sit sacramentum probatur sic. Cui competit diffinitio, & diffinitum, sed diffinitio sacramenti nouæ legis cõpetit cõfirmatiõi. ergo &c. Probatio minoris, diffinitio sacri est, quod est inuisibilis gr̃æ uisibilis forma. ita vt eius similitudinem gerat, & causa existat, vt supra dist. 2. ca. signum. Sed hæc diffinitio cõpetit confirmationi, habet. n. significationem gratiæ in ipsa linitione sensibilis olei, & habet efficaciam in collatione gratiæ ad plenitudinem sanctitatis, vt in præcedenti capit. dictum est. ergo est sacramentum. Secunda pars videlicet quod sit sacramentum distinctum à baptismo probatur tripliciter, vt probat dominus Durandus. primo ex conuenientia vitæ spiritualis ad corporalem sic. Sicut in vita naturali sic suo modo in vita spirituali. sed in vita naturali sic est, quod præter generationem per quam vita acquiritur requiritur actio per quam homo ad debitam, & perfectam quantitatem, & virtutem perducatur. s. augmẽtum. ergo similiter in vita sp̃uali præter generationem sp̃ualem, quæ fit p baptismum, per quem vita acquiritur, requiritur etiam actio sp̃ualis, per quã vita sp̃ualis ad pfectam virtutem deducit. hoc aũt fit per confirmationẽ. in qua datur sp̃us sanctus ad robur pfectũ, ergo &c. & hoc est quod dr̃ s. comnes fideles. Durandus.

¶ Secundo patet idem ex effectu ad quem ordinatur sic. Ad actum qui habet specialem difficultatem opus est speciali adiutorio. sed præter difficultatem, quę est in credendo specialis difficultas est in confitendo fidem tempore persecutionis, & quando ex persecutione imminet periculum mortis, licet. n. ad simplicem confessionem fidei tempore pacis sufficiat virtus fidei, ad confessionem tamẽ fidei in persecutione vbi est periculum mortis non sufficit fides. sed cum fide requiritur virtus fortudinis, quę est circa pericula mortem inferentia, vt dicitur 3. Ethico. ergo præter sacramentum baptismi ꝙ est in adiutorium fidei ad credendum, requiritur aliud sacramentum quod sit in adiutorium fortitudinis ad audacter confitendum, & hoc

& hoc est sacramentum confirmationis, quod ad hoc ordinatur vt homo coram persecutore fidem audacter confiteatur. & hoc est quod dicit Melchiades papa supra c.1. ¶ Tertio patet idem ex hoc quod sibi cõformatur sic. per sacramentum vnimur & conformamur Christo. Christus autem est non solum pater noster, sed etiam sacerdos, & rex. sicut ergo per baptismum conformamur ei, vt patri filij per baptismum regenerati. Et sicut per ordinem cõformamur, vt ministri summo sacerdoti sic, oportet quod per aliquod sacramentum conformemur ei, vt milites ad pugnam spiritualem cõtra aduersarios fidei. ¶ Ad rationes. Ad primã respondetur, quod, vt inquit S. Tho. tã in 4. quã in 3. parte circa institutionem huius sacramẽti est triplex opinio. vna. n. dicit, quod hoc sacramentum non fuit institutum nec à Christo, nec ab apostolis, sed postea processu temporis in quodam concilio Melden. 1. vt dicit magister Alexander de Halis. Et dicunt, quod dominus rem huius sacramenti sine sacramento conferebat manus imponendo. Similiter & apostoli eo quod ipsi confirmati fuerant immediate à spiritu sancto. Sed hoc videtur valde absonum, quia secundum hoc ecclesia tota die posset noua sacramenta instituere quod falsum est, cum ipsi non sint factores legis, sed ministri, & sacramentum cuiuslibet legis in sacramentis consistat. Et præterea in capitulo sequenti. Manus dicit Eusebius papa quod tempore apostolorum non ab alijs, quam ab apostolis fuit peractum hoc sacramentum. Et ideo dicunt alij, quod nõ à Christo, sed ab apostolis institutum est hoc sacramentum, sed hoc etiam non competit, quia ipsi apostoli quamuis essent bases ecclesiæ, tamen non fuerunt legislatores. vnde ad eos non pertinebat sacramenta instituere. Præterea instituere nouum sacramentum pertinet ad potestatem excellentiæ, quę competit soli Christo, vt supra dist. 4. fuit declaratum. Et ideo probabilior videtur esse aliorum opinio, quæ dicit hoc sacramentum sicut, & omnia alia fuisse à Christo instituta, quod patet ex hoc quod ipse etiam dominus manus pueris sibi præsentatis imponebat, vt patet Ma. 29. Nec obstat, quod in euangelio, vel in actibus apostolorum non fit mentio de materia, vel forma huius sacramenti. Tum quia multa fecit Christus, quæ non sunt scripta. vt dicitur Ioan. vltim. Tum quia formæ sacramẽtales, & alia, quæ in sacramentis exiguntur occultanda erant in primitiua ecclesia propter irrisiones gẽtilium, vt Dionysius dicit. vnde etiã in fine ecclesiasticæ Hierarchię excusat se à determinatione formarum sacramentalium. Secus autem est de baptismo, qui erat sacramentũ necessitatis, & statim cuilibet offerebant in principio. Est autem cõsiderandum, quod dicit Sanctus Thom. in tertia parte quod Christus instituit hoc sacramentum, non exhibendo, sed promittendo discipulis spiritum sanctum. Io. 16. Nisi ego abiero paracletus non veniet ad vos, & hoc ideo, quia in hoc sacramento datur plenitudo spiritus sancti. quæ erat danda ante Christi resurrectionem, & ascensionem secundum illud Ioan. 12. Nõdum erat spiritus sanctus datus, quia Iesus nondũ erat glorificatus. ¶ Ad secundam respondetur dupliciter. primo modo negando assumptum pro maiori. hoc. n. nõ est verum de sacramentis ad plenitudinem gratiæ pertinentibus, cuiusmodi est hoc sacramentum, quod ad perfectionem gratiæ sit, & status legis fuerit imperfectionis, quia nihil ad perfectum adduxit lex, vt ait apostolus ad Hebr. 7. non habuit hoc sacramentum aliquid sibi respondẽs in lege veteri. ¶ Secundo respondetur negando minorẽ. dicitur, quod aliquo modo fuit figuratum in creatione pontificum, qua signatur vnctio Christi à qua hæc vnctio deriuatur. vnde Hugo de sancto Victo. lib. de sacramentis ait. Chrismatis vnctionem iam ab antiquo in veteri testamẽto institutam legimus, quia tunc quod reges & principes sacerdotes liniebãtur, quorum vnctione singularis ille vnctus præfigurabatur, qui præ cunctis participibus suis vnctus est, vt in illo participent nomine, qui participes esse
2 merentur in vnctione. tã chrismate. n. dicitur Christus, & à Christo christianus nominatur. vnde sicut in vnctione veterum præfigurata est vnctio Christi, sic etiam nostra est significata. ¶ Ad tertiam respondet dominus Durandus, quod cõfiteri fidem absolute tempore pacis est actus fidei, vel baptismi, sed confiteri tpe psecutionis qñ immineret periculum pertinet ad virtutem fortitudinis supposita fide, & ad illud proficit confirmatio post baptismum.

Ad primum arg.
S. Thomas.
Dionysius.
S. Tho.
Ad secundũ.
Hug. de sancto Victor.
Ad tertium

3 Ad secundum Sic pceditur. † Et videtur, quod baptismus maius sit sacramentũ quam confirmatio. ¶ Et primo sic. essentialia rei accidentalibus digniora sunt, sicut substantia accidente, sed baptismus essentialiter se habet ad salutem, cum sit sacramentũ necessitatis, confirmatio quasi accidentaliter cum non sit necessitatis sacramentum, ergo baptismus est nobilius, & maius sacramentum confirmatione. ¶ Secundo sic. Effectus proportionatur suæ causæ. sed baptismus habet maiorem efficaciam in efficiendo, quia delet omnem culpã, & pœnam, quod non facit confirmatio. ergo est nobilius sacramentum. ¶ Tertio baptismus facit hominem innocentem, & statim aperit cœlum, sed hoc non facit confirmatio, ergo baptismus est efficacius, & ita maius & nobilius sacramentum ¶ In oppositum videtur esse text. præsentis capi. ¶ Respondeo dicendum cum Alexandro de Halis quod gratia confirmationis præsupponit gratiam baptismalem, sicut bene esse præsupponit esse, quando ergo fit comparatio harum gratiarum potest fieri dupliciter. vno modo cum suppositione, & sic omnino maior est gratia confirmationis, quam baptismatis. Sicut tantum & perfecte viuere melius est, quam viuere, quia hoc addit ad illud, & complet. Si autem intelligatur pręcise. s. vtrum hæc gratia quæ additur sit maior, vel minor, dicẽdum est simpliciter, quod non est tãtæ efficaciæ, sicut est gratia baptismalis. patet quia viuificare mortuum maior est gratia & potẽtia, quam iã viuificatum fortificare præcise loquẽdo, sed cum præsuppositione maius est viuum, & sanum, quam viuum tantum. Et ita posset ad rationes faciliter responderi, quia quædam procedunt vna via quædam alia. Est præterea notandum, quod vt inquit S. Tho. in 4. & pariter magister Alexander † quinque modis vnum sacramẽ
4 tum est dignius alio. vno modo quo ad rem sacramenti, siue effectum eius, & sic baptismus qui delet omnem culpam, & aufert omnem pœnam est maximum sacramentorum. Alio modo quantum ad id quod continetur in sacramento, & sic eucharistia est nobilissimum, in qua continetur ipse Christus. Tertio quantum ad gradum dignitatis, in quo consistit, & sic ordo est dignissimum sacramentorũ. Quarto quantum ad ministrum, & sic confirmatio, & etiam ordo sunt dignissima, quia non nisi per episcopũ ministrantur. Quinto quantum ad significatum, & non cõtentum, & sic matrimonium est dignissimum. quia significat coniunctionem duarum naturarum in persona Christi. Si tamen has dignitates adinuicem comparemus, inuenitur illa dignitas potissima quam sacramentum habet ex contento, quia est essentialior, & ideo sacramẽtum eucharistiæ est simpliciter dignissimum. & ad ipsum alia sacramenta ordinantur. dignitas. n. quæ est in efficiendo præualet ei, quæ est in significando, & illa quæ est in significando respectu boni simpliciter loquẽdo, præualet ei, quæ est in amotione mali, & ideo simpliciter loquendo post eucharistiam nobilius sacramentum est ordo, per quod, & in gratia & in gradu dignitatis homo ponitur, & post hęc confirmatio per quod perfectio gratiæ confertur, & post baptismus, per quem fit plena remissio culpę & pęnę, & post matrimonium habet maximam significationem. pœnitẽtia autem & extrema vnctio, ponitur inter baptismum & matrimonium, quia ordinantur directe ad remotionem mali, quamuis in hoc pœnitentia habeat minorem efficaciam, quam baptismus, quia ordinatur contra culpam actualẽ tantum, & non delet totaliter pœnam, & adhuc minorem extrema vnctio, quę cõtra reliquias peccatorum ordinatur. ¶ Ad rationes. Ad primam respõdetur, quod quamuis confirmatio se habeat quasi accidentaliter ad vitam spiritualem simpliciter acceptam, tamen ad vitam spiritualem secundum sui perfectam differentiam, non se habet accidentaliter, sed essentialiter. & ideo non oportet, quod sit minoris dignitatis, quam baptismus. ¶ Ad secundam & tertiam patet responsio ex dictis, conceditur, quod baptismus habet maiorem efficaciam in remotione mali, quã confirmatio. Lege. ¶ [De his]. Quæstio fuit proposita, quid illorum sacramentorum esset maius [Scitote] secũda pars, vbi ponitur responsio. [Summis]. i. episcopis. quia summi dicuntur, quia vltra eos nullus ordo superior habetur. Nã Metropolitani episcopi vocantur 18. di. Si episcopus. hac ratione quilibet episcopus potest dici summus pontifex, quia pari consortio consecrationis, & ordinis, cum apostolico

Primum ar.
Scdm arg.
Tertium ar.
Opponit & respondet. Ale. de Ha.
S. Thom. Alexander.
Ad primum argu.
Ad secdm & tertium.
Exponit literam.

stolico est prædictus vt dist. 21. in nouo. hodie tamẽ solus papa vocatur summus pontifex [quod non nisi]. i. ideo est accommodatum [quod nõ nisi] & est hic argumentum aliquid dici maius ratione conferentis. [Sed ita] 3. pars. vnũ sine altero præcedente, vel sequente Hug. vel dicit magister Alexander in responsione vnius argumenti [sine altero] habito, vel suscepto re vel voluntate, hoc est vnum nõ est perfectum sine altero. i. baptisma sine confirmatione, s. contempta, vel neglecta quasi dicat baptisma non potest perfici cum contemptu, vel etiam negligentia confirmationis. Hugo autem de sancto Victore ponit istam literã sic. Ista duo ita coniuncta sunt in operatione salutis, nisi morte interueniente omnino separari non possunt.

Hugo. Alexander.

H. de S. Vic.

2 *Non ordinatus non potest sacramentum confirmationis conferre.*
3 *Episcopus solus habet ex officio confirmare.*
4 *Episcopus electus, & confirmatus non consecratus non potest per se confirmare, sed committere alteri episcopo iam confirmato.*
6 *Papa potest committere alicui, quod confirmet, & cõferat minores ordines.*
*Non tamen potest committere non sacerdoti. nu. 7.*
8 *Minister confirmationis est duplex.*
9 *Papa est maior iurisdictione, quam aliquis episcopus, sed æqualis in consecratione.*



Manus. Sequitur quartum capitulum eiusdem partis, in quo magister Gratianus ex authoritate papę Eusebij prosequitur de ministro sacramenti confirmationis. Et diuiditur in duas partes. In prima dicit hoc sacramentum perfici nõ posse, nisi ab episcopis. In secunda inducit probationem ad hoc. 2. ibi, nec tempore apostolorum. Pro pleniori intelligentia huius cap. quæruntur duo.

Diuisio.

1 ¶ Primum est, vtrum solus episcopus possit sacramentum confirmationis conferre.

5 ¶ Secundum est, vtrum sacerdos simplex ex cõmissione papæ possit hoc sacramentum conferre.

1 Ad primum Sic proceditur. †Et videtur, quod solus episcopus non possit sacramentum confirmationis cõferre. ¶ Et primo sic. efficacia sacramentorum est à virtute verborum, sed quilibet sacerdos imo etiam non sacerdos, aut ordinatus, potest verba proferre, quæ sunt forma huius sacramenti. ergo etiam non episcopus, imo etiam non ordinatus potest hoc sacramentum conferre. ¶ Secundo sic. baptismus quantum ad aliquid est maioris efficaciæ quam confirmatio. sed sacerdos ex suo officio potest baptizare. ergo & confirmare. ¶ Tertio sic. Sicut confirmationis sacramentum ad perfectionem pertinet, ita & eucharistia secundum Dionysium. sed sacerdos est proprius minister eucharistiæ. ergo ipse potest confirmare. ¶ Quarto sic. In sacramentis ex parte conferentis requiritur ordo, & intentio, sed episcopus non habet aliquem ordinem vel characterem, quem non habet simplex sacerdos. ergo sicut episcopus, ita sacerdos potest confirmare si intentionem cõfirmandi habeat. ¶ In oppositum est textus præsentis capituli, & etiam ca. vni. de sacra. sanct. vnctio. ¶ Respondeo. Circa hoc ponuntur aliquę conclusiones. Prima conclusio. 2 †Non ordinatus non potest sacramentum confirmationis conferre. Probatur conclusio proprij dispensatores sacramentorũ sunt ministri ecclesiæ per sacramentum ordinis consecrati, vt sint medii inter Deum, & plebem diuina populo tradẽtes. ergo solis talibus ordine consecratis competit ex officio sacramenta ministrare, nec per alium cõferri possunt excepto baptismo propter necessitatem. cum ergo confirmatio non sit sacramentum necessitatis, non poterit nisi ab ordinatis conferri. ¶ Secunda conclusio. 3 †Solus episcopus habet ex officio confirmare. Probatur conclusio multipliciter. Primo ratione, quæ ex litera præsentis capituli accipitur. Soli episcopi in loco apostolorum succedunt, sed soli episcopi in primitiua ecclesia manus imponebãt, quod erat confirmare, vt colligitur Actuum 8. vbi ait gl. quod Philippus ad cuius prædicationem Samaritani crediderant, non poterat manus imponere, quia non erat apostolus. ¶ Secundo sic. vt ait Sanctus Thomas in quarto. Et confirmatur in tertia parte. In omnibus actibus, & potentijs ordinatis, vel habitibus ita est, quod vltima perfectio reseruatur inducenda per supremam artem in genere illo, sicut & illæ artes, quæ operãtur circa materiam nauis præparando eam reseruat inductionem formæ arti superiori, quæ nauim cõpaginat, & illa reseruat vlterius finem. s. vsum arti superiori. s. gubernatorię. vnde cum episcopi in ecclesia, hierarchia teneant supremum locum, illud quod est vltimum in actionibus hierarchicis eis reseruandum fuit, & quia perficere aliquem hoc modo, quod sit supra communem statum aliorum, est supremum in actionibus hierarchicis, ideo sacramentum confirmationis, & ordinis quibus hæc efficitur merito episcopis reseruantur. ¶ Tertio sic. vt arguit ad hæc domi. Durandus. Ad illum qui est supremus in aliquo statu pertinet ordinare, & disponere de illis, quæ sub ipso in aliquo gradu præficiuntur communi populo, sicut ad principem exercitus ptinet ordinare de centurionibus & decurionibus. sed episcopatus in ordine ecclesiasticæ hiera. est supremus, vnde in capitulo præsentis text. & precedentis episcopus nominatur summus pontifex. ergo ad ipsum pertinet illa sacramenta dispensare, per quæ aliquis constituitur in aliquo gradu super communem populum. hæc autem est confirmatio, per quam efficitur quis miles fidei defendendæ, & ponitur in numero pugilum Christi, fidem defendẽtiũ per quem aliquis efficitur quasi dux aliorum. ergo ad episcopum pertinet sacramentum confirmationis, & ordinis dispensare. cui dominus Bonauentur. consonans assignat talem rationem. quia s. apostoli, & eorũ successores episcopi sunt prælati in ecclesia principales. prælati autẽ duplex est officium. s. inferiores in suo gradu statuere, & collocare in ordine, & ponere se murum siue gregem suum defendere, ideo ipsi soli ordines faciunt, & corroborant. alij dicunt, vt dominus Alexander de Halis, quod quia in his duobus sacramentis. s. in ordine & confirmatione datur gratiæ plenitudo. ideo ab his debent dispensari qui habẽt plenitudinem authoritatis in ecclesia, cuiusmodi sunt episcopi. ¶ Tertia conclusio † quod episcopus electus & con-
4 firmatus non consecratus non potest per se confirmare, sed alteri episcopo iam consecrato potest committere cõfirmationem subditorum suorum. ratio domini Petri de Palude ad hoc est ista, quia talis episcopus licet habeat ea, quę sunt iurisdictionis, non tamen ea quæ sunt consecrationis. vnde potest demandare, quæ sunt iurisdictionis, sed conferre per se quod est consecrationis non potest. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum. Ad primam dicitur, quod ratio non procedit. quia efficacia sacramenti non tantum est ex verbis prolatis, sed etiam ex materia debita, & persona conueniente, & ideo si sit defectus in persona ministri verba prolata ab alio non possunt efficaciam sacramento præbere. ¶ Ad secundam negatur consequentia. ratio quia baptismus cum sit sacramentum necessitatis communiter omnibus competit. & ideo per ipsum non ponitur aliquis supra communem statum sicut per cõfirmationẽ, vt prius dictum est. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. quoniam licet eucharistia, sicut & confirmatio sit sacramentum perficiens, est tamen differentia in hoc in huiusmodi sacramentis ab alijs, vt dicit Sanctus Thomas, quia in ordine & confirmatione illud, quod est ibi res, & sacramentum, est aliqd insusceptibile acquisitum, & ideo suscipientem hæc sacramenta promouent ad perfectionem quãdam vltra communẽ statum fidelium, sed eucharistia habet illud, quod est res, & sacramentum in se, non in suscipiente, & ideo per sumptionem eucharistiæ non acquirit aliquis perfectionem vltra communem statum, cum non imprimatur character, sed perficit vnumquenque in statu suo, & ita non est simile de eucharistia de cõfirmatione, & de ordine. ¶ Ad quartam respondetur consequenter negando minorem vniuersaliter, quia quamuis episcopus, vt inquit Sanctus Thomas nõ habeat aliquem ordinem supra sacerdotem secundum quod ordines distinguuntur per actus relatos ad corpus Christi verum, habet tamen ordinem supra sacerdotem secundum ꝙ ordines distinguuntur per actus supra corpus Christi mysticum.

Primum ar. Secũdum ar. Tertiũ ar. Quartũ ar. Opponit & Respondet. Prima con. Secũda cõ. S. Thomas. Durandus. Bonauent. Ale. de Hal. Tertia cõc. Pet. de pal. Ad primum arg. Ad secũdum. Ad tertium. S. Thom. Ad quartum. S. Thom.

Ad secundum Sic proceditur. †Et videtur, qđ simplex sacerdos ex commissione papæ

ne papæ non possit cõfirmare. ¶ Et arguitur primo ex textus pñtis ca. in quo dicit papa Eusebius, quod non ab alijs, quam summis pontificibus id est episcopis hoc sacramentum perfici potest, si non potest, ergo nec ex commissione papæ simplex sacerdos dispensare poterit illud. ¶ Secundo sic. sicut se habet id, quod est sacerdotis ad sacerdotem, ita hoc, quod est episcopi ad episcopum, sed nullus non sacerdos potest per papæ commissionem eucharistiam conficere, quod est sacerdotis, ergo similiter ex commissione papæ nullus non episcopus potest cõfirmare quod est episcopi. ¶ Tertio sic. sicut conferre sacerdotalem ordinem est episcopi, ita, & confirmare. sed nullus non episcopus, ex mandato papæ posset aliquem in sacerdotem premouere, ergo nullus non episcopus ex mandato papæ potest cõferre confirmationis sacramentum. ¶ In oppositum est text. capituli peruenit dist. 95. vbi Beatus Gregorius concedit presbyteris, vbi episcopi desunt pueros baptizatos in fronte chrismate tangere. ¶ Secundo est ratio talis. maius est conferre minores ordines, quam confirmare, sed ex mandato papæ aliqui non episcopi conferunt minores ordines, sicut presbyteri cardinales, ergo multo fortius ex mandato papæ poterit aliquis simplex sacerdos confirmare. ¶ Respondeo dicendum, quod circa quæstionem est triplex opinio. Prima est eorum, qui dicunt, quod tanta est authoritas papæ, quod quilibet potest ex eius commissione conferre alteri sacramentum, quod habet, sicut confirmatus poterit alium confirmare, & sacerdos potest alij conferre sacerdotium. Et sic de alijs, sed aliquis non potest conferre, quod non habet, etiam ex commissione papæ, quia nemo dat alteri, quod non habet. argu. 1. q. 1. gratia. & q. 7. Daibertum. Sed ista opinio est manifeste falsa. Et primo quo ad primam partem patet, cum ex multis decretis, quæ allegantur dist. 95. per totum. Tum ex decreto præsentis capituli, & præcedentis. quo ad secundam partẽ similiter est falsa. primo, quia si nullus potest conferre sacramentum quod nõ habet, non baptizatus, non posset baptizare, quod falsum est, vt supra dist. 4. Romanus pontifex & cap. sequẽti. Et iterum, qui non inunctus non posset inungere infirmum, quod est manifeste falsum. Iaco. 1. infirmatur quis ex vobis &c. ¶ Aliorum est opinio sicut Sancti Thomæ, magistri Alexandri de Halis, & Petri de palude, qui circa hoc ponunt duas conclusiones. Prima est quod papa potest committere alicui episcopo, quod confirmet, & conferat minores ordines. ¶ Secunda quod non potest hoc committere alicui non sacerdoti. prima conclusio declaratur secundum ipsum Sanctum Thomã. in quarto sic. episcopatus nihil addit super sacerdotium ꝑ relationem ad corpus Christi verum, sed solum per relationẽ ad corpus Christi mysticum. Nec papa ꝑ hoc, quod est episcoporum summus dicitur habere plenitudinẽ potestatis per relationem ad corpus Christi verum, sed per relationem ad corpus Christi mysticum. Ex hoc sic arguitur. Ille qui habet potestatem supra corpus Christi mysticum potest committere dispensationem sacramentorum, quorum actus sunt circa corpus Christi mysticum. sed papa est huiusmodi. confirmatio autem & minores ordines sunt talia sacramenta. quorum actus sunt circa corpus Christi mysticum, & non circa corpus Christi verum, in hoc enim differunt minores ordines à maioribus. quia maiores habent actus suos circa corpus Christi verum sacerdotium [a] quidem in consecrando, diaconus in offerendo, subdiaconus in materiam præparando. & ideo nullus non episcopus potest ex commissione papæ conferre hos ordines. quia actus eorum sunt circa corpus Christi, verũ, respectu cuius papa non habet plenitudinem potestatis. minores autem ordines nullum actum habent circa corpus Christi verum, sed circa materiam eius habet quosdã actus secundarios & præparatorios, vt patet de ostiario, & cæteris minoribus ordinibus, & idem est de confirmatione, cuius actus, est confiteri fidem ad ædificationem ecclesiæ, ergo tam minores ordines, quam confirmatio possunt à non episcopo conferre ex commissione papæ. ¶ Secunda conclusio est, videlicet, quod talis commissio non possit fieri nisi sacerdoti, declaratur sic. quia sacramentalis gratia descendit in corpus mysticum à capite. ideo omnis sacramẽtalis operatio in corpus mysticum per quam gratia datur pendet ab operatione sacramentali super corpus Christi verum. vnde solus sacerdos potest absoluere

Primum ar.

Secundum argum.

Tertium ar.

Opponit in cõtrarium.

Secda oppo.

Respondet. Prima opi.

Cõtra primã opinio.

Secda opin. S. Thomæ. Prima con.

6 Secũda cõ.

7

a ¶ Sacerdotium. adde ꝙ sacerdotium prꝗcellit imperiũ dignitate Pe. de An. in c. solite n. 7. de mai. & ob.

in foro pœnitentiali, & baptizare ex officio. ergo illi soli competit dispensatio sacramentorum, per quæ descendit gratia in corpus mysticum. talia autem sunt confirmatio, & minores ordines, ergo soli sacerdoti potest fieri à papa commissio dispensationis horum. ¶ Tertia opinio est eorum, qui dicunt, quod simplex presbyter non possit ex mandato papæ confirmare. Et quod dicitur superius de Beato Gregorio capitul. peruenit. exponunt quidam, quod ille presbyter ex mandato papæ non conferebat sacramentum confirmationis, sed aliquod sacramentale simile illi sacramento, sicut alicui porrigitur panis benedictus loco eucharistiæ. sed hoc non videtur conueniens vt talem dissimulationem induxisset Gregori. vel sustinuisset, vt aliqui dicunt propter scandalum vitandum, & seruandum bonum pacis, quia dispensatio sacramentorum pertinet ad veritatem doctrinæ, quæ non est propter scandalum dimittenda. Alij vero dicunt, vt dominus Durãdus ausus fuit dicere. quod Gregori. cum fuerit purus homo errare potuerit faciendo talem commissionem. Sed hoc minus videtur conuenienter dictum, quod Beatus Gregorius & summus pontifex errauit circa dispensationem sacramentorum, & sedes apostolica, quæ nunquam à tramite apostolicæ doctrinæ dicitur declinasse, vt in capitulo à recta. & in capitulo in sede vigesima quarta, quæstione prima habetur. Pro opinione ista, quod papa non possit committere simplici sacerdoti dispensationem sacramenti confirmationis, nec etiam minorum ordinum dominus Durand. inducit quatuor rationes sequentes. ¶ Prima est de integritate cuiuslibet sacramẽti sunt materia, & forma, & minister. sed papa non potest aliquid immutare circa materiam, vel formam, ergo nec circa ministrum. aut ergo sacerdos est minister ex diuina institutione sacramẽti confirmationis, & tunc absque commissione papæ potest conferre, aut non est minister, sed solus episcopus, & tunc ex quacunque commissione non potest. & ita nulli non episcopo conuenire potest. ¶ Secunda est dispensatio sacramentorum, quæ respiciunt corpus Christi mysticum. aut conuenit episcopo ratione iurisdictionis, aut ratione cõsecrationis. Non primo modo, quia papa electus, & confirmatus, & episcopi habent plenam iurisdictionẽ, episcopi antequam sint consecrati possent tunc hoc sacramentum dispensare, siue conferre, quod falsum est. ergo non conuenit eis ratione iurisdictionis, sed cõsecrationis. sed ea quæ respiciunt consecrationem non consecrato committi non possunt, vt habetur extra de consecratione ecclesi. vel altar. capitulo vltimo. ergo papa, vel episcopus non possunt committere nõ episcopo, quod possit confirmare. ¶ Tertia ratio. papa nõ habet maiorem potestatem in collectione confirmationis vel ordinis, quam quicunque episcoporum, licet habeat maiorem potestatem in foro causarum. Si ergo simplex sacerdos potest confirmationem vel minores ordines conferre ex commissione papæ, idem poterit simplex sacerdos ex commissione episcopi, quod non conceditur. ¶ Quarta ratio. sicut in baptismo confertur potestas suscipiendi sacramenta, sic in ordine confertur potestas dispensandi, sed papa non potest facere, quod non baptizatus suscipiat verum sacramentum, ergo non potest facere, quod non ordinatus illo ordine, quo quis recipiat potestatem dispensatiuam confirmationis vel ordinis possit hoc sacramentum conferre. mirum enim esset, quod aliquis posset in actum respectu cuius non habet potentiam, sed secundum istos character ordinis non potest haberi ex commissione papæ, sed requiritur susceptio sacramenti. ergo non habenti characterem ꝑ susceptionem sacramenti non potest per quęcunque cõmitti actus illius ordinis. Tunc deducatur, vt prius, quia minister confirmationis, aut est ordinatus ordine episcopali, aut simplicis sacerdotij. Si episcopali non potest committi non episcopo. Si simplicis sacerdotij non est necessaria commissio propter prohibitionem ecclesiæ ad vitandum culpam inobedientiæ, ex his concludit iste doctor, quod ex commissione papæ nullus potest conferre sacramentum, aliquod, quod non possit à seipso. Sed cum dubium non sit, quod sedes apostolica tam dispensationem minorum ordinum, quam confirmationis simplicibus sacerdotibus hactenus concesserit, & non sit tutum dicere ꝙ Romana ecclesia in dispensatione sacramentorum errauit, tenendum est firmiter cum opinione

Tertia opi.

Prima rõ. Durandi.

Secda rõ. Durandi.

Tertia rõ. Durandi.

Quarta rõ. Durandi.

communi, quod simplex sacerdos ex commissione summi pontificis possit confirmare. ¶ Dicendum est ergo ad rationes in contrarium inductas per dominum Duran. Ad

Ad primam rationem: Durandus.

8 primam respondetur. † quod duplex est minister confirmationis, puta vnus ordinarius, scilicet episcopus, & alius commissarius sit simplex sacerdos. vnde papa non potest quin per alterum istorum exhibeat, & si de facto fieret, non esset sacramentum, & sic papa committendo simplici sacerdoti non mutat ministrum huiusmodi sacramenti. ¶ Ad secundam respondetur, quod ratio non procedit, quia non est simile iudicium de omnibus, quæ competunt episcoporatione consecrationis, quia quædam illorum committi non possunt non episcopo, sicut est collectio maiorum ordinum, quædam vero sic. scilicet simplici sacerdoti, vt dispensatio minorum, & sacri confirmationis, ratio diuersitatis assignata est supra. Cum autem dicit, quod ea, quæ competunt ratione consecrationis non consecrato committi non possunt. respondetur iuxta P. de pal. quod licet episcopus nõ possit cõmittere non consecrato in episcopum ea, quæ sunt episcopalis consecrationis, puta dedicare ecclesias, & huiusmodi, papa tamen potest non episcopo imo etiam non sacerdoti nisi illa, quæ includunt missæ celebrationem, quia talia sunt de iure positiuo. de his vero, quę sunt de iure diuino nulli licet inferiori papa. sed bene papæ sicut dictũ est in aliquibus. ¶ Ad tertiam respondetur vt dicit Pe. de pa. quod licet papa non habeat maiorem potestatem cõferendi hęc sacra per se quã eps, habet tñ maiorẽ ptãtem in conferendo per alios, quia conferre est consecrationis, sed cõ

Ad secundam rationem. Pet. de pal. Ad tertiam rationem. Pet. de pal.

9 mittere iurisdictionis † est autem papa maior iurisdictione, quam aliquis episcopus, sed æqualis est in consecratione. ¶ Ad quartam respondetur, quod papa non potest conferre, quod non ordinatus illa ordinatione, quæ per se requiritur ad dispensationem huius sacramenti conferret illud sacramentum, sicut quod non ordinatus in sacerdotem conferret corpus Christi, sed quod non possit facere, quod non ordinatus illa ordinatione, quæ non per se, & de necessitate requiritur ad dispensationẽ alicuius sacramenti, sed ad hoc quod solum ordinarie possit illud conferre, non sic autem est in proposito. consecratio. n. episcopalis non requiritur per se, & de necessitate ad dispensationem sacramenti cõfirmationis. ¶ Ad rationes principales in principio quæstionis respondetur. Ad primam respondetur, quod tex. præsentis c. vt dicit glo. intelligendus est de iure communi, secus autem est si factum fuerit ex dispensatione summi põtificis. ¶ Ad secundam & tertiã dicit S. Tho. patere responsionem ex dictis, quia aliud est de ordinibus quorũ actus respiciunt corpus Christi verum cuiusmodi sunt ordines maiores, & inter eos præcipue ordo sacerdotalis, de quo procedunt rõnes factæ, & aliud de confirmatione & minoribus ordinibus, quæ respiciunt corpus Christi mysticum. priorũ aũt collectio ita est epi, vt eps est, quantũ ad posse, quod illorũ dispensatio non põt alteri committi. secũdorum aũt dispensatio licet sit epi, vt eps est, non tñ quantũ ad posse simpl̃r, sed quantum ad posse ex officio, & talis dispensatio à papa committi potest non episcopo, vt fiant authoritate summi epi vt dicit Pe. de pa. Lege. ¶ [Tenedũ est] & hoc rõnabiliter, quia vt in sequenti ca. habetur spũs sancti septiformis gratia cũ oĩ plenitudine sanctitatis descendere dr. [perfici non potest] nisi dispensatione summi pontificis id fiat, vt Gregorius legitur dispẽsasse cum presbyteris, vt in c. peruenit di. 95. [Sũmis pontificibus] .i. epis. & q. 7. accusatio [nec tempore apostolorum] secunda pars legitur. s. Act. 8. tenent locum quo ad statum prælationis, quia quo ad statum religionis siue vitæ communis, & pro priorum renuntiationem, religiosi locum tenent sine figura 16. q. 1. ex authoritate. [irritum] nisi. s. ex mandato siue dispensatione simplex sacerdos hoc faceret vt 95. d. peruenit. falsum est autem quod hic dr̃ glo. quod ex demandatione papę quis potest conferre quod habet vnde ordinatus ordinem, quem habet, & confirmatus confirmationẽ, quia ex hoc sequeretur, quod sacerdos posset ordinem sacerdotij conferre, & laicus confirmatus ex commissione posset confirmare, quæ omnia sunt apertissime falsa.

Ad quartam rationem. Ad primum argu. Ad secundum & tertium argu. Exponit literam.

2 *Sacramenta quare dentur in robur virtutum scilicet fidei, & charitatis.*

4 *Materia aliqua, quod sit de essentia sacramẽti cõfirmationis.*

5 *Materia sacramenti quid dicatur.*

6 *Chrisma est conueniens materia sacramenti confirmationis.*

7 *Chrisma oportet quod sit per episcopum consecratum.*



Nouissime. Sequitur 5. c. eiusdem partis, in quo magister Grat. ex authoritate Rabani lib. de institutione clericorum repetit, ad quem finem siue effectum traditur hoc sacramentum fidelibus, assignans differentiam inter vnctionem, quæ fit à sacerdotibus in vertice capitis, & de vnctione ista, quæ fit in fronte per manus episcoporum. Et diuiditur in duas partes. In prima ostendit effectum vnctionis huius sacramenti. In secunda differentiam assignat inter hanc, & illam, quæ fit in baptismo in vertice capitis. secunda ibi, signatur. n. baptizatus. pro maiori intelligentia huius c. in quo fit mentio tam de effectu huius sacramenti, quã de materia, & forma, & loco vnctionis quærũt quinq;.

Diuisio.

1 ¶ Primum est, vtrum confirmatio detur in robur ad confitendum fidem Christi.

3 ¶ Secundo, vtrum chrisma sit conueniens materia huius sacramenti.

8 ¶ Tertio, vtrum hæc sit conueniens forma huius sacramenti, consigno te signo crucis. confirmo te chrismate salutis.

9 ¶ Quarto, vtrum hoc sacramentum sit conferendum in fronte.

10 ¶ Quinto, quanto tempore chrismati debent esse sub disciplina chrismatis.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur, quod confirmatio non detur in robur ad confitendum fidem Christi. ¶ Primo sic. Hugo de sancto Victore dicit, quod in baptismo datur gratia ad remissionẽ peccatorum. hæc gratia datur ad cõfirmationem. quid autẽ prodest si à lapsu erigeris, si etiam ad standum non confirmeris. hæc Hugo. ergo confirmatio datur ad standum in innocentia baptismali. ¶ Secundo quæritur quare non dantur sacramenta ad exequendum alias virtutes, sicut in robur fidei datur confirmatio. vnde videtur, quod non debeat dari plus fidei, quod alteri virtuti. ¶ Tertio sic. cũ perfectionis fidei sit, vt credatur corde, & confiteatur ore, & difficilius sit credere corde, quam confiteri ore, cum non detur aliquod sacramentum in robur fidei inquantum creditur, videtur, quod nõ sit aliquod dandum in robur eius inquãtum cõfitetur. ¶ In opp. est tex. pñtis c. ¶ Respondeo dicendum cum capitulo præsenti, quod confirmatio datur in robur ad confitendũ intrepide fidem Christi. patet ista conclusio ex superioribus. ¶ Vnde dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur, quod Hugo non intendit in verbis illis dicere, quod stare in statu baptismalis innocentiæ sit principalis, & proprius effectus confirmationis, sed generalis, & hoc concedimus, quia qui tempore opportuno negat fidem cadit à statu gratiæ. vnde ad negare sequitur non stare. ¶ Ad secundam respondetur negãdo assumptum, quia sacramentum eucharistiæ datur

Primum a. Secũdũ ar. Tertium ar. Opponit et Respondet. Ad primum arg. Ad secundũ.

2 in robur charitatis. Si autem quæratur † quare solummodo dantur sacramenta in robur istarum virtutum, s. fidei & charitatis. respondet magister Alexander de Halis tripliciter. Prima, quia ab his duabus virtutibus pendet principaliter fortitudo spiritualis ędificij, quia in fide est prima fundatio, in charitate summa eleuatio, & vltima consummatio. secunda quia tenemur ad duo. s. ad obseruantiam fidei, & exercitium in moribus, vt enim dicitur primo Ioannis quarto. hæc est charitas Dei, vt mandata eius custodiamus. tertia ratio, quia virtus est circa bonum, & difficile, summum bonum in virtutibus est charitas, summũ difficile fides, propter quod aliqua sacramenta dari in robur fidei, & charitatis necessitatis maximę est, & vtilitatis. ¶ Ad tertiam respõdetur negando minorem. dicimus. n. quod maioris difficultatis est confiteri fidem, quã credere, & propter hoc magis datur confirmatio fidei inquantum confitetur, quam inquantum creditur.

Ale. de Hal. Ad tertium.

3 Ad secundum Sic proceditur. † Et videtur, quod chrisma non sit conueniens materia huius sacramenti: ¶ Primo sic. hoc enim sacramentum institutum est à Christo promittente discipulis spiritum sanctum, sed ipse misit eis spiritum sanctum absque chrismatis

Primum ar.

chrismatis vnctione.ipsi etiam apostoli hoc sacramētum conferebāt per solam manus impositionem absque chrismate, dicitur. n. Actu. 7. ꝙ apostoli imponebant manus super baptizatos, & accipiebāt spūm sanctum.ergo chrisma non est materia huius sacramenti.

Secundum argum.

¶Secundo sic.cōfirmatio quodammodo perficit sacrm̄ baptismi,vt supra ca. dist.c.1.& ita debet ei conformari sicut perfectio perfectibili,sed in baptismo materia est simplex elementū.s.aqua, ergo huius sacri non est conueniens materia chrisma qđ conficitur ex oleo & balsamo.

Ad tertium

¶Tertio materia sacri debet esse oībus communis,quia oībus sacra proponūtur in salutem,sed oleum oliuæ,& balsamus nō est apud omnes. ergo non est conueniens materia alicuius sacri.

Opponit & Respondet. Prima con.

¶In oppo. est tex.c.præsen.& ca.vnici de sancta vnctione. ¶Respondeo circa hoc sunt tres conclusiones. prima est † ꝙ aliqua
4 materia est de essentia huius sacramenti.ꝓbatur cōclusio, quia dr̄ Hu.de san.Vi.sacrm̄ est materiale elemētū:ergo oē sacrm̄ debet habere materiam. declaratur cōclusio sic,

S.Thomas.

5 iuxta S.Thom.in 4.†materia sacramenti dr̄ illa res visibilis sub cuius tegumento diuina virtus secretius operatur salutem,& ideo ad hoc est necessaria materia sacramentis, vt ad effectum ad quem virtus humana nullatenus attingit nec operando,nec cooperādo, diuina virtus in re visibili operans perducat,& ideo in pœnitentia & in matrimonio cuius effectus depēdet aliquomodo ex operatione humana.s.dolore de peccatis,& consensu etiam in culpam coniugalem non requiritur talis materia.in baptismo autem cuius totalis effectus est ab extrinseco, nihil cooperante interius baptizante,nec eo qui baptizat,nisi ad remouēdū impedimētum requiritur materia sensibilis, cum ergo effectus confirmationis,qui est plenitudo spiritus sancti sit omnino ab extrinseco,non per aliquam cooperationem humanam,non est dubiū,ꝙ in sacramento cōfirmationis

Secūa conc.

6 materia exigatur.¶Secunda conclusio†chrisma est conueniens materia huius sacramenti,quę cōclusio probatur sic. illud est conueniens materia huius sacramenti,quod habet maximā conueniētiam cum effectu huius sacramenti, quia sacramenta ex naturali similitudine repręsentant,vt

H. de S.Vi.

dicit Hug.de sancto Vic.li.de sacramentis.sed chrisma habet maxime conuenientiam cum effectu confirmationis. ergo chrisma est cōueniēs materia huius sacramenti.consequentia patet,probatur minor,quia confirmatio ordinatur ad audacem confessionem fidei tempore persecutionis.vt colligitur ex præsenti capitulo.ad hoc autem requiruntur duo scilicet nitor fidei, & firma credulitas cordis, & odor famæ in confessione oris. primum autem repræsentatur in oleo, quod est lucidum maxime oleum oliuarum, quod est simpliciter oleum. secundum autem signatur in balsamo,quod est maximi odoris, & præseruat à coruptione,& ideo compositum ex oleo,& balsamo est conueniens materia confirmationis.

S.Thom.

S. vero Thom. hanc conclusionem ex parte eius vnde initium sumpsit confirmationis sacramentum declarat sic in quarto. hoc sacramentum initium sumpsit ex aduentu spiritus sancti in discipulos,qui quamuis spiritum sanctum habuissent in munere gratiæ,quo perficiebantur ad ea, quæ ad singulares personas eorum pertinebant,tamen in die Pentecostes acceperūt spiritum sanctum in munere gratiæ,quo perficiebantur ad promulgationem fidei in salutem aliorum, & ideo facta est apparitio spūs sancti in linguis igneis, vt verbis essent proflui ad diuidendam fidem Christi,& diuulgādam,& hoc charitate feruidi aliorum salutem quærentes. Et propter hoc dr̄ Act.2.Repleti sunt omnes spūs sancto, & cœperunt loqui. Igni aūt nihil cōuenientius accipi potuit loco eius, in materia cōfirmatiōis q̄ oleū, tū qͣ lucet, tum, quia maxime est nutritiuum ignis.figuræ autem linguæ nihil conuenientius esse potuit,quam balsamus,propter odorem,quia propter confessionem linguæ odor bonæ notitiæ Dei diffunditur in omni loco,& ideo sicut visibilis apparitio spiritus sancti fuit in ignem figurata figura linguæ,ita materia cōfirmationis est oleum balsamatum, vt oleum pertineat ad conscientiam,quam oportet nitidam habere eos,qui confessores diuinæ fidei constituunt. Et balsamus ad famam quam oportet defendere,& diffundere,& verbis,& factis fidei confessores.¶Sed cōtra hāc conclusionem, videtur,decretalis de sa. non ite.c.1.vbi dicitur,quod si quis per errorem non chrismate,sed oleo sit delinitus,non est aliquid iterandum,sed caute supplendū, quod in caute fuerat prætermissum,& sic neque forma repetitur,sed debita materia linietur propter quod videtur chrisma non esse de essentia,quia quando aliquid de essentia est omissum,non tantum illud suppletur,sed etiam omnia essentialia simul adduntur alias si prius non fuit sacramētum propter defectum vnius essentialium multo minus tunc esset propter defectum plurium.

Respondet. Pet. de pal.

¶Respondetur vt dominus Petrus de palude dicit, ꝙ chrisma est de essentia,sine quo nihil actum est,& ad argumentum dr̄ q̄n aliquis effectus non sequitur,nec gratiæ, nec characteris, tunc nihil videtur esse actum,& ideo si denuo totum agitur,nihil iteratur.quia quod iteratur licet fuerit de facto
7 nihil tamen fuit de sacramento.

Tertia cōc.

¶Tertia conclusio†necesse est,quod chrisma sit per episcopum consecratum. probatur hæc conclusio primo ex capitulo presbyteris.supra dist.4.vbi papa Inn.dicit presbyteri cum baptizant vngere baptizatos chrismate liceat,quod ab episcopo fuerit cōsecratum, nō tamen frontem ex eodem oleo consecrare, quod solis debetur episcopis quæ conclusio declaratur sic iuxta S.Tho.in 3.parte.vbi assignans rationem, quare magis huius sacramenti materia,& extremæ vnctionis necessario consecratur,quam materia aliorum sacramentorum

S.Thomas.

ita dicit considerandum quod materia illorum sacramentorum quibus Christus est sicut baptismus,& eucharistia, non indiget noua consecratione, sed ex ipso vsu Christi materiæ horum sacramentorum aptitudinem acceperūt, ad perfectionem sacramenti,sicut aqua baptismi, quia tactu Christi consecrata fuit.

Chrysosto.

vnde Chryso.dicit & habetur supra dist.4.nunquam.quod nunquam aquæ baptismi purgare peccata credentium possent,nisi tactu dominici corporis sanctificatæ fuissent.Et similiter dominus accipiens panem benedixit,similiter,& calicem.vt habetur Mat.27. & Lu.22.& pp hoc non est de necessitate horū sacrorum, ꝙ materia prius benedicatur,quia sufficit benedictio xp̄i. Si qua vero benedictio adhibeatur pertinet ad solēnitatē sacramenti,non aūt ad necessitatem.Christus vero nō est vsus vnctionibus,ne fieret iniuria inuisibili vnctioni,qua est vnctus prę cōsortib.suis.& ideo tam chrisma,quā oleū sanctum,& oleum infirmorum prius benedicuntur, quā adhibeantur ad vsum sacramenti.

Ad primum arg.

¶Ad rationes. Ad primam respondetur negando consequentiā.aliud est.n.conferre rē sacramenti sine sacramento ꝙ potuit facere Christus,& aliud est conferre sacramentum sine materia sensibili.vnde dicēdum, quod apostoli semper conferebant secundum communem legem hoc sacramentum mediante chrismate,

S.Thomas.

præterea vt dicit S.Tho.in 3.parte licet Christus ex potestate,quā habet in sacramentis contulerit apostolis rem huius sacramēti.i. plenitudinem spiritus sancti sine sacramento,nihilominus tamen aliquid cōforme materiæ huius sacramenti exhibitum fuit apostolis sensibiliter in collatione spūs sancti,ꝙ.n super eos spūs sanctus sensibiliter descendit in specie ignis ad eandem significationē refertur,ad quam refertur oleum.descendit etiam in figura linguæ,quod ad idem refertur significandum, quod significat balsamus.

Ad sc̄dum

¶Ad secundam respondetur negando consequentiam,quia dissimilitudo magna est inter baptismum,& confirmationem.baptismus.n.cum detur ad spiritualem vitam consequēdā simpliciter & ianua sit sacramētorum quasi principium,& elemētum omnium aliorum, competit sibi materia,quæ sit simplex elementum. sacramentum autem confirmationis datur ad plenitudinē consequendam spiritus sancti,cuius est multoformis operatio ſm illud sapientiæ 7.est aūt in illa spūs intelligētiæ sanctus multiplex & 1.ad Cor.12.diuisiones gratiarū sunt,idē aūt spūs.& ideo conuenienter huius sacri est materia composita.

Ad tertium

¶Ad tertiam r̄ndetur,ꝙ rō illa procedit de sacris necessitatis,cuiusmodi non est hoc sacrm̄.baptismus.n.est sacrm̄ absolutæ necessitatis,& ideo eius materia debet vbique inueniri,hoc autem sacrm̄,cūm non sit tantæ necessitatis non requiritur,ꝙ vbique inueniri possit eius materia,sed sufficit,quod possit de facili ad omnia loca terrarum deferri.

8 Ad tertium Sic proceditur. † Et videtur, quòd hæc non sit conueniens forma huius sacramenti.Consigno te & cætera.

Primum ar

Primo sic. vsus sacramentorum à Christo, & ab apostolis deriuatur. sed nec Chrs hāc formam instituit,nec apostoli ea vsi legunt,ergo hæc non est conueniens forma huius sacramenti.¶Secundo sic,

*Secundum ar.* do sic. Sicut sacramētum est idem apud omnes, ita forma debet esse eadem. quia res habet vnitatē, sicut & esse à forma sua, sed hac forma non omnes vtuntur, quidam.n. dicunt confirmo te chrismati sanficationis. ergo hæc nō est conueniens forma huius sacramenti. ¶ Tertio sic. *Tertium ar.* Sacramentum hoc debet conformari baptismo, cum sit perfectio eius. sed in forma baptismi non fit mentio de cōsignatione characteris, nec etiam de cruce Christi, cum tamen per baptismum homo Christo commoriatur. vt dicit apostolus ad Ro. 6. Nec etiam fit mentio de effectu salutis, cū tamen baptismus sit de necessitate salutis. in forma autem baptismi ponitur vnus actus tantum, & exprimitur persona baptizantis cum dicitur, ego te baptizo &c. cuius contrarium apparet in forma prædicta. non ergo est cōueniēs forma huius sacramenti. ¶ In oppositum est authoritas ecclesiæ quæ hac forma vtitur. *Opponit & Respondet.* ¶ Respondeo dicendum, qđ hæc forma prædicta est conueniens huic sacramento. quę conclusio sic deducitur iuxta S. Tho. in 3. parte. *S. Tho.* sicut.n. forma rei naturalis dat ei speciem, ita forma sacramenti continere debet quicquid pertinet ad speciem sacramenti. Sicut.n. ex supradictis patet in hoc sacramēto datur spūs sanctus ad robur spūalis pugnæ, & ideo in hoc sacro tria sunt necessaria quæ continentur in forma prædicta. quorū primum est causa conferens plenitudinem roboris spūalis, q̄ est sancta trinitas, quæ exprimitur cum dicitur, in nomine patris, & filij & c. ſm est ipsum robur spūale, ꝙ hoī confert per sacramentum materiæ visibilis ad salutē, ꝙ tangitur cū dr̄, confirmo te chrismate salutis. tertium est signū, ꝙ pugnaturo datur, sicut etiā in pugna corporali milites signis ducum insigniuntur, & quantum ad hoc dr̄, consigno te signo crucis. in quo.s. rex noster triumphauit, vt dr̄. Colos. 2. ¶ Ad rōnes. *Ad primum arg.* Ad primam rn̄detur, ꝙ sicut dictū est in precedenti qōne per ministerium apostolorum qn̄que dabāt effectus hmōi sacramenti.s. plenitudo spūs sancti quibusdam visibilibus signis miraculose à Deo cōlectis, qui pōt effectum sacri sine sacramento conferre, & tunc non erat necessaria, nec materia nec forma huius sacramenti, quandoque autem, vt ministri sacramenorum hoc prębebant, & tunc sicut materia, ita & forma ex mandato Christi vtebantur. multa.n. seruabant apostoli in sacramentorum collatione, quæ in scripturis communiter propositis nō sunt tradita. vnde & apostolus dicit loquēs de celebratione eucharistię 1. Cor. 11. cætera cum venero disponam, & hoc est etiam quod dr̄ Diony. in fine ecclesiasticæ hierarc. *Dionysius.* consummatiuas inuocationes.i. verba quibus perficiūtur sacramenta non est iniustum scripturas interpretantib. nec mysticum earū, aut in ipsis operatiuas ex Deo virtutes ex occulto ad cōmune adducere, sed nostra sacra traditio suis sine pompa id est, occulte edocet eas &c. ¶ *Ad secundum* Ad secunda rn̄detur. quod variatio formæ in his, quæ nō sunt de essentia formæ potest tollerari ſm diuersas ecclesiæ cōsuetudines, dummodo substantia formæ apud omnes seruetur, vt August. in epistola ad Valerium Maydebergēsem ait. hoc autem quod à quibusdam dr̄ chrismate salutis, vel sanctificationis, quasi in idē redit, & ideo per hoc nō remouetur, qn hoc sacramentum habeat determinatam formam. ¶ Ad tertiā respondetur, quod ratio non procedit, quia non est simile de baptismo, & confirmatione, *ad tertium* baptismus est regeneratio in spūalem vitam. qua homo viuit in seipso, & iō non ponit in forma baptismi, nisi ipse actus ad ipsum hominem pertinens sanctificandum, sed hoc sacramentum non solum ordinatur ad hoc, quod homo sanctificetur in seipso, sed exponitur cuidam pugnæ exteriori, & ideo nō solum fit mentio de interiori intentione ne cum dicitur, confirmo te chrismate salutis, sed etiam consignatur exterius homo, quasi vexillo crucis ad expugnādum exteriorem hostem spiritualem, quod signatur cum dicitur, consigno te signo crucis.

9 Ad quartum Sic proceditur. † Et videtur quod hoc sacramentum non sit conferendum in fronte. ¶ Primo sic. *Primum ar.* hoc sacramentum est perfectiuum baptismi, vt dictum est, sed sacramentum baptismi confertur homini in toto corpore. ergo hoc sacramentū non debuit conferri solum in fronte. ¶ Secundo sic. *Secūdū ar.* hoc sacramētum datur ad robur spirituale, vt dicitur in præsenti capitulo, sed spirituale robur maxime consistit in corde, ergo hoc sacrum magis debet conferri supra cor, quā in fronte. ¶ Tertio s. *Tertium ar.* hoc sacramentum datur homini ad hoc, quod libere fidem Christi confiteatur, vt habetur in capitulo præsenti. sed oris confessio fit ad salutem, vt dicitur Roman. 10. ergo hoc sacramentum magis debet conferri circa hoc, quam in fronte. ¶ Quarto vertex est nobilior pars corporis quā frons, *Quartū ar.* sed sacerdos, qui est inferior, quam episcopus vngit baptizatos in vertice, vt dicitur in præsenti capitulo. ergo episcopus non debet inungere cōfirmando in fronte. ¶ In oppositum est textu. capitul. præsentis. *Opponit et respondet.* ¶ Respondeo dicendum, quod cōuenienter vnctio quæ fit in confirmatione exhibetur in frōte. probatur ista conclusio sic. in confirmatione datur spiritus sanctus ad robur spiritualis pugnæ, vt dicitur in litera, vt fortiter etiā inter aduersarios fidei fidem Christi confiteatur. vnde cōueniēter signatur chrismate signo crucis propter duo primo quidem qua insignitur signo crucis sicut miles signo ducis, quod quidem debet esse euidens, & manifestum, inter omnia autē loca corporis humani maxime manifestus est frons, qui quasi nunquam obtegitur, & ideo linitur cōfirmatus chrismate in fronte, vt in manifesto demonstret se esse Christianum, sicut & apostoli post receptum spiritum sanctum se manifestauerunt qui prius in cenaculo latebant. ¶ Secundo quia aliquis impeditur à libera confessione nominis Christi propter duo. s. propter timorem, & propter verecundiam. vtriusque autem horum signum maxime manifestatur in fronte, propter propinquitatem imaginationis, & propter hoc spiritus à corde directi à frōte ascendunt. vnde verecūdati rubescunt. timentes autem pauescunt. vt dicitur in 4. Et hic. & ideo in fronte signatur chrismate, vt neque propter timorem neque propter erubescentiam nomen Christi confiteri prætermittat. ¶ Ad rationes. *Ad primum arg.* Ad primam respondetur, ꝙ non est simile de baptismo, & de confirmatione, quia per baptismum regeneramur ad vitam spiritualem, quæ ad totum hominem pertinet, sed in confirmatione roboramur ad pugnam, cuius signum ferendum est in fronte. ¶ Ad secundam dicēdum, *Ad secundū.* ꝙ principium fortitudinis est in corde, sed signū apparet in fronte. vnde dicitur Ezec. 3. Ecce dedit frontem tuā duriorem frontibus eorum. & ideo sacramētum eucharistiæ quo homo in seipso confirmatur pertinet ad cor. ſm illud psal. 103. panis cor hoīs confirmet. sed sacrm̄ confirmationis requiritur in signum fortitudinis ad alios, & ideo exhibetur in fronte. ¶ Ad tertiam dicēdum, ꝙ hoc sacrm̄ non *Ad tertiam* datur ad libere confitendum simpliciter fidem Christi, qa hoc fit ēt in baptismo, sed datur ad confitendum libere nomen, & fidem Christi, & ideo non debet dari in ore, sed in fronte vbi apparent signa passionum. s. verecūdiæ, & timoris quibus libera confessio impeditur. ¶ Ad quartam rn̄detur iuxta S. Tho. in 4. *Ad quartum S. Thomas.* ꝙ ratio non procedit, quia vnctio, quæ datur in vertice à sacedote significat dignitatem regalem, & sacerdotalem in baptizato, quia intelligitur esse de numero illorum, quibus dicitur, vos estis gens sancta, regale sacerdotium. 1. Pe. 2. & ideo in vertice fit ad significandum eminentiam dignitatis collatæ, sed vnctio confirmationis ad fortiter defendēdum dignitatem acceptam, ꝙ amplius est, & ideo in loco publico dari debet.

10 Ad quintum Sine præludio argumentorum † rn̄detur iuxta Hugonē de sancto Victore. *Respondet. Hug. de sancto Victor.* qui hāc qōnem mouet libro de sacris ita dices. Solēt quidam quærere quanto tempore debeāt vnctionē chrismatis obseruare in capite, vt. s. capita nō lauēt, qui accipiūt manus impositionem absque tpe baptisterij. quibus rn̄deri pōt conueniens esse, vt tanto tpe aduentus spūs sancti apud vnūquēq;, qui eū accipit celebretur, quāto tpe ab ecclesia gn̄aliter celebratur aduentus spūs sc̄ti super apoſos, hoc est septē dieb. & merito, qa septē dona spūs sc̄ti, & in septē comitib. ad hospitē suū spūs sc̄tus venit, & dignū est, vt habeat vnusquisq; diē suū, & vnicuique die suo cōuiuiū pparet, alium diē habet sapiētia, alium intellectus, aliū cōsilium, alium fortitudo, alium sc̄ia, alium pietas, alium timor. talia cōuiuia Xp̄s apud suos hospites exercet, talia & spūs sc̄tus. Leg. ¶ [A summo]. i. epō sicut expositū est in superiorib. capitulis [p̄dicandū]. i. confitendū audacter corā alijs. *Exponit literam.* hæc aūt p̄dicatio, vt dr̄ Alexan. de Hal. non est euangelizatio verbi Dei hoc.n. nō cōpetit vr̄ cōfirmatis, sed cō *Ale. de Hal.* fessio fidei Xp̄i donū. s. fidei [signat]. 2. pars, vbi q̄ritur rō istius duplicis vnctionis. Et huius assignatur multiplex ratio. Prima, vt dicit Hug. est quia duabus vicibus datus fuit apostolis spūs sanctus, primo. s. qn̄ Xp̄s insufflauit in discipulos *Hugu.*

scipulos dices.accipite spiritum sanctum quorum &c. Io. 20.secundo quando missus est de cœlo in linguis igneis. Act 2.secunda ratio assignatur à magistro Alexandro de Halis in quarto sic,vnctio quæ fit à sacerdote solummodo datur,vt illa vnctione regem,& sacerdotem se esse sanctum agnoscat regem.s.nō solum regni æterni hæredem, sed & regia virtute preditū, vel se regaliter regat,& gerat & in seipso iudicium,& iustitiam faciat, vitiaque, & peccata tanquam latrones,& raptores cæterosque maleficos spirituales viuere non sinat,vnctio data à pontifice dať,vt vtriusque honoris memor regij.s.& sacerdotalis, à Deo strenue agat, ne regium honorem deturpet, & dehonestet, viliter succumbendo, & ne sacerdotalem dignitatē inquinet aut prophanet,se execrabiliter polluēdo,memor sit patris sui regis.s.vniuersalis,& sacerdotis,qui ĩ cruce tā magnifice,tamque strenue egit. prima vnctio in modum crucis,& formam fit,vt per crucem redemptoris,siue per crucifixum bona accepta in baptismate obtinere cognoscatur.secunda inunctio fit in modum eundē,vt in crucifixo,& per crucifixum sit tota spes,& fiducia victoriæ confirmato.vt in tentationib.suis recogitet eum,qui talem sustinuit contra seipsum contradictionem ad Hæb.11.Et eo in carne passo eadem cogatione armetur primæ canonicę Petri c.3.Et vt sciat se ad tormenta,& ludibria missum. Si quidem Christus passus est pro nobis vobis relinquēs exēplum,vt sequamini vestigia eius 1.Pe.2.[Cum omni plenitudine sanctitatis] dicit Alexander, quod non notatur plenitudo vniuersitatis, sed perfectionis,virtutis,quę quidem perfectio cum quadam magnitudine progreditur in opus virtutis.

Ale.de H.
Alexander.

1 *Ritus sacramenti confirmationis an sit conueniens.*
2 *Paruuli ad nullum tenentur ieiunium.*



T ieiuni. Sequitur sextum capitulum eiusdem partis.in quo magister Gratianus loquens de ritu huius sacramenti ex parte recipientis sacramentum authoritate concilii Aurelianensis dicit, quod,qui suscipere habent hoc sacramentum existentes in ætate perfecta debent ieiuni,& confessi prius ad illud accedere.Et diuiditur in duas ptes.In prima facit quod dictum est.In secunda assignat rationem dicti. secunda ibi.vt mūdi. ¶ Pro pleniori intelligentia huius c.
1 Quæritur†vtrum ritus huius sacramenti sit conueniens, in quo dicitur in hoc capitulo,quod accedentes ad hoc sacramentū existentes in ætate perfecta ieiuni accedant.Ad quod sic proceditur,& videtur quod non, primo sic. sicut hoc sacramentum requirit deuotionem,& dantis & recipientis.ita etiam,& sacramentum baptismi, sed in sacramento baptismi non requirit, quod à ieiunis sumatur,vel detur.ergo inconuenienter videtur esse statutum hoc de susceptione huius sacramenti.¶ Secundo sic.hoc sacramētum datur ad robur.sed cibus corporalis nō repugnat fortitudini spirituali.ergo videtur,quod cibus non debeat impedire.¶ In oppositum est tex.præsentis. c. ¶ Respondeo dicendum,quod conueniens est iste ritus,in quo ab ecclesia institutum est,vt hoc sacramentum à ieiunis accipiatur,vel conferatur,licet non sit de necessitate sacramenti, huiusmodi autem conuenientia accipitur,vt colligitur ex litera præsentis c.propter eminentiam spūs sancti, qui cū sua plenitudine in hoc sacro datur ad robur.vt in c.præcedēti.Et hoc quidē intelligendum est de omni sacramento. vnde de susceptione & consecratione eucharistiæ habetur supra dist.2.liquido.idem de baptismo,vt in c.sequenti.idem de ordinibus vt supra dist.75.quod à patribus. & q.5.honestum.vnde etiam nec post prandium sine magna & iusta causa audienda,vel facienda est confessio,maxime de mortalibus,vt dicit magř Pet. de palu. Est autem iusta causa si hō timeat obliuisci peccatum differens vsq; in crastinū,vel se non habiturum tempus ita opportunum. Ab isto tamen statuto excepti intelliguntur infirmi,& morte periclitantes,vt habetur in capit. sequenti, ex statuto concilii Meldensis.¶ Ad rationes in oppositum.Ad primam respondetur,quod vbi nō occurrit necessitas, siue mortis periculum conueniens est,vt qui in perfecta æ tate ad baptismum accedit propter reuerentiā sacramenti ieiunus accedat,& etiam qui confert ieiunus sit, vt in capitulo sequenti.¶ Ad secundam respondetur,quod licet cibus corporalis non repugnet fortitudini spirituali, nihilominus congruum est,vt ieiuno stomacho propter gratiam spiritus sancti suscipiendam ad sacramentum accedat dandum,vel conferendum.Lege.¶ [Vt ieiuni] id est statutum est à sanctis patribus,vt ieiuni veniant ad hoc sacramentū. & confessi de peccatis suis, qui in perfecta ætate ad illud
2 accedunt vbi manifeste de adultis loquitur†quia paruuli ad nullum tenentur ieiunium,nec ad confessionem faciendā.Hug.[vt]secunda pars.assignatur secunda rō[donum].i. effectū huius sacri, qui est plenitudo spiritus sancti ad robur.[nunquam erit christianus]exponit glo.& Hug.id est, plenus,id est omnia sacramenta Christianæ religionis habens.Sed ista expositio non videtur conueniens,quia cum suscepto hoc sacramēto non suscipiantur omnia sacramēta christianæ religionis,sequitur quod ista ratione adhuc confirmatus non susceptis aliis sacramentis sequentibus, non esset christianus,& ideo dicendum est, vt prius circa primum capitulum huius distinctionis[christianus]. s.plenus plenitudine copiæ ad fortiter resistendum contra pressuras mundi,& hoc datur in confirmatione in robore,vel dicendum.nunquam erit christianus plene vnctus omni vnctione illa,quā debet habere christianus, vel dicitur de contemptoribus, & est sensus. nunquem erit Chistianus .s.bonus,quia si chrismari contempserit cum possit, non Christi,sed potius diaboli membrum existit Hu.

Diuisio.
Quæstio
Primum ar.
Secundū ar.
Opponit in cōtrarium.
Pet. de pal.
Ad primum arg.
Ad secūdum
Exponit literam.
Hugu.
Cōtra Hu.



T episcopi. Sequitur septimum capitulum eiusdem partis,vbi postquam de ritu huius sacramenti ex parte suscipientium tractauit in capitulo præcedēti nunc prosequitur de ritu eius ex parte conferentium illud dicens ex authoritate concilii Melden.quod episcopi non nisi ieiuni conferāt hoc sacramentū,& hoc propter reuerētiam huius sacramenti. omnia ista patent ex dictis in capitulo præcedenti. Lege. ¶ [Vt episcopi].i.statutum est[vt &c.sicut autem duobus] supra d.4.venerabilis[ieiunus]hoc ēt obseruandum est in aliis sacramentis,sicut dictum est in præcedenti c.vbi nota,ꝙ sicut à statuto præcedentis capituli excipiuntur infirmi,& morte periclitantes,vt hic dř.ita vt dicit S.Thom.in parte tertia à statuto præsentis capituli excipiuntur episcopi quādoque propter multitudinem fidelium, & propter pericula immentia,vt etiam nō ieiuni hoc sacramentum conferant.quia vnus episcopus præcipue in magna diocesi non sufficeret ad omnes confirmandos, si ei tempus arctaretur,vbi autem congrue obseruari potest conuenientius est,vt à ieiunis detur vel accipiatur.

Exponit literam.
S. Thom.

2 *Deputatur aliquis ad spirituale dupliciter.*
5 *Baptizati bis ignoranter non debent fieri clerici.*
6 *Reconfirmans an sit irregularis.*
7 *Pœna canonica,quæ non est inflicta a papa condente non incurritur ipso iure.*



Ictū. Sequitur 8.c.eiusdem partis.in quo magister Grat.oñdit non esse reiterandū hoc sacrm̄.Et diuiditur in duas partes.In 1.facit qđ dictū est.In 2.ponit pęnā decretā contra iterātes hoc sacramentnm.2.ibi,quia bis &c.Pro pleniori intelligentia huius ca.& sequentis quæruntur.
1 ¶ Primum est,vtrum per hoc sacramentum confirmationis imprimatur character.
3 ¶ Secundum,vtrum character confirmationis præsupponat de necessitate characterem baptismalem.
4 ¶ Tertium,vtrum sacrm̄ confirmationis possit reiterari.
1 Ad primum sic proceditur. †Et videtur quod per hoc sacramentum non imprimatur aliquis character.¶ Primo sic.character imprimit signum distinctiuum, sed per sacramentum confirmationis non distinguitur homo ab infidelibus.hoc.n.fit baptismo. nec etiam ab aliis fidelibus, quia sacramentum hoc ordinatur ad pugnam spiritualem, quæ oībus indicitur, vt habitū est.s.e.d.c.spūs sanctus.nō ergo in hoc sacro imprimitur character. ¶ Scđo sic. character ē spūalis potētia.potētia aūt non est nisi actiua,& passiua.potētia aūt actiua in sacris,q̄ est ad dispensandū sacra confertur p sacrm̄ ordinis, potentia autem passiua siue receptiua per sacramentum baptismi.cum ergo confirmatus non constituat in aliquo

Diuisio
Primum ar.
Secundū ar.

gradu alicuius ordinis, vel dignitatis. videtur ꝙ in confirmatione non conferatur aliquis character. ¶ Tertio sic. in veteri lege erat necessaria pugna sicut, & in noua, sed in lege veteri non erat aliquod sacramentum characterem imprimens, ergo nec confirmatio characterem imprimit. ¶ In oppositum est tex. præsen. c. ¶ Respondeo dicēdum quod in sacramento cōfirmationis imprimitur character probat ista conclusio multipliciter secundum S. Tho. in 4. primo sic. character est signū conformans nos trinitati increatæ, vt dicunt magister, sed sicut oportet nos cōformari ei in potentia, & sapientia, ita & in bonitate, cum ergo in baptismo imprimatur character fidei conformans nos diuinæ sapientiæ, & in ordine character potestatis conformans nos diuinæ potentiæ videtur, quod in confirmatione imprimatur character plenitudinis spiritus sancti conformans nos diuinæ bonitati. ¶ Secundo sic. per characterem ascribimur ad familiā Iesu Christi, sed Christus sicut est pater noster & sacerdos, ita est & rex noster, cum ergo per characterem baptismalem ascribamur ei, quasi patri filij regenerati per baptismum, & per characterem ordinis ei tāquam ministri sacerdoti summo, videtur ꝙ simili ratione in confirmatione debeat imprimi character, quo cōformemur ei quasi milites regi. ¶ Tertio declaratur sic. omne sacramentum per quod aliquis deputatur ad aliqđ sacramentum imprimit characterem, cum character nihil aliud sit, quam quædam spiritualis potestas ad aliquas

2 sacras actiones ordinata † deputatur aūt aliquis ad spūale tripl'r. vno mō, vt aliquis in spūalia recipiat, & ad hoc aliquis deputatur per baptismū, quia baptizatus pōt esse particeps oīs spūalis receptionis, non baptizatus vero non est susceptiuus sacramentorum. vnde character baptismalis est quasi quædam spūalis potētia passiua. Alio modo deputatur, quis, vt spūalia in notitiam ducat per eorum fortem confessionem, & ad hoc quis deputatur in confirmatione. vnde etiam in tempore persecutionis eligebant aliquid qui differrent in loco persecutionis remanere, ad publicè nomen Christi confitendum alijs occulte credentibus, sicut patet in legēda sancti Sebastiani. tertio deputatur aliquis, vt etiam spūalia credentibus tradat, & ad hoc deputatur aliquis per sacramentū ordinis, & ideo sicut in baptismo confertur character ēt in ordine, ita etiam in confirmatione. secunda conclusio quod character confirmationis distinguitur à charactere baptismi patet ex dictis.

¶ Ad rationes. Ad primam respondetur, ꝙ pugna spūalis contra hostes inuisibiles oībus competit, sed cōtra hostes visibiles. i. persecutores fidei pugnare nomen Christi confitendo est confirmatorum, qui iam sunt perducti spūaliter ad virilem ętatem secundum ꝙ dr̄ 1. Io. 2. Scribo vobis iuuenes quoniam fortes estis, & verbum Dei in vobis manet, & vicistis malignum. Et ideo character cōfirmtionis est signum distinctiuum nō infidelium à fidelibus, sed spiritualiter prouectorum à timidis in bellis quibus dr̄, quasi modo geniti infantes. ¶ Ad secundam respondetur, ꝙ potestas characteris, quæ datur in cōfirmatione est potestas actiua, non tamen ad conferendum spūalia, quod est ordinis, sed magis ad confitendum publice fidem Christi. ¶ Ad tertiam respondetur, ꝙ, vt inquit S. Tho. in 4. in veteri lege non erat tempus per stultitiam prædicationis propagādi verbum Dei, sed magis per generationem carnalem, & ideo tunc talis pugna de confessione fidei non multū erat necessaria. nihilominus tamen distinctio huius characteris in veteri lege figurata est, sicut & aliorum. in distinctione. n. filiorum Israel ab ægyptijs figurabatur character baptismalis. in dist. timidorum à fortibus in bellis character confirmationis. in dis. leuitarum à fratribus suis figurabatur character ordinis.

*Margin (left): Tertium ar — Opponit & Respondet. S. Thom. — Ad primum argu. — Ad secundū. — Ad tertium*

## 3 Ad secundum

Sic proceditur. † Et videtur, quod character confirmationis non p̄supponat de necessitate characterem baptismalem. ¶ Primo sic. sacramentum confirmationis ordinatur ad confitēdum publice. Primū fidem Christi, sed multi etiā ante baptismum sunt fidem Christi publice confessi sanguinem fundentes pro fide. ergo character confirmationis non p̄supponit characterem baptismalem. ¶ Secundo sic. sicut baptismus naturaliter, præcedit confirmationem ita vnus ordo naturaliter pręcedit alium, sed si quis accipit ordinis sequentis characterem qui non acceperat characterē ordinis præcedentis. non reordinatur, sed ꝙ defuerat supple-tur, ergo ēt characterem confirmationis potest homo accipere sine charactere baptismalis. ¶ Tertio sic. Actuū 10. dr̄ quod adhuc loquente Petro cecidit spiritus sanctus super eos, qui audiebant verbum & audiebant eos loquentes linguis, & postea iussit eos baptizari, ergo pari ratione possunt alii prius confirmari, quam baptizentur. ¶ In oppositum est tex. p̄ntis, vbi ponit baptismum ante cōfirmationem. secundo est tex. c. nouissime supra e. dist. ¶ Respondeo dicendum pro conclusione, ꝙ character confirmationis de necessitate præsupponit characterem baptismalem, ita. s. ꝙ si quis non baptizatus confirmaretur nihil reciperet. Quæ conclusio sic probatur secundum S. Tho. in 3. parte, quia sic se habet confirmatio ad baptismum, sicut augmentum, ad generationem. manifestum est autem ꝙ nullus pōt promoueri in ætatem perfectam, nisi primo fuerit natus. ergo similiter nisi aliquis fuerit baptizatus nō potest sacramentum confirmationis accipere. ¶ Ad rōnes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam, quia virtus diuina, cum cum non sit alligata sacramentis, pōt conferre hoī speciale robur ad confitendū publice fidem Christi absque sacr̄o cōfirmationis, sicut ēt pōt quis cōsequi remissionem pc̄tōrum sine baptismo, sed ex hoc non sequitur, ꝙ sacr̄m confirmationis non præsupponat sacr̄m baptismi. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam, quia non est similis ordo vnius ordinis ad alium superiorem, cuiusmodi est hmōi sacr̄m ad sacr̄m baptismi. ¶ Ad tertiam r̄ndetur iuxta S. Tho. in 3. parte ꝙ audientes prædicationem Petri acceperunt effectum confirmationis miraculosæ, non tñ sacr̄m confirmationis, dictum est autem in rōne ad primā rōne, ꝙ effectus cōfirmationis potest alicui conferri ante baptismum non autē sacramentum confirmationis, sicut. n. effectus confirmationis (qui est robur spirituale) præsupponit effectum baptismi, qui est iustificatio, ita sacramentum confirmationis præsupponit sacramentum baptismi, sicut dictum est.

*Margin: Primum ar. — Scd'm argu. — Tertium ar. — Opponit & Respondet — S. Thomas. — Ad primum arg. — Ad scd'm — Ad tertium S. Tho.*

## 4 Ad tertium

Sic proceditur. † Et vr̄ ꝙ cōfirmatio possit reiterari. ¶ Et primo sic. Sicut confirmatio datur ad robur fidei, ita eucharistia ad robur charitatis, sed eucharistia iteratur. ergo confirmatio. ¶ Secundo sic. si morbus iteratur, & medicina debet reiterari, sed morbus contra quem datur hoc sacr̄m pōt reiterari. s. spiritualis īfirmitas, ergo & sacr̄m debet reiterari. ¶ In oppo. est te. p̄ntis c. & sequentis. ¶ R̄ndeo dicendum, ꝙ hoc sacr̄m non debet reiterari, cuius conclusionis ratio multiplex assignatur à magistro Alex. de Hal. & dño Bon. 1. rō q̄ potissima est, & est cōis apud omnes doctores est. quia in hoc sacr̄o character imprimitur, character autē est signū indelebile, & perpetuum. vnde sacr̄m in quo character imprimitur est irreiterabile, alioqui. n. fieret iniuria sacr̄o. secunda quia hoc sacr̄m datur cum quadā consecratione, cū aūt consecratio sit qđam perpetua dedicatio, sacr̄m ꝙ cū quadam consecratione confertur nullo modo est reiterādum. tertia. quia morbus cuius est medicina nō reiteratur, & per consequens nec medicina debet reiterari. morbus aūt cuius est medicina hoc sacr̄m est pœna quædam contracta, quæ s'm ꝙ hmōi, non redit, sine reiteratione, licet consimilis merito culpæ actualis efficiatur in peccante. 4. quia singulare, & vnicum est, ꝙ significat allegorice, significat. n. aduentū spūs sancti in apostolos in die pentecostes. Act. 2. qui semel factus est, & postquam in eos descēdit nūquam ab eis recessit. vt ergo signū signato r̄nderet conuenit, vt semel tm̄ donetur. quinta rō, quia semel tm̄ datur sacr̄m, ꝙ perficit, ex quo. n. ordinatur ad sacr̄m ꝙ nullo mō reiteratur. s. ad ipsum baptismum quem perficit. vt in c. de his supra e. d. congruit, vt nec illud reiteretur. ¶ Ad rōnes in oppo. Ad primam respondetur negando consequentiā, quia non est sil'is rō, quia eucharistia non imprimit charactere, nec illud est res, & sacr̄m, est aliqua forma recepta in recipiente sacr̄m, sicut est in confirmatione, & ideo non est sil'is rō. ¶ Ad scd'am r̄ndetur, ꝙ confirmatio datur contra infirmitatem prout est cōtracta per pc̄tm originale, & sic non redit, & si ipsius infirmitas actualis peccati redeat.

Lege. ¶ [Bis vel amplius] ex certa scīa Hu. [clericali] nō ꝙ fiant clerici, vel ꝙ maneant in officio clericali. † quia etiā

5 ignorantur bis baptizati non debent fieri clerici. vt supra dist. 4. qui bis. sed causa pœnitentiæ debent esse in tali, vel tali habitu. qui magis est aptus pœnitentibus, quam laicalis. vt distinctione. 50. pœnitens in capite. ¶ Sed hic surgit

*Margin: Primum ar — Scd'm ar. — Opponit & Respondet. — Ale. de Hal. Bonauent. — Ad primum arg. — Ad scd'um. — Exponit literam.*

Quæstio. 6 git quæstio† vtrum sit irregularis reconfirmans sicut reba ptizans scienter. & reconfirmatus sicut rebaptizatus igno ranter. Nam de rebaptizante, vel ministerium præbente habetur extra de apostatis capitulo secundo de rebaptiza to supra eadem distin.4. qui bis. de reconfirmante non sic est expressum, nec de reconfirmato, nisi hoc quod dici- tur in hoc capitulo. Ex hoc posset videri cum simul fiat mē tio de baptizatis, & confirmatis bis, vel amplius, quod vterque æqualiter sit irregularis. Et hoc videtur dicere gl. hic, quod licet dispensatiue talis posset remanere in cleri catu, non tamen de iure posset inducens capitulum de apo statis. Ad rationem quæ inducebatur, quod in eodem de- creto fit mentio simul de rebaptizatis & reconfirmatis, & per consequens, quod vtrique essent irregulares. Respon detur negando consequentiam, quia licet æqualiter pro hibeantur reiterare ista duo sacramenta, non ideo sequi- tur, quod pœna irregularitatis quæ in alijs iuribus infligi tur rebaptizatis intelligatur extendi ad reconfirmandos, cū nulla alia pœna in iure eis inflicta expresse reperiatur, quam in ista, quæ in hoc describitur capitulo. realia autem

Scotus. 7 est, vt inquit Scotus† quod nulla pœna canonica, quæ non est inflicta à Papa condente vix incurritur ipso iure.

(Respondet.)

De homine. Sequitur 9.c. eiusdem par- tis, & quia omnia patent ex dictis in præcedenti c. transeundū est ad alia. Lege. ¶ [Denuo] discimus siue respondemus supple ꝙ talis, &c.

Nunquid. Sequitur. 2. pars huius dist. & habet vnicum capitulū in quo magister Gratianus ex authoritate Stephani papæ ostendit. quod omnia sa- cramenta cum vnctione chrismatis confe runtur signaculo crucis perficiuntur, & ēt aliqua alia, sicut eucharistia, & penitentia. vbi notāda sunt aliqua primo, quod hæc non dicit hic tex. vt credatur, ꝙ signaculum crucis sit de substantia ipsorum sacramento- rum, sine eo n. sacramenta perfici possunt. sed refert vsum & consuetudinem generalem, quæ obseruantur in eccle sia in conferendis, & celebrandis sacramentis, & in multis alijs, qui semper cum signaculo crucis peraguntur. secūdo notandum, ꝙ hæc obseruātia conueniēs est, primo ex vsu & consuetudine lege obseruata in ecclesia ad solennitatē, & decorem sacramentorum, secundo vt mors Christi ibi repræsentetur, in cuius fide sacramenta ipsa conferuntur, & ex qua habent efficaciam. vt supra eadem di.4. proprie. tertio ad designandum, quod crucifixus, & author est sa- cramentorum, & eorum effectuum operator principalis.

Exponit literam. Lege. ¶ [Nunquid] non omnia chrismata id est sacramen- ta, quæ cum chrismatis vnctione perficiuntur [nisi sancti ficata cruce] id est signo crucis. non remouet tamē siue ne gat, quin aliter possit sanctificari, & ad remissionem vale re peccatorum, sed refert, quod fit, vt fieri debet ex vsu, & consuetudine ecclesiæ, nec aliter fit solennis baptismus [sa cerdotij gradus] quia eucharistia licet chrismate nō perfi ciatur, nihilominus sine signo crucis nō perficitur, vt dixi.

1 *Manus impositio datur triplex circa baptismum.*



Omni die. Sequitur. 3. pars huius dist. quia vero dictum fuit supe- rius in c. de his & c. manus e. d. ꝙ manus im positio perfici non poterat nisi ab episco- pis. ne hoc capitulum de qualibet manus impositione acciperetur, ostendit in hoc capitulo magister Gratianus ex concilio Chartaginensi. tertio exorcistas omni tempore manus imponere super energuminenos. quot autem modis dicatur manus impo sitio, & quę manus impositio sit sacramentum, & quę non, licet habetur in glo. 1. quæst. 1. manus impositio. Est tamē

S. Thom. 1 cum Sancto Thoma notandum in 4. distinct. 6. †quod cir ca baptismum triplex manus impositio datur, vna in ca- thecismo, vt homo in fide roboretur in seipso. alia in exor cismo, vt roboretur in pugna aduersus diabolum. tertia in confirmatione, vt roboretur in confessione fidei contra

Exponit literam. pressuras mundi Lege. ¶ [Energuminis] id est arreptitijs vel lunaticis. hoc nomen expositum est supra eadem dist. circa c. manus. & vide dist. 23. exorcistas [manus exsufflan do & expellendo vertant] id est mundent, & purgent [op- portuno] id est incongruo.



Neophyti. Sequitur secundum capitu- lum eiusdem partis, quia nu per baptizatos dissoluteque viuentes sole- bant dæmones energuminos id est, arrepti tios facere, ideo magister Gratianus ex au- thoritate præfati concilij subiungit doctrinam eorū à qui bus tales neophyti. i. nouiter conuersi debeant abstinere, dicens, ꝙ tales aliquandiu. i. pro arbitrio prælati à lautiori bus epulis, & spectaculis, & coniugibus abstineant.

1 *Institutio diuinorum officiorum in ecclesia an sit conueniens.*
2 *Oratio est duplex communis, & singularis.*
3 *Collectiones quæ dicantur.*



Conuenit. Sequitur. 3. pars huius distin. in qua subiungit Gratian. de officijs ecclesiasticis, in quibus laudatur deus, postmodum de ieiunio quo maceratur cor pus. Nō autem sine ratione post baptismum de laudibus diuinis quo in diuinis officijs ex plentur & de ieiunijs subnectit. quia suscepta gratia in ba ptismate opus est, vt Deo bonorum largitori gratias pro beneficiis rependamus, & carnem ieiunando castigemus, ne vires hosti reddantur, in cuius figura filii Israel transi- to maris rubro continuo cecinerunt hymnum dño dicen tes. cantemus dño. gloriosè. n. &c. Exo. 15. & in psalm. 105. dicitur, operuit aquas tribulantes eos, & vnus ex eis non remansit. Et sequitur crediderunt scilicet filii Israel ver- bis eius, & laudauerūt laudem eius. Præterea etiam Chri- stus mox, vt baptizatus fuit in desertum secedens quadra ginta diebus. & 40. noctibus ieiunauit. Matth. 4. ponit aūt hic Grat. ex statuto concilii Agathensis. quis ordo seruan dus sit in officiis ecclesiasticis, & circa hūc ordinem ponit quatuor. primū est, vt post antiphonas ab epis, vel psbyte ris collationes. i. capl'a vel orōnes dicant. scđo ꝙ hymni in matutinis, & vespertinis horis decātent. 3. ꝙ in fine missa rū post hymnos, & capl'a de psalmis dicant, quarto ꝙ offō cōpleto plebs bñdictione accepta licēcietur ire ad ppria.

1 ¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli, & aliorum, quæ faciunt mentionē de officijs ecclesiasticis. Quæritur†, vtrū Quæstio ista institutio diuinorum officiorum in ecclesia fuerit con ueniens. Et videtur ꝙ non. ¶ Primo sic, oratio ad Deum Primum ar. non debet esse vocalis, sed mentalis tantum, & occulta, er go videtur ꝙ inconuenienter institutum est, vt voce ore- tur Deus siue laudetur manifeste in officijs ecclesiasticis, q̄ vocalibus vocibus perficiuntur, consequentia videtur no ta. antecedens probatur per illud Matt. 6. vbi ait Christus, tu autem cum oraueris intra in cubiculum, & clauso ostio ora patrem tuum. ¶ Secundo sic. per orationem debet in- Scđm arg. tellectus in Deum ascendere secundum Damas. & affectus in Deum dirigi secundum Augu. sed occupatio animæ cir ca corporales actus retrahit ascensum intellectus, & affe- ctus ad diuina, quia anima non potest intense circa diuina occupari, ergo non uidetur conueniens institutio istorum officiorum ecclesiasticorum. ¶ Tertio sic. diuinum præce Tertium ar. ptum non est transgrediendum, sed Deus præcepit oranti bus sic orare, pater noster &c. ergo uidetur, quod nō opor tet alias orationes addere, & per consequens ecclesiastica officia quæ multis alijs orationibus plena sunt inconuenié ter sunt instituta. ¶ In oppo. est tex. præsentis c. ¶ Respōdeo Oppoṅ & Respondet. pro declaratione presentis materię de duobus dicemus. primo de cōuenientia institutionis diuinæ laudis in eccle sia. secundo de causis secundum quas non tantum menta- libus sed etiam vocalibus laudibus & orationibus in diui- nis colendus. circa primum notandum, ꝙ cum dominus ad Moysem dixisse legatur Exo. 17. omnia fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est, conueniēs fuit, ut ecclesia militans conformaretur illi cęlesti hierusa lem, quæ sicut ait apostolus ad Gal. 4. sursum est mater no stra præsertim in laudando Deum, in qua iugis, & cōtinua laus omnipotenti Deo celebratur. iuxta illud Esa. 63. su- per muros tuos hierusalem cōstitui custodes, qui tota die, & tota nocte non cessabunt laudare nomen domini, & Apocal. c. 4. habetur, quod animalia requiem non habebāt dicentia, & non cessabant dicere die ac nocte, sanctus, san ctus, sanctus dominus Deus sabaoth, qui erat, & qui est, & qui uenturus est &c. Et propheta ait. psalm. 83. Beati, qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum. lau- dabunt

dabunt te. Conuenienter ergo institutum est in ecclesia
militante, vt ad formam supernorum ciuium Deo semp
psallentium, & cantantium laudes semper quotidie per-
Bernar. soluerētur altissimo. nihil plane (vt Bernardus ait super cā
tica) ita ꝓprie in terris cœlestis habitationis statum repręsentat, sicut alacritas laudantium Deū. Quare Beatus Hie
Heroni. ronymus super Esaiam ait: inueniatur in ecclesia vox lau
dis, vt quod in cœlis facturi sumus cum angelis, hic etiam
iugiter in laude Dei meditemur in terris. conuenienter er
go in ecclesia instituta sunt diuinarum laudum officia. &
hæc de primo. ¶ Circa secundum notandum cum Sancto
S. Thomas. 12 Thoma. in secunda secundæ quæstion. 84. argum. 2. † quod
duplex est oratio communis. s. & singularis. communis q
dem est, quæ per ministros ecclesiæ in persona totius fide
lis populi Deo offertur, & ideo oportet, quod, talis oratio
innotescat toti populo. pro quo offertur, quod non posset
fieri nisi esset vocalis, & ideo rationabiliter institutum est
vt ministri ecclesiæ huiusmodi orationes, etiam alta voce
pronuntient, vt ad notitiam omnium possit peruenire. ora
tio vero singularis est, quæ offertur à singulari persona cu
iuscunque siue pro se, siue pro alijs, orantis. Et de huiusmo
di orationis necessitate non est quod sit vocalis, adiūgitur
tamē tali orationi vox triplici ratione. primo quidem ad
excitandum interiorem deuotionē, qua mens orantis ele
uetur in Deum, quia per exteriora signa siue vocum, siue
etiam aliquorum factorum mouetur mens hominis, & se
cundum apprehensionem, & per consequens secundum af
fectionem. ¶ Secundo adiungitur vocalis oratio quasi ad
reditionem debiti, vt. s. homo Deo seruiat secundum to-
tum illud, quod ex Deo habet. i. non solum mēte, sed etiā
corpore, quod præcipue competit orationi, s̄m quod est
satisfactoria. vnde dicitur Ozeæ vltim. omnem aufer ini-
quitatem, & accipe bonum, & reddemus vitulos labiorū
nostrorum. ¶ Tertio adiungitur vocalis oratio ex quadā
redundantia ab anima in corpus, & ex vehementi affectio
Ad primum argu. ne secundum illud psalm. 118. dilatatum est cor meum, &
exultauit lingua mea. ¶ Ad rationes. Ad primam responde
tur negando antecedēs. Et ad probationem dicitur, quod
Chrysosto. sicut Chrysostom. dicit eo proposito. dominus vetat in cō
Augu. uentu orare, vt à conuentu videatur. nec tamen, vt Augus.
dicit in libro de sermone domini in monte. videri ab ho
minibus nephas est, sed ideo hoc agere, vt ab hominibus
videaris, vult ergo tantum his verbis docere, ne orans fa
uorem humanum finem sibi cōstituat, vel gloriam. ¶ Ad
Ad secdm. secundam respondetur, quod quando duæ vires ordinatę
sunt ad idem, vna non impedit aliam in suo actu, sed ma-
gis iuuat. sicut sensus imaginationem, quādo ad idem or
dinantur, sed intentio expressa per vocem non impedit
ascensum intellectus ad Deum, nisi nimia cura in verbis ꝓ
ferendis fiat, sicut illi, qui verba composita in oratione ꝓ-
ferre nituntur. ¶ Ad tertiam respondetur negando conse
Ad tertium S. Thom. quentiam. Nam vt dicit Sanctus Thom. in secunda secun
dæ Deus non instituit hanc orationem, vt his solis verbis
vti debeamus in orando, sed ad hæc sola impetrāda debet
tendere nostræ intentionis oratio, qualitercunque profe
ramus, vel cogitemus. Leg. ¶ [Ordinem] quem seruat me
Exponit literam. tropolitana ecclesia in diuinis officijs s. e. dis. altaria. di. 12.
de his placuit. & dist. 11. cap. vltim. custodiri in ecclesiasti-
cis officijs. [post antiphonas psalmorum collationes] idest
capitula, quæ de epistolis communiter dierum illorum su
muntur. Et tales legūtur post psalmos, & antiphonas à ma
ioribus, puta episcopis, vel presbyteris, vel [post antipho
nas] ad benedictus. & ad magnificat [collationes]. i. oratio
nes † & proprie finales dicuntur collectiones, vel collectę.
3 quia tunc, vt ait gl. oratione dicta oīa colligūtur, vt cappæ
sericæ, libri, & similia. [hymni matutini]. i. in matutinis
horis, & vespertinis decantentur in ecclesia supra e. d. 1. de
hymnis. hoc excepto, ꝙ à quarta feria ante pascha vsque
ad octauas paschæ non dicitur hymnus [missarum vesper
tinarum] i. quæ in nona vel circa nonam, vel post cantan-
tur. tertio post hymnos hymnū vocat post communionē
in cuius fine antiquitus capitulum de psalmo dicebatur si
cut in libris antiquis inuenitur, vel expone [missarum]. i.
officiorū, & sic hymnus tenet proprie Arc. [quarto plebs]
Arch. † hoc nomine ēt serui continētur. s. e d. 3. rogationes. Arch.
4 [collecta oratione]. i. causa orationis [ab ēpo] vel presbyte
ro vbi non est ēps supra e. dist. 1. cum ad celebrādas. vel col
lecta. i. expleta, & finita oratione ad vesperam respicit mis
sas vespertinas, quæ in quadragesima dici solent dimittan
tur]. i. licentientur redire ad propria, in dieb. aūt solennib.
congruit populo redire ad propria, & in vsum sumere bo
na Dei cum gratiarum actione, & de eisdem indigētibus
impartiri. vnde Neæ. 8. ite comediteque pinguia, & bibite
mulsum, & mittite partes eis, qui non præparauerunt sibi
quia sanctus die domini est.

1 *Oratio dominica quare magis præcipitur proferri post finem horarum quam alia oratio.*


2 *Oratio dominica an ecellit alias orationes in quatuor.*



IDem semper. Sequitur 2. c. eiusdē par
tis, ex quo ex concilio
Gerūdien. statutum fuit, vt post matutinas, & ve
speras & post quamlibet aliā diei, vel noctis ho
ram oratio dñica proferatur. s. silenter à sacerdote vel pro
feratur alta voce loco orationis, & hoc erat cōsuetudo in
primitiua ecclesia, vt dr̄ Hu. Breue est, & nō diuidit. ¶ Sed
1 circa hoc c. quæritur † quare oratio dñica magis ꝑcipitur Quæstio.
proferri post finem horarum, quam aliqua alia oratio. Ad Respondet.
hoc rñdetur iudicio nostro, ꝙ hoc institutum est pp excel
2 lentiam, & eminentiam hmōi orationes super alias † quæ
vt inquit magister Ale. de Ha. in 4. & dñs Guli. in rōnali in Ale. de Hal
quatuor cęteras ancellit orationes. s. authoritate doctoris, Gulielmus.
breuitate sermonis, sufficientia petitionum, & profundita
te sermonum. authoritate doctoris, quia fuit ipsius Chri-
sti Saluatoris apostolos orare docentis ore ꝓlata, & inde
dr̄ oratio dñica, breuitate sermonis. qa facile dr̄ & profert̄
illud Mat. 6. cū oratis nolite multum loqui sufficientia pe
titionum qm̄ vtriusque vitæ necessaria continet fœcundi,
tare mysteriorū qm̄ immēsa cōtinet sacra. Litera plana ē.

2 *Numerus ternarius psalmorum, & lectionum quare seruetur in die resurrectionis.*


2 *Numerus duodecim psalmorum institutus est in diebus ferialibus.*



IN die resurrectionis. Seqitur 3. ca.
eiusdem par
tis, vbi ponitur numerus psalmorum, & lectionū
qui dicēdi sunt in matutinis. Et diuiditur in qua Diuisio.
tuor partes. In 1. ponitur, ꝙ dictum est. in 2. eos, qui nume
rum psalmorum lectionū prædictarū in diebus quotidia
nis non obseruant redarguit de negligentia ibi, illi aūt. ter
tio commemorat qualiter Romani tempore, quo Teuto
nicis regimen ecclesiæ concessum erat diuersum modum
in psalmis, & lectionibus obseruabant ibi, Romani. quar-
to mandat, vt obseruetur modus institutus à patribus. ibi,
nos autem. pro intelligentia huius c. veniunt aliqua notan
1 da. & primo, † ꝙ in die resurrectionis iste numerus terna-
rius seruatur psalmorum & lectionum pp tres causas, pri
mo, quia per hoc notat̄ tridua dñi sepultura, quæ resurre-
ctionē ꝑcessit ar. s. e. d. 4. proprie. secundo pp honorē trini
tatis. tertio quia pp precedens ieiuuium hoīes sunt mace
2 rati, & afflicti, vñ parcitur eis. ¶ Secundo notandum † ꝙ in
ferialibus diebus numerus duodecim psalmorum institu
tus est, vt nos dr̄æ seruire Deo in 12. horis noctis ostenda
mus cuilibet horæ noctis vnum psalmum tribuētes, cum
non possimus Deo iugiter seruire. hæc aūt cōsuetudo an
gelo reuelāte in ecclīa locū obtinuit. narrat. n. Cassia. li. in-
stitutionū monachorū quasi in princip. ꝙ, cū magna esset
varietas apud patres ægypti in nnmero psalmorū, q cantā
tur ad vigilias quibusdā plures quibusdā pauciores psallē
tibus cōuenerunt vt diffinerent, de numero, & quātitate
psalmorū & cum diu sup hac diffinitione consulerēt ora
tionib. ipsis angeelus dñi astitit inter eos 12. psal. parili ꝓ-
nuntiatione decantans, quibus consummatis ab vniuerso
rum oculis repente subtractus qōni pariter & ceremoniis
finem imposuit, & ex hinc venerabilis illorum patrum se
natus hunc psalmorum numerum obseruare decreuit. Se
quun t tres lectiones, vt ait Guli. in rōnali, qa tres vigilias Gulielmus.
deus posuit. Lu. 12. dicens. Si. in 1. si in 2. si in 3. vigilia vene
rit & ita in venerit bea. sunt serui illi. Quæ tres vigiliæ tres
ætates designat. s. pueritiam, iuuentutem & senectutem in
quibus bñ vigilando deum laudare debemus. ¶ Tertio no
tandum, ꝙ in dominicis diebus in quibus tres noturni di
cuntur per quos fides trinitatis designatur, vel fides pa-
trum qui tribus temporibus. s. ante legem sub lege sub tē
pore gratiæ describuntur numerus 18. psalmorum custo-
ditur 12. qui dicuntur in prmo nocturno designant nu-
merum 12. apostolorū. & 12. patriarcharū qb. ꝑ bona opa
quæ per

quæ per psalmos significantur associandi sumus. Sex vero, quæ in sequentibus secundo, & tertio nocturnis dicuntur vitam actiuam designant, in qua sex operibus misericordiæ nos conuenit exercere. Leg. ¶ [Concessum est] de quo habetur, 63. di. Adrianus, cætera plana sunt. Exponit literam.

*Quadragesima incipit die mercurij cinerum, & terminatur in sabbato sancto.*



Vadragesima. Sequitur 5. pars huius di. in qua ponuntur 5. capitula de obseruantia ieiunij quadragesimalis, in hoc autem primo cap. magister Gratianus ex decreto Greg. Papæ loquitur de obseruatione ieiunij quadragesimalis. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit, ꝙ ab omnibus nisi quem infirmitas impedierit ieiunium quadragesimale obseruandū est. In secunda assignat causam ibi, quia ipsi sunt decima anni. Quæ autem pro intelligentia pleniori huius capituli erunt quærenda disputata sunt. s. e. di. circa. c. sacerdotibus, vbi multa de institutione ieiunij quadragesimalis notata sunt, &. j. in cap. sequenti notabuntur. Leg. ¶ [Quadragesima] dr̄ quo ad dies ieiunij, † & incipit die mercurij cinerū, & terminatur in sabbato sancto, sic accipitur hic. dr̄ etiam quadragesima quo ad dies continuos, & incipit in prima dominica quadragesimæ, & terminatur in cęna domini. Hug. præter dies dominicos, qui hoc priuilegiati sunt rationibus assignatis. s. e. di. placuit. [infirmitas] quæ legi non subiacet. s. di. 50. sicut, & extr. de obseruatione ieiuniorum concilium. [nullatenus soluatur]. s. e. dist. 3. non licet, non oportet. [A prima dominica]. s. in hoc priuilegiata est, quia inchoatur in eo tempus quadraginta dierum, ꝙ representat tempus quo filij Israel morati sunt in deserto quadraginta annis cibati manna. quarto mansiones venientes in terram promissionis, quorum exemplo nos ab hac dominica vsque ad pascha per quadraginta dies à delicijs corporis abstinentes verbis vitæ reficiamur, & orationi vacemus, vt tandem per Iesum Christum in terram viuentiū introeamus, sicut illi per Iesum naue. i. Iosue in tertam promissionis introducti sunt. [quia] 2. pars [quasi &c.] q. d. quia re uera non est sicut tangitur ad longum in gl. quia 36 dies sunt decima 360. dierū, sed adhuc supersunt de anno quinque dies, & sex horæ. cum annus constet. ex. 365. diebus & sex oris, & ita remanēt indecimati quinque dies, & sex horæ. Sed de illis ieiunamus quatuor præcedentis hebdomadæ, vt hæc dicit Gregor. vt sane sacer numerus impleatur quadragenarius, quem Christus obseruauit ieiunando, pro decima autem diei, & sex horarum, quæ sunt 30. horæ tardius cenamus in sabbato sancto, vel propter hoc forte die illo tardius. i. de nocte missa celebratur, vt dicit Gul. in rationali [iubemus] Deut. 14. Exo. 14. Si etiam iubemur offerre primitias. vt Leu. 1. &. s. 38. di. §. econtra.

Diuisio. Exponit literam. 1 Hugr. Guiliel.

2 *Ieiunium cadit sub præcepto.*
*Et valet ad tria nu. 3.*
4 *Ieiunium non solum est præceptum ecclesiæ, sed etiam iuris naturalis.*
5 *Præceptum est duplex.*
6 *Supererogationis duplex est genus.*
8 *Omnes tam iusti, quam iniusti tenentur ad ieiunia statuta ab ecclesia.*
*Multi tamen excusantur. nu. 9.*
10 *Hominum octo genera excusantur a ieiunio ecclesiæ.*
11 *Prohibitio viri an excuset mulierem a ieiunio.*
12 *Ieiunium est duplex.*



Eiunia. Sequitur 2. ca. eiusdem partis, in quo magister Gratian⁹ ex authoritate Eusebij papæ introducit de obseruantia ieiuniorum ab ecclesia institutorum, dicit illa sine necessitate rationabili soluenda non esse. capitulum non diuiditur. verum pro pleniori intelligentia huius cap. quæruntur quinque.

1 ¶ Primo, vtrum ieiunium cadat sub præcepto.
7 ¶ Secundo, vtrum omnes teneantur ad ieiunia ab ecclesia instituta.
13 ¶ Tertio, vtrum necessitas ieiunandi recipiat dispensationem à prælatis ecclesię.
14 ¶ Quarto, vtrum super solutione ieiunij sit semper petenda dispensatio.
15 ¶ Quinto, vtrum ieiunia possint redimi pecunia.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et vr̄, ꝙ ieiuniū nō debeat cadere sub præcepto. E primo sic gl. super illud psalm. 44. Omnis gloria eius filię regis &c. dicit ꝙ gloria ecclesię in interioribus virtutibus cōsistit, sicut fides, spes, & charitas, & de præceptum ecclesiæ ad ecclesiam, seu gloriam ecclesiæ ordinatur, ergo de ieiunio exteriori non est præceptum. ¶ Secundo sic. ea sunt supererogationis, quæ ad consilium pertinent ad quod nullus obligatur, nisi ex voto, sed ieiunium est huiusmodi. cū sit satisfactoriū, ergo nō obligatur ad ipsum aliquis ex precepto. ¶ Tertio sic. Quicunque transgreditur præceptum peccat mortaliter, si ergo ieiunium institutum ab ecclesia cadat sub præcepto, tunc, si aliquis diem vnum tantū frangeret quadragesimæ peccaret mortaliter, ꝙ videtur graue dicere. ¶ In oppositum est text. præsentis cap. ¶ Respódeo. 2 hic sunt duæ conclusiones. prima est † ꝙ ieiunium cadit sub præcepto, quæ ostenditur ex duobus. primo quia maioris perfectionis est lex noua, quam vetus, & magis à carnalib. abstrahens, sed in lege veteri erat ieiunium in pręcepto, vnde Leui. 23. omnis anima, quę afflicta non fuerit peribit de populo suo. ergo multo fortius in lege noua. ¶ Secundo sic. quia sicut ad seculares principes pertinet condere præcepta de his, quæ pertinent ad communem vtilitatem de rebus tēporalibus, ita ad prælatos ecclesiasticos pertinet præcipere illa, quæ pertinent ad communem vtilitatem fidelium in spiritualibus, sed ieiunium est huiusmodi, † valet 3 enim ad tria. prmio ad concupiscentiam carnis comprimēdam, ad eleuationem mentis, ad satisfactionem pro peccatis, vnde Grego. in præfatione. Qui corporali ieiunio vitia comprimis, mentem eleuas, virtutem largiris, & premia, ergo sequit̄, ꝙ ieiuniū rōnabiliter institutū est sub pcepto. 4 ¶ Secunda conclu. ꝙ † ieiuniū nō solum est præceptū ecclesiæ, sed etiam aliquo modo præceptum iuris naturalis. probatur conclusio. in ieiunio. n. duo considerantur. Primum est sobrietas, vel abstinentia talis, quæ ad opus spūs seruiat. i. ꝙ non tm̄ comedat, ꝙ caro sit rebellis spiritui propter superfluam commestionem, sed omne secundum rationē est hominis natura, ergo quo ad hoc ieiunium est de iure naturali, secundum est determinatio abstinentiæ quo ad qualitatem ciborum, & determinationem tēporis, & quo ad hoc non est dubium, ꝙ sit iuris positiui. Pro cuius pleniori intelligentia est notandum, cum S. Tho. in 4. dist. 15. 5 † ꝙ duplex est præceptū, s. iuris naturalis, & iuris positiui. Præcepto iuris naturalis prohibentur ea, quæ sunt secundum se mala, sed præcepto iuris positiui prohibentur ea, quæ possunt esse occasiones malorum, vel præcipiuntur aliqua ordinantia ad virtutem, quam legispositor inducere intendit, & propter hoc ius positiuum, vt dicit Tullius est à naturali deriuatum. ¶ Ad rationes. Ad primam respōdetur, ꝙ decor ecclesiæ principaliter in interioribus consistit, sed tamen etiam exteriores actus ad eundem decorem pertinent inquantum ab interiori progrediuntur, & inquātum interiorem decorem conseruant, & sic ieiunium ad 6 decorem ecclesiæ pertinet. ¶ Ad secundā respondetur, † ꝙ duplex est genus supererogationis, quoddam est, quod totaliter excedit necessitatem salutis, & hoc non potest cadere sub præcepto, sed sub consilio. 1. ad Cor. 7. de virginib. autem præceptum domini non habeo, consilium autē do. aliud genus supererogationis est, ꝙ aliquo modo ad salutis necessitatem pertinet, quamuis non secūdum hunc, vel alium modū sicut de ieiunio ex dictis patet, & ideo determinatio modi in talibus potest cadere sub præcepto ecclesiæ, vel cuiuscunque legislatoris. ¶ Ad tertiam respondetur, ꝙ præcepta iuris positiui magis obligant ex intētione legislatoris quam ex ipsis verbis, & ideo transgressor talis præcepti magis est reputandus qui obuiat intētioni legislatoris quam qui deuiat in aliquo à legis ordinatione. intentioni autem legis obuiat, qui ex contemptu, vel sine aliqua rationabili causa ordinationem non seruat, si autem in aliquo casu ordinationem non seruat, in quo probabiliter credi potest, si legislator adesset eum obligare non vellet talis non est reputandus legis transgressor, & ideo non est necessarium quod quicunque aliquem diē ab ecclesia institutum ieiunare omittit, ꝙ mortaliter peccet, potest. n. hoc omnino aliquando sine peccato contingere, aliquando autem

Primum ar. Scd'm arg. Tertium ar. Opponit & Respondet. Prima con. Scd'a conc. S.Thom. Ad primum argu. Ad scd'm. Ad tertium

tem sine mortali cum veniali, aliquando etiam cum mortali,& secundum diuersas occasiones quibus homo induci tur ad ieiunium frangendum,vt ait S.Tho.in 4.

7 **Ad secundum** sic proceditur.†Et videtur quod non omnes teneantur ad ieiunia ecclesiæ.¶ Et primo sic. 1.ad Corin.3.vbi spiritus Dei ibi libertas,sed iusti spiritu Dei sunt imbuti,ergo liberi sunt ab onere statutorum ecclesiæ,& sic non videntur obligari ad ieiunia statuta in ecclesia.¶ Secundo sic,præcepta ecclesie non obligāt contra doctrinam Christi, sed dominus dicit Lucæ. 5. Non possunt filij sponsi ieiunare, quamdiu cum ipsis est spōsus,est autē Deus cum omnibus iustis spūaliter eos inhabitans, vnde dominus dicit Mat.vlt. Ego vobiscū sum vsque ad consumationem seculi, ergo iusti ex statu non obligantur ad ieiunandum. ¶ Tertio nullus tenetur satisfacere, qui non peccauit, sed ieiunium est pars satisfactionis,ergo si sunt aliqui iusti,qui nunquam peccauerunt, videtur, ꝙ tales ad ieiunium non tenentur. ¶ Quarto. 1. Tim.1.iusto non est lex posita, ergo iustus nulla necessitate legis arctatur ad ieiunandum,ergo non omnes tenētur ad ieiunia ab ecclesia instituta.¶ In oppositum est tex.præ

8 sentis capituli.¶ Respondeo dicendum.†ꝙ omnes tam iusti,quam iniusti tenentur ad ieiunia statuta ab ecclesia,probatur hæc. ergo quo ad primam partem sic, præcepta ecclesiæ obligant sicut præcepta Dei, vnde apostolis dicit Christus,qui vos audit, me audit,sed ad præcepta Dei omnes tenentur,ergo ad præcepta ecclesiæ inter quæ ieiuniū inuenitur præceptum,ergo &c. ¶ Secundo probatur de iustis, quod etiam teneantur sic. iustitia hominis ordinem ecclesiæ non subuertit,sed perficit, sed quamdiu manet ordo manet obedientia inferiorum ad superiorum præcepta,quia hoc est eis debitum, ergo per iustitiam homo nō absoluitur quin teneatur ieiunare, & alia Dei & ecclesiæ

9 præcepta seruare. ¶ Secunda conclusio est†ab ista obligatione ieiunij ecclesiæ multi necessitate rationabili absoluūtur siue excusantur, patet ista conclusio ex text. præsentis ca. vbi Eusebius papa illos ab obligatione ieiuniorū statutorum ab ecclesia excepit, qui necessitate rationabili sunt impediti,item sic Inn. dicit extra de obser.ie.c.consilium, quod legi non subiacet necessitas, ergo necessitate imminente potest aliquis sine peccato ieiunium ab ecclesia insti

10 tutum prætermittere per dispensationem † vnde notandū est,quod octo possunt distingui genera hominum,qui excusantur à ieiunio ecclesię.primo,qui excusantur sunt pueri,in quibus,vt ait S.Thom.in 2.2.est euidens causa non ieiunādi. tum propter debilitatem naturę.Tum etiam,quia indigent multo nutrimento, propter necessitatē augmenti,quod fit de residuo alimenti, & ita quamdiu sunt in statu augmenti quod est, vt in pluribus vsque ad finem tertij septēnij non tenentur ad ecclesiastica ieiunia seruanda,cōueniens tamen est vt etiam in hoc tempore se ad ieiunium exerceant plus vel minus secundum modum suæ ætatis. Quandoque tamen magna imminente clade in signum arctioris vitæ etiam pueris ieiunia indicuntur sicut etiam de iumentis legitur Ioan.3.homines,& iumenta non gustent quicquam,nec aquam bibant,& Iohelis.2.dr sanctificate ieiunium,& postea sequitur,congregate paruulos, & sugentes vbera.addit hic dominus Petr.de Palu.quod licet pueri excusentē à ieiunio illi tamen, qui eos dirigunt siue regunt debent restringere eos, à quibus habet Christiana religio abstinere,vt à carnibus in diebus ieiuniorum, & huiusmodi.¶Secundo excusantur infirmi,& debiles,de istis.s.e.dis. c.quadragesima,& di.3.ieiunia.¶ Tertio excusantur pauperes à ieiunio ecclesiæ.Non quidem illi,vt ait Tho.qui possunt sufficienter habere, quod eis sufficiat ad vnam comestionem,s.illi qui frustratim eleemosynas mendicant, qui non possunt simul habere quod eis ad victum sufficiat. ¶ Quarto excusantur laboratores,vt qui tenētur dominis suis laborando seruire,vt serui,& rustici excusantur, qui à dominis coguntur ad talem laborem.Tum qui non pñt laborare.Si autem voluntarie tales laborant non excusanť, sed tenentur ieiunare, nisi sit tantus labor,ꝙ non compatiatur ieiunium, & sit necessarius propter victum & vestitum sui,& suorum,& non voluntarius propter cupiditatis lucrum.¶ Quintó excusantur peregini,circa quos tñ distinguendum est,vt ait S. Thom.in 4. quia vel talis peregrinatio posset sibi commode differri, & tunc debet homo peregrinationem differre simul cum ea non potest ieiunarę. Si autem peregrinatio commode differri non potest,vt qa compellit exulare circa certum terminū, vel ire in exercitum, puta vltra mare in passagium propter crucem, vel si alias incurreret in hanc necessitatem sine culpa,vel quia tempus ieiunij in via præoccupat,vel quia dies festus alicubi imminet, ad quem ex deuotione homo pergere cupit, vel mora nimia periculum habet,vel spirituale,vel temporale, potest cum dispensatione sui superioris ieiunium soluere,hoc tamen intelligitur de his,qui labore itineris adeo affliguntur, ꝙ simul cum ieiunio itinerare non possunt. ¶ Sexto excusantur à ieiunio cursores equitum, quando trotant, vt dicit Petr. de palude labor multum consumit de humido,& nimis grauarētur vna vice sumendo ad sufficientiam,& ideo videntur excusari.¶ Septimo excusantur seruitores nobilium.tales.n.vt dicit Petru. de palude, licet alias possent viuere, ex quo tamē licitum est se ad seruitiū obligare quę ad debitū seruitiū exiguntur tenētur facere, vñ cū non teneantur ieiunare vltra horam,nec possunt tūc comedere, quia habent dñis seruire,vel quia hñt exenium portare,& hmōi,quia non tenētur vsq; post ieiunare,si ex hoc quis anticipat plenam comestionem, vel faciat aliquā prælibationem, vt postea comedat non est transgressor præcepti, non tamen ex hoc,quod est cursor, vel seruitor hoc habet,sed ex hoc iustam causam vt secum dispēsetur. ¶ Octauo excusantur mulieres pregnantes,& lactantes,si necessitas siue corporalis infirmitas impediat eas excusantur à ieiunio,imo si probabiliter timetur de periculo, earum,vel timetur aborsus,non solum non tenentur ieiunare,sed soluere ieiunium sicut Gulielmus ponit.¶ Verum

11 occurrit hic quæstio† vtrum prohibitio viri mulierē excuset à ieiunijs. Respondet iuxta dominum Petrum de palu. ꝙ à votiuis bene,quia sine eius licentia vouere non potest, vnde ille potest irritare, sed non excusatur à ieiunijs indictis ab ecclesia, quæ æqualiter indicuntur coniugatis, & alijs,sed propter viri scandalum esset cum ea dispensandū sicut quidam dicunt.¶ Ad rationes.Ad primam respondetur, ꝙ ratio non procedit, quia libertas quam spiritus Dei inducit est libertas iustitiæ,quia opponitur seruituti peccati,sed coniungitur seruituti Dei,& ita ad obedientiā tenentur mandatorum eius, & eorum,qui vicem Dei gerunt.

12 ¶ Ad secundam dicitur, ꝙ vt dicit S.Tho.in 4.† duplex est ieiunium.s.luctus, & exultationis,& dicitur ieiunium luctus,quod quidem cum amaritudine peccatorum,vel prę sentis miseriæ geritur, ieiunium vero exultationis cum ex spirituali iocunditate à carnalibus se abstrahit,quia gustato spiritu desipit oīs caro.iustus autē Deus semper habitu spiritualiter præsens est, sed non semper actu, imo quandoque est eis præsens,vt iudex, cum sua peccata recogitāt, vel quæ fecerūt,vel in quæ cadere possunt, nisi carnem cohibeant,& tunc competit eis ieiunium mœroris,aliquādo est eis pręsens actu,vt sponsus, quādo eius dulcedine perfruuntur, & tunc competit eis exultationis ieiunium non męroris.¶ Ad tertiam respōdetur,ꝙ ieiunium nō tm inducitur pro peccatis,sed etiam ad præseruandum à futuris,& ideo in his, qui non peccauerunt competit remedium, vt medicina præseruans.¶ Ad quartam respondetur,quod ratio illa non est ad propositum quia verbum apostoli intelligitur sic, quod iusto non est lex posita quantum ad vim coactiuam,quia iustus non cohibetur timore à malis, sed amore iustitiæ.

13 **Ad tertium** Sic proceditur.† Et videtur, quod necessitas ieiunandi non recipiat dispēsationem à prælatis ecclesiæ.¶ Et primo sic.præcepta ecclesiæ sunt præcepta Dei secundum illud Luc. 10. qui vos audit me audit,sed ad pręcepta Dei omnes tenentur absq; dispensatione, ergo & ad præcepta ecclesiæ inter quæ est præceptum de ieiunio.¶ Secundo,illud,quod est vniuersaliter institutum, non potest sine nocumento relaxari, sed non sine vtilitate institutum est ieiunium, ergo nō potest per dispensationem prelatorum sine nocumento relaxari. ¶ Tertio sic, secundum Bernar.in lib.de præcep.& dispen. in præcepto superioris non potest inferior dispensare, sed quælibet singularis persona est inferior ecclesia, quæ ieiunium sub præcepto statuit,nisi forte ille, qui est caput totius ecclesiæ,vel loco capitis videlicet papa,ergo nullus potest in ieiunio dispensare,nisi papa. ¶ Quarto dicit canon, non est temerarijs adinuentionibus præsumendum,quod non inuenitur sancitum. sed nusquam inuenitur sancitu; quod

Marginalia (left column): Primum ar. — Scđm argu. — Quartū ar. — Opponit et Respondet. — Prima con. — Secūda cō. — S.Thom. — Pet. de pal. — S.Thomas. — S Thom.

Marginalia (right column): Pet. de pal. — Quæstio. Respondet. — Pet. de pal. — Ad primum arg. — Ad scđum S. Thom. — Ad tertium — Ad quartum — Primum ar — Scđm ar. — Tertiū ar — Quartū ar.

quod episcopus possit in hoc dispensare, ergo non debet presumere dispensare. ¶ In oppositum est textus præsentis capituli. ¶ Respondeo dicendum sub duabus conclusionibus. ¶ Prima est, ꝙ necessitas ieiunandi in ea parte, qua ieiunium ad præceptum iuris naturalis pertinet sub dispensatione non cadit, patet hæc conclusio, quia præcepta iuris naturalis sunt indispensabilia, vt 8. di. habetur. ¶ Secunda conclusio, quod ieiunium in ea parte qua ad ius positiuum siue ecclesiæ pertinet institutionem, bene recipit dispensationem à prælatis ecclesiæ, patet cōclusio, quia aliter prælati deciperent suos subditos, qui frequenter ex aliqua causa alicuius emergētis necessitatis ieiunia relaxāt, & de illis dispensant, ꝙ dicendum non est. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum est, ꝙ non est simile de præceptis Dei, & de præceptis ecclesiæ, quo ad omnia, præcepta.n. Dei sunt de eo, quod est de necessitate salutis ſm se, & ideo in quolibet casu obseruari illa oportet, sed præcepta ecclesiæ quamuis vim obligatiuam habeant ex authoritate præcipientium, non tamen obligant propter materiam in qua ponuntur. ¶ Ad secundam respondetur, ꝙ secundum vtilitatem, que vt frequentius accidit vtiliter illa præcepta instituta sunt. legis.n. lator in huiusmodi statuendis id quod cōmuniter, & in pluribus accidit attendit, sed propter necessitatem aliquo casu emergentem vtiliter dimittūtur, quia certum est, quod si aliquid ex speciali causa in aliquo inueniatur, quod obseruantiæ statuti repugnet, non intendit legislator ad statuti obseruantiam obligare. ¶ Ad tertiam respōdetur, ꝙ in causa rationabili, & maxime in causa necessitatis statutum superioris relinquitur in dispensatione inferioris, vnde in casu inferior potest absoluere superiorē, & quia necessitas non habet legem, vt habetur in glo. Mat. 12. potest excommunicatus à papa absolui à simplici sacerdote in articulo mortis, vnde in necessitate licet ipsis & ēt inferioribus à ieiunio dispensare. ¶ Ad quartam dicēdum, ꝙ per illud decretum non prohibentur dispēsationes, & relaxationes, quæ fiunt cum maturitate, & ex causa necessaria, siue vtili, sed quæ fiunt sine quacunque causa præsumptiue, & temerarie.

*Opponit & respondet.* *Prima con.* *Scd'a conc.* *Ad primum argu.* *Ad scd'm.* *Ad tertium* *Ad quartum*


14 Ad quartum in quo quæritur. †vtrum super solutione ieiunij semper petenda sit dispensatio, sine præludio argumentorum. ¶ Respondet ſm S. Th. in 2.2. ꝙ non, in duobus casibus. Primo quando causa propter quam soluendum est ieiunium est euidens, tūc .n. non est necessarium, vt petatur dispensatio, per se.n. ipsum potest homo licite statuti obseruātiam præterire præsertim consuetudine interueniente de non petendo dispensationem, quia ex hoc ipso, quod prelati dissimulant videntur annuere. ¶ Secundus casus est, quando de facili nō posset recursus ad superiorem haberi. Si vero sit dubium, an causa illa, propter quam soluendum sit ieiunium sit necessaria vel rationabilis ad superiorem recurrendum est, qui potestatem habet in talibus dispensandi. s. ad episcopū loci, si commode possit haberi, vel alias ad proprium sacerdotem, vt ait Guil.

*Respondet. S. Thom.*

15 Ad quintum †respondetur secundum Innocentiū, & dominum Pet. de palude, ꝙ ieiunia ecclesiæ non possunt redimi pecunia, nec alio modo, nisi causa, vel necessitas in ieiunante subsit, sed ieiunia voluntaria, id est votiua etiam sine causa quæ in ieiunante subsit dum tamen alias sit vtile redimi possunt authoritate superioris 83. dist. c. presbyteri, & idem est de ieiunijs, quæ in pœnitentia, vt extra de voto c. fi. Lege. ¶ [Ieiunia] generalia, vel etiam particularia ex quo sunt statuta, & approbata, vnde subditur [constituta] in sinodis vel concilijs. [à sacerdotibus]. i. episcopis sic 45. di. olim.

*Respondet: Innocent.* *Exponit literam.*


1 *Abstinendum an magis sit a quanto, quam a quali.*


On dico. Sequitur 3. cap. eiusdem partis, in quo introducit magister Gratianus B. Hieronym. dicentem in ieiunio magis attendendum esse, vt sobrie viuatur, quam, vt longum protēdatur ieiunium, & postea superflue, & excessiuē comedatur sicut alii qui leguntur fecisse, breue est, & ideo non diuiditur. ¶ Pro pleniori intelligentia huius cap. posset hic quærit vtrū magis abstinendum sit à quanto vel à quali. Hoc est, vtrum tēpore ieiunij magis abstinendum sit à superfluitate ciborū vel à cibis delicatis. Et arguitur primo, ꝙ magis abstinendum sit à quanto, quam à quali. primo ex textu præsentis cap. in quo maxime in ieiunio superfluitas ciborum videtur vituperari. ¶ Secundo sic. cuius excessus magis grauat naturam ab illo magis abstinendū est, sed excessus in quanto est huiusmodi, quoniam magis grauat naturā & corrūpit cibus superfluus, quam cibus delicatus, ergo &c. ¶ Tertio sic. cuius excessus est magis contra essentiam virtutis, ab illo est magis abstinendum, sed excessus in quāto est huiusmodi, quoniam virtus quærit medium & in medietate consistit & fugit superfluum & diminutum, vnde mediū magis impugnat quantitas, quam qualitas, ergo magis abstinendum videtur à ciborum quantitate quam à cibis delicatis. ¶ In oppositum arguitur sic. propter vnumquodq; tale, & illud magis, sed quantum non appetitur nisi inquantum quale, vnde cibus amarus non appetitur, ergo &c. ¶ Secūdo sic, vt ait philosophus volenti tendere ad virtutē magis oportet inspicere ad contrarium, sed maxime contrarium virtuti in omnib. est delectationis excessus, ergo vt ieiunio perueniatur ad virtutem maxime abstinendum est à quali. ¶ Respōdeo dicendum, ꝙ iudicare de huiusmodi abstinentia dupliciter possumus, aut secundum legem institutionis ecclesiasticæ, aut secundum legem virtutis, quæ est sobrietas, secundum cōstitutionem ecclesiasticam magis videtur abstinendum à quali, siue à delectatione ciborum, est minus periculum, & iudicium certius, & commodum maius, periculum quidem minus, quia quantum ad sustentationem naturæ, & nutrimentum non refert cuiusmodi sumantur alimenta, dummodo natura sustentet, item iudicium est certius, quia nō potuit iudicare ecclesia quātum debet sufficere ciuiliter, quia quod parum est vni, multum est alij, sed circa qualitatē certitudinaliter potuit diffinire dicendo talia cibaria non esse sumenda tali tempore. item commodum maius est abstinere à quali, quam à quanto, tum quia circa magis delectabilia maiores fiunt expensæ quæ magis erogandæ essent pauperibus, quam in delectationibus exponendæ, tum quia plus sustentantur pauperes de residuo quanti, quam de residuo delectabilis, nec est curandum dare pauperibus delectabilia, imo malum est, sed danda est eis sustentatio, idcirco videtur esse dicendum propter istas rationes, quod secundum constitutionem ecclesiasticam magis abstinendum est à quali, quā à quanto, secūdum autem legem virtutis sobrietatis distinguendum est de quali, & de quāto, quoniam aut quæritur de quali, & quanto illicito, aut licito, in illicitis magis est abstinendum à quali, quam à quanto, vnde maius peccatū est tempore ieiunij comedere vnum morsellum carnis, q̄ comedere multum de licitis, si autem loqueretur de quali, & quanto licito, tunc videtur, ꝙ non sit dare regulam generalem, nec potuit determinare ecclesia a quo magis esset abstinendum, quia aliqui plus delectantur in quanto, sunt .n. aliqui ita edaces, quod non quærunt nisi superfluitatē, aliqui vero magis delectantur in bono, & sufficit eis parū dummodo sit delectabile & suaue, vnde magis delectātur in suauitate ciborum, quam pluralitate, & ideo illis, qui proniores sunt ad edacitatem magis virtus est abstinere à quanto, illis vero, qui plus delectantur in suauitate, maior virtus est abstinere à quali. Et ita videtur dicendū ad quæstionem istam. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur, ꝙ in textu dr̄ absq; ciborum luxuria, per luxuriam hic potest intelligi vterque excessus, videlicet superfluitatis in cibo, & leccacitatis, siue delectationis excessus. ¶ Ad secundam respondetur, quod excessus in quali grauat naturam, sicut excessus in quanto, & plus quandoque quia, quidam minus se faciunt refrenare circa quale, & propter hoc talibus magis abstinedum est à quali. ¶ Ad tertiam respondetur, ꝙ ita est superfluitas in quali sicut in quanto, & vtrunque virtutem impugnat. excessus.n. in quali inducit excessum in quanto frequenter, & sic impedit efficaciam rationis, sicut excellens sapor in vino inducit ad nimis bibendum, nec ponit medium in bibendo, & sic ratio non procedit. Lege. ¶ [Non dico hebdomadas esse ieiunandas non sumpto cibo] duplicata ieiunia, sicut quando abstinemus duobus diebus continue, quod non est faciendum propter defectum naturæ, sed vbi non timetur defectus naturæ non est peccatum, si fiat ab aliquo prætertim suspiratione diuina, sicut multi olim dicuntur ieiunasse duobus, vel tribus diebus sine cibo. Hu. [luxuria]. i. voluntate.

*Quæstio.* 1 *Primum ar.* *Scd'm arg.* *Tertium ar.* *Opponit in cōtrarium.* *Scd'a oppo.* *Respondet.* *Ad primum argu.* *Ad scd'm.* *Ad tertium* *Exponit literam.*

1 Ieiunium

1 *Ieiunium an sit quid bonum siue ieiunare sit bonum.*
2 *Ieiunium à cibo est triplex.*
3 *Necessarium dupliciter accipitur in cibis.*



Int tibi. &c. Sequitur 4. capitulū eiusdem partis, in quo eadem sententia ponitur. breue est. Et non diuiditur. ¶ Pro pleniori vero intelligentia huius capituli quæri 1 tur † vtrum ieiunium sit quid bonū, siue vtrū ieiunare sit bonum. Et videtur, ꝙ non. ¶ Primo sic, omne quod lędit naturam est malum, sed ieiuniū lędit naturam, ergo est malum. ¶ Secundo ieiunium consistit in non solum abstinēdo à superfluis cibis, quia hoc est de necessitate virtutis, sed etiam necessarijs, sed qui subtrahit sibi necessarium cibū, dat sibi occasionem mortis. non enim, vt Hieron. dicit differt vtrum magno, vel paruo tempore te interimas, cū ergo nulli liceat se occidere, videtur, ꝙ nulli liceat ieiunare. ¶ Tertio sic. dicit Augustin. 10. confessio. alimentum sic sumi debet, vt famis medicamētum, sed magis in infirmo minus est medicina subtrahenda, cum ergo in primo statu Adam peccasset, si à cibo abstinuisset donec præoccuparetur fame, videtur, ꝙ etiam nunc ieiunando peccat homo, cum natura sit infirmior. ¶ In oppositum est textus cap. præsentis. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ duplex est ieiunium. s. à peccato & à cibo. de ieiunio à peccato, quin sit bonum non est dubium, vt. j. e. dist. ieiunium 2 magnum. † Ieiunium autem à cibo est triplex. est. n. ieiuniū indifferens, vt quod causa infirmitatis, vel indigentię solū assumitur. Aliud ieiuniū est detestabile, vt in hypocritis, qui propter vanam gloriam ieiunant, & in auaris, vt bursæ parcant. aliud est ieiunium laudabile videlicet discreta & moderata abstinentia à cibo, & potu assumpta, quod fit ad subijciendum carnem spiritui, & ad erigendum mentem ad superiora, & tale ieiunium dicimus, quod est bonum, patet ista conclusio, primo per illud Isidori li. 2. de officijs dicentis, ieiunium est res sancta opus cœleste, ianua regni forma futuri. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur negando minorem. dicimus. n. quod ieiunium moderate assumptum ratione sobrietates annexæ iuuat naturam, non lędit, vnde ecclesi. 37. dr̄ propter crapulam multi obierūt, qui autem abstinens est adijciet vitam, & hoc idem Hier. ponit infra e. dist. c. nihil, & duobus capitulis sequentibus. Si autem ieiunium lędat naturam, vt quandoque accidit propter immoderantiam, hoc non est ratione, qua est ieiunium, sed qua est immoderatum, quod reprehenditur. j. e. dis. c. non mediocriter. ¶ Ad secundam dicendum † quòd 3 necessarium dupliciter accipitur in cibis. Primo ad cōseruationem vitæ, & tale necessarium subtrahere per ieiuniū non licet, sicut nec interimere seipsum, alio modo dr̄ necessarium ad conseruādam valetudinem corporis, quæ quidē accipitur in duplici statu, primo secundum sufficientiam habito respectu ad ea, quæ incumbunt ex officio, vel à societate eorum, ad quos conuiuit necessario agenda, & tale etiam necessarium subtrahi non debet. hoc. n. esset de rapina hostiam Deo ieiunando offerre, si aliquis propter ieiunium impediretur ab alijs operibus, ad quæ alias obligatur, vt. j. e. di. non mediocriter plenius, dicetur. ¶ Secundo accipitur valetudo secundū optimam corporis dispositionem, & quia caro in suo robore existens difficilius spiritui subditur, ideo necessarium ad valetudinem sic acceptam, & si licite accipi posset tamen laudabiliter subtrahi potest, & talis subtractio nō multum mortem accelerat, cum corpus humanum inueniatur frequētius ex superfluitate, quā ex defectu mortales ægritudines incurrere, vnde Galenus dicit, ꝙ summa medicina est abstinentia, & de hoc. j. e. di. c. ne tales, inueniuntur etiam ad sensum abstinentes, vt frequentius diutius viuere, & ideo prædicta subtractio non potest dici mortis occasio, cum se habeat ad vtrunque. s. ad prolongandum, & abbreuiandum vitam. ¶ Ad tertiam respondetur neg. consequentiam, quia quamuis homo post statum peccati magis infirmetur, quam ad passibilitatem corporis ex qua fames causatur, cui per alimentum subuenitur, tamē ex aliqua parte est grauior & periculosior infirmitas, cui ieiunium subuenit. s. concupiscentiæ morbus, qui in statu innocentiæ non erat, & ideo ad hunc morbum excitandum, & extirpandum magis intendere oportet, sicut & medici periculosiori morbo solicitius subueniunt. Lege. ¶ [Quotidiana] non præcipit ieiunare quotidie, sed si quis hoc vult facere, non prohibet, dummodo semel moderate comedat [obstruatur]. i. repleatur vsque ad summū.

Marginalia: Quæstio. Primum ar. Secūdm arg. Tertium ar. Opponit & Respondet. Ad primum argu. Ad secūdum. Ad tertium. Exponit literam.

2 *Ieiunium principaliter sumitur ad tria.*
4 *Ieiunium quid dicatur.*



Int tibi. Sequitur 5. c. eiusdem partis, & eiusdem sententiæ. Et diuiditur in tres partes. In prima dicit moderate esse comedendum. In secunda inducit ad hoc authoritatē apostoli. In 3. inducit ad idē fructū ieiunij. 2. ibi, apostolus. 3. ibi, curat. Circa primum notandum, ꝙ hæc duo capitula intelliguntur de ieiunio, cum semel in die comeditur, vel de ieiunio. i. abstinētia, & sobrietate, ac moderamine percipiendi cibum qualibet die. Sobrie. n. & moderate est comedendum siue vtendum cibis, siue semel, siue bis in die comedatur. ¶ Pro maiori intelligentia huius capituli quæruntur duo.
1 ¶ Primum, vtrum ieiunium sit actus virtutis alicuius.
3 ¶ Secundum, vtrum sit actus temperantiæ.
1 Ad primum sic proceditur. † Et vr̄, ꝙ non. Primo sic. omnis. n. virtutis actus est Deo acceptus, sed ieiunium non semper est Deo acceptum ẽm illud Esa. 58. quare ieiunamus, & non aspexisti, &. j. e. dist. c. nihil, ergo ieiunium non est virtutis actus. ¶ Secundo sic. quod communiter omnibus cōuenit & bonis, & malis, nō est actus virtutis, sed ieiuniū est huiusmodi. quilibet. n. antequam comedat ieiunus est. ergo ieiuniū nō est actus virtutis. ¶ Tertio sic. nullus actus virtutis recedit à medio virtutis. sed ieiuniū recedit à medio virtutis, quod quidem in virtute abstinentiæ accipitur, secundum hoc, vt subueniatur necessitati naturæ, cui per ieiunium aliquid subtrahit, alioqui non ieiunantes non haberent virtutem abstinentiæ, ergo ieiunium non est actus virtutis. ¶ Quarto sic omnis actus virtutis est aliquid operando. sed ieiunium dicit cessationē ab actu. ergo non est virtutis actus. ¶ In oppositū est textu. præsentis cap. ¶ Respondeo dicendum iuxta dictum Sanctum Thomā in secunda secundæ quod ieiuniū sit actus virtutis, quæ conclusio patet ex eo, quod apostolus connumerat illud alijs virtutum actibus, & ad Cor. 6 dicens. in ieiunijs, in sciētia, in sanctitate. ratione vero sic ostēditur. Ex hoc est aliquis actus virtutis siue virtuosus, quod per rationem ordinatur ad aliquod bonum honestū. hoc 2 autem conuenit ieiunio, † assumitur. n. ieiunium principaliter ad tria. Primo ad carnis concupiscentias comprimendas. vnde apostolus dicit in authoritate inducta in ieiunijs & cætera. Secundo assumitur ad hoc, quod mens liberius eleuetur ad sublimia contemplanda. vnde dicitur Danie. 10. quod post ieiunium trium hebdomadarum reuelationem accepit à Deo. Tertio ad sanctificationē pro peccatis, dicitur Iohel. 2. conuertimini ad me in toto corde vestro, & cætera. Et hoc est, quod Augustinus dicit in quodam sermone de oratione, & ieiunio. ieiunium purgat mentem, subleuat propositum carnem spiritui subijcit, cor facit contritum, & humiliatum, concupiscentiæ nebulas dispergit libidinū ardores extinguit, castitatis vero lumine accendit. vñ patet, ꝙ ieiunium ē actus virtutis. ¶ Ad rōnes. Ad primā rn̄de. quod contingit, quod aliqs actus, qui ex genere suo ē virtuosus, ex aliquib. circunstātijs adiūctis reddit̄ vitiosus. vnde ibidem dicitur, ecce in diebus ieiunii vestri inuenitur voluntas vestra, & Paulo post subditur ad lites, & contētiones ieiunatis, & percutitis pugno impie. ¶ Ad secūdam dicendum quod ieiunium naturæ, quo quis dicitur ieiunus antequam comedat, & quod commune est bonis, & malis consistit in pura negatione, vnde nō potest poni actus virtutis tale ieiunium, sed solum illud quo quis ex rationabili ꝓposito à cibis aliqualiter abstinet, vnde primū dr̄ ieiuniū ieiunij, secundum vero ieiunium ieiunantis quasi ex proposito aliquid agentis. ¶ Ad tertiam respondetur, quod medium virtutis non accipitur secundum quantitatem, sed secundum rationem rectam, vt dicitur 2. Ethico. ratio autem iudicat, quod aliquis propter specialem causam minus sumat de cibo, quam sibi competit secundum statum communem, sicut propter infirmitatem vitandam, aut aliqua corporalia expeditius agenda. Et multo magis ratio recta hoc ordinat ad spiritualia mala vitanda. ¶ Ad quartam respondetur iuxta S. Thom. in quarta quod ieiunium quo quis ieiunus dr̄ nō nominat aliquem actum, sed priuationem

Marginalia: Diuisio. Quæstio. Primum ar. Secūdm ar. Tertiū ar. Quartū ar. Opponit & Respondet. Augu. Ad primum argu. Ad secūdum. Ad tertium. Ad quartum.


tionem præcedentis cibi, & ideo secundum ipsum, non dicitur aliquis ieiunare, sed ieiunium ecclesiæ nominat actū quendam, secundum quem homo in cibis sumendis se regulat secundum ecclesiæ statutum, & ideo secundum hoc ieiunium dicitur aliquis ieiunare, & ideo hoc ieiuniū potest esse actus virtutis.

Primum ar. Ad secundum sic proceditur.†Et videtur, quod ieiunium non sit actus virtutis temperantiæ. ¶ Et primo sic, quia vt habitum est. s. e. dist. c. ieiuniū quadragesimæ est decima totius anni, sed dare decimas est actus iustitiæ, ergo ieiunare non est actus temperantiæ. Scdm arg. ¶ Secundo sic. super illud Matthe. decimo septimo, hoc genus dæmoniorum dicit Hieronymus. ieiunium est nō solum ab escis, sed à cunctis illecebris abstinere, & hoc idem August. dr̃ super Ioannem, & ponitur. j. e. distin. c. ieiunium, sed hoc pertinet ad omnem virtutem, ergo ieiunium non est actus specialiter alicuius virtutis, & per consequens nec temperantiæ. Tertium ar. ¶ Tertio sic. debellare vitia reprimere motus illicitos, sustinere molestias. ista maxime videntur esse in ieiunio, ergo videtur ꝙ sit actus fortitudinis. Opponit & Respondet. ¶ In oppositum, videtur esse textus præsentis cap. vbi ad ieiunia moderata nos inuitat. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ ieiunium proprie est actus virtutis temperantiæ siue abstinentiæ. Hec conclusio probatur sic. eadem est materia habitus, & actus, vnde omnis actus virtuosus, qui est circa aliquam materiam ad illā virtutem pertinet, quæ medium in illa materia consistit, ieiunium autem attenditur in cibis, sed in talibus medium adinuenit temperātia, quæ est circa delectabilia tactus, vt dr̃ 3. Ethic. siue abstinētiæ, quæ est species eius. S. Thom. ¶ Pro quo notādum, vt dicit S. Th. in 4. quamuis aliquis actus à pluribus virtutib. possit procedere, sicut ab imperantibus ipsum, vel dirigentibus ad eum, vel quocunque modo ad ipsum iuuantibus, tamen illius virtutis proprie actus dr̃, quæ elicit ipsum à qua. s. procedit formaliter quasi in similitudinem speciei, sicut calefactio à calore, sed tam virtutes, quam actus penes obiecta distinguuntur, & ideo actus ab illa virtute elicitur, quę secum cōuenit in propria ratione obiecti, & quia ieiunium in obiecto cum temperantia conuenit quantum ad illam temperantiæ partem, quæ abstinentia dr̃. ideo eius actus proprie ieiunium est, quamuis ab alijs virtutibus credere per dictos modos etiam possit. Ad primum argu. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur sicut dictum est, nihil prohibet actum vnius virtutis pertinere ad aliā, s̃m quod ad eius finem ordinat̃, & secundū hoc nihil prohibet ieiunium pertinere ad religionem, vel castitatem, vel quamcunque aliam virtutem. Ad scd̃m. ¶ Ad secundam respondetur, quod ieiunium proprie dictum de quo loquimur est in abstinendo à cibis, sed metaphorice dictum consistit in abstinendo à quibuslibet nociuis, quæ maxime sunt peccata. Ad tertium S. Thom. ¶ Ad tertiam respondetur iuxta S. Thom. in 2. 2. ad fortitudinem secundum ꝙ est specialis virtus non pertinet perferre molestias quascunque sed solum illas, quæ sunt circa pericula mortis, sufferre aūt molestias quæ sunt ex defectu delectabilium tactus pertinet ad temperantiam, & ad partes eius, & tales sunt molestiæ eius. Le. ¶ [Pura]. s. absq; peccato, nam nihil prodest ieiunare à cibis corporalibus nisi mens ab iniquitate ieiunet vt. j. c. nihil e. dis. vel pura per intentionem rectam, simpliciter pro salute animæ, vnde apostolus ad Ro. 12. obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem sanctam Deo placentem[cōtinua]qm̄, vt dictum est in p̄nti c. nihil prodest biduo, vel triduo trāsmisso vacuum portare ventrem, si pariter abstineatur[moderata]secundum rationem rectam habita consideratione ad vires naturæ ad labores ad cōditionem eorum, cum quibus viuitur, & hæc moderatio exprimitur cum dicitur [quotidie esurire prādere]. i. cibum sumere, quia vt idem dicit Hierony. ad Marcelum, sic comedat, quis vt semper esuriat statimque post cibum legere, vel orare valeat, hæc duo capitula congrue intelliguntur de ieiunio cum semel in die comeditur, vel de ieiunio. i. abstinentia, & sobrietate percipiēdi cibū siue semel siue bis comedatur in die &c. Hug. [apostolus] 2. pars[nulli aquam] cuius potus naturaliter nocet stomacho languenti, & ægrotanti corpori, sed vinum modicum non nocet castitati, vt gl. ait, & valet ad sanitatem seruandam, quæ necessaria est ad exercendum officium episcopi, propter infirmitates tuas, vbi inquit Ambrosi. in gloss. speciale consilium ei dat, vt seipsum salubri Ambro. regat doctrina. prudenter. n. Deus sibi vult seruire, non vt nimietate debiles fiant, & postmodum medicorum suffragia requirant. [curat] 3. pars, vbi de defectu ieiunij loquitur[vulnera]tam animæ, quā corporis[valet]sanctificat qa spirituales efficit.†Est. n. ieiunium, vt dicit Ambr. in li. de Helia & de ieiunio, magisterium continentiæ, humilitas mentis, castigatio carnis, senilis gratia, iuuētutis custodia, infirmitatis alleuiamentum salutis.

4

*Fidelibus ægrotantibus an sit licitum vti præceptis medicinę artis.*

1



Contraria. Sequitur 6. pars huius dis. in qua magr̃ Grat. prosequitur de molestia habenda in cibo, in cuius. 1. c. ex authoritate B. Ambr. introducit, ꝙ non debemus semper sequi præcepta medicorū, quia sæpe illorum præcepta contraria sunt dispositioni diuinę cū auertant homines à ieiunijs, & indulgēt ea quæ semper animarum saluti obsunt. Et diuiditur in duas partes. Diuisio In prima facit quod dictum est. In secūda exemplificat de præceptis medicinæ, quæ sunt contraria dispositioni diuinæ. In tertia concludit, ꝙ qui se multum. s. medicinis dederit se abnegat 2. ibi. suntque. 3. ibi, itaque. ¶ Pro pleniori intelligentia huius c. quæritur† vtrum licitum sit fidelibus ægrotantibus vti præceptis medicinæ artis. Quæstio. Et vr̃, ꝙ non, primo ex tex. præsentis c. sic arguendo, nulli fideli est licitum vti præceptis, siue regulis cuiuscunque artis, quæ sunt cōtraria regulis siue legi Dei, sed præcepta medicinæ sunt huiusmodi, vt in litera dr̃. ergo illis vti nō est licitum fidelibus. Primum ar. ¶ Secundo sic. legimus de B. Agatha, quæ dicit B. Petro medicinam carnalem nunquam adhibui corpori meo de quo non se commendasset, vt vr̃, si licitum fuisset fidelibus vti præceptis artis medicinæ. Scd̃m argu. ¶ In oppositum est authoritas sacræ scripturæ. dr̃. n. 1. ad Cor. 12. alij datur gratia sanitatum. gl. gratia curandi, ergo videtur, ꝙ ars medicandi sit licita, & per consequens licite vti possumus præceptis eius. Opponit in cōtrarium. ¶ Respondeo dicēdum, quod licitum est vti præceptis medicinæ, patet hoc multiplici ex capite. Respondet. primo qui dē authoritate sacræ scripturæ dr̃ eccl. 33. honora medicū propter necessitatem. s. infirmitatis, etenim creauit ipsum altissimus, à Deo est omnis medela, & à rege accipiet donationes, &. j. altissimus de terra creauit medicinam, & vir prudens non abhorrebit eam. ¶ Secūdo patet hoc, quoniā multi sancti fuerunt medici, vt Lucas Cosmus, & Damia: Esa. legitur etiam mandasse imponi regi Ezechiæ emplastrum de ficubus siccis conculsis, vt habetur Esa. 38. ¶ Tertio sancti multi vsi sunt p̄ceptis medicorū, vt de Aug. legit̃ in sua histo. concedit ēt religiosis medicorū vti cōsilijs, vt patet in regula sua, vn̄ nulli dubium est, quin licitū sit vti p̄ceptis artis medicinę, verū p̄ceptis, siue consilijs, quæ darent à medicis, quæ forent diuinæ legis dispōni, & prohibitioni contraria, vt puta si præciperent aliquas superstitiones, quæ prohibentur in c. illud 26. q. 2. aut aliqua animæ saluti nociua, vt essent aliqua, quæ essent peccata mortalia non esset vtendum talibus, vt extra de pœ. & re. cum infirmitas dr̃ cū anima sit multo prætiosior corpore sub interminatione anathematis prohibemus, ne quis medicorum pro corporali salute aliquid ægroto suadeat, quod in periculum animæ conuertatur. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur, quod textus iste non vult dicere, quod vniuersaliter omnia præcepta medicinæ sint diuinæ dispositioni contraria, sed in aliquibus, & specialiter in his de quibus hic fit mentio in litera. Ad primum argu. ¶ Ad secundam respōdetur, ꝙ priuilegia paucorum non faciunt communem legem, & ideo parum militat. Ad scd̃m. Præterea licet B. Agatha diceret se nunquā medicinam carnalem corpori suo adhibuisse. non tamen dicebat quin esset licitum. Lege. ¶ [Præcepta.] non dicit, ꝙ scientia sit Deo contraria, ut. n. dr̃ Ecclesi. 1. omnis sciētia à domino Deo est, sed præcepta non omnia. sed aliqua, quę aliquando medici carnales pręcipiunt, quæ præcipienda non sunt. Expo[nit li]teram. Sicut. n. corpus inferius est anima naturæ conditione, ita ordine dilectionis, unde nulla præcepta, aut consilia à medicis sunt danda infirmantibus corpore, quæ saluti animæ sint aduersa, sicut dictum est extra de pœ. & re. cum infirmitas [reuocāt]exemplificat de aliquibus præceptis malis, reuocant à ieiunio, quod tamen pro corporibus animabusque curandis salubriter institutum est, ut dicit Gregorius[lucubrare]. i. uigilare de nocte, non sinunt ab omni

ab omni meditationis intentione abducunt, dicunt enim quod studium, & meditatio aduersantur bonæ digestioni corporis. Itaque concludit [abnegat] .i. priuat se omni bono opere, & omni bona spiratione subiectus præceptis medicorum.



Quinque modis. Sequitur 2. c. eiusdem partis, in quo Gratianus introducit ex authoritate Grego. quot modis nos vitium gulę tentat, quia quinque in quibus assignare videtur quinque esse species peccati gulæ. Pro pleniori intelligētia huius c. & contentorum in eo quæruntur quatuor.

1 ¶ Primum est, vtrum conuenienter distinguātur ista quinque irritamenta gulæ siue species eius.

2 ¶ Secundum est, vtrum per ista quinque dissoluantur ieiunium.

3 ¶ Tertium est, vtrum ieiunio excludantur ista irritamenta gulæ.

4 ¶ Quarto, videbitur de virtutibus, quibus moderātur prædicta quinque irritamenta.

1 Ad primum sic proceditur. † Et videtur, ꝙ inconuenienter distinguantur ista quinq; irritimenta siue species gulæ quas assignat Greg. in præsenti ca. cum ait quinque modis nos gulæ vitium tentat. Aliqñ namque indigentiæ tempora præuenit, aliquando tempora non præuenit, sed cibos lautiores quærit aliquando quę assumenda sunt procurari accuratius appetit, aliquando in ipsa quantitate sumendi mensuram refectionis excedit, aliquādo ipso æstu immensi desiderij aliquis peccat. ¶ Et primo sic. Isidorus non ponit nisi quatuor, dicēs gulosus excedit in cibo secundum quid, quantum, quomodo, & quādo, ergo vel Gregor. superflue dicit, vel Isidorus diminute. ¶ Secundo sic. præcepta .n. diuersificantur secundum diuersas circunstantias, sed circunstātiæ cū sint accidentia actuū non diuersificantur specie, ergo secundum prædicta non diuersificantur species gulæ. ¶ Tertio sic. sicut tempus est vna circunstantia, ita & locus, si ergo secundum tempus vnum irritamentum siue vna species gulæ accipitur, ergo etiam secundum locum debet accipi alia, maxime cum frequentius conditio loci sit causa maioris insolentiæ, quā temporis. ¶ In oppositum est textus præsentis ca. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ conuenienter distincta sunt ista quinq; tentamenta, siue irritamēta siue species gulæ, quod sic ostēditur iuxta S. Thom. in 2. 2. gula importat inordinatam cōcupiscentiam edendi. in esu autem duo considerantur. s. ipse cibus qui comeditur, & eius comestio, potest ergo inordinatio concupiscentiæ attendi vno modo, quantum ad ipsum cibum, qui sumitur, & sic quantum ad substantiam, vel speciem cibi, quærit aliquis cibos lautos. i. pretiosos, quantum ad qualitatem quærit cibos minus accurate præparatos, quod est studiose, quantū aūt ad quātitatem excedit in nimis comedendo. alio modo ostenditur inordinatio concupiscentiæ quantum ad ipsam susceptionem cibi, quia vel præuertit tempus debitum comedendi, quod est proprie, vel, quia non seruat modum proprium, & debitū comedendo quod est ardenter. Et sic apparet quam conuenienter distinguantur oēs quinque modi pręfati, qui hoc in versu continentur, propere laute nimis ardenter & studiose. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur negando consequentiam, quoniam Beatus Isidorus comprehendit primum, & secundum sub vno. ¶ Ad secundam respondetur, ꝙ qñ diuersæ circunstantiæ vitiorum habent diuersa motiua, oportet accipere diuersas species vitiorum ex diuersitate circunstātiarum, & inde est quòd in præsenti corruptio diuersarum circunstantiarum facit diuersitatem gulæ propter diuersa motiua, ex quibus moralium species diuersificantur. in eo. n. qui quærit lautos cibos excitatur concupiscentia ex ipsa specie cibi, in eo, qui præoccupat tempus deordinatur concupiscentia propter impatientiā morę, & idem patet de alijs. ¶ Ad tertiam respondetur, ꝙ non est simile de loco, & de alijs circunstātijs, sicut de tempore, quia in illis non inuenitur differens motiuum pertinens ad vsum cibi, quod faciat aliam speciem gulæ. licet enim locus sit amenus in quo ieiunans sumit cibum, & locus etiam inducat aliquam recreationem, dummodo cibus conueniat ieiunio, & moderate sumatur, non inducit nouum irritamentum gulæ, quod faciat nouam speciem gulæ.

Primum ar. Secūm arg. Tertium ar. Opponit & Respondet. Ad primum argu. Ad secūdum. Ad tertium

2 Ad secundum sic proceditur. † Et videtur quòd per prædicta tentamenta siue irritamēta non dissoluatur ieiunium. ¶ Et primo sic. scriptura sancta hortatur ad quærendos cibos lautiores Neem. 8. ite, & comedite pinguia, bibite mulsum, ergo lautos cibos comedere non frangit ieiuniū. ¶ Secundo sic. non est in potestate nostra ardorem appetitus cohibere in ieiunio, ergo ardor appetitus non debet ieiunium soluere. ¶ Tertio sic. si hęc soluant ieiunium tunc pauci maxime diuites debito non ieiunant, quod videtur diuinum. ¶ In oppositum arguitur partim ex tex. pñtis c. partim ex versibus illis pro pere laute. nimis. ardēter & studiose, si comedis his quinq; modis ieiunia soluis. his modis, vt dicunt ieiuniū soluitur. ¶ Rñdeo dicendum, ꝙ de ieiunio possumus dupl̄r loqui, aut s̄m meritum, aut s̄m formam constitutionis ecclesiæ, si primo modo dicendum, quòd per illas inordinationes circa illas circunstantias hic positas peccatur, & meritum in toto, vel in parte amittitur si loquamur de eo secundo modo non soluitur ieiunium, nisi solum per inordinationem circa anticipationem temporis, quia certa mēsura tēporis ad comedendum est ieiunantibus imposita, non autem sic circa alias circunstantias, vt dicetur in responsione vltimi argumenti. ¶ Ad rationes vtriusque partis dicendū est. Ad primam respondetur negando consequentiā, quia secus sensus est cibus sumendus in gratulationem diuinorum beneficiorum, & repræsentationem solennitatum, in quibus insisti solet cultui diuino deuotius, & de cibis sumēdis in mærore pœnitentiæ pro satisfactione peccatorum, cibi autem sumpti prima causa possunt esse merito lautiores, & accuratius præparati. Cibi autem sumpti secunda causa debent magis sum ad sustentationem, quam ad delectationem, & ita ratio non procedit. ¶ Ad secundam respondetur, quòd ardor naturalis ipsius appetitus non soluit ieiunium, sed magis affectatus, & procuratus. multi .n. appetunt, ꝙ essent multū famelici, vt plus comederent, & cum maiori delectatione, vel potest dici, quod licet ardor non possit exhiberi, exitus tamen eius in actum peccatur. ¶ Ad tertiam dicendum, quòd fortasiis verum est, ꝙ flendum cum apostolo ad Phil. 3. multi ambulant, quos sæpe dicebā vobis inimicos crucis Christi, quorum Deus venter est. ¶ Ad rationes pro altera parte. Ad primam respondetur, ꝙ versus illi intelligunt de ieiunio quātū ad meritū. Sicut dictum est. ¶ Ad vltimam respondetur negādo consequentiam, quod non est simile de circunstantia temporis, & alijs. Et ratio est secundum S. Thom. in 4. dis. 15. quia ea, in quibus non potest accipi certa mensura non cadunt sub determinatione legislatoris, non quia non potest accipi certa mensura in quantitate cibi, vel alijs conditionib. numeratis in litera, sicut ibi accipi potest, ideo cōditiones aliæ non cadunt sub determinatione præcepti ecclesiæ.

Primum ar. Secūm ar. Tertiū ar. Opponit in contrarium. Respondet. Ad primum argu. Ad secūdum Ad tertium S. Thom.

3 Ad tertium quo quæritur † vtrum ieiunio excludātur siue resecentur huiusmodi irritamenta gulæ. Responsio satis patet ex dictis in præcedenti quæstione, quoniam ieiunium potest duobus modis considerari, vno modo secundum quòd est simpliciter morale, siue actus virtutis. Alio modo, secundum quod est statutū ab ecclesia, secundum primam considerationem videlicet secundum quod est actus virtutis dicendum est, quod ieiunium excludit, & non compatitur secum ipsa irritamēta, patet quia omnis actus virtutis informatus suis circūstantijs omnes conditiones siue circunstantias contrarias excludit siue resecat. Secundum autem secundam considerationē. s. prout est statutum ecclesiæ in satisfactionem reatus culpæ non excludit imo compatitur aliqua illorum sicut dictum est.

Respondet.

4 Ad quartum quo queritur † quibus virtutib. moderantur prædicta tentamenta siue irritamenta. Respondetur, ꝙ in dogmate philosophorum tanguntur ista irriramenta & virtutes quibus moderantur irritamenta tanguntur sub ista forma. primum est statutū tempus præuenire, secundum est lautiores cibos quærere tertium est accurate operam dare apparatui, quartum est nimio appetitu inhiare, quintum est mensuram refectionis excedere, virtutes quibus ista moderantur describūtur quatuor videlicet, abstinentia, honestas, moderantia, parcitas. Lege. ¶ [Tempora præuenit] primum est, & hoc culpabile est in sacra scriptura huiusmodi festinantia, vnde eccl. 10. ve terræ cuius rex puer est, & principes mane comedunt

Respondet. Exponit literam

dunt[lautiores ] secundum hoc etiam culpabile reperitur in sacra scriptura, vnde in culpam diuitis dr Luc. 16. homo quidam &c. sequitur, & epulabatur quotidie splēdide. hoc autem magis culpabile est in pauperibus, & in religiosis personis, quam in alijs, vnde gl. super illud Matt. 1. locustas, & mel syluestre edebat gl. dicit habitatorem solitudinis non decet delitias quærere[occupatius ] tertium hoc etiā culpabile est, vnde filii Heli. 1. reg. 2. culpantur de hoc, vbi legitur, ꝙ puer sacerdotis dicebat immolanti; da mihi carnem, vt coquam, non. n. accipiam à te carnem coctam, sed crudam, & hoc faciebant, vt accuratius præpararent[mensuram refectionis excedit ] quartum hoc etiam culpabile reperitur eccl. 36. vinum multum potatum incitationem iram, & minas multas facit. Item Ezec. 16. dicitur, hæc fuit iniquitas Sodomæ superbia, & saturitas panis[æstu] quintum, quod etiam culpabile est, vnde Esau culpatur, quod ex nimio lenticulæ appetitu vendidit primogenita, vt habetur Genesi. 30. & ideo dicitur ecclesiastic. 37. noli esse auidus in omni epulatione non te effundas super omnem escam.

2 *Opera in peccato mortali facta non possunt valere ad meritum ex condigno quorumcunque bonorum spiritualium siue temporalium.*

*Valent tamen ad octo. num. 5.*

3 *Meritum proprie quid dicatur.*

*Et dicitur dupliciter nu. 4.*

6 *Meritum de condigno quid dicatur.*

8 *Homo non tenetur ieiunare in charitate, vel ex charitate.*

9 *Homo ieiunium ecclesiæ implens in mortali non est transgressor precepti de ieiunando.*

10 *Ieiunium sanctificare quid dicatur.*



Nihil enim. Sequitur 3. c. In quo magister Gratianus inducit, quod ieiunium, & alia religionis opera non valeant ad vitam æternam promerendam, nisi mens ieiunātis, vel operantis sit à crimine, siue iniquitate munda. breue est. pro pleniori intelligētia huius c. quæruntur duo.

1 ¶Primū est, vtrum ieiunia, vel alia religionis opera facta in peccato mortali prosint ad meritum alicuius boni spiritualis, vel temporalis.

7 ¶Secundum est, vtrum homo teneatur ieiunare mente ab iniquitate liber, siue in charitate existens.

1 Ad primum sic proceditur. †Et videt, ꝙ ieiuniū, vel alia opera religionis facta in mortali peccato prosint ad meritum alicuius boni spiritualis, & temporalis. ¶ Primo sic. sicut se habet pœna ad aliquod malum actū, ita se habet præmiū ad bonū, sed nullū malū factum apud Deum iustum iudicem est impunitum, ergo nec aliquod bonum irremuneratū; & ita per illud potest aliquid mereri. ¶ Secundo sic. merces non datur nisi merito, sed operibus extra charitatem factis merces datur, vt dr Matth. 5. de illis qui propter gloriam humanam bona opera faciunt ꝙ receperunt mercedem suam. ergo opera illa fuerunt alicuius boni meritoria. ¶ Tertio sic. duo existentes in peccato quorū vnus multa bona facit ex genere, & circunstantia, alius nulla, non æqualiter propinque se habent ad accipiendum bona à Deo alias non esset alicui consulendum, vt aliquid boni faceret, sed qui magis appropinquat Deo magis de bonis eius percipit. ergo iste per bona opera, quæ fecit aliquid boni à Deo meretur. ¶ In opposi tum est textus præsentis cap. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ, vt dicit dominus Bonauentu. in 4. dist. 15. aliqui dicunt, ꝙ peccator omnino nihil meretur nec ex cōgruo, nec ex cōdigno, sed tamen ratione abundantissimæ largitatis Deus opera eius bona non dimittit irremunerata, imo remunerat. alij dicunt probabilius, ꝙ est mereri de congruo, & cōdigno, & ꝙ peccator licet nihil possit mereri apud Deum de condigno, tamen potest mereri de congruo, & huius opinionis est ipse dominus Bonauent. & S. Thom. & ideo

Primum ar. | Scd'm arg. | Tertium arg. | Opponit & Respondet. | S. Thom.

2 ponitur iuxta eorundem sententias talis conclusio† quod nec ieiunium, nec alia quæcunque religionis opera in peccato mortali facta, siue extra charitatem possunt valere ad meritum ex condigno, quorumcunque bonorum spiritualium, siue temporalium, possunt tamen prodesse de cōgruo ad illorum meritum. patet conclusio. Et primo de spiritualib. bonis sic, qui nihil est nihil potest mereri. quia operatio præsupponit esse sed existens in peccato mortali siue extra charitatem nihil est, secundum esse spirituale, vt habetur 1. Cor. 13. vbi inquit apostolus, si charitatem non habeam, nihil sum, ergo sequitur, ꝙ existens extra charitatem Dei cuiusmodi est, qui in peccato mortali est nihil potest mereri saltem de condigno apud Deum. Respectu autem temporalium bonorum probatur sic eadem conclusio. dicit. n. Augu. ꝙ peccator non est dignus pane quo vescitur, si ergo peccator nō est dignus viuere, multo minus est dignus aliquid etiam temporale de condigno mereri apud Deum. Pro declaratione pleniori huius conclusionis est notandum cum S. Thom. in 4. dist. 14. †ꝙ meritum pro- 3
prie dr actio, qua efficitur, vt ei, qui agit sit iustum aliquid dare, sed iustitia dupliciter accipitur. vno modo proprie, quæ, scilicet respicit debitum ex parte recipientis. Alio modo, quasi similitudinarie, quæ respicit debitum ex parte dantis, aliquid. n. decet dantem dare, ad quod tamen nō habet accipiens debitum recipiendi, & sic iustitia dr decentia diuinę bonitatis, sicut Ansel. dicit ꝙ Deus iustus est cū
4 peccatoribus parcit, quia eum decet † & secundum hoc ēt meritum dupliciter dr, vno modo actus, per quem efficitur, vt ipse agens habeat debitum recipiendi, & hoc vocatur meritum condigni. Alio modo actus, per quem efficitur, vt sit debitum dandi in dante secundum decentiam ipsius, & ideo hoc meritum dicitur meritum congrui, cum autem in omnibus illis, quæ gratis dantur prima ratio dando sit amor, impossibile est, ꝙ aliquid tale sibi debitum faciat, qui amicitia caret, & ideo omnia bona, & temporalia & æterna ex diuina liberalitate nobis donentur, nullus acquirere potest debitum recipiendi aliquod illorum, nisi per charitatem ad Deum, & ideo opera extra charitatem facta non sunt meritoria ex condigno, nec æterni nec temporalis alicuius boni apud Deum, sed quia diuinam bonitatem decet, vt vbicunque dispositionē inuenit perfectionem adijciat, ideo ex merito congrui dr mereri aliquis aliquod bonum, per opera extra charitatem facta, & ſm hoc opera ista bona, quando bona fiunt intentione, valent
5 ad multa. †Et colligendo ex dictis S. Tho & Bonauent. & etiam Raym. valent ad octo. ¶ Primo ad prosperitatem in temporalibus de pœ. dist. 3. cauendum, & Esa. 1. si volueritis, & audieritis me bona terræ comedetis. ¶ Secundo ad temporalis pœnæ diminutionem 3. Reg. 21. nonne vidisti Achab coram me humiliatum, idcirco non inducam sup eum &c. ¶ Tertio ad gratiæ impetrationem siue dispositionem sicut Raab. Ios. 6. inuenit gratiā propter bona opera, quæ nuncijs fecit. ¶ Quarto, vt citius quis illustretur ad pœnitentiam. di. 5. de pœni. falsas. ¶ Quinto ad peccati resistentiam, quia peccatum suo pondere trahit ad aliud. Eccl. 3. ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccato. ¶ Secūdo ad hoc, vt diabolus non habeat in hoīe tantā ptātem, quantā haberet si bona opera non faceret, sicut refert Gre. de iudæo in dialogo, qui munierat se signo crucis, & demones non potuerunt ei nocere. ¶ Septio ad assuefactionē bonorū operū, siue bonæ vitæ. Trenor. 3. bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. ¶ Octauo ad tolerabiliorem pœnā æternā, de pœ. dis. 3. si quis autem sicut dicit Augu. vt tolerabilior sit damnatio. ¶ Sed contra istam conclusionem est dominus Durandus in 4. dist. 15. dicens, ꝙ probabiliter potest dici, ꝙ existens extra charitatem possit de condigno per dilectionē naturalem mereri bona temporalia, ꝙ sic probare nititur, sicut se habet amor gratuitus, qui est charitas ad bona spiritualia, ita amor naturalis ad bona temporalia, si ergo homo in charitate constitutus potest de condigno mereri bona spiritualia, eadem ratione extra charitatem per naturalem amorem poterit de cōdigno mereri bona corporalia, vtrobique. n. tam ex parte Dei, quam ex parte hominis amor est proportionatus bono, qđ cadit sub merito. ¶ Sed hęc opinio nō videtur vera, nec ratio sua procedit, patet primum, quoniam vt dictum est meritum de condigno se tenet etiam ex parte recipientis, non autem conse
4 rentis† nam meritum de condigno dicitur actio, qua efficitur vt recipiens habeat debitum recipiendi, sed clarum est, ꝙ existens extra charitatem cum non habeat amicitiā ad Deum nullum meritum ex condigno habere potest ad quodcunque bonum recipiendum ab eo, patet, quoniam quemadmodum in dante amor est prima ratio dandi, ita in reci-

Augu. | S. Tho. | Raymund. | Grego. | Opponit in cōtrarium. Durandus. | Respondet.

in recipiente prima ratio condignitatis fundatur in amicitia charitatis, hanc autem non habet, qui extra charitatem est, ergo sequitur, ꝙ talis nullo modo dicendus est ex condigno promereri aliquod bonum à Deo, ꝙ manifeste Au. innuere videtur, cum ait ꝙ peccator non est dignus pane quo vescitur. ¶ Ad rationem Durādi videtur dicēdum negando assumptum, qm̄ amor gratuitus est meritorius ex cōdigno bonorū spiritualium, amor vero naturalis nō sic est meritorius ex condigno bonorum temporalium, tum quia plus requiritur ad habendum ex condigno, ad quod requiritur amicitia charitatis, quam ad simpliciter siue ex congruo habendum. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur negando consequentiam, quia nullum opus nostrum ex quātitate suæ bonitatis habet, ꝙ aliquid mereatur, sed ex vi charitatis, que fecit ea, quæ sunt amicorum esse communia. ¶ Ad secundam, & tertiam dicendum ꝙ procedunt ex merito congrui. Aliæ autem rationes procedunt de merito condigni, & ita diuersis vijs procedunt.

Ad arg. Durandi

Ad primum argu.

Ad scdm & tertium.

7 Ad secundum sic proceditur.† Et videtur quod ex precepto teneamur ieiunare liberi ab iniquitate siue ieiunare in charitate. ¶ Et primo sic. ita ieiunare debet homo, quod ieiunium sit fructuosum, sed hoc non est nisi simus ab iniquitate liberi, vt dr̄ in præsenti cap. & Grego. in quadam homilia inquit, non habet aliquid viriditatis ramus boni operis, si non manet in radice charitatis, ergo &c. ¶ Secundo sic. ad illud tenetur homo, cuius oppositū est transgressio, sed qui ieiunat & nō in charitate est præcepti transgressor, ergo omnis ieiunans tenetur liber à peccato ieiunare siue in charitate. ¶ Tertio dr̄ Gen. 4. sm̄ aliam literam, si certe offeras, & non recte diuidas, peccasti, sed qui ieiunat, & non in charitate, sed est in peccato mortali recte offert ieiunando, quia offert ieiunium suum Deo & ecclesiæ, sed non recte diuidit, quia nō dat seipsum Deo, sed peccato, vnde dat Deo partem deteriorem, & ita peccat, ergo &c. ¶ In oppositum sic. si homo tenetur ieiunare in charitate, sequitur, ꝙ quicunq; ieiunat in peccato mortali peccat mortaliter, ergo & primū. ¶ Respondeo dicendum sub duabus conclusionibus. ¶ Prima. 8 † ꝙ homo non tenetur ieiunare in charitate, vel ex charitate, ita ꝙ offendat Deum, si non ex charitate aut in charitate ieiunet, patet sic. nemo peccat faciendo ea, per quæ ad gratiam disponitur, sed per ieiunium, & alia religionis opera in peccato mortali facta homo disponitur ad gratiam, citius illustratur ad pœnitentiam, vt in præcedenti qōnē 9 habitum est. ¶ Secunda conclusio.† homo ieiunium ecclesiæ implens in mortali peccato non est transgressor præcepti de ieiunando, patet conclusio, quia cui datur præceptū de aliquo exequēdo sufficit, ꝙ exequatur illud etiam si nō sit in charitate, quia institutio vel inuentio ieiunij ad actū obligat, non ad modum, & maxime animalem, igitur &c. ¶ Ad rationes. Ad primam cum dicitur ita debet homo ieiunare &c. Respondetur quod ly debet si capiatur pro expedit, verum est. s. n. homo vult, vt ieiunium sibi proficiat ad salutem æternam expedit, vt in charitate illud faciat, si vero ly debet capiatur ita, vt importet necessitatem, ita ꝙ peccet, & trāsgressor sit præcepti, nisi in charitate ieiunet. falsum est. Præterea, vt Alber. Magn. ponit in quæstionibus de virtutibus cardinalibus, licet ieiunium non prosit ad vitam æternam, prodest tamen ad aliqua alia, inter quæ ponit tria. primum est deobligatio mandati, ad quod tenebatur vel obligante ecclesia, vel obligante confessore, qui pęnitentiam iniunxit, secūdum est, ꝙ dispositionem bonam ad castitatem in corpore relinquit. tertium est, ꝙ magis cō finem facit gratiæ Dei. ¶ Ad secundam respondetur negando minorem videlicet, ꝙ ieiunans in peccato mortali trāsgrediatur præceptum de ieiunando, vnde ratione ieiunij non est iudicandus trāsgressor, sed ratione casus à charitate. ¶ Ad tertiam respondetur, quod licet nō recte diuidat, qui se dat diabolo, & sua Deo. non tamen hoc facit, qui ieiunat extra charitatem, licet. n. dederit se diabolo cadendo à charitate, non tamen ieiunādo extra charitatem, & ideo ratio non videtur ad propositum, verum tamen est, ꝙ si ieiunaret propter vanam gloriam, vel aliqua etiam mala intentione, tunc etiam daret se diabolo. Lege. ¶ [Nihil prodest]. s. ad vitam æternam consequendam, de hoc habetur. de pœn. dist. 3. nihil [ieiunare] nemo. n. abstinentiam solam sibi credat sufficere, dicit Greg. cum dominus per prophetam dicat, nonne hoc est ieiunium quod elegi, frāgere esurienti panem tuum. Illud ergo ieiunium Deus approbat, quod ad eius oculos manus ælemosynarum leuat, quod cum proximi dilectione agitur, quod cum pietate conceditur [hinc per Iohelem dr̄ sanctificate ieiunium] ieiunium quippe sanctificare est adiunctis bonis alijs dignam Deo abstinentiam ostendere [nisi mens &c.] incassum. n. caro atteritur (inquit Greg.) si à suis volu ptatibus animus non refrenatur, nam, vt dicit Hieron. super Esa. non prodest ventrem vacuum portare, & alia, quæ Deo displicent facere linguam, quoniam nihil prodest à cibis abstinere, & vitam proximorum detractionibus rodere &c.

Primum ar.

Scdm ar.

Tertiū ar.

Opponit in cōtrarium.

Respondet.

Prima con.

Scda conc.

ad primum argu.

Albe. mag.

ad scdm.

[...]tium

Exponit literam

*2 Ieiunare non est laudabile in tribus casibus.*

*4 Suffragiorum valor pensari potest ex duobus.*

*5 Orationes, et missæ magis valent eis, qui charitate sunt pleni.*

*6 Missæ orationes, & alia suffragia magis valent illis pro quibus fiunt, imo solis ipsis valent.*

*7 Suffragia, si fiant in communi pro multis illis, magis prosunt in purgatorio existentibus, magis pleni sunt charitate.*

*8 Suffragia cōmunia, & specialia simul plus valent alicui, quam communia tantum.*

*9 Missa psalmi, & generaliter quæcunque oratio facta a viuente pro defuncto dupliciter potest sibi valere.*



On mediocriter. Sequitur 4. cap. eiusdem partis, in quo magister Gratianus continuando modestiam, & discretionem obseruandam in ieiunio, introducit autem Hierony. quod ita discrete, & moderate ieiunandum sit, nec natura lædatur, & conseruari possit, nec impotens reddatur ad opera debita, quæ ex officio incumbunt peragēda, sicut est oratio psalmodia in choro & huiusmodi. Et diuiditur hoc cap. in quinque partes. In prima ponit, quod ieiunium nō est præferendum bono naturæ, vt sic homo ieiunet vt incurrat amentiam, aut animi tristitiam, vt orare Deum cū mētis alacritate nō possit. In 2. ponit rōnem de hoc dicēs, quod plus placet Deo quinque psalmorū decantatio cū hilaritate, q̄ decātatio totius psalterij cum anxietate cordis, q̄ sæpe inducit ipsum ieiuniū. tertio quia de oratione factus erat sermo introducit vnum incidens. s. quod psalmus, vel missa dicta pro multis tantum valet, ac si pro vno quoque ipsorum diceretur. quarto ad principalem quæstionē inducit authoritatem Esa. prophete. quinto ponit formam quæ obseruanda est in ieiunio. 2. ibi, nunquam verborū. 3. ibi, cum igitur. 4. ibi, videat itaque. Pro pleniori intelligentia huius cap. quæruntur duo.

Diuisio.

1 ¶ Primum est, vtrum ieiunare semper sit laudabile.

3 ¶ Secundo, vtrum sit verum, ꝙ oratio, vel missa dicta pro multis tantum illis prosit, ac si pro singulo illorum specialiter dicta esset.

1 Ad primum sic proceditur.† Et videtur, ꝙ ieiunare semper sit laudabile. ¶ Primo sic. ieiunium dicit actum virtutis, imo, vt dicit Hiero. nedū est perfecta virtus, sed ēt ceterarum virtutū fundamētum, sed facere id, ꝙ est virtutis semp est laudabile, ergo ieiunare semper est laudabile. ¶ Secundo sic, ieiunium est in pręcepto, vt. s. habitum est. e. dist. ieiunia, sed obseruantia præcepti semper est laudabilis, ergo &c. ¶ Tertio dicit Isido. in lib. de summo bono, per ieiunium homo efficitur spiritualis, angelis coniungitur, & Deo liberius copulatur, sed tale semper videtur laudabile, ergo &c. ¶ In oppositum est textus præsentis cap. in quo vituperatur ieiunium immoderatum, & ieiunium indiscretum. ¶ Respondeo dicendū 2 iuxta S. Thom.†, ꝙ ieiunare non est laudabile, & maxime in tribus casibus, qui tanguntur in litera præsentis cap. Primum est, quādo per ieiunium subtrahitur id, quod est necessarium naturæ. hoc. n. non licet, sicut nec interimere seipsum. ¶ Secundum est, quando per ieiunium subtrahitur id, quod est necessarium ad conualetudinem corporis seruandam, habito respectu ad ea, quæ incumbūt officio, ex societate eorum, quibus homo conuiuit necessario agēda, sicut cum quis tantum ieiunat. vt lectioni psalmodię ac officijs communibus redditur impotens, siue ab alijs operibus impeditur, ad quæ obligatur. hoc. n. vt ait Hierony. in præsenti c. esset de rapina hostiam, siue holocaustum offerre. ¶ Tertius casus est, cum tanta abstinentia obseruatur in ieiunio,

Primum ar.

Scdm arg.

Tertium ar.

Opponit in cōtrarium.

Respondet. S. Thom.

in ieiunio,vt homo ab operibus vilioribus impediaẽ,quã-
uis ad ea,ex necessitate non teneatur, indiscretum est etiã
S.Thom. tale ieiunium,& si non sit illicitum,vt inquit S.Tho.vbi.s.
& de hoc Hiero.dicit in presenti c.non mediocriter errãt,
qui magno præferunt mediocre bonum.nonne rationabi
Ad arg. liter homo dignitatem amittit &c.¶ Ad rationes in opp.
simul est vna responsio. videlicet, quod ieiunium non est
actus virtutis, nec sub præcepto cadit, nec ei conueniunt
prædicata à sanctis attributa, nisi sit rationabile, & discre
tione moderatum,& tale semper est laudabile.

3 Ad secundum sic ꝓceditur. † Et videtur quòd oratio, vel missa dicta pro mul-
Primum ar. tis tantum illis prosit,quantum,si pro singulo eorum dice
Scdm arg. retur.¶ Et primo arguitur ex tex.præsentis ca.vbi hoc vi-
detur expresse dicere B.Hier.¶ Secũdo videmus, qđ ex le
ctione,qui vni legitur nihil ei deperit, si simul, & alij lega-
tur,ergo &c.eadem ratione nihil deperit ei,pro quo fit suf
fragium,si ei aliquis connumeretur, & ita si pro pluribus
fiat tm̃ valet singulis, ac si pro vno quoque singulariter fie
ret.¶ Tertio sic.ſm cõem vsum ecclesiæ videmus, ꝙ cum
Tertium ar. missa pro aliquo defuncto dř, simul & orationes illic adiũ
guntur pro alijs defunctis, hoc autem non fieret si ex hoc
defunctus pro quo missa dř aliquod detrimentum reporta
ret. ergo idẽ quod prius.¶ Quarto sic.suffragia præcipue
Quartũ ar. orationis innituntur diuinæ virtuti,sed apud Deũ sicut nõ
differt iuuari per multos, vel per paucos, ergo quantum
iuuaretur vnus ex vna oratione,si pro eo tantum fieret,tm̃
iuuabuntur singuli multorum,si eadem oratio pro multis
Opponit in fiat.¶ In oppo.arguitur sic.melius est iuuare plures, quam
cõtrarium. vnum.Si ergo oratio, vel missa,pro multis dicta, tm̃ valet
singulis,ac si pro vno tm̃ fieret,videtur ꝙ ecclesia non de-
buisset instituisse,ꝙ pro aliquo singulariter missa,vel ora-
tio diceretur, sed semper diceretur pro oĩbus fidelibus in
cõi,sed hoc est falsum,ergo &c. ¶ Respondeo dicendũ,ꝙ
Respondet. ista qõ dependet ab illa, qua solet à doctorib.cõiter quæri
super quartum sententiarum,dist.41.vtrum suffragia quæ
fiunt pro vno defuncto,magis proficiant illi,pro quo fiũt,
quam alijs,& ideo de illa erit primo sermo secundo de q̃si
S.Thom. to.¶ Circa primum,notãdum,ꝙ iuxta S.Th.in 4.circa hoc
sunt tres modi dicendi. duo primi sunt adinuicem opposi
ti.tertius nititur concordare vtrunque, ita ꝙ in aliquo di
cant veritatem. Primus modus dicendi est præpositiui,ꝙ
suffragia pro vno aliquo facta spãliter non magis prosunt
ei,pro quo fiunt,sed eis,qui sunt magis digni.ponebat exẽ
plum de candela,quæ accẽditur pro diuite aliquo,quæ nõ
minus alijs prodest,quæ cum ipso sunt,quam ipsi diuiti,&
forte magis,si habent oculos clariores.¶ Secundus modus
dicendi totaliter contrarius est, ꝙ suffragia magis valẽt ei
S.Thomas. pro quo fiunt.Tertius modus dicendi est S.Th.cõcordãs
4 prædictos modos, pro quo notat.† ꝙ valor suffragiorum
pensari põt ex duobus, valent.n.vno modo ex virtute cha
ritatis,quæ cum vnitatẽ faciat in corpore ecclesiæ,oĩa bo-
na facit cõia,& ſm hoc est prima conclusio iuxta primum
Prima con. 5 modum dicendi.†ꝙ orationes, & missæ magis valent eis
qui magis charitate sunt pleni,quamuis pro eis specialiter
non fiant.Et sic valor suffragiorum attenditur ſm quandã
interiorem consolationem,ſm ꝙ vnus in charitate existẽs
de bonis alterius delectatur,siue gaudet,quia charitas con
gaudet omni virtuti 1.ad Cor. 13. alio modo suffragia va
lent pro eo,ꝙ per intentionem vnius alteri applicatur, &
sic satisfactio vnius alteri computatur,& sic valor suffragij
attenditur ſm satisfactionem, & absolutionem à debito
6 pœnæ.ſm ꝙ vnus satisfacit,siue soluit debitum pro alio,&
Scda conc. ſm hoc est secunda concl.†ꝙ missę,& orationes,& alia suf
fragia magis valent illis,pro quibus fiunt,imo solis ipsis va
S. Thom. lent.Probaẽ cõcl.sic.iuxta S.Th.vbi.s.iustitia humana exẽ
plata est à diuina, sed ſm iustitiam humanam si aliquis sol
uerit debitum pro alio,ille solus liberatur,pro quo debitũ
solutum,ergo etiam ſm iustitiam diuinam ille,pro quo fit
suffragium ad soluendũ debitum pęnæ solus liberatur per
suffragium. ergo soli tali prodest & non alij.¶ Secundo sic.
sicut satisfacit viuus pro viuo,ita viuus pro mortuo.sed q̃n
viuus satisfacit pro viuo,satisfactio illa nõ computatur ni
si illi ꝓ quo facta est, ergo similiter q̃n viuus satisfacit pro
mortuo, suffragia illis solis proficiunt pro quibus fiunt.
Tertia cõc. 7 ¶ Tertia cõcl.quam ponit dñs Bonauen.est† ꝙ si suffragia
Bonauent. fiunt in cõi pro multis illis magis prosunt in purgatorio
existentib.qui magis pleni sunt charitate. Patet concl.pri
mo per Aug.dicentem, ꝙ suffragia prosunt il[lis] mortuis,
qui cum viuerent meruerunt,vt talia possent [ei]s prodesse
post mortẽ,ergo videtur,ꝙ magis merentib. plus prosunt,
attento ꝙ in cõi ad oẽs intentio vna est suffragia faciẽtis.
¶ Circa conclusionem primam,in qua vř S.Tho.sentire,
ꝙ ille, q est in maiori charitate plus gaudeat de suffragio
facto pro alio,quã ille,pro quo fit.dicit dñs Duran. ꝙ hoc Durandus.
vno modo põt esse verum,alio modo est falsum.suffragiũ
.n.est bonum facientis inquantum est actus bonus reddẽs
ipsum bonum,& commendabilem, & Deo acceptum, &
est bonum eius pro quo fit inquantum pro eo satisfacit,
quantum ad primã bonitatem,plus gaudet de suffragio, il
le,qui est in maiori charitate,quam ille, pro quo fit, quia
cum hoc modo suffragium non sit magis bonum vnius,
quam alterius, sed solum bonum facientis solus de eo tan
quã de æquali bono plus gaudet ille,qui plus habet de cha
ritate,sed quãtum ad ſm valorem, cum ille sit illius solius
pro quo fit bonum, & vnicuique sit magis amabile bonũ
proprium,quã alienum, iõ quantum ad istam considera-
tionẽ pro quo gaudet de suffragio ille pro quo fit existens
in minori charitate,quam ille,pro quo non fit, dato,ꝙ fit
in maiori caritate.hæc Durand.Sed iudicio nostro concl.
S.Tho.in qua vř dicere,ꝙ ille, qui est in maiori charitate
plus gaudeat de suffragio facto pro alio,quã ille, pro quo
fit,si sit in minori charitate est vera, nedũ prout suffragiũ
est bonum facientis,sed etiam prout est bonum eius, pro
quo fit. Pro quo notãdum,quod valor suffragij siue bonũ
vtile quod ex suffragii habetur sicut dictũ est, est duplex
ſm duplicem radicem valoris eorum,vnum est gaudium
& exultatio de bono facto alteri in purgatorio, & hic effe
ctus procedit ex radice charitatis, quæ facit omnia bona
cõia,ita,vt bonum vnius redundet in oẽs, & ita quodcun
que bonum factum ab aliquo dř valere cuilibet in charita
te existenti,ſm illud psal.98. particeps ego sum oĩm timẽ
tium te.&c.Aliud bonũ suffragiorum siue valoris eorum
est absolutio eius,quod quo fit à debito pęnæ, & iste effe
ctus immediate pendet ex intentione facientis dirigentis,
& applicantis ea bona,quæ facit in satisfactionẽ debitorũ,
ita vni,quod non alteri, siue aliquibus & nõ alijs prius effe
ctus.s.interius gaudium est oĩbus cõis,quia radix eius siue
rõ vnde oritur est oĩbus cõis.s.ipsa charitas.¶ Circa ſm in Prima cõ.
quo dicendum est de quæsito sit ista conclu.qđ oratio, vel
missa siue suffragia facta ꝓ existentib.in purgatorio quãtũ
ad primã cõsideratõnẽ.s. ſm ꝙ valent ex charitate,& quãtũ
ad primum valorem,qui est interior consolatio, siue gau
dium,tunc oĩbus valent, ac si pro eorum singulis fierent.
Conclusio ista patet,quia charitas non minuitur si distri-
buatur affectus in multos,imo magis augetur.Et similiter
etiam gaudium q̃n est pluribus cõe fit maius,vt dicit Aug. Augu.
8.confessionum,ergo de vno bono facto non minus lętan
tur multi in purgatorio,quam vnus.¶ Secunda cõcl. ꝙ suf Scda cõc.
fragia accepta in scda consideratione prout.s.sunt satisfa-
ctiones quædam,per intentionẽ facientis translatę in mor
tuos,non tm̃ valent oĩbus, quantum si pro singulis eorum
fierent.Conclusio ista probatur ratione sic. suffragium.n.
habet finitam efficaciam ergo distributum in multos mi-
nus prodest singulis quam prodesset,si fierent pro vno tm̃,
plus ergo suffragia valent illis, pro quibus fiunt,quæ pro
illis fiũt singulariter, quã quæ fiunt cõiter ex multis alijs.
Sic.n.effectus suffragij diuidiẽ ex diuina iustitia inter eos,
8 pro quibus suffragia fiunt.¶ Tertia conclusio.†cõia suffra Tertia cõc.
gia,& specialia simul plus valent alicui,quam communia
tantum. Patet conclusio duo bona vno magis sunt eli-
genda,ergo communia suffragia, & specialia plus valent
alicui, quam communia tantum. præterea, nisi ita esset ec
clesia non permitteret pro aliquo, vel aliquibus in spe-
ciali celebrari, aut fieri aliqua suffragia, si per specialia
suffragia nihil accresceret illis, pro quibus fiunt,ita patet
conclusio ad præsens non plus,quia de suffragijs Deo du-
ce alias erit sermo plenior.¶ Ad rationes. Ad primam re- Ad primum argu.
spondetur dupliciter vno modo,vt dicit dominus Bonau. Bonauen.
quod, ut patet ex adiunctis Heron. loquitur de suffragio
quantum ad meritum facientis, non quantum ad utilita
tem eius, pro quo fit, & ita respondet Durandus quod
ad effectum acceptationis, & gratulationis seu conso-
lationis quam habent omnes mortui de missa, uel suf-
fragio inquantum est bonum ipsius facientis, & ad
honorem Dei, sed non est æqualis ualoris quantum ad

effectũ satisfactionis, vel liberationis à pœna, vt dictũ est ¶ Secundo respondetur ẜm ꝙ dñs Robertus bolot in 4. dicit, in hac materia, ꝙ missa psalmi, & generaliter quęcunq; oratio facta à viuente pro defuncto dupliciter potest sibi valere. vno modo per modum cuiusdã supplicationis. Alio modo per modum satisfactionis. loquendo primo modo de valore missæ, aut psalmi dr̃, ꝙ potest valere æqualiter oĩbus, ac si specialiter pro singulis eorum fieret. secundo modo non. ¶ Ad secundam rñdetur, ꝙ nõ est simile de lectione, & suffragijs, quia suffragia, vt sunt satisfactiones quædam, nõ sunt per modum actionis, sicut doctrina prodest, & illuminatio, quę sunt, & omnis alia actio effectum habet ẜm dispositionem recipiẽtis, sed valet per modum solutionis debiti, quæ solum illi prodest, cui applicatur, vt dictum est, & ita non est simile. ¶ Ad tertiam respondetur, ꝙ suffragia pro vno facta aliquo modo etiam alijs prosunt, vt ex dictis patet, ideo cum pro vno missa dr̃, non est inconueniens, vt pro alijs etiam orationes fiant. ¶ Ad quartam respondetur, ꝙ oratio consideratur, & ex parte orantis, & ex parte effectus eius qui oratur, & ex vtraq; parte effectus eius dependet, & ideo quamuis diuinæ virtuti non sit magis difficile absoluere multos, quam vnum. tamen huius orantis oratio non est ita satisfactio pro multis, sicut pro vno. Leg. ¶ [Non mediocriter qui magno bono] .i. maiori, ponit exemplum tam de bonis gratuitis, quam de naturalibus. hæc. n. bona præstantiora sunt bonis ieiunij siue vigiliarum [nunquid] 2. pars quasi diceret. non. vnde Matt. 6. dr̃ orantes nolite multum loqui [sed corde] & hoc potissime, quia, vt ait Augus. potius ad vocem cordis, quam corporis aures Dei sunt. Et vt dicit Isido. oratio cordis, & non labiorum [cum igitur] 3. pars. hoc sicut diximus intelligitur, nõ quantum ad satisfactionis vtilitatem eorum, pro quibus missa dicit, sed quantum ad meritum orantis, quia tantum prodest sibi apud Deum missa, quam celebrat pro cẽtum, quantum si pro vno ipsorum diceretur [audi] 4. pars. [per prophetam] Esa. 61. [videat itaque ꝙ apostolus] 1. ad Cor. 13. [curam carnis ne feceritis] non dico inquit gl. in necessarijs ad sustentationem [sed in desiderijs] illicitis, & voluptatibus, ecce forma ieiunij nostri, vt necessaria sumamus, & superflua resecemus. omnia plana sunt.

Robertus bolot.

Ad scd̃m.

Ad tertium

Ad quartum

Exponit literam.

Augusti. Isidorus.

1 *Ieiunium, quod est abstinere a peccatis, an sit remunerandum denario vitæ ęternæ.*

2 *Ieiunare a vitijs prȩstantius est, quam ieiunare a cibis.*



Eiunium. Sequitur 5. ca. eiusdẽ partis, in quo magister Gratian. ex authoritate B. Aug. sermonem facit de ieiunio spirituali, quod est abstinẽtia à peccatis. Et diuiditur in tres partes. In 1. ponit quid sit ieiunium hoc, quod magnum, & perfectum vocat. secundo docet, ꝙ tale ieiunium non erit sine mercede apud Deum, sed habebit fœlicitatem æternæ vitæ, quã per denarium dicit designari. tertio inducit duas similitudines vnam de quinquagesima, in qua solenniter celebramus, & de quinquagesimo die, in quo Christus spũm scẽm dedit discipulis. 2. ibi, sed quia. 3. ibi, vnde cũ labore. ¶ Pro
1 pleniori intelligentia huius c. quæritur† vtrum ieiuniũ, qđ est abstinere à peccatis, sit remunerandũ denario vitæ ęternæ, & vr̃, ꝙ non. ¶ Primo sic. denarius vitæ non datur nisi laborãtibus, siue agentibus opera virtuosa, sed per ieiuniũ à vitijs nullum opus virtuosum importatur, sed sola abstinentia à peccatis, ergo sequitur, ꝙ tali ieiunio nõ debetur merces vitæ æternæ. ¶ Secundo sic. merces non debetur, nisi iustitiæ perfectæ. vnde gl. ad Ro. 6. dicit, recte posset dicere stipendium iustitiæ vita æterna, & Mat. 5. inquit, Christus nisi abundauerit iustitia vestra plusquam phariseorũ, & scribarum non intrabitis regnum cœlorum, sed in declinatione à malo non consistit perfecta iustitia. nam, vt ait Aug. in lib. de correctione, & gratia. ad iustitiam legis pertinet declinare à malo, & facere bonũ, ergo tali ieiunio non deputatur merces. ¶ Tertio, ei quod potest homo facere sine gratia gratum faciente non debetur vita æterna. dicit n. apostolus. ad Ro. 6. gratia Dei vita æterna, sed ieiunare ab iniquitatib. homo potest sine gratia gratum faciente cũ sit li. ar. Et vt dicit Aug. in de duabus animabus & de li. ar. Nullus peccat in eo quod vitare nõ potest, ergo sequitur, ꝙ tali ieiunio non deputatur merces vitæ æternæ. ¶ In oppositum est tex præsens c. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ ieiuniũ, quod hic Augu. nominat magnum, vt ex præsenti c. colligitur non solum dicit abstinentiam à peccatis, siue iniquitatib. sed cum hoc dicit operationem bonam. patet. Tũ primo, quia alias nõ diceretur magnum ieiuniũ .i. magnitudine virtutis, & perfectum. Ad iustitiam aut pertinet nõ solum declinare, siue abstinere à malo, sed etiam facere bonum, ẜm illud psal. 36. declina à malo, & fac bonum, vbi gl. inquit, quia non sufficit declinare à malo, addit, & fac bonum. Tum secundo ex his, quæ dicuntur in litera. dr̃. n. [ꝙ in hoc seculo quasi quadragesimam abstinentiæ &c.] Sicut autem dicit Grego. in homilia primæ dominicæ quadragesimæ [in abstinentia] hic numerus custoditur quadragenarius, quia virtus decalogi per libros quatuor sancti euãgelij impletur. denarius. n. quater ductus in quadragenarium surgit, quia tunc mandata decalogi perficimus, cum quatuor libros euangelij custodimus, vnde patet, ꝙ merito tali ieiunio quod impletionem diuinorum mãdatorũ includit, denarius æterne retributionis deputatur. ¶ Ad rõnes in oppositum vna patet responsio, videlicet, ꝙ ieiunium magnum, de quo tex. noster loquitur, non solam dicit abstinẽtiam à peccatis, sed etiã operationẽ bonã virtuosam inclu-
2 dit. Le. ¶ [Magnũ] in cõparatione ad ieiuniũ corporale, † qa ieiunare à vitijs præstãtius est, q̃ ieiunare à cibis [perfectũ ieiunium.] ieiunium. n. corporale magis dicendũ est instrumentum perfectionis (vt dicit Cassianus) quam perfectio, sed ieiuniũ ab iniquitatib. adiuncta bona vita est quid perfectum [sed quia] 2. pars [expectantes] ad Tit. 2. [beatã spẽ] .i. gloriam æternam [reuelationem] .i. manifestationẽ [gloriæ magni Dei &c.] qui nõ in infirmitate, vt in primo aduẽtu, sed in gloria, & ptãte veniet premia daturus ẜm merita, vt inquit gl. [facta res] .i. cum dabitur quod sperabatur. [haberi denarium] Mat. 20. acceperunt singulos denarios. per denariũ. n. rotundum in quo literæ imprimuntur, in quo regis imago agnoscitur merito vita ęterna designatur. Io. 17. hæc est vita æterna, vt cognoscãt te solum Deũ, & quẽ misisti Iesũ Christum [vnde cum labore] 3. pars. primum exemplum cum labore. s. abstinentię, significat aliud exemplum hoc. s. ꝙ post quadragesimã huius vitæ sequit̃ denarius æternæ vitæ pro mercede [misit spm̃ scm̃] Act. 2.

Diuisio.

Quæstio.

Primum ar.

Scd̃m arg.

Tertiũ ar.

Opponit & Respondet.

Gregorius.

Ad arg.

Exponit literam

1 *Furari an liceat alicui propter necessitatem.*



Iscipulos. Sequitur 6. c. eiusdem partis in quo introducit Gratian ex authoritate Apollonij, ꝙ ratione necessitatis excusati fuerunt discipuli Christi, tam ab obseruantia sabbati, quam à contrectatione rei alienæ, breue est, & non diuiditur. ¶ Pro
1 pleniori intelligẽtia huius c. quæritur† vtrum liceat alicui furari propter necessitatẽ. Et vr̃ quod non. ¶ Et primo sic. non imponitur pñia nisi peccati, sed ext. de fur. dr̃. Si quis per necessitatẽ famis, aut nuditatis furatus fuerit cibaria, vestem, vel pecus, peniteat hebdomadas tres. ergo nõ licet furari propter necessitatẽ. ¶ Secundo sic. dr̃ in 2. Eth. quod quædam confestim nominata conuoluta sunt cum malitia, inter q̃ ponit furtum, sed illud, quod est ẜm se malũ, nõ potest propter aliquem bonum finẽ bonum fieri, ergo nõ põt aliquis furari, vt necessitati suæ subueniat. ¶ Tertio sic, homo debet diligere proximũ sicut seipsum, sed non licet furari ad hoc, qđ aliquis per æleemosynã proximo subueniat, vt Aug. dicit in li. contra mendaciũ, ergo ẽt nõ licet furari ad subueniendum propriæ necessitati. ¶ In opp. vr̃ esse tex. pñtis c. ¶ Rñdeo dicendũ, qđ licet in extrema necessitate de rebus alienis suæ necessitati subuenire, probat̃ hæc cõcl. nullus peccat vtendo iure suo, sed in necessitate oĩa sunt cõia facta, vt 47. di. sicut hi maxime cibaria. ff. ad l. Rho. de iac. l. 2. §. cũ in eadẽ. ergo in necessitate nullus peccat vtẽdo re sibi iã facta cõi. Declaratur ista cõcl. sic. per S. Th. in 2. 2. q. 66. qđ ea, q̃ sunt iuris humani, nõ pñt derogare iuri naturali, vel iuri diuino ẜm aũt naturalẽ ordinẽ ex diuina prouidẽtia institutũ res inferiores sunt ordinatę ad hoc, ꝙ ex his subueniat̃ hoĩs necessitati, & iõ per rerũ diuisionẽ, & appropriationẽ de iure humano ꝓcedentẽ, nõ impedit̃ quin hoĩs necessitati sit subueniendũ ex hmõi reb. & iõ res, quas aliqui superabundãter habent ex naturali iure debẽtur pauperũ sustentationi. vñ Ambr. dr̃, & habetur. s. 47. d. esurientium panis est, quẽ tu detines. nudorum indumentum est, quod tu recludis. miserorũ redemptio & absolutio est pecunia, quã tu in terra fodis, sed qa multi sunt necessita-

Quæstio.

Primum ar.

Scd̃m ar.

Tertium ar.

Opponit & Respondet.

S. Thom.

Ambro.

necessitatem patientes, & non potest ex eadem re omnib. subueniri, committitur arbitrio vniuscuiusque dispẽsatio propriarum rerum, vt ex eis subueniat necessitatem patiẽtibus. Si tamen adeo sit vrgens, & euidens necessitas, vt manifestum sit instanti necessitati te rebus occurrentibus esse subueniendum, puta cum imminet personæ periculum, & aliter subueniri non potest, tunc licite potest aliquis de rebus alienis suę necessitati subuenire, siue manifeste, siue occulte sublatis, nec hoc proprie habet rationem furti, vel rapinæ. ¶ Ad rationes. Ad primã dicendum, ꝙ decretalis illa loquitur in casu, in quo non est vrgens necessitas. ¶ Ad secundam dicendum, ꝙ vti re aliena occulte accepta in casu necessitatis extremæ non habet rationem furti proprie loquendo, quia per talem necessitatem efficitur suum id, qđ quis accipit ad sustentandam propriam vitam. ¶ Ad tertiã dicendũ, ꝙ in casu similis necessitatis etiam potest aliquis occulte rem alienã accipere, vt subueniat proximo sic indigenti. Lege. ¶ [Innocentes vocat] Matt. 12. excusantur. n. ibi discipuli ex duobus. primo propter necessitatem. secundo propter præsentiam Christi, qui erat dominus sabbati .i. potens obseruantiam illam sabbati mutare, quam instituit, vel in ea dispensare.

Ad primum argu.
Ad secdm.
Ad tertium
Exponit literam

QVicquid. Sequitur 7. capit. eiusdem partis, in quo ẜm vnam expositionem magister Gratian. ad ostendendum, ꝙ ieiunium nostrum nõ est meritoriũ vitę æternę, nec habet perseuerantiam, cui debetur corona, nisi sit voluntarium. introducit Hier. dicentem, ꝙ cito soluitur. i. cito transit vacuum fructu, quod non voluntate, sed necessitate fit, ẜm alium intellectum loquitur de dispensatione dicens, id quod fit vigente necessitate cito soluitur. i. debet solui cessante necessitate. Hic circa ẜm queri posset vtrum dispensatio facta necessitate vigente debeat cessare cum illa necessitate. Leg. ¶ [Soluitur] .i. deseritur, quia vt dicit philosophus nullum violentum perpetuum, vel soluitur. i. cito transit tanquam vacuũ mercede. non. n. est meritoriũ vitæ æternæ. 21. q. 7. §. ex his, ẜm alium intellectum sic [necessitate fit]. s. dispensando contra ius commune [cito soluitur]. i. debet solui cessante necessitate 1. q. 7. quod pro remedio, & 9. q. 1. ordinationes, [qđ voluntatem]. s. illorum ad quos spectat [perseuerat]. i. quod statuitur ab illis, qui possunt illud est statuere non necessitate tractis, sed volũtarie ratione regulata ad bonum reipublicæ debet firmiter perseuerare, vt 25. q. 2. cum pio.

Exponit literam.

NIhil sic. Sequitur 8. c. eiusdem partis. in quo magister Gratianus introducit Ioannẽ Chry. dicentem, ꝙ sobrietas in cibis multum vtilis sit ad salutem, & ecõuerso, ꝙ plurima mala sequantur ex superflua sumptione ciborũ, quæ cum clara sint alia disputatione non est opus. Lege. ¶ [Voluptatem]. i. hilaritatem [abundantia]. i. superfluitas, quod facit fames. s. mortalem arg. ꝙ ex duobus contrarijs possit sequi vnus, & idem effectus 8. q. 1. in scripturas.

Exponit literam.

1 *Crapula quid dicatur.*
2 *Nidor proprie est odor assatorum.*
3 *Aphorismus quid dicatur.*

NE tales. Sequitur 9. c. eiusdem partis, & est Hier. in quo suadetur, vt simplices cibos diligamus, delicatiores vero, & studiose paratos variosq́; euitemus. Hic nõ est opus disputatione, sed exponẽdo explicabimus rationes septem, quas in litera Hiero. ponit ad nos inducendum ad amãdum simplices parcos, & moderatos cibos. Lege. ¶ Prima rõ est, quia simplices cibi sunt faciliores ad digerẽdum, varij delitiosi difficiliores, vnde ait, nec tales accipiamus cibos, quos, aut difficulter digerere &c. & infra de simplicibus ait, leuiori digestione decoquuntur, de hoc dicitur Luc. 21. attendite, ne grauentur corda vestra crapula. † crapula est cruda epula, quod fit cum tantum de
1 cibo sumitur, quem naturalis calor decoquere non valet. secunda est, quia cibi simplices sunt facilioris apparatus, delicati vero, & varij non nisi multo studio, & arte coquorum parantur, vt verum sit de multis, qui hmõi studio delectantur, quod dr̃ Ecclesia. 6. omnis labor hominis in ore eius. ¶ Tertia ratio est, quia simplices cibi paucis expensis comparãtur, varij, & delicati, non nisi cum magnis sumptibus habentur, quod satis videtur à ratione alienum, vt tot sumptus fiant pro parua delectatione corporis, vnde Prou. 20. dr̃ qui in his delectatur non erit sapiens. de istis dr̃ in litera [aut comestos magno partos]. i. acquisitos, vel paratos [perditos labore debemus impendijsq́; ]. i. sumptibus siue expensis. ¶ Quarta ratio, quia simplices cibi non inferunt tentamenta gulæ, nec ita incentiuum præbent concupiscẽtiæ, siue seminarium voluptatum, sicut cibi voluptuosi, varij, ac delicati, tales. n. gulam irritant, vt auide, & superflue sumantur, & hoc ibi, cum dicit [quia nec auide deuoratur] .s. simplex cibus [quod irritamẽtum gulę non habet]. i. incitationes, & ideo dicit B. Bernard. de condimentis loquens sufficiat, vt comestibilia fiant, non concupiscibilia. sufficit
2 .n. concupiscentię malitia sua. Et Seneca. palatum tuum fames excitet nõ sapores [nidoribus]. i. saporibus † nidor proprie est odor assatorum. Hu. patinæ]. i. patellæ. ¶ Quinta ratio, quia cibi simplices sunt salubriores, varij vero, & delicati, & superflui variarum sunt generatiui infirmitatum, vnde ait [vnde & morbi saturitate nimia concitantur] hoc etiam in sequenti c. apertius habetur. Et Seneca. multa fercula morbos fecerunt. Et ecclsias. 37. dicitur, quod in mul
3 tis escis non deerit infirmitas [in aphorismis] † aphorismus est sermo breuis sensum integrum rei propositæ continens, sic dictus à poris qui sunt parua foramine corporis, vnde sudor emanat, liber autem quidam sic dr̃ in quo multi aphorismi continentur [opimis]. i. fortibus, fertilib. siue pinguibus [obesa]. i. rotunda, & pinguia [paralysim] paralysis est morbus auferens membri motum, vel sensum, vel vtrunque [demptionem]. i. minutionem sanguinis. ¶ Sexta ratio, quia simplices cibi (cum salubriores sint) cõferunt ad longitudinem vitæ. varij vero ac delitiosi non sinũt hominem diu viuere, vt dicit Hypocrates in litera [animã]. i. hominem [nisi crescendi]. i. nutrimenti, per quod fit incrementum, quorum vita, & ars non nisi, vt comedant, & pingues fiant, de quibus dicit apostolus ad Phi. 3. quorũ Deus venter est. ¶ Septima ratio est, quia simplices cibi magis cõferunt ad sanitatem animę, ad prosperitatem ingenij, & ad studium diuinę sapientię. Cibi varij, & delicati econuerso, vnde in litera ait [nec sanas esse animas tenue]. i. subtile [cęleste] id est diuinum.

Seneca.
Hypocra.

REgimus. Sequitur 10. cap. eiusdẽ partis, & est eiusdem. s. Hiero. in quo cum quasi idẽ dicatur, quod prius superflue aliquid diceretur. Leg. ¶ [Horatius irridet dicens] sperne voluptatem, nocet empta dolore voluptas, me pinguẽ, & nitidum bene curata cute vises. Cum ridere velis epicuri de grege porcũ [pœnitentiam] propter molestias suas ingerunt. Hu.

Exponit literam.

QVia dies Incipit 10. pars huius distinctionis, vt ait Arc. in qua ꝓbat, ꝙ de æqualitate carnes nõ sunt comedendę die sabbati, sicut patet in litera. Leg. ¶ [Apud sanctos patres]. s. ante Leonẽ quartum, cuius tempore abstinentia ab esu carnium in sabbato non erat consulta, vt. s̃. e. di. 3. de esu, & postea fuit persuasa, & obtenta, vt hic dr̃, tandem, & ieiuniũ eadem die cõsultum fuit, vt. s̃. e. di. 3. in sabbato. Hu. [admonemus [& ita consilium est, nisi vbi consuetudo est, ꝙ abstineatur. tunc. n. est præceptum, vt ext. de obser. ie. consilium 22. dist. 1. & dixi. s̃. e. dist. 3. de esu.

Exponit literam.
Hugu.

2 *Monachus ex voto obligatur ad seruandum ea, quæ ponuntur in regula, tanquam præcepta, & quæ prælatus secundum tenorem regulæ sibi præcipere voluerit.*
3 *Prælatus est quasi quædam regula animata.*
5 *Abbas potest dispensare in illis, quæ non essentialiter annectuntur regulæ monachali.*

CArnem. Sequit̃ 8. pars huius distinctionis, in qua ponitur regula monachis, quòd abstinere debeant à carnibus. Et diuiditur hoc. capitu. in quatuor partes. In prima ponit qualiter monachis non est data licentia carnes comedendi. In secunda dat rationem huius institutionis, quia non, quòd caro sit creatura mala, sed quod abstinentia à carnibus est vtilis monachis. In tertia excludit ab ista abstinentia infir-

Diuisio.

mos. In 4. imponit pęnam monachis præsumentibus carnes comedere. secunda ibi, non quod. 3. ibi, seruato tamen. 4. ibi, ꝙ si quis monachus. Pro intelligentia pleniori huius cap. quæruntur quatuor.

1 ¶ Primum est, vtrum monachus mortaliter peccet comedendo carnes.

4 ¶ Secundum est, vtrum prælatus possit dispensare cum monachis, quod comedant carnes.

6 ¶ Tertium est, vtrum itinerantes per longam viam, vel si itinerantes ad comedendum aliquid aliud non inueniant, vel si inuitentur à principe, vel prælato possint comedere sine peccato.

7 ¶ Quartum est, vtrum monachus factus episcopus obligetur ad abstinentiam carnium.

1 Ad primum sic ꝓceditur. † Et videtur quòd monachus mortaliter peccet comedendo carnes. Et primo ex præsenti cap. vbi mandatur, ꝙ monachus carnes præsumens comedere debeat sex mensibus incarcerari, sed talis pœna non imponitur nisi pro peccato mortali, ergo monachi comedẽtes carnes peccant mortaliter. ¶ Secundo sic. facere contra votum est peccatum mortale, sed monachi tenentur obseruare ex præcepto regulam Beati Benedicti, in qua cõtinetur, ꝙ monachi à carnibus abstineant, ergo monachi peccant mortaliter comedendo carnes. ¶ In oppositũ etiam videtur argui ex tex. præsentis ca. sic nihil quod est mortale peccatum conceditur alicui causa cuiuscũque infirmitatis, sed comedere carnes cõcedit monacho egrotãti, vt dr̃ in litera, ergo comedere carnes non est peccatũ mortale monacho. ¶ R̃ndeo dicendum, ꝙ monachus non peccat mortaliter comedendo carnes. probatur ista conclusio sic iuxta S. Tho. quolibeto 1. ar. 20. nihil est peccatum monacho, vel religioso per se loquendo, quod non sit peccatum mortale ei, nisi sit contrarium ei, ad quod se voto professionis obligauit per accidẽs tamen ratione scandali, vel alicuius huiusmodi posset aliquid ei esse peccatum, quod non esset alteri peccatum, sed comedere carnes non est alicui cõtrarium, ad quod se monachus a voto ꝓfessionis obligauit, ergo comedere carnes non est peccatum mortale monacho. Pro declaratione, videlicet ꝙ comedere carnes non sit contrariũ in aliquo voto professionis monachalis. Est considerandum, quid sit illud, ad qđ se voto professionis religiosus stringit. Et siquidem religiosus profitendo vouerit se regulam seruaturũ, videretur se obligare voto ad singula, quæ continentur in regula, & sic contra quodlibet eorũ agendo peccaret mortaliter, & ex hoc sequeretur, ꝙ religionis status esset religiosis in laqueum peccati mortalis, ꝙ vix aut nunquam possent declinare. sancti igitur patres, qui ordines cõstituerunt nolentes hominibus inijcere damnationis laqueum, sed magis viam salutis ordinauerunt talem professionis formam, in qua periculum esse non posset sicut in ordine fratrum prædicatorum est cautissima, & securissima profitendi, qua non promittunt se seruare regulam, sed obe- 2 diẽtiam secũdum regulam. † vnde monachus ex voto obligatur ad seruandum ea, quæ ponuntur in regula tanquam præcepta, & quæ prælatus ẽm tenorem regulæ sibi præcipere voluerit. Cætera vero, quæ nõ cõtinent̃ in regulã sub ꝓcepto nõ cadũt directè sub voto, vnde ea prætermittens nõ peccat mortaliter. B. vero Benedict. statuit monachum profiteri, non quidẽ obseruare regulam, sed ꝙ profitens promittat cõuersionẽ morũ suorũ ẽm regulam, hoc est dictũ, vt ẽm regulam dirigat mores suos. Cõtra quod facit, si vel ea, quæ sunt præcepta in regula transgrediatur, vel etiã contemnat regulam, ẽm eam dirigere actus suos omnino recusans, non autẽ omnia, quæ continentur in regula sunt præcepta, quędam. n. sunt monitiones, siue consilia, quędã vero ordinationes, siue statuta quædam, vt quod post completorium nemo loquatur. huiusmodi autem statuta, quæ in regula continentur non habent vim præcepti, sicut nec 3 prælatus statuens aliquid intendit semper ad peccatũ mortale obligare per præceptum. † Est autem prælatus quasi quædam regula animata vnde stultum esset putare, ꝙ monachus frangens silentium post completorium, peccaret mortaliter, nisi forte faceret hoc contra præceptum prælati, vel ex contemptu regulæ. Abstinere autem à carnib. nõ ponitur in regula B. Benedicti, vt præceptum, sed vt statutum quoddã, vnde monachus comedens carnes nõ ex hoc ipse peccat mortaliter nisi in casu ꝑ inobedientiã, vel contemptum. ¶ Ad rões. Ad primam respondetur, ꝙ pœna illa infligitur monacho contumaciter, ꝙ inobedienter carnes comedenti. in tali. n. casu (vt dictum est) cum ex cõtemptu, vel inobedientia facere videatur, peccat mortaliter. ¶ Ad secundam respondetur, negando minorem, dicimus enim quod comedere carnes non est contra votum monachi, nisi quando comederet ex inobedientia, vel ex contemptu.

4 Ad secundum quæsitum quando quæritur † vtrũ prælatus possit dispensare cũ monacho suo, ꝙ comedat carnes. ¶ Respondetur, ꝙ sic. hoc patet manifeste ex c. cum ad monasterium. extra de statu mo. vbi gl. super illud quamquam ex indulgentia possit abbas interdum aliquos fratrum nunc hos, nunc illos, prout necessitas postulauerit aduocare. dicit gl. sic ergo habes, ꝙ abbas potest dispensare in regula monachali, quantum ad esum carnium. item idem arguitur ex illo loco præfati capituli. cum ad monasterium. vbi dicit papa. Nec existimet abbas, ꝙ super habenda proprietate possit cum aliquo monacho dispensare, quod ideo dr̃, quia proprietas est essentialiter annexa regulę monachali. Ex quo relinquitur à cõ- 5 trario sensu † ꝙ in illis potest abbas dispensare, quæ non essentialiter annectuntur regulæ monachali cuiusmodi est comestio carnium, vt dictum est.

6 Ad tertium quæsitum. † Respondetur, vt alias in expositione, quã fecimus super regulam B. Benedicti visum est nobis, ꝙ itinerantes fatigati ex itinere longo, & præcipue cum non inuenerint aliquid aliud ad comedendum, vel si inuitentur à principe, vel prælato, ꝙ possunt comedere tunc carnes sine peccato. Tum quia necessitas non est in ꝓcepto, nec subijcitur legi. di. 50. sicut & ext. de obser. ieiu. consilium. hoc etiam expresse colligitur ex verbis fructuosi episcopi, cuius est c. præsens, qđ magister Gratian. truncate posuit, plena autem præfati epi authoritas ita iacet. carnem cuiquam monacho, nec gustãdi, nec sumendi est concessa licentia, nõ ꝙ creaturam Dei iudicemus indignam, sed ꝙ carnis abstinẽtia vtilis, & apta monachis ęstimetur, seruato tñ moderamine pietatis erga ægrotum necessitudines, aut longe proficiscentium, vt ex volatilibus sustententur, & longinquo itinere † distracti. Si aũt ab epispopo, vel principe inuitẽtur pro benedictione, & obedientia degustare non metuant, seruantes apud se continentiam cõsuetam, quod, si monachus violauerit, & contra sanctionem regulæ vlumque veterum escam carnis præsumpserit, sex mensiũ spatio retrusioni, & pœnitentiæ subiaceat, hæc ille.

7 Ad quartam quæstionem. † Respondẽdum nobis videtur nunc, ꝙ non, & hoc triplici rõne. Primo, quia cum monachus ad episcopatum assumptus est, iam cum sit ad altiorẽ statum euocatus, & ad alia officia, & labores, vr̃ absolutus ab omnibus illis obseruãtijs regularibus, quæ officio pontificali repugnant, sicut est silentium, solitudo, abstinentiæ, vel vigiliæ graues, aut ex quibus impotens redderetur ad exequendum pontificale officium de quibus 18. quæst. prima ca. vno, dicitur. monachum canonica electio à iugo regulæ monasticæ professionis absoluit, & sacra ordinatio de monacho episcopum facit, cum autem abstinentia perpetua à carnibus inter graues abstinentias deputetur, & ex illa verisimiliter episcopus impotens redderetur ad exquendum opera, & labores incumbentes officio pontificali, creditur quod monachus factus episcopus non teneatur ad huiusmodi abstinentiam, præterea secundo, quia dicit Augusti. Et habetur 12. distinct. 1. Ad quamcunque ecclesiam veneris, eius morem serua, si cuiquam non vis esse scandalum. scandalum quippe esset si monachus vocatus ad episcopatum ad ecclesiam secularem abstineret à carnibus omnibus alijs illas comedentibus. tertio hoc idem colligitur ex eo, quod idem Aug. ait, & ponitur 11. dist. quisquis. quisquis enim rebus prætereuntibus strictius vtitur, quam se habent mores eorum, cum quibus viuit, aut increpatus est, aut superstitiosus. Lege. ¶ [ Non quòd creaturam Dei iudicemus indignam ] quia omnis creatura Dei bona est. primo Tim. quarto [ vtilis & apta ] ad reprimendas concupiscentias carnis, & concupiscentiæ stimulos retundendos, qui ex vsu carnium, quo maxime concupiscentia fouetur, & roboratur, soliti sunt magis insurgere. cibus ille debet esse monachorum, qui sustentationem tribuat,

Primum ar.
Scđm arg.
Opponit in cõtrarium.
Respondet.
a ¶ Se mõachus adde ꝙ monachus deo militare Pe. de r. n. in c ex pte nu. i. de cor po. vi. & ꝙ monachari ꝓmittens nõ implet ꝓmissionẽ morãdo cũ clericis idẽ in. ca. cum sit ꝓpriũ nu. 4. de cõ di. appo.
Ad primũ arg.
Ad scđm
Respondet.
Respondet.
† Alias est destinari.
Respondet.
Augu.
Exponit literam.

tribuat,& non qui occasionem siue fomentũ concupiscentijs,& vitijs subministret pœnitẽtiæ assignãdę per abbatẽ.

1 *Otiositas an sit peccatum.*
2 *Otiositas affert decem mala.*
3 *Surculus quid dicatur.*



Vnquam. Sequitur 2.c.eiusdem partis in quo introducit Hierony. instruens monachum, ꝙ nunquam deberet esse otiosus, sed aut circa spiritualia cuiusmodi orationes,contemplationes,studia,aut corporalia,cuiusmodi sunt aut scribere, aut texere,aut colere ortos, & huiusmodi de quib.in litera debeat occupari. Diuisio. Et diuiditur in tres partes.In 1.facit, quod dictũ est.In 2.inducit ad hoc exemplum apostolorum. In 3.morem,& institutionem monasteriorum ægypti.2.ibi,si apostoli.3.ibi ægyptiorum. ¶ Pro pleniori intelligentia huius 1 Primum ar. cap.quæritur,vtrum otiositas sit peccatum. Et videtur ꝙ non.¶ Primo sic.duæ sunt partes iustitiæ.s.declinare à malo,& facere bonum,ſm illud psa.36.declina à malo,& fac bonum,ergo similiter duæ sunt partes,per quas determinatur ratio iniustitiæ siue peccati.s.cessare à bono,& facere malum,& ita neuter habebit per se rationem peccati,si otiositas solam dicit cessationẽ à bono,ergo otiositas non Scd̃m arg. habet rationem peccati.¶Secundo sic. dicit August. peccatum est dictum, vel factum,vel concupitum contra legem Tertium ar. Dei,sed in otio nihil horum esse ponitur, imo videtur eorum remotio, ergo otiositas non est peccatum . ¶ Tertio sic,peccatum diffinitur,ꝙ est auersio ab incõmutabili bono,& conuersio ad bonum commutabile,sed in otio nulla importatur conuersio ad bonum commutabile, ergo non Opponit et Respondet. videtur habere rationem peccati. ¶In oppositum est tex. præsentis capitu. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ otiositas est Isidorus. peccatum,probatur hæc conclusio.primo ex eo,ꝙ Isidor. inter filias peccati accidiæ ponit otiositatem.Item secũdo ex illo ecclesi.33.ne vaces otio.multam.n.malitiam docuit otiositas.i.multorum malorum fuit occasio, vbi notandũ ꝙ inter alia mala,quæ facit otiositas,sunt decem propter 2 quæ non sine causa B.Hierony. tam stricte prohibet monacho ne sit otiosus. ¶ Primo.n.otiositas excecat intelle- Hugo. ctum animæ. Hugo de claustro animæ otium stultitiam, labor scientiam generat.hinc Prouerb.18.dr̃, qui sectatur otiũ stultissimus est. Et vere stultissimus,quia stultitia est rerum appetendarum , & vitandarum non quælibet, sed Augu. vitiosa ignorantia ait August.in libro de li.ar.in fine,vnde stultus est otiosus,quia non declinat vitanda,stultior,quia non colligit merita,nec desiderat appetenda, stultissimus, quia cumulat,& thesaurizat sibi æterna supplicia.¶ Secũdo otiositas virtutes animæ,& potentias debilitat, & ener- Ambro. uat,sicut teste B.Ambr.animæ fortitudo exercitatione so- Seneca. lidatur.Seneca libro declamationum.emollit otium vires, sicut rubigo ferrum.¶ Tertio otiositas ingenium animæ debilitat,& hębetat,sicut.n.ferrum in otio constitutum rubiginem contrahit,& vitis non culta in labruscam syluescit,ita tempore desidiæ nobilitas ingenij offuscatur,& hębetatur illius acumen. Et ad idem est Seneca in quadam Seneca. epistola, otium quasi rubigo facultatem ingenij siccat. ¶Quarto otiositas affectum animæ corrumpit,quẽadmodum.n.aquæ nisi moueantur vitium corruptionis incurrunt,secundum illud Ouidij,&capiunt vitium,ni mouean- Ouidius tur aquæ, ita otiositas parit in anima corruptionem affe- Bernardus. ctus,vnde Bernardus ad fratres de monte. omnium tentationum , & cogitationum malarum, & inutilium sentina est otium.Eccl.33.multam malitiam docuit otiositas.hoc patuit in rege Dauid, qui remanens de bello otiosus incidit in adulterium,& postea in homicidium 2. Reg. 12. similiter Salomon occupatus in ędificatione tẽpli sanctus fuit, & bonus.in senectute vero otiosus, ita deprauata est anima eius per mulieres alienigenas, vt phana idolis ædifi- Gregoruis. caret,3.Reg.2.Quare B.Greg. in moralibus tractans illud in desiderijs,est omnis otiosus dicit.semper ergo est aliqd agendum,ne ager pectoris nostri cessante manu malarum cogitationum sentibus occupetur.Et Hieronym.ad idem in præsenti cap.semper fac aliquid boni operis, vt diabolus te inueniat occupatum.non.n.facile capitur à diabolo, qui bono vacat exercitio.ait etiã Cassianus vbi supra hanc Cassianus. patrum esse sententiam operantem monachum vno dæmone pulsari,otiosum vero innumeris spiritibus deuastari. ¶ Quinto otiositas est inimica virtutum, ipsa.n.est, quæ virum fortem fortissime pręcipi[...]tum,facit.n. suffocare virtutem,nutrire superbiam, & viam construere ad geẽnam.sicut quorum corpus innoxium est,& in mille furias mens otiosa discurrit. ¶Sexto otiositas est omniũ bonorum acquisitorum consumptiua.Hieron.nihil in sancto proposito otio deterius est , quod non solum non ac- Hieronym. quirit noua , sed etiam parata consumit sanctæ vitæ ratio processu gaudet,& crescit, cessatione torpescit , & deficit. quotidianis , & recentibus virtutum incrementis instaurãda mens est,& viuendi hoc iter non de transacto,sed de reliquo metiendum est.¶ Septimo otiositas hominem pauperem facit,& egenum.Prouer.28. qui sectatur otium replebitur egestate,s.& spirituali , & temporali, quia, vt ait Cassianus libro institutionum necesse est otiosum quẽquã Cassianus. ex diuersis vitijs inuolutum teneri,& alienum semper existere à contemplatione Dei , vel diuitijs spiritualibus, de quibus Beatus apostolus inquit in omnibus diuites facti estis in omni verbo,& in omni scientia.Et Ambro.nullus fructus otii , imo magis dispendium . otiosus Esau amisit Ambro. primatus benedictionẽ, quia maluit cibum accipere, quã quærere.¶ Octauo otiositas parit animæ ignominiosa peccata, dicit August. ꝙ otiositas sine timore Dei magna ne- Augusti. quitia est. Ezec.16.hæc est iniquitas sororis tuæ Sodomæ, abundantia panis,& otium,Chrisost.Homi.34. vitium for- Chrysosto. nicationis facile ex vacantia,& otio nascitur, nam qui solicitudinibus habet animum occupatum non facile fornicationi operam dabit. Isidor. lib. de sum. bo. seruum Dei sine intermissione legere,orare,& operari,oportet ne forte mentem otio deditam spiritus fornicationis surripiat. cedit.n.labori voluptas, animam autem vacantem cito præoccupat.Et Ouidius de re.amo.Otia si tollas periere cupidi- Ouidius. nis artes.cedit amor reb. res age tutus eris. ¶Nono otiositas animam dignam maledictione reddit.vnde Lucæ.12. dominus legitur maledixisse ficulneę , qa erat sine fructu. ¶ Decimo.otiositas spoliat,& priuat animam futura gloria,quia vt ait Ambro.non dormientibus non otiantibus, Ambro. sed vigilantibus pollicentur præmia.Et Leo papa,non dormientibus prouenit regnum cœlorum,nec otio.& desidia torpentibus beatitudo æternitatis ingeritur.vnusquisq;.n. vt ait apostolus secundum suum laborem mercedem accipiet.labor enim,vt ait gl.super psal. 103. est pretium regni Dei, quo ipsum emitur in cuius figura legitur Num. 32. de filijs Ruben,& Gad,quia voluerunt habitare in campestribus , & viuere otiose, circa Iordanem,non meruerunt intrare terram promissionis,sic erit de otiosis, vnde Christus hoc vitium reprehendens Matth.20. dicit, quid statis hic otiosi tota die nihil facientes? ite in vineam meam , & quod iustum fuerit dabo vobis.¶ Ad rationes. Ad primam Ad primum argu. respondetur, ꝙ ratio non procedit, quia non est simile de peccato,& iustitia,quia malum pluribus modis potest contingere,quam bonum,vt patet ex Dionysi.4.c.de di.no.& Diony. ex philosopho 4. Ethic. iustitia.n. vt sic requirit vtrunque .s. declinare à malo , & facere bonum , peccatum vero , vt sic non requirit nisi defectum alterius illorum, scilicet, cum declinatur, siue cessatur à bono ex voluntate , vel fit malum. ¶ Ad secundam respondetur,quòd diffinitio illa Ad scd̃m. peccati,vt generaliter extenditur ad omnia peccata,s.tam transgressionis, quam omissionis,sic intelligitur dictum factum , & concupitum communiter accipiatur ad dicere, vel non dicere, vel facere, vel non facere, quia opposita reducuntur in idem genus, vnde in dicto includitur omissio dicti,& factoo,missio facti actus, secundum hoc non agere accipitur,vt agere quodammodo, vt ait Sanctus Thom. in secunda secundæ . ¶ Ad tertiam respondetur eodem Ad tertium S. Thom. modo , quòd conuersio ad commutabile bonum dicitur communiter de facere,& non facere , vt dicit Alexander de Halis in secundo. Lege. ¶[Nunquam] ponit primo opera spiritualia,quibus intendendum est, nunquam, scilicet Exponit literam horis deputatis, vel ad hoc constitutis [ ad verbum ] scilicet,vt mens , & intentio ad idem , quod dicitur dirigatur, non ad aliud vagetur, secundum illud Augustin. hoc versetur in corde,quod profertur ore , vel ad verbum, id est non transuolando verba,sed tractim singula dicendo , vt distinct. 36. omnes. [ iram vince vanam ] per patientiam enim homo dominatur passionibus iræ furori contumelijs secundum illud Lucæ 21.in patientia vestra possidebitis animas vestras[non amabis]quia,vt dicitur Ecclesiast. i

qui addit scientiam. addit & dolorem. scientia proprie accipitur pro cognitione boni, & mali de qua dicit Aug. in lib. de doc. Christ. quia facit hominem non foris se iactantem, sed in terrenis lamentantem [si apostoli] 2. pars. 1. ad Cor. 4. laboramus operantes manib. nostris [successura] pro futura [fiscellā] vas est rotundū in modū fisci. i. sacci [lēti]. i. flexibilib. [plecte]. i. cōpone [seratur] seminetur, vel plātetur ecce versus suit Virgilij in Georgicis. Hu. [supercilio]. i. de altitudine, vel summitate [cliuosi]. i. defluenti, vel inferiores [elicit]. s. agricola [illa]. s. vnda [murmur]. i. sonitum [saxa]. i. loca inusitata [eijcit]. i. prouocat, siue mouere facit [scatebris]. i. ebullitionibus, vel [gemmis] gemmæ sunt nodi virgarum, vnde flores, & frondes erumpunt [surculis]
3 †surculus est truncus, vbi arbores inseruntur isti duo modi inserendi notantur ex Aug. cōclusio 23. q. 5. ipsa pietas. Hugu. Hu. [fabricare] deponens est, vel fabricare. i. disce [& Salomonis] dicentis vade ad opem, & disce quomodo operata sit, & opus suum castum faciat. Hug. [ægyptiorum] 3. pars [diuaricent]. i. declinent siue aperiant [disputare] quia ad me non pertinet 16. q. 1. si clericatus.

1 *Canon græce latine dicitur regula.*



IN omnibus. Sequitur 9. pars huius dist. in qua Gratianus postquam superius instruxit monachos, nūc subiūgit de instructione canonicorum regularium dicens, quod regulariter viuere debeant nihil agere præsumentes sine licētia epi, aut prælati, & simul comedāt in vno refectorio, & in vno dormitorio simul dormiant, si fieri potest obedientiam suis superioribus secundum canones semper seruantes. Lege.
Exponit literam. 1 ¶ [Canonici regulares] † nam canon græce regula latine dicitur dist. 3. canon [doctrinam]. s. tam credendorum, quā agendorū fidei. s. & obseruandæ legis licentia generali, vel speciali magistri, hic dicuntur superiores, vt priores, archipresbyteri, præpositi, vel alij prælati [incōposite] qa incōposite agerēt, si sine licētia sui superioris agerēt. Et hoc intelligitur de his quæ ad eos spectant. nihil. n. debent facere sine eorū licentia [in vnoquoque]. i. sede episcopali ar. pro cōi vita clericorum. d. 32. preter hoc 12. q. 1. necessaria, sed dicunt aliqui, quod hæc capitula loquuntur de consilio. alij dicunt, quod loquuntur, & intelliguntur de monachis, & canonicis regularibus. Et quod dr in episcopatu, intelliguntur de illis, vbi sunt canonici regulares, sed dicit. Hug. Ego Hugu. credo, quod loquuntur generaliter de omnibus collegiatis, & de iure communi, sed in multis locis est derogatum, sed de hoc alibi plenius de hoc extra de vi. & ho. cleri. quoniā vt [audiant] quia conuiuium clericorum non debet esse sine lectione, vt di. 20. pro reuerentia [magistris]. i. prælatis, quia eis ministretur, & prouideāt. nam alias essent acephali 93. dist. nulla.



NVllus. Incipit decima pars huius distinctionis, per Arch. in qua instruit clericos, vbi interdicit clericis cum ad ecclesiam ratione anniuersariorum cōuenirent comessationes, & ebrietates, dissolutiones, per applausus, & risus inconditos ac alios turpes ludos, hic nihil disputandum occurrit. Exponit literam. Leg. ¶ [Anniuersarium] quare isti dies obseruentur inuenies 13. q. 2. quia alij [ad collectam]. i. orationem faciendā. Hug. [nec præcatus]. i. rogatus cogere. argumentum contra Normanos, & Frisonas, extra de vita, & ho. cler. à crapula [cantare] qui hoc facit acerrime debet obiurgari, vt 22. quæst. prima clericum [& ornatricibus]. id est ioculatoribus, qui saliendo voluuntur [laruas] extr. de vi. & ho. cle. cum decorem.



NOn oportet. Incipit 13. pars huius distinctionis, in qua prohibet clericis interesse spectaculis, patet hic magis veniret reprehendendum clericos, & prælatos spectaculis interessentes, quam aliquid disputandum. Lege. ¶ [Spectaculis]. s. dist. 23. his igitur, & dist. 14. ab his etiam laici tempore officij diuini prohibentur, vt. s. c. dist. prima. qui hodie [thymelici a]. i. cantatores, qui super pulpitum in scenis cantabāt diuersas personas laruati repræsentātes Isid. 19. Eth. dicit temelli erant musici scenici, qui in organis, & citharis præcinebant, & thymelici, qui olim cantabant super pulpitū, quod græce theme vocatur.

Exponit literam a ¶ Tymelici vide sup isto verbo pulchre And. Alciatū in adnotationibus super trib. libris. C.

1 *Clericus, vel laicus, qui nunquam fuit subiectus episcopo, an possit votum peregrinationis, quod emisit, adimplere, contradicente episcopo.*



NOn oportet. Sequitur 2. capi. eiusdē partis, in quo prohibetur clericis, ne sine licentia proficiscantur ad peregrinationes, nec etiam laici sine literis.
1 clara est sententia cap præsentis† solum videtur quærendum, vtrum clericus, vel laicus, Quæstio.
qui antequam factus fuisset subditus talis episcopi emisit votum peregrinationis, possit adimplere contradicente Respondet.
episcopo, videtur quod non, qm̄ votum est tale, in quo episcopus dispensare potest, & hoc propter obedientiam pp quā potest mediocre bonum intermitti, vt 13. qō. 4. quid ergo. Lege. ¶ [Præter iussionem] specialem [proficisci ad recipienda sacramenta]. i. baptismum, & pœnitentiam, chrisma, ordines, & reliqua sacramēta [nisi mutare domiciliū] Exponit literam. non. n. vnus episcopus debet parochianum alterius absque literis eius recipere, vel conferre ei sacramēta nisi ille mutet domicilium. Hu. [proficisci] ergo siue causa peregrinationis. siue causa suscipiendi sacramenta, nisi mutet domicilium [sine literis episcopi canonicis] id est secundum tenorem canonum habitis, & petitis, id est formata distinctione 71. nullum.



FVcare. Sequitur 12. pars huius distinctionis, in qua instruit mulieres, prohibendo eis duo. primo fucationem facierū, per appositionem quorūdam fictitiorum colorum. secundo ornatum prætiosum, siue in Diuisio.
vestibus, siue in auribus, potest diuidi hoc capitulum in quatuor partes. In 1. prohibet mulieribus, ne facies suas fucent fictitijs coloribus. In 2. ostendit, quibus mulieribus aliquis exterior ornatus permittitur. In 3. ostēdit quis sit ornatus christianorum, quia. s. ornatus morum. In quarta prohibet siue reprehendit superstitiosum ornatum, quarūdam mulierum. 2. ibi. quibus solis. tertia ibi, nā ornatus. quarta ibi, execrāda, pro pleniori intelligentia huius cap. tria quæruntur.
1 ¶ Primum, vtrum mulieres fucantes se aliquibus colorib. vt appareant pulchriores, peccent.
2 ¶ Secundum est, vtrum mulieres mortaliter peccent in superfluo ornatu.
3 ¶ Quartum est, vtrum artifices huiusmodi ornamenta præparantes peccent.
1 Ad primum sic procedirur. † Et videtur, quod mulieres fucantes se aliquibus colorib. vt appareant pulchriores peccent. ¶ Primo sic. dicit apostolus Primum ar.
1. ad Cor. 12. quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorem circundamus, ex hoc videtur, quod mulier, quæ fuit turpis poterit saltem ad occultandam turpitudinem suam faciem fucare, siue tingere coloribus. ¶ Secūdo sic. dicit apostolus 1. Cor. 7. mulier, quæ nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro Scd̄m arg.
suo, ergo videtur, quod mulier sciens, quod colore suo naturali non placet viro suo, possit ad complacēdum illi, vti hmōi fucationibus. ¶ In oppositum est textus præsentis c. quod Opponit & Respondet.
est Aug. in epistola ad possidonium. ¶ Respondeo dicendum, quod talis fucatio facierum in mulieribus nō potest esse sine peccato. patet ista conclusio s̄m S. Thom. quia talis fucatio quædā species fictionis est, quę sine peccato esse non potest. non tamen semper est cum peccato mortali, sed solum quando fit propter lasciuiam, vel in Dei contemptū, in quibus casibus loquuntur sancti, vnde Cyprianus in lib. Cyprian.
de habitu virginum sic ait. non virgines tātum, aut viduas, sed & nuptas puta omnes omnino fœminas admonēdas, quod opus Dei & facturam eius, & plasma adulterare nullo modo debeant, adhibito flauo colore, vel nigro puluere, vel rubore, ac quolibet lineamenta natiua corrumpente medicamine, & postea subdit. Manus deo inferunt, quādo id, quod ille formauit reformare contendunt. impugnatio ista est diuini operis præuaricatio, & veritatis. ¶ Ad rationes. Ad primam dicitur, quod, vt inquit S. Thom. in 2. 2. Ad primum argu.
aliud est fingere pulchritudinem non habitam, & aliud S. Thom.
est occultare turpitudinem ex aliqua causa prouenētem, puta

puta ęgritudine, vel aliquo hmói, in hoc.n.casu licitum est. ¶ Ad scdam rńdetur, ꝙ mulier debet cogitare placere debito modo viro suo, & non mendacijs. nam vt dr̃ Au. in præsenti ca. hac adulterina fallacia, qua non dubito etiam ipsos maritos male decipi, si tamen fiat intentione cōplacendi debito modo viro suo, potest non esse peccatum.


Ad secundum Sic proceditur. †Et vr̃, ꝙ mulieres peccent mortaliter in superfluo ornatu. primo sic. ex te. pñtis c. vbi dr̃, ꝙ ornatus Christianorum nō sit aurū, aut vestis, pōpa. ergo vr̃, ꝙ hmói ornatus non sit licitus in Christianis. ¶ Secundo 1. Titum 2. mulieres in habitu ornato verecundia, & sobrietate ornātes se, non in tortis crinib. aut auro, aut Margaritis, seu veste preciosa. ergo vr̃, ꝙ non conueniat mulierib. hmói ornatus auri, & Margaritarum, & consimilium. ¶ Tertio sic. ꝙ est contra pręceptum diuinæ legis est pctm̄ mortale. sed ornatus mulierum est contra præceptum diuinæ legis. dr̃ .n. 1. Pet. 3. quarum. s. mulierum, sit non extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum, quia cultus vbi dr̃ gl. Cypriani serico, & purpura indute Christum syncere induere non pñt, auro, & margaritis ad ornatæ ornamenta corporis, & aîæ perdiderunt. sed hoc non fit nisi per pctm̄ mortale. ergo ornatus mulierum, non pōt esse sine peccato mortali. ¶ In opp. est, ꝙ legimus de B. Cecilia. dr̃. n. in legenda eius, ꝙ de super Auratis vestib. tegebatur. ¶ Rńdeo dicendum, iuxta S. Tho. in 2.2. & Alexandrum in 2. ꝙ cū mulier coniugata licite operā dare possit, vt viro suo cōplaceat, ne per eius contemptū in adulterium labatur, ₰m illud 1. ad Cor. 7. mulier, q̄ nupta est cogitat quæ sunt mūdi, qūo placeat viro si mulier ad hoc se ornet, vt placeat marito suo, non, vt aliquos ad luxuriā ꝓuocet, pōt hoc facere absq; peccato, dū tñ ornatus sit moderatus iuxta conditionē patriæ, & status, & nō sit inuerecundus, aut impudicus. illę aūt mulieres, q̄ viros non hñt, nec volunt habere, & sunt in statu non habendi, non pñt absque pctō appetere placere virorum aspectibus ad cōcupiscendum, quia hoc esset eis dare incentiuum peccandi, & si quidem hac intentione se ornent, vt alios prouocent ad concupiscētiam, mortaliter peccant. vñ Prou. 7. dr̃. ecce mulier occurrit illi ornatu meretricis ꝑparata ad decipiendas aîas, quare dicebat Cyprianus in epistola. fugiant castę virgines, & pudicę incestarū cult⁹, & habituū impudicorū insignia ornamēta meretricū, hæc Deus culpat. si vero nō hac intentione, sed quadā leuitate, vel ēt grauitate pp quādam iactantiā se ornent tales mulieres, non semp est pctm̄ mortale, sed qñque, & eadem rō quātū ad hoc est de viris. vñ venerabilis frater Vlricus in summa sua li. 6. tractatu 2. c. 10. ita dicens. ꝙ pretiositas vestiū, vel ornatus tunc est pctm̄ mortale, cū est cōtra ꝓfessionē alicuius, sicut aliquæ moniales ꝓfessæ paupertatē, & seculi abrenūtiationem ornant se ad modū theatricarū mulierum vel ēt monachi abiecto habitu religionis suæ deferunt habitū clericorū secularium. vel cū hoc ꝓcedit ex superbia dānabili, vel ordinat ad ꝓuocādū alios ad cōcupiscētias illicitas. secus aūt si mulier q̄rit p hoc cōplacere marito suo. inexcusabiles aūt sūt mulieres cū à viris ꝓhibitæ nihilominus se immoderate ornant. patet. n. ꝙ tunc hoc faciūt ex superbia, vel ex libidine. addit ēt, vltimo. ꝙ pctā oîm habentium incitamenta libidinis ex tali ornatu redundat in talē personā p aggrauationē culpę. ex hoc elicitur corollarie, ꝙ alius debet esse ornatus virginum, q̄ nubere. s. non ꝓponunt, & alius ornatus coniugatarū, vel earū, q̄ nubendi hñt propositū, qm̄ talium virginum, vt dr̃ magister Ale. de Ha. in 2. ornatus debet esse simplex, & non ꝓciosus. vt dr̃ Hiero. quia nesciat esse pulchra, q̄ nesciat formæ bonum, & procedens ad publicū, non pectus aut colla denudet. nec pallio reuelato ceruicē aperiat, sed q̄ celat faciem. virgo. n. dū virgo est cogitet q̄ Dei sunt, cum aūt cōiugata est, cogitet qūo placeat viro pp Deum. si vero sit nubilis virgo aliquatenus maiorem pōt habere ornatum, qui tñ non prouocet ad libidinem. ¶ Ad rōnes. Ad primam rńdetur, ꝙ licet ornatus Christianorum præcipue sint boni mores, ornatus tñ exterior corporum, si ₰m consuetudinem patriæ & conditionē status moderatus sit non prohibet. bene aūt pōposus, siue lasciuus. ¶ Ad secundam rńdetur, ꝙ vt dr̃ S. Th. per hanc authoritatem non prohibet mulieribus ornatus sobrius, & moderatus, sed superfluus, verecūdus, & impudicus. ¶ Ad tertiam rńdetur, ꝙ sicut gl. ibidē dr̃ mulieres eorum, q̄ in tribulatione erant contemnebant viros, & vt alijs placerent se pulchre ornabant. ꝙ fieri apostolus prohibet, in quo ēt casu loquitur in gl. Cyprianus. non aūt prohibet mulieribus coniugatis ornari, vt placeant viris, ne detur eis occasio peccandi cum alijs. vt patet ex authoritate superius inducta ab apostolo 1. Ti. 2. cum ait. mulieres in habitu ornato. s. conuenienti, & decenti, vt dictum est.

Primum ar. / Secūdū ar. / Tertium ar. / Opponit in cōtrarium. / Respondet. S. Thomas. / Cyprianus. / Vlrichus. / Ale. de Hal. / Ad primum arg. / Ad scdum / Ad tertium

3 Ad tertium dubiū. †In quo quærebatur, in hmói artifices hmói ornamenta facientes peccent. rńdetur ₰m S. Tho in 2.2. q. 169. ar. 2. ꝙ si qua ars ad faciendū aliqua opera, quibus hoîes vti non pñt absque peccato per consequens artifices talia faciendo peccarent, vtputa præbentes directe aliis occasionem peccandi, puta si quis fabricaret idola, vel aliqua ad cultum idolorum ptinentia. si qua vero ars sit cuius operibus hoîes possunt bñ, vel male vti, sicut gladij, sagittæ, & hmói vsus talium artiū non est peccatum, & hæ solæ artes sunt dicendæ. vñ Chry. dr̃ super Matt. eas solas oportet artes vocare, quæ necessariorum, & eorum q̄ continent vitam nostram sunt tributiuæ, & constructiuæ. si tñ operibus alicuius artis, vt pluries aliqui male vterentur, quamuis de se nō sunt illicitæ sunt tñ per officium principis à ciuitate extirpādæ ₰m documēta Platonis. qa ergo mulieres licitē se possunt ornare, vel vt conseruent decentiam sui status, vel ēt aliquid addere vt placeant viris, consequens est, vt artifices talium ornamentorum non peccent in vsu talis artis nisi in forte inueniendo aliqua superflua, & curiosa. vñ Chry. super Mat. dr̃. ꝙ etiam ab arte calceorum, & textorum multa abscindere oportet, &. n. ad luxuriam deduxerunt necessitatē eius corrumpentes artem male arti commiscentes. Leg. ¶ [Fucare]. i. tingere. vel colorare [figmētis]. i. coloribus ficticijs [qbus] secunda pars [solis]. s. fœminis [₰m veniam]. i. indulgentiam [fucus]. i. color appostitius [vestis pompa] hoc casu repræhensibilis est ornatus cum ad pōpam, & lasciuiā assumitur [nam] tertia pars [mores boni] hæc apud Pitagoram, vt dr̃ Beda super epistolam Petri inuenitur. Inīa vera ornamenta matronarum pudicitiam esse non vestes [execranda superstitio ligaturarum] quarta pars] quæ fiunt ad superstitionem, in quibus inter quas [in aures] sic 26. q. 2. c. illud vsi. sicut sunt, quia non placendum.

Respondet. S. Thom. / Chrysosto. / Exponit literam. / Beda.

1 *Spiritus sanctus an procedat a patre, & filio, vel a patre solo. Quod a patre, & filio simul tanquam ab vno principio, et una spiratione nu. 3.*
2 *Spiritus sanctus procedit a filio.*
3 *Spiritus sanctus potest quiescere in filio tripliciter.*



De spiritu. Sequitur. 13. pars huius dist. in qua subiungit de processione spūs sancti. Et rō ordinis est oîm, quia ipsa sacra de quibus in superioribus egit absque virtute spūs sancti non perficiuntur, nec ipsa ieiunia, nec alia religionis opera efficaciam habent meriti, sine eius gratia. secundo, quia vt dr̃ gl. non rite sacra ministrantur, si in spūs sancti ꝓcessione non recte sentit, sed erretur. & ideo post oîm sacrorum tractatum duab. subiectis causis græcorum. qui spūm sanctum à filio procedere negant errorem exterminans, fidem vlis ecclesiæ circa processionem spiritus sancti à filio sicut à patre testimoniis euangelicis. & sanctæ synodi Ephesinæ, ac testimonio ipsorum doctorum grecorum corroborat. Et diuiditur hoc capitulum, in quo inducit testimoniū Ephesini concilij, ꝙ habitum est contra Nestorium in tres partes. In 1. inducitur authoritas euangelij. s. Io. 16. ille me clarificabit. quia de meo accipiet. In 2. tradita vera intelligentia authoritatis. s. qualiter dicendus sit spiritus sanctus clarificare filium, q. s. est spiritus eius, concluditur, quod spūs sctūs ita a filio, sicut à patre ꝓcedit. In 3. exponit alio modo præfatam authoritatem, ex qua idem concludit. secunda ibi, rectissimæ. tertia ibi, denique. ¶ Pro pleniori intelligentia huius c. quæritur. †Vtrum spiritus sanctus procedat à patre, & filio, vel à patre solo. Et vr̃, qđ à patre solo. ¶ Primo sic. dr̃. Diony. c. 2. de di. no. pater quidem fontana deitas filius, & spiritus sanctus de igne deitatis, si ita oportet dicere pullulationes sunt diuinæ nature, sed pullulatio nō est à pullulatione, nec flos à flore. ergo nec spiritus sanctus à filio. ¶ Secundo secundum Diony. primo de di. nomine non est audendum dicere aliquid de super substantiali deitate, præter ea, quæ diuinitus nobis ex sāctis eloquijs sunt expressa,


Diuisio. / 1 Quæstio. / Primum ar.

expressa, sed in sacra scriptura non exprimitur, ꝙ spūs sanctus procedat à filio, sed solum ꝙ procedat à patre, vt patet Io. 15. spm veritatis, qui à patre procedit, ergo spūs sanctus non procedit à filio. ¶ Tertio in gestis primæ synodi Ephesinę dr̄, ꝙ perlecto symbolo Niceno synodi decreuit scā synodus aliam fidem nulli licere proferre, vel conscribere, vel componere præter diffinitā à sanctis patrib⁹, qui in Nicena congregati sunt à spū scō. idem habetur in gestis Calcedo. concilij post recitatam determinationem priorum conciliorum, sed in præmissa conciliorum diffinitione non hr̄, ꝙ spūs sanctus procedat à filio, sed solum, ꝙ procedat à patre. legitur. n. in symbolo Constantinopolitanæ synodi credimus in spm̄ sanctum dn̄m viuificantem ex patre procedentem, cum patre, & filio adorandū, & glorificandum, nullo modo debuit addi, ꝙ spūs sanctus procedat à filio, imo videntur anathematis rei talem additionem facientes. ¶ Quarto sic. nullum simplex pōt esse à duobus, alias effectus simplicior esset sua causa, ꝙ est impossibile. sed spūs sanctus est simplex. ergo non pōt esse à duob. s. à patre, & filio. ¶ Quinto sic. aut pater perfecte spirat aut non. non est dicendum ꝙ nō. si perfecte ergo superflue est alius spirans, sed in diuinis nihil est superfluum. ergo spūs sanctus à patre solo dicendus est ꝓcedere. ¶ In opp. est textus pn̄tis ca. item est illud Athanasij in symbolo. spiritus sanctus à patre, & filio. ergo & c. ¶ Rn̄deo dicendum ꝓ conclu. ꝙ necessarium est dicere ẜm fidem catholicam ꝙ spiritus sanctus procedit à filio. habetur hæc conclusio ex determinatione ecclesiæ. ex. de sum. tri. & fi. ca. c. 1. & ca. fide li. e. ti. li. 6. Quæ conclusio, quia in apparatu nostro quem fecimus super decretum vnionis græcorum cum Romana ecclesia sub sanctæ memoriæ Eugenio quarto factæ Florētiæ plenius inducēdo multas authoritates sacræ scripturę, sacrorum cōciliorum doctorum, tam græcorum in copia quam latinorum, & rōnes plenius deducta est ad præsens, tam quatuor authoritatibus sacræ scripturæ, & quatuor rōnibus ostendet. authoritatibus aūt sacræ scripturæ ostēditur primo ex illo Io. 16. quæ inducitur à sancta synodo Ephesina in plenti ca. ille me clarificabit inquit Christus de spiritu sancto, quia de meo accipiet, annuntiabit vobis constat, ꝙ non accipit à filio spiritus sanctus. quasi prius nō habens. quia sic esset mutabilis, & indigentis naturæ. constat ergo, ꝙ ab æterno accipit à filio spūs sanctus, & nō nisi suum esse, siue suam essentiam, cum. n. spūs sanctus simplex sit, & nō possit in eo aliquid esse, ꝙ nō sit ipse pp summam eius simplicitatem, nihil accipere pōt intelligi à filio ꝙ non sit ipse, & ita interpretati sunt istam authoritatem summi patres in Ephesino concilio congregati. vt sanctis patet in pn̄ti c. q. d. de meo accipiet. i. ex meo ꝓprio, & ex mea re. hoc est ex tota mea plenitudine accipiet. ¶ Rōnē aūt quare accipit spūs sanctus essentiam de filio ipsemet filius subiungit dicens oīa quæcūque habet pater mea sunt, ꝓpea dixi de meo accipiet. q. d. quia eadem est essentia patris, & mea, non pōt spiritus sanctus esse de essentia patris quin sit de mea essentia. ¶ Secundo patet ex illa authoritate ēt Io. 10. quæ inducitur in sequenti c. in quo Xp̄s de spiritu sancto loquens, ita ait. cum venerit ille spiritus veritatis docebit vos oēm veritatē, non. n. loquitur ad semetipso, sed quæcunque audiet loquit̄. cum ergo spiritus sanct⁹ audire dr̄ à filio sicut à patre quæcunque loquitur, & audire illi est esse, sequitur necessario, ꝙ spiritus sanctus ēt sit à filio. ¶ Tertio ostenditur ex illa authoritate Io. 15. cum venerit paracletus, quē ego mittam vobis spiritum veritatis. mittēs ante authoritatem habet respectu missi. ergo oportet cōcedere, ꝙ filius habeat authoritatē respectu spiritus sancti. nō pōt dici, ꝙ sit authoritas dn̄ij, aut alicuius maioris potestatis, aut sapiētiæ. quia talem nec vnitas, nec æqualitas diuinarum admittit. ergo accipienda est secundum solam originem, quæ nullam maioritatem personę ad personam importat. ergo necessario venit affirmandum, qđ spiritus sanctus procedat à filio. ¶ Quarto ostenditur ex illa Io. 14. quæ etiam inducitur in præsenti c. spiritus veritatis, qui à patre procedit, Christus autē est veritas Io. 14. spiritus ergo sanctus dr̄ spiritus filii Dei siue Christi ẜm illud ēt ad Ro. 8. qui spiritum Christi non habet non est eius. sicut etiam dr̄ spiritus patris ẜm illud Mat. 10. spiritus pr̄is vestri, qui loquitur in vobis, quæritur autem de habitudine in qua consti uitur ille genitiuus cum dr̄, spiritus veritatis, siue filij. non pōt autem alia inueniri, nisi habitudo originis. quia sola talis relatio personas distinguit, habitu do autē alterius causę videlicet materialis, formalis, siue finalis inter diuinas personas non inuenit̄. ¶ Scd̄a via. s. rōne probat̄ eadē conclusio, sic ex dictis S. Tho. & Alb. Mag. primo sic. quæcunque ẜm aliquod cōe conueniunt, si distinguā tur abinuicem, oportet quod distinguant̄ ẜm aliquas dr̄ias ẜm se, & nō per accidēs ad illud cōe pertinentes. hō & asinus in aīali conuenientes nō distinguunt̄ per album, & nigrum, sed p rōnale, & irrationale. sed filius, & spiritus sanctus conueniunt in hoc, quod est esse ab alio. ergo si filius sit ali⁹ à spiritu sancto, sicut p̄supponitur, oportet, quod sit per dr̄ias, q̄ diuidunt per se, hoc quod est esse ab alio. illę autem necessario erunt eiusdem gn̄is ad originem s. pertinentes, vt vnus eorum sit ab alio, aut igitur filius erit à spiritu scō, quod nullus dr̄, aut spiritus sanctus à filio, quod est propositum. ¶ Secundo sic. ex ratione processionum arguitur filius procedit per modum intellectus, vt verbum. spiritus autem sanctus per modum voluntatis, vt amor. amor autem à verbo procedit. non. n. aliquid amamus, nisi quod conceptione mentis apprehendimus. inuisa quidem inquit Aug. diligere possumus incognita minime, ergo necesse est dicere, quod spiritus sanctus procedat à filio. ¶ Tertio sic. ex ipso ordine rerum sic arguitur. nusquam inuenimus multa procedere ab eodem sine ordine, nisi in illis solum, q̄ materialiter differunt sicut vnus faber producit multos cultellos materialiter abinuicem distinctos, nullum ordinem habentes adiuicem, sed in rebus, in quibus non est sola materialis distinctio semper inuenitur in multitudine ꝓductorum aliquis ordo, vn̄ etiā in ordine creaturarum productarum decor diuinæ sapientiæ manifestatur. si igitur ab vna persona procedunt duæ personæ. s. filius, & spiritus sanctus, oportet esse aliquem ordinem eorum adinuicem: non pōt autem alius ordo assignari, nisi originis, quo alter est ab altero. quia nō est tp̄is, non loci, non dignitatis, & sic de alijs. ergo inter illos est ordo originis. sed filius non est à spiritu sancto, ergo spiritus sanctus est à filio. ¶ Quarto sic. filius, vt dr̄ ad Hebre. 1. est figura expressa paternæ substantiæ, & imitabilis imago illius. ergo necessario hæc omnia in seipso, quæ patris sunt, & proprietati filij non repugnant, alias non esset perfecta, & plena imago patris. ait. n. Basilius. imaginis quippe sunt omnia quæcunq; sunt primitiuę formæ. vnde ipse inquit Io. 16. oīa quæcunque habet pater, mea sunt. sed pr̄ spirat spm̄ scm̄, & spirare spm̄ scm̄ nō repugnat ꝓprietati filij. vt patet. ergo necessario spiritus sanctus procedit à filio. ¶ Secunda conclusio ꝙ spiritus sanctus procedit à patre, & filio simul, & tanquam ab vno principio, & vna spiratione. patet cōclusio, quo ad oēs partes. primo quod simul, quia ab æterno ab vtroque procedit. patet de sum. tri. & fi. ca. c. 1. pater à nullo, filius à patre solo. spūs sanctus pariter ab vtroque absque initio, & fine. Et Au. 15. de trinitate. interualla temporum nulla sunt, per quæ posset ostendi, aut saltem requiri, vtrum prius de patre natus sit filius, & postea de ambobus spūs sanctus. Et infra quis potest intelligere sine tp̄e generationem filii de patre. intelligat sine tp̄e ꝓcessionem spūs sancti de vtroque. ¶ Secunda pars patet. s. quod procedat ab eis tanquam ab vno prin. ex prædicto ca. ex. de sum. tri. & fi. ca. c. 1. li. 6. dr̄ etiam Aug. 6. de trinitate. fatendum est patrem, & filium principium esse spiritus sancti, non duo principia sicut pater, & filius ad creaturā, relatiue vnus creator vnus Deus dr̄, sic relatiue ad spiritum sanctum vnum principium. ¶ Tertia pars conclusionis videlicet, ꝙ vnica spiratione ꝓcedat spūs sctūs à patre, & filio ꝓbat̄ sic. vnica est persona spūs scī quæ ꝓcedit, & vnica est virtus spiratiua in patre, & filio spirantib. ergo vnica spiratione ꝓcedit. ¶ Secundo sic. nullum simplex ꝓcedit à duob. nisi vniantur in virtute, & operatione vna, patet, quia vnitas actus est ab vnitate virtutis. ergo cum spiritus sanctus sit à patre & filio, necesse est, quod sit ab eis inquātum vna virtute, & vna spiratione spūm sanctum spirant. quare & c. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur. quod rōnes symbolicæ sunt, vt ait S. Tho. & ideo ex eis non procedit argumentatio sicut idem Dio. dr̄ in epistola ad Titum. quod symbolica theologia nō est argumenta. est. n. similitudo quantum ad aliquid. s. in hoc ꝙ flores deigenæ deitatis. i. paternæ. procedunt. n. ambo à patre, q fons est totius diuinitatis. vt ait Aug. ¶ Ad secundam respondetur concedendo, vt dr̄ S. Th. quod de Deo dicere non

Tertium ar.
Quartū ar.
Quintū ar.
Opponit in cōtrarium.
Respondet.
Prima con.
S. Thomas. Alb. mag.
Augustinus.
Basilius.
Secūda cō.
Augu.
Ad primum argu
S. Thomas.

non debemus, quod in scriptura non inuenitur per verba, vel per sensum, licet autem per verba expresse nõ inueniatur in sacra scriptura, ꝙ spũs sanctus procedat à filio, inuenitur[tñ quantum ad intellectum, vt ostẽsum est in authoritatibus.s̃.inductis.¶ Ad tertiam rñdetur ẽt ẽm S. Tho. ꝙ doctrina catholicæ fidei sufficienter tradita fuit in symbolo Niceno.vñ sancti patres in sequentib.synodiã nõ intenderunt aliquid addere, sed pp insurgentes hęreses id, ꝙ implicite continebaꝛ explicare studuerunt.vñ hoc non est addere, qñ id, ꝙ p intellꝫm intus est extrinsecus per interpretationẽ apponitur.addere aũt proprie est alienũ, ꝙ per intellectum intus non est de nouo apponere.hoc autem factum non est hic.pro quo considerandum, quod in quolibet concilio institutum fuit symbolum pp aliquem errorem, qui in concilio damnabaꝛ.vñ sequens concilium nõ faciebat aliud symbolum, quam primum.sed id quod implicite cõtinebaꝛ in primo symbolo per aliqua addita explanabat cõtra hæreses insurgentes. vñ in determinatione Calcedo.synodi.dꝛ, quod illi, qui fuerunt congregati in cõcilio Constantinop.doctrinam de spũ sancto tradiderunt, non quasi, quod aliquid esset minus in p̃cedentibus, q apud Nicenum congregati sunt inferentes, sed intellectum eorum aduersus hæreticos declarantes. quia igitur in tempore antiquorum conciliorum nõdũ exortus fuerat error dicentium spm̃ sctm̃ non procedere à filio, non fuit necessarium, quod illud explicite poneret, sed postea surgẽte errore quorundam concilio in occidentalibus partibus congregato, expressum fuit authoritate Romani pontificis, cuius authoritate antiqua concilia congregabant, & confirmabant.vñ conueniens fuit, vt in symbolo poneretur, nõ quasi aliquid additum, sed explicite interpræatum quod implicite continebatur, sicut, si insurgeret hæresis, quæ spiritum sanctum negaret esse factorem cœli, & terræ oporteret hoc explicite ponit licet in prædicto symbolo nõ dicatur nisi de patre.¶ Ad quartã dicendum, quod maior est vera, qñ illa plura sunt diuersa per essentiã, & quorum diuersæ sunt operationes, & à sic plurib.verum est, quod simplex procedere non põt, hoc autem non in proposito, qm̃ pater, & filius vnus sunt per essentiam, & vnus virtute naturæ, vnica spiratione spm̃ sanctum spirant.¶ Ad quintam respondetur, negando consequentiã, licet.n.plene, & perfecte spirẽt spiritum sanctum, nihilominus oĩs perfectio patris cõicatur filio, quæ non repugnat suæ proprietati, cum distinguat inter eos, nisi relationis oppositio oportet qđ si cõicet pater filio perfectionem diuinitatis, ita ẽt perfectionem spiratiuæ virtutis cõicare vꝛ, & credatur.vñ non propter imperfectionem patris est, quod filius spirat, sed propter perfectionem filij, qui totam habet perfectionem patris, vnde consequentia illa nõ valet.pater perfecte spirat. ergo filius superfluit. tum ratione iam dicta. tum, quia pater, & filius non sunt duo principia. sed vnum. vnde sicut non valet hoc argumentum pater creat perfecte, plene, & sufficienter. ergo filius superfluit, & spiritus sanctus.quia vnum principium sunt in creando.¶ Ad sextam dicendum quod spiritus sanctus põt quiescere in filio tripl̃r.vno modo ẽm humanã naturam, ẽm illud Esa.11.egre-
4 dietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus domini.alio modo, vt intelligatur spũs in filio requiescere, quia virtus spiratiua à patre datur filio, & vltra non protenditur. tertio modo secundum quod amãs dicitur requiescere in amato, in quo quietatur amantis affectus, nullo autẽ istorum modorum excluditur processio spiritus sancti à filio Lege.¶ [In euangelio]Io.16.[ille me clarificabit].i.ostendet me esse deum vobis[hoc rectissime]2.par.Exponit sancta synodus, qũo hoc sit intelligendum, & primo excludit vnũ malum intellectum, quem aliquis posset hr̃e de præsenti authoritate.s. quod filius dei tãquam minor eguerit clarificatione spiritus sancti, & ita tanquam egens consecutus fuerit gloriã à spiritu sancto, tunc.n.Xp̃s non esset Deus, & ideo dꝛ[rectissime sentientes vnum Xp̃m esse, & filium].s.eiusdem essentiæ cum patre[non velut &c.]rõ assignatur[quia spiritus eius &c.]Sed quia datur verus intellectus authoritatis præfatæ[clarificet].i. clarum, & notum faciat [quamuis in sua] i.Christi eiusdem substantiæ existens cum eo proprietas relatiua distinctiua[personæ].i.personaliter distinctus à filio.vnde sequitur iuxta illud &c.attamẽ alienus nõ est ab illo.Sicut.n.ad euitandum errorem Arrij ponentis cum trinitate personarum, trinitatem substantiarum, euitamus in diuinis, vt inquit S.Tho.in 1.parte, nomen diuersitatis, & differentiæ separationis, & di[...]ne tollaꝛ vnitas essentiæ, & simplicitas eius.non.n.dicimus, quod filius sit à patre diuersus, aut differens.sed bene distinctus, nec dicimus ꝙ sit separatus, aut diuisus, ita ne tollatur similitudo inter diuinas personas, euitamus nomen alieni, & discrepantis, vnde Hilarius 7.de trinitate dꝛ. in diuinis personis nihil est diuersum, nihil alienum, nihil separabile, nam spiritus appellatus est spiritus veritatis. Ecce rationem quare spiritus sanctus non est dicẽdus alienus in substãtia à filio[quia spiritus veritatis].1.filii Dei dꝛ.s.Io.15.& hoc ideo quia eiusdem naturæ, & substantiæ est cum illo. [Et Xp̃s est Io.9.[denique].3.pars.vbi ponatur alia expositio[clarificauit].i. declarauit eum esse verum Deum, & æqualem patri.s.ipse spiritus sanctus perficiens miracula gloriosa per manus apostolorũ, & hoc in nomine Christi [nam creditur]assignat rationem consequentiæ, nam creditur.q.d.quicunque audiet, quod Christus per spiritum sanctum virtutes efficit tanquam per eum, qui ab eo accipit essentiam, & p̃tãtem nullo modo dubitabit, sed credet, quod Christus natura sit Deus.ꝙ vero spiritus à filio accipit essentiam, & potestatẽ efficiendi miracula, probat, cum subiungit[ideoq; dicebat].s.Chr̃s[de meo accipiet &c.] & cum non accipiat personam à persona nisi procedendo sequtur principalis conclusio.quod spiritus à filio procedat.

1 *Spiritum sanctum procedere a patre, an ita sit necessarium credere, quod impossibile sit ipsum ab eo distingui si ab eo ponatur non procedere.*



Aluator. Sequitur vltim.c.huius distinctionis, in quo magister Gra. inducit in confirmationem veritatis catholicę de processione spiritus sancti à p̃re, & filio authoritatem Didymi, qui fuit maximus doctor inter grecos, qui expresse hoc profitetur in libr.quem fecit contra Nestorium & suos sequaces. quorum error fuit, ꝙ spiritus sanctus non procederet à filio.vnde in quodam symbolo Nestorianorum condẽnato in 1.Ephesina synodo dꝛ sic. spiritum sanctum nec filium putamus, nec per filium essentiam accepisse. Diuiditur autẽ hoc c.in tres partes.In 1.parte ex authoritate euãgelij, q̃ inducitur ex Io.c.16.declarat manifeste, ꝙ spiritus sanctus procedat à filio.In 2.exponit quomodo aliter accipiẽdum sit loqui in trinitate cum dꝛ.filius.aut spiritus sanctus loquiꝛ.quia aliter quam accipiaꝛ inter hoĩes.nã loqui dꝛ spũs sanctus, qui inspirat mentibus hoĩm ea, q̃ loquunꝛ ẽm illud apostoli 2.ad Cor.14.loquiꝛ aũt in me Xp̃s.Et ẽm illud Mat.5 spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis homines vero non hoc modo alij loquuntur.sermo.n.datus est hoĩbus ad pandendum cõceptus suos, in 3.declarat qđ est dicere patrem, & filium audire.secunda ibi, dicere autẽ & loqui &c.tertia ibi, liquidum ergo est &c.¶ Pro pleniori intelligentia habẽda de processione spiritus sctĩ à filio, q̃ in hoc c.& in superiori tractatur quæritur vtrum ita sit necessarium credere, ꝙ spiritus à filio procedat, quod impossibile sit ipsum ab eo distingui, si ab eo ponatur non procedere. Et vꝛ quod non multipliciter.¶ Primo sic.dꝛ Ans. li.de processione spiritus sctĩ, habet vtique a patre esse filius, ac spiritus sanctus.sed diuersimode quia alter nascendo, alter procedẽdo.vnde alij per hoc sunt adinuicem. Et postea subdit. nam, si peraliud non essent plures filius, & spiritus sanctus, per hoc solum essent diuersi.ergo si spiritus sanctus à filio non procedat, adhuc distinctus personaliter remanet à filio pp modum originis.¶ Secundo sic. impossibile est, quod aliqua hypostasis secundum vnã naturam pluribus processionibus procedat. in diuinis sunt duæ processiones, vna q̃ est p modum natiuitatis, alia, quæ est p modum spirationis impossibile est ergo, quod vna, & eadem psona his duabus processionibus, procedat, necessarium est ergo, quod sint duæ psonæ distinctæ, quæ his processionibus procedant, ergo spiritus sanctus remanet personaliter distinctus a filio, etiam si ab eo nõ procedat. ¶ Tertio non est idem procedere per modum naturæ, & per modum amoris.sed rõne filii designatur persona procedens per modum naturæ.spiritus autem sanctus persona procedens per modum amoris.ergo spiritus sanctus distingueretur a filio, etiam si ab eo non procederet per solam-



Marginalia: Ad tertium S. Thom. | Ad quartum | Ad quintum | Ad sextum. | Exponit literam. | S.T[...] | Diuisio | Quæstio | Primum ar. | Secundum argum. | Tertiũ ar. | Quartũ ar.

Quartū ar. lam processionis differentiam. ¶ Quarto sic. multi posuerunt spiritum sanctum a filio non procedere, sed a patre solo sicut patet de grecis, qui tm̄ tres personas in diuinis posuerunt. ergo quamuis spūs sanctus à filio nō procedat, adhuc manet à filio distinctus. ¶ Quinto sic. quocunque aliquid formaliter cōstituitur in esse, eodem distinguitur qa eodem est aliquid ens, & vnum, sed filius cōstituitur in esse personali filiatione. ergo ea formaliter distinguūtur ab oī alia persona. ergo circūscripto per possibile, vel impossibile, quocunq; alio remanebit filius distinctus personaliter à quacunque alia persona. ¶ Sexto sic. productiones incōpossibiles in eodem sufficienter distinguūt personas oī alio circunscripto, sed gñari, & spirari sunt hmōi. quia impossibile est idem suppositum bis produci ꝓductione duplici perfecta. ergo. &c. ¶ Septimo sic. dato ꝙ spūs sctūs nō ꝓcederet à filio adhuc distingueretur personaliter à pre, & sir filius distingueretur ꝑsonaliter à patre. aut ergo essent vna persona à patre producta, aut duæ. sed non pōt dici, ꝙ vna quia tunc duæ productiones reales terminarent ad eūdem realem terminum, ꝙ est impossibile. ergo sunt duæ. ¶ Octauo sic. dato ꝙ spūs sanctus non procederet à patre, sed à filio solo adhuc à patre per spirationem passiuam solam, ex parte sua, & per paternitatem ex parte patris distingueretur. ergo à simili in proposito, si non procederet à filio ēt distingueretur ab eo. ¶ Nono sic. manente eadem causa manet idem effectus, sed causa quare spūs sanctus nō est filius, est quia non procedit qūo natus, sed qūo datus. vt dī Aug. 5. de trinit. ergo spūs sanctus distingueretur à filio si ab eo non procederet. ¶ Decimo sic. & est argumētum dñi Alfonsi in suo primo. filiatio nūc de facto distinguitur à spiratione passiua, vel non, si sic, ergo nunc de facto filius distinguitur filiatione realiter à spū sancto, & ꝑ consequēs ipsa sola manente in filio adhuc distingueretur realiter ab eo. ¶ In opp. arguitur sic. vbicunque personæ relationibus distinguūtur oportet referri, ꝙ personaliter distinguant. in diuinis aūt personæ relationib. distinguūtur, sed si spūs sanctus non procedat à filio nō refertur ad ipsum, ergo nō distinguitur ab eo personaliter. ¶ Rñdeo dicendum, ꝙ circa hoc inter doctores sunt diuersæ sñiæ. volunt. n. quidā sicut Henricus de Gandauo in quolibeto quinto, arg. 9. & Scotus in 1. d. 11. q. 2. ꝙ si spūs sanctus non procederet à filio, adhuc distingueretur ab eo. dicunt. n. isti, ꝙ nō solum est dist. per relationes oppositas, sed ēt per disparatas. concedunt. n. ꝙ si spūs sanctus non procederet à filio, non hr̄et ad eum relationem oppositam, hr̄et tñ disparatam. eo. n. ipso, ꝙ filius procedit per modū naturæ, & spūs sanctus ꝑ modum voluntatis est alius modus procedendi huius, & illius, & hn̄t ibi esse relationes disparatę, & poterit reseruari distinctio inter eos. rōnes vero eorum inductæ sunt qnque, quæ inductæ sunt in arguendo vlti. loco. alij vt S. T. & cōiter alii doctores theologi dicunt, ꝙ spūs sanctus nō ꝓcederet à filio nullo modo distingueretur ab eo personaliter. inter has positiones plus placet nobis secunda, quā prima. primo vr̄ nobis eē doctrina sanctorum. dī. n. Anselmus in lib. de processione spūs sctī. ꝙ pater, & filius, & spūs sanctus quibus oīa vna essentia cōis est, sunt vnum nisi in his quibus distinguit eos relationis oppositio. si aūt spūs non procederet à filio, non distingeret inter eos relationis oppositio, & ita ꝯm Anselmum data istorum opinione necessario sequitur ꝙ filius, & spūs sanctus non essent distincti. item dī Boe. ꝙ sola relatio multiplicat trinitatem, sed si spūs sctūs nō procedit à filio, non erit aliqua relatio spiritus sancti ad filium, & ita ꝯm Boethium data illorū positione necessario sequitur, ꝙ filius, & spūs sanctus non essent distinctæ personæ. itē dī Richardus de sancto Victore quinto de trinitate, ꝙ non pōt esse in trinitate nisi vna sola persona, q̄ non sit ab vna persona tm̄. ergo manifeste doctor iste venerabilis innuit, ꝙ si spūs sanctus a solo patre procederet, sicut filius, ꝙ filius spiritus sanctus ꝑsonaliter non distinguerent. ¶ Secūdo positio ꝑfata non vr̄ tuta, tū quia, vt inductum est, vr̄ cōfundere diuinas personas. tum quia ꝯm illam oportet dicere, quod pater, & filius plus distinguerent in diuinis, quā filius, & spūs sanctus, quia illi relationibus oppositis, isti relationibus disparatis tm̄. ¶ Tertio vr̄ illa positio fauere græcis in errore ipsorum dicentium sp m̄ sctm̄ non procedere à filio, & aduersari doctoribus latinis. patet, qm̄ rō pręcipua, qua sicut irrefragabili fundamento latini vtuntur ad exprobandum ꝑdictum errorē græcorum est post authoritates sacræ scripturæ, quasi spiritus sanctus deī non procedere à filio, sequitur, ꝙ non distinguitur ab eo, & ita non esset trinitas personarum in diuinis. ita Alber. mag. ita S. Th. ita Alex. de Hal. ita dñs Bon. ita dñs Egidius, ita dñs Pet. de palude, ita dñs Petrus de tarantasia, ita Durandus, ita quasi tota schola theologorum pro maiori parte arguit. ¶ Quarto positio illa non pōt stare cū veritate, quod multipl̄r ostenditur. faciemus ergo duo primo confutando positionē illam confirmabimus positionem siue cōclusionem quā verā credimus. videlicet, ꝙ si spūs sanctus non procederet à filio, non distingueretur personaliter ab eo. secundo loco rñdebimus rōnib. factis in contrariam partem. ¶ Qantum ad primum sequēdo S. Tho. ostendemus illud ex parte eorum, qui diuinarum ꝑsonarum distinctionem manifestant, loquuntur. n. de dist. ꝑsonarum diuinarum ꝯm relationes, alij verò ꝯm modos originis. quidā aūt ad attributa essentialia. loquēdo aūt de distinctione ꝑsonarum diuinarum ꝑ relationes ꝓbat̄ sic, primo ꝑfata conclusio distinctio aliquorū ad inuicem nō pōt esse, nisi per distinctionem materialem, siue quantitatiuam, aut formalem, materialis dist. in diuinis esse nō pōt cum ibi nec sit materia, nec quantitas corporalis. dist. autē aliquorum habentiū vnam naturā saltem vnitate gñis ꝑ di stinctionē formalem esse non pōt, nisi rōne alicuius oppositionis. vn̄ drīæ cuiuscunque gñis sunt, & ideo in natura diuina nō pōt esse, aut intelligi aliqua distinctio, cum sit vna non solum gñe, sed ēt numero, nisi per aliquam oppositionem. cum ergo ꝑsonæ distinguātur in diuinis, oportet qđ hæc dist. fiat ꝑ aliquā oppositionem relatiuam, quia alia oppositio relatiua in diuinis esse nō pōt, & hoc satis apparet, nam quantumcunque aliqua diuidantur ꝯm rōnem diuersam sicut essentialia attributa non distinguunt ꝑsonas, quia ad inuicem nō opponunt̄. si aūt spūs sanctus non ꝓcederet à filio nō esset aliqua oppositio inter filium, & spm̄ sctm̄, & ita non distingueretur personal̄r ab eo si aduersarius vellet dicere, ꝙ ad talem distinctionem faciendā sufficit appositio affirmationis, & negationis, hoc nō potest dici, cum veritate, quia talis oppositio sequitur distinctionem, non causat, nam, ꝙ hoc non sit, hoc sequit̄ ex hoc, qđ distincta sunt. sil̄r si aduersarius velit dicere sicut & dī, qđ personæ distinguuntur relationibus disparatis. hoc nullo modo pōt stare multiplici rōne. tum quia hoc obuiat authoritatibus sanctorum supradictorum dicentium, vt Anselmus dī, quod personæ diuinæ in oībus vnū sunt, nisi in his quib. obuiat relationis oppositio, quia relationes disparatæ non distinguunt ꝑsonas alias paternitas, & spiratio actiua, q̄ sunt relationes disparatæ distinguerent ꝑsonā patris. ¶ Rō huius est, quia relatio est habitudo quasi media inter correlatiua tm̄, ꝑp quod nihil aliud differre facit nisi correlatiua, filiatio aūt, & spiratio passiua sunt tantummodo relatione disparatæ. ergo supposita filij, & spūs sctī non distinguunt. Si dicatur, quod disparatæ distinguunt relationes in principiatis, nō aūt in principio, quia nō oportet, ꝙ sit tanta dist. in principio sicut in principiatis. hoc non valet. quia iam per istam rñsionem habetur, quod relationes disparatæ non sunt sufficientia distinctiua ꝑsonarum. qa alias vbicunque essent, distinguerent. ꝑterea contra hoc arguitur sic. vbicūq; inuenitur sil̄s ratio dist. inuenitur simul dist. cum ergo cuilibet relatio rñdeat sua opposita relationibus filiationis, & processionis correspondent paternitas & spiratio actiua in patre. tanta ergo erit dist. inter paternitatem, & spirationem actiuam, quanta inter filiationem, & spirationē passiuam, & tanta disparatio. ergo si relationes illæ disparatæ distinguant personas filij, & spūs sctī, facient ēt duas personas in patre ipsę disparatæ relationes. ¶ Ad illud vero quod dī, quod non oportet, quod tāta sit distinctio in principijs sicut in principiatis. rñdet̄, vt dī do. Iac. de Lauſ. in suo j. sñiarū, quod qñ inter principiū & principiatū non est distinctio per absoluta, sed per relationes solum oportet, ꝙ sit tanta distinctio in principijs sicut in principiatis, cęterum contra præfatam relationem arguit̄ probando, quod relatio non distinguat nisi ratione oppositionis, & sic ad oppositum tantum in relatione sunt duo tantum in creaturis. s. quod sit accidens, & ideo in aliquo sicut in subiecto, & ꝙ sit relatio ideo ē ad aliud. in diuinis aūt quantum ad primum non manet, sed transit in vnitatem substantiæ, & ita ex hac parte non potest distinguere sed solum distinguit, quia relatio. sed quantum ad huiusmodi

Marginalia: Quintū ar. — Sextum ar. — Septimum argu. — Octauū ar. — Nonum ar. — Decimum argu. — Opponit in contrarium. — Respondet. — Hēricus de Gandauo. — S. Thom. — Anselmus. — Boetius. — Richardus de S. Vict. — Alb. magn. — Iac. de Lau.

modi non est, nisi ad oppositum, & nõ ad aliud disparatũ, quia sic pluries idem referẽ & esset mulcarũ eo, ꝙ relatio, spẽm habet ex termino, quæ oĩa sunt contra Arist. 5. meta. ergo relatio distinguit solum ab opposito, itaq; distinguit solum rõne oppositionis, & per ꝯns solis relationibus oppositis, & non disparitas pñt distingui ꝑsonæ in diuinis, & ita sequiẽ probata conclusio videlicet, ꝙ si spũs à filio non procederet, cum inter eos non esset oppositio relatiua nõ distingueretur à filio. ¶ Scđo probatur eadẽ conclusio sic cum in p̃re sint duæ relationes. s. paternitas, & actiua spiratio, sola paternitas constituit ꝑsonam patris, spiratio vero actiua intelligitur quasi ꝑsonæ iã constitutæ superueniẽs, ex quo sequiẽ, ꝙ paternitas ẜm ordinem intelligendi ꝑsupponiẽ ad spirationem. oportet ergo, ꝙ sił̃r filiatio, q̃ paternitati per oppositionẽ r̃ndet ẜm aliquem ordinem præsupponatur ad spirationem passiuam, q̃ est processio spũs sctĩ aut igitur ita ꝙ spiratio intelligaẽ superuenire filiationi in eandem ꝑsonã, sicut spiratio actiua paternitati, & sic erit eadẽ ꝑsona nati, et spirati, sicut gñantis, et spirãtis, aut oportet, ꝙ aliquem alium ordinem habeat filiatio ad spirationem passiuam, non est aũt ordo in diuinis, nisi naturæ siue originis ẜm quem aliquis est ab alio, vt dẽ Au. ergo relinquitur, ꝙ vel sit vna ꝑsona filij, & spũs sctĩ spirati, vel ꝙ spũs sanctus procedat à filio, si quis vero dicat, ꝙ distinguunẽ processiones ẜm principium, inquantum pater producit filium ꝑ modum intellectus, vt verbum, spm̃ autem sctm̃ per modum voluntatis, vt amorem. hoc non põt stare, qa ẜm hoc oportet dicere, ꝙ secundum dr̃iam voluntatis, & intellectus in Deo patre distinguerentur duę ꝓcessiones, & duo procedentes, & per ꝯns non nisi rõne ꝙ est hæreticum. non ergo sufficit dicere, ꝙ filius procedat per modũ intellectus, & spũs sanctus per modum volũtatis ad distinctionem eorum, nisi dicatur ꝙ spũs sanctus ꝓcedat à filio. ¶ Præterea sicut arguit S. Th. in scripto. ille modus diuersus procedendi, quo distingui dicunẽ filius, & spũs sanctus, aut diceret relationẽ diuersam, & sic rediret ꝙ prius. aut diceret diuersitatẽ in absolutis, quia vel realem, & hoc non, quia si sic esset compositio in Deo, vel diuersitatem rõnis tm̃, & cum hoc non sufficiat ad distinctionem personarũ (vt dictum est) relinquitur, ꝙ nisi spũs dicatur esse à filio, nec põt intelligi personaliter distinctus ab eo. si loquamur de distinctione personarum per ordinem ad attributa essentialia, vt dicatur, ꝙ filius procedit processione intellectuali, vt verbum, & spũs sanctus processione voluntatis, vt amor idem sequitur. non: n. põt esse, nec intelligi, ꝙ amor sit alicuius ꝙ non est intellectu præconceptum. vñ quilibet amor est ab aliquo verbo loquendo de amore in tellectuali natura. Et hæc de primo. ¶ Pro secundo r̃ndeẽ ad rõnes pro parte contraria. Ad primam r̃ndetur, ꝙ id, quod dẽ Anselmus, quod filius, & spũs sanctus per hoc solum ab inuicem distinguuntur, quod diuersimode procedunt, est oĩno verum, sed sicut ostẽsum est diuerso modo procedere non posset, nisi spũs sanctus à filio. vñ remoto, quod spũs sanctus sit a filio oĩno distinctio spũs sctĩ remouetur à filio. ¶ Ad scđam r̃ndetur negando vltimam consequentiam, qm̃ sicut dictum est, non possunt esse duo modi procedendi in diuinis distincti, nisi spũs sanctus procedat à filio. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam, qm̃, vt habitum est, necesse est, vt persona, quæ procedit per modum amoris, procedat ab ea, quæ procedit per modum naturæ. ¶ Ad quartam respondetur primo, quia licet græci non confiteantur spm̃ sanctum à filio procedere, confitentur tamẽ filium aliquo modo esse principium originis spũs sctĩ, quod patet ex hoc, quod dicunt spm̃ sanctum esse à patre per filium, & spm̃ sctm̃ esse filij, & quidã eorum concedunt, quod sit a filio, vel profluat à filio, licet non concedant, quod procedat, ꝙ vr̃, vel ignorantia, vel ꝑteruia esse. ¶ Secundo dr̃. quod nihil prohibet, quod aliquid, quod implicite contradictionem implicat ab aliquo explicite nesciente concedi, & sic aliquis non intelligens põt dicere spiritum sanctum non esse à filio, licet à filio sit distinctus. ¶ Ad quintam respõdetur dupliciter. primo negando consequentiam, & maiorem si intelligatur vniuersaliter, sic ꝙ quocunq; formaliter aliquid cõstituiẽ in esse eodem personaliter siue realr̃ à quocunque alio, non tali distinguitur est falsa, patet, tum primo, quia si illa esset vera, oporteret necessario dicere, quod paternitas, quæ est constitutiua patris realiter, & personaliter distingueretur ab actiua spiratione, qua non constituitur persona patris. Tũ secundo illa propositio nõ est vera, nisi sit illud aliud ei oppositum, quia sicut arguit S. Tho. in quæstionibus de potentia. vnum oppositorum non distinguit id, cui inest, nisi ab eo, in quo est reliquum oppositum, sicut per albedinem non distinguitur aliquid, nisi ab eo in quo est nigredo, & ita relatio nõ distinguit id in quo ẽ, nisi ab eo in quo ẽ opposita relatio. relatio autẽ propria spiritus sancti per quam personaliter distinguitur est processio. non ergo personaliter distinguitur spiritus sanctus à filio, si non sit ab eo, & per cõsequens sicut habitum est, nõ distingueretur personaliter ab eo, nisi sit ab eo. ¶ Tum tertio iuxta alios doctores, illa maior põt esse vera in constitutiuo absoluto, quia cum tale det esse simpliciter distinguit ab oĩ non tali, in relatiuis autem non, quia cum relatiua non debeant esse nisi ad oppositum ab illo solo distinguunẽ. ¶ Quarto, dato quod vr̃ esset verum, quod quocunque aliquid formaliter constituitur in esse distinguatur eodem ab oĩ, non tali distinctione oppositionis contradictoriæ, siue affirmationis, & negationis, nõ tamẽ distinctione personali. talis. n. distinctio sicut habitum est non sufficit ad distinctionem personalẽ faciendam. ¶ Ad sextam respondetur, quod productiones siue origines istę generari & spirari non distinguerentur abinuicem, si spiritus sanctus non procederet à filio, sicut dictum est. vnde ipsa differentia originis est ꝑ hoc, qđ filius est à patre solo. spiritus vero sanctus à patre, & filio, quod patet per Richardum de sanct. Victore qui in quinto de trinitate dẽ notandum, quod hmõi dr̃ia proprietatũ in solo consistit numero producẽtium. nam prima. earum habeẽ esse à nulla alia altera ab vna sola. tertia vero à gemma, & ideo rõ illa cum ꝑsupponat falsum, videlicet, quod essent distinctæ productiones, et si spiritus sanctus nõ ꝓcederet à filio nihil ꝓbat. ¶ Ad septimã respõdetur eodem mõ. dicimus. n. qđ si spiritus sanctus non ꝓcederet à filio, nõ essent ꝓductiones reales distinctæ in diuinis, sicut patet ex dictis. ¶ Ad octauã respondetur negãdo assumptum tãquã falsissimum. cuius falsitas satis ex superiorib. nota ẽ. ¶ Ad nonã r̃ndetur negando ꝯñam, qm̃ dato qđ spũs sctũs nõ ꝓcederet à filio nõ ꝓcederet, vt datus, nec vt spiratus, vñ oẽs istæ rõnes procedunt à falsa suppositione. ¶ Ad decimam respondetur iuxta Sanctum Thom. in quolibeto 4. ar. 7. vbi quæritur vtrum filius distinguatur filiatione, a spiritu sancto, quod hoc modo se habent proprietates ꝑsonales in diuinis ad distinguendum personas, sicut se habẽt in rebus naturalib. formæ, subales ad distinguendum spẽs rerum. in rebus autem naturalib. distinguitur aliquid per formam suam ab alio dupliciter, vno modo ẜm directam oppositionẽ formæ ad formã, & hoc mõ distinguitur vnaquęq; res naturalis ab oĩbus speciebus sui gñis, quæ habẽt oppositas formas, ẜm quod genus diuiditur oppositis dr̃ijs. sicut saphirus distinguitur sua forma ab oĩbus spẽbus lapidum. alio mõ distinguitur res naturalis per suam formam, ẜm hr̃e, & nõ hr̃e, & hoc modo, quod habet aliquã formã naturalẽ distinguitur ab oĩbus non habentib. formam illã, sicut saphirus per suam formam naturalẽ distinguitur nõ solum ab alijs generib. lapidũ, sed à spẽbus aĩalium, & plantarum, sic ergo dicendum est, quod filius sua filiatione distinguitur quidẽ à patre ẜm oppositionem relatiuam filiationis ad paternitatem, sed à spiritu sancto distinguitur filiatione, per hoc, quod spũs sanctus, non habet filiationẽ, quam filius habet, & ita hoc modo concedimus, quod nũc de facto illo modo filius filiatione distinguitur à spũ sctõ. Et cum arguit. ergo ipsa sola manente in filio adhuc distinguentur à spũ sctõ, negatur consequentia duplici ratione. primo, quia, vt sæpe dictum est, si spũs sanctus non procederet à filio non esset processio spiritus sancti in diuinis distincta à processione filij. tum secundo, quia distinctio illa, quæ est per hr̃e, & nõ hr̃e, præsupponit aliam distinctionẽ, sicut negatiua ꝑsupponit affirmatiuã. Nec ista sufficit ad distinctionem faciẽdam personalem, vt dictum est. Et ita patet quid tenendũ sit de processione spũs sancti. Leg. ¶ [Veritas] Io. 9. ait Ioã. 16. [non. n. loquitur]. s. spiritus [à semetipso] quia sicut non est à se, sed à patre & filio, ita non loquiẽ à se [hoc est] exponit Didymus authoritatem præfatam dupliciter. primo ratione vnitatis volũtatis. secundo rõne cõis spirationis. de primo dicit [arbitrio]. i. voluntate, sicut. n. est eis vna essentia, ita vna voluntas [& amplius] secũdo [quia ex se non est, sed à patre, à me est]. i. essentiam diuinitatis,

Margin notes: S. Thomas. — Ad primum argu. — Ad scđum. — Ad tertium — Ad quartum — Ad quintũ. — S. Thomas. — Ad sextum — Richardus de S. Vict. — Ad septim. — Ad octauã. — Ad nonam — Ad decimũ — S. Thomas. — Exponit literam.

tatis,quæ subsistit,& sapientiam, quam annuntiat à patre, & à me procedendo accipit,vnde sequitur[ego veritatem loquor].i.inspiro hominibus eorum[q̃ spūs sanctus loquitur,si quidem spiritus veritatis est]tum quia suggerit omnem veritatem . tum quia à veritate.i.filio qui est veritas. Io.9.ꝓcedit,&c.[dicere]2.pars declarat,quare cum dixit loquor[exposuit].i.inspiro[non &c.ſm formas in corporalium rerum].i.angelorum,in quibus superiorum locutio, inferiorum illuminatio quædam est.vñ super illud 1.Co. 13.si linguis hoĩm,& angelorum dr̃,ꝗ locutiones angelorum sunt illuminationes,quibus superiores illuminant inferiores,& ita loqui de hoĩbus,aut angelis non est nisi illuminare,siue inspirare,vel reuelare veritatem.vnde Greg. secundo moraliũ dr̃,quod Deus ad angelos loquitur eo ipso,quod eorum cordibus occulta sua inuisibilia ostendit [liquidum]3.pars.i.manifestum [dicere patrem, & filium audire]vel econuerso[filium loquentem,& audientem patrem]ſm illud Io.11.ego sciebam,quod semper me audis [eiusdem naturæ est patrem,& filium,& in patre, & in filio est connexus,& cõio].i.quod sunt eiusdem naturæ, & eiusdem voluntatis.¶Sed quõ dr̃ hic Didymus, quod hoc sit liquidũ.s.clarum,quod dicere patrem,& filium audire sit eiusdẽ naturæ esse patrẽ,& filiũ,& eiusdẽ voluntatis ,cũ hoc videatur obscurum valde. Sed dicẽdum,quod verum dr̃ apud intelligentes.cum.n.in diuinis nullum accidens esse possit pp summam simplicitatem,nec aliquid de nouo audire propter summam eius immutabilitatẽ necesse est, vt sapientia,siue sciã patris,& filij sit eorum natura,siue essentia.dicere ergo,quod patris , & filij sit vna sapientia, & vna sciẽtia quod importatur cum dr̃,pater dicere,& filius loqui,& econuerso idem est,ac si dicatur,quod pater,& filius sint eiusdem naturæ,& eiusdem voluntatis[spūs sanctus]ex dictis arguit,quod spiritus sanctus etiam eiusdẽ sit naturæ,& voluntatis cum patre,& filio ab eis procedens [spiritus veritatis]Io.16.[sapientiæ]Esa.11.[non potest audire à filio,qui nescit]vt de nouo dicatur sub eo suscipere aliqua,quæ ante non nouerat[cum ipse].s.spiritus sanctus [hoc ipsum idem sit,quod profertur].i.spiratur à filio.i.ꝓcedens Deus de Deos spiritus veritatis procedens à veritate,& consolator manens de consolatore.i.à filio.vnde Io. 9.dr̃ Christus,& aliũ paracletum dabit vobis [deniq;] iam ostendit,quod etiam sit eiusdem voluntatis[scriptum est] Io.16.[non.n.à semetipso loquitur]sicut non est à seipso, sed à patre,& filio[sed sicut audit,ita & loquitur]suum audire est esse à patre,& filio[Saluator]ait Io. 5. sicut audio , & iudico. non potest.n.obliqua voluntas filij à voluntate patris.[Et alibi]in eodem tamẽ capitulo,sed ante[à se]qa sicut essentiam non habet à se,sed à patre,& cum filius sit eiusdem virtutis, & potestatis,sicut essentiæ cum patre, necessario operat̃,quicquid operatur,& hoc est,quod sequitur[nisi quæ viderit pater familias].i.oẽ opus facit, quod agit pater.Et sic est finis.pro quo sine fine sit benedictus Dei,& hoĩs filius, dominus & redẽptor noster Iesus Xp̃s.

Deo gratias.Amen.

Grego.

Quæstio.

F I N I S.

*SERIES CHARTARVM.*

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. Aa Bb.

Omnes sunt quaterniones, præter Bb, ternionem.




*VENETIIS Apud hæredem Hieronymi Scoti.*
*M D LXXVIII.*

TVRREC
SVPER
DECRET
TOM·IV


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm